



Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

- + *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.
- + *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.
- + *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.
- + *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via <http://books.google.com>



GERARDI IOANNIS
VOSSII
ARISTARCHVS,
SIVE
DE ARTE
GRAMMATICA
LIBRI SEPTEM.

Quibus censura in Grammaticos præcipuè veteres exercetur; causæ Linguae Latinæ eruuntur; Scriptores Romani illustrantur, vel emendantur.

EDITIO SECUNDA,
pluribus locis aucta.



AMSTELÆDAMI,
Ex Officina IOANNIS BLAEV,
C I D I D C L X I I .

Typographus Lectori S.

Eccam tandem alteram adeo desideratam Operis de Arte Grammatica editionem. Ultima (quam in scriptis testatam reliquit) Auctoris voluntati lubens acquievi, ut priori nempe titulo Aristarchi personam induerem. Hanc autem editionem ut multo verborum circuitu commendem haud opus est: hoc dixisse sufficiet, ultimas & maxaeque Vossii curas fuisse. Ita namque hic vir de omnibus prima hujus operis editione meruit, ut hanc iteratam innumeris locis auctam, expolitam & exornatam esse nullus dubitare possit. Vale Benevole Lector, & fave.



K A R O L O ,

DEI GRATIA MAGNÆ BRITANNIÆ

P R I N C I P I ,

DUCI CORNVBIÆ ET ROSAIÆ,

COMITI CESTRIÆ ET CARICTÆ,

FILIO PRIMOGENITO

INVICT^{mi} MONARCHÆ,

K A R O L I ,

MAGNÆ BRITANNIÆ , FRANCIÆ,

ET HIBERNIÆ REGIS,

FIDEI DEFENSORIS, &c.



Les *nulla*, *Celsissime* PRINCEPS, oblivione delebit memoriam eorum, quæ literas, maximèque sacras colentibus conferre non cessat augustissimus Rex KAROLVS, tuus idemque patriæ parens, & iis qui studia tractant, quasi numen tutelare. Cùm enim amplissima possideat regna, ac præstantium ingeniorum adeò feracia, ut exteris minimè indigeat: novi tamen Triptolemi instar beneficentiæ semina, non in sua modò Britannia, sed aliis etiam terris, longè latèque spargit. De se
Gallia,

Gallia, & nationum cæteræ, prædicabunt. Mihi tacere sit nefas de Fœderata hac Belgica : ubi me, licet insperantem, uberrimo beneficæ naturæ suæ fructu sic ornavit, atque auxit, ut, quoties me proprio pede metior, divinam hanc benignitatem vix cogitatione, necdum verbis, assequi possim. Eo magis jam diu laboro, ut de sanctiore studiorum penu quæpiam depromam, quibus memorem gratumque, saltem ut possim, animum erga Dominum, Regémque meum tesser. Sed cum ea in tam occupato vitæ genere necdum ad editionem publicam maturuerint; & nihil ita deproperari debeat, ut operâ tumultuariâ publico minùs prosim: sensim in cogitationem deveni, aliquid interea præstandi, quod tibi, Serenissimæ Majestatis primogenito, non incongruens videretur. Ætas enim tua, Illustrissime PRINCEPS, jam literaturæ est idonea. Opus autem hoc est de literis, syllabis, vocibus, & earum nexu. Quorum etiam omnium causas, prout otium & tempus ferent, hinc poteris haurire. Haut equidem diffiteor, multa à nobis disleri, quæ in regnorum ingentium spem crescenti delibare suffecerit. Attamen vel longè me ratio fugit, vel tantulæ ætatis tanto Principe non indignum erit, si cara Britannicæ Nobilitatis pignora, atque alii etiam, quibus nostra ista, vel iis similia, plenius sint cognoscenda, non aliunde ea, quàm à Principali Tuo fastigio, velut lumen à Pharo accipiant. Imò quis dubitat, quin laudi maximæ sit futurum, si quantum stemmate Regio, tantum universis etiam literis præcellas: juxta illud Mætonii vatis, Magno quoque Pompejo commendatum olim à Posidonio:

Διέν ἀργύρευσιν, καὶ ὑπεύροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Siquidem aureum hoc dictum in doctrinarum quoque studiis locum sibi vindicat; maximèque apud Magnæ Britannicæ Principem: à quo, si à Regiæ prosapiæ quoquam, non regnum hoc modò, sed verò orbis Christianus, solidam potius, quàm unbratilem & tralaticiam doctrinam

ex-

exspectat. Quod quas faces, quos stimulos subdere animo oportet! Nec obscura est ratio, cur tam pulcrum omnes opinionem conceperint: quando si universa terrarum regna conferamus, nullum comperiemus, quod principes tot generis doctrinam non minus, quam scepro insignes. Quin in eo videmus, raro profus exemplo, in societatem hujus gloriæ etiam venire reginas. Non jam ab ovo, quod dicitur, rem arcessam: ut olim Antimachus Clarius, sive alius potius, qui, rem Trojanam scripturus, ab Iove est auspiciatus in olorem converso, Lædæque ovo, Helenam unde natam fabulantur. Et tamen nostra se quoque offert nobis Helena, sed Christiana, eaque Augusta: Flavii Constantii Cæsaris conjux, unica Coili, apud Britannos regis, filia, regni hæres, & artibus iis, quæ liberales dicuntur, affatim exulta, nec Latinis solum literis, sed Græcis etiam versibus pangendis excellens: eaque omnia, si Pontico Virunio fides, à parente ipso edocta, quò, eo vitâ functo, dignius succederet. Nec in laudes excurram Edithæ, Comitissæ Cantiani filia, Eduardi Confessoris, Regis optimi, & pro temporibus iis, eruditissimi, conjugis dignissimæ: quam incredibilis fuisse doctrinæ, Gervasius Dorobernensis auctor est. Prætereo quoque Mathildim cognomento Bonam, Milcolumbi Scotiæ regis filiam, triumque in ea regum, Edgari, Alexandri, & Davidis sororem; Henrico I, Anglorum regi, nuptam: quæ & ipsa non eruditionis minus, quam pietatis laudem meruit. Omittam quoque cæteras, quas alterutrum vetusto ævo regnum dedit: meque intra Henrici VIII prolem continebo. Quamquam nec immorari hinc animus Mariæ, literis Latinis & Græcis optimisque scientiis imbutæ, magnamque id partem de consilio Ludovici Vivis, viri ut variæ doctrinæ, ita sapientiæ prope incomparabilis. Nimirum, pro instituto nostro, una suffecerit Elisabetha, literarum linguarumque scientiâ ad miraculum instructissima. Necdum ea annum implerat septimumdecimum, cum

tersè loqueretur, non Gallico solùm vel Italo sermone, sed etiam Romano; Græcè quoque lectaret, primùm novi Fœderis codicem, hinc alios atque alios, imprimis Sophoclem: imò Isocratis illam ad Nicoclem, & alteram, quæ Nicocles inscribitur, Latinè redderet. Et quod majorem habet admirationem, non resedit ardor ille studiorum, ubi regium tenuit sceptrum: sed tum quoque, nisi per regni negotia staret, versare illa præstantissimos Latii, ac Græciæ scriptores, inde linguam expolire, animum salubribus pascere præceptis & exemplis. Imò huc usque ejus progressam esse industriam accepimus, ut de Consolatione Philosophiæ Boëthium, de Arte Horatium, de Iugurtha Sallustium, de curiositate Plutarchum, & alios, qui me fugiant, Anglicè verteret, suâque manu transcriberet, Quid quod tum etiam ingenii sui aliqua condidit monumenta? In quibus non infimum locum merebantur tot orationes, non minùs illæ Romani sermonis puritate, quàm sententiarum pondere commendabiles. Earum habuit alias ad exterarum gentium Legatos, alias ad Angliæ suæ Academicos: quorum studia quantopere foverit, grandi illud argumento erit, quòd curârit quotannis sibi commentariolis perscribi, qui potissimum, & qua parte excelleret, ut ita virtuti cujusque meliùs pretium rependeret. Atque hæc eo potissimum animo, Illustrissime PRINCEPS, à me dicuntur, ne sublimem erectamque mentem, cujus semina jam exserere sese cupiunt, sic unquam demittas, ut alter sexus, etsi & ipse laudatissimus, doctrinæ nomine prævertat. Sed de subole hac optimi maximique Regis KAROLI, IACOBI Sapientissimi nepote, longè alia omnes auguramur, certòque nobis promittimus. Quin igitur, quod tam generosâ indole dignius, heroum potius quàm heroinarum exempla ob oculos ponimus? Ante omnes Constantini Magni: qui Britanniam tuam, quamvis antea & rebus gestis nobilem, & eo nobiliorem, quòd prima provinciarum fidem recepisset Christianam, partim nascendo in illa nobilissimam

lissimam fecit, partim eo quòd Imperator hîc salutat, & illam, & quicquid terrarum Christum recepit, immortalis sibi beneficio obstrinxit. Felicitas enim illa Aiviragi esto, quòd eo possimum Rege, in Britannia primò sonuerit Euangelii tuba, occidente sive Apostolorum aliquo, sive Iosepho Arimathæo. Laus quoque ea fuerit Lucii, quòd primus Regum, quos quidem legerim, palam professus sit fidem Christianam, & illâ Britannia parte, quam tenuit, publicè iussit doceri. At quanto major hæc gloria Constantini; qui non in Britannia solùm religionem instaurarit, Diocletiani persecutione atrocissimâ propemodum extinctam: sed primus etiam Imperatorum per orbem Romanum templaperuerit Christianis. Vestratem verò hunc, ac Romanorum juxta, principem, literarum studiis fuisse deditum, nec legere contentum, animum etiam appulisse ad scribendum; præter nobiles Britannia scriptores, testes habemus locupletes, Eutropium Sophistam, & Aurelium Victorem. Addit illud Cæsariensis Eusebius, quando per otium liceret, orationes meditatum, quandoque etiam habuisse, confluentem innumerâ multitudine, ut philosophantem audiret Imperatorem. Nec inficias ivero, studiorum decus & gratiam non mediocriter jacuisse, ex quo, fractis Romanorum rebus, Vortigernus rex à Saxonibus majore regni parte exutus fuit: & Christi ac literarum cultoribus non aliò fere, quàm in loca ob montes ac paludes prope inaccessa, maximèque in Walliam, tutus patuit receptus. Quàm tristis Britannia tum facies fuerit, non meliori alius fide dicit Gilda Sapientem: ut qui ipse fuerit Britannus, & annis non amplius quatuor & quadraginta ab Saxonum in eas terras adventu, frui cœperit hujus lucis usurâ. Sed rediisse videntur tempora aliquanto lætiora paullo ante annum à nato Servatore sexcentesimo, cum Gregorii Magni discipulus Augustinus, primus Dorobernensium, sive, ut nunc dicimus, Cantuariensium Archiepiscopus (à quo reverendissimum

D. GVI-

D. G V I L I E L M V M, grande Ecclesiæ totius præsidium ac columen, tertium jam supra septuagesimum numeramus) publicam religionis nostræ professionem, quibus in locis à Saxonibus pago deditis prope fuerat deleta, restituit; sed ita restituit, ut omnia juxta Romanæ Ecclesiæ faciem conformaret. Hic enim ille est, qui, cum pauci adeo, ut pietate, sic doctrinâ conspicui forent, eo minore negotio Angliæ Ecclesias, Orientis antea sive Græcis Ecclesiis magis convenientes, ad Romani Pontificis obedientiam, Romanæque Ecclesiæ constitutiones, primus, quantum potuit, adstrinxit. Ac paucis post annis in aliis Britanniæ partibus idem Paullini & Felicis studium fuit; illius apud Northumbros, hujus in Nortfolcia. Nec longo inde temporis intervallo idem præstitum Wilfrido apud Saxones Australes. Ita plurimis per Angliam locis religione & literis unâ redditis, difficile dictu est, quantus subito doctrinarum ardor habuerit Reges. In his Sigebertum, Orientalium Anglorum ab Vffa quintum; qui ditione suâ scholas instituit passim. Vtrum verò inclyta illa, nec satis unquam laudata Cantabrigiensium Academia, ac ob privata etiam merita multo mihi carior, Sigeberto huic sit obstrictior, an Lucio Regi, vel alii priorum, aut è posterioribus Alfredo, vel primo secundove Eduardo; nec nostri est ingenii decidere; nec, opinor, tale illud, ut vehementem animi concertationem mereatur. Eo igitur superfesso, ad Inam potiùs venio, Occiduum Saxonum Regem; Kennethi Regis filium, qui anno sexcentesimo octogesimo nono Cedwallæ successit, atque ut bello, ita etiam doctrinâ, multum sibi gloriæ peperit. Quid jam de Ceolwulfo dicam, Northumbriæ Rege? quem ab literarum peritia valde laudat Malmesburiensis, præeunte etiam venerabili Beda, qui, Anglorum historiâ à se conditâ, tanti potissimum Regis judicio standum putavit. Quid item de Offa; magno Merciorum Rege? à quo Bedæ non degener discipulus, Albuinus Flaccus, legatus ad Karolum Magnum

Magnum missus, posteaque ejus, ut vocabant, deliciosus magister, auctor tanto Regi fuit, Parisiensium in Galliis, Ticinensis in Italia Academiae condendae. Nec indietus mihi abibat Ethelwolfus, fortissimi Regis Egberti filius, Wentanus prius Episcopus, postea Occiduorum Saxonum Rex, Caroli Calvi aequalis: qui doctrinae suae decus magnam partem acceptum retulit Helmevano, Wintoniensi Episcopo, & Suithuno, monacho eruditissimo. Quibus praeterea laudibus prosequar Ethelwolfo hujus filium Alfredum Regem? qui quamvis, parentum incuria, ab anno demum duodecimo literis Latinis serio incubuit; qua de infelicitate sua grandiori aetate saepius querebatur: incredibili tamen amore doctrinae postea semper exarsit, eruditos multum estimavit, & ad dignitates exivit. Ipse etiam, ut de veteris novique Foederis libris taceam, Bedae historiam Anglicanam, Boethium de Philosophia, Orosii Orchestram, Gregorii Magni Pastoralia, aliaque haut pauca, Saxonice reddidit: quod Guil. Malmesburiensis, & Ranulphus, non sinunt nos ignorare. Illud vero prope fidem exsuperat, quod tantus Rex, ut ei per familiaris Asser Menevensis refert, *filios eorum, qui in regali familia nutriebantur, non minus propriis diligens, omnibus bonis moribus institueret, &* LITERIS IMBVERE, SOLVS noctu diuque non desinebat. Ac credo, admiratione talium Martinus Papa Anglorum Scholam, quae Romae erat, ab omni tributo immunem esse iussit. Et quantum gloriae idem rex peperit, extremis vitae temporibus praecclare adeo merendo de Oxoniensium studiis! Quorum florentissima Academia nunc caput caelo infert: eoque majori a me eum voluptate memoratur, quia excidere animo meo nunquam poterit, quantum mihi honoris, cum ante quinquennium pedem in ea primum possuissem, habitum iverit immerenti. Vtinam modo summis & hujus, & illius Academiae in Anglia viris, uti apud anum memorem stat beneficii gratia, ita possim officii re-

* *

spon-

ponderare. Et unà cum iis, triga ut Charitum fiat, venerando sanctissimoque Cantuariensium ordini : cui quod indignus licet, dignatione tamen augustissimi Regis KAROLI additus, sub reverendissimo & illustrissimo Antistite D. GUILIELMO, loci hoc teneam, non plurimas solum molestias, quibus nunquam piorum caret vita, deterget : sed etiam ad melius meliusque de Ecclesia ac Rep. literaria merendum, plus quam dicere possim animi addit. Sed longius jam ab eo ab Alfredo Magno : qui anno Christi nongentesimo excessit. Post eum Eduardus Senior, qui feliciter toties adversus Danos rem gessit, Alfredo patre erat, ut Monasteriensis ait, *potentiâ pariter & dignitate gloriosior, sed literarum cultus inferior.* Quâ parte longè præstitit frater hujus Ethelwardus : quippe qui, ut Asserius auctor est, *divino consilio, & admirabili Regis providentiâ, cum penè totius regionis nobilibus pueris, & multis ignobilibus, diligentè magistrorum cura traditus, utriusque lingua libros, Latina & Saxonica, assiduè legerit, ac scriptioni quoque vacârit.* Sanè literis ita fuit imbutus, ut iis temporibus inter literatorum principes censeretur. Eruditione hinc avo Alfredo patruoque Ethelwardo, similior erat Æthelstanus Rex, Eduardi filius ; is qui, Danis è Northumbria ejectis, primus totius Angliæ imperium tenuit. Post illum studiis clarius illustriusque nomen suum reddidit Edgarus, ex Eadmundo Rege, qui Æthelstano fratri in regno successerat, prognatus : & ne hac solum parte laudetur, *flos & decus regum, gloria & decus Anglorum, cujus largitas & munificentia totam Europam impleverat* : ut de eo scribit Westmonasteriensis. Metuo, ne longior æquo videar, si quodcunque regum in Anglicâ ac Saxonica domo ab eruditione commendatur, intra angustos unius epistolæ cancellos complecti velim. Ac magis etiam, si in Nortmannicâ stirpe idem tentavero. Non prætereundus tamen Guilielmi Conquæstoris filius, Guilielmi Rufi frater, Henricus primus : quem Thomas Rodburnus

burnus sic Cantabrigiæ ait studiis operam navâsse, ut pro-
 pterea Henricus Belloclericus diceretur. Et quot è gene-
 re Nortmannico Reges in Academiarum alterutrâ postea
 ceperunt ingenii doctrinæque cultum ! Vt Oxoniensem
 nunc solum tangam, de Eduardo secundo indicant archi-
 va : de tertio, rhythmica Ioannis Anglici : de Henrico V,
 Gymnasii Cadomensis in Nortmannia conditore, Rossus
 Warwicensis libro de Regibus : de Eduardo V., Oxonien-
 ses ipsi literis gratulatoriis ad Eduardum quartum. Richar-
 dus etiam tertius, etsi illaudatus princeps, ubi tamen nefa-
 riis artibus regnum erat consecutus, eâdem in Academiâ,
 raro prorsus exemplo, Philosophos audiit disceptantes :
 quod ex Academiæ ejus epistola ad illum cognoscitur. Pro-
 piora afferam. Ac primùm de Henrico VII, tritavo
 tuo; dubium, meliusne de Britannia merito, dissidia tol-
 lendo, quæ in Lancastria, & Eboracensi, regii sanguinis fa-
 milis, tot regum temporibus durassent : an nuptui collo-
 cando filiam Margaritam Iacobo, quarto ejus nominis Sco-
 tiæ regi; proavo Iacobi sexti, qui jure hæreditario Angliæ
 regnum primus cum Scotico conjunxit, ac utrumque au-
 gustissimo parenti tuo Karolo feliciter transmisit. Porrò
 Henricum hunc Polydorus Vrbinas contentus est dicere,
 fuisse *ingenio magno sagacique, & à literis non alieno*. Sed
 enim magnum ejus erga literas amorem multa arguunt.
 Illud inter alia, quòd qui Gallicè scirent, potiùs tamen La-
 tinè ei scriberent. In quibus etiam Hadrianus Castellanus
 Cardinalis, Herefordensis priùs, Wellensis postea Episco-
 pus. Et quis exiguæ esse doctrinæ existimet, quòd à fide de-
 vium differendo ipse Cantuariz ad fidem converterit Chri-
 stianam? Quantum præterea ad gloriam illius facit, quòd
 ejus in Anglia, uti in Scotia Iacobi IV, atavi tui, tempori-
 bus, literæ Romanæ elegantius excoli cœperint; Græcæ
 etiam, ut Constantinopoli antea in Italiam, ita inde tum
 traductæ sunt in Britanniam universam. Atque in hisce
 huma-

humanitatis studiis eo Rege diffundendis maximè eluxit opera, cùm nobilis Itali, Cornelii Vitellii, qui primus Oxonii bonas literas docuit; tum indigenarum; Thomæ Linacri, quem filii Arturi studiis Rex præfererat: & trium Guilielmorum, Grocinii, Lillii, & Latemerii; ac præterea Ioannis Coleti, B. Pauli, ut nunc dicimus, decani. Sed ad altius doctrinæ fastigium est assurrectum, regnante ejus filio Henrico VIII, excelli planè animi principe: qui quanto studiorum amore fuerit inflammatus, indicio erit, quòd ternas ædes Regias bibliothecis totidem, mirè luculentis, instruxerit. Ab eodem illud amore est profectum quòd ipse, & unà regina Catharina, penè eo solùm consilio Oxonium sint profecti, ut Ludovicum Vivem in Collegio Corporis Christi audirent differentem. Quin idem in Academia Cantabrigiensi, pro singulari affectu erga viros ejus doctissimos, locumque illum ubi literis navâsse operam perhibetur, Collegium studiosorum totius prope dixerim Europæ amplissimum, Sacræ & individuae Trinitati dicatum, munificentissimè exstruxit, & latifundiis ac proventibus uberrimis ditavit. Quantopere etiam elegantiorum hominum monumentis perpetuò celebrandum, quòd publico sanxerit edito, ut barbarici, cujus reliquæ aliquæ honorem utriusque Academiæ, alioqui florentissimæ, non leviter offuscabant, summo studio obviam iretur ab omnibus: ac quia sermonis illa rusticitas & stribligo in philosophorum scholis potissimum regnaret, eò Aristoteles & Plato publicè non aliâ, quàm Græcâ prælegerentur linguâ. Quàm digna hæc Rege illo, qui omnes ætatis suæ principes doctrinâ facilè antiret: quo etiam non alius hac parte magis admirationi esset: præsertim quando privatim, sermone etiam Latino, de rebus gravissimis dissertaret; vel publicè quoque de sacris controversias nunc constitueret, nunc tolleret. Tanto jucundior nunc quoque eorum est conspectus, quæ ad B. Augustini codicem de Civitate Dei manu sua annotavit. Vti
& ho-

& horum , quæ eâdem regiâ manu exarata supersunt de re-
 formanda Angliæ Ecclesia : cujus proximam à Deo pote-
 statem non alteri in terris attribui est passus. Idem , ante-
 quam scriberet Christiani hominis institutionem , deque
 bello in Scotos , item de concilio Mantuano & Vicentino ,
 aliâque compluria , jam assertionem illam ediderat de Sa-
 cramentis : qua non solum inter illustres obtinuit scripto-
 res nomen ; sed illud etiam , ut non quidem ignotum antea ,
 desitum tamen , regiis reponeret titulis pulcherrimum
 hunc , justiusque exinde possidendum , F I D E I D E F E N -
 S O R I S . At de filio ejus Eduardo VI planè obstupesco ,
 cogitans mecum , eum ante annum ætatis sextumdecimum
 exactè locutum Gallicè , commodè etiam Italicè , Hispani-
 cè , atque adè Græcè : Romano autem sermone sæpius be-
 ne longas habuisse orationes tam purè , & eleganter , etiam
 promptè adè , ut utroque hoc illos quoque , qui temporibus
 iis inter doctissimos referrentur , non provocaret modò , sed
 vinceret. Quod si non verborum tantum delectus , sed in
 omni sermone rerum pondus attenderetur : non suæ dico
 ætatis , sed tantulâ in ætate , humani penè ingenii fasti-
 gium excessisse videbatur. Præsertim animo suo reputanti-
 bus cum ea linguarum cognitione conjunctam in artibus
 liberalibus , & divinarum humanarumque rerum scientiis
 subtilitatem. Quam cum Hieronymus Cardanus , homo
 Italus , totius naturæ intelligentissimus , atque idem *πολι-
 κώτατος* , è pluribus liquidò perspexisset , pro naturæ eum mi-
 raculo habuit semper , eoque elogio non privatim modò , sed
 publicis etiam scriptis decoravit. Qui talis tantusque esset ,
 verè Angliæ , vel orbis potiùs delictum , creptus est terris an-
 no imperii sexto , ætatis decimoseptimo : atque ut meliorem
 sui partem cælo reddidit , ita præter corpusculum , terris de-
 bitum , & tristissimam sui memoriam , commentarios reli-
 quit gravissima quæque negotia , quæ imperante se obvenerant ,
 continentes , ac manu suâ non ad publicandum qui-
 dem ,

dem, sed proprium in usum, in tantula ætate prudentissime signatos. Post tam multa de Anglia, nec Scotiam tacitus pertransibo. Hujus Regibus amor ille studiorum fuisse dicitur multò etiam ante tempora Donaldi, regis, ut creditur, non indocti; sed gemino magis nomine inclyti: ut qui Scotticorum Regum primus Christianam religionem sit professus; & tantæ fuerit fortitudinis, ut ejus imprimis metu Severus, maximus sine dubio imperator, muro per transversam Britanniam ducto utrimque ad Oceanum, quicquid Romanarum erat partium, muniret. Hæc ducentis fuere post Christum annis. At longè antè Reutha, regum septimus, historiam suæ gentis consignâsse, & de re medicâ opus reliquisse dicitur. Annis enim circiter centum & quinquaginta vixit ante Christi natalem: ac pari temporis intervallo post Fregusium, primum regni Scotici conditorem, Alexandri Magni, ut fertur, æqualem. Iosina quoque, Regum nonus, cui Reutha patruus fuerat, eo nomine prædicatur, quòd naturæ arcana sedulò sit scrutatus, atque adeò, Regis Salomonis exemplo, de viribus scripserit herbarum. Sed incertiora isthæc, nec testibus exceptione majoribus esse subnixa, non absurdè aliquis dixerit. Liquidiora verò omnia post Fregusium secundum; qui Honorii & Arcadii Cæsarium temporibus, ut rei Romanæ Camillus, ita imperii Scotici conditor alter fuit. Maximèque post annum septingentesimum, quando ardor studiorum egregiè effulsit in Eugenio septimo. Hujus illud inter cætera institutum, ut in monasteriis res à Regibus gestæ literis proderentur. Mox idem animus in Morcaco, & Erfino: postèaque in hujus filio Achajo; à quo, ut traditum, eruditissimi homines magno numero submissi Karolo Magno, quò Germaniæ Galliarumque Academiis, aut monasteriis, præessent. Quod si propiora, eaque de Stuartis tuis magis aves cognoscere, quid, pro temporibus illis, cultius Iacobo, ejus nominis primo? qui ante annos ducentos regnum tenuit. Literarum enim,

enim, ac eloquentiæ studiis, variâ quoque linguarum peritiâ pollebat; nec vulgaribus solùm, sed Latinâ etiam linguâ versus composuit. Ut nihil mirandum sit, si eâ Rex doctrinâ scholas instituerit publicas, doctores earum fovèrit liberaliter, aliunde etiam præmiis illexerit in Scotiam. Proditum quoque, disputationibus plerumque interfuisse, ac quodcumque per regni negotia liceret, tempus traduxisse sermonibus literatis. Omni autem studio hoc agebat, ut nobilium, non flori dico, sed, si sic loqui liceat, vulgo, nescio quo pestilenti sidere afflato, opinionem illam eximeret, quasi literarum doctrina animos frangeret generosos, solumque Ecclesiæ, vel scholarum doctoribus, non item terrarum dominis, conveniret. Sed propero ad sapientissimum avum tuum I A C O B V M : in quo tot res propriæ & singulares. Vnus enim Regum Europæorum, continuâ bis mille annorum serie, centum & octo Reges numerabat. Primus etiam Britannicorum principum Angliæ Scotiæque regna tenuit; & ita tenuit, ut quæ tot dissiderent seculis, concordibus postea animis conspirarent. Sed non tam de genere, vel imperio, nunc sermo est nobis, quàm doctrinâ; cujus partium alii singulas, unus ille hauserat universas. Peritiâ dico linguarum, prosam versamque facundiam, naturæ prudentiæque disciplinas, historiam Ecclesiæ & civilem, cæterasque literas divinas & humanas. Quare sic statuere non verear, tam variâ maximarum rerum scientiâ superâsse, quicquid Regum à mille annis, mille vero? imò, absit dicto invidia, quodcumque à Regis Salomonis temporibus fuit. Vbi nihil auribus dari, nulli melius sciunt, quàm interioris admissionis proceres atque antistites; abundeque ipse orbi id universo testatum fecit divinis suis ingenii doctrinæque tot monumentis. Tanti Regis imaginem vivam vides & audis in parente tuo, Serenissimo Rege K A R O L O : qui à teneris, ductu excellentissimorum virorum, sed sapientissimi Patris consilio formatus, posteaque
tot

tot annos sermone ejus firmatus, & exemplo, dubium nunc relinquit, utrùm regii fastigii amplitudine, an celsissimâ mente, variâque doctrinâ sit eminentior. Sed non insistam ejus laudibus, quamque præcipuam fore epistolæ hujus partem aliquis putâset, una penè deerit: neque tam id ne Soli videar lucem fœnerare, quando divinæ ejus virtutes satis orbi cognitæ sunt: quàm quia alibi, spero, commodior de iis dabitur dicendi locus: & nunc de his solùm, qui beatum in cælis ævum degunt, loqui animus est, quo adulatio omnis abesse magis videatur. Omnis verò hæc eo spectat oratio, Celsissime P R I N C E P S, ut animum tuum, majoribus maximeque regni negotiis necdum occupatum, literarum studiis excolas: eumque suscites parentis, avi, & tot Britannæ tuæ Regum exemplis, qui præclare præiverunt ad illa, ut poëta ait,

Edita doctrinæ sapientum templa serena.

Hæc nunquam non animo obversentur, quò faciliùs virtutes eorum æques, vel etiam, si fieri possit (hoc Augustissimus ipse parens tuus vover) exsuperes. Scio, ad ista nunquam tibi defore hortatores, qui plus me valeant auctoritate & doctrinâ. Attamen non propterea vel nunc, vel ubi etiam ætas adoleverit magis, ingratum fore confido, si inter alios, quem sic Regia obstrinxit bonitas, quia corpore aut voce vivâ minùs possim, pennâ saltem ad studia nunc incitem; votumque exhibeam meum hoc devotissimi animi symbolo: atque eâdem ostendero, ut illustriissimum nomen tuum, non tacitè solùm intra cordis adytum colam ac venerer, sed ipsum hoc coram orbe erudito comprobare gestiam commentationibus nostris. Quas velut tabulam quampiam in regalis gloriæ templo eâ mente suspendo, ut dummodo mihi vita ac valetudo suppetat, eâdem ad majora me obligem. Accipe igitur, Illustriissime P R I N C E P S, hos labores meos: qui fortasse argumenti causâ minoris aliquibus videbuntur: si tamen irradiantur quibusdam splendoris

doris tui stricturis, nihil quidem de maximo nomine tuo
deterent : nec enim Sol eo minor est, quia loca lustret hu-
milia ac res exiguas : ipsi verò de lumine tuo lumen acci-
pient : eoque latius se diffundent, vivent diutius, frequen-
tius legentur. Nec enim facile futurum, ut non existimen-
tur bona, quæ in spem tot regnorum nato offerantur. Vale
felicissime, Celsissime PRINCEPS, & juxta vota ac spes
omnium, virtute & doctrinâ, quæ in aliis annos consequi
solent, ætatem etiam præverte.

Kal. Mart. A. c I O I O c xxxv.

CELSISSIMI PRINCIPATVS TVI

submississimæ devotionis servus

GERARDVS IOANNES VOSSIUS.

* * *

L E.

L E C T O R I

B E N E V O L O.



*U*ti si sapius cogitem, quae studia aetatem meam ingravescentem maxime deceant, quantoque digniora opere hoc de literatura tot summi viri, ac Magna potissimum Britannia, jamdiu à me expectent: apud aequos tamen arbitros facilem mihi spero veniam fore, si consilii hujus rationem paucis exposuero. Anni sunt propemodum quadraginta, quod vix ingressus adolescentiam, assiduam veterum lectione magis & magis animadvertere capi, quam multa peccarent, qui artem profiterentur bene loquendi; nec ulterius auderem fidere placitis eorum, qui male toties praevissent. Annis inde sex septem, cum ita humana vacarem sapientiae, ut per intervalla ad politiores literas redirem, jurvit etiam, quod antea neglexeram, non incuriosè ea consignare, quae legendo, & meditando, ad repurgandam hanc artem observassem. Postea diu studia me sacra tenuerunt: nec, ut ea deponerem unquam, pietas sivit. Tempora tamen inciderunt, quibus non tam mea, quam publica rationes ferre sic viderentur, ut praeter gesta omnium gentium, civilem etiam sapientiam tractarem. Propemodum inde labores illi literarii jacuissent dispreti, nisi illustres Hollandiae & Westfrisiae Proceres cogitandi de iis novam mihi praebuissent occasionem. Cura enim id mea commiserunt, ut adornarem editionem Grammatices, quae usui scholarum his terris inserviret. Equidem morem Patribus gessi, ut oportuit. Sed enim, si cautio esse debuit, ne laborem decentibus, qui aliis assueverant praecipis, magnopere auferem; plus sanè, quam credideram, dandum mihi erat sententiis

tiis receptis. Et quod aquissimum videbatur, promenda non alia, quam qua prima aetatis captui convenirent. Quod minime fugit solidioris dapis amantes. quales non pauci erant inter scholis classicis perfectos, plures inter Academiarum doctores, vel in regunda etiam Rep. constitutos, ac nihilo secius harum literarum amantes. Illi exgo assidue non tam poscere, quam flagitare, ut ne diutius premerem veteres de arte hac labores meos. Qui indolem meam norit, nihil mirabitur, eorum monita, ac preces, locum apud me reperisse: eoque facilius, quod sic in animum inducerem, paucorum duntaxat dierum studium in iis recognoscendis requiri. Spe igitur ista, qua antea edidisse malle, cum solum pro rudimentis, vel indole, haberentur, iterum in manus sumsi. Ac primum quidem ea, qua ante tot lustra studio & industria mea peperissem, jucundius mihi erat adspicere, quam parentibus liberum conspectus, post longi temporis absentiam, esse solet. Videbar enim mihi non parum diligentia contulisse in ponderandis aliorum sententiis, nec pauca eorum repertiis addidisse. Sed aliter fieri non poterat, quin in plerisque non idem omnino iudicium foret, ac olim: inque caeteris alia etiam se offerrent, veteribus comprobandis. Hac cum sapius usu venirent, quam putassem, ac praeterea nunc meliorum me studiorum amor avocaret, nunc dense obstreperent occupationes; parum absuit, quin opus hoc de novo de manibus abjicerem, & situ squalleque obsidendum aeternis tenebris damnarem. Sed ab tristi hoc proposito (ita animus secum certabat incertus) retraxit nescio qua tacita indignatio. Nec enim ulterius ferendum putabam, primam illam bonamque aetatem tam spissis erroribus imbui. Cujus infelicitatis causam cogitanti, non alia magis verisimilis occurrebat, quam quod illa, qua Varro, Caesar, Plinius, alii incomparabiles viri, de hac arte prodidissent, prope interciderint universa: collabente vero Romanam pariter linguam ac Rep. multae eadem tentassent, quos facultas destituit: ab tribus vero proximis seculis, quando studia humanitatis erigere iterum caput

cæperunt, ut quisque majori foret ingenio, ita quovis potiùs, quàm ad excolendum hoc Grammatices studium, animum appulisset. *Ut nihil fuerit mirandum, si in locum quasi vacuum venerint multi, non ab differendi solum arte imparati, sed etiam parùm versati in scriptoribus antiquis: quales, impar humeris suis onus tollentes, non potuere non bona multa præterire, multa falsa vel incerta proferre, & quanto diffusius, tanto confusius omnia tractare. Nec peracri opus acie esse puto ad causam penetrandam, cur tot excellentibus à natura ingeniis præditi (si paucos exceperimus, quibus propterea non parùm me, multoque ampliùs artem hanc nostram debere profiteor) studium ejus non contempserint quidem, sed maluerint interea ab aliis, quàm à se, tractari. Sive enim sapientiores ex illis spectemus, reputabant secum, proprium ac naturalem animam nostram passum esse, doctrinarum illas, quibus meliores, vel prudentiores, reddamur: nec alterutrum ab literaturæ doctoribus promitti, nedum præstari. Quibus verò non eo usque assurgeret animus, illi (ut omnes fere privatis commodis, vel applausu aliquo, ducimur) sic secum statueret, non aliunde hoc tempore minus laudis, aut gloriæ, aut opum, aut dignitatis, quàm ex hac arte, promanare. Verùm enim vero quid tandem de tam utili ac necessario studio fieret, si sic omnes superemus, solique illud imparatiores tractent, peritiores detrectent? Scio, quid dicant, in toto doctrinarum orbe, nihil ingeniis generosis vilius abjectiusque censeret eâ arte, quàm pueriles primò animi imbuuntur. Mihi verò, quod pace eorum dixerim, contrà videtur, planeque contendo, non jam ajo arte universâ, sed (quanto illud minus, quod mihi dari postulo!) vel primis hujus artis initiis nihil in omnibus disciplinis vel magis divina esse mentis opus, vel ad omnem hominum vitam necessarium magis. Nam quid profectò admirabilium, quàm pauculis literarum figuris contineri, quicquid sacri, publici, privati, dici, aut cogitari potest? quæ præterea urbium, regionum, generisque humani facies tandem foret, sublatâ hac fidâ custodiâ omnium gestorum,*

rum, omnium doctrinarum, omnium fœderum pactorumque? Video & hic quid sint dicturi, non se contemptim adeo sentire de scribendi legendique, verùm certâ loquendi ratione. Atqui, si duabus rebus, oratione, & ratione, ceteris præstamus animantibus, hominem profectò se obliuiscitur, qui tot sermonis bona ignorat. Imò duntaxat cogitemus, qua inde commoda ad ingenuarum artium studia redundent. Nec enim hoc rerum humanarum ratio sinit, ut, sine sermonis disciplinâ, alia possint addisci: quando omnes præcurssionem habent necessariam, lingua intelligentiam, quâ traduntur: ut qui artem hanc despiciat, uniuersis sapientia studiis bellum indixisse videatur. Quare provida hoc antiquitatis iudicium semper fuit, in pulcherrimo eorum cœtu, qui doctrinarum studia profitentur, primos quidem honores facile tueri diuina humanaque sapientia magistros: proximos verò sibi jure suo vindicare, qui, ad eam melius accipiendam, animos præparant humanos. Sed postquam in ordinem eorum, qui ad sapientiam præirent, recepti etiam sunt, qui festinatis honoribus cruda studia attulissent: opinio quoque inoleuit, impleri posse hujus nominis decus, neglectis iis literis, qua eruditionis nomine à veteribus vocantur. Equidem nihil à moribus meis fecero alienum, si, ut in sanctioribus soleo, ita hac in re sequar potius antiquos: qui facile videbant, rem se habere in studiis, quemadmodum in agris, quos proscindi opus multò antè, quàm conferantur: aut cum lanis, qua antequam purpuram imbibant, prius sufficiuntur medicamentis quibusdam. Cum quibus potissimum rebus animos nostros jam olim Tullius comparavit, atque inde collegit, sic literis, talibusque doctrinis, ante excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui, & præparari decere. Quod si olim ita persuasum fuit, cum vulgus ipsum Latinam, vel Græcam linguam, velut cum lacte nutricis, imbiberet: quid de nostris censendum temporibus, quibus, vernaculâ linguâ contenti, non plus in antiquis videremus magistros, quam cæci si essemus? Quamobrem, qui sapientia &

*literarum divortium faciunt, nunquam ad solidam sapientiam
pertingent. Qui verò alios etiam à literarum linguarúmque
studio absterrent, non antiqua sapientia, sed nova stultitia,
doctores sunt habendi. Itaque per me licet, puerilia hæc rudi-
menta dicant, dum in confesso maneat, sine illis virilem sa-
pientiam nos consequi non posse. Et tamen nihil minus hoc ope-
re propositum mihi fuit, quàm ut ea adferrem, quæ vulgo, aut
pueritiæ, cognita arbitrarer. Non vel otio, vel melioribus sic
studiis infestus eram. Sed pulchrum arbitrabar, in sermonis
etiam disciplinis sapere aliquid supra vulgus. Potius igitur in
animo mihi fuit vix alia expromere, quàm prioribus indicta;
nec tamen negligere (quibus proximus honos) paucis observa-
ta. Præterea si occasio ferret, iuvit veteres corrigere scripto-
res, sapius verò illustrare: in quo tamen modum tenui, ne in
tali argumento nimius potius viderer, quàm non satis curio-
sus. Unde est, quòd, ubi non nulli me longiorem mallet, non
pedem fixerim, sed quando pro instituto dixissem satis, ad alia
transvolârim. Quid quòd etiam opera mihi data, ut non ad
Philosophi minus, quàm Philologi lucernam caussas eruerem
sermonis Romani? Rem sanè difficilem, inque vocibus singu-
lis, & earum partibus, à Iulio quidem Scaligero, viro maxi-
mo, subtiliter, nec integrè tamen tractatam; in structura
verò ratione vix attacktam; quam ipsam ab eo accuratè exponi,
plurimum nostra interfuisset. Ferre etiam vix poteram, Gram-
maticorum primores crebrò adèdè inter se dissidere, ut quem
potissimum sequi oporteat, non alius sit discernere, quàm qui
ingenio sit in his studiis subactò. Imò & Republicæ literariæ
referre existimavi, si sententias aliorum ponderando, vel di-
gitum pro virili in veritatem intenderem, vel saltem in illud,
(si veritas nondum satis diluceat) quod à vero proximè abesse
arbitrarer. Quæ omnia qui attendit, facillè videbit, operam
hanc nostram majorem partem veriùs censuram esse in eos, qui
vel saculis vetustis, vel nostrâ majorúmque atate, de arte
bene loquendi ingenii quadam monumenta reliquissent. Ac
propter-*

propterea prius animus erat, opus hoc inscribere ARISTARCHUM; neque, ut arbitror, ineptè, aut ambitiosè. Postea tamen visum, non à veteri recedere more meo, qui hætenus titulis capiar simplicissimis, ne malevolis, quorum tanta seges, dicar sumum potius ex luce, quàm ex fumo dare lucem voluisse: aut credar etiam, ex seculi more, insultasse prioribus, qui fecerunt, quod poterant; utcunque & nobis reliquerint bene merendi facultatem. Quam neque mihi nunc aliis precludere animus est. Qui possim? nec ea ingenii mei vis, ut omne id valeam, quod velim: nec studia graviora, vel negotia etiam, quibus quotidie obruor, prestare illud sinunt, quod aliqui possim. Lampada igitur hæc illis trado, qui ingenio & otio magis abundant. Mihi verò tam molesta hæc opera non prorsus perierit, si alii, eâ adjuti, minori deinde negotio hæc artem ad fastigium suum perducant.

HUGONIS GROTII
in Viri eximii
GERARDI VOSSII
de Arte Grammatica libros
EPIGRAMMA.

Grammaticæ verbis quæ nata est ponere leges
Nota diu populis, sed sine lege fuit.
Quippe rudis tantum fuit indigestaque moles,
Principium rerum quale Poëta facit.
Deinde loqui pure quam ratione doceret,
Docta parum purè cum foret ipsa loqui?
Ordinis & pure dicendi maximus auctor
Occurrit gemino VOSSIVS ecce malo:
Idem qui nobis Ciceronis tradidit arma,
Et censum veteres egit in historias.
Prudentes fecisse viros, fecisse disertos
Non satis. & pueros jam vetat esse rudes.

1

GERARDI IOANNIS VOSSII
ARISTARCHI,

S I V E
ARTIS GRAMMATICÆ,
LIBER PRIMVS:

qui universe
DE ARTIS HVIVS NATVRA,
& particulatim
DE L I T E R I S
tractat.

C A P V T I.

Argumentum, & scopus huius operis. Γραμματικὴ, Latinis literatura. Quis Rabbini dicitur: simplicium Sophericum dici potuisse. Sopherim, γραμματικοί, γραμματεῖς, literati, literatores, scribæ, pro iisdem. Alias γραμματεῖς, ac scribæ iidem, qui νομοιοι. Γραμματικοὶ Καταγωγῆς. Scriptum ex scriptulum. Γρομή, groma, gruma, grumaticus. Κόμμα. Idem dicitur Grammatici, & calculones. Literatio. Antiquis Grammaticæ solennitas legendi & scribendi: quæ postea Grammaticæ, vel imperfectior Grammaticæ. Grammaticæ, & Grammatici; literatoris, ac literari discrimen.



Cribere aggredior de re Grammatica, tenui, ut creditur, argumento, & in quo jam multi defudarint. Quare existimet aliquis, vix aliud mihi relictum, nisi ut plurimis dicta novo aliquo flore vestiam orationis. Sed si, ut Tullius de rebus philosophicis ajebat, † *istiusmodi res dicere ornate velle, puerile est: plane autem, & perspicue expedire posse, docti & intelligentis viri*: quanto magis hoc in re Grammatica observari debet! Quare aliud longe in hoc argumento mihi agendum erit. Nempe quod exilius illud existimant vulgo, eo magis mihi curandum video, ut illa potissimum adferam, quæ non minus fructus afferant, quam voluptatis: quoque plures de hac arte tractarunt, tanto impentius studebo, ne supervacanea,

A

† lib. 3. de Fin.

canca, & vulgo etiam notissima reponam; sed illa solum in hoc circi nostri spatium admittam, quæ vel aliis præterita, vel paucis observata, vel saltem in quibus multi etiam præstabili eruditionis à veritatis via in errorum semitas deflexerint. Quo conatu me illud consequi posse non diffido, ut illos etiam, quibus per varium Grammaticorum genus volutandi sese, omniumque opiniones penficulandi vel otium defuit, vel voluntas, commentatione hac nostrâ in penetralia ipsa artis deducam. Neque hoc in disciplinæ hujus particula aliqua faciam: sed cum, ut ex Varrone Marius Victorius refert, artes omnes bifariam tractentur; extrinsecus si constitutio earum ostendatur; & intrinsecus, si præcepta ipsa exponantur: utrumque mihi propositum erit. Antequam igitur ad interiora illa de literis, syllabis, vocum analogia, & structura, accedam: extrinsecus eam considerabo, quòd tota perspiciatur ejus natura, ac patefcatur, quibus limitibus circumscribatur.

Ac à nomine quidem disciplinæ initium fiat. Est illud satis simplex, cum à primis ejus initiis petatur. Abunde enim constat, γραμματική dici *λόγος τῶν γραμμάτων*, hoc est *literis*, quasi *literariam* dicas. Itaque *literatura* vocatur à Fabio lib. II cap. XIV, Martiano Capella lib. III, Mario Victorino lib. I artis Grammat. B. Augustino lib. II de Ordine cap. XII, Isidoro Originum lib. I cap. III. Rabbini placuit nomen augustius. Nam vocatus iis פ"ת, *dicere*, hoc est, *subtilitas*: quia subtiliter & accuratè literas, puncta, inflexiones, & omnem vocum naturam considerat. Quod si iudem simplicem magis appellationem amassent, potuere id arcessere ab Hebræo שפ"ח, *saphar*; quasi artem hanc, Latinâ terminatione, *Sopheristicen* diceremus. Nam ut γράφω, *scribo*, γραφή, *scriptura*, γράμμα, *litera*, quia nempe scribatur, γραμματική, *literaria*, vel *literatura*: ita & Hebræis שפ"ח quandoque est *scribere*: quomodo R. David Kimchi exponit Psal. lvi. 9. Inde, שפ"ח, *sopher*, hoc est, *scriptura*, *liber*: שפ"ח, *scriba*, *literator*, *literator*, *grammaticus*. Vt Iesaiæ cap. xxxiii. 18: שפ"ח איה שפ"ח איה שפ"ח *ajeh sopher ajeh schokel*. Vbi lxx vertunt: πῦ εἰσιν οἱ γραμματικοί; πῦ εἰσιν οἱ σύμβουλοι. Vulgatus interpres: *Vbi est literatus? ubi legis verba ponderans?* Apost. Paulus I Cor. i. 20 sic: πῦ σοφός; πῦ γραμματεὺς; Tertullianus lib. de Idololatr. c. ix: *Vbi sapiens? ubi literator? Vulgatus, ubi sapiens? ubi scriba?* Vt iidem videantur, שפ"ח, *sopherim*, γραμματικοί, γραμματεὺς, *litatores*, *scribae*. Sed sæpius *sopherim* sive *scribarum* nomen excellentiori significatione usurpat de literatis non quibusvis, sed qui literas sacras in synagogis legerent, & interpretarentur; quomodo & iidem γραμματεὺς sive scribæ, quia Scripturam sacram enarrant: unde & iidem vocantur רומיכו, quasi

quasi legisperiti, sive legis divinæ doctores. Quos Grammaticos vocabamus cum LXX, hos iudem dixere γραμματικοὶ (γραμμαιολογοί) : ut videre est Deut. XXXI. 10. & XXXI. 28. De eo sic B. Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei cap. XXXIX: *Quos Moses in populo Dei constituit, qui docendis Literis praeessent, hos appellat Scriptura γραμματικοὶ λογογῶνταις, qui Latine dici possunt litterarum inducitores, eo quod eas inducant quodammodo in corda discipulorum, vel in eos potius ipsos, quos docent.* Sed ubi LXX habent γραμματικοὶ λογογῶνταις, ibi Hebraicè est non *sopherim*, verùm *סופרים* *sopherim*, quod praefectus notat, à *ספר* *satur*, hoc est *praeesse*. Fortasse autem & alia est ars, quae *Grammaticae* dicatur. Nam si penè omnibus Cassiodori libris fidem habemus, quibuscum etiam manuscripti nostri consentiunt; pars Geometriae *Grammatica* dicebatur: ut colligitur ex epistola ejus LXXI libri tertii Variarum. Nempe ea sic dicta fuerit à *γράμμα*, hoc est, *scriptum*, ut exponunt glossae veteres, & Priscianus sive Remus Favinus, vel (ut Politianus, Gyraldus, atque alii, vocare malunt) Rhemnius Palæmon, libello de ponderibus & mensuris; ubi versus iste legitur:

Γράμμα vocant: *scriptum* nostri dicere priores.

Alii *scriptum* vocant: minus rectè, ut puto, quando ut à *γράψην* *γράμμα*, sic à scribendo *scriptum* factum est. Sanè *scriptum* ἔργον *γραφῆς* fieri è *scriptum*, etiam Charisius monet lib. I. Sed insolentem hanc Grammaticæ, quam diximus, acceptionem illud reddit incertam, quòd in uno Cassiodori exemplari *dramaticum* pro *grammatico* repererit Guilielmus Fornerius. Ac planè eam evertit, quòd *γραμματολογία* dicatur *grammaticae*; ut dubium non sit, quin rectè *grammaticae* emendent. Nam dioptricon illud organum, quo agros ac vias mensurabant, vocabatur Græcis *γραμμων*, *γραμμη*, vel *γραμμά*. Latini pro eo, N in R converso, dixerunt *groma*, vel *groma*: ut constat ex Festo, Nonio, & Philoxeni glossis. Vnde *grammaticus*, *γραμματικός*: qualis Hyginus, cujus geminum existat *gromaticon*: unum de limitibus constituendis: alterum de castrorum metatione. Sed meliori jure existimet aliquis, Grammaticen etiam sumi pro arte numerandi. Nam sic calculatores, & qui numerandi artem profiterentur, *γραμματικῶν* nomine signarunt, cum Chrysostomus, & alii, tum etiam Aristophanis scholiastes in Nubes, ubi ait: *οἱ γραμματικοὶ ἔτι διδάσκουσι, ἢ καλεῖται ΚΟΠΠΑ ἐννεήκων*. Es apud Grammaticos sic docetur, vocaturque *κόππα* *μοναγμία*. Cui loco, uni & alteri, vel fortasse nemini antè satis intellecto, multum lucis attulit Iosephus Scaliger in digressione de literis, quam Eusebianis animadvertionibus intexuit*. Sed quòd calculatores Grammaticorum etiam nomine signentur, id planè fit *ἀκρίτως* †: nempe non alia de causa, quam quia iudem, qui in primis literis instituerent, numeran-

* ad annum
MDCXVII.
† improprie.

randi quoque artem docerent : ut constat ex Platone in VI I de Leg. & Luciano *Ἐπι γυμνασίων*. Eodemque pertinet hoc Capitolini in Per- tinace : *Puer literis elementariis & calculo imbutus*. Idem compluribus lo- cis docet Augustinus ; ut lib. I Confess. *Primas literas, ubi legere, scribere, & numerare dicitur*. Et lib. II de Ordine cap. XII : *Sed audiri absenti- um verba non poterant. Ergo illa ratio peperit literas, notatis omnibus oris ac linguae sonis, atque discretis. Nihil autem horum facere poterat, si multumdo veriam, sine quodam defixo termino infinite patere videretur. Ergo utilitas nu- merandi, magna necessitate animadverta est. Quibus duobus repletis nata est illa librariorum & calculorum professio, velut quaedam Grammaticæ infantia, quam Varro *literationem* vocat.*

Propriè verò Grammaticæ est ars legendi & scribendi. Nam anti- quissimis temporibus tantum legere scriberéque discebant, eaque so- la Grammaticæ nomine intelligebant. Hunc vocis Grammaticæ usum cum quidam rectè agnoscerent, malè tamen defenderunt. Quippe ad- duxere pro se locum Aristotelis cap. III I * lib. I Sophist. Elench. ubi philosophus hujuscemodi adfert *ὁμωνυμίας* exemplum : *ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἑπιστάμῳτοι τὰ γὰρ ἑπιστομαίῳζόμενα μανθάνουσιν οἱ γραμματικῳοί*. Vocari hîc *γραμματικῳοί* ajunt, qui scribendi legendique addiscunt rationem. Atqui *σφισμα* est istiusmodi : Grammatici *μανθάνουσιν* : Grammatici sunt periti. Ergo periti *μανθάνουσι*. Fraus in eo est, quòd, ut ipse Aristoteles mox subdit, *μανθάνειν* nunc *discere*, nunc *intelligere* significat. At *γραμματικῳοί* se habent ad *ἑπιστάμῳτους* †, ut species ad genus : cujus- modi Scholastici dicunt esse *realiter dem*. Adde quod iis, qui solùm legere scribereque discant, non satis conveniat vox *ἑπιστομαίῳζεσθῳ* ; quæ, Suidà teste, signat *ἑπὶ μνήμῳης λέγειν, & ἑπὶ σῳμαίῳ, ἀνευ γραμ- μάτων*, hoc est, *memoriter & circa scriptum dicere*.

Quamobrem validiori nobis argumento fulciendum, quod dice- bamus. Istiusmodi est, quòd apud Diodorum Siculum lib. XII in antiquis Charondæ legibus Grammatica expresse vocetur *ἑπιστήμῳη & ἀναγνώσῳειν, καὶ γράφειν* * : quodque eodem modo eam definiat Aristoteles in VI Top †. Verba Philosophi sunt, *Ἐπὶ εἰ πρῳὸς ἀλείω λερομέμῳη & ἐλεζομέμῳη, μῳ πρῳὸς πῳντῳ ἀπέδωκεν. ὅιον εἰ τίω γραμματικῳω, ἑπιστήμῳη & γράφῳαι πῳ ἑπαγερευθῳ. πρῳσδέεται γὰρ, ὅπῳ καὶ & ἀναγνώσῳαι εἰδῳ γὰρ μῳπῳον & γράφῳαι, ἢ & ἀναγνώσῳαι, ὁ δῳπῳδὸς ὤρεται. ὡς εἰδῳ ἑπερῳ, ἀπῳ ὁ ἀμφῳ ταῳτῳ εἰπῳν*. hoc est, *Præterea si cum dicitur multis dicatur res de- finita, non tamen aptetur omnibus: velut si quis dicitur Grammaticam scientiam scribendi res prolatas. nam deest, Et legendi. Neque enim magis, qui scribendi, quam qui legendi scientiam esse tradidit, eam definiuit. Quare reuser definiuit, sed is, qui utraque hæc dixit. Nempe, Aristoteleo quoque ævo, nulla ar-*

* sive quin-
to, juxta
distinctio-
nem Pacci.

† periti.

* scientia
scribendi &
legendi.
† contextu 6.

tis

tis præcepta discabant; sed solùm scribendi legendique artificium: cuius ratio est, quòd sermonem vernaculum, uti nosmet nostrum, usum consequerentur. Neque mirum videri debet, in tantà philosophorum ubertate fuisse neminem, qui ἀναλογίας & ἀνωμαλίας doctrinam scriptis contignasset; quando & in Belgicà, & quibusdam aliis linguis, videre est, licet multi, linguà vulgari purà admodum dictione edolarent scripta; neminem tamen eorum hæctenus de linguà vernaculà præcepta tradidisse.

Et talis quidem fuit Grammaticæ antiquis temporibus. At postquam cæpta sunt artis præcepta observari, origines indagari, proprietates vocum tradi, autores omnes à certo hominum genere explicari: Grammaticæ simul quoque nomen ad variam adeo cognitionem extendi cœpit. Imo quod mirandum magis, huic soli est Grammaticæ nomen attributum: at legendi scribendique ratio, veteri nomine spoliata, ferè vocabatur *Grammatistica*, magisque *πρωτόδομος**, quam pars artis, esse putabatur. Hinc Quintilianus lib. I, cap. IV: *Primus in eo, qui legendi scribendique ad aptus erit facultatem, Grammaticis est locus*. Vides, ut Grammatisticam ab arte excludat. Nonnulli tamen censuerunt, eam Grammaticæ esse si non partem, at particulam: sed hi Grammaticam dividere in perfectiorem, quæ artis præcepta contineret, auctoresque omnes enarraret: ac imperfectiorem, quæ solo constaret artificio legendi & scribendi. Philo *ὅτι τὸ εἰς τὰ προπαιδευτικά σιωπῶν: τὸ γράφειν δὲ ἀναγιγνώσκειν χαμμαλικῆς τε ἀτελετέρας ἐπιγυλισμα, ἢ τῶν τε ἐπιπύλες πύλες, χαμμαλικῆς καλῶσι*. *Scribere & legere Grammaticæ est imperfectæ, quam nonnulli commutantes vocabulum, grammatisticam vocant*. Manifestè hic Grammaticam imperfectam & Grammatisticam pro eodem habet. Eadem sententia fuit Isidori, qui lib. I Originum cap. III, literarum cognitionem tum *primordia Grammaticæ artis*: tum *velut quandam Grammaticæ artis infantiam* appellat. Ac sic antea Augustinus vocarat, ut superiùs dictum: qui & *literationem* nominat cum Varrone: ut diversa sit à literatura, quæ est perfectior Grammaticæ. Ciceroni tamen in Partitionibus *literatura* sumitur pro χαμμαλικῆ. Seneca distinctius ep. LXXXVIII, ubi eam vocat *primam literationem*. Ac similiter *primas literas* dixit Fabius lib. I, cap. II: *Paulum, inquit, prima primas literas progressi*. Et ante eum Aconius in Divin. *Magistri Iudæ dicuntur, qui primas literas docent*. Eodemque modo postea Agræcius: *Magister Iudæ docens primas literas*. Sed neque Grammatisticæ & Grammaticæ vocabula hæc postea in significatione perstiterunt. Nam postquam Grammatistæ in ludis suis variarum artium elementa tradere, auctoresque etiam pueris enarrare cœperunt: omnes illi *Grammatistæ*,

matista, ac *litteratores*, dicti sunt, qui mediocriter essent eruditi, ac potissimum, si iidem ludi essent magistri. *Literiones* contemtum appellat B. Augustinus lib. contra aduersarium Legis. *Grammatici* verò appellati, qui essent absolutè docti, ac imprimis litterarum professores. Confirmantur hæc iis, quæ de *Grammatici*, & *Grammatistæ*, *litterati*, & *litteratoris* discrimine, ex Nepote, & Orbilio, scripsit Suetonius Tranquillus lib. de illustr. Grammat. Cujus hac de re illustrem locum corrigat Andreas Schottus lib. III Observat. humanarum cap. XIV. Vfus hoc pacto idem Augustinus lib. I Confess. *Adamaueram*, inquit, *Latinas litteras, non quas primi magistri, sed quas docent, qui Grammatici vocantur*. Similiterque Ælius Lampridius in Alexandro Severo litteratores sive Grammatistas, quos Severus in pueritiâ habuit, distinguit à Grammaticis, quibus in patriâ, Romæque usus est. Idem quoque discrimen observat Iulius Capitolinus in M. Antonino Philosopho: *Vfus*, inquit, *est magistris ad prima elementa Euphorione litteratore, & Gemino Comædo, &c.* Et mox: *Vfus præterea Grammaticis, Græco Alexandro, quotidianis Latinis Trofio Apro, & Pollione, &c.*

Hæc ed fufius prosequi visum fuit, quia viri quidam eruditi plurima quidem de Grammatistâ, & Grammaticâ, magno labore congefserunt: sed dum ad varium vocum harum usum ac significationem non attendunt, locos autorum *dis Ἀξ πρῶτον* * differentes, tanquam geminos, quasi unum in penum conjecerunt.

* in per omnia.

C A P V T II.

Grammaticen non esse scientiam, contra quàm Iulio Scaligero, & aliis, visam. Vti nec Gymnasticæ scientia est, contra quàm statuit Galenus. Cui frustra patrocinium querit Mercurialis. Perperam à Mario Corrado, & cæteris, in Grammatices definitione addi, esse & scribendi artem.

VENIO ad Grammatices naturam. Ea univèrsè explicatur definitione. Definitio ab officio petitur. Estque Grammatices munus agere de sermonis puritate, quemadmodum Rhetoris de ejus ornatu, Poëticæ de metro. Itaque rectè definitur, ars purè loquendi. Iul. Scaliger, vir summus, hanc definitionem oppugnans, scientiam, non artem esse vult, lib. I de causis linguæ Latin. cap. I. Ac Scaligerum quoque hac in parte sequitur melioris notæ Grammaticus Nicodemus Frischlinus. Competit tamen ei Peripatetica artis definitio; quia fabricat notiones secundas ad purè loquendum. Scientia verò esse nequit, quia ea est rerum æternarum; Grammatica autem est rerum contingentium. Versatur enim circa notiones secundas, quæ cum sint

sint

sint opus Grammatici, ab ejus quoque ut pendeant intellectu necesse est. Adde quod non ipsæ modò notiones secundæ sint res contingentes; sed quod id quoque, cujus gratiâ eæ fabricantur, hoc est oratio, non habeat *visum* † immobilem & invariabilem, à quâ certæ fluant † *essentiam*. passiones de subjecto demonstrabiles. Nam, ut ait Flaccus epist. ad Pisones,

Multa renascuntur, quæ jam cecidere; caduntque,

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,

Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.

Atque ex his lucem fœnerant, quæ *παρέργως* * de Gymnasticâ di- * *obiter*. cam. Nam eundem in errorem impingit Galenus lib. ad Thrasylbulum, quo Gymnasticam definit, scientiam, quâ facultates exercitationum novimus. Η τέχνη γυμναστική, inquit, ἐστὶν ἀριστήμη τῆ ἐν πᾶσι γυμναστικῶν δυνάμεως. A. V. *Ars Gymnastica est scientiâ potentie omnium exercitationum.* Atqui cùm Gymnasticæ finis sit opus, scientia esse nequit, quamvis causas exercitationis virium contempletur. Cassa verò est isthæc opera Hieronymi Mercurialis, cùm lib. I artis Gymnasticæ cap. III, ut Galenum defensum eat, ab eo ait communiter *scientiæ* vocem accipi. Nam præter in definitionibus, hæc latè sumi debere, sciunt, qui potius sinceræ Aristotelis philosophiæ, quàm aliorum fermento, sunt initiati. Sed reveniamus ad Grammaticen. Quam qui *scientiam* esse volunt, duobus se magnis auctoribus tuentur, Aristotele, & Fabio: quorum ille lib. VI Top. cap. V Grammaticen vocat *ἡγεσιμὴ* †: hic lib. I, cap. IV eam esse ait rectè loquendi scientiam. Ve- † *scientiam*. rum Fabius, dum format Oratorem, non omnia ad Logices trutinam expendit. Ne Aristoteles quidem id facit in Topicis, scripto *ἰσχυρολογία*: in quo propterea tam multa ex aliena potius sententia dicat, quàm suâ. Accuratius idem lib. VI Nicomachiorum cap. IIII: ubi *scientiam* definit. Eam definitionem si spectemus, Grammaticæ esse scientia non potest: quia, finis ejus est non cognitio, sed opus: materia item non res necessariæ, sed contingentes: ut diximus. Loquor autem de Grammaticâ cujusque linguæ propriâ: non omnium linguarum communi. Nam communis illa, ut inferiùs dicam, tota est naturalis, non arbitraria. Exponit autem quid litera sit, quid vocalis, aut consona, quid syllaba, quid diphthongus, quid vox, quot vocum classes, quæ primariæ & categorematicæ, quæ syncategorematicæ, aliæque humanæ voci imita, ac omnium linguarum communia. Hæc quo minùs scientia propriè pressèque dicatur, nihil impedit; seu finem, seu materiam spectes. Nam ut natura loquelæ, quæ hominis est affectio, meliùs perfectiusque cognoscatur, in materiam orationis inquirat, & affectiones

nes ejus ex naturæ principiiis demonstrat. Nos cum Grammaticen per scientiam posse definiri negamus, de Grammatica loquimur non naturali, sed artificiali; non communi omnium hominum, sed propriâ hujus, vel illius linguæ: ut eas distinguemus cap. VII. De genere satis.

Differentia Grammaticæ artis à fine peti debet. Est is *bene loqui*, hoc est purè, emendatè: pro quo quidam dicunt *congruè*, sed parùm, ut cum illis loquamur, congruè. Nam congruè non invenio apud antiquos: sed pro eo apud Tullium in tertio de Oratore legas *congruenter*: quomodo loquitur, qui loquitur appositè ad rem; cui contrarium sit, de aliis loquenti, de cepis respondere, ut in proverbio est.

* lib. I. de
Ling. Latina.

Mario Corrado *, aliisque plurimis, definitur Grammaticæ, ars bene loquendi & scribendi. Sed de verborum sententia parùm convenit inter eos. Sunt enim, qui ita capiant, ut Grammaticæ dicatur esse ars non tantùm loquendi, sed & scribendi purè. Aliis verò placet, per scriptionem intelligi rationem figurarum ac ductuum. Qui priori modo accipiunt, peccant, cùm puritatem scribendi in definitione exprimendam judicant, quandoquidem non aliter scribimus, quàm loquimur: ac scriptio accidit loquellæ, eoque locum habere non possit in definitione. Hæc enim essentialia duntaxat assignare debet; quia propriè est *ἰστίαι πρὸς γνῶσιμὸς* †, ut ait Philosophus lib. II Analyt. poster. cap. III; § VII.

† essentia
notificatio
quadam.

Nec minus peccant, qui *πρὸς scribere* adjungunt, si solùm ad literarum figuras respiciunt. Nam etiã si cura ductuum ad Grammaticam pertineret, quæ Capellæ *, Isidori †, aliorumque sententia est; non tamen in definitione ejus id poni deberet; nihilo sanè magis, quàm Arithmetica definitur, dicere, eam esse bene notandi artem; quamvis aliud sit notatio, aliud numeratio, atque de utraque agere sit Arithmetici. At jam ne quidem Grammaticæ munus est docere figuras literarum: sed Grammaticæ, quæ viam munit ad Grammaticam: quemadmodum & Fabio ostendebamus.

* lib. 3. initio.
† lib. I. cap. 3.

At illorum magis ferri sententia potest, qui eò scribendi vocem apponunt, quòd, corruptâ jam à multis seculis pronuntiatione Latinæ linguæ, plurima aliter scribi debeant, quàm vulgo pronuntiantur: ubi si peccetur, scripturæ vitium castigare debeat Grammaticus. Nec propterea tamen in definiendo necessarium est scripturæ fieri mentionem, quia Grammaticen spectamus pro natura artis, quæ erat iis seculis, cùm omnia pronuntiantur similiter ac scribuntur.

CAPVT III.

Grammaticæ usus in vita omni privata, ac publica. Prometheo ejus inuentio tribuitur à Grecis : & quando is vixisse credatur. Grammatices, quatenus origines vocum expendit, origo videtur à Platone. Methodices verò inuentio rectius ad Aristotelem refertur. Quem secutus Theodectes. Lamprius tamen & Ileo, Grammatici, ab Aristotele ipso memorati. Epicurus Grammaticen docuit. Stoicorum in eadem studium. Ab Alexandrinis est admodum exculta. Estque clavis omnium disciplinarum. Apud Romanos quoque in honore fuit : qui Grammaticis immunitatem indulgere : at non uicem Grammaticis. Scepticorum dubitatio, siue Grammaticæ utilis, imo ecquis sit Grammaticus.

Proximum videtur, ut partim de multiplici Grammaticæ utilitate dicam, partim etiam exponam, cui debeat repertæ nobilissimæ hujus artis beneficium. Ac Grammaticæ quidem siue literationis usus maximus, quod, ut Sextus Empiricus * ait, ἰστέον τὴν λέξιν τ. Quomodo & Lactantius lib. III, cap. XXIV : *Discendæ istæ communes literæ propter usum legendi, quia in tanta rerum varietate, nec disci audiendo possunt omnia, nec memoriâ contineri.* Nempe, ut Quintilianus ait lib. I, cap. VII : *Hic usus est literarum, ut custodiant voces, & velut depositum reddant legentibus.* Usus iste se exerit in privatis, publicis, sacris. Et, ut particulatim magis dicam, in iis, quæ propriæ memoriæ causâ annotamus, velut de die nostrorum natali, aut mortuali : item in epistolis, pactis, oppignerationibus, testamentis : præterea in legibus, fœderibus, rebus judicatis, decretis : adhuc iis, quæ doctrinarum studia spectant, siue sint de linguis, siue de rebus gestis, siue de orbium liberalium, siue de philosophia, siue de religione. Livius lib. VI : *Rara & parvæ per ea tempora literæ fuerunt, una custodia fidelis, rerum gestarum memoria.* Plinius lib. XII, cap. XI : *Hujus unius rei usu scimus maxime constare humanitatem vitæ, memoriam, ac hominum immortalitatem.* Tertullianus lib. de corona Militis : *Literas necessarias confitebor, & commercii rebus, & nostris erga Deum studiis.* De scripturæ bono in epistolis, vide sis Basilium epist. LV ad Ambrosium : & Theodoretum orat. IV de Providentia. Sed imprimis de multiplici aded utilitate illustris est locus Diodori Siculi lib. XII ; ubi de Charondæ legibus tractat. Sic enim scribit : *Τὴν γὰρ γραμματικὴν ἀρχὴν τὰς ἀπὸ μαθητικῶν προέκεινεν ὁ νομοθέτης ἢ μάλα προσοικόντως. Ἐξ γὰρ ταύτης τὰ πλεῖστα & χρησιμώτατα τῆς πρὸς τὸ βίον ἐπιτελεῖσθαι, ψήφους, ἐπιστολάς, ἀγαθήνας,*

B

* contra
Mathematicos
cap. 2.
† medetur
asque occur-
ris oblivioni.

Θήκαι, νόμους, τὰλλα τὰ τείον μάλα ἐπανορθῶντο. τίς γὰρ ἀνὴρ ἄξιον ἐγκώ-
 μιον ἀξίωτο τῆς γρομμάτων μαθήσεως; δὲ γὰρ τέτων μόνων οἱ τελευ-
 τικότες τοῖς ζῶσι Διφμημονίδιον. οἱ ἡ μακρὸν τοῖς τόποις Διφσωῖτες, τοῖς
 πλεῖστον ἀπέχουσι, ὡς ἀληθῶς παρεσῶσι, δὲ τῆς γερομμμένων ὀμιλῶσι. ἢ
 τε κτ' πόλεμον σιωθήκαι ἐν ἔθνεσιν ἢ βασιλεύσι πρὸς Διφμημονὴν τῆς ὀμολο-
 γῶν ἢ δὲ τῆς γρομμάτων ἀσφάλεια βεβαιωτότῳ ἔχει πίστιν. καθύλας ἡ
 τοῖς χαλεπότητος τῆς φρονίμων ἀνδρῶν ἀποφάσεις, ἢ θεῶν χρησμούς, ἐπὶ ἡ
 φιλοσοφίαν ἔπασκεν παιδείαν μόνῃ τυρεῖ, ἔ τοῖς ἐπιγνωμένοις αἰεὶ παρο-
 δίδωσιν εἰς ἅπαντα τὸ αἰῶνα. διὸ ἔξ μὲν ζῆν τὴν φύσιν αἰτίαν ἱστορηπλέον,
 ἔ ἡ καλῶς ζῆν, τὴν ἐκ τῶν γρομμάτων συγκεκμηῆν παιδείαν. Id est, Li-
 terarum enim scientiam ceteris disciplinis non immerito preferendam censuit
 legislator. Hujus enim adjumento res plurimae, & communi vitae maxime
 commodabiles, ut suffragia, epistolae, testamenta, leges, aliaque ad rectam vitae
 institutionem necessaria, conscribuntur. Quis vero dignis literarum disciplinam
 laudibus prosequatur? Haec solum efficiunt, ut desuntorum memoria inter vivos
 perduret. His internumciis, qui longissimis terrarum intervallis separati, cum
 procul absentibus, tanquam prope astantibus, colloquia miscent. Harum certi-
 tudo ad fœderum & pactorum, cum populis aut regibus initorum, fidem sancte
 conservandam magis opere conducit. Haec denique pulcherrimas vitiorum pru-
 dentium sententias, Deumque responsa, & philosophiae dogmata, & breviter to-
 rum disciplinarum orbem, solum conservant, & posterorum memoriae usque ad
 omnem aeternitatem commendant. Idcirco vitam quidem à natura tribui; bene
 autem beataeque vivendi rationem literarum discipline acceptam esse referen-
 dam, statui debet. Haec Diodorus. Est vero stupendum planè, quòd
 tantum boni redundet ad humanum genus ex paucis ac minutis li-
 neolis: ut quibus contineatur, quicquid facimus, dicimus, cogita-
 mus. Quare meritò literas reponas inter miranda naturæ. Quod &
 Tullii judicium est in primo Tuscul. Quæst. Vbi quasi obstupefactus,
 Quis, inquit, sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis ter-
 minavit? Hunc tanti boni inventorem esse Prometheum, traditum est
 à Græcis. Suidas: Προμηθεὺς ὄρε πρῶτος τὴν γρομματικὴν φιλοσο-
 φίαν*. Pro quo Cedrenus simpliciter: Προμηθεὺς τὴν γρομματικὴν, ὡς
 φασι, ἐξέδωκεν. Vt fortasse apud Suidam legi debeat: γρομματικὴ
 ἢ φιλοσοφίαν. Γρομματικῆς autem nomine hic intelligi debet γρομ-
 ματιστικῆ, quæ Grammatices infantia est, solaque antiquissimis tempo-
 ribus disceretur. Cujus inventum Prometheo tribuere, ut aliarum
 prope omnium artium ac scientiarum primordia. Vixit is, si Euse-
 bium audimus, puero Mose: si Tatianum, & Clementem Alexandri-
 num, eo jam adulto, sive temporibus, ut iidem ajunt, Triopæ, septi-
 mi

* Promethens pri-
 mus reperit
 Grammaticam
 philosophiam.

† Promethens Gram-
 maticen, ut
 ajunt, reperit.

mi Argivorum regis, & Cecropis, regis Atheniensium primi. Sed Promethei res pertinent ad tempus *μυθικόν* *, cujus pleraque incerta. * *fabulosum.*
De vero autem *γερμαλικῆς* sive literationis auctore, infra commodius differetur, cum de literis particulatim agendum erit.

Nunc potius videamus de nobiliori perfectioréque Grammatica, quam literaturam dicimus, ac solam Grammatices nomine dignamur. Penè in confesso est, primum Platonem quædam movisse circa artem Grammaticam. Nam præterquam quod in Philebo docet, quâ ratione literarum doctrina tradi possit, in Cratylo habemus illam *μυθικὴν* † disputationem, utrùm nomina significant φύσιν *, an *ἴσιν* †. Verùm rudia hæc fuere artis initia, magisque ad exegeticen & vocum origines pertinent, quàm ad methodicen sive artis præcepta. Et tamen propterea apud Laertium Phavorinus in VIII Variæ historiz de Platone ait, *Πρῶτος ἰδεώρησε τὴν Γερμαλικῆς ἢ δύναιμι*: *primus inspexit Grammatices vim.* Quod planè exponi debet de origine vocum. Vnde Diogenes mox subjicit : *Διελέχθη ἐπὶ ὀνομάτων ὀρθότητι* † *differunt de nominum recta impositione.* Iustius igitur Aristoteles artis hujus autor censetur: qui primus voces distinxit in certas classes; puta, nomina, verba, & *συνδεσμῶς* seu copulas: primus quoque generum doctrinam profecutus est, aliâque nonnulla explicuit; ut cum aliis ejus ex scriptis perspicuè, ac tanquam de plano dilucet; tum imprimis ex eo, quem è tribus superstitem habemus, de re Poëtica libro. Et sanè Dio Chrysostomus orat. LIII, quæ est de Homero, cum dixisset, Poëtarum interpretes prius esse *κελετικῶς* vocatos, postea *γερμαλικῶς*, quales fuere Aristarchus ac Crates: addit, multa etiam de Homero in dialogis disputari ab ipso Aristotele, *ἀφ' ἧς φασι τὴν κελετικὴν πρὶν γερμαλικὴν ἀρχὴν λαβεῖν*: à quo *ajunt initium cepisse artem Criticam & Grammaticam.* Vbi non de nihilo est, quod neutriquam contentus dicere *Criticam*, addit *& Grammaticam.* Nam etsi Critici postea acceperint nomen Grammaticorum, naturâ tamen latius patet Grammatici appellatio. Atqui Aristoteles non tantum Poëtarum mentem exponit, quales Critici dicebantur; sed ea etiam docet, quæ ad *μύθοθεν* sive artis Grammaticæ naturam pertinent. De methodo quoque egit Theodectes. Quem cum Aristotele tres solum classes vocum, verba, nomina, & convictiones, tradidisse, auctor est Quintilianus lib. I, cap. VI *. Fortassis tamen & Aristoteles, & Theodectes, aliquid debuere Lampro, & Ileo: quos Grammaticen reliquisse auctor est Aristoteles ipse lib. II Magnorum Moralium cap. VII: *Ὅτι ὡσαύτ' ἔστι τῶν ἐπισημῶν ἔχει, διὸν τὴν γερμαλικῆς, ἢ ἀλλῆς ἕστιν οὖν. ἐὰν ἔχη τὸ δάμπερ τὴν γερμαλικὴν, ὁμοίως τῷ ἀρχαίῳ* † *ἴσιν*

† *multa sunt agitata ventilata que.*
* *natura.*
† *positione.*

* *sive, ut alii distinguunt, c. 4.*

Ἰσὸς δὲ γερματικῆς πάντης ὁ γερματικὸς, ὡς ὅτι ὅτι ἔχον π γερματικῶν, ἢ δύο εἰσι Διδάσκαλοι αἱ γερματικῆ, ἢ ἔν δάμπρω, ἢ ἢ ἐν ἰλεῖ. Neque enim (in voluptatibus, quæ specie differunt) est, quemadmodum in scientiis, ut Grammaticâ, vel quacunque aliâ. Non si Lamprius Grammaticam habeat, & ita afficiatur hic Grammaticus ab hac Grammatica, ut quisvis alius habens Grammaticam, non sint numerum duæ Grammaticæ diversæ, quæ in Lampro, & quæ in Ileo. Fortasse & ars hæc aliquid postea debuerit Epicuro, qui Aristotele moriente annorum erat xx. Saltem Epicurum γερματικὸν διδάσκαλον γεγενηδὲ †, priusquam, lectis Democriti libris, ad philosophiam se applicaret, ex Hermippo testatum facit Diogenes Laertientis*. Sed hoc utcunque est, Aristotelis, ac Theodectii inventis plura accuderunt philosophi sequentes, cum primis Stoici: ut ex Fabio † etiam cognoscere est, & Laertio imprimis, nec non Apollonio Alexandrino. Atque ita paulatim ars excrevit in justum σύστημα*; quod cujus opere consecuta sit maximè, in obscuro latet. Non dubium tamen, quin præcipuè debuerit hæc ars Alexandrinis. Qui non minus ob Grammatices peritiam jactare se solent, quàm Thebani, quia tibiâ; Mitylenæi, quia citharâ optimè canerent: quemadmodum testis est Menander Rhetor in iis, quæ de genere demonstrativo scripsit lib. 1, cap. xvi. Nec mirum, si tantopere philosophi, & alii, hoc studium excoluerint. Est enim clavis omnium disciplinarum: cùm artes ac scientias docere nequeamus, nisi alii alios intelligamus, quòd sermonis præstat disciplina. Hinc Luculenta illa elogia Grammatices apud Fabium lib. 1, cap. iv. Cassiodorum lib. ix, epist. xxi, ac tot alios. Hinc quoque est, quòd apud Romanos tanto in honore fuerunt pænulati illi magistri: quodque summæ etiam dignitatis viri hoc studium amplexi fuere: de quorum utroque Tranquillus libro de illustribus Grammaticis. Quin & beneficio immunitatis gaudebant: ut indicant hæc Arcadii Charisii verba L. ult. D. de mun. & honor. Magistris, qui civilium munerum vacationem habent, id est*, Grammaticis, & Oratoribus, & Medicis, & Philosophis, ne hostium recipere, à Principibus fuisse immunitatem indultam, & D. Vespasianus, & D. Hadrianus, rescripserunt. At negatus is honos illis, qui non Grammatici sive professores, sed Grammaticæ, sive ludi magistri forent. Modestinus l. 11, ut gradatim. §. fin. ff. de muneribus & honor. Eos, qui primis litteris pueros inducunt, non habere vacationem, Divus Magnus Antoninus rescripsit. Et Vlpianus l. Sextum decimum. 2. §. fin. D. de Vacat. & Exculat. Mun. Qui pueros primas litteras docent, immunitatem à civilibus muneribus non habent. Sed ne cui eorum, quod supra vires sit, indicatur, ad præsidis religionem pertinet, sive in civitatibus, sive

† grammaticam docuisse.

* In vita Epicuri.

† lib. 1. c. 6.

* corpus ac compagem.

* vultu leg. item pro quo reser. Cuiusmodi id est reponis.

sive in vicis, primas literas magistri doceant. Etsi verò ea sit necessitas ac præstantia artis Grammaticæ; Sceptici tamen, ut aliarum, ita hujus quoque disciplinæ utilitatem in dubium vocabant: imò etiam ambigebant, an Grammaticus vel Criticus esset quisquam: quæ res præbuit occasionem Galeno, ut librum scriberet hoc titulo, (quemadmodum ipse commentatione de propriis operibus ait) *Εἰ τὸ δύνασθαι τὸ κριτικῶς εἶναι ἐ γράμματικὸς*. Argumenta eorum, subtiliora sanè, quam solidiora, legere possis apud Sextum philosophum in opere Pyrrhoniarum *κατὰ Σέξτου*, & in iis, quæ adversus Mathematicos differit: item apud Franciscum Picum Mirandulanum lib. III, cap. III de vanitate doctrinæ gentium, & veritate religionis Christianæ. Ac fore propediem arbitror, ut quæ acutè adversus hanc sententiam differuit, publici juris faciat Casparus Bartheus, dubium poeta melior, an philosophus, antè in Lugdunensi Academia, nunc denuo in illustri hoc Amstelodamensium Athenæo collega exoptatissimus.

† Equis pop-
sit esse criti-
cus &
grammati-
cus.

CAPVT IV.

Grammaticæ divisio in μεθοδικὴν, & ἐξηγητικὴν. Cuius μεθοδικῆς, atque alio nomine ὁρατικῆς vocatur. Τεχνικῶς, τεχνολογικοῖς, artigraphi, cum presse pro artis Grammaticæ scriptoribus, tum laxè de aliarum artium doctoribus. Τραπεζίους junioris ætatis, conditio, ac de arte hac libri. Demetrius Ixion, Nicanor Hermiæ, Pausanias Cæsariensis, Lupericus Berytius, Hyperichius Alexandrinus, quæ de arte hac scripserint, & quando vixerint. Didymi duo, & Philoxenus Alexandrinus, technici. Apollonii Dyscoli ætas, de structura liber, ejusque commendatio. Vis & Herodiani, filii ejus. Τρύφου, Ἐλίου Διονυσίου, Χαζροβοσκίου. Iudicium de Chrysolora, Demetrio Chalcondyla, Constantino Lascare, Theodoro Gaza, Urbano Bellunenſi. Latine Grammatices scriptores deperditi, Erminus Iunior, Iulius Cæsar, Nigidius Figulus, & alii. Item qui supersunt, ut Varro, Palæmon, Valerius Probus, Sospater, Diomedes, Priscianus, & quando is vixerit. Macrobi excerpta de Græcæ Latineque linguæ convenientia ac discrimine. Ioannis Erigenæ, ac Macrobi ætas. Technici alii. Quam tardè Hebræus sermo artis præceptis tradi cœperit. Rabbi Iuda Ching, R. Ionas Cordubensis, R. Aben-Efra, R. David Kemchi, technici, quæ, & quando scripserint. R. Abraham de Balmis, & Elias Levita.

Quia, quid Grammaticæ sit, & quomodo à *ἑξηγητικῆ* differat, deque ejus utilitate, ac inventione dictum est, ad divisionem Grammatices accedemus. Partes ejus plerique faciunt duas, *μεθοδικὴν* seu

seu ὀρειτικὴν, & ἰσορειτικὴν, seu ἰξηγητικὴν. Μεθοδικὴν consistere volunt in artis præceptis : ἰξηγητικὴν verò in intellectu & enarratione auctorum. Est hæc sententia Philonis *ὅτι τὸ εἰς τὰ προπαιδευματῶν σωόδου*, Quintilianii lib. I cap. IV & IX, Diomedis lib. II, capite eo, cuius lemma, de Grammatica. Ac de priori quidem parte iis planè assentimus. Satis enim apertum est, eam sic dici, quia continet μέθοδον, hoc est, viam, rationemque docendi, prout Theodorus eam vocem transtulit. Nempe agit de sermonis veluti corpore & affectionibus ; & artem definitionibus, divisionibus, ac regulis, explicat. Quemadmodum autem à methodo vocatur μεθοδική, ita à definitionibus dicitur ὀρειτικὴ, quasi finitiva ; ac à præceptis artis πεγνικὴ, quasi artificialis. Qui verò aliquid hæc de parte memoriæ prodiderunt, ii dicuntur πεγνικῶς, & πεγνολογῶσι ; quomodo Suidas Herodianum vocat in *Λογικῶν*. *Artigraphos*, hybridâ voce, nominat eosdem Servius in lib. I & II Æn. & Cassiodorus præfat. collectaneorum de orthographia. Invenio & eandem vocem apud Carolum Magnum cap. xxx, lib. II, adversus concilium de imaginibus, ubi ait : *Omnia in scripturarum sanctarum amplissimis pratis inveniri posse, quæ artigraphi in suorum hortorum areolis posuere*. Sed hic intelligendi non Grammaticæ solum, verùm aliarum etiam artium scriptores. Quomodo & Eunapius artium omnium professores appellat πεγνικῶς.

Inter nobiles Grammaticæ artis scriptores apud Græcos, Iulii Cæsaris, & Augusti temporibus, fuit Tyrannio Phoenix, Artemidori filius, Tyrannionis Amisæni discipulus, Terentiæ ejus, quæ M. Ciceroni nupsit, servus, atque ab eadem manumissus. Qui de orationis partibus scripsit, & de orthographia ; item de prosodia Homérica, aliâque, quæ Suidas commemorat. Etiam Augusti ætate fuit Demetrius Ixion Atramyttenus, qui de pronomibus, & verbis in *μ* egit : ut idem est auctor. Ex quo etiam agnoscimus, sub Adriano Cæsare vixisse Nicanorem, Hermiæ filium ; qui de punctis reliquit libros sex, & eorundem epitomen. Idem prodit, sub Marco Antonino floruisse Pausaniam, Cæsariensem Sophistam, Aristidis æqualem, ac Philostrato etiam in Vitis memoratum, qui opus contexuit *ὅτι σωτάξεως*. Paulo ante Claudii secundi tempora, eodem auctore, fuit Lupercus Berytius, qui artem Grammaticam condidit : ac tres libros de structura particulæ *ἀν*, item de masculinis, femininis, & neutris, libros reliquit tredecim : in quibus sæpe recedebat ab Herodiano. Ait idem, sub Marciano Imperatore loco non exiguo fuisse Hyperchium Alexandrinum, qui & artem scripsit Grammaticam, & de orthographia, & de nominibus, ac verbis. Apud eundem Suidam legas de
Didy-

Didymo Alexandrino, qui de orthographia scripsit : de Didymo Claudio, qui egit de erratis Thucydidis in analogia : de Philoxeno Alexandrino, qui commentatus *περὶ συζυγιῶν* *, & de verbis in *μει*, & monosyllabis, & Græcismo. Sed longum sit iis insistere, qui perierunt. Eorum, quorum nobile quicquam superfit, princeps locus debetur Apollonio Alexandrino, cognomento *Δυσκόλω* sive Difficili : qui tempore M. Antonini claruit. Hujus quatuor exstant libri *περὶ Συντάξεως*. Hoc volumen ipse necessarium esse ait ad poëtas intelligendos, atque id à se scriptum *μὲν πείσης ἀκριβείας* †. Complura etiam alia edidit de hac arte, quæ referuntur in vita ejus, & à Suida. Etiam filius ejus Herodianus plurima reliquit, hodieque superfunt *παρεκβολαὶ μεγάλα ῥήματι* Ⓞ, *ἢ ἐν ᾧ αὐτὸν ἀπαγωγὰ δυσκόλων ῥημάτων* ex-cerpta d. magno verbo, Ⓞ, ex eodem, deductiones irregularium verborum. Item quædam *περὶ ἀριθμῶν* *. Multum patri filioque debet Priscianus, qui sic de iis in præfatione operis : *Quid Herodiani artibus certius ? quid Apollonii scrupulosis quæstionibus enucleatius possit inveniri ?* Etiam Apollonium se potissimum sequi, indicat initio lib. xvii. Etiam illud ad Apollonii laudem non parum facit, quod summus vir, Theodorus Gaza, penè illud omne ei debet, quod tradit in quarto Grammaticarum Institutionum, hoc solum excepto, quod de tota re *γενεσιμασι-κῶν* † ipse scripserit. Adhæc doctissimus Thomas Linacer Apollonii vestigiis passim insistit. Præterea ad nos pervenit libellus Tryphonis Alexandrini de dialectis, item de vocum passionibus. Ac videtur is Trypho, qui ætate vixit Augusti, pluraque alia reliquit, quæ Suidas commemorat. Item exstat Elii Dionysii opusculum *περὶ ἀκρίτων ῥημάτων*, & *περὶ τῶν ἐγκλινομένων λέξεων* : nec non Joannis Grammatici *περὶ ἐγκλινομένων*, uti & de dialectis. Etiam Chærobosci superest libellus *ἐπὶ ἐγκλινομένων*, & *περὶ τῶν ἐσῶν*, & de femininis in *ω* exeuntibus, deque *τῶν ἐφελευσικῶν Ν*, sive, quibus v addatur, vel non addatur : adhæc ad eos differtatiuncula, qui ubique regulas & formationes quæerunt. Cujusmodi libellos, vel antiquitatis causâ, operæ sit conjunctim uno legi volumine. Nunc habentur sparsim, & propterea leguntur à paucis. Multi etiam, renascentibus literis, præclare de arte hac meriti sunt. Ex iis Emanuel Chrysoloras idoneus est, unde discantur principia linguæ Græcæ. Nisi quod verborum formationes omittit. Plenior Demetrius Chalcondylas, qui Græcæ linguæ post Argyropolium Florentiæ professor fuit : sed, Politiani ambitione inde ejectus, Mediolanum se contulit. Chalcondylæ erotemata Petrus Danæus impensè laudabat, eaque Budæo auctore, primus publici juris fecit Melior Volmarus. Addendus Emanuel Moschopolus *περὶ συντάξεως*

* de conjugationibus.

† accurate omnino.

* de numeris.

† magis ex arte Grammaticæ.

* de verbis indeclinabilibus.

† de vocibus encliticis, sive inclinatæ ac recumbentibus in vocem præcedentem.

* de fructu.
ra.

† comment.
in Aristote-
li de re poe-
tica librum,
ubi quid
dicitur sit dis-
putat.
* Helias
Andream
præfat. in
Græcam.

† Delio na-
tatore indr-
gere.

σωτηρίας*. In opere ejus *ὡς ἐδῶν* multa sunt nullius usus, nec pauca falsa. Guarinus Veronenſis exſcripſit Chryſoloram. Fuſius de arte ſcripſit Conſtantine Lascaris. Is linguam Græcam docuit Meſſanæ, quæ eo tempore, quaſi alteræ Athenæ habebantur. Vitâ exceſſit, dum Grammaticæ institutiones ab Aldo excuderentur, cum primum vix librum ab eo editum conſpexiſſet. Latine vertit Aldus: ſed caſtigatiùs poſtea edidit Gaſpar Philomufus. Omnium verò doctiſſimè hanc artem libris quatuor tractavit Theodorus Gaza Theſſalonicenſis. Cujus operam ab ingenio & doctrina ſic commendat Franciſcus Robortelius †, ut nulli veterum poſtponendam dicat. Nec ei ſe ſimile quicquam legiſſe, eo in genere, dicitabat Budæus *. Is primo quidem libro agit de literis, & octo orationis partibus, præpoſitione exceptâ, de qua libro xv. Secundo accuratiùs illa de octo partibus expendit, ac, præter cætera, temporum formationem exponit. Atque hos duos libros Erasmus vertit. Tertio conſiderat accentus, quantitatem, orthographiam, & varios barbariſmi modos. Quartus eſt de ſtructura orationis, & variis dicendi formis. Interea tantus ſcriptor utilior iis eſt, qui jam aliquoſque profecerint. Ipſe liber primus brevitate nimia obſcurior eſt. Longeque prioribus difficilior eſt quartus. De quo Conſtantine Lascaris agebat, *Δηλὸς καλοῦμεν τῆ δειδῶς* †: uti olim dixerat Socrates de libro Heracliti ſibi ab Euripide oblato. Quare nec nomine ſuo indignum putarunt duo præſtantiſſimi viri, Iacobus Tuſanus, & Lazarus Bonamicus, ille ſi Lutetiæ, hic ſi Patavii eum publicè enarrant. Eademque res impulit doctiſſimum virum Heliam Andream, ut luculento eum illuſtraret commentario: idque ope imprimis Apollonii Dyſcoli: quem Theodorus, ut agebam, maxime ſecurus. Atque hi, quos dixi, artem Græcè loquendi, Græcè ſignarunt. Ex iis autem, qui Latine ſcripſerint, primus, qui aliquo loco haberi mereatur, Vrbanus Bellunenſis fuit. Hunc aliquis temporum ignarus eum eſſe exiſtimet, de quo ſic Leander in deſcriptione Italiæ, ubi de Foro Corneliæ ſeu Imola agit: *Vrbanus item Grammaticus, ſummè liberalium artium Grammatica præditus, qui ſuperioribus annis, reſtatâ multis in locis eruditione ſua, deceſſit, Imolanus erat.* Sed alius eſt, de quo antè dicebamus; nempe Leonis X præceptor, patriâ Bellanienſis ſive Bellunenſis: de quo fuſiſſimè Pierius Valerianus lib. xi de literatorum inſelicitate. Legendus autem, non uti primò conceptus, auctoreque ignaro editus eſt ab Aldo; ſed ut poſtea ab auctore auctus eſt & digeſtus, atque in Germania reſuſcitatus. Vrbanus exemplum multi poſtea ſecuti: ex quibus doctrinæ & indiſtriæ laudem maxime mihi meruiſſe videntur Angelus Caninius, & Fridericus Sylburgius.

A tech-

A technicis Græcis transeo ad Latinos. Qui ad excolendam hanc artem Græcorum exemplo fuere invitati. Docet hoc Tranquillus de illustribus Grammaticis: *Primus studium Grammaticæ in Urbem intulit Crates Mallæus, Aristarchi æqualis, qui missus ad Senatum ab Attalo rege, inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, cum in regimine Palatii prolapsus in cloacæ foramen cruis fregisset, per omne legationis finem & valedicendum tempus plurimas acroases subinde fecit, assidueque disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandam.* Quibus ex verbis, vir quidam eruditissimus occasionem arripit, artem eam, qualis ab illo tempore multis sæculis Romæ & alibi obtinuit, *Cloacinam* vocandi: quia, ut ait, ex cloacæ foramine una cum claudio magistro emerferit: ut minimè mirandum putet, si multis sit inquinata fordibus, pravoque malè talo incedat. Festive id dictum videtur. Sed Crateri injuria fit. Nec enim Grammaticen debemus cloacæ, quæ Grammaticum penè perdidit: verum Græciæ, seu Asiæ unde eam attulit Crates. Quæque inepte vel stulte postea tradita sunt à Latinis, ea non possunt homini Græco imputari, pauculis fortasse exceptis, pertinentibus ad Grammaticen, quatenus ea Græcæ & Romanæ linguæ communis fuit: sed proprio potius eorum stupori adscribi debent: ut qui vel linguæ suæ non satis essent intelligentes, vel neglexissent differendi disciplinam: unde tot factæ definitiones, ac divisiones, tantaque ordinis confusio. Nec tanta fuit veterum stultitia, ac posteriorum. Quod magis credo pateret, nisi injuria temporum abstulisset nobis antiquissimum ac præstantissimum quemque eorum, qui de lingua Latina aliquid, quod ad *μεθόδου* spectaret, scripto consignasset. Nunc non modò desideramus libros duos Ennii Junioris, quibus de literis syllabisque, item de metris scripsit, ut ex Lucio Cotta refert Suetonius lib. de Grammat. III. aut libros Iulii Cæsaris de Analogia, quorum meminit Suetonius in Iul. Cæs. & Charisius lib. I: sed etiam, quæ commentati sunt Nigidius Figulus, Cornelius Nepos, Aruntius Comminianus, Plinius Secundus, Valgius, & alii aliquot, quos res ad methodicam pertinentes tractasse, argumento sunt, quæ ex iis proferunt, cum alii, tum imprimis Sospater Charisius.

Inter eos verò, quorum aliquæ supersunt commentationes, familiam ducit M. Terentius Varro; cujus hoc in genere tres de Analogiâ libri perennarunt. Iisdem, ob superstites aliquas majoris operis reliquias, annumerari debet Q. Rhemnius sive potius Remmius (quomodo, Aldo teste, in veteri lapide vocatur) Palæmon, Vicentinus; *Grammatic. à arte celebris*, ut ait Plinius lib. XIV, cap. IV, ac doctrinæ nomine Iuvenali etiam laudatus lib. III, sat. I:

C x x x x

Quis

* *Al. Celas.*

*Quis gremio Encladi *, doctique Palæmonis adfert,
Quantum Grammaticus meruit labor ?*

Ab eodem Grammaticam idem $\omega\epsilon\lambda\phi\epsilon\gamma\sigma\iota\kappa\omega\varsigma$ Palæmonis artem appellat lib. 11 sat.

Odi

*Hanc ego, quæ repetit, voluitque Palæmonis artem,
Seroxiâ semper lege & varione loquendi.*

† ad annum
Donum 49.

* in vitâ
Persii a Py-
thæo editâ,
& in sat. 6
Iuvenal.

Vixit, Eusebio teste †, sub Cæsare Claudio. Auli Persii & Quintiliani oratoris præceptorem fuisse, docent vett. glossæ in Pers. & Iuvenalem *. Superfunt & reliquæ non aspernandæ M. Valerii Probi Berytii, quem Grammaticorum eruditissimum vocat, ac Neronis ævo vixisse, ait idem Eusebius. Claudis is catalogum illustrium Grammaticorum apud Tranquillum. Sed imprimis τῶν περὶ λόγων studia iuvare possunt, cum Sosipater, & Diomedes: de quorum ævo non satis paret: tum Priscianus, qui Iustini senioris, & Iustiniani Imp. tempore floruit; ut constat ex Cassiodori de Orthographia libro. At longissimè aberrat Nicodemus Frischlinus, cum in Paralipomenis scribit, Priscianum esse Technicorum, qui existunt, antiquissimum. Siquidem hic non uno loco meminit Charisii, cui & Probum adjungit lib. 1x. Fortasse & inter Technicos, quibus præ cæteris debemus, annumerandus foret Theodosius Macrobius, si extaret liber ejus *De differentiis & societatibus Græci Latinique verbi*. Nunc tantummodo habemus quædam excerpta concinnataque à Ioanne nescio quo. Nam in calce libelli solum Ioannis nomen exprimitur. Putabat P. Pythæus, eum esse Ioannem Erigenam Scotum, qui Dionysium Areopagitam Latine vertit, & tempore Karoli Calvi vixit: ut constat ex lib. Ecclesiæ Lugdunensis, quos adversus istum Erigenam scripsit: item ex epistola Nicolai ad Karolum Calvum, ac Matthæo Westminsteriensi ad annum 1000, & Guiljelmo Malmesburiensi lib. 11 de gestis regum Anglorum cap. 14. At Macrobius ipse claruit ætate Theodosii Senioris, & ejus filiorum: ut qui æqualem se dicat Ser-

* lib. 1 Sat.
cap. 2. &
lib. 6. cap. 6
& 7.

† lib. 5 Sat.
cap. 1.

* lib. 6 Tit.
8. de præpo-
sitiō sacri cu-
bic.

† notū in
Macrobio
lib. 1 Sat.
cap. 1.

vii * Honorati, qui in Virgilium scripsit, & Aurelii Symmachi †, cujus epistolas habemus. Imò ex codice Theodosiano * constat, sub Honorio ac Theodosio Iuniore fuisse sacri cubiculi præfectum: quemadmodum monitum optimo & doctissimo amico nostro, Isacio Pontano †. Exstant & de arte Grammatica commentariunculæ Phocæ, Asperi Iunioris, Donati, Servii, Sergii, Maximi Victorini, Cledomii, B. Augustini, P. Consentii, Flacci Alcuini, qui Caroli Magni magister fuit, & Eutythis, qui de discernendis conjugationibus scripsit. Sunt & technici alii, sed qui non tam de $\delta\epsilon\theta\upsilon\epsilon\pi\epsilon\iota\alpha$, quam $\delta\epsilon\theta\epsilon\gamma\epsilon\alpha\phi\iota\alpha$ tractarint; quos iccirco suo loco commemorabimus. Rei quoque metricæ

metricæ autores, ut Terentianum Maurum, Marium Victorinum, Marium Plotium, Cælium Bassum, ac firmiles, ed omitto, quia metrum non tam ad Grammaticam, quàm Poëticam pertinet, ut sequenti libro ostendemus.

Mirum verò Hebræos, quorum lingua est antiquissima, serò aded, multoque post ipsos Arabas, de Grammatica arte scribere cœpisse. Nam cum jam Arabes de Arte penè scribere desinerent, Iudæi de ea primum signare aliquid cœperunt. Primus eorum fuit Rabbi Iuda, Davidis filius, cognomento Chiug, oriundus ex Fesâ, urbe Africae. Is circa annum Christi ∞ XL duos edidit libellos, unum de raphe, sive de literis ^{קריאת} ^{קריאת} nunc molliùs, nunc durius pronunciandis; alterum de geminatione, sive de vocibus literam quampiam geminantibus. Proximus ab eo Rabbi Iona Cordubensis, professione medicus; qui itidem libros scripsit duos, unum de artis præceptis, alterum de significationibus verborum. Tertius fuit Aben-Efra, sive Abraham ben Efra, Hispanus, qui circa annum claruit ∞ CLX. Hic præter commentarios, quos edidit in libros sacros, scripsit ^{ספר דמות קדוה} ^{קדוה}, id est *librum de significatione in Grammaticis*: item ^{ספר מאתי לסיני הקדוש} id est *librum bilanciae lingue sanctæ*, quomodo inscripsit, quia regulas tradit, ad quas examinari oporteat linguam Hebræam. Quartus est R. David Kimchi, qui vixit circa annum ∞ cxc. Is cum videret, multa confusè diffusèque scripta esse à R. Iuda, & R. Iona; ad hæc multa scitu necessaria præteruisse; succinctius pleniùsque, ea studuit complecti. Atque iccirco nomen operi suo fecit, ^{ספר תבולה}, *liber comprehensionis*. Est verò opus bipartitum. Pars una dicitur ^{דקדוק}, *Grammatica*: altera verò ^{ספר יסודות}, *liber radicum*, sive lexicon. Atque hi vixere intra millesimum à Christo annum, annumque supra eum ducentesimum. Quod verò ad eos, qui intra hos centum circiter annos artem hanc è Iudæis tractarunt, facillè eorum principes sunt hi duo: R. Abraham de Balthazar, qui circa annum ∞ Io xx scripsit Grammaticen, eamque inscripsit ^{ספר אברהם}, hoc est, *peculium sive possessio Abrahæ*: & Elias Levita, qui natus in civitate nova Eysch, haut procul à Noriberga, ac, invitis popularibus suis, Christianos Hebræam docuit linguam, cum vivâ voce, tum variis editis libellis. Atque istorum, & aliorum scriptis adjutum plurimum Christiani hujus linguæ præcepta docere & ipsi cœperunt: omniaque ordine meliori, quàm Iudæi fecerant, tradiderunt.

CAPUT V.

Cur Grammatices partem appellent ἐξηγητικῶν, ἔ ὀριστικῶν : ἔ super eo vitii docti lapsus. Εξηγητικῶν, quatenus scriptoriam omnium enarrationem sponder, non esse partem Grammatices. Verum ἐξηγητικῶν minus, quatenus ad Grammaticen pertinet. Vocum Græcarum interpretes illustriores; imprimis ex quibus conflatur Suidæ lexicon, ac complurium etas. Grammatici, qui Romanarum vocum significaciones ἔ origines signarint. Gellii, ἔ Arnobii loca duo, quibus celebriores complexi Grammaticos: sed in quibus ἔ technici compareant.

* explicati-
vum.
† historicam,
sive narrati-
vum.

* lib. I de
natura hist.
cap. I.

DE μεθοδικῇ, ejusque scriptoribus, satis dictum. Alteram Grammatices partem vocant ἐξηγητικῶν*, vel ἱστορικῶν†. Ac ἐξηγητικῶν quidem dixere, quia in scriptorum interpretatione versetur: ἱστορικῶν autem, quia ad auctorum enarrationem, quam ἱστορικῶν promittit, opus est cognitione historiæ tum fabularis, tum veræ, uti etiam notitiâ locorum. Vir eruditus, Bartholomæus Keckermannus, aliam rationem adfert. Nam * Budæi se ait sententiam probare, qui ad legem secundam de Origine Iuris dicat, enarrationem auctorum, non tantum historicen iccirco dici, quia sine fabularum memoria nequeat expediri, ut Seneca ait epist. LXXXIX ad Lucillum: sed etiam quod Grammaticus interpret simpliciter, & ἱστορικῶν referat, atque enarret, quid scriptor senserit. Nempe quâ mente ex quatuor interpretandi modis, de quibus Augustinus tractat lib. II de Genes. ad liter. cap. II, uti & Cusanus lib. VII Excitationum, unus dici solet Historicus. Sed bis peccat vir doctissimus. Nam neque hoc dicit Budæus, quod ille putabat: neque vera hæc ratio est, quam is adfert: sed illa potius, quam nos diximus. Siquidem extra controversiam est, Grammaticos antiquos, non contentos sermonis cura, sibi etiam vindicasse, tum quædam genera institutionum ad eloquentiam parandam, de quo Tranquillus monet lib. de illustribus Grammaticis: tum historiæ & antiquitatis notitiam, ad auctorum intelligentiam: ut ex eodem Tranquilli libro apertissimum est: item ex Sexto Empirico, qui de hac parte Grammatices ita scribit: ἱστορικῶν, ὅπερ περὶ παρθένων, διωνείθειων τε ἔ ἀνθρωπίνων, ἔ ἡρωικῶν διδάσκουσιν, ἢ περὶ τέπων, διηγῶνται, καθάπερ ὁρῶν, ἢ ποταμῶν, ἢ περὶ πλασματῶν καὶ μυθῶν ἀφ᾽ ἐπιδόασιν. Grammatica historica est, quæ de personis, velut de divinis, humanis, ἔ heroicis docet; aut de locis tractat, quomodo de montibus, vel fluviiis; aut de signamentis, vel fabulis agit.

Quamquam verò tanto veterum consensu traditum sit, enarrationem

nem scriptorum, ac imprimis poetarum, ad Grammaticen pertinere : non tamen in hoc eos secundo lumine adflavit

Ὅτι ἐν ἄστροις ἔρχοντ' ἑμῶν ὁδόν·

Sol sidera inter cœlicam secans viam.

Nam, ut tenebras istas discutiamus, autorum explicatio non sub-
jicitur Grammaticæ, cum nullius sit, nisi versati in omni ἐγκυκλοπει-
δίᾳ τ. Nec tamen diffiteor, enarrationem quoque Grammaticorum † orbe disci-
quodammodo esse : sed tantum, cum verba enucleat, sive propria, plinarum.
sive figurata. Imposuit iis, quod Grammaticos appellari viderent,
qui omne genus autorum interpretarentur, aded ut Ioannes Philopo-
nus quoque, ob Aristotelis enarrationem, Grammatici nomen sit in-
deptus. Verum ficulnum hoc argumentum est, cum hoc nomen iis
fecerint, quod ad scriptorum omnium intelligentiam, si non impri-
mis, at primæ certè requirantur Grammatici partes; non autem quasi
universa. quatenus Grammaticus, explanaret. Certè Grammaticam
verborum cura sermonis, liceréque lineam adversus eum posce-
re, ut in cancellis non contineat, sensisse quoque videtur Seneca
epist. lxxxix ad Lucill. *Grammaticus, inquit, circa curam sermonis ver-*
setur & solus evagari vult, circa historias : jam longissime fines suos prose-
rat, circa ætneria. Nam cum solius ei sermonis tribuit curam, ex sua
loquitur sententiâ : autorum verò enarrationem, quia hæc alii attri-
buebant, non tam Grammatico præcipit, quàm permittit. Quare
hanc qui Grammaticæ subjiciunt, pomœria effatâque ejus, ex Senecæ
quoque sententiâ, nimis extenderunt.

Nimis è contrario coarctant, qui solam μεθoδικήν agnoscunt. Nam
ad rectè loquendum non solà opus observatione præceptorum, sed
& vocum omnium significationem nôsse convenit. Quare duas qui-
dem, & appellatione easdem, sed aliâ mente, statuimus Grammati-
ces partes : quarum illa quidem, ut diximus, artis præcepta exponit ;
hæc vocum significationes enarrat. Intellige autem vocum tum sim-
plicium, tum junctarum ; sive incomplexarum, & complexarum ;
prout, haut barbarè, ut quidam putarunt, sed, venusta à corollis tra-
lacione, vulgò loqui amant in Dialecticorum scholis. Hanc Gramma-
tices partem excoluere Græci non uno modo. Nam alii quidem con-
tenti erant vocum origines adferre, unde proprietas cognoscitur.
Quorum libri εἰ ἐτυμολογίας, vel ἐτυμολογυμένων, aut ἐτυμολογικῶν
inscribebantur. Tales fuere Orion, Pamprepus, Demetrius Ixion,
atque alii : de quibus in Originum libris dictum nobis. Alii vocum
significationem atque usum interpretabantur. Atque ex his quidam
voces solùm peregrinas exposuerunt : quorum libri sere inscripti erant

περὶ γλωσσῶν , ἢ περὶ τῶν ξένων εἰρημῶν. Tales apud Athenæum Amecias Macedo , Clitarchus , Hermo , Nicander Colophonius , & alii. Apud Suidam Artemidorus , Callimachus , Democritus , Philoxenus , Simmias Rhodius , cæterique. Sunt, qui unius gentis voces enuclearent. Vt Atticas λέξεις Aristophanes Grammaticus , Ælius Dionysius , Epitherfes Nicenus * , Galenus , Philemo , alii , ex quibus superest Phrynichus Arabius , Bithynus Sophista , qui M. Antonini & Commodi ætate de Atticarum vocum delectu ad Cornelianum scripsit. Item Thomas Magister. Alexandrinas voces exposuit Demetrius ; Creticas , Hermonax ; Laconicas , Aristophanes ; Rhodiacas , Moschus ; Italicas , Diodorus. Quidam de vocibus studii alicujus propriis tractarunt : ut de verbis comicorum fecit Epitherfes Nicenus † ; de vocibus oratorum decem , Harpocratio ; de historicorum , Parthenius. Quidam se continuere intra vocabula unius scriptoris : ut vocibus Homeri , Aristonicus Alexandrinus , Apollonius , Longinus , Philoxenus , alii : Hippocratis , Xenocritus Chius , Philinus , & plures ab Eroriano memorati ; Thucydidis , Euagoras ; Platonis , Timæus , & Boethus ; Antimachi , & Heracleonis , idem Longinus. Denique nonnulli collegere omnis generis voces : ut qui λέξικα , vel ὀνομαστικὰ scripsere. Quales ex iis , qui supersunt , Iulius Pollux , Hesychius , Suidas. Qui λέξικὸν suum ex variis priorum collegit. Vt sunt , Eudemus Rhetor , qui voces ab Oratoribus , & disertissimo quoque usurpatis secundum literarum seriem utili labore congefferat. Helladius Alexandrinus , qui tempore vixit Theodosii Junioris , deque omnis generis vocibus egerat. Eugenius Phryx Augustopolitanus , qui Anastasii temporibus claruit Constantinopoli. Zosimus Gazæus , vel Ascalonites , qui tempore fuit Anastasii imperatoris , & voces Atticas literarum serie digesserat. Cæcilius Callantianus Siculus , religione Iudæus , qui sub pluribus Cæsaribus , ætatem usque ad Hadriani tempora perduxit. Longinus Cassius , Grammaticus idem , Rhetor , & Philosophus , qui Aureliani ætate egit apud Zenobiam , Palmyrenorum reginam , interque alia de Atticis vocibus duas reliquit editiones : Luperus Berytius , quem paullo ante posteriorem Claudium vixisse diximus. Iustinus Iulius Sophista , qui Pamphilum , de quo mox dicam , in compendium redegit. Pacatus , sive , ut Græcis dicebatur , Irenæus , cognomento Minucius , qui egit de proprietate linguæ Atticæ , Doricæ , Alexandrinæ , ac universe de Græcismo. Zopyrio , qui quatuor primas lexicæ literas absolvit. Pamphilus Alexandrinus , Grammaticus Aristarchius , qui à litera E exorsus , ubi Zopyrio desierat , reliqua perfecit. Polio Alexandrinus , cognomento Valerius , qui sub Hadriano

* Stephanus in Nicæis.

† Stephanus in Nicæis.

driano Imp. natus, Antonii Philosophi vel Commodi temporibus Articularum vocum collectanea edidit. Atque ex his Suidæ collectanea conflantur. Præter quos alii etiam multi *ἑξελίξεων* scripsere. Vti apud Laërtium legimus de Zenone & Posidonio; apud Erotianum, de Zeuxide: & alibi de aliis, quos omnes referre longum esset. Multa etiam, quæ ad vocum pertineant naturam, habet Athenæus in *Dipnosophisticis*; item poetarum, aliorumque scholiastæ.

Videamus de iis, qui voces Romanas explicuere. Ex quibus supersunt Festus Pompejus, Nonius Marcellus, Fabius Fulgentius Planციადეს. Pertinent huc quoque glossæ Isidoro, atque aliis, attributæ. Tum autem, quæ Cornelius Fronto, Cæsaris Antonini Philosophi in Latinis literis magister*, quæque Caper, Agroecius, ac cæteri, de vocum differentiis prodiderunt. Item qui vocum origines rursusantur; quales, præter cæteros, Varro, & Isidorus. Quod verò ad Donatum, Servium, Porphyriomem, Acronem, aliósq; interpretes, etsi multa habeant, quæ ad vocabulorum interpretationem pertinent, latius tamen se diffundunt, quàm ut possint concludi intra cancellos *ἐξηγηται*; ut liquet ex iis, quæ hæc de parte antea dicebamus. Et horum quidem non omnia nobis invidit vetustas.

* *Europsium*
lib. 8.

Sunt verò & alii non pauci, quorum nihil nobis reliqui fecit; eoque de plerisque horum haut facillè dictu est, num solùm operam suam posuerint in interpretandis vocabulis, sive etiam autoribus enarrandis; an verò simul fuerint *παραρρητοί*†. De iis contentus ero adferre cum Agellii unum, tum alterum Arnobii locum, quibus majorum aliquot gentium Grammaticos recensent. Agellii est lib. vi cap. xv. *Ne si Ælii quidem, Cincii, & Satyri ita descendam censuissent, obsecuturum sese fuisse ait, contra perpetuam Latinæ linguæ consuetudinem.* Nota res de L. Ælio Stilone Præconino, Varronis magistro, cujus præter Tranquillum†, & Grammaticos, meminere etiam Cicero in Bruto, Academicis, de Legibus: Quintilianus lib. x, quo loco de Comicis tractat: Plinius lib. xxx, cap. i, uti & lib. i in scriptoribus libri ix, & xiv. Sed apud Fabium, ac in antiquioribus Plinii codd. pro *Stilo* corruptè *Stolo* editum est. L. Cincii Alimenti meminit Agellius lib. xvi, c. iv, ac ter eundem memorat Macrobius lib. i Saturni, cap. xxi; ac, credo, idem est Cincius, quem in suasionem legis Fannicæ citat lib. ii, cap. ix. At quis ille Satyrus, quem Agellius signat? Omnino legendum *Satira*, cujus mentio in Terentii vita, quæ Tranquillum, non Donatum auctorem habet: item apud Terentium Scaurum de orthographia, & passim apud Festum: qui & uno in *Nuptiarum* verbo nominat tres hosce, quos Agellius conjunxit. Eorundem etiam li-

† *artis scri-*
ptores.

† *lib. de Il-*
lust. Gram-
mar.

bro

bro primo, sed locis distinctis, meminit Sosipater Charisius. Quod ad Arnobii locum, de quo inante dixeram, verba ejus sunt lib. I: *In similibus vitis vos quoque versamini, quamvis Epicados omnes, Cællios, Verrios, Scauros teneatis, & Nisos.* De Cornelio Epicado adeundus Tranquillus lib. de illust. Grammat. Cællii Vindicis meminere Agellius lib. III, c. XVI, lib. VII c. II, atque alibi aliquoties; Sosipater lib. I, & II, Priscianus lib. X sapius. At Verrius Flaccus, quem Festus in epitomen contraxit, laudatur Suetonio de illustribus Grammat. Agellio, Plinio, Charisio, Macrobio, Diomedes, Velio Longo, Servio, Lactantio, Prisciano, Isidoro. Terentium Scaurum (D. Hadriani is tempore floruit) nominant Agellius lib. XI, cap. XV, Sosipater lib. II, Diomedes non uno loco, Priscianus lib. X, Capitolinus in vita Severi. Extat & hodie de Orthographia libellus Terentio Scauro attributus. Nisi denique mentio est apud Charisium lib. I, Macrobius lib. I Saturn. cap. XII, ubi ejus Factorum commentarios citat: item Priscianum lib. X, Velium Longum libello de Orthographia aliquoties. Et horum quidem meminit Arnobius. Plures autem qui requiret, adeat Tranquilli librum de illustribus Grammaticis.

CAPUT VI.

Criticen credi tertiam Grammatices partem. Criticorum duplex esse munus, judicium, & emendationem. Criticos notis usus in libris censendis. Pampphilus ὁ ἐὶ τέχνης κελικῆς. Iudices, qui Græcis κελικῆί. Artis hujus princeps Aristoteles. Quem secuti Philetas, Zenodorus, Callimachus, Eratosthenes, Aristophanes, Dionysius Thrax, Apollodorus, Crates Mallotes, Tyrannio uterque: & quæ omnes isti ætate vixerint. Latini Critici complures, in quibus Calliopius, Julius Celsus, Sallustius Rhetor, Gallus Avienus. A Græcis esse morem, quo Critici nomen scriptori castigato apponebatur. Critices necessitas. Eadem noxia, si in pruriginem corrigendi d'generet. Timonis judicium de optimis Homeri codd. Aratum quam varii vitiarint. Qui Hippocratem depravarint. Librariorum in sacris exscribendis incertia. Κελικὴν non esse Grammatices partem ostensum. Nec si pars esset, fore membrum ab ea distinctum, quam ἐξηγητικὴν dicere. Telephi liber. Grammatici etiam dicti φιλόλογοι, & πλυσίρορες: ac Grammaticæ, φιλολογία, πλυμαθία, & Latinis eruditio, vel varia eruditio.

DVabus Grammatices partibus, de quibus hæcenus diximus, plerique veterum, quos secutus Angelus Politianus in Panepistemonem, adjiciunt tertiam, μικτὴν seu κελικὴν. Ea μικτὴ vocatur, quia ex utraque mixta est: κελικὴ verò, quia consistat in emendatione, ac judicio.

judicio. Geminum hoc Critices munus agnoscit etiam Varro apud Diomedem lib. II, & Marius Victorinus. Nimirum emendationis erat, quod falsè inserta tollerent, ac corrupta à librariis corrigerent. Iudicium fuit, ratione quidem uniuersì operis, quod scripta spuria discernent à legitimis: ratione autem particularium locorum, quod iis, quæ perperam dixissent, vel scripsissent auctores, Θ, vel obelum, sive ut Fabius † vocat, virgulam censoriam apponerent, vel aliam culpæ indicem notam. De cuiusmodi librorum notis egere olim Diogenes Cyzicenus *, & Suetonius Tranquillus †. Sed, quæ illi hac de re scripserant, perire. Vt cunque tamen notas eas discere est ex Laertio in Platone, Epiphanio περιμίσθων, & Isidoro lib. I Orig. cap. xx. E junioribus à Cataubono ad Laertium, & Wouwerio Πολυμαθίας cap. xvii. De totius verò artis præceptis egerat olim Pamphilus Alexandrinus, Grammaticus Ἀριστάρχου: ut qui, inter cætera, scripserit τέχνη κελικῆ *, teste Suida. Ab hac arte dicebantur Critici: ut apud Horatium lib. II, epist. I, Martianum Capellam lib. III, Hieronymum epist. ad Magnum orator. atque alios. Iidem & Grammatici vocati. Sed priorem critici, quàm Grammatici, appellationem esse, ex Dione Chrystostomo † antea dicebamus. Quemadmodum autem Græcis κελικῆ, ita Latinis Indices dicti: ut apud eundem Horatium lib. I Sat. x. Quintilianum lib. x. Tranquillum de Grammaticis, Agellium lib. x cap. xviii, in vet. inscriptt. Augustinum lib. III de Musica.

Multum hac arte laudis promeritus est Aristoteles, ἀφ' ἧ φασι τὴν κελικὴν πρὸ ῥητορικῆς, ἀρχὴν λαβεῖν *: ut denuo Dionis Chrystostomi † verba reponam. Eo paullo iuniores Philetas Criticus, & Demetrius Phalereus. Quorum hic Alexandrinæ præfuit bibliothecæ. Grammaticorum probatissimum vocat Tertullianus in Apologetico. Philetæ Critici auditor fuit Zenodotus: ac post Demetrium bibliothecæ præfecturam accepit à Ptolemæo Philadelpho. Idem Zenodotus Homerum primus correxit. Eademque ætate claruit Callimachus: sed proventus ætate usque ad tempora Ptolemæi Euergetæ. Callimachi discipulus fuit Eratosthenes ὁ πέντεθλῶ *: qui Ptolemæi Euergetæ, & Philopatoris temporibus floruit. Hujus discipulus Aristophanes Byzantius, qui puer Zenodotum, adolescens Callimachum, grandior Eratosthenem audivit: atque ætate Ptolemæi Philopatoris, & quinti Ptolemæi, qui dictus est Epiphanes, magno in pretio habitus est. Aristophanem verò audiit Aristarchus: qui quantus vir fuerit, docet, quod ejus nomen pro quouis scriptorum censore usurpari à Tullio, & aliis. Hic Homeri versus, quos νόθους † putaret, † spurios.

D

ἄβει-

* confixit.

ωβέλισε *. Unde eum, & Zenodorum, jungit Aufonius præfat. in ludum septem sapientum, & carmine quartodecimo de professoribus Burdigalensibus. Eisdem intelligit, cum epistolâ ad Vrsulum ait,

*Quique sacri lacerum collegit corpus Homeri,
Quique notas spiritus versibus apposuit.*

Ab hoc & vetus quædam comœdia, quam Ennius postea transtulit, dicebatur Achilles Aristarchi. Meminit ejus Plautus. At sic non aliâ de causâ vocabatur, quàm quòd ab eo esset emendata. Aristarchum audiere Dionysius Thrax, & Apollodorus, cujus supersunt libri de origine Deorum. Apollodorum hunc primùm retulisse nomen critici, ait Clemens lib. ι Σπεωμ. sed addit, alios hoc tribuere Eratostheni: quod verisimilius videtur. Vixit autem Apollodorus temporibus Ptolemæi Philometoris. Ejusque æqualis fuit Crates Mallores, qui novem Homerocarum emendationum libros reliquit, ut ait Suidas: estque is ipse, qui ab Attalo rege Romam missus, primus Grammatices studium Vrbi intulit: ut superius diximus. Post eum multi Criticorum Græcorum in Vrbe vixere. In his uterque Tyrannio: quorum prior discipulus fuit Dionysii Thracis, Romanque captivus à Lucullo deductus, tempore belli Mithridatici. Alter tempore belli inter Antonium & Octavium captus, & Terentiæ Ciceronis donatus, atque ab eadem manumissus fuit. Hic inter cætera reliquit *διόρθωσιν ὁμηρικὴν* †. De utroque auctor Suidas.

† emendationem Homeri.

Græcorum exemplum secuti Romani in suæ linguæ scriptoribus. Quales L. Ælius Stilo, Santra, Varra, Nigidius Figulus, Verrius Flaccus, Palæmon, Asconius, pluresque alii. Imò Valerius Probus, ut de eo scribit Suetonius, *multa exemplaria contracta emendare ac distinguere, & adnotare curavit, soli hinc, nec ulli præterea Grammatices parti deditus.* Cicero correxit Lucretium, teste Eusebio in Chronicis. Ennium Lampadio emendavit: ut ex Gellio scimus lib. xvi i i, cap. v. Aliorum quoque aliquot Criticorum nomina pervenerunt ad nos ex consuetudine eâ, quâ scriptoribus à se correctis nomen subscribebant. Hinc notus nobis Calliopus sive Calliopius, qui Terentium recensuit: Iulius Celsus, qui Iul. Cæsarem emendare conatus, sed parùm *ἐνστάως* *: Sallustius Rhetor, qui Tacitum correxit, ut notis ad eum scriptorem Curtius Pychena annotavit: Gallus Avienus, qui, ut in Præmessis suis docuit Iacobus Schegkius, Agellio manum medicam admovit: itemque alii aliorum scriptorum iudices, quos è codd. MSS. cognoscere est.

* dixit.

Quod verò Critici Latini apposuere nomen libris, id Græcorum fecere exemplo. Nam & Galenus commentario ιι in Hippocratis

Ἰπποκράτους

Ἰπποκράτους lib. III ait, in Ptolemæi bibliotheca inventum esse librum tertium Hippocratis Ἰπποκράτους, cum inscriptione hujuscemodi : *ἐκ παλίων ἔδορθωτῶν Μνήμονος Σιδίτιω.*

Et profecto magna est Critices necessitas, cum tam multa peccent imperiti librarii : quâ de re magnopere viri eruditi cunctis penè seculis conquesti fuere. In his Strabo lib. XIV, ubi de Apellicone, & Galenus lib. *ἐκ ἀντιδότων.* Imò Cicero quoque ad Quintum Fr. epist. V : *De Latinis*, inquit, *quò me veritam nescio : ita mendose scribuntur, & venent.* Hæc res impulit B. Irenæum, ut adjuraret librarios, quò emendatiùs excruberent, & accuratiùs conferrent : ut videre est apud Eusebium lib. V Hist. Eccles. Idem, ejus exemplo, B. Hieronymus fecit initio Chronici Eusebiani. Etiam Iurisconsulti, ut est in Cod. Theodof. tit. de responsis prudentum, *ita demum recipiuntur, si codicum collatione firmemur.* Nec solùm peccari solet ab librariis indoctis ; sed etiam à sciolis, & audaculis Criticis, qui dum fanis sæpe partibus medicinam facere volunt, vulnus faciunt. Itaque cum Aratum olim rogasset Timo, quâ ratione emendatissimum Homeri poëma habere posset, respondit, *εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, & μὴ τοῖς ἰδὴ διορθωμένοις : si in antiquos incidere codices, non verò jam correctos.* Atque hoc dictum illi, qui ipse inter Homeri correctores. Nam ut Homeri quædam erat διορθωσις † *Ἀεσαρχεῖ* & *Ἀεσαφάνει*, ita & *Ἀεστει* * : quemadmodum in poëtæ ejus vita refert Hipparchus. Ipseque etiam Aratus à correctoribus multa vulnera accepit, ut ibidem † legas : *Ἐλυμνηαν ἢ ποδοὶ τῆτο τὸ ποίημα ζωγράφοι, ἢ ἀσπρόνομοι, ἢ γεωμετρικοί, & γεωμήτραι. ἕκαστος αὐτῶν πρὸς τὸ βέλημα τὸ ἰδίον γεγράφας, ἢ ἐξηγήσεις ἰδίας ποιήματα. Concurrunt multi hoc poema, πικτορες, Ἀστρονομοὶ, Γραμματικοὶ & Γεωμετρικαὶ : dum quisque, pro lubitu, propriam lectionem, & interpretationem effingit.* Ac queritur de eo quoque scholiastes ejus Achilles Statius. Nec meliùs exceptus Hippocrates à Dioscoride, Artemidoro, & Capitone, qui eum dum edunt, multa corrumpunt : ut legere est apud Galenum comment. I in VI Ἰπποκράτους. Vbi & conqueritur, propterea opus fuisse, ut consuleret codices antiquos, & alios Hippocratis interpretes : uti Zeuxidem Tarentinum, Bacchium, & Glauciam. Vide & eum comment. I, in Hipp. librum de natura humana. Imò audacia hæc nec à sacris scriptoribus abstinet manum : qua de re queritur B. Hieronymus in Marth. cap. II, in I ad Cor. cap. XIV, & ad Gal. cap. V, atque alibi crebro. Vide & Suidam in *Λεκιανός*, & *Νοθώσι*. Esse etiam, ubi Hebræos codices corruerint, judicium est B. Augustini lib. XV de civit. Dei cap. XI. Saltem librarios peccare potuisse, tot variantibus lectio-

† correcto
Aristarchea
& Aristo-
phanica.
* Aratea.
† pag. 109.
edit. Florent.

nibus comprobatur. Quibus colligendis, & pensculandis, multum operæ impendebant veteres: ut ex Origene, & Christianorum aliis, constat. Quod ipsum apud Cassiodorum legere est de divinis lectionibus cap. xv. Atque ex his liquet, Criticen planè necessariam esse, sed non promiscuè à quovis exercendam, cum noxia fiat, si prurigo adsit corrigendi: eoque solum iis conveniat, qui tum ingenio ac doctrinà, tum judicio ac modestià pollent.

Verùm non si Critice utilis sit ac necessaria, eò universam esse Grammatices partem existimandum. Siquidem non exercet Grammaticus judicium nisi in Grammaticis, hoc est, iis, quæ faciunt, ad rectè loquendum; quemadmodum & cæteri artifices judicium cohibent intra artis suæ lineas. Κρίσις verò ista, quæ de proprio subiecto est, non potest esse distincta artis pars, quando, ut ait Aristoteles I Eth. Nicom. cap. tertio: *Εκαστος κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, ἔτε-
των ἔστιν ἀγαθὸς κριτής. Bene unusquisque judicat de iis, quæ novit, ac bonus est eorum iudex.*

Quod si Grammaticus de cæteris sententiam ferat, non faciet hoc ut Grammaticus, sed quatenus multijugà est eruditione instructus. Si verò judicium, prout universè ad omnes se disciplinas extendit, consideremus: non unius, sed plurium scientiarum partem, vel partum, dixeris. Nempe quomodo κριτικῶντις ille Longinus ajebat, πῶ τ τῶν λόγων κρίσιν ποιῆσθαι εἶναι πέρας τελειῶν ἑπιγνώμημα. Sanè omnem eruditionem in Critico requiri, dicebat Sextus philosophus. Sic Eratosthenes ob omnigenam doctrinam dictus est πέντεθλον*. At valde falluntur, qui inde colligunt, Criticen esse scientiam re unam; sed omnium dominam, etiam philosophiæ, ac Theologiæ. Nec enim Critice est habitus simplex, sed compositus. Atque ut ea ad simplicem aliquam scientiam pertineret, non tamen Grammatices pars esset, sed vel Logices, vel Metaphysices. Qui judicium de poetis, aliisque scriptoribus ad Logicen retulerunt, eò spectarunt, quòd λόγος, unde Logice dicta est, partim in Inventionem, partim in Iudicio occupetur. Est hæc sententia Martiani Capellæ, scriptoris propemodum barbari, sed multifariam docti. Qui lib. iv sic Dialecticam loquentem inducit: *Quippe in ditione meâ jureque consistent sex normæ, quæ constant cæteræ disciplinæ. Nam prima est de loquendo. Secunda de eloquendo. Tertia de proloquendo. Quarta de proloquiorum summa. Quinta de judicando, quæ pertinet ad judicationem poetarum, & carminum. Sexta, quæ dicenda Rhetoricis commodata est.* Alii malunt referre ad Metaphysicam, quæ sola in scientias artesque imperium tenet; cum principia disciplinarum omnium complectatur: unde Aristoteles Analyt. postter. lib. I, cap. IX*,

† judicium
de scriptis
muta esse
experientia
postremum
quoddam
consolida-
rium.
* quinquen-
tio.

* contextu
70.

cum

cùm dixisset, esse ἀπάντων ἀρχαίς, *omnium principia*, subjungit, καὶ ἐπισήμη ἢ ἐκείνη κυρία πάντων, Ἔσονται *scientia, domina omnium*. Quo loco Metaphysicen intelligunt prope omnes interpretes; Quamquam nec adverteret, si quis cum Iulio Pacio, non minori Philosopho, quàm Iurisconsulto, malit hic agi de principiis cujusque scientiæ propriis. Sufficit enim nunc nobis, quòd omnes consentiant, Metaphysicen communia disciplinarum principia tradere, eoque omnes in universum artes ac scientias huic uni esse subiectas. Atque ex his satis apparet, περιληλυθὸν non esse tertiam Grammatices partem: utut Sextus Empiricus dicat, esse eam ἰδιαιτέρον τὸ μέρος ἢ γραμματικῆς *. Imò, ut Critice esset pars Grammatices, non tamen tertia pars esset, si ἐξηγητικὴν enarrationem auctorum comprehendit, ut iidem volunt. Nam quomodo interpretationem ager, qui non videt, utrùm locus sit sanus, an corruptus; utrùm quid ab autore sit assertum, an ab alio insertum? Atqui hæc duo pertinent ad emendatam lectionem, & iudicium; quæ Critices faciunt partes. Vidit hoc Quintilianus, qui & ipse iccirco Criticen referre maluit ad Exegeticen. Sic enim scribit lib. I, cap. IV: *Grammaticæ professio, cum brevissimè duas in partes dividatur, recte loquendi scientiam, & poetarum enarrationem; plus habet in recessu, quàm fronte promittit. Nam ἔσθ' ἔτι τοῦ ἐπιπέδου ratio conjuncta cum loquendi est, ἔτι enarrationem præcedit emendata lectio, ἔτι mistum his omnibus iudicium.*

* γραμματικῆς
ac propriam
Γραμματι-
ces partem.

Quæcunque verò hæcenus de partibus Grammatices diximus, ea accipere oportet de illa Grammatica, quam bene loquendi artem definiuimus. At longè aliter statuendum, si eo nomine intelligamus φιλολογίαν, sive πολυμάθειαν, quam Latini *variã eruditionem* dicunt. Nam quomodo γράμματα, & literæ, nunc prima notant elementa, ut cùm literarum alias dicimus esse vocales, alias consonantes: nunc verò sumuntur pro literarum studiis; ut in veteri senario, Διπλῶν ὀρῶσιν οἱ μαθητὲς γράμματα. *Didicere siquis literas, duplum vident*: quomodo item Tullius † literas dividit in vulgares, & interiores, sive reconditas: ita & γραμματικὴ, quæ τὸν ἑὲ γράμματων dicta, nunc legendi scribendique, vel bene loquendi artem designat: nunc verò, præter eam, historiarum ac fabularum notitiam comprehendit: quandoque etiam plurimum artium, & multarum rerum scientiam, & efflorescentem in de facultatem enarrandi scriptores, & iudicandi de eorum scriptis, locisque corruptis. Atque hoc pacto cum sententia nostra conciliari posse arbitror opinionem veterum, qui latè adeo Grammaticen extendunt, ut non una sit scientia, sed scientiarum cinnus. Vnde Fabius lib. II, cap. I: *Grammaticæ, quam in Latinum transferemes literaturam vocauerunt, tenuis à fonte, assuetus poetarum historicorumque viribus, pleno jam*

† de claris
97. as.

satis alveo fuit : cum præter rationem recte loquendi non parum aliqui copiosam, prope omnium maximam artium scientiam amplexa sit. Atque hoc sine dubio argumentum fuit Telephi Grammatici libro eo, quo ostendit, πόσα * *χρη εἶδέναι γραμματικὴν*, Suida teste. A varia qui scientia commendarentur, appellabantur *πολύτροποι*. Vt Alexander Cornelius apud Iosèphum, Eusebium, Stephanum, Suidam, alios : item Apion Alexandrinus, contra quem Flavius Iosèphus scripsit. Ex Romanis, C. Iulium Hyginum, Augusti libertum, Grammaticum Alexandrinum, *πολύτροποι* vocari solere, ex Suetonio discimus in illustribus Grammaticis, & Eusebio in Chronicis. Dicti quoque *φιλόλογοι* : ut Eratosthenes, & Atteius : de quo sic ibidem Tranquillus : *Philologi appellationem assumpsisse videtur : quia sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicavit, multiplici variâque doctrinâ censebatur*. Clemens verò Alexandrinus in primo *Στρωμ.* ait, velle aliquos, hunc primum *κριτικὸν* vocatum. Etiam dicebantur *πολυμάθεῖς* : quomodo, Suida teste, Longinus audiebat *πολυμάθης ἢ κριτικός*. Studiumque ipsum nominatum *πολυμάθεια*, quæ Philoni *ἡεραπεινῆς* † *σφίας*, Synesio in Dione *περαίμιον* * *τῆς φιλοσοφίας*. Latinis hi dicti *eruditi*, studiumque ipsum *eruditio*, & varia *eruditio*. Tullius lib. I de Fin. *Vellem Epicurus fuisset doctrinis instructior. Est enim non satis politus iis artibus, quas qui tenent eruditi vocantur*. Suetonius in Caligula cap. LIII, *E disciplinis, inquit, liberalibus minimam eruditioni, plurimum eloquentiæ attendit*. Item in Augusto cap. LXXXIX : *Deinde etiam eruditione variâ repletus, Aerei philosophi contubernium inuit*.

* Quantum scire oporteat Grammaticum.

† ancilla scientiæ.
* præmium Philosophiæ.

Hactenus de principe Grammatices distributione, partiumque singularum scriptoribus. Ex his verò eadem cognoscere est, quid iudicii ferri debeat de sexpartita divisione Dionysii Thracis, itemque de partitione Taurisci, quarum utramque apud Sextum Philosophum legere est. Nunc ad partes Grammaticæ minores accedamus.

CAPVT VII.

Dividitur Grammaticæ Methodica in naturalem, & propriam : in utraq; esse analogiam ostenditur, contra Cræterem : Methodicæ quadrupartita divisio. Prima pars cui tum ὀρθόπειρα, tum ὀρθογραφία nominentur. Vtro nomine potius debeat vocari. ὀρθογραφία vox quanto aliter in archæologicâ us. reperitur, quam in Grammaticis : & qui olim hanc Grammatices partem tractarint.

Dispecimus partimúsque Grammaticam *μεθολογὴν* in naturalem, quæ præcepta tradit linguis omnibus communia; & artificialem seu cuiusque linguæ propriam, quæ incommunia explicat.

Itaque ad Grammaticam naturalem pertinet, quid sit litera, quotu-
plex

plex ea, quid vocalis, quid consona, quid syllaba, quid nomen, verbum, substantivum, adjectivum, genus, numerus, figura, &c. Item quòd nominativus singularis verbum ejusdem numeri exigat, similiaque. Ad propriam verò referendum, quòd vox aliqua hoc vel illo modo inclinetur, hunc illumve casum consequatur, similiaque in singulis linguis.

Analogiam, quam, ut Varro scribit in lib. de L. L. & ex eo Agellius lib. II, cap. xxv, Crates olim oppugnavit, ac defensitavit Aristarchus; in Grammatica naturali esse, merito meridie clarius est. De propria res aliquanto sepius obscuriorque. Non tamen adedò sinuosa & intricata est, ut ampliare, & rem quasi in suspensio habere cogamur. Siquidem, non, quia analogia in quibusdam vocibus non est, iccirco tollenda est; verum quia in cæteris est, ponenda est. Præterea, ut suo loco haut languidæ fidei conjecturis, sed rationibus evidentissimis firmaturi sumus, haut tanta est caterva anomalorum, quam se nobis persuadere studuerunt.

Porro tam Naturalis, quam propria Methodice quatuor partibus constat: *ὀρθογραφία*, *προσῳδία*, *αναλογία*, & *συντάξις*. Quarum prima est de literis, altera de syllabis, tertia de vocibus singulis, quarta de vocum structura, sive de oratione. Scio; ab aliis dispelci in partes duas, quarum una de vocibus singulis agat: altera de conjunctis. Sed hi postea dividunt priorem in eam, quæ est de partibus vocum: & alteram de vocibus integris. Quæque est de partibus, distribuitur ab iis in illam de literis, alteramque de syllabis. Ut triplici sic divisione sit opus. Veteres igitur, ut duarum divisionum compendium facerent, quadripartitam prætulerunt. Nec tamen, cum eodem res cadat, super hoc litem ulli moverim. Rem ipsam videamus. *ὀρθογραφία* agit de recta literarum pronuntiatione. Atque eadem tractat de recta scribendi ratione: unde aliter *ὀρθογραφία* nuncupatur. Nempe ut apud Rhetores postrema artis pars, tum pronuntiatio, tum actio vocatur, quia & vocem moderatur, & corporis motum: ita prima pars Methodices tum *ὀρθογραφία*, tum *ὀρθογραφία* dicitur, quia & rectam loquelam, & rectam scripturam docet. Sed potius *ὀρθογραφία* dicenda, quoniam prior est loquela. Nam scriptio accidit sermoni, ac eruditioni universæ: nec librorum finis alius, quam recordatio: ut est apud Platonem in Phædro. Atque hinc illud etiam dilucet, aliud Grammaticis, aliud architectis *ὀρθογραφία* esse. In architectonica hoc nomen habet umbratilis picturæ genus: ut Vitruvius docet lib. I, c. I I: *Species dispositionis, quæ Græcè dicuntur ἰδέαι, hæc sunt, ichnographia, orthographia, scenographia*. Ita enim rectè est in Florentina anni MDCCLXXVI: pro quo in illa Iuntæ à Iocundo recensita, *sciographia* editum est. Sequitur

quitur deinde : *Ichographia est circini regulæque modicæ continens usus : è quâ capiuntur formarum in solis arearum descriptiones. Orthographia autem est creta frontis imago, modicæque picta rationibus operis futuri figura. Item scenographia est frontis & laterum abscedentium adumbratio, ad circiniquæ centrâ omnium linearum responsus.* Hæc Vitruvius, quibus aliquid lucis accedit ex picturis Ioannis Iocundi. Item è Philandro, ac Hermolao Barbaro, &, qui ejus verba exscripsit, Bernardino Baldo libro de Vitruvianorum verborum explicatione.

At Grammaticis longè aliud notat orthographia : nempe eam artis partem, quæ literarum naturam, & affectiones subtiliter inquirat, rectamque scribendi rationem (unde & nomen) vel analogiâ, vel etymologiâ, vel autoritate comprobât. Id veteribus *ὀρθογραφία* notasse, ostendit argumentum librorum, quos è veteribus de orthographiâ scripsere ac inscripsere Velius Longus, Flavius Caper, Terentius Scaurus, Agræcius, Beda, Marius Victorinus, ac imprimis Cassiodorus, qui ex duodecim scriptoribus suum de orthographiâ libellum contexit.

Quare pueriliter alucinantur, qui orthographiam nominant rationem ductus figuræque literarum dignoscendi, ac scitè & velociter scribendi. Hujusmodi enim sunt infra Grammaticum, proprièque ad *χαρμαλιστικὴν* pertinent. Id quamquam planum esse arbitror ex iis, quæ suprâ ex Fabio, & Philone, diximus; tamen ut quorundam, sive stupori, sive pervicaciæ, mos geratur, alium quoque adferam Fabii locum, quo id, quod dixi, non obicurè doceatur. Is igitur lib. I, cap. VI I, sic scribit : *Nunc quoniam diximus, quæ sit loquendi regula, dicendam, quæ scribentibus custodienda; quod Græci ὀρθογραφίαν vocant, nos rectè scribendi scientiam nominemus. Cujus ars non in hoc posita est, quibus quæque syllaba literis constet (nam id quidem infra Grammatici officium est) sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem in dubiis habet.* Ita Fabius.

CAPUT VIII.

Expenduntur variorum de literæ ἱτυμολογία opiniones, & additur, quæ maxime verisimilis nobis videatur, Cur literæ, & elementa, promiscuè sumantur, & quomodo propriè differant. Perperam definiti literæ signum pronunciationis, vel minimam vocis partem. Julius Scaliger de eo refellitur. Vera literæ definitio adfertur, tum prout absolute spectatur, ubi Aristotelis, & Gazæ opinio adducitur, tum quatenus ea relate consideratur.

O Rthoepiæ & orthographiæ objectum sunt literæ : quarum de origine, definitione, inventione, numero, & accidentibus, dilu-

dilucidè differtabimus, πρώτων λόγῳ ἢ πρώτων ἀρχαίμωνι, *primis à pri-*
miis ordiemes.

Geminam literæ ἐπιμολογίαν adfert Priscianus †. Prior est à liture, quia, quæ præclarè scripta sunt, hæc, ut Horatius ait epistola ad Pisonem, *Multa dies, & multa litera coarctat*: hoc est, *litterarum*, ut Sidonius loquitur lib. IX, epist. III. Sed furcillandam esse eam nominis rationem, indicium facit, quod prius scribantur literæ, quàm deleantur. Et quàm absurdum est, ut ab eo dicatur litera, ob quod definit esse litera! Goropio * tamen id argumentum videtur invalidum. Nam putat, literas posse dici à litura, quæ consequitur; ut homines vocantur mortales, etsi mors consequatur. Aliquid diceret Goropius, si homines, & mortui idem notarent. Nunc ex eo, quia certò morituri, dicuntur *mortales*: hæc autem conditio ab ortu ipso homines comitatur, non extremum diem consequitur. Quare non *mortales*, & *literæ*, sed *mortales*, & *litterabiles*, similiter se habent. Tamen à litura quoque deducit Porta Neapolitanus lib. I de notis furtivis, cap. XII. Nec minùs castiganda est altera Prisciani frustratio, cum dictam ait literam, quasi *legiteram*, quod legenti iter præbeat. Nec majoris momenti est, quod addit Diomedes †; dici quasi *legiteram*, quod legatur, vel quod legendo iteretur. Quæ & Servii, & Isidori opinio fuit. Ac affinis, sed nihilo melior, illa apud Marium Victorinum: *Quidam dixerunt leviteram*, quia *levæ*, ut *iteretur*, id est, *delectat*, ut *iterum scribatur*.

Omnino autem Scaligeri * sententia magis verisimilis est, qui literam ἢ συγκαλιῶ ex *lineaterra* dici putat, quomodo Græcis est *γεγραμ-*
μα λόγῳ τῷ *γεγραμῆς*, & Arabibus *ḥat*, est *litera*, à *ḥabā*, *chaat*, scribere, d:lineare. Et juvat fortasse, quod Grammaticæ apud Marcianum Capellam dicat lib. III: *Mihi attributum litterarum formas lineare*. Sed nec displicet, ut quemadmodum *litura*, ita, & *literæ* vox sit à supino *litum*; quod ferè, cum scribitur, nigror albo allinatur. Puto hoc voluisse Bibliandrum in commentario literarum. Vel sanè dicantur sic à Græco *λιπῆς*, quod est *tennis*, & *exilis*. Sunt enim literæ nihil aliud, quam tennes lineolæ, & exiles ductus. Neque est, quod quantitatem disparem amborum quisquam opponat, quandoquidem sexcenta sunt, quæ abeunt à quantitate vocis primogeniæ. Atque hinc quoque dilucet, ficulno esse argumento subnixos, qui ob quantitatis diversitatem vocem hanc in carmine duplici *re* scribendam putarunt.

Literæ aliter vocantur *elementa*, quia ut corpora mixta ex elementis,

E

tis,

tis, ita voces ex literis componantur. Ita non Priscianus modò lib. I; sed etiam Tertullianus in v aduersus Marcionem. Clarèque id comprobatur Lucretius lib. II :

*Quin etiam passim nostris in versibus ipsi
Multa elementa vides, multis communia verbis.
Cum tamen inter se versus & verba, necesse est
Conficere alia ex aliis constare elementis.*

Græcis similiter στοιχεῖα dici, auctores sunt Plato in Cratylo, & Dionysius Halic. ἐπισημασθέν. ὀνοματ. Cujus hæc verba : Γράμματ' ἄλλ' λέγεται, ὅτι γραμμαῖς ποιεῖται σημαίνεταί· στοιχεῖα δ' ὅτι πᾶσα φωνὴ πᾶν γένεσιν ἐκ τῶν λαμβάνει πῶτον, ἐπὶ τῶν ἀφελυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται πλεονατῶν. Literæ dicuntur, quia lineis ac figuris quibusdam significentur : elementa autem, quia vox omnis generatur ex eis primo, inque ea postremo resoluitur. Vnde & elementi ac literæ discrimen cognoscimus. Eodemque modo distinguit Ammonius. Nempe ut στοιχεῖον in illis sit, quæ proferuntur : γράμμα in iis, quæ scribuntur. Nec aliud voluere Diomedes * & Priscianus †, quando literam & elementum sic distinguunt, quam quòd hoc sit soni nomen, illud figuræ sive characteris. Hoc loco tamen promiscuè iis vocibus utemur : idque veterum ipsorum exemplo.

* lib. 2. cap.
de litera.
† lib. 1. cap.
2.

Quomodo definiri debeat litera, pauci vident. Ex junioribus Gregorius Tholosan. lib. XVI. Syntax. cap. III, definit *signa pronuntiationis*. Ac similiter Isidorus lib. I, cap. III. literas dixerat esse *indices rerum, signa verborum*. Ac pro eo esse videtur, quòd eas Græci vocant *σημεῖα*, & *σηματ'* : unde literæ à Cadmo in Græciam adlatæ *φοινικῆία σηματα* *. Hebræis etiam dicuntur literæ *תבנית אוהוב* : quod ab *תבנית אוהוב*, *signum*, & Rabbiniis *litera*. Quam ob causam facit in plurali *תבנית אוהוב*, quando literas notat : nam analogè si flectas, est *תבנית אוהוב*, quo *signa* significant. Sed definitioni allatæ obstat, quòd notæ etiam Ægyptiorum Hieroglyphicæ sint signa pronuntiationis, nec tamen sint literæ. Atque idem dicendum de notis, quæ in usu sunt Arithmeticis, & Astrologis. At illa receptissima, & apud vulgum præjudicata definitio, qua litera esse dicitur pars minima dictionis, aut vocis : quam & Goropius sequitur in tertio Hermathenæ libro, eo fallit, quòd excludat à literarum numero, quæcunque per se vocem constituunt ; ut *a, e, i, o*. Magnum tamen Aristarchum, & Cæsarem Scaligerum, non movit hoc argumentum. Quippe lib. I de causis L. L. cap. IV ait : *Si igitur (litera) a lineis dicta est, & linea minima corporis dimensio est : erit profecto litera minima pars dictionis. Accidit enim dictioni cuiuspiam, unicâ ut litera contineatur. Ibi enim est, & pars, & totum*

* Phœnicia
signa.

idem idem. Sed profectò si accidit dictioni, ut litera constituat, ac litera item, ut constituat dictionem: neutiquam dictionis, aut literæ essentia est, ut vel illa pluribus literis constet, vel hæc dictionis pars sit. Quod verò addit summus vir, totum & partem in hujusmodi esse idem, id si eadem ratione intelligatur, planè ἀτερον* est: si diversa, *absurdum.

Sanior videri possit illa Prisciani definitio, quæ litera dicitur esse pars minima vocis compositæ, hoc est, ut ipse explicat, constantis compositione elementorum. Verumtamen est, quod & hic desideremus. Nam cum dico, à patre, è templo, A & E sunt literæ, nec tamen sunt vocabuli pars, ac proinde nec vocabuli compositi.

Nec hilo melior altera definitio ejusdem, vel illa apud Diomedem, aut quam idem è Scauro producit, aut aliæ, quæ sunt apud Velium Longum †; quibus commemorandis brevitatis causa supersedeo. De Aristotele verò, & Gaza, mox dicam.

† initio Libelli de Orthographia.

Quod si post hæc veterum ac novarum trium prærogativas, etiam nunc hujus artis cultoribus sententiam ferre liceat; dixero, literam bifariam posse definiri: ac ejusce rei causam esse, quod litera nunc absolute consideretur, nunc relative. Si absolute spectetur, & in se, definitio ejus μεθόδι Διγρηλικῆ investigabitur hoc pacto. Vox, quæ sonus est ore animalis prolatus, vel inarticulata est, vel articulata. Inarticulata dicitur, quæ scripto exprimi non potest; cujusmodi ferè est vox mutorum animantium, ac hominis gemitus, aut sibilus. Articulata est, quæ scripto potest excipi, sive ea sit bestiarum, ut balatus ovium, sive hominis, quæ fit ad exprimenda animi sensa. Porro articulata vel individua est, ut litera; vel dividua, ut quicquid è literis componitur. Erit igitur litera vox articulata individua. Ac fortasse idem voluit Aristoteles: cui in libro de poetica, ποιητικόν definitur, ἡ φωνὴ ἢ Διγρητικόν, ἐξ ἧς πέφυκε σωστῶ γίνεσθαι φωνή· vox individua, ad hoc idem: ut inde fiat vox intelligibilis. Postrema verba ideo se addere avertit, quia & voces ferarum sunt indivisibiles, quæ elementum dici nequeant. Atque idem apud Averroem legas in libri hujus paraphrasi: Σοὶ, inquit, bestiarum dividu non possunt in literas: propterea dicimus, nullam vocem earum compositam esse ex literis. Movit hoc Gazam, ut libro quarto definiat, πῶς τῶν καὶ ἀμερῆ τῶ ἀνθρώπων φωνῶν· primam & individuum hominis vocem. Apollonius quoque Dyscolus, initio operis sui, literam appellat ἀμερῆ ὄντων· individuum materiam: sed de humana voce is non addit. Nempe quia, ut arbitror, vidit, quasdam bestiarum voces esse articulas: velut balatum ovium; ut de psittacorum, picarum,

carum, corvorum loquela taceam. Ut omnem igitur ambiguitatem tollamus, dicimus literam esse non humanam vocem individuum, sed articulatum vocem individuum.

Sin relatè literam consideremus; non video, quomodo rectiùs definiri possit, quàm pars orationis individua. Supererit tamen scrupulus, qui hominis philosophiæ leviter initiati animum paullùm remorari queat. Quippe vocolæ *homo, pius*, & similes, si considerentur absolute, & in se, rectè dicuntur quatuor constare literis; nec tamen literæ hîc sunt actu orationis partes, sed simplicis vocabuli. Nodum hunc non meliùs exfolvi puto, quàm si dicamus, etsi singulæ voces sigillatim consideratæ orationis partes non sint; tamen sufficere, quòd partes fieri possint, atque ad eò naturà suà ad orationem referantur. Siquidem Grammatici objectum est non vocabulum, sed oratio; eoque nec in Grammaticis de vocabulis agitur propter se, sed propter orationem. Oratio autem dividi quidem potest in partes majores ac dividuas: verùm individua, seu minima ejus pars, non nisi litera esse potest. Pluria hâc de re dicemus, ubi deventum erit ad syllabæ definitionem: in quâ itidem peccatum, non modò à magistris

* Grammatica imperfectionem.

γραμματικῆς τῆς ἀπλειείας*, ut vocat Philo, hoc est Grammaticis: sed iis etiam, qui Grammatici sunt, ita uti nomen possident.

C A P V T I X.

Versiculi Veteres de literarum inventoribus. Moyses Christianis in metro est bacchius, ut egeatas. A quo, & quando, Gothicæ sint literæ inventæ. Joannis Magni, & Olai, sententia impugnetur. Septentrionales creduntur tardè literarum notitiam accepisse. De literis Francorum, quibus usus Wastaldus: acque iis, quas Doracius, & Hichus, invenerunt, Aimoinus emendatus. Hebræorum duplices esse literas, Assyras, quibus usi sunt à captivitate Babylonicâ, & Cananæas, quas antiquis temporibus usurparunt: illas non ab Esra esse, ut B. Hieronymus credit, sed ab Assyriis: has non Mosen, ut ajunt, nec Abraham, quæ aliorum opinio, auctorem habere; sed jam ante diluvium fuisse, comprobatur. Linguam Cananæam fuisse diversam à Syrà: uti & Chaldaicâ. Amnius Viterbiensis merus impostor. Chaldei ante Alexandrum M. habuere observationes amorum mille nongentorum ac trium. Rectius inventum hoc tribui Setho, Adami filio; nisi, cum aliquibus, Adamo malis adsignare. Sanè & Plinii judicio, literarum usum fuisse, dum homines fuere. Gentiliis alios putare, literas esse inventas à quodam, quem Græci Ἐπιπῆν, Ægyptii Τροεuten appellant. Alios verisimilius statnere, Chanæicos habuisse literas suas ante Ægyptios, ac demum

post

post Assyrios: Phœnicia lingua primum eadem ac Hebræa fuit; postea illa mutata, sed sic ut dialecto solum differrent.

DE literarum inventione multa multi congerunt, & fusè, & confusè: adèo ut ab iis penè incertus magis abeas, quàm fueras dudum. Quare nihil, puto, peccabo, si paucis ejus rei historiam complectar, ac de nonnullis antiquorum opinionibus judicium nostrum appingam.

Initium etto à versibus istis, quos se in pervetusto bibliothecæ Septimanz codice invenisse scribit Petrus Crinitus lib. XVI de honesta disciplinà cap. I: atque adducit etiam Lilius Gyraldus dialogo primo de Historia Poëtarum*:

Moses primus Hebræicas exaravit literas.

Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas.

Quas Latini scripturamus, edidit Nicofstrata.

Abraham Syrus, & idem repperit Chaldaicas.

Isti arte non minore proculis Ægyptias.

Gulphila prompsit Getarum, quas videmus, literas.

Ut omnes sint trochaici, primum versum sic emendo:

Primus Hebræas Moses exaravit literas.

Nam Christianis poëtis *Moses* interdum trisyllabum est, primamque corripit, mediam producit. Prudent. *αἰμαρπηγ.*

— *Velut ipse Moses*

Historicus mundi nascentis restificatur.

Et hymno VI *αὐτὸς ἔφ.*

Vix hæc ediderat, relaxat ipse.

Indumenta pedum, velut Moses.

Item Sedul. lib. III operis Paschalis:

Quid? quod & Eliam, & clarum videre Moysen?

Versu postremo *Gulphilas* legendum: quomodo Socrati est *ὀυλφίλας*. Quamquam & aliter versus constar: si placet, ultimam in *Gulphila* produci ob vocem proximam à duabus consonis incipientem. Vixit *Viphilas* seu *Gulphilas* ille circa annum ccclxx, temporibus *Vaxintimani* & *Valentis* Imp. ac *Gothorum*, qui *Miniores* vocati in *Moesia*, fuit *Episcopus*: cui *Geticas* sive *Gothicas* literas etiam tribuunt *Socrates* *Ecclesiasticæ* *historiæ* lib. IV cap. xxvii, *Iornandes* in *Geticis*, *Ricobaldus* *Ferrariensis* in *Chronico*, cui titulus, *Pomocernium* *Ecclesiæ* *Ravennatis*. A quibus dissentit *Cornelius* *Agrippa* lib. I de *van. scient.* cap. II. ubi *Gothos* ait à *Gordano* *Episcopo* literas accepisse. Nisi *Viphilas* fuit binominis, vel *Agrippa* corrupto codice

codice sit usus. Sed si Gothi, quibus ex Scandinavia origo, demum Vlfilæ, vel Gordani Episcopi temporibus, literas accepere: quam fidem meretur, quod Ioannes, & Olaus, Archiepiscopi ajunt, Scandinaviæ incolas habuisse suas literas ante repertas Latinas, hoc est, annis ante Christum natum prope mille ducentis? Planè vereor, ne hoc majori gentis suæ amore scriplerint, quam veritatis. Lubens quidem illud dederò, quod Vlfilas Gothicas dicitur literas invenisse, id ex eo profectum videri, quod, antequam ille Biblia in Gothicam transfulisset linguam, paucis ex ea gente literæ essent cognitæ, ac propterea nec habere illas nationibus aliis crederentur. Attamen istud persuadere mihi non possum, fuisse Gothis suas literas, antequam eas haberent Latini. Siquidem tardè admodum has didicere gentes ad Septentrionem sitæ; etiam quæ Orienti, unde homines & scriptura, non paullo viciniore, ac cultioribus populis commerciiis magis frequentatæ. Sanè Thraces, utcumque apud eos Orphea natum fabulentur, necdum literas norant Æliani ætate: qua de re verba ejus postea referam. Imo & Venedi, sive Slavi, demum temporibus Ludovici Imperatoris, qui Lothario successit, literas accepere ab Methodio philosopho, ut est apud Aventinum in quarto Annalium. Agrippa, eo quo antè dixi loco, addit quiddam de literis Francorum. Nam ait, antiquos Francos, qui sub Marcomiro, & Pharamundo, Gallias subegere, literas habuisse Græcis non planè dissimiles: atque iis Wastaldum historiam patrio sermone consignasse: sed nesciri auctorem, de quo eo minùs laborem, quia si Græcis similes erant, probabile sit, esse corruptas ex Græcis Massiliensium. Alteras ait ab illis Wastaldi multum distitisse: ac repertas à quodam Doraco. Tertias esse inventas ab Hicho Franco, qui è Scythia venisse, & cum Marcomiro ad Rheni ostia confedisse dicitur. Quæ non memini me legere apud vetustiores. Sed Aimoinus de gestis Francorum, lib. III cap. XL, auctor est, Childericum regem mandasse Gallis, ut quatuor Græcorum literis uterentur: Θ, Φ, Χ, Ω. Ac de numero isto consentit quoque Gregorius Turonensis lib. v Hist. Franc. cap. XLV. Sed alias memorat: nempe Ο, Ψ, Ζ, Π. Nisi locus is, ut metuo, corruptè sic in omnibus codd. legatur. Saltem pro ο debuit ω scribi. Nam ο prius erat signum tam longæ, quam brevis vocalis. Et pro ω reponendum φ: quia pro φ antè erat ω cum spiritus notâ. Sed longum sit, si velim dicere de singularum gentium literis. Quare, his missis, solum videbimus de Hebræis, Græcis, & Latinis.

De Hebræorum elementis summa est inter veteres ipsos dissensio. Recentiores quidem eorum literas, quæ puta hodièque in usu, ab
Efdrà

Esdrâ esse, autor est B. Hieronymus præfat. in lib. regum, sive, ut vocant, prologo galeato: *Certum, inquit, est Esdrâ scribam legisque doctorem, post captam Hierosolymam, & instantiationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur: cum ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint.* Vbi de eo quidem facile assentiam Hieronymo, quod Iudæos ait ante exilium Babylonicum iidem fuisse literis usos, quibus & hodie Samaritæ, idque ab ultima utuntur vetustate. At non item in eo accesserim, quod Esdrâ censet novas excogitasse. Quamquam multis id summus vir persuaserit: & in his etiam Agrippæ lib. I I I Occultæ Philosophiæ cap. xxx, Eò autem falli Hieronymum putamus, quod Iudæi literas istas ab exilio Babylónico reportarint: eoque ipsi illas ^{חברותא}, hoc est *Assyrias* appellant. Quare malè eas literas vocamus Hebræas, cum Iudæicæ dici debeant. Hebrææ enim propriè sunt Chananææ, hoc est Phœnicum: quarum literarum figuram cognoscere licet ex nummis, qui hodièque crebro eruntur in partibus Tyri ac Sidonis. Iisdem Iudæos ante exilium Babylonicum usos dicimus: quemadmodum & lingua eadem utriusque genti fuit. Vide, quæ eruditè hac de re scripsit Ios. Scaliger epistola ad Thomsonem, & alterâ item ad Stephanum Vbertum, quæ inter postuma extant.

Proximum est, disquiramus, quis antiquas, & verè Hebræas, hoc est Cananæas literas invenerit. Augustinus quidem quæst. LXIX Exodi scribit eâ de re hoc pacto: *Quos autem dicat yegumâ-tuv eio-yoyis post decurationes, non facile sciri potest, quoniam hoc nomen in nullo usque habemus, vel officiorum, vel magistrorum. Nam quidam DOCTORES interpretati sunt, ut intelligantur utriusque literarum, qui introducunt in literas, sicut resonat Græcæ vocabulum. Hic sane significatur, quod ante legem datam haberim Hebræi literas, quæ quando ceperint esse, nescio utrum valeat indagari. Nonnullis enim videtur, à primis hominibus eas ceppisse, & perductas esse ad Noë, acque inde ad parentes Abraham, & inde ad populum Israël: sed unde hoc probari possit, ignoro.* Non visum cum quoquam contentionis funem super hoc dicere, validè, an infirmo tibiçine in eo subnixus. Nescit Augustinus, quod ex Græca interpretatione consequi putavit. Nescit enim negamus, Hebræam vocem ^{דריפו} potiùs sonare *apparitores*, quàm *doctores*. At interim pro certissimo habemus, quod argumento parùm certo probatum ibat magnus ille antistes. Quippe, nisi ante legem datam literæ fuissent, cui rei lex tabulis æneis Dei ipsius manibus fuisset inscripta? At illud non æquè evidens, ut rectè vidit ille Ecclesiæ doctor, num à Mose, an ab alio, ac si alteri potiùs hæc laus debetur, paullòne, an multò ante Mosem, literæ fuerint inventæ.

Eupo-

Eupolemem Mofi adscriptiffisse, testantur Clemens Alexandrinus lib. 1 Στρωμ. & Eusebius lib. 1κ *ἰστορικῆς Εὐαγγελικῆς*, cap. 1ν. Verba ipsa Clementis, à quibus Eusebiana non valde abeunt, infra apponam. Eupolemo quoque subscribit Isidorus lib. 1 Origin. cap. 111. Sed profectò tota hæc res tantùm nititur conjecturis, quæ quantillè, nisi ratio accesserit, in rebus à scriptorum ætate longissimè remotis sit facienda, nemo non videt. Scio, plerosque scribere, literas quidem Mose esse antiquiores multò; sed eum literas primùm innovasse. Verùm hoc quoque metuo, ne merum sit somnium. Nam quid causæ quæso erat, cur, eadem manente linguâ, novas excogitaret literarum formas? Atqui, qui Hebraicè leviter sciat, nunquam diffitebitur, Israëlitas in Ægypto eam reservasse linguam, quâ Abraham, & patriarchæ cæteri usi erant. Ea autem erat Chananæa. Itaque Genes. xxxi, 47. Iacob linguâ Chananæâ profert, quod maternâ suâ Syriacâ extulerat Laban. Nam Iacob linguâ Phœnicîâ seu Chananæâ tumulum vocat *גלעד*, *Galed*: Laban eundem Assyriâ appellat *גלעד*, *Iegar sabaduma*. Ac Abraham quidem, cùm in Phœniciam, seu Chananæam veniret, quia novus inquilinus erat, ac Assyriam, non Chananæam linguam sciebat, necesse habuit hanc addiscere. Non item Isaac, & Iacob, qui in Chananæâ sunt nati, eoque à pueritiâ ipsâ hanc noverant. Atque hinc cognoscimus, linguam eam, quâ usi patriarchæ, quâ item in Ægypto Israëlita utebantur, ac quâ ipsâ scriptæ sunt sacræ literæ, non aliam putandam, quàm Chananæam: quippe quam Abraham didicerit à Chananæis. Liquet etiam, errare non ignobilem Grammaticum, Suidam, ex cuius sententia, *Ἀβραάμ ὁ πρῶτος ἐν πατριαρχαῖς ὄρεν ἰερεῖ γράμματῶν, ἔγλωσσαν ἰμνηχανίτῳ, ὅς Ἑβραίων παῖδες ἐν ἐπισήμῃ ἐτυγχάνον, ὡς ὄντες τέτυ μαθηταί, ἢ δότογονοι*: *Abraham Patriarcharum princeps, invenit sacras literas, linguamque eam excogitavit, cuius Hebræi fuerit petiti, ut ejus discipuli ac posteri.* Quo loco per *ἰερεῖ γράμματῶν*, omnino intelligi debent sacræ, sive Hebrææ linguæ literæ: ut ostendit, quòd statim subjicit, ab his originem capere Græcorum literas, atque id vel parère ex primæ literæ nomine, cùm, quæ Hebræis est *Aleph*, Græcis *Alpha* dicatur. Pro hac sententiâ adfertur à quibusdam, quòd Abraham creditur invenisse literas Chaldaicas; & Hebrææ priùs eadem, ac Chaldaicæ, fuisse existimantur. Hieronymus in cap. 1 Danielis: *Philo arbitratur, linguam Hebræorum ipsam esse Chaldaicam, quia Abraham de Chaldeis fuerit.* De Chaldaicam autem litterarum inventionem quod ajunt, tum apud Isidorum legitur lib. 1 Originum cap. 111, tum vel ex versu hoc liquet, quem superius inter alios in vetusto codice à Crinito inventum, dicebamus:

Abra-

Abraham Syrac, & idem reperit Chaldaicas. Sed, quod versu hoc dicitur, nullo; quodque Philo apud Hieronymum ait, infirmo nititur argumento. Nam quæ ejus vis erit, si forte, juxta quorundam opinionem, duas Abraham linguas, & Hebræorum, & Chaldæorum, scisse dicamus? quæ verba ibidem apud Hieronymum legere est. Hoc nisi recipimus (eiusdem verbis utor) querendum est, quomodo Dan. 1. Hebræorum pueri linguam, quam noverant, doceri jubeantur. Quamobrem sic omnino statuendum, linguam Hebræam esse aliam à Chaldaica: Abrahamum Chaldaicè locutum, cum in Chananæam veniret; hinc eum Chananæam didicisse, quæ ejus posteris usi sint; ut ex Genes. xxxi, 47, antea ostendimus. Hoc si placet, Chananæorum lingua, quæ perscriptæ sunt sacre literæ, Hebræa vocabitur, non quia Hebræi soli usurparint; sed quia horum duntaxat libri ad nos pervenerint. Vti & sententia est Scaligeri in eruditissimis epistolis*, quarum antè meminimus. Cæterum quod Abraham Chaldaicas dicitur literas reperisse, id non aliter puto capiendum, quàm quòd Chaldaicas literas in Syriam, ac imprimis Palæstinam, induxerit. Nam Chaldæis multò antè Abrahamum literæ erant. Hoc mirificè probatum ibat Annii Viterbiensis initio notarum in Berosum: ubi scribit, Chaldæos asserere, se Astronomiam & literas habuisse ante Alexandri monarchiam sex mille & sexcentis ac triginta quatuor annis. Neque id adferre dubitat Hermannus Hugo lib. de literarum antiquitate. Verùm non debuit vir eruditus toties eo commentariolo ad partes advocare Annum illum, hominem quidem doctum, sed totum penè ex mendaciis & fraudibus confutum. Vera autem sententia est apud Simplicium comment. xlvi in Arist. lib. 11 de Cælo: ubi scribit, Callisthenem, Aristotelis rogatu, misisse in Græciam observationes Chaldæorum ab annis c10 10 ccccciii ante tempora Alexandri. Sic enim inquit: Δια τὸ μήπω τὰς ἐπὶ Καλλιθέωνος ἐν Βαβυλῶνι περιθρήσεις ἀφικέσθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, ἔλεγε τὸν Πτολεμαῖον αὐτῶν ὅτι πῶς διηγείτην ὁ Πορφύριος ἄλλων ἐπιπέσειν, ἔναντοσίων τεσσῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου ἡ Μακεδόνος συζουρίας. Eo quòd observationes illæ, quas Callisthenes Babylone Aristotelis jussu misit, necdum in Græciam pervenerant: quas quidem annorum mille nonagesimum trium fuisse, refert Porphyrius ad Alexandri Macedonis usque tempora servatas. Id fuerit annis circiter ducèntis ante natum Abrahamum: paullo ante structuram turris Babylonicæ. Nempe nihil prohibet, quo minus in terra Sennaar literis & Astrologiæ vacarent, priusquam de turri ea cogitaretur, vel locus is Babelis nomen accepisset.

* ad Thomasonem, & Stephanum Viceram.

Et sanè, quod Abrahamo tribuit Suidas inventarum literarum gloriam,

riam, eo minoris à nobis fieri debet, quia alibi, alium secutus auctorem, multò antiquiorem literarum usum facit: ut quas repertas dicat ab ipsis Adæ liberis. Quippe eum si audimus, Θεὸν, πὸν Σὴθ οἱ πάτε ἀνθρώποι προσήγορον, Διὸς τὸ ἐξ ὀρηκέναι τὰτε Ἑβραϊκὰ γράμματα, τὰς τε τῶν ἀστέρων ἰνομασίας. *Sethum illius ætatis homines Deum vocabant, eo quod Ἑβραϊκάς literas, Ἑβραϊκῶν stellarum appellationes invenisse.* Idem ex Georgio Syncello tradit Michael Glycas Annalium lib. 11. Et profectò inventum hoc neutiquam alteri tribui potest, quàm vel Secho, vel ejus ante diluvium posteris, si vera sunt, quæ de his narrat Iosèphus lib. 1. Iud. Antiq. cap. 111. Res penè omnibus nota, qui literas tractant: quia tamen locus is corruptè legitur vulgò, faciliorem mihi veniam arbitror fore, si eum emendatiùs adscripsero: Σοφίαν, inquit, τὴν πρὸ τῶν Ἑβραίων, ἔτι τῶν τέτων διακόσμησιν ἐπενόησαν. ὑπὲρ ἧ τῆ μὴ διαφυγεῖν τὰς ἀνθρώπους τὰ δὴρημῆα, μὴ ἧ πρὶν εἰς γῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, περιηρηκότῃ ἀφανισμὸν Ἀδάμ τῶν ὄλων ἔσταθι, ἧ μὴ κατ' ἰσὺν πυρὸς, ἧ ἕτερον ἧ κῆ βίαν κῆ πῆθῃ ὕδατι, γήλας δύο ποιησάμενοι, ἧ μὴ ἐκ πλίνθων, ἧ δ' ἐπέσαν ἐκ λίθων, ἀμφοτέρας ἐνέγραψαν τὰ δὴρημῆα, ἵνα ἔτι πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τῆ ἐπομβρίας ἡ λιθίνη μέναισα παρέσθῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα. δηλοῦσα, κῆ πλινθίνην δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀναπεθῆναι. μὴ δὲ ἀλλοι τῆ δεῦρο κῆ τὴν Συρακῶν. In Frobeniana malè est περιηρηκότῃ, pro περιηρηκότῃ. In eadem est, τὰ ἐπιγεγραμμένα δηλοῦσα. ἔτι πλινθίνων &c. verùm τελεία σιγμὴ ponenda post ἐπιγεγραμμένα. Sententia est, in lapidea columna etiam illud fuisse adscriptum, alteram quoque columnam, eamque ex lateribus, à se positam fuisse. Quod addit Iosèphus, quia queri posset, unde illud de laterali columna sciatur, cùm sola superfit lapidea. Sigismundus Gelenius, vir alioqui doctissimus, pravà distinctione deceptus, locum sic pessimè transfudit: *Ajunt enim lapideam illam ab ipsis didicatan: quæ Ἑβραϊκῶν temporibus existat in terra Syria.* Vbi in eo quoque peccat, quòd πλινθίνων vertit lapideam: ac μὴ δὲ refert ad verba proximè memorata, cùm prius comma sit de lateritia, posterius de lapidea. Ignosce erudite lector, si &c, dum imperitis consulimus, translationem apponamus totius loci: eo magis, quia Angelus Roccha, in appendice libri, quem de bibliothecà Vaticanà Romæ edi curavit, existimasse videtur, alteram columnarum, quas Iosèphus nominat, fuisse æneam: cùm ejus nec Iosèphus meminerit, nec vetus interpres: Rufinus dico, qui sic vertit: *Disciplinam verò rerum celestium Ἑβραϊκῶν ornatum earum, primitus invenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus, quæ ab eis inventa videbantur, aut antequam ad notitiam venirent, deperirent, cùm prædixisset Adam exterminationem rerum omnium, unam ignis virtute, aliam verò aquarum vi ac multitudine*

titudine fore venturam: duas facientes columnas, aliam quidem ex lateribus, aliam vero ex lapideis, in ambabus, quæ invenerant, inscripserunt, ut & si constructa lateribus exterminaretur ab imbris, lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere: simul & quia * lateralem aliam posuissent: quæ tamen lapidea permanet hætenus in terrâ Syriâ.

* Post fin. ut
ic. ad x. xvii
repetendum,
præberet
cognosce-
re: quia au-
tem pro &:
sive quodd.
Clarum sus-
set. Simul
& signifi-
caret. quod
lat. &c.

Restat sententia suprema. Ea non alia esse potest, quàm ut ipsi pro-
toplasto hujus inventi gloria deferatur. Nequid igitur, quod in suspi-
cionem cadere possit, non aliquem habeat auctorem, sunt quibus, ob
primi hominis dignitatem, atque excellentiam, maximè verisimile
hæc, Sethum ab eo tum literarum usum, tum Astrologiæ, aliarumque
artium, notitiam hausisse. Ac de literis quidem ita B. Augustinus
quæst. LXXIX Exodi, ubi disputat, qui sint *χαρμμάτων εἰσαγωγῆς*. Non-
nullis, inquit, videtur a primis hominibus literas cæpisse, & perductas esse ad
Noë, & inde ad populum Israël. Imò similiter Suidas. Nam cum alibi
Abraham, item Seth, literarum dicat auctorem, idem tamen in *Ἀδάμ*,
inquit, *τῶν τέχων & χαρμμάτων* hujus sunt artes, & literæ. Ita vides, ut
ex quorundam etiam Christianorum suspitione verissimum sit, quod
itidem ex argumentis parum firmis nonnulli τῶν ἔξωθεν * collegerunt,
perpetuum, post homines sive natos, sive ortos, fuisse literarum usum,
atque, ut ipsi appellant, æternum. Visum id, quod de hac nationum
opinionem dixi, statuminare haut flaccido tibicine, Plinio: ex quo
simul parebit, in quam varias illæ sententias abire soleant, quoties de
primâ literarum inventionem dissertarent. Sic igitur egregius ille na-
turæ mystes lib. VII historię suæ cap. LVI. *Anticlidus in Ægypto inve-
nisse quendam nomine Menona tradit XV annis ante Phoroneum, antiquissi-
mum Græciæ regem, idque monumentis approbare conatur. E diverso Epigenes
apud Babylonios DCCXX annorum observationes siderum cœlestibus laterculis in-
scriptas docet, grævis æstor imprimis. Qui minimum, Berofus, & Critodemus,
cccc LXXX annorum. Ex quo apparet æternus literarum usus. Ac paullo
antè dixerat idem: Literas semper arbitror Assyras fuisse: sed alii apud
Ægyptios à Mercurio, ut Gellius; alii apud Syros repertas volunt. Etiam
Theophilus extremo lib. III ad Antolycum de gentilibus ait, *φάσις-
σι τὰ χαρμματα διρηθῆναι, οἱ μὲν παρὰ Χαλδαίων, οἱ δὲ παρὰ Αἰγυπτίων, ἄλ-
λοι δὲ ἀπὸ Φοινίκων*. Literas alii quidem à Chaldeis repertas dicunt, alii
ab Ægyptiis, alii à Phœnicibus. Quod autem de Mercurio extremis
Plinii verbis tradebatur, idem de eo scribunt Iulius Hyginus Fabul.
cap. CCLXXVII, Diodorus Siculus lib. II Bibliothecæ suæ, & Plutar-
chus lib. IX Symposiacôn, quæst. IIII. Ægyptium fuisse, ac quintum
ejus nominis, auctores sunt Cic. lib. III de Nat. Deor. atque ex eo
Amobius lib. IV, & Lactantius lib. I de falsa religione cap. VI. Sed*

* externo-
rum sive
gentilium.

& Tertullianus eampse de Mercurio opinionem commemorat, lib. de Testimonio animæ cap. v, & de corona militis cap. viii. Confirmat quoque hanc rem Plato, apud quem in Phædro narrat Socrates, Deum quendam coli apud Ægyptios, nomine Theuth, qui cum alias artes, tum literas invenerit, Ægyptiosque docuerit, quo tempore Thamus universæ imperium Ægypti teneret. Hujus Theuth idem meminit in Philebo. Aliis *τάαυ* : Phœnicibus *תא*, *תא*, Deorum creditus primus : ut prodidit Philo Bybliensis, Sanchoniathonis Berytii, qui Semiramidis tempore res Phœnicum scripsit, Græcus interpretis : teste Porphyrio *ἐν πύρτῳ τῆς Χριστιανῶν λόγῳ*, & Eusebio *Εὐαγγελικῆς παρασκευῆς* lib. i. Nec iccirco est, quod Ægyptiis hanc laudem tribuamus. Nam omnino ea debetur Assyriis, quando multò antè hæc regio culta est. Ex Assyria autem secum vexere Chananæi; quorum idem ac Assyriorum sermo permansit, usque dum Assyrii, ob crebra variis cum gentibus commercia, bellaque cum vicinis ac longinquis gesta, sermonem eum mutarunt; Chananæis interim, quibus non itidem nationes aliæ miscebantur, veterem retinentibus sermonem. Atque hinc liquet, cum Phœnices sint Chananæi, rectissimè dicere, quibus literæ Phœnicum sint antiquissimæ. Nec eo injuriam facimus Hebræis; quando eadem sunt literæ cum Phœnicæ, tum veteres Hebrææ. Nam, ut antè assertum, quas Hebraicas vocamus, non tam Hebraicæ sunt, quàm Assyriæ. Verè enim Hebraicæ sunt, quibus Abraham, Heberi inclyta progenies, & posteritas ejus, usâ est. Sunt verò istæ Cananææ, sive Phœnicæ. Quemadmodum patriarchæ eadem quoque, ac Tyrii & Sidonii, linguâ utebantur: etsi, postquam hi imperium maris obtinuerunt, linguam crebris commerciis mutarunt: non tamen in tantum, ut alia esse lingua inciperet, sed solum, ut dialecto differret: quod multis ostendit Abrahamus Esra commentariis in Cantica. Idem de lingua Punica judicium esto, quando Pœnos Phœnicia oriundos esse, præter tot nobiles scriptores, qui id disertim scripsere olim; præter item ipsum Pœnorum nomen, quod *Συρὶ* ἢ *Φοινίκων* deflexum esse, satis liquet: præter inquam, ista, etiam vocabula utrique huic, & Syrophœnicum, & Libyophœnicum populo communia satis docere possunt. Exempli gratia, ut unum è tam multis adferam, vox *ALMA*; de qua ita Hieronymus in Esaiam cap. vii, 14. *Lingua quoque Punica, quæ de Hebræorum fontibus emanare dicitur, proprie virgo ALMA appellatur.* Quibus qui contentus non sit, adeat Ios. Scaligerum, annotationibus in fragmenta vet. scriptorum, quæ subjunxit operi de emendat. Temp. & Samuelem Petitem Miscellaneorum lib. i, c. i, ii, & iii. Quòd verò antè dicebam, literarum

rarum inventionem Phœnicibus tribui, id luculentè probat hic Curtii locus lib. IV. *Si fama libet credere, hæc* (Tyriorum) *gens literas prima aut docuit, aut didicit.* Deque iisdem sic Plinius lib. V, cap. XII: *Ipsa gens Phœnicum in gloriâ magnâ literarum inventionis, & siderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Item Lucanus his pervulgatis versibus lib. III.

Phœnices primi, famæ si creduntur, ausi

Manusitam rudibus vocem signare figuris.

De literarum inventoribus adi planè Samuelem Petitem observatio- num lib. II, cap. I, p. 137. & seq.

CAPVT X.

Græcis accepisse literas suas à Cadmo Phœnice: unde Φοινικία, & Καδμήια χαρακτῆρες dicitur. Figuras veteres, quibus Iones usi, magis convenisse cum Phœnicis: atque Herodoti ætate eas in veteribus inscriptionibus conspici potuisse: sed paullatim figuram esse immutatam. Alios literarum hanc gloriam tribuere Cætopi Ægyptio. Cur us bisformis creditus sit. Alios item Lino, vel Palamedæ, eas assignare. Vulgaris lectio Taciti contra Lipsium, & alios, defensa. Cadmo Mælesio tribui tres adspiratas, Epicharmo duas duplices, Simonidi vocales duas longas. Callistratum primum statuisse literas XXIV. Tæzti occurritur, qui Cadmo antiquiores esse Græcorum literas contendit. Delphi unde Pytho prius dicta. Cur Pythonissa dicatur domina ophi. Οφεις ἔτυμον. Refellit Fl. Iosèphus de eo, quod neger, Græcos habuisse literas ante bellum Trojanum. Thesèi, & Argonauticæ expeditionis tempus. Thebis Bæotus cur nomen id. impositum. Nomina literarum Græcarum ex Hebræis descripta.

Sed de primarum literarum, quæ sine dubio Cananææ sive Hebrææ sunt, primis autoribus satis dictum. Transiamus ad literas Græcorum, quod ut faciamus, cum res ipsa, rectusque ordo admonet, tum etiam loca, quæ de Phœnicibus proximè adducebamus. Quippe etiam si concederemus, Phœnicum sive Cananæorum literas fuisse diversas ab iis, quibus patriarchæ, & Hebræi omnes ante captivitatem Babyloniam utebantur: nihilominus Lucani locus (idem de illo Curtii, ac Plinii, dicere possumus) nihil dissentaneum veritati haberet: quandoquidem eum cum Isidoro * intelligere possumus de

* Lib. I Orig. cap. 3.

foliis Græcorum literis, à Cadmo Phœnice in Græciam allatis. Favet huic interpretationi illud Plinii lib. VII cap. LVI: *Vtique* (volunt) *in Græciam misisse è Phœnice Cadmum XVI numero: quibus Trojano bello Palamedem adiecisse quatuor hæc signa, Θ, Ε, Φ, Χ. Totidem post eum, Simonidem Melicum, Ζ, Η, Ψ, Ω.* Idem confirmant verba Clementis

Alexandrini lib. I Στρωμ. Κάδμου ἢ Φοινίξ ἦν, ὃ ᾤ γραμμάτων Ἐλθῆσιν ἔυρεῖς, ὡς Φησιν Ευφορο (placet Lipsii † conjectura, Εφορο emendantis) ἔθεν ἐ Φοινικίᾳ τὰ γράμματ᾽ Ἡρόδοτος κεκλήθη γράφει. *Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Græcis literarum inventor, ut ait Ephorus. Unde etiam Herodotus scribit, literas vocatas fuisse Phœnicias.* Addam & verba è Terpsichore Herodoti, ad quæ respexit Clemens: Ἴωνες παλαιότεροι διδάχῃ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματ᾽, μετ᾽ ἄρῃ δὲ μίσησιν ἴσθῃσιν ὀλίγα, ἐχρῆσαντο χρεώμενοι, ἢ ἐφόπων, ἢ ἀσπερ ἢ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἔσχατον γὰρ Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικίᾳ κεκλήθη. *Iones, cum literas à Phœnicibus didicissent, immutata à quadam forma utebantur; & utentes famam præferunt (quemadmodum & æquitas postulabat) quia Phœnices eas in Græciam invexerant, Phœnicias vocandas esse.* Tradit idem Plutarchus in Sympotiacis lib. IX, probl. III. Τὰ ἢ δὴ πρῶτα ἐ Φοινικίᾳ δὲ Κάδμου ὀνομαθέντα, τελέεις ἢ τελέεις γηομετρίᾳ παρέχε. *Primas autem (hoc est, sexdecim literas primò inventas) quæ Phœnicæ propter Cadmum appellantur, quaternio quater sumtus exhibet.* Appellat hoc modo Τίμο: cujus est apud Sextum philosophum: — Φοινικικὰ σήματ᾽ Κάδμου. — *Cadmi Phœnicia signa.*

Validè etiam hanc rem firmat, quod Herodotus paullò post subiicit: Ἴδον ἢ ἐ αὐτὸς Καδμηίᾳ γράμματ᾽ ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Ἀπόλλωνος τῷ Ἰσμελίῳ ἐν Θήβῃσι τῆσι Βοιωτῶν, ὅπῃ τεῖποσι ποιεῖ ἑγκεχαρμημένα, τὰ πάλαι ὅμοια ἰόντα ποιεῖ Ἰωνικοῖσι. *Quin ipse vidi apud Thebas Bœotias in Ismenii Apollinis templo, literas Cadmeas in tripodibus quibusdam incisas, magnâ ex parte similes Ionicis.* Deinde ponit Herodotus ipsas inscriptiones, quibus Græcia nihil habuit antiquius. Nam prima est Amphitryonis, circa ætatem Laii, Cadmi pronepotis. Altera est Hippocoontis, sub Oedipode, Laii filio. Tertia est Laodamantis, Eteoclis filii. Quod si quis

nôsse avet, quibus olim figuris epigraphæ istæ fuerint conceptæ; adeat Ios. Scaligeri animadversiones Eusebianas *, in quibus eas inveniet Cadmeis literis exaratas. Verisimile tamen, non fuisse omnino tales, hoc est Cadmeas veteres, seu Samaritanas; sed tempore paullum immutatas, propiusque ad Ionicas accedentes. Nec dubito, quin Cadmeæ, vel pene Cadmeæ, literæ intelligi debeant apud Dionysium Halicarnassensem †, cum agit de tripode Dodonæο γράμμασιν ἀρχαίοις ἑγκεχαρμημένω *, cujus & inscriptionem ponit. Item cum de columnâ, cui Servius Tullius leges fœderis inter Romanos Latinisque inscripserat, hunc in modum loquitur †: αὐτὴ δὲ μένειν ἢ σήλη μέ-

† lib. I.

* antiquis literis inscripto.
ib. 4.

χει τῷ ἐμῆς ἡλικίας ἐν τῷ τῷ Ἀρτεμίδου ἱερῷ κειμένη, γραμμάτων ἔχουσα χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν, οἷς τὸ παλαιὸν ἢ Ἑλλὰς ἐχρῆτο. *Hec columna permansit usque ad meam ætatem in Diane sano creta, characteres Græcarum literarum habens, quibus olim Græcia utebatur.* Quod verò Græci alias post litera-

literarum figuras usurparunt, id ab iis non consilio; sed (quemadmodum in aliis quoque rebus, usu venit) assiduâ tractatione, temporisque longinquitate, factum puto. Nec tamen tantopere aut vulgares Græcorum à veteribus Ionicis, aut hæ à Phœniciis discesserunt, ut origo earum dissimulari possit: quemadmodum cuius parebit, qui earum figuras conferre non gravabitur. Ex his igitur manifestum est, Græcos à Cadmo literas accepisse, ut præter commemoratos autores scribere cum Victorinus *, Isidorus †, Suidas ‡, tum etiam Plutarchus in Sympliciis *. Dissentiunt tamen multi, qui Palamedem ab hæc laude commendabilem faciunt: ut paullò post ostendam. Sunt & qui Lino, Hercules præceptor, tribuant, ut Suidas † his verbis: Λέγεται ἢ πρῶτος ἕτος (Λίνου) Σοφὸς Φοινίκης χράματα εἰς Ἑλλάδας ἀγαγεῖν. *Fertur hic primus literas à Phœniciâ in Græciam d. portasse.* Multis etiam magis verisimile fit, Græcos à Cecrope, primo Atheniensium rege, literas accepisse. Inclinant in hanc sententiam, quod antiquus apud Ægyptios fuerit literarum usus, ut antè ostendimus ex Plinio lib. vii, cap. lvi. Cecrops autem non modò Cadmo Linòque antiquior fuit, sed & natione Ægyptius. Eo quidem duce, Athenienses ex Saënsi Ægyptiorum civitate in Græciam colonos deductos esse, scribit Nicetas Serronius, Græcus Nazianzeni scholiastes ad *μονωδιαν* sive *Ἰπποκράτη* εἰς τὸ μέγα Βασίλειον *. Adjicit idem, Cecropem eâ potissimum de causâ effectum efformatumque *διφνή* †, atque, ut Nais ‡ vocat, geminum, quia sciret Græcè & Ægyptiacè. Quod ipsum quoque legas apud Tzetzem Chil. sect. xviii. Aliam tamen idem inibi addit rationem: quemadmodum & tertiam legas apud fratrem ejus Isacium Tzetzem commentario in Lycophronem *, ac Eustathium in Iliad. Σ. Ille autorem laudat Ioannem Antiochensem, hic Agalliam Corcyrensem. Sententiam eorum, qui (ut Cadmum mittam) vel Palamedi tribuunt, vel hoc antiquiori Lino, aut antiquissimo omnium Cecropi, complexus est his verbis Cornelius Tacitus undecimo annalium: *Quispe, inquit, fama est, Cadmum classe Phœnicum vetitum rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus autorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant sexdecim literarum formas, mox alios, ac præcipuum Simonidem, cæteras reperisse.* Iusto tamen Lipsio (quem sequitur Angelus Roccha lib. de bibliothecâ Vaticanâ) videtur hic locus non vacare mendâ. Corrigit itaque hoc pacto: *Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, sexdecim literarum formas, & temporibus Trojanis, Palamedem Argivum quatuor, memorant; mox alios, ac præcipuum Simonidem, cæteras reperisse.* Cur ita emendet, hanc ipse causam adducit, quod veterum,

* lib. i. cap. de Orthograph.

† lib. i Orig.

c. 3.

‡ in Καθυσ.

* lib. 9.

quæb. 2 &

3.

† in Λιό.

* orationem fœnebrem in magnam Basilium.

† bisformem.

‡ lib. 2 Met.

fab. 8.

* pag. 24.

terum, quos quidem legerit, nemo hoc de Palamede tradiderit, quod apud Tacitum legitur vulgo. Nempe non occurrebat tum Lipfio, Gorgiam, antiquissimum Rhetorem, oratione eà, quæ hodieque pro Palamede exstat, inter cætera ejus inventa reponere *χαίματῶ, μνήμης ὄργανον* * : quo pacto neutiquam loqueretur, si putasset, cum solum tres quatuorve literas, ac tales quidem, ut carere iis possimus, Cadmeis literis addidisse. Præterea apud Hyginum in fabulis cap. CCLXXVI, undecim dicitur literas reperisse. Vbi si pro *undecim*, *sexdecim* reponam, propius à vulgata lectione recedam, quàm qui pro communiore opinione *quatuor* substituatur. Est quoque pro hac sententia scholiastes Euripidis in Orestem : ut qui à Palamede referat repertas literas septendecim : quod Taciti numerum leviter admodum excedit. Sed facile à librario potuit *15* † in *17* ‡ commutari : ut planè mihi persuadeam, *15* scripserit scholiastem. Eo magis quia videam, quod de Palamede traditum est à Tacito, similiter legi apud Eusebii sive Georgii Syncelli excscriptorem, Georgium Cedrenum *, qui ante annos quingentos & quinquaginta vixit, tempore Isaaci Comneni. Imò & hanc sententiam memorat Ioannes Tzetzes, qui post Cedrenum annis claruit centum. Nec dubitat is historiæ suæ sectione CCCXCVII, illud de sexdecim Palamedis literis, dicere *πελοπόννησον ἔθρουσαν τοῖς πᾶσι τ.* Addit eos, qui hanc Palamedi potius, quàm Cadmo gloriam tribuunt, putare, multò post Palamedem, alium Cadmum, non Thebanum, sed Milesium, sexdecim illis literis Palamedis ternas addidisse adspiratas, Θ, Φ, & Χ : Epicharmum verò Siculum invenisse duplices, Ζ, Ξ, Ψ : Simonidem denique, sive Samium, sive potius Ccum, adjecisse Η, & Ω : primum verò fuisse Callistratum, Grammaticum apud Samios, qui quatuor & viginti literarum figuras conjunxerit. Verùm quid hac testium congerie opus, cum Euripides ipse Palamedem, in tragœdia cognomine, literarum inventionem sibi vindicantem inducat. Sic enim loquitur :

Τὰ τῶ γε λήθης Φάρμακ' ὀρθώσας μόνον -
 Αφωνα, ἢ Φωνῆντῶ συλλαβᾶς πηδῆς,
 Εξεῦρον ἀνθρώποισι χαίματ' εἶδέναι.

‡ Tit. 79. si-
 ve alii 81.

Quæ in Florilegio Stobæano † Latinis sic versibus expressit grandæ seculi nostri decus, Hugo Grotius :

Ego ille mutas conjungens vocalibus
 Monstrans hominibus literarum sædera,
 Oblivionis tenebricosæ remedium.

Sed de hac inventarum literarum gloria inter quatuorviros illos partitâ non paullo aliter alii, & in his Hyginus fab. cap. CCLXXVI.

In

In eo interim Tzetzæ adfentio, quòd superiori de Palamede sententiæ refragatur. Neque nihil est, quòd pro se adfert. Nempe quòd Bellerophon literas à Præto, Argivorum rege, exaratas attulerit Iobatzæ, quibus, cum commendatitias videri vellet, necem ejus exposceret. Atqui, inquit, ex Bellerophonte natus Hippolochus, ex Hippolocho Glaucus, qui, ut Homerus narrat, aurea arma pro æreis dabat Diomedæ. Ergo sexaginta circiter annis Bellerophon fuerit ante Palamedem, qui Diomedis fuit æqualis. Nos verò, nec inviti, Tzetzæ amplius concedimus. Putamus enim Bellerophontem hunc non lxx solum, sed cxx annis, antiquiorem esse Palamede. Sanè rex Præto, cujus tempore Bellerophontem vixisse convenit, ab Eusebio etiam in Chronicis ad tempora refertur Aodi sive Ehud ejus, qui in judicando Israele successit Orthonieli, genero Calebi, à Mosè ipso missi ad speculandam terram Cananæam. Sed ut de eo convenit, ita disconvenit nobis, quando & Cadmo antiquiores esse Græcorum literas eo evincere conatur, quòd cum è Phœnicia is Delphos esset profectus ad consulendum Apollinem de sore Europe, oraculum ei editum sit versibus hexametris, quorum tres primos ipse Tzetzes adducit. Quàm multa enim contra hoc adferri possunt! Mitto, cum alia, tum illud quod etiam ab incunabulis cæci versus fundant: ut satis liqueat, posse carmen ab eo dici, qui nesciat literarum figuras. Illud potiùs dicam, *ἡ ἀρχὴ τῆς ἀπορίας**, ut Aristoteles initio operis de prima sapientia ait. Quis verò spondeat nobis, inter ea, quæ historiæ veræ, de Cadmi in Græciam adventu, fabulosè à poetis addita sunt, non illud etiam esse, quod de oraculo hoc referunt? Præfertim cum versus illi non fiant tam antiquum ævum: & fortasse demum post Cadmi Phœnicis adventum Sol sive Apollo in Græcia cultus sit figurà serpentis: unde & urbs, quæ postea Delphi, prius dicta *Pytho*; à *Πύθων*, *pythen*, id est *aspis*. Vti à loco Apollo Pythius, non *ὄφις ἢ πύθων* †, quia illic computruerit serpens: uti nugantur Græculi. Nec mirum si Cadmus hunc cultum Græciæ intulerit, quandoquidem & in Cananæa fatidicum illud numen serpentis imagine colebatur: indeque priori Sæmuelis libro, cap. xxviii, Pythoniisà à Saulo consulta vocatur domina *ὄφις*, sive *oph*, hoc est *serpentis*. Sanè ab *oph* est Græcorum *ὄφις*, quod idem notat. Hæc satis invalentiam ostendunt argumenti, quo sic se, more suo, jactat Tzetzes. At quanto fortius illud telum, quod nos jaciebamus. Nempe, quòd veteres Ionum literæ, Herodoro quoque teste, simillimæ sunt Phœnicis, eæque Cadmæ olim dictæ sint; neque legamus ulla fuisse in Græcia literas Cadmeis antiquiores. Nam Bellerophon, qui literas attulit Præto, Cadmo

G

junior

* multa
memiri poss.
tam.

† putrefieri.

junior paullo fuit; cùm Cadmus Othonielis temporibus claruerit, Bellerophon Aodi: ut minimùm ætas una interceſſerit, cùm, ab excessu Othonielis ad mortem Aodi, anni ſint LXXX: qui Aodo uni in Scripturis tribuuntur, annumeratis annis illis duodeviginti, quibus † Israelitæ ſervierunt Egloni, Moabitarum regi: quos annos deducit etiam Eusebius, uti & auctor Chronologiæ Hebræorum majoris, quæ *Seder Olam Rabba* inſcribitur. Mirum verò, Flavium Iosephum, virum ut diſertum, ita temporum intelligentem, vehementer adeo falli potuiſſe in eo, quod de inventione literarum Græcarum ſcriptores optimi prodiderunt. Quippe lib. 1 *Ἐρχαίωσι* & adverſus Apionem, ut, quæ de Cadmo narrantur, mendacii arguat, omniæque Græcorum nova eſſe comprobet, negat ullâ inſcriptione ſive in templis, ſive in anathematis, comprobari poſſe, Græcos literis uſos eſſe ante bellum Trojanum. Sed nunquam hoc ſcripſiſſet Iosephus, ſi in memoriâ habuiſſet tres inſcriptiones, quarum ex Herodoto paullo antè meminimus. Nam ut de tertiâ, earum noviffimâ, ſolùm dicam, eſt ea Laodamantis, qui vixit tempore Theſei Athenarum regis: ut oſtendit hic locus Pausaniæ in Atticis: *Ολίγω δε ἀπὸ τῶν ἐς Θήβας. Κρέων γῶ, ὃς ἐδιώκεις τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμου τε Σπηλιοπέδων τ' Επεοκλέης, ἔπαρῆκε τοῖς Μεγαρίταις ἀνελομήκεις θάψαι. ἰκελὶ δ' ἀνιῶσι τῆ Ἀδραστίας Θησεία, μάχης Αθηναίων Ἰφρομένης πρὸς Βοιωτῶν, Θησῶς, οἷς ἐπετίθει τῆ μάχης, κρημίσας ἐς τ' Ἐλευσινίαν τῶν νεκρῶν ἐν ταύθῃ ἐθαψεν.* hoc eſt: *Paullo verò supra præteritum eſt sanctorum Megaritarum: ac poſtea ſunt eorum ſepulchra, qui ad Thebas occubuerunt. Creon enim, qui Thebis eo tempore imperabat, & Laodamantis, Eteocles filii, inter eſſet, non permittiſſiſſet cognitis mortuorum ſepeliendorum poteſtatem. Cum verò Adraſtus Theſei opem ſupplex imploraret, & factâ poſtea pugnâ inter Boeotos, & Athenienſes, Theſeus victor evaderet, mortuos Eleuſinam deſcendit, ibique ſepelivit. At nemo ignorat, Theſeum vixiſſe ante bellum Trojanum; cùm fuerit σύγχρονος * Herculis, qui tempore Laomedontis Trojam cepit. Quin ipſe Theſeus dicitur, regnante patre Ægeο, Helenam virgunculam rapiſſe: unde liquet, non tantùm Argonauticam expeditionem, cui Hercules cum Helenæ fratribus interfuit; ſed etiam illam τῶν ἑπτα ἔτη Θησῶς †, in quâ cecidit Eteocles, Laodamantis pater, viginti circiter annis antecedere bellum Trojanum. Imò plurimi olim, ut ex Chronico Eusebii cognoscimus, putarunt, Theſea multò eſſe vetuſtiorē: quod ipſum pro cauſſâ noſtrâ adverſus Fl. Iosephum adferremus, niſi & in hoc, & in tempore Argonauticæ expeditionis, quam octoginta & novem annis faciunt exſcidio Trojano antiquiorē, committerent ſpiſiſſum ἀνελχρονισμόν *, ac Eusebio quoque ex parte animadverſum. Atque hæc*

† *Luc. 3, 14.** *constantem.*† *septem ad Thebas.** *errorem temporis pro tempore poſiti.*

hæc comprobant abunde, quantum in illis à vero aberrârît Iosephus, quæ fusè aded prosequitur, ut ostendat, non posse Cadmo Phœnici, ac multò minùs cuiquam antiquiori, adscribi literarum Græcarum inventionem. Tantum verò abest, ut literas credamus post Cadmum, nedum post Palamedem, repertas, ut si de Cadmo minus nobis satisficeret, non propterea existimaturi simus hoc laudis tribui debere temporibus secutis, sed potius ad ulteriorem temporum memoriam recurremus: puta ad Cæcropem, Athenarum regem: atque hoc propter illa, quæ antea de eo referebam. Neque illa de Cadmo, & hæc de Cecrope sententia, magno adeo intervallo distant: quandoquidem Cecrops regnabat temporibus iis, quibus Moses apud Iethronem in terra Madian degebat: Cadmus autem, ut Hieronymus in Chronico Eusebiano tradit, temporibus Iosuz unà cum fratre Phœnice Thebis Ægyptiorum in Syriam profectus fuit: ut verisimile sit, tempore Othonielis è Phœnicia in Græciam venisse, atque ibi in memoriam Thebarum Ægyptiarum Thebas Bœotias condidisse. Sive autem Cadmo Phœnici, sive Cecropi Ægyptio, rei tam præclaræ gloria debetur; poni illud extra controversiam debet, priores literis usos esse Hebræos: ac huiusce rei argumentum superesse evidentissimum, quòd literarum apud Græcos nomina, nunc quoque nominibus vocentur ex Hebræa appellatione leviter deflexis. Quam in sententiam plura qui volet, adcat præclarum Eusebii opus de præparatione Euangelica libro x, cap. 11.

CAPVT XI.

Latinorum literæ sunt ab Euandro Arcade, vel matre ejus Nicosfrata, atque inde ea Carmenta sit dicta. Ab aliis eas tribui Saturno, vel Pelasgis. Prope eandem fuisse Græcorum literas antiquas, ac Latinorum. In Plinio conjectura. Harpocratonis vel Scaligeri error. Gentes quasdam literas serò admodum accepisse. Eliani ea de re locus corrigitur, & explicatur.

DE Latinarum quoque literarum inventionem multi certant incerti. Rem in pauca conferam. Ac primum videamus verba Taciti ex annali undecimo: *Aborigenes, inquit, Arcade ab Euandro (literas) didicerunt.* Quod ipsum Marius Victorinus libro primo, ac gemino quidem loco, tradit. Et prope admodum ab hac sententia abest, quòd alii, & in his Isidorus*, laudem eam tribuunt Nicosfratæ, Euandri matris, quæ alio nomine, quia oracula carmine ederet, *Carmenta* dicebatur. Vtramque sententiam in fabulis suis complexus Hyginus cap. cclxxvii, his verbis: *Literas Euandrus profugus ex Arcadia in Italiam*

* lib. 1.
cap. 1.

transfuit : quas mater ejus Carmenta in Latinas commutavit. Saturno tamen literas Latinas tribuit B. Cyprianus penè initio libelli de idolorum vanitate. *Hic*, inquit, *litteras imprimere, hic signare numos in Italia primus instituit* : unde *ararium Saturni vocatur*. Sed alibi ostendimus, penè eadem omnia Saturno, & Euandro, tribui solere. Sanè ab Arcadibus esse, etiam legas apud Dionysium Halicarnassensem lib. 1 : Verba ejus sunt : Λέγοντες ἡ γραμματικῶν Ἑλληνικῶν ἤρτην εἰς Ἰταλίαν πρώτοι Διόχομοισι, νεωστὶ Φανείσων Ἀρκάδος. *Dicitur etiam usum Græcarum litterarum, Arcadibus recens ostensum, primi in Italiam transvexisse*. Vbi non temere addit, Arcades non ita diu literas scivisse, cum in Italiam appellerent. Quippe hoc nisi statuamus, metuo ne frustra falsosque nos habeant Dionysius ac Tacitus in eo, quòd de Arcadibus prodidere. Nam, ut agnoscit ipse Halicarnassensis, Pelasgi ante Arcades sexaginta annis in Italiâ fuerunt. At quis credat, Pelasgos ab vicinis Atheniensibus non accepisse literas, si tum in vulgus notæ erant ; Arcades autem, qui Peloponnesi incolæ, eas didicisse ? Præsertim cum certum sit, Cadmum annis centum quinquaginta, aut præterpropter, fuisse in Græciâ ante Pelasgorum in Italiam adventum. Movit hoc quosdam, qui Dionysii locum parùm perpenderant, ut assentiri malent Plinio *, & Solino ; quorum uterque literas à Pelasgis in Latium scribit illatas. Sed sive Pelasgis, sive Arcadibus, is debetur honos, in eo Tacito Plinioque convenit, quòd uterque Latinos à Græcis eas velit accepisse : uterque item existimet, veterum Græcorum eandem esse literas ac suo ævo Latinorum forent. Tacitus xi Annal. *Et formæ literis Latinis, quæ veteribus Græcorum*. Plinius lib. vii, cap. lviij. *Veteres Græcas fuisse easdem penè, quæ nunc sunt Latine, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ est hodie in Palatio, dono principum Minervæ dicata in bibliothecâ, cum inscriptione tali, Ναυσικράτης Τισαμνίης Ἀθλωαῖος*. Quæ epigraphe cujusmodi literis fuerit concepta, intelligi poterit ex iis quæ de vocalibus longis & spiritus densi nota, & aspiratis consonis, inferius dicam. In quibusdam Plinii codd. legitur ea inscriptio verbis aliquot auctior, hoc pacto : *Ναυσικράτης Τισαμνίης Ἀθλωαῖος κόρα καὶ Ἀθλωαῖ ἀνέθηκεν*. Non, puto, *Κόρα*, hoc est Liberam, seu Proserpinam, Palladi præmitteret. Suspicio igitur scripsisse Plinium, *κόρα ἢ δεσποινὰ Ἀθλωαῖ*. Nam & Plato in libris de legg. ita loquitur de Minervâ. Si vera est conjectura nostra, sententia inscriptionis sit : *Nausicrates, Tisameni filius, Atheniensis, virgini ac domine Minervæ hæc suspendebat*. Porrò ex hæc inscriptione colligebat Scaliger, errare Harpocratonem, qui veteres Atheniensium ac Ionum literas diversas facit. Nam, inquit, Nausicrates Atheniensis fuit, Athenisque tabulam suspendit. At eam Ionicis fuisse

* lib. 7.
cap. 56.

fuisse literis conscriptam, argumento est, quod idem Plinius superiori capite dixerat : *Genium consensius tacitus primus conspiravit, ut Ioniæ literis uteretur.* Verum summus vir nec Harpocratonis, nec Plinii mentem satis perpexit : ut inferiùs ostendam.

Ex iis, quæ hæcenus diximus, elucet, Latinos Græcis literas debere : Græcos verò eas à Phœnicibus accepisse, Phœnicis ab Hebræis. Et hæc fortasse caussa est, cur, quod de literis diximus, id universè de Grammatica scribere haut dubitavit Eupolemus, ut ostendunt hæc verba Clementis Alexandrini lib. I Strom. *Ευπόλεμος ὃ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλείῳ, τῷ Μωϋσῆ Φησὶ περὶ τὸν σοφὸν γράμματα, καὶ χαμμαλικὴν περὶ τὸν πῶς Ἰουδαίοις παρὰ δὲ τῶν Ἰουδαίων Φοινίκας ἀφ' ἑλθεῖν, Ἐθνας δὲ παρὰ Φοινίκων :* *Eupolemus, lib. de regibus Iudææ, ait, Moysen primum fuisse sapienem, ac primum Indeis tradidisse Grammaticam, à Iudeis accepisse eam Phœnicis, à Phœnicibus Græcos.* Eademque ex Eupolemo iidem prope verbis refert Eusebius lib. IX præparationis Evangelicæ cap. VII. Sed is pro χαμμαλικὴν habet χαμματῶ : ut & Eupolemus, ac Clemens, haut aliud videantur per χαμμαλικὴν intellexisse, quàm χαμμαλιστικὴν, sive χαμάματα. † literam

Quàm serò autem gentes quædam literarum usum acceperint, indicant, quæ ex Androtione refert Ælianus lib. VII II Var. Hist. c. VI. Verba ejus sunt : *Τῶν ἀρχαίων Φασὶ Θρακῶν μηδένα ἐπίσταδ χαμματικῶν. ἀλλὰ καὶ ἐνόμιζον αἰσχροὺς εἶναι πάντες οἱ τῷ Ἑυρώπῃ ἐπικέντες βάρβαροι, καὶ χαμμασιν. οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, οἷς λόγῳ, ἐχρῶντο ἀντιπῶς μάλλον. ἐνθὲν τοῖς πολλοῖσι λέγειν, μηδὲ τῷ Ὀρφείᾳ σοφὸν γενέσθαι Θρακῶν ὄντω, ἀλλ' ἀλλως (lego ἀλλως) τῶν μύθων αὐτῶν κατὰ φύσιν. Αἴτιον, neminem antiquiorem Timæum novisse literas. Immo, quosquos barbarorum Europam inhabitant, turpissimum duxerunt literis uti. At qui in Asia sunt, magis, ut fama est, ut sunt usi. Unde est, quod dicere audent, ne Orpheum quidem fuisse sapienem, quia Timæus fuerit, sed alios ejus fabulas ementitos esse. Ita postrema illa Æliani verba transfero, non, ut Iustus Vultejus : Sed ejus carmina variis mendaciis esse referta. In errorem impulit interpretem corrupta lectio. Nam pro ἀλλως legendum ἀλλως : ut sententia sit, poemata Orphi esse ψευδῆ χαματῶ, quod & Aristotelem sensisse, auctor est Tullius I de nat. Deorum. Sed de literarum inventionem satis multa. Nunc ad earum distributionem accedamus.*

CAPVT XII.

Inquiritur in numerum vocalium apud Latinos : item quaedam de genuino earum apud veteres sono ; præsertim vocalis V. Ausonius aduersus summum vitium defenditur.

ET otio meo abutar, & lectoris humanitate, si fusè profequar, quo pacto

Elementa, rudes quæ pueros docent magistri,

Vocalia quaedam numerent, consona quaedam :

ut Terentiani verbis utar. Quare tantùm de Græcis adscribam unius Galeni verba, de Latinis autem unius Appuleji. Galenus lib. 1 Method. Theſſalum, alioſque culpans, quòd haut exquisitè curatèque inſtituerent morborum diuiſionem, perinde eos facere ait, ac ſi literas diſpeſcerent in vocales & conſonas, quum & eæ ſuas habeant differentias ac ſpecies : Φωνῆεν γὰρ πῖς εἰπῶν ἔς ſύμφωνον, ἔπω τὰ πᾶν τῶ σσιχῆια τὸ ἀνθρώπων φωνῆς εἶρηκεν, ἀλλὰ δὺο τὰς πρῶτας ῥημικὰς διαφορὰς. εἰ ἡ τὰ μὲν φωνῆεν τῶ τέμνων αὐθῖς εἰς μακρὰ ἔβραχέα ἔδιχρονα τὰ ſύμφωνα δ' εἰς ἡμίφωνα τε ἔἄφωνα. ἔ αὐθῖς, τὰ μὲν μακρὰ, διχῆ, καθάπερ ἔν ἔ τὰ βραχέα, τὰ δ' αὖ διχρονα, τριχῆ ἢ δὴ ἢ τὰ ἄφωνα, πρῶτον μὲν εἰς δασέα ἔψιλὰ ἔ μέσα. ἔ τέτων ἕκαστον αὐθῖς τριχῆ τὰ δ' ἡμίφωνα πάλιν, εἰ ἔ τᾶν τῶ τὸ οἰκίαν τέμνοις τομῆν, ἵνα μὴ μακρολογῶ ὡς ἐπιπῶν. ἔ τως ἀν ἐξένοις τὰ τέτταρα ἔ εἰσοι σσιχῆια τὸ φωνῆς ἢ χρωμέθᾶ. τὸ μὲν γὰρ εἰπῆν αὐτὸ πῶτον μόνον, ὡς ἔστ τ σσιχῆια τὸ φωνῆς, τὰ μὲν φωνῆεν τῶ, τὰ ἡ ſύμφωνα, τεχνικὸν ὄνομα ποιεῖ τ ἀκροατῶν, ἔ δ' ἀκροατῶν ἵπσημονα συμπαίνων τ σσιχῆια τὸν ἀλλ' εἰαν διελόμεν τ εἰς βραχέα, ἔ μακρὰ, ἔ διχρονα, βραχέα, μὲν εἶναι φῆ δὺο, τὸ, τε ε, ἔ τὸ ο' μακρὰ δ' ὁμοίως δὺο τὸ, τε η, ἢ τὸ ω' διχρονα ἡ τρία, τὸ, τε ἄλφα, ἔ τὸ ι, ἢ τὸ υ' τεχνικὸν ὄνομα ποιεῖ τ ἀκροατῶν ὡς τ φωνῆεν τὸν ἀπᾶντων. hoc est, Siquidem, qui vocalem & consonam dixit, nondum omnia humane vocis elementa dixit, sed duas tantum primas & generales differentias. Quod si vocales rursus in longas, breves, ancipitesque diuidens; tum consonantes in semivocales & mutas; itemque tum longas, tum breves vocales bifariam, ancipites verò trifariam; sed & mutas primum in adspiratas, tenues, ac medias; dein rursus tripartitò harum singulas; mox semivocales proprià, ne frustra multis morer, sectione fecer: ita quatuor & viginti elementa vocis, quæ iuimus, inueniat. Quippe id tantum dixisse, quod elementorum vocis, quaedam vocales sint, quaedam consonantes, nondum omnium elementorum artificem, aut planè scientem auditorem reddidit: sed, si quis, ubi in longas, breves & ancipites diduxerit, adiciat, duas esse breves, nempe e, & o; duas præterea longas, η & ω; tres verò ancipites α, ι, υ: sic sanè artificem omnium vocalium auditorem effecerit. Hæc Galenus. Appulejus autem libro de Mundo, literarum di-

vilio-

visionem his verbis exponit : *Grammaticorum artes unde quæso? cum ex diversis collectæ sint literis, ex quibus aliæ sint insonæ, semisonantes aliæ, pars sonantes; tamen multas se auxiliis adiuvantes, syllabas pariter, & de syllabis voces. Vbi sonantes literæ sunt, quæ Galeno γράμματῶ φωνήεντῶ; semisonantes, ἡμιφωνα; insonæ, ἄφωνα.* Nostram porrò de distributione ea, & literarum numero, quæ unicuique generi subjiuntur, sententiam adferamus : ac primò de vocalibus : quas tum Græcis, tum Latinis, quinque solum esse, judicamus, Græcis, A, E, I, O, Y : Latinis A, E, I, O, V : quæ universæ, sine ulla consona, sunt in Hispanico *oneia*; quod ovem notat. Ex iis tres quidem ore diducto proferuntur, A, E, I : duæ verò contracto, O, & Y sive V, quod ejusdem potestatis illi Y. Nam pro Græcorum δύω, μῦς, αἴς, τύρῆν, ῥύω, τίω, κύβητῶ, τῆ (quod Doricum pro ov) Latini dicunt, duo, mus, sus, turba, ruo, spuo, cubus, tu. A κύμα itidem est *camatis color*, atque ita in aliis. Pugnabat hoc argumento doctissimus Verrius, de quo ita Velius Longus lib. de Orthogr. *Verrio Flacco videtur, eandem esse apud nos V literam, quæ apud Græcos Y: namque his exemplis argumentatur: quod illi dicunt κύμινον, nos camminum; quam illi κωνάεμαρον, nos compressum; illi κυβερνήτην, nos gubernatorem; nec non ex ejusmodi, Theæus, Menæcius, Peleus, & similibus, adfirmat.* Hæc Velius. Itaque nihil mirum, *Sullam*, non *Syllam*, legi in lapidibus Capitolinis, si eos conscripserit Verrius : ut Onuphrius Panuinus ex Suetonio rectè sibi colligere visus fuit. Verùm falli eum, alibi * comprobavimus. Neque hæc unius Verrii, sed passiva fuit veterum sententia. Donatus in *He-cyr. Act. I, sc. II. Syria* (inquit) *Syria veteres legerunt, V pro Y ponentes; ut Masia, Suria.* Ac in columna quoque viæ Appiæ, Ionicis literis inscripta, vox μάστρυς pro Y habet V.

Fortasse autem dolosâ aliquem specie in transfennam ducat, ac literam Y persuadeat Latio esse donatam, quòd quum Græciæ literæ magno esse in honore cœpissent, Græca quoque Y fuerit recepta, ut diceretur *Phryges*, non *Phrugetes*; *Pyrrhus*, non *Purrhus*; quod disertim scribit Cic. in Orat. & eo ipso confirmatur, quòd Y in veteribus quoque Latinorum reperitur monumentis. Verùm Hermas sit stolidus, quem hoc à vero præcipitem ire compellat, quia nihil aliud, quàm figuram ejus Latinis quoque in usu fuisse, monstrat : at hæc, ut & nomen, accidens est literæ; unde patet, V & Y in dictionibus hujusmodi non aliter differre, quàm Socratem stantem à sedente. Sola sanè potestas est forma essentialis literæ, ac proinde, quæ ejusdem sunt potestatis, diversæ esse literæ non possunt.

Non tamen, quæ hæctenus diximus, ita accipi velim, quasi semper Latinum V sonuerit, ut Græcum Y : sed hoc solum volumus, hunc etiam

* lib. I de
Historicâ
Lat. cap. II.

etiam sonum habuisse : eoque non diffitemur in multis , imò multò maximà vocum Latiarum parte , paulò aliter solere pronunciari ; crassius nempe , aded ut sonus ejus penè similis esset Græcæ diphthongi OT : imò , si viros doctos audimus , nihil differret ; quorum tamen opinionem non usquequaque probare possum ; quando , si in *lumen* , *carare* , & similibus , V litera unica est , simplicem sonum habeat necesse est ; sin duplicem habeat , litera esse non possit , cum quod sonum habet diphthongi , diphthongum quoque esse , necesse sit. Quare omnino fatendum , aut V interdum notam esse diphthongi ; aut dicendum , V quandoque sonum habuisse , qui ut T sonaret ; interdum , qui inter T & OT intermedius esset. De duplici quidem sono adstipulatus Terentianus Maurus , cum scripsit :

Tertiam Romana lingua, quam vocant T, non habet.

Hujus in locum videtur V Latina subdita :

Quæ vicem nobis rependit interim vacantis T,

Quando communem Latino reddit & Græco sonum.

Nam hanc putamus esse sententiam , nil opus esse , ut Latini quinque vocalibus adjiciant sextam Y , quando V , quæ quinta est , nunc habet sonum illum exilem , qui est in Y : nunc crassio rem , sive diphthongi OV , sive alium potius , Latinorum proprium.

Sed dissentit hac in parte à nobis vir maximus ; cujus vel sola apud eruditos prope omnes autoritas præjudicium sententiæ nostræ adferre possit. Verùm commodè evenit , quòd non nostram , sed Aufonii

* *Eidyll. 12.* causam agimus. Ejus enim est versus ille * :

Cecropius ignota noris ferale sonans V.

Vir ille , vix unquam satis laudatus , mirari se ait , quid in mentem venerit Aufonio , cum isthoc scriberet. Ego vicissim seu quodam animi stupore , seu rei claritate adductus , satis mirari non possum , quid impulerit virum tantum , ut Aufonio , Latine Græcæque doctissimo , fidem derogaret in re , quam Romanorum pueri , simulac oram Græcæ linguæ degustarant , melius etiam solo etiam sensuum beneficio nòsse poterant , quàm hodie viri cum ingenio tum eruditione admirabiles. Præterea non video , quomodo idem potuerit esse simplicis vocalis ac diphthongi sonus. Non quidem me fugit , antiquos L O V C E T I O S , N O V N T I O S , L O V M E N , de quibus autor nobis Victorinus † ; item I O V R E , I O V S T I T I A , O V F E N S , aliaque per O V scripsisse , quæ postea per V tantum maluerunt. Verùm contendo , iccirco id factum esse , quia pinguius ea sonabant veteres : atque ut diphthongum scribebant , ita diphthongum efferebant. Sensisse id videtur

† *lib. 1.*

‡ *lib. 1. c. 7.* Fabius ‡ , cum inquit , *Fortasse sicut scribebant, etiam ita loquebantur.* Sin aliter

aliter scripsere, aliter pronunciarunt, quod asserere non dubitat Victorinus †: dicam eos Vextulisse sono medio inter Græcorum Υ, & † lib. 1. eorum ΟΥ; quem cum per neutrum satis exprimi viderent, per ΟΥ signare maluerint, à quo sonus is propius aberat. Rectius quidem fecissent, si exilem sonum per Υ; crassiozem per V, hoc est, communem Latinis Græcisque sonum communi notâ, at proprium Latinis notâ propriâ signavissent. Sed qui invidiâ hoc agebant, ut nihil Græcis debere viderentur, nihil mirum, si porro ullam à Græcis literam mutuari erubescerent. Nam ut hoc eos non vidisse credam, adduci nequam possum; præsertim, cum suppetat nobis illustris hac de re locus Marii Victorini lib. 1: *Sunt, inquit, qui inter V quoque, & I literas, suppetant, deesse nobis, quæ pinguis quam I, excitius quam V sonet: sed paucorum dixerim, non vident, Υ literam desiderari. Sic enim gylam, myserum, syllabam, proximum, dicebant antiqui. Sed nunc consuetudo paucorum hominum in loquentium evanuit.* Haftenus Victorinus: de sono optimè, etsi nulla ejus scripturæ exempla in monumentis antiquis. Verùm neque Victorinus sic veteres scripsisse, sed dixisse ait: nempe quia suo ævo jam crassus in his sonabat V, quam olim. Id ostendit, quod mox subdit, paucos in loquendo genuinum ac veterem hujus literæ sonum retinere. Quod si observasset Iustus Lipsius *, non hæc vocasset Victorini ineptias ac nugas. Cætera, quæ pro sententiâ nostrâ dici possunt, nunc non attingam, quia abunde hæc id probant, quod volebamus: & metus est, ne diu nimis quemquam teneam in his spinis. Quare sic tandem concludo; si antiquiores Romani iccirco scripsere ΟΥ; quia V, prout simplicis vocalis signum est, sonum illum bifonum minimè exprimeret; illi autem, qui postea ejus loco V scripserunt, id eo consilio fecerunt, quòd quibus locis illo uterentur, crassiozem quidem quam in Υ, haut amplius tamen (nempe mutatâ jam veterum pronuntiatione) veræ diphthongi sonum exaudirent: lique-re, V nunquam sonuisse, ut Græcum ΟΥ; eoque rectè scripsisse Aufonium, V literæ sonum Græcis esse ignotum: sin verò ineptum videtur, abjudicare hunc sonum ab V, cum præter alios Marius Victorinus † disertim scribat, V poni, pro Ο & V; nec id magis absurdum † lib. 1. quàm quòd I longum sonuerit, ut E I: illud saltem extra controversiam omnem ponendum esse, malè à viris doctis diphthongi ΟΥ sonum tribui V vocali, cum dicere debuerint, ut ο veteribus Græcis, ita V Latinis non vocalis semper, sed etiam diphthongi fuisse notam; quodque Aufonius ait, Græcis V ignotum esse, id eò facere, quia etsi vetustiores Græci Ο pro ΟΥ collocarint, Aufoniano tamen ævo, ac multò etiam antè, nullam Græci literam habuerint,

H

quæ

*lib de Pronunc. L. L. cap. 8.

quæ pro diphthongo OY sola poneretur. Itidem, quod ad I longum attinet, non putandum, I vocale interdum sonuisse, ut EI; sed dicendum I, nunc simplicis, nunc geminæ fuisse vocalis notam.

Pluribus hæc profèqui visum fuit, tum quo liqueret, qui soni V vocali, (idem de I longo dictum velim) salvâ simplici vocalium naturâ, tribui possint: tum ut Ausonii loco facem alluceremus: tum denique ut pareret, cum V sonum quoque habuerit Græci Υ, frustra esse Grammaticorum illos, qui, eò quòd Latini figuram Græci Υ in Græcis vocabulis usurpent, quinque Latinorum vocalibus sextam quoque Y adjectum eunt.

Quod si omnino vocalium apud Latinos numerus augeri debet; arbitror, id non tam fieri debere ob vocabula, quæ à Græcis accepta vulgò per Y scribuntur; quàm illa, in quibus V sonum habet exilem Græci Υ; quæ & Latina esse possunt; ut *pluit*, *luit*; in quibus Varro V breve esse ait, quando præsentis sunt temporis; longum autem, si fuerint præteriti: hoc est, cum significant tempus instans, V sonare, ut Y; cum præteritum, penè ut OV. Penè inquam. nam si planè sit idem sonus, V istud, ut semel iterumque diximus, non vocalibus, sed bissonis, debet accenferi.

Nec tamen sic defecti simus argumentis, quibus, si lubeat, non absurdè colligere possimus, majorem esse apud Latinos numerum vocalium, quam etiam vulgò persuasum iis fuit, qui senarium mordicus tuentur. Hoc quo pareat, dispicere oportet, ecqui soni sint mediï inter duas vocales, qui eo proprium mereantur nomen ac figuram. Sanè latiùs sonat E posterius in *bene*, exiliùs in adverbio *here*; adeo ut *heri* pro eo scripserint. Ambiguum quoque fuit, num I, an V, sonarent in vocibus *monumentum* sive *monimentum*, *optimus* sive *optimus*: quæ & ratio fuit, cur Marius Victorinus putarit, *oprymus* scribi debere; quia Græcum Υ meliùs, quam alterutrum illorum, exprimeret intermedium illum sonum. Egregius locus est apud Fabium de hoc medio-sono literæ E, & I; itémque I, & V. Ejus verba apponam è

* cap 4. sive
de Gram-
maticâ.

lib. I.* *At Grammatici saltem omnes in hanc descendunt rerum tenuitatem, desintne aliqua nobis necessariae literæ, non cum Græca scribimus (tum enim ab illis idem duas mutuanur) sed propriè in Latinis: ut in his, Servus, & Vulgus, Eolicum digamma desideratur. Et mediùs est quidam V & I literæ sonus. Non enim sic Optimum dicimus, ut Optimum. Et in Here, neque E planè, neque I auditur. Idem eadem de re sic scribit c. VIII: Etiam Optimum, Maximus, ut mediam I literam, quæ veteribus V fuerat, acciperent, Cæsi primum Cæsaris inscriptione traditur factum. Here nunc E litera terminamus: ac veterum Comicorum adhuc libris invenio, Heri ad me venit. Quod idem in episto-*

epistolis Augusti, quas suâ manu scripsit, aut emendavit, deprehenditur. Quid? non Cato Censorius, Dicam, & Faciam, Dicem & Faciem (Decem & Faciam, rectè emendat Malaspina †) scripsit? eundemque in cæteris, que similiter cadunt, modum tenuit? quod & ex veteribus ejus libris manifestum est, & à Messalla in libro de S literâ positum. Sebe, & Quase, scriptum in multorum libris est: sed an hoc voluerint auctores, nescio. T. Livium ita his usum, ex Pedano comperi; qui & ipse eum sequebatur. Hæc nos I litera terminamus. Iuvat & Donatus in Phorm. act. 1, sc. 1: Propter cognationem E & I literarum, non dubitaverunt antiqui, Heri, & Here dicere; & Mane, & Mani; & Vespere, & Vespери. Varro quoque lib. 1 de R. R. cap. 1. rusticos ait Viam & Villam dicere: ubi alii, Viam & Villam. Et Fabius lib. 1, cap. 14 ait, antiquos per E extulisse Menerva, Leber, Magester, & Divo, & Vejove, pro Dejovi, & Vejovi. Ac Festus ait, veteres dixisse Me, pro Mi, seu Misi; & Ameci, pro Amici. Et Servius in 11 Æn. pennas, pro pinnas. Quæ diversitas potissimum fuit ex soni vicinitate. Nempe quia, ut ex Fabio vidimus, sonus esset medius inter E, & I. Vti & fuit inter I, & V: de quo ejusdem verba adduximus. Atque eadem de re sic Annæus Cornutus apud Cassiodorum in Conlect. de Orthogr. Lacrimæ, an Lacrimæ, Maximus, an Maximus, & siquæ similia soni, scribi debeat, questum est. Terentius Varro tradidit, Cæsarem per I ejusmodi verba solitum esse enuntiare, & scribere. inde propter auctoritatem tanti viri consuetudinem factam. Sed ego in antiquorum multo libris, quam Cajus Cæsar est, per V pleraque scripta invenio, Optumus, Innumus, Pulcherrimus, Lubido, Dicendum, Faciendum, Maxumè, Monumentum, Contumelia, Minumè. Melius tamen est, & ad enuntiandum, & ad scribendum, I literam pro V ponere, in quod jam consuetudo inclinavit. Hæc Cornutus. Et sane Messalla, Brutus, Agrippa, pro sumus, quoque malebant sumus, teste Mario Victorino*. Quomodo nempe plurima dicimus, ubi veteres plurima, teste Festo. Et contra olim stupa dixere, pro quo postea stipa, juxta Servium in 1, & v Æn. Interjectum quoque illum inter duas hæc literas sonum confirmant ista Velii Longi: I verò litera interdum exilis est, interdum pinguis: ut in eo quod est, Prodit, Vincit, Condit, exilius volo sonare: in eo verò quod significatur, Prodire, Vincire, Condere, æquè usque pinguescit: ut jam in ambiguitatem cadat, utrum per I quedam habeant dici, an per V: ut est Optumus, Maximus. in quibus adnotandum, antiquum sermone plenioris soni fuisse, & ut ait Cicero, iustitiam: atque illis ferè placuisse per V talia scribere, & enuntiare. Et mox: Nos verò, postquam exilitas sermonis delectare cepit, usque I literâ castigavimus illam pinguitudinem: non tamen, ut plenè I literam enuntialemus. Idem multo post: Antiquis varietiam scripturatum est, Mancupium, Aucupium, Manubie. Siquidem C. Cæ-

† emendat.
in epist. 3o
lib. 4. C. 16.
ad Ast.

* lib. 1. cap.
de Orthogr.

ſar per I ſcripſit : ut apparet ex titulis ipſius. at Auguſtus per V, ut teſtes ſunt
ejus inſcriptiones. Atque iterum poſt multa : De Viro verò, & Virtute, ubi
I ſcribitur, & penè V enunciatur. Vnde Ti. Claudius novam quandam litteram
excogitavit, ſimilem ei notæ, quam pro adſpiratione Græci ponunt, per quam
ſcriberentur eæ voces, quæ neque ſecundum exilitatem litteræ, neque ſecundum
pinguitudinem litteræ ſonant : ut in Viro, & Virtute : neque ruruſum ſecundum
latum litteræ ſonum enunciarentur, ut in eo, quod eſt Legere, Scribere. Et mox :
Eſt autem ubi pinguitudo litteræ decentius ſervatur : ut in eo, quod eſt, Volu-
ntus, Noluntas, Poſſumus. At in Conſumaci melius puto I ſervari : venit enim
à conſummendo : carnoſi Niſius, & Conſumaci, per V putari poſſe dici à tumore.

Imò non tantum inter E, & I, vel I, & V; ſed etiam inter O, & V,
videtur intermedius quidam ſonus fuiſſe. Indicat hoc Quinctilianus
lib. I, cap. IV : Quid O, atque V, permutatæ invicem? ut Hecoba, & No-
tris, Culchides, & Polyxena, ſcriberentur : ac ne in Græcis id tantum notetur;
Dedront, atque Probaveroni. Sic Οδυσσεύς, quem Ουδυσσεΐα fecerunt
Æoles, ad Vixem deductus eſt. Feſtus : Quatenus antiqui dicebant pro
Quartimus. Velius Longus : Æque conſuſus O & V litteras habere. Nam
Conſil ſcribebant per O, cum legeretur per V Conſil. Vnde in multis etiam no-
minibus variæ ſunt ſcripturæ : ut, Fomes, Fantes; Frondes, Frundes. Marius
Victorinus lib. I : Divus Auguſtus genitivo caſu, Hujus domos meæ. per o
(leg. domos meæ, vel domos & mecom) non, ut nos, per u litteram ſcripſit. Si-
milis de Hoc, & Huc, vide apud Servium in VIII ÆN. De Præſto &
Præſtu, Præſtolor, & Præſtulor, Poplicus & Publicus, Colpa & Culpa, teſtis
Curtius Valerianus apud Caſſiodorum de Orthogr. Pleraque etiam
horum ponit Præſcianus in primo. Vti & Humo, & Homo; Fretu, &
Freto; Acherunte, & Acheronte; atque alia, quorum & teſtem laudat
Papirianum de Orthographia. Et profectò, niſi major olim fuiſſet
ſoni vicinitas, quàm hodie videtur : nec Latini pro Πρίamus aut
Ιόβας, dicerent Priamus, aut Iuba : nec Græci pro Quintus, ſcriberent
Κόιν, ſed Κίιν.

Atque in his quidem tribus, E & I; I & V; O & V, apertior eſt
ſonus ille intermedius. Fortaſſe autem & in aliis hoc vocalibus ha-
buit locum; ut inter A, & E : unde à Facio, Feci : à μά, ut μά τὸν
ἀπόκωνα, Me; unde Mecaltor : quemadmodum ait Donatus in He-
cyr. act. I, ſc. II. Item inter A, & O : ex quo Favu prius, qui poſtea
Fovii : & cōtra Forreum prius, quod poſtea Farreum : ut de utro-
que auctor eſt Feſtus. Adhæc inter E, & O : unde veteres Bonus, pro
Bonus; Hemo, pro Homo; Helus pro Olus, & Heleſa pro Olera : ut ex
ejuſdem Feſti ruderibus videre eſt. Imò Fabius auctor eſt lib. I, cap.
VII, primum Scipionem Africanum Verticem, & Verſus, per E exarâſ-
ſe;

se; quæ priores per O extulere, *Vortices, Vorfus*. Similiter *Animadvor-
ri*, & *Amplolli* per O dixisse, testes sunt Agnæus Cornutus †, & Pri-
scianus lib. i. *Pervorfus* quoque, & *advorfus* dixere. Et *Vocare* pro *Ve-
tare*, teste Comuto: unde Plautus *Asin. act. iv, sc. i* *Vorita*, pro *Veista*.

† apud Cas-
fiodorum de
Orithog.

Sed enim quærat aliquis, an ea, quæ de multiplici vocalium sono
diximus, ejulmodi esse censeam, ut solidè ex iis colligi possit, plures
multò vocales esse, quàm quinque. Sanè parum abest, quin si quis
hanc sententiam sequi velit, habiturus me sit opinionis suæ non favi-
torem modò, sed etiam adfertorem. Verùm enimvero non facilè de-
ferendum tot sæculis corroboratam opinionem. Saltem nonnisi invi-
ctis ea rationibus expugnetur. Atqui occurrunt aliqua, quæ aliquan-
tum infringant robur eorum, quæ antea adduximus. Eoque non ita
firmam esse, ut negem, posse defendi quinquepartitam illam vo-
calium divisionem. Id eò fidentius dico, quia video, veteres ipsos,
quoties de vario tractant vocalium sono, diversitatis causam ponere,
non in eo, quòd soni *estia* sit alia, atque alia; sed in hoc, quòd voca-
les istæ nunc tenuiùs exiliùsque, nunc crassiùs ac productiùs, nunc in-
termedio sono efferrentur. Ostendunt id, quæ pauldè antè è Velio
Longo adducebamus; tum autem, quod scribit Agellius lib. vi, cap.
xv. *Quiescit usitate E licet à correpta* dici; productà autem, *contra perpe-
tuam lingue Latinæ consuetudinem*. Neque enim id scriptor ille voluit,
secundam in *Quiescit* corripì, cum pueris pareat, eam positione pro-
duci: neque ait, primam syllabam acui, cum accentùs nullus memi-
nerit; sed hoc tantùm ait, E exiliter sonare, quemadmodum in *Here*.
Itidem, cum lib. ix, cap. vi, *Actuo, & Vntuo*, jubet pronunziare
primam producta; hoc vult, primam literam in *Ago* sonare exiliùs; in
Actuo productiùs, quasi esset AA geminatum, *Actuo*: in *Vingo* item V
propemodum sonare, ut T Græcum; at in *Vntuo*, ut OY, pene quasi
Omnituo scriberetur. Hinc lucem capit, quod Festus docet, *Lustra*
aliud signare V correpto, quàm producto; quodque non *ατλῶς*, *Mus-*
verda, sed *Muscerda* primam productam, ait *stercus murum significare*; quodque
Marius Victorinus lib. i, jubet *Hesternum* proferre producte; quòd
item Tullius ipse scribit, *Inclutus* proferri prima correpta; quòdque
Varro *Pluit, & Luit*, in præsentì ait habere V breve, in præterito al-
ter; uti & cum *Ruisa cæsa* dicimus; aliæque hujuscemodi; de quibus
plura adderem, nisi fule & accurate jam de eo egisset Iustus Lipsius
libri de pronunc. L. L. cap. xiv. & quæ indicta illi, explicaremus
libro sequenti cap. xiii. Quare de Latinorum vocalibus hæc, ut
puto, nunc suffecerint nobis.

† notitiam
amant.

CAPUT XIII.

Circæcis etiam solum quinque esse vocales : veteres Græcos loco Ξ H, & Ω, usurpasse E, & O. Emendatur locus Marii Victorini. Primus Simonides aliâ vocales breves, aliâ figurâ longas scripsit. Nigidii locus apud Gellium exponitur. Antiquum vocalium nomen pro E, & O, fuisse EI, & OT. Φιλόξενοιον γράμμα. E potius dici ψιλόν, & O vocari μικρόν, ad differentiam diphthongorum, quam vocalium longarum.

Porro de Græcarum quoque vocalium numero Grammatici dissentiunt, qui tanquam de compacto rem gerentes, ut in velabro olearii solent, uno ore asserunt, quinque istis, quas attulimus, debere H, & Ω, adjici, ut septenarius fiat. Verum H, & Ω, non sono, sed tempore differunt ab E, & O. Vtrum H, an Ω, longior sit, non disputo. Subtiliter hæc de re Scaliger cap. XVI, lib. I de causis L.L. Nobis satis est, quod & illud ab E, & hoc ab O, tantum discrepet quantitate : quodque nihilo magis apud Græcos tempus diversas efficere literas possit, quam apud Latinos. Nam quid insulsius dici queat, quam ut in *Menenius*, & *Μενήνιος*, *Honorius*, & *Ὠνώριος*, non eadem utrobique sit vocalis primâ secundâque syllabâ ; cum eadem sit potestas, ac quantitas Latinæ, Græcæque vocalis? Favet sententiæ nostræ Terentianus Maurus †, cum scribit :

† cap. I, sive de literis.

*Compendia nostri meliora crediderunt,
Unâ quoniam sat habitum est notare formâ,
Pro temporibus geminum que ministret usum.*

Adde quod olim neutiquam H habuerint Græci. Plato in Cratylō : Οὐ γὰρ Η ἔχρωμεθα, ἀλλὰ Ε πάλαιον. Olim non H, sed E usurpavimus. Atque idem de Ω statuendum. De utraque sic Velius Longus : Ac primo eadem est nostrarum potestas vocalium, quæ sunt Græcorum apud antiquos circa productionem correptionemque. Siquidem apud illos quinque tantum fuerunt vocales, A, E, I, O, Y : æque hæc similiter producebantur, corripiebanturque, sicut hodie, A, I, Y, quæ appellantur apud illos ῥηϊνάι. Similiter Marius Victorinus * lib. I : Cum Græci vocales haberent totidem, quot & nos, A, E, I, O, V (nam H & Ω postea sunt ab his repertæ) E & O ternas habebant apud eos potestates. Atque hinc supplendus idem postea, ubi vulgo legitur : Scripseram vobis, quantum repeto, & alia plura : inter quæ, nostros antea, sicut Græcos quoque, XVI literis usus : ex quibus fuisse vocales apud utrosque. Nam addenda quinarium nota, hoc pacto : fuisse V vocales : vel, fuisse vocales apud utrosque V. Atque hoc illa ejusdem verba indicant :

* cap. de Orthogr.

Et

Et significaveram, priusquam Græcis inter vocales reperta essent, H, Θ Ω, vicem earum tam apud illos, quam apud nos, explese E, & O. Eadem de re ita Priscianus lib. I †: *Vocales apud Latinos omnes suntincipies, vel liquidae, hoc est, que facile modo produci, modo corripipi possunt; sicut etiam apud antiquissimos erant Græcorum, ante inventionem H, Θ Ω; quibus inuenitis E, & O, que ante incipientes erant, remanserunt perpetuæ breues, cum earum productarum loca possessa sint à supradictis vocalibus semper longis.* Primò autem & H, & Ω, à Simonide Melico adjectas esse, tradunt autores: in his Plinius lib. VII, cap. LXI. item Suidas in Σιμωνιδης: Πρωσεξεγε ε̄ ε̄ τῆ μακρὰ τ̄ σιγχαίου, καὶ τὸ διπλῶ. *Adiuenit ex literis tum vocales longas, tum consonas duplices.* Item Velius Longus, cum dixisset, Græcos prius quinque vocalibus usos, quæ ancipites fuissent, ut apud Latinos, subiungit hæc verba: *Postea, ut quidam putant, Simonides inuenit duas vocales, quas dixit Φύσι μακρῆς**, H, Θ Ω, *ut essent ἀνίσχυα τῶ* * natura. longas. E, Θ τῶ O: *ut quomodo hæc literæ longæ dicerentur H, Θ Ω, ita & ille breues naturâ.* Multò tamen pôst quoque E, & O, usurparunt pro H, & Ω. Nam in columnâ Farnesianâ viæ Appiæ, in ε̄δενι syllaba prima per o scribitur, ut & prima in Ηραδς, per E: eodémque modo in μετρησῶν, κησῶν, Δήμητρῶ, ἀνάθημα, pro H semper E in Farnesiano hoc monumento exaratum. Pro τῆ quoque similiter T E I inuenias, I ad latus adposito. Ac E quidem prius vocatum E I. Non tamen assentio viro doctissimo Adolpho Mekercho*, qui id probatum ibat verbis hîsce Nigidii apud Agellium lib. IX, cap. ult. *Græcos non tantæ infirmitate accesso, qui OΥ ex O ΘΥ scripserunt; quantæ, qui E I ex E Θ I. Illud enim inopiâ fecerunt; hoc nullâ re subacti.* Nam aliam fuisse Nigidii mentem, tum ex eo colligo, quod Græci nunquam E I pro E, aut O T pro O scripserunt: sed tantùm simplices literas diphthongorum nomine appellarint: tum etiam, quod Nigidius in OΥ inopiâ, in E I ignorantia peccatum dicat: quod de E I & OΥ, quatenus vocalium nomina fuerunt, dici nequit, cum neutrum Græci fecerint inopiâ. Sed neque Nigidianam mentem examissim affequitur Iustus Lipsius †. Quippe Græcos eo nomine reprehendi ait, quod nullâ necessitate compulsi introduxerint diphthongum ε̄, cum Latinorum more loco ejus I vocali uti possent. Nam alia hac in parte Latinorum, quàm Græcorum, ratio est. Latinis I longum sonabat, ut E I, adeo ut nihil referret, hîc scribebant, an hîc; omnis, an omneis, quis, an quis. At nemo nescit, aliud Græcis esse νικη*, aliud νεικη †; suntque id genus apud eos alia multa. Vnde liquet, non minùs causâ fuisse, cur E I ab I longo, quàm cur OΥ ab T distinguerent. Quare illud potius voluit Nigidius, Græcis ignosci debere, cum, quæ Latini per

† cap. de acci-
dentibus
literarum.

* natura.
longas.

* lib. de pro-
nunciatione
lingua Gra-
ca cap. 17.

† lib. de re-
Et Pronun-
cap. 21.

* villaria.
† litera.

per V longum efferunt, ut *lumen, acutus*, ea ipsi scribunt per O T, *λῦ-
μα, ἀκῦτ*⊕: nam ut id faciant, inopiā adigi, cū destituantur literā,
quā sonum Latini V designent. At graviorem eorum esse Latinorum
culpam, qui pro simplici I, nulla necessitate compulli scribunt E I;
ut cum pro *dico, hic, omnis*, malunt, *deico, heic, omneis*; cujusmodi in ve-
teribus monumentis, nunc per I, nunc per E I scripta, passim oc-
currunt. Quare ad probandum E I primò fuisse literæ nomen, suffe-
cerat Mekercho ad partes advocare, cū Eustathium in Iliad. E, tum
imprimis Plutarchum, qui toto illo opusculo, quod inscripsit *ἐὶ τῷ
E I τῷ ἐν Δελφοῖς*, haut aliud docet, quàm τὸ E I Delphis dicatum esse
quintam Græcorum literam. Porrò, quod dicebam, quamquam E I
pronunciarent, E tamen scripsisse; id abunde testatum facti, quod
nonnulli, quia E quinarium numerum notaret, per E illud Delphi-
cum, quinque Græciæ sapientes intelligendos putarint. Itidem O
quidem scribebant, sed O T pronunciabant. imò O etiam pro ou col-
locabant. Hinc Quintilianus lib. I, cap. VII: *Apud Græcos o litera,
interim longa ac brevis, ut apud nos: interim pro syllabā, quam nomine suo ex-
primit, posita est. Et Marius Victorinus lib. I: Et o similiter quoque cūm
esset unum, brevem, & idem faceret longam syllabam, præterea exprimeret
vocem, quæ apud eos per o & u scribitur ou: sic apud nos quoque E & O to-
tidem potestates habebunt, quas apud Græcos. Sed & disertim scribit
eclogarius Athenæi: ὅτι ἀρχαῖοι τῷ ε̅ ἀντὶ τῷ ο̅ σοιχεῖον προσεχρῶντο.
ὡς ἡ καὶ τῷ ε̅ ἀντὶ τῷ ο̅ ε̅. Respexit autem ad eum Athenæi locum,
qui est lib. x, ubi narrat in poculo, ΔΙΟΝΥΣΟ, ἀντὶ τῷ Διονύου,
fuisse scriptum, atque ideo factum, quia o veteribus non semper
fuerit symbolum meræ vocalis, sed etiam diphthongi O T. Hujusce
rei denique indicium pariter ac fidem fecerit Aulonianum isthoc;
cujus sententiam non satis percepit maximus vir Iulius Scali-
ger*:*

* lib 1 de
causs. L.L.
cap. 40.

*Vna fuit tantum, quā respondere Lacones
Litera, & irato regi placere negantes.*

Item quòd Philoxenus, cū a Dionysio tyranno revocaretur, Sui-
da teste, τὸ τ ο̅ σοιχεῖον ἐγεθ' ἔψε μόνον: unde in proverbium abiit Φιλο-
ξένειον γεθ' ἔψε. In Mediolanensi, & postremis etiam Suidæ editio-
nibus, legitur A, quod *σεσηπὸν*, sed in compositione duntaxat: unde
alii reponunt ε: sed cum dicat *σοιχεῖον*, placet emendatio Ios. Scali-
geri legentis, *σοιχεῖον ο*, quod significabat O T: quia etsi o scriberent,
O T tamen pronunciarent. Nempe totam chartam replerat figuris
hujus literæ, aliis majusculis, aliis minusculis, nec præter varias unius
literæ figuras quicquam posuerat: ut legere est in Vaticana pro-
verbio-

† solam lite-
ram O scri-
psit.
‡ litera Phi-
loveni.
* privandi
cum habens.

verbiorum appendice ab Andrea Schotto edita, proverbio , Φιλοξένος λόγον τίτλωχεν^{*}. Hodie hæc litera , ignoto veteribus nomine, dicitur ομικρόν, idque ad differentiam diphthongi ΟΥ : quemadmodum & EI nunc nominatur εψαλόν, ne idem sit nomen literæ, & diphthongi. Nam neutiquam eas tantum ratione ξ Η, vel Ω, ita vocari, ex iis paret, quæ superius de antiquâ utriusque appellatione dicebamus. Et hæc de vocalibus Græcis, & antiquo scribendi more : de quibus plura adderem, nisi hæc sufficere putarem, & plura qui veller, adire posset summos viros, Muretum lib. xviii Var. Lect. Casaubonum lib. x Animadvers. in Athenæum cap. xx. Scaligerum in Animadversioibus Eusebianis, & Salmasium notis in inscriptionem Herodis Attici. Equis enim scribendi finis erit, si omnia ab aliis rectè exposita cum pulvisculo huc convertere animus sit ?

^{*} Philoxenos
fraxit ora-
tionem.

CAPVT XIV.

Mutum, similisque instrumentorum rusticorum, & militarium signorum distributio. Inquisitum in veram causam, ob quam consonantiam alias vocarunt mutas, alias semivocales.

Quare à vocalibus transeo ad consonantes : quæ Platoni in Cratyllo, & Theæteto, ἀφωναί vocantur, quasi *soni expertes* : sed Grammaticis potius nominantur σύμφωναι five *consonæ*; quod junctæ vocalibus sonum edant. Has cum veteribus dispescimus in mutas, & semivocales : ut in univèrsum triplices sint literæ ; vocales, semivocales, mutæ; Græcè φωνήεντα, ήμίφωνα, ἀφωνα : quomodo & Plutarchus appellat in Symposiastic lib. ix probl. iiii. Veteres Latini *sonas*, *semisonas*, & *insonas* dixere : ut Isidorus ait lib. i Originum cap. iv. *Semisonas* pro semivocalibus etiam ait Marius Victorinus cap. de Enunciatione literarum. Hujus distributionis imitatione tria statuuntur genera instrumentorum rusticorum : vocale, in quo sunt servi ; semivocale, in quo boves ; mutum, in quo plaustra. Autor Varro lib. i de re rust. cap. xvii. Item tria signorum militarium genera ; muta, ut aquilæ, dracones, vexilla, &c. vocalia, quæ voce humanâ proferuntur, ac testiferarum nomen obtinent ; & semivocalia, ut tuba, lituus, buccina. Vide Vegetium lib. iiii, cap. v. & , si voles, Wolf. Lazium lib. vii comm. reip. Rom. cap. iiii & seqq.

Cur verò literarum aliæ mutæ dictæ sunt, aliæ semivocales, non tam apertum est, quam credunt, qui sequuntur eâ in re opinionem vulgariam, quam solide castigat vir maximus in libris † de causis L. L. ^{† lib. 7. cap. 7.} Nam primò verum non est, quod ajunt, mutas semper habere sonum obfscu-

obscuriorem, semivocales clariorem. Nam quis non animadvertit, B, aut C, clarius posse pronunciari, quàm M, aut R? Præterea non mutæ sunt, quia vocalis sequitur; semivocales, quia præcedit: verùm contrà, quia mutæ sunt, vocalem postposuere; ac quia semivocales, eam præposuere. Adde quòd neque hoc perpetuum est. Nam Græci & dicunt, Latini ix. Erit igitur apud Græcos muta, apud Latinos semivocalis; quâ inconstantiâ nihil foedius. Insuper in Zeta sequitur vocalis, quæ semivocalis est: in ef contrà præcedit vocalis, quæ tamen muta est; ut infra validis rationibus ostendetur. Partim igitur falsæ, partim incertæ sunt rationes, quibus mutas à semivocalibus separarunt: eoque nec vera esse possunt, quæ prodidere de utriusque nominis causâ. Vera autem appellationis ratio est, quòd mutæ, contrà quàm in semivocalibus fit, nullum habeant sonum, nisi vocales suum communicent. Nam qui B, aut C pronunciare studeat citra vocalis certæ opem, is laterem lavet; quod haut obscurum erit periculum facienti. At linguam crispando efflandoque, R quodammodo efformâris; sibilum edendo, S extuleris; parque ratio in cæteris semivocalibus. Quare rectè Diomedes *: *Semivocales dictæ, quòd dimidium ejus potestatis (puta, quæ inest vocalibus) habent.* Et aliquantò post: *Mutæ dictæ, quòd per se, sine adminiculo vocalium, non possunt enuncitari.* Qui ea, quæ de mutis antè diximus, non perpenderit, siue dubio Diomedem culpet, quasi tribuerit mutis, quod universè consonis omnibus competit. Nunc, uti arbitror, quivis videt, nihil peccare, quando mutæ minùs soni habent à se, quàm semivocales; eoque & plus vocalibus debent, cùm semivocales quidem haut plenè pronuncientur absque vocalibus; at mutæ nullo modo sonent citra vocalium opem. Immeritò igitur à Diomede recessit Priscianus, cùm lib. i scripsit: *Semivocales sunt appellatæ, quæ plenam vocem non habent, ut Semideos, & Semiviros, appellamus, non qui dimidiam partem habent deorum, vel virorum; sed qui pleni dii, vel viri, non sunt.* Et paulò post: *Velut infirmus dicitur mulier, non quæ caret formâ, sed quæ male est formata; & frigidum dicimus eum, non qui penitus est expertus caloris, sed qui minimo hoc utitur: sic mutæ, non quæ omnino voce carent, sed quæ exiguam partem vocis habent.* Atque hæc de appellationibus ipsis.

* lib. 2. cap. de bisetâ.

C A P V T X V.

Sex tantummodo mutas Græci habent. Antiquitus pro spiritu aspero H scribebatur, uti Latini. Veteres Latini C semper usurpabant pro G. Figura, qua V consonam scribi instituit Claudius. Unde dicatur Digamma Æolicum.

Item

Item Vau, seu Vau, vocetur. Cornutus emendatus. I, & V, consonas, mutarum numero au gregari debere, solidis rationibus probatur.

Porro in mutarum quoque numero magnopere erratum, tum apud Latinos, tum Græcos. De Græcis prius dicam. His tantum sunt hæc sex mutæ: B, Γ, Δ, K, Π, Τ. In mutarum numero non repono, Φ, X, Θ; quia hæc eadem sunt literæ, atque Π, K, Τ: tantum spiritus accessit, qui literæ accidens est. Plutarchus lib. ix Symposiacôn probl. III. τὸ φ, κ, χ, τὸ γ, π, τὸ μὲν ἐστὶ π, τὸ δὲ καὶ παρὰ διασυνόμενον. Nam Phi, & Chi, non sunt, nisi Pi, & Kappa adspiratum. Et quo jure Θ Græcis litera erit, Latinis non erit; cum quo modo illi efferunt Θαλαμῶ, eodem hi θαλάμῳ pronunciant? Nam quod ad figuram five ductum, is literæ accidens est, eoque & Græci hac carere, & Latini eam comminisci potuerunt. Quid quod & Græci primò figuram non habuerunt? Nam, ut Marius Victorinus, & alii, testantur, veteres literis Π, K, Τ, apponebant H, ac pro Θ Ε Ο Σ scribebant Τ Η Ε Ο Σ; pro Φ Ι Α Ο Σ, Π Η Ι Α Ο Σ; pro Χ Ρ Ο Ν Ο Σ, Κ Η Ρ Ο Ν Ο Σ, atque ita in aliis. Primum verò Epicharmum Syracusanum (hanc ei patriam tribuunt Theocritus, & Suidas) Θ, & X, inuenisse, Aristotelis testimonio docet Plinius lib. VII, cap. LVI. Verùm neutiquam è notarum numero numerus mutarum colligi debet.

Apud Latinos, tum eadem sunt mutæ, nempe, B, C, D, G, P, T: tum tres, quibus Græcos superant Latini, F, Iod, Vau. Nam F apud Æoles solos inuenias. Et quamquam in antiquis inscriptionibus, Pandectis Florentinis, aliisque codd. vetustis legere sit, *Amsion, Fryx, Hierofanta*, aliæque id genus: dilutiore tamen sono profertur F, quàm Græcorum Φ, quia F solum est flatu: Φ est π cum halitu: at longè aliud est flatu, quàm simplex halitu: de quo cum infra pluribus dicendum sit, non est, quòd hic anticipemus: præsertim cum de sono consentiant Grammatici; non item de eo, rectène, an secus, F inter mutas reponatur. Priorem sententiam sequitur Priscianus. At Probus*, Capella †, Diomedes ‡, Victorinus §, collocant inter semivocales. Servius ambiguus, & inter mutas, & semivocales, ei dat locum. Charisius, cum naturam literæ quasi per nebulam intueretur, semivocalem esse scripsit; sed habere vim mutæ. Horum autoritatem obtendunt, qui hodièque F semivocalibus, quàm mutis, accensere malunt: imò ut serò ab iis rem agi credas, septem argumentis pugnant adversus Prisciani opinionem. Rationes eorum nec ponere, nec refellere animus est, quia & illud candidè, & hoc eruditè præstitit vir maximus lib. I de causis L. L. cap. xv. Quare satis erit, si quàm paucissimis

* lib. de Gram. instit. cap. de elem. lit.
† lib. 3, cap. de semivocal.
‡ lib. 2, cap. de lit. G.
§ De arte Grammat. cap. de littera.

causas quasdam attulero, ob quas potiore esse credam Prisciani sententiam. Ac primò movet, quòd si leviculum spiritum excipias, qui literæ est accidens, nullum planè F habeat sonum sine adminiculo vocalium, contrà quàm fit in semivocalibus; ut suprà offendimus. Deinde necesse est, F ejusdem sit generis, ac P, quod proximè accedit. Præterea, si Φ Græcis muta est, quo jure F è mutarum numero expellamus? Denique idem ostendit vis ejus in metro. Nam syllaba non redditur communis, si post semivocalem sequatur liquida; sed solùm, si ea post mutam collocetur. Atqui fit positio debilis, quando liquida constituitur post F.

IV Georg. *Ut mare sollicitum stridet refluentibus undis.*

II Æn. *Nec prius amissam respexi animumque reflexi.*

VIII Æn. *Dissiliant ripæ, restituique exterritus amnis.*

Horat. lib. I, sat. IV.

Belli ferratos postes, portæque refregit.

Ejusdem est dactylicus trochaicus iste lib. III, od. III.

He. toris opibus refringit.

Catulli est Phalæcius hic epigr. XLIII.

Persequamur eam, & refraguemus.

Itidem invenias primam correptam in *reflo*, *refrico*, *refrigero*, & aliis fortasse.

De literâ F, quæ hujus loci sunt, diximus. Cætera infra expediemus.

Quemadmodum autem F in consonantium divisione pro derelicto habuere; ita neque duarum istarum, Iod, & Vau, *πεξίωροιο* * illi rationem habent, cum consonantium numerum ineunt. At quo jure? Eodem dicent, quo Græci omittunt digamma Æolicum, cujus eadem est potestas ac Latini Vau. Sed quid si inficiemur, Æoles digamma è literarum numero excludere potuisse? Aut quid opponent, si usqueaque verum esse negemus, quod de pari ajunt amborum potestate? Fortean Donati id asserentis autoritate se tuebuntur. Sed Versivium nos obducemus, qui Donatum hoc nomine reprehendit. Imò ratione ipsa pugnabimus. Nam digamma in Græcis semper abesse potest: unde pro eo, quod vetus poeta dixit †, *Οἰόμεν Φελέναν ἐλικώπιδα*, æque, si metrum non spectes, dicere idem potuit, *Οἰόμεν ἐλένην ἐλικώπιδα*. Sic idem sunt, *ῶν*, & *ῶφόν*; *ῶς*, & *ῶφς*. At vau Latinorum ut interdum abesse possit, velut cum in veteri inscriptione legitur, *Disinnavi*, pro, *Di Sinnavi*, hoc est, *θεοὶ σύνναοι*: plurimum tamen necessarium est; cum pro *vulgus*, *volo*, *vado*, dici nequeat, *vulgus*, *olo*, *ado*. Aliud alii mantelum errori quærent. Græcis, inquit, I, & T, semper

* ordinem
dūctores.

† apud Pri-
scianum
lib. I, cap.
de num. li-
terarum.

semper sunt vocales. At Latinis eæ nunc vocales, nunc consonæ sunt ; cõque rectè ambiguo nomine comprehenduntur sub vocalium numero, etiam cum fiunt consonantes ; præsertim cum tanta sit eorum affinitas, ut alia faciliè in aliam commutetur. Cor Grammaticorum ! Non quidem nescio, V consonum interdum abire in V vocale ; ut in illo Horatii * :

* lib. epod.
ad. 13.

Nunc mare, nunc silivæ.

Et hoc Tibulli † :

Scamnia non ulla dissolvienda Deo.

† lib. 1, eleg.
7.

Neque nescio, idem ipsi quoque I consono evenire ; ut in illo Senecæ Sapphico, Hippolyti act. 1 :

Siqua ferventi subiecta Cancro est.

Et in adverbio jam †, quod Comiciis nunc incipit ab I vocali, nunc consono. Imò fateor quoque Iubens, Hebræorum Iod, & Vau, à Græcis in I, & V vocale, mutari : ut *Iohanan*, Ιωάννης ; *Iosaphat*, Ιωσφάτ ; *Eva* live *Chava*, Εβα ; *Nave*, Νεβι ; *Levi*, Λεβι ; *David*, Δαβιδ ; ita enim in optimis libris legitur ; quod & confirmat Suidas. Verùm his illud obduco, quòd in aliis quoque literis usu veniat, ut una mutetur in alteram : quæ tamen una iccirco litera dici nullo modo possint. Nam (ut è plurimis aliquod adferam exemplum) Attici pro *μάτρω* ajunt *μάτρως* : & veteres Latini dixere, *Valesii*, *Fusii*, *Papissii*, *Anselii* ; quæ posteriores per R maluerunt, *Valerii*, *Furii*, *Papirii*, *Aurelii* : similiaque sunt *vapor*, & *vapos* ; *odor*, & *odas* ; aliæque id genus. At quis iccirco R, & S, neget literas esse diversas ? Quare invalido admodum argumento nitatur, qui eo quòd I, aut V consonum, in vocale convertatur, unam esse hæc literam consequi putet. Omnis erroris fons caputque est, quòd I & V vocalis, & consonantis, idem sit nomen, figuræque eadem : aded ut eodem modo scribi soleant, VOLVI à volo, & VOLVI à volvo. Verùm neutiquam dispiciendum, quid factum sit ; verùm quid fieri oportuerit. Nam C, & G, pro diversis habent literis. & merito. Tanta tamen est earum vicinitas, ut non modò promiscuè dixerint, *Cneus*, & *Gneus* ; *cynaulio*, & *gynaulio* : sed etiam, ut Marius Victorinus * quoque scribit, diu unicæ figuræ acquirerint. Hinc Aufonius † :

* lib. 1, extreme cap. de Ort. hebr.
† syllio de loern.

Prevaluit postquam Gamme vice sancta prius C.

Idem scribit Festus Pompejus in *Orcis*, & *Prodigia* : sed posterior locus ex priori corrigendus, qui alioqui cum eo pugnet. Sanè Diomedes † iccirco appellat G novam literam. Quid mirum ? cum necdum inventa fuerit bello Punico primo ; quandoquidem in basi columinæ Roftratæ, quæ à C. Duillio posita, semper C pro G ponitur : ut in

† lib. 2, cap. de litera.

* Sic emendo Scauri locum: ubi vulgo Carvilius Fornerius legitur. Sed de hoc infra pluribus.
† lib. I, cap. 4. sive de Grammaticâ.

Macestratos, lectiones, Cartacinenfis, pœnando. Primus autem distinxit Spurius Carvilius * ; quem G propria figurâ donasse, disco ex Terentio Scauro. Alia multa hujusce cognationis argumenta adfert Radulphus Fornerius lib. I rerum quotidianarum cap. xv. Par vicinitas mutarum aliarum, ut B, & P : item D, & T ; quæ tanta, ut etiam (Fabii † verbis utor) *in vetustis operibus urbis, & celebribus templis, legantur, Alexander, & Cassandra.* At neglecturus erat minutum hoc Quindilianus, nisi, in summa utriusque literæ cognitione, ob quam una interdum pro altera collocaretur, vulgò tamen solerent diversis nominibus appellari, diversisque figuris signari. Quo igitur jure utrumque neglexere in I, & V vocali, ac consono ; quæ non minus soni differunt naturâ ? Ineptum sit, velle hîc difficultatem rei prætexere ; quasi miselli homines figuris inveniendis fuerint exhausti. Quid enim ? ut cæteros modos mittam, nonne potuere medium I transverberare lineola, ut, hanc formam repræsentans, differret ab I vocali ? V verò consonans jam olim, Claudiano puta ævo, figuram habuit inversi F ; unde in lapidd. vett. *DIJAI, AMPLIAJIT, TERMINAJITQVE,* aliâque hujusmodi : cujus rei observacione non pauca veterum scriptorum loca sanari posse, exemplis plusculis ostendit Radulphus Fornerius, lib. II Rerum quotidianarum cap. VI. Quin Fabio *, Diomedi †, Prisciano †, aliis *, *διγαμμα* dictum, non à potestate, quæ planè diversa hîc est, ac in gammâ ; sed à caractere, quia apud Græcos (quorum figuram invertit Claudius) constat duobus gamma, quorum unum alteri impositum, haut secus ac fit apud Latinos in F. Indicat hoc quoque Dionysius Halicarnassensis †, cùm scribit, fuisse Græcis antiquis, *ωσπερ † γάμμα, δι-πλαῖς ἐπὶ μίαν ἄρθῆν ἐπιζευγόμενον † πλαγίαις, Φελήν, ἢ Φάναξ, ἢ Φοικῶ, ἢ Φανήρ, ἢ πολλὰ τοιαῦτα.* Æolicum verò ab iisdem dictum, quia Romani, ut in aliis multis, ita in hoc quoque, imitati sunt Æoles. Quippe Æolum is mos fuit, ut vocabulis à vocali aspiratâ, aut consonâ ρ, atque interdum etiam dictionibus à vocali leni inchoantibus, loco spiritus præmitterent hanc literam : quemadmodum & eandem inferebant in mediâ dictione ad vitandum hiatus. Ita Æolum sunt *Φελήν*, pro *ἐλένη* ; *Φρῶπες*, pro *ῥῶπες* ; unde Latinum *vespres* ; *Φειρήν*, pro *εἰρήνη* ; *ὄφεις*, & *ὠφὸν*, pro *οἷς*, & *ὠδὸν* ; unde Latinorum *ovis*, & *ovium*. Sed de hoc pluribus postea dicemus.

* lib. I, cap. 4. sive de Grammaticâ.
† lib. 2, cap. de literarum interrogacione.
† lib. I, initio cap. de numero literarum, & alibi.
* Papiiano apud Castrodorum de orthographiâ. Et Terentiano Mauro cap. I sive de literis.
† lib. I Annotiquis. Rom. † velis gamma. ma. duabus lineis obliquâ ad rectam addita : ut *ϕανή* &c.

Alterum quoque literæ nomen fuit VAV : quomodo præter alios semel iterumque vocat Terentius Scaurus ; nisi codices fallunt, ac VA potius legendum, quod aliquando sum suspicatus. Neque enim fiebat mihi verisimile, Latinos literæ imposuisse nomen Hebræum, quod Græ-

ci

ci ipsi ignorassent. Neque rationem ullam videbam, cur qui vocalibus à solâ potestate nomen fecerant, arque in consonantibus, necessitate impulsi, unicam adjecerant vocalem, hi consonæ trium literarum nomen indenter. Denique ad stipulari putabam huic sententiæ Annæum Cornutum, cujus isthoc apud Cassiodorum * : *Hanc literam Terentius Varro dicit vni demonstrare, ita præscribit, V A. qui ergo in hac syllabâ sonus est, idem literæ erit.* Sed postquam pensiculatè rem excussi, mutavi sententiam. Iudicavi enim, apud Cornutum VAV pro VA scribi posse. Vidi &, Latinos minimè hoc nomen excogitasse; sed mutuatos esse ab Æolibus; hos verò à Phœnicibus accepisse; quodque nomen Æolicum retinuerint, non magis mirandum credidi, quàm quòd Græcum in Zeta reseruarint. Confirmat hanc sententiam locus iste Prisciani lib. 1: † *V verò loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Æoles habuit olim digamma, id est vau, ab ipsius voce profectum, teste Varone, & Didymo; qui id ei nomen esse ostendunt.* Hæc Priscianus, qui & alibi † hanc literam VAV appellat. Mirificè etiam, quæ hæcenus diximus, stabilit Marius Victorinus, cum lib. 1 ait: *F nostri Vau vocant, & alii digamma: ea, per se scripta, non facit syllabam; anteposita autem vocali, facit; ut, Φάμαξα, Φενήολα, & Φελών.* Nos verò, qui non habemus huius vocis nomen, aut notam, in ejus locum, quoties una vocalis pluresve junctæ unam syllabam faciunt, substituiimus V literam. Et alibi eopse libro: *F verò, G, & Q, in Græcis etiam literis fuisse, & nunc esse: sed G numero seruire, atque nonaginta significare: F autem Æolibus dicitur: idem valere, quod apud nos V, cum pro consonante scribitur, vocarique βαῦ, & digamma.* Quo in loco pro βαῦ lubens scripserim φαῦ. Quippe literarum omnium potestatem ac figuram cognoscere est ex principe nominis literâ. At quæ princeps est in βαῦ, nec figuram habet Æolici digamma, quæ est F; nec omnino eandem habet potestatem, quæ est V consoni, teste Victorino. Sanè si sonuisset, ut B, quid opus fuisset Æoles, cum B haberent, novam excogitare literæ figuram? Hoc quamquam mihi admodum verisimile videatur; tamen, quia etiam à principibus in literis viris, βαῦ scribi video, timidè sententiam meam propono. Præsertim cum dici possit, quia Æolicum digamma, minùs cognitum esset vulgo, maluisse eos ponere literam notatorem, cujus potestas ad Vau proximè accederet. Interim ex hisce veterum testimoniis liquet, verum literæ apud Latinos nomen esse VAV, non VA, quod apud Cornutum legitur. Quod si V consonum veteres Hebræo nomine Vau appellarunt: possumus nos similiter I consonum Iod nominare; quo ut figurâ, (de qua ante nobis dictum) ita etiam nomine ab I vocali separetur.

Atque

* in conle-
taneis de
Orthogra-
phia cap. 1.† cap. de
num. litera-
rum.† lib. 1 co-
dem cap.

Atque hæc quidem ad flagellandam opinionem vulgariam de duabus hiſce literis ſufficere poterant, certè debebant: verùm quia nulum eſt pertinacius hominum genus Grammaticis; priuſquam huic vclitationi pauſam faciam, duas hæſce rationes adtexendas putavi. Ac primò, ſitus non tollit formam eſſentialem; eoque, quæ litera eſt vocalis, conſonans fieri non poteſt ob ſequentem in eadem ſyllabà vocalem. Præterea ſpecies *αὐλοδρῦνηδῖαι* * non poſſunt eſſe unum ſpecie, nedum numero. At vocalis, & conſonans, non minùs literæ ſunt ſpecies oppoſitæ, quàm homo, & beſtia, animalis; albor, & nigror, coloris: neque, Prifciano † teſte, minùs differunt, quàm anima, & corpus; quia, ut anima movet corpus ſuum naturà immobile, ita & vocales quaſi movent conſonantes; quæ non moventur, niſi beneficio vocalium. Quare cùm conſonantes comprehendunt ſub vocalibus, oppoſitum ponunt in appoſito, contra quàm præcipitur à diſcerendi magiſtris. Sanè ſi geminorum lineamentis ſimilium utrumque, ſive Titium, ſive Sempronium appellemus, non tamen unus fuerint homo, quia differunt formà individuante, quam *haccitatem* barbarè, at non inſubidè, ſubtiliſſimus Scotus vocabat: multò minùs I, & V vocalis, ac conſonans, quòd idem utrique nomen, ac figura vulgò ſit, eadem litera cenſeri debet; cùm differant, non numero modò, ſed etiam ſpecie. Siquidem poteſtate differunt, quæ forma eſſentialis eſt; ac quidem ſpecifica, cùm vocalis & conſonans planè ſint ſpecies diverſæ: nomen verò, & figura, ſint accidentia, quia non modò eadem litera aliter à Latinis, aliter à Græcis, aliterque ab Hebræis, aliis que nationibus, & nominatur, & figuratur: verùm in eadem quoque linguà ac natione non eadem ſemper manet literarum figura; ut norunt, quotquot manibus, vel oculis potius præſentibus, variorum ſeculorum codices manuſcriptos vel vulgariſ in linguis uſurparunt. Et hæc de Iod, ac Vau, hoc loco ſuffecerint. Nam & poſtea de hiſ ſe offeret nobis dicendi locus. Itaque errat Chriſtophorus Clavius, cùm commentario in 1 caput Ioannis de Sacroboſco ‡, ait, literas in AVE ſex hiſce modis poſſe variari, AVE, AEV, VÆ, VEA, EVA, & EAV. Duos enim modos omitti oportuit, AEV, & EAV; in quibus E eſt vocalis, non conſona, ut in AVE.

‡ pag. 35
ed. S. Ger-
vaſii ſive
Genevenſis,
an. 1608.

CAPVT XVI.

H Græcis variis fuisse notam adſpirationis, ſolereque in ipſo verſu adſcribi, more Latinorum. Vnde ſit, quod H Græcis centenarium ſignet. Plinii verus lectio deſenſa aduerſus ſummum virum. Contra eundem probatum, non fuiſſe H ex antiquis XVI vel XVII literis Græcorum. Contra Pieriam oſtenditur, H non eſſe literam. Perem videri rationem Æolici diamma: quod, adſpirationis loco, ſæpe vocalibus præponitur, & in metro pro nihilo habetur.

NVic ne temere uſpiam Grammaticas tribus & pulpita deferere videar, rationem quoque reddendam mihi arbitror, cur è mutarum numero excludam H, K, Q. Ac primum de H videamus: quam literam eſſe, aliquis exiſtinet, quia haut aliter, ac fit à Latinis, etiam à Græcis antiquis adſcribi ſoleat in verſu. Quemadmodum reſtantur Velius Longus, Terentius Scaurus, & Marius Victorinus libris ſuis de Orthographia. Item Prifcianus lib. I *. Idem comprobatur inſcriptione columnæ Farnelianæ in via Appia repertæ: ubi legere eſt, ΗΟ, ΗΟΙ, ΗΟΔΟΙ, pro ὀ, -οί, ὀδῶ. Vti & ΗΕΡΟΔΟ, pro Ἡρώδης. Item in media voce, ΕΝΗΟΔΙΑ, pro ἐνὲθα, vel ἐνὸθα. Imò ex tribus illis, quos dixi, Velio, Scauro, Prifciano, diſcere etiam licet, nihil aliud eſſe in cauſa, cur antiquis H fuerit nota centenarii, quàm quod veteres Iones ΗΕΚΑΤΟΝ ſcriberent, pro ἑκατὶν. Conſonantibus quoque haut ſecus, ac apud Latinos fit, ſubjici ſolet. Confirmat id hic Marii Victorini † locus: Θ, Φ, Χ, † lib. I. priuſquam à Simonide inueniretur, exprimebant, juxta Τ, & juxta Π, & Κ, adſpirationis notam H ponendo. ut etiam ſuperiori capite diximus: Sic ΤΗΕΟΣ ſcribere pro ΘΕΟΣ, ΠΗΙΑΟΣ pro ΦΙΑΟΣ, ΚΗΑΡΩΝ pro ΧΑΡΩΝ. Ex his elucet, H veteribus Græcis fuiſſe adſpirationis ſignum. Quare nec mirum, ſi eundem, hoc eſt, octavum, modò poſt ε accenſeas ς, nunc H obtineat apud Latinos ordinem, quem apud Græcos H. Vt autem Latini à Græcis vetuſtis, ita Græci hanc adſpirationis notam acceperunt à Phœnicibus: ex quorum figurâ Græcorum Latinorumque H manifeſtè effectum eſt. Imò nomen quoque eſt idem ac Syrorum. Nam poſterioribus Syris *Heh*, antiquioribus *Hetha* dicebatur. Ex his colligat aliquis, ut antiquitatem ejus notæ, ita & verè inter literas reponi debere. Magno etiam tibicine ſubnixæ hæc ſententia ſit, ſi Ariſtoteles quoque, cùm octodecim ſtatuit literas antis quas, inter has denſi ſpiritus notam H repoſuit: quod cenſet Iosephu-

K

Scali-

Scaliger in Animadversionibus Eusebianis. Nam cum apud Plinium vulgo legatur, Aristoteli fuisse octodecim literas vetustas; Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ, Φ: non potest sibi vir summus persuadere de Ζ, & Φ. Itaque suspicatur, pro Ζ scribendum Η; idque quia hoc antiquis fuerit adspirationis signum, atque itidem, ut apud Latinos, soleat adscribi in versu. Sed maximi viri sententia eo refellitur, quod ibidem dicat Plinius, ex mente Aristotelis, octodecim illis literis, quas antiquas putabat, duas esse ab Epicharmo additas, Θ & Χ: jam verò constat ab Simonide quatuor repertas; duas vocales longas, Η, & Ω; duas item duplices, Ξ, & Ψ. Vnde conficitur numerus literarum **XXIV**. Quod si Η, ut nota est adspirationis, inter illas octodecim literas locum habuisset; posteriores numerassent quinque & viginti. Huic difficultati ut occurrat Scaliger, ait Aristotelem solum scripsisse de literis **XVII**, eoque apud Plinium Φ deleri debere: ut quam recentissimam esse conveniat; uti & reliquas duas adspiratas. Verum non cogitabat idem, ita solum **XXIII** literas fore: neque Ζ, aut Φ, inter **XXIV** habituras locum. Hoc ita esse, uti dixi, clarè Plinii verba evincunt. Nam primùm ait, **XVI** esse literas Cadmeas, quibus Palamedes addiderit quatuor: quatuor item Simonides. Deinde idem subjungit, Aristotelem ab hac sententia bifariam abire: partim nempe quòd non **XVI**, sed **XVII** statuatur literas antiquas: partim item quòd nullas tribuat Palamedi, sed pro eo nominet Epicharmum: cui duas assignat. Vnde liquet, de quaternis Simonidis literis Aristoteli cum aliis convenisse. Quare si Aristoteles statuit **XVII** Cadmeas, & duas addit Epicharmi, quaternas Simonidis: solum is literas agnoverit **XXIII**: & si inter eas sit adspirationis nota, ut Scaliger existimat; consequitur, Aristotelem literas binas ex **XXIV** præteruisse: nempe unam duplicem Ζ, & adspiratam unam Φ: quas **XVI** Cadmæis antea memoratis Aristoteles juxta vulgatos Plinii codd. junxit; ut ita **XVII** fiant. Sanè hoc necesse est dicamus, si Simonides duas longas invenit, Η, & Ω, ac duplices duas, Ξ, & Ψ: Palamedes autem, vel Epicharmus duas adspiratas, Θ & Χ. Solæ enim desiderentur Ζ, & Φ. Nihil igitur certius, quàm rectè eum locum apud Plinium legi: nec Η sexdecim illis jungi debere: nec ab Aristotele additam fuisse. Verum de hac nota etiam à nobis dissentit doctissimus Pierius: qui, in castigationibus Virgilianis*, fuse ostendere conatur, Η veram esse literam, ac vel è mutarum numero esse, quod censuit Val. Probus †, (qui tamen & ipse solidam esse literam negat) vel *μωαδιξερ* ‡ esse atque *ἀσημιον**, ut apud Græcos Σ. Confirmat idem Diomedes lib. **II** †: Η, inquit, *interdum consonans, interdum*

* in Ecl. 2.

† lib. 1. c. 1.

‡ 3.

* sui juris.

* non signatum.

† cap. de litera.

† cap. de litera.

dum adspirationis creditur nota. Item * : *H* consonans muta propriè continens * cap. scq. adspirationem. Imò aliquammulta apud Velium Longum argumenta invenias, quibus persuadere conatur, *H* non malè literis annumerari. Nobis verò impensius probatur sententia duorum, qui audiere Romanorum omnium doctissimi; puta Terentiū Varronis †, & Nigidii Figuli. Vt de Mario Victorino, pluribusque aliis nihil dicam. Movet autem, quòd *H* sit spiritus, eoque literæ accidens. Quippe, ut optime ait Priscianus †, singulæ syllabæ altitudinem suam habent in tenere; crassitudinem, vel latitudinem, in spiritu; longitudinem in tempore. Itaque etsi concederemus, ab antiquis interdum pro muta habitum videri; (ut in illo Enniano apud Agellium * vulgo factum putant, *Hannibal audaci dum pectore dehortatur*) saltem parèret, plurimum non efficere syllabam positione longam, licet cum consonante concurrat: ut, *Perhibent, Primus habet*, &c. Et cur Latinis litera sit, quæ Græcis litera non est? Præsertim cùm constet, Latinos & figuram ejus, & morem eam adscribendi in ipso orationis corpore, habuisse à præcis Græcis; ut ex columna Farnesiana viæ Appiæ antea vidimus, aliisque argumentis infra commonstrabimus. Alias quoque rationes, cur *H* excludi debeat è literarum numero, videre potes apud Priscianum lib. 1 †: & imprimis apud Iovianum Pontanum lib. de adspiratione.

Quæ verò de *H* diximus, eadem fortasse locum habent in digamma Æolico *F*: quandoquidem magna est inter *H* Atticum, & *F* Æolicum, convenientia. Nam ut Attici ponunt *H* in versu, idque tum initio, tum medio: ita Æoles utrobique pro eo *F* scribunt. Attica enim est scriptura, *Η Ο Δ Ο Σ*, & *Ε Ν Η Ο Δ Ι Ο Σ*. At Æolica est *Φ Ο Ι Ν Ο Σ*, & *Τ Α Φ Ω Σ*, pro *δίνω*, *παιός*. Sanè semel iterumque testatur Priscianus †, sese in tripode vetustissimo, qui stabat in Xerolopho Byzantii, invenisse sic scriptum, *Δ Η Μ Ο Φ Ο Φ Ω Ν*, *Δ Α Φ Ο Κ Α Φ Ω Ν*. Ac similiter scripisse ait Alcmænem, *Καὶ χεῖμα πῦρτε δάφνον*, pro *δαίον*, seu *δήιον*, hoc est *hostile*. Præterea uti *H* consonæ additum non producit syllabam priorem, sed pro nihilo putatur: ita & Æolicum *F*. Vt versu istoc apud Priscianum:

Αἴμας δ' Φειρήσαντο, τὸ δ' ἀργέλο μῦσα λίγεια.

Vbi *Φειρήσαντο* ponitur pro *Ειρήσαντο*, seu *ιρήσαντο*. Claudicaret versus, si *F* pro litera haberetur. Vt si pro *F* reponas *B*, hoc pacto, *Αἴμας δὲ Βειρήσαντο*. Cum sæpe *F* convertatur in *B*, tamen id versus hoc loco minimè tulisset. Vti neque in isto, *Νέσσοι ἢ Ἐκυῖοι παίδες*, pro *ὄ*. Nempe hoc *F*, quod est Æolicum digamma, magis est halitus, quàm flatus: contrà quàm *F* Latinum, quod est flatus:

ut mirum non sit, si, utcunque similis sit figura, natura nihilominus sit dissimilis.

CAPVT XVII:

Romanum Kappa. Lunule in calceis patriciorum. Suidæ, Statio, & alii, lux. Zonaræ lapsus. Quis Latinorum primus K literis adijnerit. Cæjufmodi in vocibus ejus sit usus. Fronti calumniatorum iniuri soler. Cicero illustratus. Calendæ cur tristes Horatio, Ovidio celeres dicantur. Krus pro Karus, Knus pro Kanus, similiaque. Scæverus correctus. Decimus pro Decimus. Tribus in vocibus præcipuè K usi. Male inter mutas reponitur, tanquam a C diversa.

A Ccedo ad K, quæ eadem omnino litera est, ac C. Vnde Suidas AC vocat κάωπα Ρωμαικόν. Sic enim voce Χλαμύς scribit: Καὶ ἐν τοῖς ἑβραευῶν ἐπιδήμασιν ὀποσημαίνει οὗ τὸ Ρωμαικόν κάωπα. Ait Kappa Romanum in Senatorum calceis apponi solere. Vbi planè intelligit Lunulam, cujus figura est non K, sed C. Lunulæ istius meminit Papinius lib. v, Syl. II.

Primique patriciâ clausit vestigia Lunâ.

Et Iuvenalis sat. VII.

Appositam nigre Lunam subrexit alute.

Vbi sic vetus interpres: Hoc est, *Patricius Senator est. Lunulâ nam adsumâ calceis, discernuntur patricii à novitiis.* Etiam morem hunc tangit Martialis lib. I, epigr. L; & lib. II, epigr. XXI, & Philostratus in vita Herodis Attici. Quid vero Lunulâ significetur, exquirat Plutarchus in Romanis Quæst. ac Isidorus lib. xx Orig. cap. xxxiv. qui ait, Lunulam esse centenarii notam, eaque significari initio centum fuisse senatores. Hoc etiam apud Zonaræ legas: nisi quod ille, cum audisset, in Senatorum calceis esse notam centenarii, credidit in iis fuisse P, quæ Græcis centum significat. Sunt qui * locum Zonaræ corruptum putent. Ego planè ipsius Zonaræ esse errorem censeo; idque, quia addit, literâ eâ, tum veterem senatorum numerum signari: tum principem literam gentis, hoc est, τῶν Ρωμαικῶν †. Sed redeamus ad K: quod primus literis adjecit Sallustius, non quidem

* Benedictus Baldinus lib. de calceo antiquo & mystico cap. II.
† Romanorum.

Crispus Romanâ primus in historiâ;

‡ Isidorus.

sed alius, ludimagister ‡. In multis eâ usi veteres; non tamen ante o, quamquam K o s pro consul sit in antiquâ inscriptione quadam: sed ante A; ut cum duobus KK, *Kalumniæ causam* significarent, teste Isidoro. Sanè quia ut C, *Condamnationis*, ita K, *Kalumniæ* nota erat; ideo

ideo non C; (ut Turnebus * putavit) sed K à Cicerone intelligi puto, cum ita scribit pro Roscio Amerino: *Sin autem sic agetis, ut arguentis aliquem patrem occidisse, neque dicere possitis, aut quare, aut quomodo; ac tantummodo sine suspitione larabitis: crura quidem vobis nemo suffringet; sed, si ego hos bene novi, literam illam, cui vos usque eo inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunatis vestras, accusare possitis.* Quibus verbis significari à Tullio puto, fronti Kalumniatorum iniuri solere K, ut *Kalumnice* notam; iisque hanc quoque pœnam imponi solere, ut accusare amplius non possent. Sanè hoc modo puniebantur prævaricatores & tergiversatores, ut scribit Paulus IC. lib. XLVIII Digest. ad S. C. Turpilianum. Cæterum in superiori Ciceronis loco non displicet elegans Stephani Pighii † conjectura; qui pro verbis illis, *ut etiam eas omnes oderitis*: legit, *ut etiam Kal. omnes oderitis*: nempe ut in Erucium geminum sit scomma, tanquam in calumniatorem, & obæratum. Nam Kalendis creditores exigebant æs alienum, unde Horatius ‡ eas *tristes* vocat: Ovidius * *celer*, quod citò nimis recurrere debitoribus viderentur. Mirum verò, Romanos *Kalendu* etiam per Græcicam literam signasse, cum Græci iis careant, ut proverbio notum. Sed & usi in voce *Karthago*. Imò & in merè Latinis: ut in *Kardo, Kastris, Kanus, kassus, Kaninius, Kapirolium, kandidatus, kærter*. Quin in mediâ quoque voce usurparunt; ut indicio sunt, *Volkani, Parkærum, arka*, quæ in antiquis inscriptionibus invenire est. Ita *Evokans* Romæ legere est: *Aurelianus Evok. ex sine Salariar.* &c. Eodemque modo Carrio in Censorino semper *interkalare*, & *interkalarius* mensis edidit, cap. xx. Imò in vocibus huiusmodi, quia nomen literæ est *ka*, ut Græcis *κα*, compendii causâ sæpe A solent omittere; ut cum scribere, *Klenda, Krus, Krrago, Klumnia* &c. pro *Kalenda, Kanus, Kariago, Kalumnia* &c. Putabant enim, A contineri in K, non quidem ratione potestatis; sed nominis, in quo A auditur. Hæc ratio est, cur Terentius Scaurus neget, *Karus* & *Kanus* per C scribi posse. Vult enim, si omiſſa vocali scribas *crus, cnus*, non *carus* fore, aut *canus*, sed *cerus*, aut *cenus*: haut aliter atque *bne* & *pre* scribebant pro *bene* ac *petere*: in cuiusmodi E compendii causâ omittitur, quia in ipso literæ nomine continetur. Locum ipsum Scauri apponam, ut corrigam: *Hæc tamen antiqui in connexione syllabarum ibi tantum utebantur, ubi A litera subiungenda erat, quoniam multis vocalibus instantibus, quoties id verbum scribendum erat, in quo retinere hæc literæ nomen suum possent, singule pro syllabâ scribebantur, tanquam satis ea ipso nomine explerent: ut puta Decimus D per se im dicimus: item Cera, C simplex & R A: & Bene, B, & ne: ita & quoties Kanus & Karus scribendum erat, quia singulis literis primæ syllabæ*

* lib. 8 Ad-
vers. cap. 22.

† Annelium
lib. 12, ad
annus Urbis
10 CXIII.

‡ sat. 3,
lib. 1.
* lib. 2 de
remedio
anctur.

notabantur, K prima ponebatur, quæ suo nomine A continebat, quia, si C posuissent, cenus & cernus futurum erat, non canus & carus. Vitiose ista, Decimus d per se im ducimus. Emenda, Decimus per D simplex & cimus. Vel potius, Decimus, D per se, inde cimus. Nempe quia in D continetur E, scribebant Dcimus pro Decimus. Erit fortasse, qui, ut ostendat, non solere hoc à veteribus observari, Marium Victorinum obducatur, qui testatur, se in monumentis antiquis invenisse S E R J S, pro S E R J V S, cum tamen J, hoc est Vau, non V contineat, sed A. Verum neminem scio, nisi qui lapis sit ipse, quem unius moverit lapidis inscriptio, quando ea discrepat ab aliis monumentis, & veterum Grammaticorum præceptis. Sed ad K redeamus. Imprimis hac utebantur antiqui in tribus vocibus: unde Aufonius:

Hæc tribus in Latio tantum addita nominibus K.

Quæ sint hæc voces, docet nos Terentianus Maurus:

K similiter otiosa est cæteris sermonibus;

Tumque in usu est, cum Kalendas annotamus, aut Kaput.

Sæpe Kæsones notabant hac vetusti literâ.

Intellige autem, cum legis, non cum hominis caput signarent. De Kapite, & Kalendis, adfentit quoque Martianus Capella: de tertio non item; in cuius locum substituit Kalumnia. Sic enim scribit libro tertio: *K verò nunc nota esse putatur; nunc * litera. Nam ejus effectus C integrare non dabitur est absque his, Kapite, Kalendæ, Kalumniæ.* Ac easdem, quas Capella, voces ponit Diomedes lib. 11 †. Verum Terentius Scaurus, dum de voce tertiâ neutri vult repugnare parti, discedit ab utrâque. Nam, ut is sentire nonnullos scribit, *retenta est K, quoniam notas quasdam significaret, ut Kæsonem, ut Kaput, & Kalumniam, & Kalendas.* Et sanè hæc vulgò per K scribi solere, ex vet. quoque monumentis cognoscimus. Alia quoque in quibus usurpari soleat, suggerent Valeri Probi, Magnonis, & Paulli Diaconi collectanea de literarum notis. Cum autem is scribendi mos obtinuerit florente Româ: nequaquam, puto, necesse habeat deprecari φιλοκαυίας * culpam, qui in vocibus his K usurpet; quamquam sæpius usu venire sciam, ut hujuscemodi, velut ineptias puras putas, sugillant homines eruditionis nomine sese venditantes. Nec iccirco existimandum, K à C literam esse diversam; cum ista haut aliud evincant, quàm geminam esse unius literæ figuram. Siquidem potestas eadem est: unde impensè probo hoc Quintilianii lib. 1, cap. vii: *Nam K quidem in nullis verbis utendum puto, nisi quæ significat, etiam ut sola ponatur. Hoc eo non omisi, quod quidam eam, quoties A sequatur, necessariam credunt: cum sit C litera, quæ ad omnes vocales vim suam proferat.* Quibus verbis manifestè jugulatur

* Placet conjectura I. Lipsii pro nunc corrigenti non. † cap. de interrogatione literarum.

* studii novitatu.

latur sententia, tum Diomedis *, scribentis K in Kalendis, & similibus, NECESSARIO scribi: tum aliorum, quibus eandem sententiam tribuit Velius Longus †. Fabio quoque subscribit Priscianus, his verbis ‡: *K quidem penitus supervacua est: nulla enim ratio videtur, cur A sequente K scribi debeat. Carthago enim, & caput, sive per C, sive per K scribantur, nullam faciunt nec in sono, nec in potestate ejusdem consonantis differenciam.*

* lib. 2. cap. de littera.

† lib. de Orthoer.

‡ lib. 1. cap. de numero litterarum.

Sunt qui putarint, ut T, & Z, ita & K retineri debere ob voces Græcas. Sed aliquid dicerent, nisi ampla aded esset sêges vocabulorum, in quibus Latini, etsi à Græcis acceperint, semper tamen C utantur. Illiusmodi sunt *Cenarius, Cerasites, Cincinrus, Cinnamomum, Clio, Climis, Colaphus, Comœdia, Crepida, Cruma, Culigna, Cupressus, Cyclops, Cygnus*, sexcentaque id genus.

CAPVT XVIII.

Q non esse diversam litteram à C, vel K. Ciceronis jocus, & Plantina virginis. Cuius trisyllabum pro Quire, & Acua pro Aqua: item tetrasyllabon Relicus, pro Reliquis. Veteres promiscuè C, & Q scripsisse. Occurritur Id. Scaligero de necessitate litteræ Q. Vitia jocacissimi, lambdacissimi, myracissimi. Marius Victorinus emendatur.

Sequitur Q; qua Licinium Calvum uti noluisse, scribit Marius Victorinus lib. 1. Nec mirum, quando eadem est, ac C: ut indicat Ciceronis jocus ludentis in vocibus *coque*, & *quoque*. Fabius lib. VI, cap. III: *Cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram Cicerone suffragium ab alio peteret, Ego quoque (Cicero inquit) tibi jure savebo. Pro, coque savebo. Donatus in Adelph. Act. III, sc. III: Ciceronis dictum refertur in eum, qui coqui filius secum causas agebat: Tu quoque aderas hinc causæ. Nam apud veteres coquus non per C litteram, sed per Q scribebatur. Idem cognoscimus ex joco illo apud Plautum *, ubi virgo decipit Dordalum lenonem, cum inquit illa ita effert, ut leno putaret, eam dixisse in culinâ. Quin hanc quoque rem confirmat, quod Lucretius primo de rerum natura *cuiret* dicat pro *quiret*:*

* Persa act. 4. Sc. Sartin' Athenæ.

— *confringere ut arcta*

Nauræ primus portarum claustra cuiret.

Item quod similiter ut *acqua* trisyllabum faciat, scribat *acua*: (falluntur, qui, Bedam † secuti, priorem ab eo produci putant) quodque Plautus Cistellariâ ‡ eodem modo *relicius* dicat, pro *reliquis*. Nam ita nisi legatur, claudicat versus, qui Trochaicus esse debet:

Quod dedi, datum non vellem, quod relicium, non dabo.

† lib. de Metru. cap. Vi. prisci poeta &c. ‡ act. 2. sc. 1.

Quare

* d. ortho-
graphia.
† Andr.
act. 1 se. 1.
‡ apud Cas-
siodorum.
* de Or-
thogr.
† lib. 1.

Quare nec mirum, à *quis*, tum *cuius*, & *cui*, venire: tum *quem*, & *quo*; aut à *quatio* esse *percutio*, *conclusio*, atque ita in aliis. Nam, ut Scaurus * ait, in recto *quis*, & *cuius* scripsere: item *qui*, & *cui*, ut ait Donatus †: sic *quotidie*, & *cotidie*, ut inquit Papirianus ‡, item Annæus Cornutus *: sed ille per C, hic per Q præfert: adhæc *coquus* & *cocus*, *arguus* & *arcus*, *opulus* & *oculus*, *quum* & *cum*: de quibus auctor Priscianus †. Quin in antiquis quoque Gruteri inscriptionibus reperias, *anticum*, pro *antiquum*; *acus*, pro *aqua*; *quo*, pro *quo*; *cintus*, pro *quintus*; *sicis*, pro *siquis*: & quædam alia. Ac contra in iisdem quoque legere est *liquebit*, pro *libebit*; *Quirtius*, pro *Curcius*; *sequulum*, pro *seculum*: eodemque modo scribitur in his, *manipulum*, *mequum*, *securitatem* &c. Multa quoque hujusmodi invenire est in scriptoribus antiquis, ut fusè ostendit Radulphus Fornerius lib. 1 rerum quotidianarum cap. ultimo. Imò observavi, Nonium Marcellum Grammaticum sanè sic satis antiquum, ut quem etiam laudet Priscianus, quotiescunque vocem secundum literarum ordinem digerit, eas, quæ à Q incipiunt, non post P ordinare, sed iis immiscere quæ à C inchoant. Tu cum vide sis in *Quadrifariam*, *Quasiam*, *Quatere*, *Querela*, & *Quisquis*.

‡ lib. 3. cap.
de mutis.

At dicas, si C, & Q, eadem sint litera, cur Q veteres sunt commenti? Mihi paullùm in cogitationem eam incumbenti, rimantique causam, ob quam adjecerint Q, commodè sese obtulit hoc Martiani Capellæ †: *Q quidam literam non putabant, & vincerent, nisi in Equo, & Equitatu, apparet expressè.*

Verùm sunt hæc, ut ait ille,

Plautus Pa-
nulo SC.
Sape ego.
* lib. 1. cap.
de numero
literarum.

Gerra germana, atque adpol lira lira.

Nam, ut rectè argumentatur Priscianus *, si ideo secunda litera in *aqua* erit diversa à secunda in *acus*, quòd in *aqua* sequatur V cum vocali; non item in *acus*: erit quoque tertia in *anguis* diversa à tertiâ in verbo *angis*, quia in illo V cum vocali sequitur; in hoc non sequitur. Cæsar Scaliger † tamen, & ineptiusculè, & frustra sic contendit ait; argumentique vim ut eludat, *Dicimus*, inquit, *consultius quærendam aliam figuram ipsi G, quâ hanc capiamus potestatem, quam prudentissime inventum Q excludendum. Færem enim, G aliud atque aliud esse, non minus quàm ipsam V, cum sequitur vel Q, vel G, aut alias consonantes.* Sic ille. Verùm telum hoc minimè faciet, ut Prisciani sententia vivere non possit. Nam cum C, G, aut S, collocatur ante V; atque hoc V vocalis aliqua excipit in eadem syllabâ; cujus rei exemplum habemus in *cuis*; pro quo nunc *quis* scribimus; item in *anguis*, & *suscio*: non tam judicandum, C, G, aut S, mutare potestatem, quàm sequens V assumere mollicellum udumque sonum; eoque, si novâ omnino

† De causis
L. L. lib. 1.
c. 10.

omnino figurâ quâpiam sit opus, non tam eam ob aliquam è tribus præcedaneis literis, quæ potestatem servant, quàm ob natantem V literæ sonum, debuisse excogitari. Quàm enim abhorret à verâ ratione; ut figuram perdat litera, non cui de sono & vi deperit quiddam; sed quæ planè, vel magis alterâ, sonum seruet? Atqui hoc fecere in Q, si verè scripsit Priscianus †: *Q propter nihil aliud scribenda videtur esse, nisi ut ostendat, sequens V ante alteram vocalem in eadem syllabâ positum perdere vim literæ in metro.* Negamus igitur, verè scribi à viro summo, Q prudentissimè inventum esse: & magis negamus, quod idem ait, aliam figuram ipsi G quæri debere: atque ut, ob qualem qualèmm differentiam signandam, figurâ novâ uteremur; negamus quoque ex eâ figuræ diversitate rectè colligi posse diversitatem essentia. Nam, quod idem addit, G aliud esse atque aliud, id etsi concedamus hac mente, ut intelligatur G ante V liquescens à G ante A, vel E, accidente, aut modo solum, differre: non tamen verum erit, si intelligatur, esse aliud atque aliud specie, quæ *επεροειδῆ* vocantur, & ab Aristoteli * ac Damasceno † dicuntur *ἄλλοφίρεν τῷ λόγῳ τῆς ὕψιας* *. Quippe ut in aliis, ita in literis quoque, non tantùm substantiæ immutatio fit, ut cum litera pro literâ ponitur; sed etiam quantitatis, qualitatis, vel loci: quod nisi verum esset, malè reponeretur inter vitia potestatum, vel jotacismus, cum I vasto hiatu profertur; vel lambdacismus, cum L crassius sonat, ut L *Locus* pro *Locus*; aut Metacismus, ut vulgo vocant, qui dicendus myracismus, vel motacismus, cum M mugit; quibus de vitii legere est apud Diomedem †, & alios. Quare utut aliqua diversitas agnoscatur in G, cum post se habet Vau; ea tamen substantiæ ipsius non est. Idemque de C dictum velim, quando seu C scribas, seu K, seu Q, idem manet sonus, vis eadem: quemadmodum docet his verbis Priscianus *: *K, & Q, quamvis figurâ & nomine videantur aliquam habere differentiam, cum tamen C eandem, tam in sono vocem, quàm in metro continerent potestatem*, &c. Nec movere debet, quòd vulgò apud Marium Victorinum legatur: *Nostri Latini cum literis uterentur, quas à Græcis acceperant, A, B, C, D, E, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T.* Vbi C, K, Q, inter sexdecim necessarias literas referri videmus. De C, & K, rectè. Nam C hic sumitur potestate eâ, quâ valet G: unde in columna Duilliana, **LECIONES PRO LEGIONES, MACESTRATOS PRO MAGSTRATVS, similiaque.** Et hæc causa est, cur tertio loco hic referatur, quem apud Græcos obtinet Gamma. Quare cum G præteretur, quo veteres Romani carebant; K non potuit omitti. De Q aliter sentio: sed cum V in sexdecim illis locus non sit datus, quæ necessaria est litera; planè statuendum, locum esse corruptum, ac Q demi;

L

V addi

† lib. 1. cap. de numero literarum.

* lib. 10. Metaph. cap. 8. † In Diacrit. * differre definitione.

† lib. 2. cap. de barbarismo.

* lib. 1. cap. de literarum numero.

† eodem ca-
pitulo

V addi oportere, hoc pacto: A, B, C, D, E, I, K, L, M, N, O, P, R, S, T, V. Et sic scripsisse, ex ipso Mario colligitur; ut qui postea dicat, sexdecim, quas recensui, literas, nec plures, à Cadmo in Græciam, vel ab Euandro in Latium illatas esse. Ac similiter de Q, & V, Plinius tradidit. Imò, ut apud Priscianum † legimus, *autoritas quoque tam Varro- nis, quàm Mauri, teste Censorino, nec K, nec Q, neque H in numero adhibet literarum.* Velius quoque Longus Q à multis è literis exclusum refert. Atque, ut idem ait, Nisus, tam in nomine, quàm verbo *coque*, utrobique C ponendum putabat. Nonius quoque pro *querela*, scripsit, *cue- rela: & cuius*, pro *quis*: ut liquet ex serie literarum, capite de generibus indifcretis. Neque Q in commentariis suis posuit Nigidius Figulus, teste Mario Victorino*. Neque Licinius Calvus utebatur, ut ex eodem superius dicebamus. His cum rationibus, tum autoritatibus subnixus, statuo & ipse, C, K, & Q, eandem esse essentiã literam; utur paullum liquefcat V literæ sonus, cum inter Q, & vocalem, medium obtinet locum.

* lib. I.

C A P V T X I X.

Latinos, præter liquidas quatuor, quas accepere à Græcis, duas alias habere, V post Q, & S, ex more antiquo, S finale ante consonam. Maronis vetus lectio firmata. Cur udæ quatuor liquefcat post mutam potius, quàm aliam lite- ram. Marius Victorinus corrigitur. Vbi de liquidarum natura præcipi debeat.

IN semivocalium quoque, tum Latinarum, tum Græcarum distribu- tione senticetum errorum videre est. Sententiam quidem nostram ob oculos ponam, ut si placeat erudito lectori, subscribat; sin minùs, tam pereat quàm extrema faba.

Ac primò, præter quatuor liquidas sive udas (è quibus M, & N, nonnisi in Græcis dictionibus liquefcunt, ut *Tecmessa, Progne, Cygnus*) est & muta, quæ liquidã sit; nempe V consona, quæ liquefcit antecede- nte Q. Nam, id nisi esset, prior in *aqua & equus*, itemque secunda in *equidem* positione producerentur. Nunc secus factum à poëtis; quos ipsa movit pronuntiatio, quandoquidem V post Q (Bedæ verbis utur) *tam leniter effertur, ut vix semiri queat.* Sanè sonum habet mixtum ex V vocali, & consono; quemadmodum & interdum fit post S; ut in *suadeo, & consuesco*: indèque est, quòd Donatus, (cujus sententiam & Marius Corradus † sequitur) velit in hujusmodi vocibus V nec vo- calem haberi, nec consonantem. Apud antiquos vero S quoque in

† lib. I de
L. L.

sine

fine dictionis liquecebat; ut præter Grammaticos, autores sunt Cicero, & Quincilianus. Exemplorum abunde est. Paucula tamen apponemus. Ennius apud Maximum Victorinum:

— *Vitâ illâ digni locoque.*

Et Lucilius apud eundem:

Tum laterali dolor certissimè nuntius mortis.

Catullus epig. ult.

Quare nos tela ista tua evitamus amictu.

At fixus nostris tu dabi supplicium.

Fortasse nec reformidavit hanc ἐκθλιψιν Maro. Nam penè in omnibus codd. antiquis invenias * ,

* 13 c. En.

Inter se coisise viros, & decernere ferro.

Eoque modo & Priscianum legisse, apparet; ac è recentioribus id probant Pierius in Castigationibus Virgilianis, & Marius Corradus lib. I de L. L. Sed jure improbat Servius: qui alteram ait *veram*, & *antiquam lectionem*, & Ennium similiter locutum. Serviumque sequitur Politianus lib. XII epist. ad Bartholomæum Scalam. Quibus subscribo, non tam propter auctoritatem eorum, quam propter Senecam; cujus ætate ἀπὸ γέροντων Maronis superfuisset, ex Fabio liquet, qui ad manum Ciceronis ac Virgilii provocat lib. I, cap. XII I. Quin eo antiquior Seneca sic epist. LVIII hunc Maronis versum adducit, ac *cernere* hic poni ait pro *decernere*, ut sæpe simplicia pro compositis usurpantur. † maximum.

Porro ex his omnibus colligimus, lex in universum esse liquidas; at dispari tamen ratione liquidas vocari. Nam V inter Q, & vocalem ejusdem syllabæ positum, uda dicitur, quia nunquam vim producendi habet: S verò, quia apud antiquos syllaba, quæ alioqui positio- ne futura erat longa, fieret brevis, eliso S κατ' ἐκθλιψιν: M, & N, quia in Græcis, antecedente mutâ in eadem syllabâ, vocalem naturâ brevem reddunt ancipitem: L, & R denique, eò quòd idem etiam præstent in Latinis.

Fortasse autem & rationem aliquis requirat, cur quatuor istæ, quas udarum nomen mereri in confesso est, magis quàm elementa alia liquecant, cùm subjiciuntur mutis. Equidem ne actum agam, tum etiam ob antiquitatem scriptoris, malo hanc rem signare verbis Marii Victorini, qui libro primo * eâ de re sic scripsit: *Dignam forsi-*

* cap. de
syllabarum
naturâ &
connexionem.

tan inquisitione sit, cur muta liquidæ sociatæ communem syllabam reddat: due autem semivocales, aut mutes, copulatæ similiter inter se, nequaquam id faciant. Non immeritò. Nam cetera major in liquidâ, quam in mutâ virtus sit, utpote ἀνεταβολά, quæ à tenore suo non immutetur: at tamen inferiora paria sociatæ

sociata præstantur his, quæ ex impari veniunt; quod sub exemplo aperiam. Sicut enim minimè par ad nitendum virtus est asini mulo conjuncti, cum alter alterum, propter inequalitatem naturæ non respondentibus viribus, dum jungitur, debilitat potius, quàm juvat; ita hoc & his literis, quæ ex impari copulatione veniunt, intelligendum est, ut juvate instabiles semper, & lubricæ sint, quia non pari, aut æquali virtute nituntur. Hactenus ille. Sed de liquidis ubi loquitur, pro metabola reposui ametabola: quia liquidæ ἀμετάβολοι, seu immutabiles.

Cum autem totum hoc, quod de liquidis dicimus, intelligi nequeat, nisi ab iis, qui degustarint doctrinam de syllabarum quantitate: patet eorum error, qui in Orthographiâ, tenella puerorum ingenia obtundunt distributione consonantium in mutas, & semivocales, & harum divisione in liquidas, duplices, & μοναδικὴν S. Sanè cum percipi non possit à quoquam, quomodo uda post mutam posita liquefeat, hoc est, vim ἀπὸ τῆς producendi syllabam amittat, nisi qui didicerit, quid sit positio debilis: tota hæc distributio melius differtur, usque dum ad Profodiam deventum est.

C A P V T X X.

Ostenditur, esse sonum, nomine ac figurâ hæcenus carentem, medium inter G, & N, ac fortasse ex utroque mixtum: unde Germani ac Belgæ eum non per solum G, ut Græci, nec solo N, ut Latini, sed per NG exprimant: eoque dubitari posse, utrum sonus is simplicis sit literæ, an sequiliteræ, an etiam duplicis.

* nomine
carentis.

POteramus jam manum tollere de mutarum & liquidarum tabulis, nisi quædam esset litera ἀνάγνωσις*, quæ intermediam haberet naturam inter mutam G, & liquidam N; unde à Græcis per adulterinum Γ scribitur, à Latinis per N adulterinum. Illustris est hac de re locus doctissimi Nigidii Figuli, cujus hæc verba apud Agellium lib. undevigesimo, cap. ult. *Inter literam N, & G, est alia vis; ut in nomine Anguis, & Angaria, & Ancora, & Increpat, & Incurrit, & Ingenius. In omnibus enim his non verum N, sed adulterinum ponitur. Nam N non esse, lingua indicio est. Nam si ea litera esset, lingua palatum tangeret. Apponam & egregium locum Marii Victorini, paulloque emendatius, quàm legitur vulgo. Ejus hæc verba lib. 1: Clari in studiis viri, qui aliquid de orthographiâ scripsere, omnes fere ajunt, inter M, & N, literas, mediam vocem, quæ non abhorret ab utràque literâ, sed neutram propriè exprimat, tam nobis deesse, quam Græcis: cum illi Sambyx scribant, nec M exprimere,*

nec

nec N. Sed hæc ambiguitas in his fortasse vocabulis, sicut in *Ampelo*, *Lycambe*. Nam in nostris supra dictis non est, quia non inter M, & N, medium sonat; ut *Vinquam*, & *Noninquam*, & similia: sed inter N, & G. Nam & Græci, cum scribunt ἀγγελος, ἀγγος, & similia, si syllabam AN sequatur syllaba, que initium habet à G, & à C, convertunt N litteram in G, & pro N, G scribunt: ut, ἀγγελος, ἀγγισσα, ἀγγωες; cum inter N, & G, medium sonet vocis productæ: non, ut aliis videtur, inter M, & N. Hæc Victorini verba refellunt, tum Adolphi Mekerchi† errorem, qui putabat Græcos in ἀγγελος, ἀγγελισσα, ἀγγιστος, Γ extulisse, prout Latini solent in *argere*, & *argere*: tum alius summi viri, qui contendit, Græcos, ut N in hujusmodi sonabant, ita N scripsisse; atque hoc parère è codd. aliquot antiquis, in quibus invenerit, ΑΝΓΕΛΟΣ, ΑΝΚΥΡΑ, ΑΝΚΑΛΗ, & alia quædam hujuscemodi. Quodque hodie exaramus per Γ, id comminiscitur originem cepisse è librarium quadam consuetudine, quia superioribus aliquot seculis, cum minuculis literarum formis uti vellent, Ny pingere soleant caractere non multum à Gammæ figura abeunte. Hæc omnia acutiùs, quàm veriùs, dicta esse, docet nos locus, quem adduximus è Victorino, scriptore & erudito, & antiquo; ut quem cum Donato, Hieronymi magistro, vixisse vel ex Eusebio constare possit. At, inquit, vir ille doctissimus, quid opus fuit præpositionem εν ante γ, κ, χ, aut ξ, mutare in γ, si γ non aliter sonat, quàm γ? Et quam, inquit, alienum à ratione est, cum præpositionis natura exigat ν, tamen γ poni, quod non ut γ, sed ut ν ejectum sonet? In errorem eum impulit, quod vulgò doceant, Γ ante hæc literas sonare, ut N. Nam potius dicere debuerant, ut N adulterinum; quomodo loquitur Nigidius; qui non esse verum N, eo solidè probat, quod lingua palatum non tangat. Itaque nec Romani semper scripsere N; sed antiquiores ejus loco G usurparunt, more Græcorum; quia difficile esset dijudicare, utra magis litera haberet locum. Hoc è Varrone nos docet Priscianus. Cujus hæc verba lib. 1: *Sequente G, vel C, pro N, G scribunt Græci & quidam etiam vetustissimi auctores Romanorum, euphoniæ causâ bene hoc facientes; ut, Agchises, Agceps, Aggulus, Aggens. Quod ostendit Varro primo de origine linguæ Latinæ, his verbis: Aggulus, Aggens, Agguilla, Igerone. In ejusmodi Græci, & Aelius noster, binam G scribunt: alii N, & G: quod in hoc veritatem facile videre non est. Similiter Agceps, & Agcora.* Hactenus Priscianus, cum suis, tum Varronis verbis. Neque propterea existimandum, esse verum G. Nec enim γ in αἰλαγγξ sonat, ut γ: cum sequatur ξ, quod valet κ: γ autem ante κ non possit in eadem syllabâ pronounciari. Quare dicendum hic, ut N est adulterinum,

† De veteri pronunciatione linguæ Græcæ, cap. 53.

rinum, ita & G esse adulterinum. Hac de causa Germani, ac Belgarum illi, qui à Germaniæ lingua solum differunt dialecto, utramque literam scribunt, ut sonum hunc exprimant. Ut in **gesang**, quod iis est *cantio*: item in **lang**, quod est *longus*: **bang**, hoc est *anxius*: **streng**, hoc est, *severus*: **de long**, id est; *pulmo*: & similibus multis. Quod si populi isti sonum vocis *longus*, *angelus*, *Anchises*, exprimere vernaculo more vellent, sine dubio scriberent, *long-gus*, *ang-gelus*, *Ang-chises*. Et fortasse cum Latini, tum Græci, sic rectius scripsissent, quam quod unà hunc sonum literà se exprimere posse judicarunt. Quippe sonus auditur mixtus ex N, & G; sed fractis: ut ambiguus sim, rectiusne sonus is unius dicatur literæ, quasi sit ex duabus literis dimidiatis: an duplicis, quia quomocumque duarum auditur literarum sonus: vel etiam sequilitera, quia sic sonus est mixtus, ut interea, in hac literæ geminæ fractura, ex utraque plus quam dimidium retineam. Neque difficile fuisset figuram invenire huic sono exprimendo. Potuere enim Græci literæ N in summo addere lineolam jacentem, ut litera Γ integrè exprimeretur. Nempe hoc pacto N̄. Potuere item Latini in imo pro G addere semicirculum, hunc in modum, N̄. Sed de isto satis. Nec enim sum Claudius imperator, ut novas me literarum figuras inducere posse existimem.

C A P V T XXI.

Duplicem nullam Latinis aut Græcis literam esse; sed literarum compendium. Nigidius Figulus refugit X. Antisigma, Claudii inventum, cuius figuræ, & potestatis. Hebræorum eade nunc in T, nunc in S converti à Græcis, & Latinis: unde Sarra eadem, ac Tyrus. Attici veteres pro Ξ exarabant K Σ: idem fecisse Æoles: eorumque exemplo pro X scripsisse Latinos C S. Isidori lapsus de X. Quam antiquus sit figuræ Z usus apud Romanos. Latinis non ponitur X pro G S, sed tantum pro C S. Z in G mutatum. Γένος. Ποπῆαζις. Z non valere SS, sed DS. Σδδδς. Ζάδδδδ. Non idem omnino sonus hujus literæ Latinis, ac Græcis. Zmyrna, Zmaragdus.

AB hoc sono ex N, & G, misto, seu unam is, seu geminam constituat literam, ad illas venio, quas duplices esse, Grammatici consentiunt. Quales à Græcis statuuntur tres, Z, Ξ, Υ. Latini duas credi volunt, X, & Z: quibus nonnulli addunt I inter duas vocales positam. Verum sunt hæ tum Latinorum, tum Græcorum ædilitiæ quidem edictiones; sed sine populi, vel sapientum potius suffragio.

CIII

Cæt ita crederim, nisi quid te detinet, audi.*

* *Horat.*

Sic semper censui, in enumeratione literarum, nullum esse duplicibus locum, quoniam non convenit eis literarum definitio. Nam quod pro duabus ponitur literis, id non est pars orationis minima atque individua. Certè duplices non necessitate sunt inventæ, sed tantum ut velocius scriberetur: unde Fabius lib. 1 †: *Et nostrarum ultima X, quâ tamen carere potuimus, si non quæsissemus.* Eoque, ut ait Marius Victorinus*, *Nigidius in libris suis X literâ non est usus, antiquitatem sequens.* Quod si etiam compendia istiusmodi literarum dici possunt, tum sanè, ut de variis characterum nexibus, præsertim apud Græcos, nihil dicam, novæ quoque literarum fuerint, si hodie quis nomen figuramque fingat, quâ comprehendat BL, BR, CL, CR, GL, GN, GR, PL, PR, PS, &c. Nec opera, quæ in hac re excogitandâ poneretur, veterum careret exemplo; quando Claudius Cæsar invenit antisigma, quæ tantumdem valet, ac Græcorum Ψ. Vnde Priscianus lib. 1 †: *Hinc S præponitur P, & loco Ψ Græcæ fungitur, pro quâ Claudius Cæsar antisigma & hæc figura scribi voluit, sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare.* Porò quòd Græci finxerunt Ψ, id ex eo est, quia Hebræi haberent ψ, quod valet τψ. Græci autem non tam nota τψ τσ, quàm τψ τσ indigebant. Vnde pro ψ recepere Ψ, potestate paullum diversâ; sed non valde dissimili figurâ. Non indiguisse autem Græcos, vel etiam Latinos, τψ ψ, arguit, quòd in vocibus Hebræis ex ψ sive TS, vel solum T retinent, vel solum S. Vt ex τσ, Τσρ, tum est ΤψϞ, tum Sarra. Nam eadem Sarra ac Tyrus: uti poetis pro eodem sumuntur *Sarranum ostrum, & Tyrus murex.* Hujusmodi verò compendia quoque esse X, & Z, hoc ipsum comprobatur, quòd duplices appellantur, quodque antiqui simplicibus earum loco uti solent. Sanè Attici serò usurparunt Ξ; Æoles nunquam; sed loco ejus scribebant ΚΣ: E. G. ΙΕΡΑΚΣ, pro Ιεραξ. Longo quoque tempore imitari hunc morem Latini: atque aded etiam à nonnullis observatus est post Antoninorum imperium; quod ex vet. lapp. manifestum est. Quid quòd etiam in Longobardicis exemplaribus invenias DICSI, pro Dixit; & similia? Sed imprimis sententiam nostram juvat Isidorus, si verè scripsit, literam X Augusti demum ævo esse inventam. Verba ejus adfero: *X litera usque ad Augusti tempora nondum apud Latinos erat; sed pro eâ C, & S, scribebant.* Verùm fallitur sive Isidorus, sive Grammaticus is, quem secutus Isidorus. Nam, ut mittam monumenta ea, quæ tempore Jul. Cæsaris sculpsere, in ipsâ Duillii columnâ legitur ΕΧΦΟCIVNT, pro *effugiant.* Nec omnes tamen eo utebantur. Nam Nigidium Figulum, Romano-

† cap. 4. sive de Grammaticâ.
* lib. 1.

† cap. de literarum numero & affinitate.

rum, post Varronem, doctissimum, in libris suis refugisse, auctor est Victorinus. At Z quàm antiquum sit, argumento est, quòd Velius Longus scribit, inveniri id in carmine Saliari. Neutiquam igitur Romani tam serò duplicibus uti cœperunt, quàm nonnemo persuadere conatur.

Nec tamen ea res quidquam derogat sententiæ nostræ; quando sufficit, quòd veteres plurimum simplicibus uti soleant. Hinc enim jure colligimus, rectè eos sensisse, qui, Valerio Probo teste, X (par autem in Z ratio est) supervacuum esse tradiderunt. Verùm alius hic sese scrupulus offert. Nam passiva hæc Grammaticorum opinio est, X non CS tantum valere, uti nos dicebamus; sed nunc CS, nunc GS: ac pro utro ponatur, cognosci ex obliquis. *Dux* enim poni pro *ducs*, quia dicimus *ducs*: *rex* pro *regs*, quia obliquus ejus sit *regis*. Ita Martianus Capella lib. III, cap. de semivocalibus; Diomedes lib. II, cap. de literarum interrogatione; Marius Victorinus lib. I, cap. de literis; Priscianus lib. I, cap. de literarum numero, & permutatione: & è recentioribus, Iovianus Pontanus libro de adspiratione t. Verum si ex obliquo cognosci debet, pro quibus X litera ponatur, quid dicemus de *nix*, quod *nivis* facit? Præterea aut *rex* non est idem ac *regs*, aut malè ab omnibus profertur, ut *reccs*. Erroris fons & caput Grammaticis fuit, quod non cogitarent, C nominativi in obliquis mutari in mediam G, haut secus ac in compositione intermedium fit. Nam à *nec* & *ovium* est *negotium*; à *nec*, & *lego*, *neglego*. Similis est Græcorum lapsus, cum ξ interdum voluere pro κσ, γσ, χσ. Nam tantum pro κσ usurpatur: sed κ interdum mutatur in γ: ut, *πλέκω πέπλεγμαι*. Verum in obliquo *nivis*, à *nix*, nulla fit literarum mutatio. Nam rectus olim fuit *nivis* & *ninguis*, vel, ut prius scribebant, *nincuis*: quomodo & antiquitus dicebatur *nivere*, & *ningere*, vel potius *nincere*, ut alibi ostendimus. Sed ut evincant, X etiam valere GS, dicent, veteres pronunciasse, *regs*, non *reccs*: atque, ad hoc probandum, sufficere nobis debere, quòd sic scripserint. Esse enim aperta Marii Victorini * verba: *Nostri voces, quæ in X literam incidunt, si in declinatione earum apparebat G, scribebant G & S: ut, Conjugs, legs, & similia, per G, & S.* Hæc pluribus refellenda sunt nobis. Ac primum iis adverteatur, quòd antiquis rectus fuit hæc *conjugs*, hæc *legis*, vel *leges*; hic *regis*, vel *reges*. Quomodo pro *merx* Sallustius *merces* dixit, teste Charitio: & antiqui, Festo auctore, pro *fax* *faces* extulere. Imò ut antiquis *pax*, *rex*, similiaque, fuissent monosyllaba; *conjux*, dissyllabon: non tamen consequeretur, antequam X receptum fuit, talia iis per GS scribi solere. Nam veteres caruere literà G, ejusque loco

† fol. 3. b.
edn. Ald.

* lib. I.

loco semper C usurpabant : ut *pucnare*, pro *pugnare* ; similiaque. Cuius rei , præter veteres Grammaticos , columnam Duillianam testem superiùs adducebamus. Adhæc, ut aliqui scripserunt ea per G S, non propterea tamen probari debeat hæc scribendi ratio, nisi similiter illa extulere. At aliter sonuisse , inter cætera argumento est nobis , quòd in veteribus monumentis exaratum sit , *lucserunt*, pro *luxerunt*, etsi sit à *lugeo* ; eoque, si fides habenda esset Grammaticis, *lucserunt* scribi oportuerit. Quemadmodum & in iisdem lapidibus , *uxxor*, pro *uxor* repetitur. Item *conjunct*, *junctit*, *extinctit*, aliaque : perperam fateor, cum C in X contineatur : interea unde errorem hunc provenisse dicemus, quòd ante X, C exararent, non G; nisi quòd X, ut C S pronunciantur? Denique, ut & hoc iis demus, *dux* valere *ducs*, *rex* verò *regs* : non tamen, ut putarunt illi, una utrobique litera erit. Nam si C, & G, diversæ sunt literæ ; etiam duplex ea , quæ pro C S ponitur , diversa erit ab illa, quæ scribitur pro G S.

In Z similiter peccatum. Hoc multi hodie pronunciant eo pacto, quo à Gallis G effertur ante E, & I. Nec in Latinis solum is mos obtinet; sed etiam Græcis. Nam, ut Scaliger quoque monuit, Græci hodierni, cum mensem *Giunadi* volunt signare, scribere solent *ζιμαδι* : etiam *Αζιαντι*, hoc est Persam, vel Barbarum, *Αζαμ*. Imò apud antiquos etiam ea consuetudo habuit locum. Ostendunt hoc verba Martiani Capellæ : *Z à Græcis venit ; licet etiam ipsi primo G Græcâ utebantur. Nam ΓΕΤΤΜ dicebant, quem nunc Zetum dicimus.* Et contra *πλιθαζης* dixere, pro *πλιθαγης*, vel *πλιθαγης*. Quæ de voce ita apud Athenæum * scribit Dinon lib. III Rerum Persi- * Lib. II.
carum : *Εστ ἡ πλιθαζης ἀπὸ κελιδινῶ, ἢ πέλινῶ ὀπίδος, ἢ κωνιαίας σέφανῶ, καὶ οὖν κενεγραμῶ ἐν αἰῶ χερσῶ, ἢ αὐτῶ βασιλεὺς πίνει.* Est utò *posibæcis*, *ordeaceus panis assus*, atque etiam *triticeus* : *hederacea* item *corona ex cupresso* : *Ἔ vinum in aureo temperatum ovo*, ex quo *Rex ipse bibit*. Estque id nomen *Affyrium* sive *Chaldæum*, *ἄφρο*, quod leges apud *Danielem* cap. I, vers. 8. ubi exponunt, *buccellam* vel *portionem escæ*. Ex iis verò, quæ ex Dinone adduximus, liquet, non solum cibum notare, sed etiam coronam, & alia.

Non desunt, qui Z pro duplici S S poni existiment, quia in id crebrò convertatur. Sed si hoc argumentum firmum est : dici poterit, Z esse simplicem literam, quia veteres interdum, ut jam vidimus, in G mutarint. At quid absurdius sit, quàm contendere, Z sonuisse, ut G, quia in id Latini converterint? Nec igitur firmo nituntur tibicine, cum Z volunt sonuisse, ut duplex S S, quia Latini dixerint, *Atticisso*, *Sicilisso*, *patrisso*, quæ Græcis scribuntur per Z. Sanè quibus hoc argu-

M

mentum

mentum placet, quin A dicunt sonuisse, ut E, vel I; aut B, ut P? Nam & horum unum non rarè convertitur in alterum. Aliud quoque telum se offert, ad expugnandam hanc opinionem. Nam qui Z potest poni pro SS, cum diversa aded sit amborum pronuntiatio; ac duplex SS in principio vocis locum non habeat, Z habeat; ut in *zythus*, *Zacynthus*, *Zethus*. Imò nec ipsum literæ nomen pronuntiare possemus secundum hanc potestatem. Quæ cum ita sint, iis subscribimus, qui docent, Z scribi pro DS: ut *zythus*, pro *dsitus*; *Zethus*, pro *Dsethus*; *parrizo*, pro *parrisio*, &c. Iuvat eam sententiam, quòd Dores literas hæcè trajicientes, pro Z dicunt *ed*; idque cum in media dictione, ut *σεῖσσω*, pro *σεῖζω*; tum in initio, ut *σδυζός* pro *ζυζός*, & fortasse pro *Ζεύς* *Σδευς*; unde in veteri nummo à Goltzio adducto in thesauro rei antiquariæ, Σ Δ Ε Τ Σ Ε Λ Ε Τ Θ Ε Ρ Ο Σ. Nam in hujusmodi *μετάθεσιν* fieri, probari quoque potest testimonio Verrii Flacci, qui sensit, X à C, at Z à D inchoare. Sic enim de eo Velius Longus: *Verrio Flacco placet, (X, & Z,) miras esse, quoniam à mutis incipiunt, una à C, altera à D.* Quamobrem nec mirum, si *Æoles* Δ mutant in Z: ut *ζανυκτός* pro *Αἰνυκτός* †: *ζαβάειν* pro *Αἰβάειν*, unde *ζάβολος* pro *δάβολος* ‡. Quo & ufi Cyprianus, Hilarius, alii: imo Paullinus vix aliter umquam, quàm *zabolus* dicit. Simileque *zeta* pro *dieta*. At minùs etiam mirandum, si Latini Z, quod ex D, & S, conflatum est, nunc in D commutent, nunc in S. Priscianus lib. 1, extremo cap. de literarum numero: *T, & Z, tanquam modo ponuntur in Græcis dictionibus, quamvis in multis veteres hæc quoque mutasse inveniuntur, & pro T, V; pro Z verò, quod pro SS conjunctis accipitur, S vel D posuisse; ut fuga, murrha, pro Φυγή, μύρρα; Saguntinum, massa, pro Ζάκυνθος, μάζα; odor quoque δρόζος ἔζειν, Sethus pro Ζηθός dicentes, & Medentius pro Μεζεντιus.*

† *metu.*‡ *calumnians.** *in 8. An.*† *Inter opuscula Scaligeri posthuma.*‡ *lib. 1, cap. de positione.*

Meritò autem ambigat quisquam, idemne fuerit Zetæ sonus apud Latinos, qui apud Græcos. Disputat fusè hac de re Pierius * in Castigationibus Virgilianis. Verùm argumenta ejus pleraque valde sunt infirma: aded quidem, ut placeat iudicium Ios. Scaligeri, qui in diatriba de varia literarum pronuntiatione †, ait, Pierium nusquam fuisse *γαμμαλικώτερον*, magisque ineptum. Sanè non ex ævi nostri linguis, vel vulgari pronuntiatione, sive Latinorum, sive Græcorum, de natura Zetæ iudicium ferri debet; sed eo ex sono, quem germanum esse, cum optimi ævi scriptorum autoritas, tum validæ rationes evincunt. Hujusmodi est locus ille Valerii Probi ‡, qui non video, ut eludi possit: *In hac est aliquid obscurum, quod in Latina non est; quia illa dijudicatur, cui syllabæ inhereat; hæc autem ita duplicem efficit sonum,*

num,

nam, ut cui accommodata sit, ignoretur : ut, *Mezenti ducis exuvias*. Ergo illi errare noscuntur, qui hanc dupliciter scribunt. Hæc Probus, quem id velle opinor, Græcis *Mezenti* sic sonare, ut pareat, Z ad sequentem syllabam pertinere : at Latinos sic efferre, ut dubitari possit, ad priorinne, an posteriorem referatur. Interea nec hinc colligi, inquit, Zeta Latinis duplicem esse. Nisi fortè ex eo, quòd à nonnullis Z geminari, extremis verbis indicet Probus. Neque non video, eos hoc nomine inibi reprehendi : verùm planè judico, hoc eo consilio ab illis factum esse, quòd Z duplicem esse non putarent. Quosdam enim id negasse, disertim scribit Terentius Scaurus. At dementes erant, qui hoc inficiarentur, si sonus ipse in sermone Latino eos poterat redarguere. Fortasse & iccirco Grammatici Z non *αττῶς* duplicem esse dicunt ; sed duplicem esse, apud Græcos naturà ; apud Latinos, imitatione. Hæc mens videtur quoque fuisse Probi, cùm ait lib. 1, cap. III : *Z litera apud Græcos duplex est. Ita & apud Latinos invenitur : ut, Concomitorque Deum Mezentiis. Et, At medias inter cædes exultat Amaram.* Loquitur similiter Marius Victorinus lib. 1. *Syllabæ positione longæ sunt, si desinat in duplicem literam X : ut, Nox erat &c. si excipiantur à duplici litera : ut, Axe sub æthereo. Idem hoc & in Z : ut, Mezenti ducis exuvias : quæ apud Græcos duplex est.*

Non levem quoque suspicionem injicit, quòd in MSS. ac lapidibus, legere sit, *Zmyrnei*, pro quo in aliis, *Sdmyrnei* : ut ex veterum inscriptionum opere videre est. Imò apud Martianum Capellam * li-
 quidò legitur *Zmyrna* : ac, ne librarii culpam putes, ostendere eo nititur Capella, Z locum habere ante M. Nec *Zmyrna* tantum ; sed & *Zmaragdus*, in vet. monumentis non semel inveniri, Pierius rectè docet. Quare videri possit sonus ejus non multum abiisse à sono S : præsertim cùm & L E Z B I A in iisdem legatur pro L E S B I A. Hodiè sanè mollius etiam, quàm S, profertur. Nec eo istud dico, quòd hanc rationem scribendi approbem ; sed quia propterea verisimile fiat, fuisse inter illa similitudinem aliquam, quæ in errorem impulerit sculptores. Sed hæc suspicione tantum nituntur. Quare iis oppono, quòd Poëtis Z semper sit duplex. Seu igitur eundem planè, seu paulò alium, quàm apud Græcos, habuerit sonum ; justa ratio non est, cur Z è duplicium numero expellatur : quæcunque autem duplex est, eo ipso, quòd duplex sit, non esse litera cognoscitur.

* lib. 3. cap. de musu.

CAPVT XXII.

Consonas I, & V, nunquam fieri duplices, probatur. Refellit opinio Cæsaris Scaligeri, existimantis, in bijugus, & quadrijugus, antepenultimam corripi, quia ex sequenti syllaba; vel I, vel V, elidatur. Poëta vetus apud Tulliam emendatus. Consuetudo vetus geminandi I in peijus, reii, Caijus, Pompeii, & similibus. An Q sit duplex litera, quæsitum. Veteres scripsisse, aqa, equs, qis, & similia, absque V.

Videndum deinceps, recténe, an secus, duplicibus annumerent I, quando inter vocales medium obtinet locum. Mihi latæ culpæ rei videntur, atque hoc inde colligi posse arbitror, quòd nulla ratio fuit, cur hoc in I magis, quàm V consono, locum haberet. At V non fieri duplicem ex ejusmodi situ, ostendunt *ovis, avis, severus, juro, caveo, lavo, & sexcenta alia*. Imprimis autem eo hæc sententia refutatur, quòd *bijugus, trijugus, quadrijugus*, I ante I consonum corripiant. Maro x Æn.

Interea bijugis infert se Leucagus albis.

Ausonius epist. xi ad Axium Paulum:

Vel ciso trijugi, si placet, insilias.

Maro III Georg.

Cent im quadrijugos agitabo ad flumina cœurus.

Cæsar Scaliger cap. xii de causis L. L. argumento isti sic occurrit: *Maro verbum illud REIICE fecit tribrachym, extrito A, quæ fuerat in origine simplicis IACIO: quâ sublatâ, necessario in veterem vocalis naturam restitutum fuit I: quo exemplo etiam in BIIVGO, & QVA-DRIIVGO, idem evenit. Mens Scaligeri est, ut prima in Reice fit brevis, si, extrito altero I, dicamus Reice: sic primam in Bijugus, & secundam in Quadrijugus, fieri brevem, quia extrito V dicatur *bugus, & quadriugus, vel, si I ejici malis, bingus, & quadriugus*. Sed quod Scaliger credidit, parem esse horum rationem, id facile refellitur. Nam prior in reice invenitur porrecta, & sæpe invenitur: imò, si per geminum I scribas, semper longa est: contra *bijugus, & quadrijugus*, semper per I, & V scribuntur, nec ed minus penultimam semper corripiunt. Objiciat fortè aliquis Iambicos istos incerti poëtæ apud Tullium lib. i Tusc. Quæst.*

Vidi, videre quod me passa ægerimè,

Curru Hectorem quadrijugo raptarier.

Quomodo eos quoque adducit Fulvius Ursinus in collatione Maronis cum Græcis*. Sed non cogitavit vir doctissimus, veteres secundam

* In 2 Æn. p. 239.

In *Hætoris*, & similibus, produxiffe: quomodo idem Ennius alibi ait:
Hætoris nam de macro jactarier.

Alioqui, puto, vidiffet, verfu fecundo, trajectis primis verbis, legi debere:

Hætorum curru quadrijugo jactarier.

Dixerit aliquis, negari interim non posse, extra ista à *jugo* venientia, produci semper vocalem ante I duas inter vocales positum. At plerique ne illud quidem concefferint: & in his Pierius; ut qui probet vulgatam hanc lectionem apud Maronem in v *Æn.*

Ore reje.tancem, mistosque in sanguine dentes.

Etsi aliis in libris *eje.tancem* legi fateatur. Quomodo & in Macrobbii codd. exaratum. Et sine dubio id verius est. Nec propterea, quodd E producatur, in causa esse existimandum, quia I fiat duplex consona: sed potius, quoniam vocalis præcedens vel ut EI sonuerit, vel proxime ad hunc sonum accesserit. Nempe in hujuscemodi erat olim diphthongus; cujus & postea quantitatem syllaba retinuit. Nam, ut Priscianus * docet, veteres scripsere *eijus* (quod in veteri quoque inscriptione legitur *pijus, Majja, Pompeji*, Itaque Lucretius priorem in *eis*, & *reij*, producit. Dixit & Plautus Curculione act. IV, sc. Non ego nunc:

* lib. I, cap. de numero litterarum.

Is Summarum se vocari dixit, eij reddidi.

Item Epidico act. I, sc. I:

Trivolaverunt ad hostes. eum ille prognatus Theti

Sine perdat: alia apportabunt eij Nerei filia.

Utrobique eii omnino legendum, cum sint Trochaici. Par ratio illius Iambici in Cistellaria act. I, sc. II:

Feci ejus eii, quod me oravit, copiam.

Sed & hanc rationem scribendi à Julio Cæsare probatam fuisse, testari videtur Victor Grammaticus apud Priscianum libro primo. Imò Ciceronem quoque *aijo*, & *Majjam*, scribere solitum, cum è Velio Longo † discimus, tum è Quintilianii lib. I †.

† lib. de orat. † cap. 4. cuius lemma, de Grammatico.

Hæc qui ignorat, non metuet, priorem in *Cai* corripere, quia vocalis est ante vocalem. Verùm cum veteres dixerint *Cajus*, pro *Cajus*, & vocativo *Cai*, pro *Cai*; jure retinetur quantitas diphthongi. Martialis lib. XI, ep. xxx.

Quod peto da, Cai, non peto consilium.

Item lib. IX, epigr. XCIV:

Quod debes, Cai, redde, inquit Phœbus, & illinc.

Estque id ipsum in causa, cur etiam, cum *Caius* trisyllabum est, prima producatur: quod quater à Martiale eodem in epigrammate * factum. Inter alios est hic versus:

* lib. 9. epigr. 94.

* lib. 5.
epigr. 14.

Pervigi! in plummâ Caius ecce jacet.
Cui simile hoc ejusdem alibi * :

Post Caiumque Luciumque confedit.

Est enim scazon.

† lib. I de
syllabarum
natura &
connexione.

Itidem manifesto in errore versari deprehenduntur Marius Victorinus †, atque alii; qui V quoque duplicem fieri consonantem volunt, quoties in præteritis activis ponitur inter vocales duas: ut, *manavit, nequivit*. Nam quæ proxima est ab ultima, porrecta est, juxta præteritorum naturam; quæ tum in dissyllabis, tum polysyllabis, in syllabam *vi* delinentibus, producunt penultimam. Est igitur ea longa, non ob digamma sequens, sed naturâ suâ: eodem planè modo, ac fit in *ovum*; cujus prior longa est, non ob V, sed quia Græcè est *ὄν*: unde in *ovis* contra fit, quoniam est ab *ὄν*. Et sanè, si V in præteritis esset duplex, non dixisset Catullus † :

‡ Cæm. de
comâ Bernice.

Non, ita me Drvi, vera gemunt, juverint.

* anni
1481.

Quomodo legit Iul. Scaliger lib. I de causis L. L. cap. xxv, & lib. de Comicis dimensionibus, quem postea Epinomidi, seu septimo de re poetica inseruit. Item Valens Acidalius in divinationibus Plautinis; qui & Plautum sic locutum putat, ut infra dicemus. Magis tamen placet, *juverint*; quod reperio in antiquâ Regiensi *, & Ios. quoque Scaligero video arridere. Nempe offendit eos, qui mutarunt, præteritorum natura; quæ, si dissyllaba sint, priorem fere habent porrectam. Sed hac de re alibi. Ut ut legas, juxta eos, prima produci debuisset. Et cur in præteritis magis sit duplex, quàm in *uva, navis, vado, vivo*, atque aliis? ubi syllaba antecedens itidem porrecta est; sed non ob sequens digamma, verùm naturâ suâ.

Præterea si iis V in præteritis duplex videtur, docere debuerunt, pro quibus consonantibus poneretur: aut si id non potuerunt, nec alterum præfidenter adeo dicere debuissent. Quippe augendo temere duplicium numerum, haut implent munia sapientis; cujus, ut philosophi docent, est imitari Deum, ac naturam, neque multiplicare res frustra.

† cap. de
musis.

Quod si omnino tanta eos libido tenet plures constituendi duplices, aliam viam ingredi poterant. Ecce enim offert sese Q; quæ eo magis se inter duplices non recipi indignatur, quia magni viri hunc locum consonæ V longe id minus promerenti asserunt eant. Ac ne nullâ *Q* ratione subnixum putes, affirmat, si spectemus literæ potestatem, pariturum, se constare ex C, & V: quo nomine & duplicem, ac compositam appellatam ait Martianus Capella lib. xiiii †. *Constat, inquit, Q ex C, & V. Ideoque duplex, & composita dicitur.* Firmat idem

Dio-

Diomedes lib. II, cap. de literarum interrogazione: Q, ait, consonans muta ex C, & V, lueris composita. supervacua; quâ utimur, quando V, & altera vocalis, in unâ syllabâ junguntur: ut, Quirinus. Imò non tantum essentia seu potestatis ratione Q composita dici potest; sed etiam figuræ. Nam qui ejus in scribendo ductum considerarit, reperiet in eâ, quâ parte caudam trahit, ad literam C esse adjectum V, cujus pars una protrahitur, altera hiatum literæ compescit. Atque inde est, quòd in vet. codd. non raro alterum V, tanquam in Q contentum, prætereatur. Ita in iis legere est, EQVS pro EQVVS. Ac in antiquis etiam inscriptionibus interdum hic occurrit scribendi modus. De tota hac re illustris est locus Velii Longi, quem appono: De Q literâ questum est, & multi illam excluderunt, quoniam nihil aliud sit, quam C, & V: & non minus possit scribi Quis, per C, & V, & I, & S. Nam ipsa quoque nota, quâ scribitur, si modo nunquam literæ figuram spectes, ostendit, C esse & V pariter literas in se confusas. Ideoque nonnulli, QVIS, & QVA, & QVID, per Q, & I, & S, scripserunt, & per QA, & per QID, quoniam scilicet in Q esset C, & V. Ita Longus. Nec obstat, quòd Probus adversus eos disputat, qui SEQI in præterito scribebant à SECO, aut AQI ab ACVO. Nam in hisce ratio dispar: quia C ad aliam, quàm I, syllabam pertinet, contrà quàm fit in SEQI à sequor, aut nomine AQA, & similibus. Quibus hæc displicet sententia, eo se tuentur; quòd, si Q duplex esset, positione syllabam efficeret longam instar aliarum duplicium. Nos telum hoc velut amictu evitamus: nempe uno istoc, quòd, ut cæteræ liquidæ post quamvis mutam, ita V consonum post unum C sive Q, vim producendi syllabam amittat. Alii malunt respondere, V hic esse vocale. Sic sanè Diomedes ac Priscianus appellant. Imò hæc sententia videtur subnixâ Fabii ipsius auctoritate lib. XII, cap. x: Duras, inquit, & Q syllabas facit (sic legendus is locus) quæ ad conjungendas demum subjectas sibi VOCALES est utilis: alias supervacua: ut Equos, & Equum, scribimus, cum ipse etiam hæc VOCALES DVÆ efficiantur, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum literis non potest. Verùm si in QVIS (Velii Longi verbis utor) omnino hæc vocalis est V, procul dubio hæc syllaba longa esset: quoniam nunquam duæ vocales conveniunt, nisi ut longam syllabam faciant. Hæc, apud Grammaticorum sanorum collegia, pro causâ literæ sive duplicis Q adferre pretium operæ duxi.

CAPVT XXIII.

De tribus numerorum notis, quæ inter characteres literarum Græcarum antiquitus collocabantur.

Fortasse autem nondum omnes literas ad classes suas retulisse cuiquam videbimur, qui sciat, hodièque plurima exstare Alphabeti Græca, in quibus inter E, & Z, semper interferatur s; itèmq; inter Π, & P, G sive Kophe; ac post Ω semper Ϟ; quæ tria etiam Rabanus Maurus, quique post eum vixere, in suis ponunt alphabetis: aded ut admodum verisimile sit, vix esse annos sexcentos, quod pro XXVII characteribus tantum collocentur XXIV. Hæc inquam qui sciat, suspicari possit, superesse aliquot literas, quæ in vocalium aut consonarum numero malè à nobis sint omisæ. Sed frustra hic quemquam scrupulus pungat, cum tres isti characteres, non literarum fuerint symbola, sed numerorum. Nam s erat *ἑπίσημον* ἢ ἐξ ἀριθμοῦ *: cuius causa fuit, quod sexto collocaretur loco. Vel potius, quia ὁ apud Hebræos sexta est litera, eò senarium iis numerum significat: eorumque exemplo Latini quidem sexto loco collocarunt F, quæ si lineolam transversam adimas, figuram ἑ ὁ inverfam habet: Græci autem sexto loco posuere s, quod itidem senarium signat: nec multum ab eadem figurâ abit: Y verò, pro quo ὁ veteres Hebræi usurparunt, in extremum rejecerunt locum. Hæc de prima nota. Duæ superfunt: ex quibus Kophe sive *Αὐτάρκεια* fuit *ἑπίσημον ἐννεακόσια* †. Σαὶν Πι fuit *ἑπίσημον ἐννεακόσια* ‡. Illustris est hæc de re locus apud Bedam libro de Indigitatione: *Græci enim omnibus suis literis exprimunt numeros. Verum toto Alphabeti sui characterè in numerorum figuras extenso, tres, qui plus sunt, numeros, notis propriis, quæ ex Alphabeto non sunt, designant. Prima est s: quæ dicitur Epishemon, & est nota numeri VI. Secunda est G: quæ vocatur Kophe, & valet in numero XC. Tertia est Ϟ: quæ dicitur Enneacosia, quia valet DCCCC, quia enim Græcè novem Latinè, Enneacosta nongenta dicitur. Hæc tenus Beda. Plura qui his de epishemis volet, adeat animadversiones Eusebianas magni Scaligeri.*

* nota ac signum numerum senarii.

† signabat nonaginta.
‡ signabat nongenta.

CAPVT XXIV.

De literis à Claudio Casare inventis: quarum duæ erant, vau sive digamma Æolicum, & antisigma: tertia verò potestatem habuit unius ex Græcorum aspiratis.

* lib. XI
Annal.

AC forsitan ne nunc quidem nos classi suæ adscripsisse literas omnes existimabit, qui apud Tacitum * legerit, tres à Claudio literas numero

numero veterum esse additas, & quidem, ut Tranquillus * ait, tanquam maximè necessarias. Sanè est, qui ab eo literam nescio quam inventam putet mitigandæ literæ R. Sed eum decepit corruptus Vellii Longi locus. Est qui invenisse dicat diphthongum AI, quia frequens hæc in monumentis Claudii. Sed obstat, quòd eandem videre sit in monumentis, quæ multò ante Claudium fuerunt. Alii alia somnia adducunt. Quare ne quis iccirco ultro citroque inter dubitationis Symplegades jactetur; hæc quoque de re explicabo sententiam meam, quam altiori indagine feriatâ exquirent ingenia. Claudio animus erat, Romanos ditare iis literis, quibus carebant Latini, & utebantur Græci: quorum ille linguam tantopere amavit, ut & Græcas scripserit historias, & legatis perpetuâ sæpe oratione Græcè responderit, & amorem præstantiâque ejus linguæ omni studio sit professus: quemadmodum scribit Tranquillus †. Is igitur, ut V

consonanti figuram assignaret, ab Æolibus mutuatus est digamma hæc figurâ, ϝ . Autores Fabius ‡, Priscianus *, Capella †, alii, ac comprobant lapides antiqui. At I consonanti figuram non quæsit, quia etsi hæc literâ præter Latinos utantur Hebræi, Arabes, Armenii, Scythæ, Illyres, Germani, eâ tamen Græci careant. Factumque hoc existimat Iul. Scaliger ‡, quia (ut verbis ejus utar) *longiore semper tractu mererent in pronunciando, ipsoque in hiatu consisterent*. Porro Græci tres habent duplices, Ϟ , ϙ , Ϛ . Ac X quidem, & Z, usurpabant Romani ante Claudium. Supererat ϙ , quam expressit per geminum sigma, quod olim instar Latini C scribebatur: vocavitque antisigma, quia sigma utrumque sibi opponatur, hunc in modum Ϟ *. Priscianus lib. 1, cap. de literarum numero & affinitate: *Huic S præponitur P: & loco ϙ Græcè fungitur, pro quâ Claudius Cæsar antisigma hæc figurâ Ϟ scribi voluit: sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare*. Scribit hoc ipsum Martianus Capella †: sed de X quod addit, fallitur, cum ea jam fuerit tempore Augusti ‡: *Huic, inquit, literæ S Divus Claudius P adiecit, aut C, propter ϙ , & Ϟ Græcas, psalterium, saxa*. Superabant & Græci Romanos multis adspiratis, quæ sunt ϕ , χ , θ . Ac quidam sunt, qui figuram ϕ à Claudio inventam volunt. Probat hanc sententiam Iustus Lipsius *. Ac si probabilis ratio ei sit, lubens subscribam, vel ob summam viri autoritatem. Sed assensum sufflamini, quòd causæ nihil videam, cur figuram sive ductum Claudius Latio donaret, cuius nullus poterat esse usus. Quomodo certè risus sit Græculus ille, qui pro Fundanio dicebat Phundanium, inantè diximus. Neque mihi persuadere possum, eos dixisse *triumphus*, sed *triumfus*: nec phama (etsi sint, qui sic scribant, quia sit à ϕήμη) sed fama. Nam F quod

* in Claudio cap. 41.

† in Claudio.

‡ lib. 1, cap. 7. quod est de orthographia.

* lib. 1, cap. de literarum numero & affinitate. † lib. 3, cap. de semivocalibus.

‡ lib. 1 de caus. L. L. cap. 9.

* intellige Ϟ lineola per c & c ducta, ut una fiat figura: de quo inferius.

† lib. 3, cap. de semivocalibus.

‡ Mores Isidorus, ac comprobant lapides.

* In Tacit. lib. 11 Annal.

Græci ignorabant, molliùs sonabat, quàm Φ , teste Prisciano. Si tamen easdem litera fuerit, dicere conveniat, ob voces à Græcis acceptas figuram fecisse, quæ P H valeret, et si uti F pronunciarent; quemadmodum ex voce *Philosophia* cognoscimus, quam, quasi *Filosofia* scriptum esset, pronunciamus. Id si est, non ob necessitatem figuram hanc fecerit Claudius, sed ob luxum. Nec est, quòd, si hanc sequamur sententiam, accidentarium tantùm discrimen inter F, & V consonum, videatur. Nam aliter F, aliter V sonare, argumento sunt voces, in quibus utraque concurrat: ut *vafër, faveo, fovea, fulvius*, & similes. Olim verò longè etiam majus discrimen erat; quia V efferebant, ut Germani duplex W. Nempe pronunciabant, *winum, wallum, widua, wacillare*, &c. unde nostrum *wijn, walle, weduwe, waggelen*, &c.

Restant X, & Θ ; quarum alteram Claudius figurà Latinà donare potuit; certè potiùs, quàm Φ , debuit; cum utraque earum apud Latinos eodem modo sonet, quo apud Græcos; quamvis utraqùe caruerint antiquiores Romani; qui *pulcer*, & *Cetegus*, dicebant; non *pulcher*, aut *Cerhegus*. Hæc de re ita Tullius in Oratore: *Quin ego ipse, cum scirem, ita majores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, adpiratione uterentur; loquebar sic, ut pulcros, Cetegos, triumphos, Kartaginem, dicerem: aliquando, idque sero convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, se etiam mihi reservavi*. Vtram verò invenerit, video, & non video, tanquam in crepusculo constitutus: planèque hæc res eget Delio natatore, cum de eà altum sit apud veteres silentium. Interim illud commodè cadit, quòd, utra statuatur, ad literarum numerum ineundum parùm refert; cum utraque ad compendium quidem sermonis facere possit, litera verò esse non possit.

CAPUT XXV.

Colligitur ex antedictis, sexdecim numero literas esse apud Græcos. Dissertatum, an hæc sint eadem, quas Cadmus Phoenix in Græciam intulit. De Isidori vera lectione. Triplex ejus lapsus. Aristoteles defensus super eo, quod Z, & Φ , referat inter literas priscas. Y fuisse inter sexdecim Cadmeas, contra quàm Scaligero visum, atque etiam Isidoro. Cur Y dicatur Pythagoræ litera. Et cur græves vocentur aves Palamedis. Anfonio lux.

EX iis, quæ diximus hæctenus, quis sit literarum numerus, haut obscurè colligitur. Nam ut de Græcis primò loquar, paret, apud eos esse literas numero sexdecim: A, B, Γ, Δ, E, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T, Y. Verùm non levis disceptatio est, num hæc sint illæ ipsæ literæ, quas Cadmus in Græciam invexisse dicitur. Eædem esse non possunt, si verè

si verè Ifidorus libr. I Origin. cap. III : *Cadmus Agenoris filius Græcas literas à Phœnicæ in Græciam XVII primus attulit* ; A, B, Γ, Δ, E, Z, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T, Φ. *His Palamedes Trojano bello tres adjecit* ; H, X, Ω. *Post quem Simonides miles tres alias adjecit* , Ξ, Θ, Υ. Vbi pro *miles tres* (quomodo in antiquis aliquot codd. legitur) nonnulli corrigunt, *similiter tres* : quod ipsum in Mssis nostris invenitur : alii *Melicus tres*, vel, *Melicus similiter tres*, quoniam Plinio † quoque, ut mox parebit, dicatur *Melicus* : etſi in antiquis quibusdam Plinii libris, etiam veteri Parmenſi ‡, corruptè editum ſit *Medicus* : alii denique ex *miles tres* faciunt *Melicertes* : quia apud Suidam in Simonide, & Eufſtathium, legere ſit, *ὄψα * τὸ ἴδιον Μελικέρτην* dictum eſſe. Sanè quin vel *Melicus*, vel *Melicertes*, legi debeat, minimè dubitandum. Porro trifariam recedimus ab Ifidoro. Primum quòd exiſtinet, Cadmum XVI I literas in Græciam intuliſſe : quæ XVI tantum fuerunt. Deinde quòd ex Cadmeis literis eſſe putet Z, & Φ. Denique quòd T neget eſſe literam Cadmeam. Sed nec omnino hæ fuerint eadem, ſi verè Ariſtoteles, qui XVII I ſtatuit antiquas. Ita enim de eo Plinius lib. VII I, cap. LVII : *Ariſtoteles (vult) octodecim priſcas fuiſſe* , A, B, Γ, Δ, E, Z, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T, Υ, Φ. Vbi in eo cum Ifidoro convenit, quòd Z, & Φ, priſcas cenſeat : abit in uno, quòd T priſcam agnoſcat. Sed ut Z, & Φ, antiquæ ſint ; non tamen poſſunt paris eſſe vetuſtatis, ac ſexdecim illæ initio memoratæ. Conſtat enim ex Eufſtathio, Mario Victorino, atque aliis, veteres loco adſpiratarum conſonantium uſos fuiſſe tenuibus cum adſpirationis nota. Nec Z neceſſarium fuit, quòd ejus loco uſurpare potuerint ſimplices, è quibus conſtat. Quare exiſtimamus, ſexdecim illas, quas dixi, ſolas eſſe priſcas. Atque idem agnovit Plinius ibidem. En verba : *Utrique (volunt) in Græciam intuliſſe è Phœnicæ Cadmum XVI numero : quibus Trojano bello Palamedem adjeciſſe quatuor hæc ſignæ, Θ, Ξ, Φ, X. Totidem poſt eum Simonidem Melicertem, Z, H, Υ, Ω. Quarum omnium vis in noſtris recognoſcitur.* Sanè exentis octo illis, quas à Palamede, & Simonide, adjectas ait Plinius, ſupererunt iſſiſſimæ illæ, quas nos ſolas eſſe neceſſarias, oſtendimus. Idem ſenſit Georgius Cedrenus : niſi quòd is ſexdecim hæce non à Cadmo ſenſit inventas, ſed à Palamede. Quare non ſemel mirari ſubiit, Ariſtotelem Z, & Φ, inter priſcas reponere. Nec tamen culpæ facile herois illius ſententiam auſum. Dicam igitur, quid mihi pro tanto viro in mentem venerit. Cadmus, & Palamedes, pertinent ad tempus heroicum, quod Varro *μυθικόν* ſive fabuloſum vocabat. Nam fabulis putabat omnia eſſe involuta, quæ antecedunt primam Olympiadem. At Palamedes fuit tempore belli Trojani, cccc VII I annis

† lib. 7.
cap. 56.‡ anni
1476.

* ob ſuavitatem Melicertem.

ante primam Olympiadem. Cadmus autem Palamedem antecessit annis circiter ducentis quinquaginta. Aristoteli igitur sufficit prius vocare, quæ ante Olympiadas fuissent : quales statuit tum χ , quas Cadmo ferimus acceptas; tum duas, quas Palamedi assignamus : duas verò, quas præterea Palamedi tribuunt, tam antiquas negabat, sed Epicharmi credebat : de quatuor illis Simonidis conveniebat cum cæteris. Claruit autem tum Epicharmus, tum Simonides, temporibus Xerxis, ac Hieronis ejus, qui post Gelonem regnavit Syracusis. Nempe paulò ante Pindarum, ac Sophoclem : annis ante Aristotelem circiter centum & viginti. Certè non tam longum id spatium est, ut temporibus Aristotelis nesciretur, quas uterque literas reperisset. Scio, penè omnes hac parte abire ab Aristotele : sed hi & ætate posteriores, & doctrinà inferiores. Quare etsi vulgarem opinionem non damnem : tamen, cur minus fidei Aristoteles mereatur, quàm cæteri, non video.

Mirum verò, Iosephum Scaligerum in Animadversionibus Eusebianis putare, si χ potius, quàm χ Cadmeas literas statuamus, H adspirationis notam in iis fore, χ non fore. Nam χ est necessaria Græcis : H solum nota est densi spiritus : is verò non litera est, sed literarum, sive syllabarum verius affectio : ut Varro quoque, & Macer, senserunt, teste Censorino*.

* apud Priscianum lib. 1. cap. de numero literarum.

Objeçant, quòd χ dicatur Pythagoræ litera : ut in carmine illo, quod Virgilio tribui solet :

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni.

Atqui non eo sic vocatur, quia Pythagoras invenerit; verum quia solitus sit ejus figurà demonstrare discrimen inter virtutis, ac voluptatis viam. Hinc Persius sat. III.

*Et tibi, quæ Samios diduxit litera ramos,
Surgentera dextro monstravit limite callem.*

Nempe mysticum literæ reperit Pythagoras; non literæ figuram, quam sexcentis annis antè invenerat Palamedes : fortasse ex gruum volatu, ut ei apud Philostratum in Heroicis objicit Vlysses. Hinc sanè & grues Palamedis aves vocat Martialis lib. XIII, epigr. LXXV :

*Turbabis versus, nec litera tota volabit,
Vnam perdidideris si Palamedis avem.*

Sententia est : Gruum volatus, si unam è volantium numero exemeris, non amplius repræsentabit literam χ . Nisi potius ob ϕ , à Palamede inventum, grues Palamedis aves dici malis, quia etsi in volando referant χ , sive, ut Hieronymus scripsit, trianguli formam in volando efficiant : tamen singulæ corpore suo ϕ repræsentent : unde Ausonius

in

in Edylliis : *Hæc grævis effigies Palamedica porrigitur* ϕ. Negat vir maximus, in suis ad Eusebium animadversionibus, capere se mentem Ausonii. Ego autumo, poetam eò respexisse, quòd referat gruem unico pede insistentem, uti solet, cum excubias agit.

CAPVT XXVI.

Ex antea dictis similiter concluditur, novendecim esse literas Latinis.

L Atini verò, præter XVI illas Græcorum, tres habebant alias. Eæ sunt, F, Iod, & Vau; ut in universum sint, non octodecim, ut scripsit Capella*, nec illæ, quas is putabat; sed hæ novendecim: A, B, C, D, E, F, G, I, J, five Iod, L, M, N, O, P, R, S, T, V, ϕ five Va aut Vau. Ex his tamen postrema, cum ejus potestas fuerit apud Æoles (quibus à figura *digamma* appellari diximus) non immeritò alicui Græcis adnumeranda literis videatur, ut in universum sint eorum literæ XVII. Fortasse etiam erit, qui ut literarum numerum in arctiores, quàm factum nobis, cogat copias, neget ϕ, F, & Va diversæ esse potestatis, quia eodem penè modo ϕα, FA, & VA sonant. Sed alium in ϕα sonum esse, quàm in FA, indicat, quòd risus sit Græculus, cum pro Fundanio *Phundanium* diceret: ut ex Cicero- ne, & Fabio, supra retulimus. Nec eum esse sonum in ϕα, qui est in VA, indicat, quòd Æoles, cum ϕ haberent, tamen ϕ five digamma quaesierint. VA verò cum ejusdem credunt potestatis esse, ac F, fallit eos vulgaris, corruptusque literæ ejus sonus, cum pronunciari debeat, ut apud nos duplex W: quod multis comprobarem, nisi sufficere putarem, quæ hac de re ad Eusebium scripsit Scaliger, & libro de L. L. pronuntiatione adduxit Iustus Lipsius. Quippe ex nostra sententia V consonum, five Vau sonuit, ut in Germanico *Wijn, Wint*: nec aliter extulere Latini, *vinum, ventus*, quàm *winum, wentus*. At F erat flatus. Quomodo Germani pronunciant Latinorum *vinum*, quasi esset *finum*. ϕ sonuit, ut Latinum P, cum halitu. Nec enim flo, cum dico *philos*; sed tum in *ilos*, vocalem adspiro, ut sit *hilos*; tum ante spiritum P præmitto, ut sit *philos*. Ergo in *hilos* est halitus; in *philos* est P cum halitu. At in *filos* est flatus; in Gallico V; ut in *vin*, quod ex Latino *vinum*, est F infractum. Quippe V Gallicum multo propius accedit ad F, quàm ad Vau veterum. Interim aliqua in hisce omnibus affinitas fuit. Vnde & simplex halitus five spiritus in Vau abibat: ut *Eveni, Veneti*; ex *Helia* item, quod ab ἑλη, est *Velia*, teste Servio in VI Æn. Etsi autem hanc de novendecim literarum numero apud Latinos hæcenus, quod sciam, attulerit nemo: tamen & olim fuere,

quorum opinio non multum à nostrà discreparet. Hoc tum ea testatum faciunt, quæ superioribus capitibus dissertavimus, tum liquidò hic Diomedis * locus indicat: *Quidam, inquit, in Latino sermone decem & septem esse literas crediderunt. Siquidem ex viginti & tribus una adspirationis nota est H; una duplex, X; d.æ. supervacue, K, & Q; d.æ. Græcæ, Y, & Z. Item hæc Marii Victorini verba †: Literæ Romanæ ad imitationem Græcarum factæ, novas etiam habent, ut H, Q, V. utem superfluas quasdam videntur retinere, X, & K, & Q. Nam Y, & Z, propter Græcæ nomina additæ sunt. Nec dubitatur, his literis omnibus, absque sola V, remotis, Latine linguæ reliquas decem & septem posse satisfacere. Nam pro H, adspirationis notâ, ut Græci faciunt, poni posset F ‡, & eadem adspiratione completeretur. Nihilominus pro K, & Q, C litera facillimè haberetur. X autem per C, & S, possemus scribere. Sic & Z, si modò Latino sermoni necessaria esset, per D & S literas faceremus. Sed ut omnes, quæ usui traditæ sunt, recipiamus, sunt viginti tres. De Latinis, Græcisque, satis dictum.*

* lib. 2 in extremo capiti de litera.

† cap. de litteris.

‡ ita lego. ubi vulgo, F, & P.

CAPUT XXVII.

Hebræis primæ & sacerdotales literæ decem, juxta Irenæum. Feuardentius refellitur. Revera octodecim iis literas esse. Male literarum numero eximi vocales. Sapienter iis punctorum figuram tributam. Veterioribus Grammaticis solam esse undecim vocales. Veteribus cametz sonum habuisse ex A, & O, mixtum. Odom, Obel, Corbona. Antiquitus pneumatichas habuisse vocalium potestatem. Literas beth, gamma, dalet, à LXX, & Hieronymo, semper efferi spiritu tenui. Contra eos Phe, semper sonare; non Pe. Σίγμα à Samech, ut Σάβ à Sin.

HEBRÆI primitus decem fuere literis contenti, si stare in hac re licet B. Irenæo, lib. I adversus gentes cap. XLI, ubi sic scribit: *Antiquæ & primæ Hebræorum literæ, & sacerdotales nuncupatæ, decem quidem sunt numero. Quem in locum Franciscus Feuardentius, Theologus Parisiensis, annotavit, decem illas esse ab * usque ad †: atque eas primas & præcipuas dici, quia cæteræ ex illis, & ad earum sint similitudinem efformatæ. At cui persuaserit, literas sequentes esse effectas ex forma decem priorum? Præterea quis non videt, in decem prioribus quasdam esse, quibus carere potuerint; & contrà in duodecim sequentibus complures esse, quibus non potuerint carere. Nam immensa est vocum seges Hebræis, quæ sine posterioribus literis scribi nullo modo queant. Quare rectius Hermannus Hugo *, qui constare sibi negat, quæ illæ fuerint literæ.*

* lib. de scribendi orig. & literarum antiquit. cap. 4.

Sed

Sed quicquid est de illo Irenæi loco, si iudicium faciendum ex literis, quibus vetus Test. perscriptum est, fuerint Hebræis literæ octodecim; vocales quinque, ac consonantes tredecim. Nam non, nisi iudicio defectis, sententiam suam persuadent, qui vocales apud Hebræos literas esse negant. Sapienter quidem seu Masorethæ, seu alii, subtiliorem figuram dedere vocalibus, cum crassiores consonantibus veteres tribuissent; quia illæ quasi animam, hæ veluti corpus orationis referant: verum neutiquam video, quomodo hinc vocales non esse literas consequatur. Imò, si arguari liberet, dicerem, hoc ipsum eas, vel magis, quam consonans, esse literas arguere, cum subtilius non debeat crassiori posthaberi: animæque magis, quam corporis habenda sit ratio.

Neque plures, quam quinque Hebræis sunt vocales: utcunque Grammaticorum antiquissimi eas undecim statuerint: septem reges, cametz, patach, tseri, legol, chiric, cholem, schurec: ac quatuor puncta raptæ. Utcunque item juniores hunc numerum ternario auxerint, Chirek geminum faciendo, Kibbutz à schurec secernendo, & Cametz-charuph à Chatuph-cametz. Ita ut ex eorum sententia sint longæ quinque, quæ duum temporum: breves totidem, quæ totidem temporum: & quatuor brevissimæ, sive raptæ, quæ dimidii sunt temporis. Nam sive cum veteribus spectemus, quæ vocalium majoris sint usus, ac dignitatis, vel quæ prius repertæ; sive cum junioribus statuamus quantitatis discrimen: nihil horum est, quod ad literarum *ῥῶσαν* † *essentiam* pertineat: eoque ut pro illo discrimine accidentario non inutiliter plures, quam quinque, fecerint figuras; non propterea consequitur, plures ipsâ vocales esse, quum soni non sint *ῥῶσαι* diversi. Sed obijciunt, plures *ῥῶσαι* ipsâ sonos esse. Nam cametz, & patach, essentiâ differre, quia patach sonet A, uti cholem O: at cametz medium habeat sonum inter A, & O. Vnde & (quemadmodum ait Abraham de Balnes) figuram accepit compositam ex patach, & cholem. Nam lineolæ, quæ est patach, subjicitur punctum; quomodo cholem notatur. Ab hac etiam soni mixtura est, quod apud Iosephum legimus, *Ωδωμ*; apud Epiphanium * *Ωεηλ*: item & *Corbona* & *Corbana* inveniuntur. Imò Syris vocalis, quæ Hebræo cametz respondet, Odom nominatur. Sed hæc non efficiunt id, quod putarunt. Nam vel cametz alterutram notat vocalem, vel utramque. Si alterutram, simplex erit vocalis, ac vel A, vel O, sonabit. Sin utriusque est sonus, non jam simplex erit vocalis, sed diphthongus, quæ non litera est, sed vocalium comprehensio. De vocalibus latis.

Consonantes vulgò adsignant viginti duas. Quæ sententia pondus
ex

* *Sermone in festo Palmatum.*

ex eo accipere videtur, quòd Psalmi quidam Davidis, & Threni Ieremiæ, ac finis Proverbiorum Salomonis, hunc numerum observent. Sed jam antè ostendimus, ex numero characterum non posse iudicium fieri de numero literarum, cum figura accidat literis. Sic igitur statuimus, ex viginti duabus consonantibus sequeltrari debere quatuor pneumaticas, Aleph, He, Het, Hain. Nam spiritus non est litera. Item duas duplices, Zain, & Zade: quarum illa D S, hæc T S valet.

Neque Thau aliud est, quàm Teth cum spiritu aspero: ac proinde eadem ratio est ac in Græco T, & Θ. Vulgo quidem ajunt, literas ט, ת, vel tenuiter efferrī, per daghes lenē: vel aspirari per raphe. Sed LXX, & B. Hieronymus, priores tres ט, ת, תּ semper tenuiter efferrunt: tres posteriores טּ semper adspirant. Ita תּ est Θαυμῶν, *Theman*. תּפּוּ, Θεκυ, *Thecua*, ac similiter in aliis. Similiter iisdem Caph semper valet χ. Et Phe, nunquam iis φ, vel π: sed semper φ, sive P H. Imò Hieronymus, in Esaiæ cap. 11, ait eos, qui Græcis *Palæstini*, Hebræis vocari *Philistim*; quia *P literam sermo Hebræus non habet*. Atque idem iisdem verbis refert, Dan. xi, ubi de voce *Apadno*. Idem de Nominibus in Luca, ubi de Pilati voce agit: *Sciendam*, ait, *quòd apud Hebræos P litera non habetur, nec ullum nomen est, quod elementum hoc sonet*. Quæ satis ostendunt, ט, & Π, כ, & K, ה, & T, solùm spiritu differre: ut Græcis Π, K, T, differunt à φ, χ, Θ. Quod verò hodie aliter de literis ט, תּ, תּ sentiunt, puta, ut pro raphe vel daghes, aliter atque aliter proferantur, id à Masorethis est, non vetustis Hebræis.

Sed neque ט, si simplex est litera, שׁוּׁׁׁ differt à שׁ. Sanè LXX semper pro eo ponunt Σ: ut שׁוּׁׁׁ, שׁוּׁׁׁׁ, שׁוּׁׁׁׁׁ, שׁוּׁׁׁׁׁׁ, שׁוּׁׁׁׁׁׁׁ, שׁוּׁׁׁׁׁׁׁׁ, & similia. Aliquid tamen discriminis esse, non diffiteor. Nam, ut B. Hieronymus * ait, *Nos, & Græci, unam tantum literam S (hoc est, unius literæ S figuram) habemus. Illi verò (Hebræi) tres; Samech, Sade, Sin: quæ diversos sonos possident: Isaac, & Sion per S Sade scribitur: Israel per S Sin. Et tamen non sonat hoc, quod scribitur*. Idem Traditionibus Hebraicis in Genesin: *Pro stridulo Hebræorum Sin, Græcum Sigma, hoc est, Hebræorum Samech posuit*. Vbi clarè indicat, eundem fuisse sonum Hebræi Samech, & Græci sigma. Imò, ut inferius dicemus, Σίγμα est ex Samecha, A in I abeunte, more Syro. Et contrà Græcum Σάν ex Hebræo Sin. Quod tamen magis stridulum, ut ait Hieronymus, quàm Σ. Vulgo sanè, prout in dextro, vel sinistro cornu, punctum habet, diversimode efferrunt. Sed neque sic Schin pro diversa litera haberi debet; quia si spiritus litera non est, neque S H erit litera diversa ab S: sin litera sit, erit duplex, quemadmodum S C H, sive S J, quæ juxta eos altera est ξ ὀ potestas,

* *comm. in epist. ad Tit.*

stas, non literam, sed literarum comprehensionem esse, manifestum est.

Ex his quæ diximus de viginti duabus Hebræorum literis (tot enim vulgò faciunt) haut difficile cuiuis fuerit, ab erroris ignorantiaque diverticulo eos quasi reprehendere, reduceréque in rectam viam, qui viginti octo faciunt Pœnorum literas, aut viginti sex Æthiopum, aut triginta & duas Dalmatarum: de quibus, brevitatis gratiâ, plura addere supersedeo.

CAPVT XXVIII.

In literarum affectionibus male potestatem recenseri: male contra omitti ordinem, & cognationem. Quantopere vulgò in pronunciatione literarum a veteribus recedamus. Corippus emendatus. Quâ occasione Erasmus scripserit dialogum de recta pronunciatione.

VIdimus de naturâ ac numero literarum: agamus porrò de earum accidentibus: quæ cum Diomede t̄ vulgò statuunt tria; nomen, figuram, & potestatem. Verùm potestas non accidens est; sed forma essentialis literarum, ut antè ostendimus. Alterâ quoque in re apparet ejusce Grammatici oscitantia. Nam cùm primò dixisset, aliud esse literam, aliud elementum; illo figuram, hoc significari potestatem: post ait, potestatem quoque literæ accidere; quod si est, accidit ei elementum. Itaque secum pugnat Diomedes. Est & tertium, in quo idem damnari à nobis mereatur. Neque enim solum nomen & figura sunt literarum accidentia; verùm etiam ordo, & cognatio, atque affinitas. Nos cùm de veris, tum de iis, quæ falsò inter accidentia reponi diximus, paucis hoc loco disquiremus.

† l. 2. cap. de
litera.

In potestate literarum peccatur multifariam. De vario vocalium sono apud antiquos, non repetam, quæ suprâ diximus. B proferunt Germani, ut P; Vascones, ut V. Et sanè antiquus admodum hic error, cùm in vetustis lapp. ac libris eodem modo scribantur, *acerbus*, & *acervus*; *beneficium*, & *veneficium*. B enim ponebant pro V, & V pro B. Vtriusque exemplum in *vobem*, quod in Pandectis Florentinis ponitur pro *bovem*. Est in Cassiodori collectaneis de Orthographiâ libellus Adamantii Martyrii; quo ei propositum docere, quæ B habeant; quæ item per V scribantur. Et tamen non semel fallit, falliturque: ut cùm jubet scribere, *berna*, non *verna*; *besica*, non *vesica*; *balva*, sive *valvas* notet, sive *balbam*, ut apud Pers. *Balbâ de mare locutus*: & hujus farinæ alia. Pluscula ejusmodi è variis codd. collegit Radulphus

○

phus Fornerius, lib. IV rerum quotidianarum cap. XX. Sæpicule vero hujus rei ignoratione corrupti sunt veterum loci. Quod alibi ostendimus. Nunc tantum ponam locum Corippi, Africani Grammatici, lib. I de laudibus Iustini :

*Consensusque sui manifestans vota senatus
Creverat, orabat dominos, & poplite flexo
Plurima divinis supplex dabat oscula plantis.*

Vbi planè legendum, *Creber adorabat dominos.*

Spissus etiam error est, quòd hodie C ante E, I, Y, Æ, & OE, aliter sonat, quàm ante A, O, vel V. Quippe eodem modo efferimus *cella*, quò *seila*; *Cilicem*, quò *silicem*; *Cyrus*, quò *Syrus*; *cæde*, quò *sède*; *cæpi*, quò *sepi*. At C aliam habere potestatem, quàm S, tum uno ore docent veteres Grammatici omnes; tum ratione etiam evinci potest. Nemo enim, *Nes, dis, las*, ait, pro *Nec, dic, lac*. Adde quòd Græci pro C ponunt K, ut *Cicero*, κικέρων, & Latini pro K, ponunt: ut *Macedonia*, Μακεδονία. Etiam Thalmudistæ in vocabulis his *Cæsar*, Μακεδονία, *Oceanus*, & similibus pro C habent Koph. Falsum etiam huic literæ sonum tribuimus ante A, & O, quando S eam antecedit; ut cum *scapha* aliter pronunciamus, quàm si *skapha* scriptum esset; ac *scaron*, quàm *skaron*; *scopus*, quàm *skopius*; *scorpius*, quàm *skorpius*. Nam similiter hæc olim sonuere, ac apud Græcos, σκάφη, σκάζων, σκοπός, σκοπιόν. Par error, cum T aliter pronunciamus ante I finale, vel à consonante exceptum, quàm ante I, quòd altera sequitur vocalis. Sic aliter sonat T in *partium*, quàm in *parti*, vel *partibus*: aliter in *justitie* syllabà ultimà, quàm quæ ab hac proxima est. At Vau, ut semel iterumque diximus, sonuit ut duplex W. Neque hac parte tantum erratur in pronuntiandis Latinis & Æolicis, sed etiam Hebræis: apud quos sextum elementum tanquam Wau debet pronuciari. Nos vitiosè ita proferimus, ut penè sonet, quemadmodum F. Committimus & alios nonnullos errores; quos referre supersedeo, quia hanc rem in utriusque linguæ pronuciatione accurate persequuntur, cum Iohannes Chekus Anglus, Adolphus Mekerchus, Iustus Lipsius, Iosephus Scaliger †; tum Batavi duo, qui ante hos eam materiam tractarunt, Iacobus Ceratinus sive Hormanus, & Desiderius Erasmus Roterodamus. Ac Erasmus quidam quà occasione ad scribendum de rectà pronuciatione fuerit impulsus, paucis cognitum arbitror. Itaque visum hâc de adjicere, quòd in scheda quadam habeo, scriptà olim manu Henrici Coracopetræi, viri egregiè docti, doctisque per familiaris. Ea ita habet: *Andr. vi M. Rutgersum Reschium, professorem Lingue Græcæ in Collegio Buslidiano apud Lovanienses, mentem præ memoriæ*

† in diatriba de varriâ literarum pronuciatione, quæ extat inter opuscula Scaligeri posthuma.

præceptorem, narrarem, se habitasse in Liliensi pædagogio unâ cum Erasmo, plus minus biennio eo superius, se inferius cubiculum obtinente: Henricum autem Glareanum Parisi Lovanium venisse, atque ab Erasmo in collegium vocatum fuisse ad prandium: quò cum venisset, quid novi adferret interrogatum, dixisse (quod in itinere commentus erat, quod sciret Erasmus plus satis rerum novarum studiosum, ac mirè credulum) quosdam in Græciâ natos Lutetiam venisse, viros ad miraculum doctos; qui longè aliam Græci sermonis pronuntiationem ussarent, quam quæ vulgò in hisce partibus recepta esset. Eos nempe sonare pro Buita, BETA: pro Huita, ETA: pro auæ, AI: pro OI I, OI: & sic in cæteris. Quo audio, Erasmus paullo post conscripsisse Dialogum de rectâ Latini Græciæ sermonis pronuntiatione, ut videretur huius rei ipse inventor, & obtulisse Petro Alosteni, typographo, imprimendum: qui cum, fortè aliis occupatus, renueret; aut certe se tam curò excudere, quam ipse volebat, non posse diceret; misisse libellum Basileam ad Frobenium, a quo mox impressus in lucem prodit. Verùm Erasmus, cognitâ fraude, nunquam eâ pronuntiatione postea usum; nec amicis, quibuscum familiariter vivebat, ut eam observarem, præcepisse. In ejus rei fidem exhibuit M. Ruzgerus ipsius Erasmi manuscriptum in gratiam Damiani à Goes Hispani pronuntiationis formulam (cujus exemplar adhuc apud me est) in nullo diversam ab eâ, quâ passim docti & indocti in hac lingua utuntur. Henricus Coracopetræus Cuccensis. Neomagi. CIQ IO LXIX. pridie Simonis & Iudæ.

Videri hæc queant alicui non tam adjutum; quam oppugnatum ire causam nostram: quippe qui statuamus, optimo jure sæculo nostro immutatam esse vulgarem Græcæ linguæ pronuntiationem. Verùm cum Achillea sint pleraque omnia, quibus ab Erasmo, atque aliis, refellitur vulgaria isthæc loquendi ratio: neutiquam in animum inducere possum, quòd Erasmus eam retinuerit, nec amicos ab eâ deterruerit, id eò factum, quòd editi libelli pœniteret: verùm magis mihi verifimile fit, cum meliora videret, probarétque, deteriora tamen secutum: sive quia à puero sic loqui adsuevisset: sive quòd desperaret, suo se exemplo alios ad imitationem provocare posse: sive quòd loquendum ^{† veritatis} putaret cum vulgo, sapiendum cum paucis, ut præcipit τῷ ἀληθίῳ [†] Philosophus. Sed hæc quidem relinquamus in medio: ac, quia de potestate literarum pro instituto nostro satis diximus, nunc ad literarum figuras accedamus: quæ literis accidunt, uti & Nomen, atque Ordo.

C A P V T XXIX.

Pro gemino ii poni I longum. Quid Iota longum, & à Ansonio: & Plautio longa una litera. Veteres Græcos, contra quam visum viro magno, signasse

rūisse figuram lucræ V: & unde ea effūta à Latinis. Inscriptionem columnæ Farnesianæ non esse Ionicis literis, sed confusis ex Græcis, & Latinis. Terentius Scaurus corrigitur. Carvilius is, qui primis C & G distinxit, quando vixerit. Nihil opus fuisse V adscribi post Q. Perperam ex columnæ Farnesiana probari antiquitatem figuræ D, Latinis etiam F in usū fuisse pro H. Digamma F in metro non habitum pro consona. Veteribus Δ positum pro P. S non fuisse Græcis in usū, & unde hæc Latini figura.

Latini figuras literarum suarum acceperunt à Græcis. Quod satis lapertum in vocalibus, A, E, I, O. Ex his I duplex occurrit in monumentis antiquis: brevius, ut in PIVS: longius, ut in PISO, & OCIL. Longiusculo usi, cum I sonaret, ut EI, vel pro duobus II poneretur. Veiut, FECIT DE MANIBIS, id est, *manibus*. Et, DIS MANIBVS, pro *Dus*. Brevius in brevibus syllabis locum habet; cuius exemplum vidimus in FECIT MANIBIS, & MANIBVS. Interdum etiam invenitur in huiusmodi I longum: quod mirandum non est, quando in iisdem EI quoque reperitur: ut in vetustis Agrariis, & Iudiciariis tabulis, apud Fulvium Ursinum, SEINE, & QVASEI. Tum etiam in iis, quæ erant ancipitis intervalli: ut, SIBEI, VBEI. Addit vir doctus, LEITERAS. Sed in eo I semper producit à poetis. Atque ex his liquet, cur Iota longum vocet Aufonius Epigrammate † in Eunum:

† ep. 120.

*Quid, imperite, P putas ibi scriptum,
Vbi locari Iota convenit longum?*

Vbi per Iota longum figuram suspensæ designat. Unde sequitur, O T tibi sit obsecro. Nam O T, ex veterum more, de quo superius * dixi, vocat simplicem vocalem O: per eam verò signat laqueum, quia, quando is collo circumdatur, literam O refert. Suspendi igitur Eunum optat. Quemadmodum & Staphyla apud Plautum † suspendium signat, cum ait, se velle ex se facere unam literam longam. Nam omnino iis subscribendum, qui per eam literam Iota longum intelligunt, cuius figuram referunt suspensæ.

† *Anul.
act. 3. sc. 1.*

Putamus autem & quintæ vocalis figuram esse à Græcis: sed aliqua hæc immutatio facta. Quod Aufonium compulit, ut scriberet:

Cecropiis ignota notis ferale sonans V.

Miratur Scaliger, hoc Aufonium dicere; eumque refelli ait, tum Farnesianam columnam, in qua est MARTVS; tum nummo Augusti, in quo est, ATT. KAICAP ATTVCTOC. Verum cum Græci, libertate amissa, sub Romanorum degerent potestate, solent Romanas interdum literas Græcis miscere: unde, eas Græcas esse, minime conse-

consequitur. Sanè antiquiores caruisse figurâ literæ V, satis indicat, mystica illa Pythagoræ interpretatio, quæ soli figuræ Y convenit. Sed utcunque Græci non habuerint V, est tamen V ex Græco Γ factum, reciso scapo. Quod & Marius Victorinus docet: *Υ vero eodem ordine scriptum habemus, quo illi, recisâ tantum virgulâ iunctâ, sic, V.* Culpat propterea Marius Scaliger: qui contrâ putat, Y esse factum ex V, producto scapo. Nempe decepit eum scriptura Farnesianaë columnæ, quàm præcis Ionum literis exaratam esse, putavit: sed falsò, ut optimè Salmasio observatum.

Transéo ad consonas: ex quibus B, M, N, retinuisse figuras Græcas satis liquet: ut de K, & Z, nihil dicam. Sed & C, & G, facta sunt ex Γ rotundatâ. Nec mirum, si & C ex Γ esse dicamus. Nam veteres Romani C semper scripsere, ubi posteriores G. Quis primus distinxerit, retulimus supra ex Terentio Scauro. Sed vulgò apud eum legitur, G literæ formam esse à Spurio Carvilio. Vbi corrige, *Sp. Carvilio.* Nam Plutarchi sunt verba in *Quæst. Rom.* Καὶ ᾗ τὸ Κ πρὸς τὸ Γ οὐ γένοιται ἔχει παρ' αὐτοῖς. ὅψε δ' ἐχρήσαντο τῷ γράμμα, Καρβιλίῳ Σπεῖς πρὸς δὲ γόσι. Cognatio enim est inter C, & G: ac serò literâ G nisi capere, quæ reperta à Spurio Carvilio. Videtur is Carvilius ludum habuisse Grammaticum Romæ, circa annum 10 XL: ut qui libertus fuerit Spurii illius Carvili, qui anno Urbis 10 XIX, vel uno alterove pòst, primus Romanorum dimisit uxorem, sterilitatem caussatus: ut est apud Dionysium lib. 11 Antiq. Rom. Valerium Max. lib. 11, cap. 1, Gellium lib. 1V, cap. 111, & lib. XVII, cap. ult. item Plutarchum in Romulo, ac Numa.

Ex C verò, & V, est Q, ut superius dictum. Oecumenico errore à recentioribus, imò & penè omnibus antiquis (quod inscriptiones veteres indicant) post Q scribitur V, cum Q nihil aliud sit, quam C pinguius ob sequens V. Sanè si post Q geminam vocalem scribere visum, nihil fortasse Q fingere opus erat: sin Q ad soni pinguedinem indicandam adhibere placuit, V omnino in Q intelligetur, quia Q erit nota duplicis literæ C & V. Rectiùs igitur aliqui, *qa, qi, qo,* scripsere; quam alii, *qua, qui, quo;* cum in his V post Q redundet, ac sapiens naturam sequi soleat, quæ nihil facit frustra. Verùm hac de re aliquid quoque dicam, cum de nomine literæ Q disputabimus.

Quemadmodum C ex Γ rotundato factum aiebam: ita & D ex rotundato Δ effectum censeo. Aliqua igitur & hic diversitas. Ob quam Aufonius scripsit:

Non formam, at vocem Deltæ gero Romuleum D.

Scaliger in eo castigandum Ausonium dicit : ipseque nihil immutationis factum putat. Atque id probat ex Farnesiana viæ Appiæ columna : ubi legitur, O D E N I, pro ὀδενί : H O D O I, pro ὀδοῖ : H E P O D O, pro ἠρωδῶ, atque ita in aliis. Sed hoc eadem nititur ὑπερθεσ, quæ illud de V, antè nobis memoratum. Vetustatem autem figuræ triquetrae indicat, quod ab ea & insula Ægyptiis Δέλτα vocata, & tabellæ ejus figuræ δελτα nominatæ. Neque id Scaligero non occurrit : sed contendit, vetustiore esse figuram hanc rotundiore, quæ in usu Romanis. Atqui, ad eam vetustatem probandam, vetustiori fuisset illi monumento opus, quàm istoc, quod demum sub Marco & Pio Antoninis ab Herode Attico Rhetore fuerit extructum.

Sequuntur duæ, quæ omnino immutatæ permanserunt. Una est F. Nam eadem est figura Æolici digamma : & potestas proximè accedit. Altera est H, quæ magnam cum F convenientiam habuit. Nam dicebant, *Hædum*, & *Fædum*; *Hircum*, & *Fircum*; *Hariolum* & *Fariolum*. Vt in glossis, *Fariolus*, προφήτες, ἡεροκόπτες. Sed Attici quidem H usurpabant : at Græci alii utebantur pro eo F. Quin idem quoque interdum est invenire in MSSis Latinis. Vt *Faba* pro *faba*, *Fostus* pro *hostis*, & ita in aliis. Etiam in glossis bibliothecæ Palatinæ adseruatis, & Isidoro, aliisque manu exaratis, crebro id inveniri, testis locuples Cl. Salmasius, eruditis notis in Herodis Attici inscriptionem. Quid mirum? cùm figura τὴ H, ut Isidorus observat, conflata sit ex spiritu utriusque notâ : puta tenuis, quæ est I, & densi, quæ est F. Quærat aliquis, an rectè Latini notam ejusmodi pro denso spiritu usurpent, quæ utriusque spiritus notam contineat. Censeo, id potissimum Æolum exemplo fecisse, quibus communis est utriusque spiritus nota. Nam non solum scribunt, *Φελήνη*, *Φύλη*, sed etiam *Φοῖα*, *Φοῖν*. Pro denso tamen plura occurrunt. Ac ejus generis est versus ille, quem superius † adduximus :

† cap. 16.

ἄμμες δ' Φειρήσαντο, τὸ δ' ἄρ' ἔθετο μῶσα λίγεια.

† lib. 1.

Vbi, ut Priscianus † ait, est *digamma*, quod *Æoles in metro pro nihilo habent*.

Sequitur L, in quo paullum immutatur. Nam crura quidem Græci Λ remanent ; sed diductiora hic, ac præterea situs variat. P Scaligero placet fieri ex Δ, quomodo veteres scribere pro P. Nam Dionysius Halicarnassensis refert, se vetusta in æde sub Velia vidisse signa Deorum Penatium, quibus inscriptum Δ E N A S : hoc autem pro P E N A S positum ait. Quod si est, quemadmodum ex Δ rotundato dicebamus D factum : ita ex eodem Δ, pro Pposito, factum erit P, lineolâ

lineolâ rectâ deorsum deductâ. Mihi autem simplicius veriusque videtur, ex Γ esse P. Nec propterea alterum planè damnem. Nam & ex Græco P est R, itidem additâ lineolâ. In S Scaliger censet veterem figuram remanere; quia in columna Farnesiana exaratum sit, METAKINESAI, pro μετὰκινῆσαι: ESTIN, pro ἐστίν: KINESANTI, pro κινῆσαντι, aliaque id genus. Quemadmodum & in nummo Hadriani est, KAISAR SEMNOS ADRIANOS. Et tamen in eodem nummo est ΒΟΡΥΣΘΕΝΗΣ. Vt figura utraque in eodem conspiciatur nummo. Sed jam antè diximus, ex iis, quæ demum sub Cæsaribus exarata, non posse colligi figuræ ejus antiquitatem. Quamobrem potius censeo, S prius fuisse Σ, inferiori parallelâ omisâ. Prius verò Σ scripsisse, videtur colligi posse ex tabella, quæ in Apulia exstat, ac veteri est Opicorum linguâ exarata: ubi Scaliger legi testatur: ΤΕΙΒΑΣΤΑ, pro τῆ Βάστα. Nisi magis verisimile videatur, lineam illam parallelam vetustate extritam esse: de quo rectius judicabunt, qui eam viderint tabellam.

CAPVT XXX.

Vetus figura literæ Σ. Vnde figura nongentorum Σὸν ᾤ dicitur. Sigma pro stibadio, & porticu urbis Constantinopolitane. Figura antiqua literæ Υ: unde lux carmini de litera Pythagoræ. Item aliarum aliquot literarum figuræ à vulgariis discrepantes. Easdem Atticorum, & Ionum, figuræ fuisse: sed in eo fuisse discrimen, quòd Iones ὀτῶνας Atticos excederent. Vnde alphabetum xxiv literarum dicitur Ionicum. Simonidis Melici quæ patria. Aliter caprivos, aliter Samios dici literatos. Quo auctore, & quando Athenienses ὀτῶνας Ionum literas veteribus addiderim. Quæ dicta sūt Grammatica post Euclidem. Refellit Alex. Chronici conditor. Atticæ literæ pro antiquis. Cur Athenienses haut facile Samias literas receperint. Phœnicia literæ ab Ionibus immutata.

Literæ Græcorum ortæ sunt ex Phœniciis: uti argumento est, tum lordo idem, tum magna in plerisque figuræ similitudo: præcipuè in Β, Γ, Δ, Ε, Ο, Ρ, Σ: quod ita esse, liquebit conferenti literas Græcæcum Samaritarum literis, quæ eædem ac Phœnicia fuerunt. Quædam autem ex Græcis geminâ figurâ scribuntur: uti Σ, quod habuit quoque figuram semicirculi sive Latini C. Vnde Terentianus Maurus:

I similiter Iota credi, & C potest, quod Sigma sit.

Quin hodie etiam cum in vet. codd. tum imprimis in antiquis lapidibus,

pidibus, frequens comparet. Hinc quoque est, quod figuram eam, quæ nongenta significat, vocarint Σάν π̄. Nempe quia concurrunt in eo figura tum literæ Σάν, sed inversa, hoc pacto 3; tum etiam literæ π, quæ interius affigitur, hunc in modum, ut superius diximus, 9. Est etiam ea figura in causâ, cur stibadium (quod Laërtius * ἡμικύκλιον κατὰ κλίσην † appellat, ac Eudoxi inventum facit) sigma dictum sit. Ita locutus Petrus Chrysologus, cum alibi, tum ferm. xciiii. *Phuriscus veste clarus, primus in sigmae.* Et multò antè Martialis lib. xiv.

Accipe lunam scriptam testudine sigma.

Ita rectè legunt Cælius Rhodiginus, Lazarus Bayfius, Hadr. Iunius. Confirmat hanc lectionem illud in libello de regionibus urbis Constantinopoleos: *Porticum semitotundam, quæ ex similitudine fabricæ SIGMA Græco vocabulo nuncupatur.* Adolphus Mekerchus †, P. Ciacconius *, Fulvius Ursinus †, Guilielmus Baillius *, multique alii, volunt hanc literam, ob figuram ἡμικύκλιον †, arcui Scythico comparari ab Agathone Tragico * in Telepho. Sed falluntur, cum figura hæc ἡμικύκλιον C arcui vulgari; vulgaris figura Σ arcui Scythico similis sit: ut bene observatum Lipsio lib. de pronunc. L.L.†, & Scaligero ad Eusebium.

Nec T eam olim habuit figuram, quam hodie; quando nunc cornua ejus vel utraque recta, vel utraque æqualiter inflexa pinguntur. Olim verò unum erat rectum, alterum proclive, ac tamen præceps. Id cognoscere est ex veteri carmine, quod in Catalectis Virgilianis legitur:

*Litera Pythagore discrimine secta bicorni,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petii ardua callem,
Difficilemque aditum primum spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostendat iter via lata: sed ultima meta
Præcipitat captos, volvitque per ardua saxa.*

Sunt & aliæ Græcorum literæ, quas aliâ longè figurâ scriptas invenias in vet. lapp. & libb. Sanè in iis, Θ, Ο, Φ, sæpe pro figurâ rotundâ habent quadratam. Imò perpaucæ sunt, quæ non & aliter olim, quàm hodie fit, scribi soleant: quemadmodum quivis discere potest ex vet. monumentis, & præscarum literarum exemplo apud magnum Scaligerum in notis Eusebianis.

Quod si eundem Scaligerum audimus, aliæ erant figuræ, quibus veteres Attici; aliæ, quibus Iones uterentur. Sed non detrahenda fides Valer. Harpocrati: cujus hæc verba, non quidem in Aldina, ubi

* in Eudoxo.
† accubitus
semicirculari-
tatis.

† lib. de pronunciat. L. Gr.

* lib. de Triclinio.

† In Appendice de Triclinio, & in Collatione

Virgilio cum Græc. pag. 269. edit.

Plantin.

* lib. de

Græcorum

accentibus.

† semicirculari-

tatis.

* apud A-

thenaum.

† cap. 13.

ubi voces duæ desiderantur; sed prout in MSSis inuenere, Scaliger, & Mauffacus: Ἀττικῆς γραμμασι Δημοσθένης καὶ Νεαίρας, ἀλλ' ἔ παλαιαῖς· πῶς γὰρ ἔ εἰκοσιεσάρων συχρίων γραμματικῶν ὅφρα ποτὲ παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὐρεθῆναι. Θεόπομπῳ ἢ ἐν τῇ εἰκοστῇ ἀέμπτῃ τῶν Φιλιππωικῶν ἐπιθυρωρῶν λέγει τοῖς παρὰ τὸ βάρεθρον συχρίκας, ὡς σὺν Ἀττικῆς γραμμασιν ἐσηλιεύσθαι, ἀλλὰ τοῖς Ἴώνων. *Literis Atticis*, (dixit) *Demosthenes contra Neeram, pro antiquis. Quia ars scribendi vigintiquatuor literis serò ab Ionibus est reperia. Theopompus verò libro xxv Historiæ Philippicæ tradit, fœdera esse imita aduersus barbarum, quæ non Atticis literis monumento sint inscripta, sed Ionicis.* Vbi non obscurè nos docet, hoc discriminis fuisse inter Atticam, & Ionicam scribendi rationem, quòd Attici veteres solum literis uterentur XVI; iis nempe, quas Cadmus in Græciam intulisset: Iones verò literas usurparent XXIV, οὐτοῖς illis adjectis, quæ à Palamede, vel Epicharmo, ac Simonide Melico, additæ postea fuerunt. Hæc XXI litteris exarandi ratio fortasse Ionibus fertur accepta, propter Simonidem Melicum; qui, quatuor literis additis, Græcorum alphabetum perfecit. Nam is, ex quorundam opinione, Samius fuit; ut testis est Proclus apud Photium, & Tzetzes in Chiliadibus. Samus autem fuit generis Ionici: ut discit ab Herodoto scribitur libro primo. Vnum huic opinioni obduci potest; quòd multò plures & grauiores dicant, fuisse Amorginum: in quibus etiam Strabo. Amorgus autem una ex Cycladibus, vel Sporadibus insulis erat. Quare verisimilius videtur, eò Ionicum Alphabetum vocari, quia Samius fuerit Callistratus: qui Cadmeis sexdecim princeps sociauit octonas Palamedis ac Simonidis; ita ut ab eo Samii, à Samiis verò Ionum alii, quatuor & viginti figurarum usum didicerint. Callistrato, quam dixi, gloriam tribuunt Tzetzes in Chiliadibus Histor. CCCXCVIII, & Suidas in Σαμίων δῆμοῦ, ubi id ab Androne in Tripode traditum ait. Indèque idem Suidas, ac præterea etiam Hesychius*, faciem adlucent huic Aristophanis versui è comœdia Βαβυλωνίους:

Σαμίων ὁ δῆμος ἐστίν, ὡς πολυγραμμάτος.

Est Samia gens. Vt illa multilicera!

Ludit Comicus ambiguitate vocabuli πολυγραμμάτος. Quippe aliter Babylonii illi, è pistrino egressi, erant πολυγραμμάτοι; aliter verò Samii: illi quidem, quoniam frontem haberent literatam, hoc est, seruilium in modum literis inscriptam: hi autem, quòd non, ut Græcorum alii, solis XVI, sed longè pluribus, puta quatuor & viginti litteris uterentur. Primus verò, ut ibidem nos Suidas docet, Archinus Atheniensibus auctor fuit, ut Iones sequerentur. Factumque id archonte Euclide: hoc est, Olympiadis XCIV anno II. Favet huic sententiæ

tentiæ etiam Euripidis Scholiastes in Phœnissarum hæc verba, Σοὶ νῦν ἐμῶν κίσπιν· pro σὺ ἐμῶν. Vbi refert, necdum, Euclide Archonte, fuisse morem Atheniensibus, ut vocalibus longis, Η, & Ω, uterentur. Atque hanc per quatuor & viginti literas scribendi rationem vocarunt *γραμμάτικῳ** † μετ' *Ευκλίδω ὄντι* : ut videre est apud Plutarchum in Aristide. Propterea falli puto, qui tradunt, octonas illas demum receptas Athenis Olymp. xciv anno iv : ut est in Chronico Hieronymi Eusebiano : quicum convenit Cedrenus : ut qui dicat, receptas circa Socratis mortem, quæ in annum incidit i Olymp. xcν. Magis etiam deceptus Fastrorum Siculorum, sive Alexandrini Chronici autor, qui refert, ad Olympiadis xcvi annum iv, quo archon erat Demostratus. Sic enim ad eum annum scribit : *Αθῶν αἰὸς ἡξάωτο σοικείοις καὶ χρεῖσται, πρῶτον ἰσ' χρεῖσται. Athenienses incipiunt uti literis xxiv, cum prius xvi uterentur.* Sive autem Euclide archonte, seu bienio, vel etiam decennio post, xxiv literis uti Athenis cœperint : ea, quæ de xvi veteribus Atticorum literis diximus, satis ostendunt, falli summum, quem dixi, virum, cum censet, alias Atticorum, alias Ionum literas fuisse. Nec enim dicunt scriptores, alias fuisse Atticorum literas, ac Ionum : sed hoc solum dicunt, cum Athenienses prius xvi literis contenti essent, postea, Ionum exemplo, octo alias recepisse, ut in universum essent quatuor & viginti. Ergo xvi literarum, quas Cadmus intulit Græciæ, eadem figura erat & ante Euclidem, & post Euclidem : sed in eo discrimen, quod post Euclidem sexdecim suis addiderint duas longas vocales, Η, & Ω ; tres duplices, Ζ, Ξ, Ψ ; & tres adspiratas, Θ, Φ, Χ. Atque hæc vel unica, vel prope unica causa est, euf Harpocraton *Ἀττικὰ γράμματα* † exponat *παλαιὰ* † : uti & Hesychius facit : sed hic addit, *ἑτηχῶρια*, hoc est, *ρατῖα*, sive *vetmacula*. Nempe quia Athenienses, ut religionem, leges, agriculturam, & alia multa ; ita etiam literarum inventionem sibi vindicarent. Hac ambitione factum videtur, ut tardiùs Samiorum sive Ionum alphabetum reciperent. Nam ut Simonidem mittam, qui tanto antiquior Callistrato ; Aristophanes docuit Babylonios annis uno & viginti ante Euclidem ; ut Suidas addit, cum superiorem ex Aristophanis Babyloniiis locum citasset. Nimirum putabant Athenienses, honori suo adversari, quod qui prædicarent, se tot bona Græciæ, & in his literas dedisse ; ii nunc octonas à Samiis discerent. At vanissimè eos illud de literis à se inventis jactasse, certissimum est, cum eas acceperint à Phœnicibus : quemadmodum antè ostendimus ex Herodoto, Plinio, Plutarcho, Clemente, Hîdoro : ac similiter Philostratus in epistolis : *Ἔνα καὶ τὰ γράμματα· ἐκ Φοινίκης ᾗ ἦλθεν, Peregrina enim litera : nam è Phœnicia venire.*

* Grammaticam, quæ post Euclidem.

† Atticæ literæ.
‡ antiquæ.

venere. Item lib. 11 de vitis Sophistarum in Adriano : *Ἡξάλο γὰρ ὦδε Πάλιν ἐν Φοινίκῃς γράμματῶν*. Sic enim exorsus est : *Iterum è Phœnicia literæ.* Idem quoque legas apud Eustathium in Iliad. Ξ^* , & Euripidis scholiastem. Nec tamen eadem planè formæ Phœniciis, & Ionicis literis. Nam Iones cùm Phœnicum literas accepissent, ut Herodotus in quinta Musa ait, *χρόνῳ περὶβαίνοντι, ἅμα τῇ Φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸ ῥῥθμὸν τῶν γραμμάτων*. *progressu temporis una cum sono mutauere & literarum formam veterem.* Sed hæc mutatio non magna admodum fuit. Nam ibidem legas, *Ἴωνες ἀπὸ γλαβόντες διδαχὴν ἀπὸ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μετὰ ῥῥθμολογίας σφείον ὀλίγα, ἐχρέωντο.* *Iones cum literas à Phœnicibus didicissent, iis, paucularum formâ mutata, usi sunt.* Clarè ait, Ionas non nihil figuram immutasse : ut paulatim quidem literæ Græcicæ recesserint à figura, quæ in Phœnicia obtinebant : non tamen magna hæc immutatio fuerit. Et fortasse una Græciæ gens alterâ minis à Phœniciis literis abiit : ac sine dubio ipsi Athenienses non tantopere recesserant antiquis temporibus, quàm postea fecere : quomodo videmus, hodieque prope in omnibus populis seculo unoquoque paullulum abire scripturæ rationem ab antiquâ : quæ immutatio unâ, vel alterâ ætate non observetur, quia exigua admodum sit : attamen duobus, vel tribus seculis exactis, facillè possit à quolibet animadverti. Atque hac mente concedi possit, inter Atticam veterem, & posteriorem Ionum scripturam, aliquid etiam discriminis fuisse, præter majus isthoc, quod de veterum Atticarum xvi, Ionum xxiv figuris dicebamus. Sed de figuris Græcarum literarum satis.

CAPVT XXXI.

Judæis triplex literarum figura in usu. Hebræi non diuidunt voces. De mem clauso in mediâ dictione apud Iesaiam. Galatinus refellitur. Mosè iis usum literis, quæ nunc Samaritarum dicuntur : ac demum Esræ temporibus Legem & Prophetas cœpisse exarari literis Chaldaicis, quas nunc Hebræas vocamus. Antiquitas syciorum, quibus Sancta Hierosolyma Samaritanis inscribitur literis. Puncta vocalia esse à Masorethis inducta post annum Christi quadragesimum. Probatum id è Misna, Cabala, Keri, & Lxx. Item ex Oukeo, Ionachane, Aquila, Theodotione, Symmacho : & quando illi vixerim. Adhæc ex quintâ, sextâque editione ; item Origene, & B. Hieronymo, ejusque duobus magistris. Κεράια quid Evangelistæ Matthæo. Literas 118 signa vocalium fuisse, priusquam punctis merentur.

Iudæi triplici utuntur literarum figurâ : prima est, quæ illis *מַעְרֻבָּה* *me-rubba*, hoc est *quadrata* dicitur : & hæc excuduntur Veteris Instru-
 P 2 menti

menti libri. Altera in scribendo utuntur Iudæi Itali : estque ea , qua Rabbīnorum commentarii edi solent. Tertia est , quā Iudæi in Germania scribunt , & Germanicos etiam libros excudunt.

Quod ad primum figuræ genus , est id simplex : nisi quòd quinque transversim dilatentur : quinque item paullo aliter scribantur in fine , quàm principio , aut medio. Priores illæ sunt , **אָרְיָהוּ** : quibus utuntur , partim ad ornatum , partim ut verum impleant. Nec enim Hebræi vocem in scribendo dividunt : sed integrā semper voce terminant verum. At posteriores quinque sunt **אָרְיָהוּ** ; ex quibus quatuor producuntur in fine , hoc pacto **אָרְיָהוּ** ; una verò clauditur , **ו** , unde *mem clausum* vocatur ad discrimen mem aperti , quale in principio , aut medio , usurpatur. Attamen Ies. ix, 7. in medio legas mem clausum : nempe in **אָרְיָהוּ** *lemarbe*. Hoc plerique librarii culpā factum putant : cujus ignari posteriores figuram hanc superstitiosè servarunt. Alii per **ו** clausum malunt mysticè innui , quòd virgo Christum clauso utero sit conceptura : alii quòd sexcentesimo post anno adventurus sit Christus. Nempe quia **ו** finale sexcentos notat. Vide Galatinum lib. vii, cap. xiii, & xiv, Finum contra Hebræos lib. ii, cap. vii, Sixtum Senensem bibl. Sanct. lib. iiii. Priori sententiæ firmandæ idem Galatinus lib. iv, cap. xix, adducit , quod in libro **שַׁבָּת** *sabbath*, hoc est , de Sabbatho cap. **הַבְּנֵי** , *habbone* , hoc est , ædificans , disertim dicatur , per *mem* clausum signari rem clausam sive occultam. Verum nihil tale eo Talmudis capite legere est. Quodque ibidem de sexcentis annis ait Galatinus , id majoris pretii foret , nisi à prophetiā illā Esaiæ , quæ quarto facta est anno Achaz , usque ad Christi adventum in carnem , anni essent circiter **יָוֹ כַּסְל**. Nempe penè sesquifeculo ferrius , quàm dicant. Contrā Nehem. ii, 13 , **ו** apertum habes in fine vocis **הַ** , *hem* , hoc est , ipsi. Sed ex ora codicis cognoscimus , **ו** clausum substitui oportere. Nec quicquam mysterii latere , sed errorem esse librarii censeo , cū apud Iobum cap. xxxvi, 11, 1 , **ו** non productum reperitur in fine vocis **וְ** : etsi & hic ratiunculæ aliquid commentus sit Rabbi Selomoh.

Porro figuræ hæ , quibus vulgò utimur , diversæ sunt ab iis , quibus Moses scripsit Pentateuchum : Siquidem ille literas usurpavit , quas Samaritarum vocamus , ut superius * ostendebamus ex Hieronymi prologo galeato. Atque idem elucet ex illis ejusdem verbis in Ezech. cap. ix, 4 : *Antiquis Hebræorum literis , quibus usque hodie utuntur Samaritæ , extrema litera Thau crucis habet figuram*. Nimirum Iudæi in Babyloniam abducti , ut Chaldaicè didicerunt , ita characteribus usi etiam Chaldaicis : ubi autem in Iudæam reversi , pauci admodum veteres

He-

* cap. 9.

Hebræorum characteres noverant : eoque Efras coactus est iis Mosen & Prophetas literis describere Chaldaicis, quibus assueuerant. Nec absurda est eorum conjectura, qui arbitrantur, etiam ob odium Samaritarum maluisse his in patriâ uti, ut eâ quoque parte differrent à Samaritis, qui veteribus Hebræis uterentur. At ante captivitatem alias solitos usurpare, arguunt & veteres sicli; quibus יהושׁים הקדושה, *Ierusalem sancta*, inscriptum; sed literis Samaritanis: ut necesse sit, eos siclos, culos fuisse, priusquam à Nabuchodonosoro abducerentur in Babyloniam. Neque est, quod dicamus, esse hos nummos ab ipsis Samaritis, non Iudæis. Nec enim Samaritæ unquam nummis suis Hierosolymæ nomen, quod tantopere exosum haberent, inscripsissent: nedum eam *sanctæ* elogio exornassent. Fatendum igitur, literas, quas Hebraicas vocamus, esse veriùs Chaldæas: Mosen verò, & Prophetarum eos, qui ante captivitatem vixere, illis esse usos, quæ Samaritanæ dicuntur. Interea posteriores Hebrææ fuere analogæ literis veteribus, sive Samaritanis, ut Esdras optimè potuerit vocem voce, sine ullius literæ dispendio, reddere. Atque hoc sufficiebat, ut Scripturarum veritas facta tecta permaneret. Diximus de consonarum figuris.

At puncta vocalia, quibus in Hebræis hodie utimur, longè sunt recentiora. Sanè veteres ea ignorarunt. Vnde B. Hieronymus, Ier. xxv, ubi de voce לֵי, sic ait: *Vocales literæ inter כ, ט, ו, juxta idiomam lingue Hebrææ, in hoc nomine non ponuntur.* Valde autem eos ratio fugit, qui arbitrantur, Mosen istis Pentateuchum exarasse; vel Esdras saltem, & viros magnæ synagogæ, iis usos fuisse. Quippe apices isti demum inventi fuere à Iudæorum criticis Masorethis, hoc est מוסר, sive traditionis magistris, nempe משה בן עמרם, id est, Tiberiensibus; sive ita dicerentur, quia Tiberiade Palæstinæ schola anti-qua adhuc duraret: sive quia post desertam aliqui eò se Babylone contulissent: sive quòd alibi quidem viverent, sed Tiberiade eò confluxissent. Sanè Tiberiensibus, non Babyloniis, hujus inventi gloriam tribuit quoque Elias Levita*, ac contigisse id ait paulò post Talmud perfectum; hoc est, post annum æræ Iudaicæ ter millesimum nongentesimum octogesimum nonum; post dirutum templum secundum, cccc xxxvi: quod fuerit circa annum Christi 15. Hanc Eliæ sententiam secuti quoque Picus Mirandulanus, Reuchlinus, Munsterus, Fagius, Mercerus, Masius, & alii non exiguo numero: præ cæteris Capellus, qui fortiter, & ut fusè, ita eruditè hanc causam egit, opere eo, quod, nomine suo præterito, de revelato punctorum arcano inscripsit. Scio, multis aliud videri: in his Hugoni Broughtono †,

* Præfat. 3
libri Masoreth Hammasoreth.

† commentario in cap. 9
Danieli.

viro Hebraicarum rerum bene intelligenti : qui Eliam adversari suæ agnoscit sententiæ : sed ejus , eò minus rationem habendam existimat , qui , ut ait , communi ipsè suorum opinioni bellum indixerit. Sed enim plus diceret , nisi summi etiam viri in ea opinione Eliæ præissent. In his Rabbi Aben-Esra , in ויקרא , sive Elegantiarum libro : quem & testem laudat Levita. Attamen , quod plerique ajunt , demum post Thalmud exactum repertas esse , id malumus restringere ad מִשְׁנָה , *Mischna* * : quæ Thalmudis Babylonii pars est potior , & antiquior , & à Rabbi Iehuda יהודה † ex doctoribus seu Rabbinis paullo ante annum Christi ducentesimum constructa est. Si tum apicibus illis utebantur , cur nusquam patach , cholem , schurec , aliorumque punctorum vocalium nomina exprimunt ? Obducent aliqua ex גמרא *Gemara* , alterâ Thalmudis parte ; quâ ea , quæ difficilia sunt in libro *Mischnajoth* , deciduntur. Verùm negare non possunt , hanc congestam esse ex sequentium Rabbidorum commentariis , ac demum absolutam circa annum Christi quingentesimum. Nihil igitur id nobis adversatur : qui hoc solùm contendimus , temporibus B. Hieronymi , hoc est circa annum Christi quadringentesimum , necdum fuisse puncta vocalia in usu. At paullo post ejus excessum , vel saltem circa annum quingentesimum , repertas esse , lubentes , propter quædam *Gemaræ* loca , confitemur. Non leviter autem , quæ diximus , eo quoque firmantur , quod Cabalistsæ ex consonarum figuris mysteria sua eliciunt : ex apicibus vocalibus non item : cujus rei quam causam credamus , nisi quia eos à Masorethis , non Deo , vel Mose , aut Esra , esse statuerent ? Nec variantibus illis Scripturarum lectionibus in Thalmud relatis , posteaque magnâ ex parte ad oram Scripturarum appositis , quas *keri* appellant , quicquam diversi à *ctib* sive altera lectione inest , ratione vocalium , vel accentuum ; sed solùm consonarum. Vnde hoc , nisi quòd antiqui punctis minimè uterentur ? Aliter si esset , in his etiam variassent codices , cùm longè in his proclivior sit error. Nec LXX interpretes , qui fuere temporibus Ptolemæi Philadelphi , usi sunt libris , quibus vocalia puncta , vel accentus adscriberentur. Nam unde alioqui sit , quòd sic recedunt à punctis Masoretharum ? Nec ejusmodi codd. usus Onkelos , qui Chaldaicam מֵתוּרָא Pentateuchi condidit : sive paullo ante Christum natum , atque eo in terris agente , vixerit ; ut plurimum opinio est : sive , ut alii arbitrantur , sit idem ac Aquila Ponticus , qui seculo , & amplius , junior fuit ; ut mox dicam. Nec libri ejusmodi fuere Huzielis filio , Hillelis discipulo , Ionathæ ; qui Christi tempore fuit , paulloque post resurrectionem ejus adornavit Chaldaicam paraphrasin

* מִשְׁנָה ,
sive tradi-
tiones Pa-
trium.

† hakka-
dosch , id
est , sanctio.

raphrafin in Prophetas, tum priores, tum posteriores. Vt taceam de Rabbi Ioseph Cæco, cui adscribitur paraphrasis Chaldaica hagiographorum; verène, an secus, non disputo: uti neque de ætate, quâ vixit; cum alii anno demum quadringentesimo, alii multò antè vixisse existiment. De Onkelo, & Ionatha, illud solum quæram, si codices Hebræi, quibus uterque usus, habuere puncta: unde tantopere in vocalibus, & accentibus, discrepant à punctis, quæ Masorethæ addidere? Item unde est, quòd sic recesserit in tralatione sua Aquila Ponticus? qui ex gentili Christianus, posteaque Iudæus factus, cum Hebraicè didicisset, sub Cæsare Hadriano anno cxxix, Veteris instrumenti libros Græcè ita transtulit, ut verbum verbo redderet. Cur & sic recessit Theodotio Ponticus? qui sub imperatore Commodò, circa annum clxxx, postquam circumcisus esset, Hebræorum linguam edoctus, vertit & ipsè Sacras literas; sic ut cùm lxx plurimum conveniret, interque veteres ac novos medius incederet. Atque idem dixero de Symmacho; qui sub Severo, circa annum cc, eadem transtulit; sed ita ut non verbum verbo, uti Aquila, redderet; verum sententiam potiùs exprimere laboraret. Idem videre est, tum ex tralatione quintà, quæ Ierichunte in doliis inventa, sub Antonio Caracalla, anno cxxix: tum sextà, quæ Nicopoli juxta Actium reperta, sub Alexandro, Mammeæ filio, anno ccxxx. Iterum dicam, unde est, quòd usque aded à Masoretharum punctis recedant universæ tralationes istæ? uti cognoscere est è fragmentis eruditorum virorum operà collectis, quæ in editione Romanâ leguntur. Sic Iesaiæ ix, 5, ubi videmus, vocem מִסֵּרָה ab Aquila reddi *mensuram*, quam lxx vertunt *principatum*: B. Hieronymus ait, *Aquilam verbi ambiguitate deceptum*. Quod non potuisset dicere, si vocales fuissent adscriptæ. Nam מִסֵּרָה *Misra* est *principatus*: מִסֵּרָה *Mesra* est *mensura*: ut prope eadem vox sit Hebræis ac Latinis. Similiter Hofeæ c. xiii, 3, vocem אֲרֵבָה lxx reddunt *locusta*: Theodotio *καρποδόχον*, hoc est, *fumarium*. Causam hanc reddit Hieronymus: *Apud Hebræos Locusta, & Fumarium, eisdem scribuntur literis אֲרֵבָה, quod si legatur Arbe, locusta dicitur: si Aruba, fumarium*. Idem Ierem. xviii, initio: *Pro voca lxx, verbi ambiguitate decepti, lapides transtulerunt*. אֲבָנִים enim pro qualitate loci, & diversitate prononciationis, & organum, id est, voca signli vocatur, & lapides. Et Ierem. vi, *Satis eleganter in Ebræo verbum, quod quatuor literis scribitur res, ain, jod, mem, si legatur REIM, amatores: si ROIM, pastores significat*. Nempe רַעִים, *amatores*: at רֹעִים, *pastores*. Præterea apud Philonem, & Iosephum, de punctis altum semper silentium est: tum etiam apud antiquiores Patrum; quorum nulli puncto-

punctorum meminere; ne quidem Hexaplorum conditor Origenes; qui cum duabus posuisset columellis sacrum contextum, semel Hebræis, atque iterum Græcis literis, duabus his addidit columellas quatuor, versionem LXX, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: unde & *Hexapla* dicebantur. Nec magis meminit B. Hieronymus, qui de Hebræo transtulit tot Scripturarum libros. At si ejus saltem ætate codices Scripturæ ad morem Masorethicum puncta habuissent, alicubi id monuisset. Esto enim, ut ipse in ejusmodi codicem inciderit nunquam, saltem extare didicisset à Iudæis, quibus utebatur magistris: uti illo Lyddæo, qui primus habitus Iudæorum, ut refert præfatione in Iobum: & Tiberientis ille Legis doctor, qui & ipse Hebræis admirationi erat, ut apud eundem est præfatione in Paralipomenon libros. Idem in Sophon. III, 8; *Hebræus*, inquit, *qui me in Scripturis instituit, asserbat, ut in præfenti loco magis eis èn, hoc est, in FVTVRV M debere intelligi, quam IN TESTIMONIUM. AD enim, quod scribitur per literas v, & 7, & èn, & μαρτύριον, hoc est, & Futurum, & Testimonium intelligi.* Quid attinebat Hieronymum de isto à Iudæo moneri, nisi tum lectio fuisset incerta, eò quòd punctis necdum uterentur? Nam, iis appositis, tollitur ambiguitas. At, inquit, Hieronymus interdum apices nominat. Fateor, sed longè alio significato. Ut cum ait; *daleth, & resh apice tantum differre.* Vbi apex est summa illa lineola, quæ hæc literæ differunt. Nihilò magis per apicem punctum vocale intelligi debet in illo Matth. v, 18; *neque jota, neque apex.* Vbi Græce *κεφαλαία*, quali *corniculum* dicas: nempe eminens lineola in litera: quales videre est, non quidem in literis vulgariorum bibliorum; sed iis, quibus in Synagogis uti solent. Dixerit aliquis, si usque ad Masorethas Tiberientes scripsere sine punctis: incerta fuit lectio Scripturarum, cum multæ aded sint voces, quæ consonis conveniant, proque vocalibus divertis aliud & aliud significant. Sed enim quis nescit, etiam gentes Orientis alias solis uti consonarum figuris? Nempe legi quidem sine vocalibus nequit: sed legi potest, iis non expressis. Non adscriptis, solùm legere poterant Hebræicè scientes. Iis additis, legere etiam sciunt Hebræicæ linguæ ignari.

Præterea cogitandum, utcunque antiqui non habuerint puncta vocalia, ex literis tamen *ו*, quas *marres lectionis* vocant, potuisse vocales cognosci. Nunc quidem vocales in iis quiescunt: olim autem vocales indicabant. Vnde est, quòd B. Hieronymus eas vocales nuncupat. Ita epist. cxlv docet, pro *Hofanna* dici *Hofanna*, mediâ vocali elisâ: quia ab Aleph excludatur *iod*. Et epistolâ ad Euagrium de

de Melchisedec referre negat, utrùm dicamus *Salim*, quod scriberetur שׁלם, cum Iod; an *Salem*, quod scriberetur שׁלם, sine Iod. Et causam hanc addit, quòd *vocalibus in medio literis raro utantur Hebræi*, & pro voluntate locorum, atque varietate regionum, eadem verba diversis sonis atque accentibus proferantur. Idem in Traditionibus Hebraicis Genes. XIII, & שׁלם Ephron, cum I scribi, & שׁלם, Ephron, ablatâ I literâ, quæ, ut ait, apud Hebræos pro O legitur. Etiam Ierem. IX, 22, scribit, Verbum Hebræum שׁלם, quod tribus literis scribitur (vocales enim in medio non habet) pro consequentiæ, & legentis arbitrio, si legatur D A B A R, sermone significat: si D E B E R, mortem; si D A B B A R, loquere. His locis per vocales non aliud intelligere possumus, quam literas m. Ex quibus Iod loco vocalium poni solere, etiam sint argumento vox *Darius*, & *Cyrus*: quæ si Hebraicè sine punctis scribantur, & Iod, pro I, *Vau* pro V positum statuas; longè feliciter expriment *Darius*, & *Cyrus*, quàm si cum punctis legas, *Dariaves*, & *Cores*. Cæterùm Iod non I solum, sed E quoque signabat: ac *Vau* nunc pro O, nunc pro V ponebatur. Quid mirum? quando apud Latinos quoque hæc literæ operas quasi mutuas tradunt, ac subinde vicissitim commutant stationem: ut *Davus*, *Dævus*; *seruos*, *seruus*; *heri*, *here*; *Virgilius*, *Vergilius*. Vtrûmque etiam, & ratione, & autoritate, stabiliri potest. Itaque pudet pigetque eâ de re tantas esse digladiationes, tanquam pro aris & focis; dum alii hanc, alii alteram rationem scribendi amplectuntur, ac mordicus defendunt.

Quod verò ad vocalem A, sæpe ea colligebatur ex absentia r̄s Iod, & Vau: quandoque etiam per Aleph signabatur. Ut II Samuel. XII, 1; & Proverb. x, 4; שׁר pro שׁר, pauper: Neh. XIII, 16: שׁר pro שׁר, piscis: & alia aliis locis. Et sanè Aleph valuisset A, luculento sit argumento lingua Græca; ubi princeps litera hanc habet potestatem. At ΑΛφα esse ex *Alepha* factum, satis est apertum.

CAPVT XXXII.

Latini in appellatione litterarum prælati Græcis, & Orientis populis. De nomine vero Q literæ. Nomina vetera vocalium apud Græcos. Quæ γροι-
 νόλεν Φωνήεντα dicantur Pindaro. Veteres dithyrambici fugiebant E, I,
 & S. Σάν idem ac σίγμα: & unde utrumque hoc nomen. Τιρασμάχης
 Sophistæ epitaphium. Σαμφοροι. κόσπη. Differunt Κακπεφοροι, &
 Κοσπηλι. Κοπε. μῶ pro μῶ. Myracismus, vel moracismus. Capella,
 & Isidorus correctus. Refellitur eorum opinio, qui Y à veteribus, ipsoque
 Q Nasone,

Nasone, hya fuisse appellatum existimant. Quam recentia sint nomina punctorum vocalium apud Hebræos.

DE figuris diximus. Quemadmodum autem figuræ pro nationibus variant, ita & pro diversitate earundem varia sunt nomina literarum. Verùm cum simplicissimarum partium, simplicissimum esse nomen conveniat: rectius Latini nomen literis indiderunt, quod nudam exprimat potestatem (nisi quòd necessariò vocalis unica consonantibus adjicienda fuit) quàm nationes aliæ plurium syllabarum iis nomina imposuerunt. Ita primæ literæ nomen Latinis est A, Græcis Alpha, Hebræis Aleph, Chaldæis Olaph, Indis Alefu, Assyriis ac Phœnicibus Aluz, Saracenis Alchmon, Ægyptiis Athomus vel Athoin, aliisque aliter: quemadmodum Thesæus Ambrosius docet, suâ in Chaldaicam, Syriacam, Armenicam, ac decem alias linguas introductione.

De nomine literæ Q, non usquequaque recta est vulgaris appellatio. Nam cum Q scribamus, quoties eam V sequitur, cum altera vocali in eapse syllabâ; C verò utamur, si una tantum vocalis consequatur; cur non *Qu*, hoc est, *Quin* erit germanum literæ nomen? Nam in *Cu* non est audire genuinum sonum, qui est in *equus*; sed qui est in *cujus*. Neque iccirco essentia, sed accidente differunt C & Q; quia alioqui (ut supra quoque dicebamus) in *ango*, atque *anguis*, G non fuerit una litera, cum non pronuncietur utrobique uno planè modo. Nec ignoro, Scaligero videri, hoc quoque loco debuisse diversam constitui literam. Sed huic argumento jam superius occurrimus, cum diceremus, diversitatem eam soni non esse à literæ ipsius G, aut Q natura; sed sequentis literæ, cum in *anguis*, & *aqua*, post G, & Q, V liquescens consequatur; non item in *ango*, & *acus*. Aut profectò, quod dixi, responderi debet; aut fatendum est, Q esse è duplicium numero: quâ & ipsâ de quæstione abunde antea dictum nobis. At non video, quo pacto argumento isti obviam ire queant, qui semper post Q adscriptum cunt V: quandoquidem, hoc apposito, nihil superest præter C simplex. Olim quidem, ut supra dicebamus, non defuere, qui Q non literam putarent, sed notam duas in se literas continentem; verùm hi, teste Velio Longo, V præterito scribebant QIS, QID, QÆRET: pro quo alii, V retento, sed C servato, malebant, CVIS, CVID, CVÆRET.

Imprimis autem mutatio nominis contigit in literis Græcis. Nam veteres non Ε ψιλὸν dicebant, uti nunc fit, sed EI; neque Ο μικρὸν, sed ον; neque Τ ψιλὸν, aut Ω μέγα, sed Τ & Ω. De E & O probavimus supra. De T indicat hoc Terentiani Mauri:

Terentianus

Tertiam Romanam linguam, quam vocant Γ, non habet.

Hujus in locum videtur V Latina subdita,

Que vicem nobis rependit interim vacantis Γ.

De Ω argumento est hoc Ausonii :

Et suprema notis adscribitur Argolicis Ω.

Par consonantium ratio. Nam priisci pro *σίγμα* dicebant *σάν*, idque ab Hebræo Sin sive Schin, conuerso I in A, qui Syrorum mos. Herodorus lib. 1 : Τὸ Δωρίεες μὲν Σάν καλέεσσι, Ἴωνες δὲ σίγμα. *Quam litteram Doræ quidem vocant San : Iones autem Sigma.* Pindarus apud Dionysium Halicarn*. Πρὶν μὲν ἤεπε χροιολενῆ Φωνήεντα διθυραμβόν, ἐπὶ Σάν κίεδαλον ἀνθρώποι. *Prius quidem non recipiebant homines in dithyrambos iuceas exilesque vocales, & ad alterimum S.* Quem locum etiam Athenæus, sed paullo corruptius, citat in x & xi. Non incommodè tamen ex eo pro ἀνθρώποι legere possis *σὰν σωμαίων*. Ut sententia sit, Prius ab ore cecidit S adulterinum cum exilibus & tenuibus vocalibus : quales duæ illæ E, & I : non O, uti legere est apud maximum virum Casaubonum † : multò minùs A Doricum, quod Sylburgius ‡ credebat : quia nempe χροιολενῆ putaret dici litteras latiore oris diductione prolatas. Etiam Thraſymachi Chalcedonii nomen ita descriptum fuit epigrammate eo, quod monumento ejus inscriptum : ut ex Neoptolemi Pariani libro de Epigrammatis retulit Athenæus in x :

Τέννομα θῆτα, ρῶ, ἄλφα, σάν, υῖ, μῦ, ἄλφα, χι, οὔ, σάν.

Πατρὶς Χαλκηδῶν· ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Nomen theta, rho, alpha, san, y, my, alpha, chi, ou, san.

Patria Chalcedon : ars sophiæ studium.

Atque hinc est, quod equi, quibus literæ hujus figuram inusserant, σκιφοραί, quasi σάν φορῶντες, vocarentur : ut scribit Eustathius ad Iliad. κ. Nihil verò mirandum, si Græci, & σάν, & σίγμα dixerint, cum fecerint hoc Orientalium exemplo. Nam Hebræis geminum est S, Sin, & Samech. A Sin, ut diximus, est Σάν : à Samech est Samecha ; unde, vocali mutatâ, & præterea, trajectis consonis, est Sigma. Nec mirum, si geminum Hebræis S fuerit, cum non eodem semper modo S sonet. Nam quanto aliter S effertur in Belgico *salbe*, hoc est, *σημενιτ*, quam in Latino *salve*, hoc est *χαίρε*. Imò cum corruptè vulgò C efferamus ut S, in voce *cincimus*, priori loco alius S, quam in altera syllaba, sonum audimus. Et fortasse eo modo Hebræis olim *Sim*, & *Samech*, differebant : etsi paullo aliter vulgò distinguant.

Quemadmodum autem σάν pro σίγμα dixere; ita, si eundem Eustathium

Q 2

thium

* libro πρι
συνίστας ἐπι
μάτων.

† in Athen.
lib. 10, c. 21.
‡ notu in
Halicarnass.

* *Lingua
peregrinam.*

† *adversus
indolentium.*
‡ *Hic vero
habeat e-
quum Me-
dicum, vel
Centauri sa-
tum, vel
Cappopho-
rum.*

thium audimus, etiam *κῆπινα* pro *καῖπινα* dicebatur, *ἢ γλαῶσαν*, hoc est *τῶ ἀπεξενωμῶν Διφάκλον* *. Indéque equi, quibus K inustum, *κῆπιναίαι* dicti sunt, ut idem scripsit, itemque scholiastes Aristophanis in *Nubes*, & ante eos Hefychius. Sed de *κῆπινα* fugit eos ratio. Nam quibus nota K erat, dicti *καῖπιφόροι*; quomodo Lucianus *πρὸς ἀπαίδεον* † appellat: *Ἰππον* ‡ *κλήσκωλο Μῆδον*, ἢ *Κενταυρίδω*, ἢ *καῖπιφόρον*. At *κῆπιναίαις* signum *κῆπινα*. Hoc est *Κορθε*, prout veteres Syri nominabant, pro quo posteriores dixere *Κυρθ*. Erat autem *Κορθε* ejusdem potestatis ac Latinorum Q. ac in numero valebat xc: quemadmodum cum è glossis discere est, tum Mario Victorino lib. 1, & veteri Critico apud Bedam. Plura de eo Eusebianæ Scaligeri animadversiones.

Pro *μῦ* dixere & *μῶ*, ut testis Eustathius, initio commentarii in *Il.* 7: ut non improbem, qui, cum *μ* nimis condensatur, vocant *μοτασισμῶν*. Malim tamen *μυτασισμῶν*. Vulgo *metacisismus* vocatur. Atque ita legitur quoque apud Capellam lib. v, & Diomedem lib. 11. Sed *μυτασισμῶν* rescribendum. Vel, si id malis, *μοτασισμῶν*: ut est apud Isidorum lib. 1 Orig. cap. xx1. Atque hoc jamdudum in Oratoriis * monitum nobis.

* *lib. 4. In-
finit. Orat.
cap. 2.*

Etiam de litera *Υ* aliquid dicendum. Quidam enim scribunt, à vulgo *phyra*, à doctioribus *hya* appellari: eoque ita legunt apud Na-
sonem †.

† *Metamor.
lib. 10.*

Ipse suos gemitus foliis inscribit, & hya

Flos habet inscriptum funestaque litera ducta est.

Et sanè *hya* disertim habent hic veteres membranæ nostræ: *hya* quoque invenimus in editione Veneta anni *MDCCC LXXXVI*. Sed genuina lectio est, quam Aldus expressit,

— *Foliis inscribit, & AI AI*

Flos habet inscriptum.

Theocritus Idyllio x:

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐνὶ, ἔα χαρπὰ δάκνθ.

† *Et viola
nigra est, &
notū inscri-
pta hyacin-
thi. Simi-
liter Mo-
schus epira-
phio Hionii
vers. 6.*

Quem in locum ita Scholiastes: *τῶ δάκνθον φασίν, ὅτι ἔαμα-
τ & Αἰανί & ἀναδοθῆναι, ἔν Τροίᾳ μανέν*. *Διὰ τοῦ τῆτο ἔχειν ἐγγε-
χαμμήων, αἰ αἰ, τῶ δρχλῶν ἔονόμαί & Αἰανί & Διὰ τῆτο ἔν ἢ χαρπῶν
νῦν αὐτῶ ἐπειν.* *Hyacinthum ajunt è sanguine Ajacis productum, ejus, qui apud Trojam furore correptus fuit: ac propterea habere inscriptum, AI, AI, initium nominis in Ajace. Hinc igitur enim notis inscriptum dicit.*

Atque inde etiam lucem capit Maronis illud in *Eclogis*:

Dic quibus in terris inscripti nomina regum

Nascantur flores; & Phyllida solus habeto.

At

At T vocari *hya* nemo unquam veterum dixit. Neque etiam V est gemitus nota, quam foliis infcriptam fuiffe ait Nafō; fed, uti diximus, *ai ai*. De Græcarum literarum nominibus ifta fufficiant.

Accedo ad Hebræos. Vocalium appellationes vulgares, valde funt recentes. Nam qui ante ſex vel ſeptem ſæcula ſcripſere, ſolum nominant Cametz, & Patach: ac ſub Cametz comprehendunt Tzeri, quod appellant Cametz parvum: ſub Patach verò complectuntur Segol, quod Patach parvum nominant. Reliqua vocalium punctorum nomina ſolum in iis legas, qui circa annum Chriſti cxxccc, ac deinceps claruere. Cæterùm ipſa hæc vocabula ꝑ Cametz & Patach, funt à Maforethis, punctorum inventoribus. Priorès ut punctis omnibus, ita & illis artis nominibus caruerunt. Eaque ratio eſt, cur in univerſo Thalmude nullum vocalis nomen technicum legatur. Nec aliud eſt in cauſa, cur nomina earum vulgata non ſint purè Hebræa; ſed linguæ illius mixobarbaræ, quæ poſteriorum fuit ſæculorum.

Conſonarum nomina antiqua funt: ut arguit, quòd Iod à Chriſto nominatur apud Matthæum. In Veteri inſtrumento nullum reperias nomen. Nam de *tan* apud Ezechielem quod ajunt, valde falluntur. Verba prophetæ ſunt cap. ix, 4: *וְיִהְיֶה תַּן* *vehivvita tan*. Quod notat, *ſigna ſignabit*, juxta Aquilam; & Symmachum: qui *tan* vertère *ſignum*. Ac favet huic interpretationi etiam Ionathas, paraphraſtes Chaldæus. Theodotio tamen retinuit Hebræum *Tan*: unde colligi ſolet, literam ultimam intelligi debere, eaque ſignificari ſalutare ſoſpitoris noſtri myſterium. Sed metuo ne obſtet, quòd figuram quidem crucis videre ſit in Græco T, at non item Tau Hebræo, vel etiam Samaritano. De Samaritano aliter ſcio B. Hieronymus: cujus verba jam antè adduximus. Sed falſum fuiſſe ſanctiſſimum virum, ex Phœnicio cognoviſimus alphabeto. Eædem enim Samaritanæ, & Phœniciaæ literæ, fuerunt, ut ſuperiùs dicebamus. Vel ſanè dicendum, Samaritanum Tau duplicem habuiſſe figuram; unam, quam cernere hodieque ſit; alteram cui olim crucis fuerit figura.

CAPVT XXXIII.

Litteris etiam accidere ordinem, atque earum cognationem inter ſe. Quis naturalis ſit litterarum ordo. Quoties apud Hebræos conſonarum ſingulae in ſcripturis legantur.

ORdinem Prifcianus * non reponit inter literarum accidentia; * *lib. 3, cap. de accidentibus litteræ.* ſed ait, ſub poteſtate comprehendi. Verùm omnino hæc diverſa ſunt. Certè C in ordine eum apud Latinos locum obtinet, quem

Q 3

T apud

Γ apud Græcos; quæ tamen potestatem habent diversam. Ad ordinem pertinet, cur A primo loco constituatur; meliusne Græci Γ, an Latini C præmittant; rectene F ponatur ante G, cum constet ejus figura è duobus Γ; unde factum sit, ut H cum apud Latinos obtineat locum, quem apud Græcos ἦτα; ac similes quæstiones; de quibus, more suo subtiliter agit Cæsar Scaliger lib. I de Caussis L. I. cap. xxxviii. Multum verò ad talium noticiam confert collatio ordinis apud Latinos, & Græcos, cum eo, qui tum est apud Hebræos sive Iudæos, tum Phœnices, ac Samaritas.

Quod si ordinem naturæ in literis Latinis servare animus foret: primum jure dederim quinque vocalibus, A, E, I, O, V. Post vocales nomen ipsum indicio est sequi debere semivocales: sed illas, quæ scriptioni planè necessariæ: quales item quinque, L, M, N, R, S. Inde mutæ sequantur, non omnes, verùm sex illæ, quibus itidem carere non possumus, B, C, D, G, P, T. Tum consequantur literæ non necessariæ: primum vocalis Y; hinc consonæ, sed simplices, K, & Q: tum duplices, X, & Z. Vltimum locum obtinet H: ut quæ nec litera sit, nec literarum compendium, sed spiritus duntaxat.

Atque ex his nec difficile sit statuere de literis Iudæorum. Vulgaris autem ordo proponitur nobis sæpius in Scripturis: pluribus locis semel duntaxat, ut Psal. xxv, & alibi. At octies psalmo cxix: item sexies in Jeremiæ threnis: in universum autem uno & viginti locis.

Quoties verò unaquæque consona in Lege, Prophetis, & Hagiographis, usurpetur; cognoscere est ex Hebræis Rabbi Sadaïæ versiculis, qui hodieque exstant. Numeros eos notis barbaricis subjecimus.

א	4	2	3	7	7.
ב	3	8	2	1	8.
ג	2	9	5	3	7.
ד	3	2	5	3	0.
ה	4	7	5	5	4.
ו	7	6	9	2	2.
ז	2	2	8	6	7.
ח	2	3	4	4	7.
ט	1	1	0	5	2.
י	6	6	4	2	0.
כ	4	8	2	5	3.

ל	4	1	5	1	7.
מ	7	7	7	7	8.
נ	4	1	6	9	6.
ד	1	3	5	8	0.
ע	2	0	1	7	5.
פ	2	2	7	2	5.
צ	2	1	8	2	2.
ק	2	2	9	7	2.
ר	2	2	1	4	8.
ש	3	2	1	4	8.
ת	5	9	3	4	3.

Hæc curiosa nimis opera videtur: nec tamen penitus inanis est, quia nonnihil facit ad integritatem Scripturarum conservandam.

De

De cognatione & affinitate literarum hoc loco differere animus non est, quia de ea fusè agemus in Originum libris. Interea vide sis Fabium lib. I, cap. IV, cuius lemma de Grammatica, Priscianum lib. I, cap. de literarum numero apud veteres, Angelum Caninium in Hellenismi Alphabeto, Cæsarem Scaligerum lib. I de caus. L. L. à cap. XX usque ad XXXV.

CAPVT XXXIV.

Varij scribendi modi ad tria genera revocantur. Ægyptij sinistrorsum scripserunt, & unde eum morem acceperint. Rudior is scribendi modus est nostris. Βυσποφνδὸν γράφειν. Sic exaratae leges Solonis. Taprobanenses versum scripturi à summo deorsum procedebant: uti & hodie Indi. Ταροcon quid, & unde id nomen. Vtrum Gothi in scribendo Βυσποφνδὸν scripserint, sed prius ascendendo, hinc descendendo.

Non inutile verò, nec injucundum erit, si deinceps exposuero diversos scribendi modos. Nam & ea res ad Grammaticen pertinet. Variant autem modi illi trifariam. Primum pro motu locali, qui alius Hebræis, sinistrorsum scribentibus; alius Romanis, & Græcis, qui dextrorsum progrediuntur. Præterea variant pro ratione instrumenti, quo scribitur, ac materiæ, in qua scribitur. Alia enim scribendi ratio est, cum æri incidimus literas: alia cum in charta eas calamo pingimus. Denique diversitas est pro majori minorique notitia inter homines. Quippe alia ratio est obvia apertaque; alia non vulgo solum incognita, sed multis etiam eruditorum, & elegantium hominum ignota. Videamus primò de diversitate ratione loci, & ejus, unde, & illius, quò progredimur.

Modus is est quadruplex. Primus est à dextra sinistrorsum. Qualis Hebræorum, Chaldæorum, Syrorum, Arabum, multarumque aliarum Orientis gentium: etiam Ægyptiorum, ut testis est Herodotus in Euterpe. Hunc morem eos accepisse ab Hebræis, verisimile est: imò Herodotum hoc dicere, ait vir eruditus, Hermannus Hugo*: sed aut valde memoria me fallit, aut apud Herodotum de hoc silentium est. Est verò hic modus, ut cæteris antiquior, ita rudior atque imperfectior. Natura etiam animantium, contra quam hic fit, prius se movet dextrorsum: quomodo &, acturi aliquid, brachium non attrahimus, sed explicamus. Imò Hebræi ipsi, etsi literas componentes procedant sinistrorsum, in singulis tamen literis efformandis prius effingunt sinisteriorem, hinc dexteriorem partem. Huic modo alter successit. Nam morem quidem veterem hæcenus retinebant, quòd primò à dextra

* de prima scribendi origine.

fini-

sinistrorsum irent : sed ubi ad sinistram paginæ partem devenerant, inde, quia is se locus primò offerret, dextrorsum in scribendo recurrebant. Antiquissimis Græcorum hic mos placuit : atque id vocarunt *βασροφηδὸν γράφειν* *, quia lineas ducerent, uti boves in arando ducunt sulcos. Liqueat hoc ex Paulaniæ Eliacorum priori ; ubi narrat, ut Cypselidæ in memoriam arcæ, in quâ servatus erat Cypselus, dicarint Olympiæ arcam : ejus arcæ inscriptiones fuisse *γραμμάσι ποῖς ἀρχαίοις*, *litteris antiquis*, hoc est Ionicis : sed formam scribendi fuisse aliam, quæ *βασροφηδὸν* dicatur : nam, inquit, *δοτι ἔπειρα ἡ ἔπειρος ἔπειρος ἔπειρος ἔπειρος τὸ δὲ πρῶτον, ὡσπερ ἐν ἀράνῃ δρέμω*. *A superioris versus sine continuo fit versus ad initium sequentis, eâ ratione, quâ cogitur in dialogo*. Similiter Helychius *βασροφηδὸν*. *ἔτιως ἔλεγον, ἐπὶ ὁμοίως ποῖς ἀρχαίοις βῆσι ποῖς ἀντιγραφῆς ποιῆσι*. *ἔλεγον ἡ ἔπειρα ἡ γράφειν τρέπω ποιῆσι*. *βασροφηδὸν* dixere, quando *instar ananiam boium versusam quis facit*. *Dixere autem, quia eo modo scribitur*. Antiquitatem scripturæ ejus etiam ostendit, quod *βασροφηδὸν* exaratæ erant leges Solonis : ut auctor est Didymus : cujus de eo verba apud Harpocrationem habes, ubi explicat, quid sit, *ὁ κάτωθεν νόμος*. Eademque Suidas exscripsit, sed Didymi nomine præterito : ut observatum. v. cl. Joanni Meursio, Atticarum lect. lib. i, cap. xxii. Ex Latinis hunc modum refert Isidorus, lib. vi Orig. cap. xiii : *Versus*, inquit, *vulgo vocati : quia sic scribebant antiqui, sicut arantur terra*. *A sinistra enim ad dexteram primum deducebant stilum : deinde convertebantur ab inferiore, et rursus ad dexteram versus : quos et hodie rustici Versus vocant*. Mirum autem, quod nonnullis traditum, & ex his Naucleo generat. l. iv, Hebræos *βασροφηδὸν* progressos usque ad tempora Esdræ : eum primum instituisse, ut à dextra sinistrorsum scriberetur. Quod si est, immutandus sit ordo modorum, quos posuimus. Tertius scribendi modus est à sinistra dextrorsum : ut faciunt Græci, Latini, Germani, Illyres, alii. Quartus modus est, ut à summo in imum deveniatur. Quomodo incolæ Taprobanæ, quæ in Australi est Oceano, jam olim scribere ; teste Diodoro Siculo, penè extremo libro xi : *Γράφουσιν ἡ τὸς ἄλλους οὐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκλείνοντες, ὡσπερ ἡμεῖς, ἀλλ' ἄνωθεν κάτω καὶ γράφοντες εἰς ὄρθον*. *Scribunt versus non eos in transversum extendendo, ut nos ; sed à summo eos in imum recta deducendo*. Hodieque hoc scribendi genus obtinet apud Indos : ut proditum à Joanne Franciſco Poggio Florentino, in libb. de varietate fortunæ, ubi Indiæ mirabilia enarrat. De Sinenſibus idem memorat Nicolaus Trigaultius lib. i Sinenſis expeditionis cap. v. *Tapocon* hoc scribendi genus dicitur Græcis. Festus : *Tapocon Græci soliti sunt appellare genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus*. Si genuina hæc est scri-

* instar versus
sura boium
scribere.

scriptura (variant enim codd. MSSi) vocem hanc Græci acceperint à Phœnicibus Syris. Hebræis enim ^{הפח} hapach, hoc est, *vertit, convertit, evertit, subvertit*: cuius futurum ^{תהפוח} tahpoch, hoc est, *invertes, evertes, pervertes*; unde *tapocom*: quia cùm Phœnices sinistrorsum, Græci dextrorsum scriberent; utrumque facerent *βυσποφνηδὸν γεσφορτες*: hinc diverso ac perverso modo, non ad alterutrum latus, sed deorsum proceditur. Nec tamen hoc genus-planè ignorarunt Græci. Nam est in literis primis carminis ejus, quod *ἀκροσχης* à Tullio quoque vocatur in secundo de divinatione: *Tum verò ea, quæ ἀκροσχης dicitur, cùm deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur.* Atque addit, ita sententiam prætexi tum carmini Sibyllino, tum Ennianis quibudam.

Existimet aliquis, & quintum esse modum. Nam si, ut Græci, scribere non dextrorsum modò, sed etiam *βυσποφνηδὸν*; quid impedit, quo minùs scribatur, non deorsum modò, sed & redeundo mox sursum, itidem *βυσποφνηδὸν*. Rectè sanè: verùm si modos scribendi, quot quot afferri possint, producere animus sit; non jam quinque solùm fuerint, sed quatuor & viginti, quod pridem aliis demonstratum, inque his Hugoni Hermanno: sed nobis sermo de iis, qui sunt, vel fuerint in usu. At quintum illum nulla gens usurpat. Fateor de eo quoque refragari nobis Zuingerum lib. I, vol. IV: ubi ait, *secundùm longitudinem a summo ad imum, & hinc rursus ascendendo, veluti per spiras (quales Sol annuo motu per Zodiacum facere dicitur) scripsisse Gothos veteres in saxis vetustissimis, quæ etiamnum existens.* Atque hujus rei auctorem laudat Olaus Magnum, Archiepiscopum Vpialensem: qui hac de re agit lib. I, cap. VII; sed is quidem dicit, Gothos saxis solere inscribere res gestas: at illud alternis versibus nunc descendendo, nunc ascendendo fecisse, non dicit. Vti nec Ioannes Magnus: qui fratris sui, cui & in Archiepiscopatu successit, sententiam adducit, de Gothis lib. I, cap. VII.

CAPVT XXXV.

Manus pro stylo. Γλύφιον, cælum, cætes. *Stylus prius ferreus, exinde offensus; idque ob periculum, quia ferreo alii alios vulnerarent. Atque ut postea redierit usus ferrei, & simul periculum: cuius rei aliquot exempla.* Spongia deletilis. *Saxis & lateribus literas insculpsere, Hebræi, Babylo-ni, Phœnices, Græci, Romani, Cimbri. Etiam plumbeis laminis ad ean-rem usi: quæ improprè admodum Plinio volumina. Verius charta plumbea: quod male in Tranquillo damnat Gnilandinus. Lysimachi de ea*

R

locus.

locus. *Celenus in eo tralatio rejecta. Es quoque ad hoc usisparant: uno
& argentum. Ab ere deveniunt ad tabulas ceratas.*

Accedo nunc ad alteram divisionem : secundum quam vel inci-
dendo scribitur, vel pingendo. In priori duo spectantur ; instru-
mentum, quo literæ inciduntur, & materies, cui inciduntur. Instru-
mentum vel est naturale, vel externum. Naturale est manus : quæ &
ipsa interdum vicem præstat styli. Huc refer, quod Bell hazele, sive,
ut Græci vocant, Belthasare, ultimo Babyloniorum rege, epulante,
muro inscriptum fuit, **MANE, THECEL, PHARES**, hoc est,
numcravit, appendit, divisit, ut est Danielis cap. v. Proprieque magis
eo pertinet, quod Christus de adultera sententiam rogatus, pavimen-
to eam inscripsit, ut est Ioan. cap. viii. Etiam de captivo narrant,
ut cum penna & atramentum negarentur, unguibus ad ferinum mo-
dum succrescentibus, pro pennâ ; carbone autem salivâ vel urinâ
temperato epistolam ad amicos perscripserit. Externum instru-
mentum est stylus : qui primò ferreus fuit. Antiquissimi enim literas saxi
& lateribus insculpiere, ut postea dicam. Hoc instrumentum ut Græ-
cis $\gamma\lambda\acute{\upsilon}\phi\iota\omicron\nu$, sic Aufonio † dicitur *cælum*. Sed & *cæstem* vocant, ab
eadem origine. Nam ut à *tego*, *reges*, à *volo*, *voles*, posteaque *veles*, sic à
calo, *cæles*. Vnde patrius calus *calitis* & $\chi\sigma\gamma\eta\sigma\pi\lambda\omega$ *cælis*. *Cælis* vo-
cem habemus in veteri lapide apud Aldum *, & Gruterum ‡ : *Nam
neque hic atramentum, vel papyrus, aut membrana ulla adhuc ; sed malleolo,
& cæste literatus silex*. Legas & apud veterem Iobi interpretem cap.
xix. *Quis mihi det, ut exarantur in libro stylo ferreo, aut plumbi lamina, vel
cæste scribantur in silice?* Ita in MSSis & nostris, & aliorum, invenimus:
seque similiter in xvi suis reperisse, ait Lucas Brugensis. Neque
ignoro, in multis etiam MSSis legi *certe* : item in Complutensibus,
Stephanicis, Regiis, & Hentenianis, seu Lovanienlibus. Verum non
dubium, quin *cæste* scripserit interpres. Quam & lectionem tuetur
Casaubonus, in lib. vii Athenæi cap. xx, & Molina disput. in Tho-
mam. Ac retinet quoque Pineda. Porro ferreo hoc stylo usi etiam,
postquam non in saxo, sed ceratis tabellis, literas exararunt. Qua de
re sic Isidorus lib. vi Originum cap. ix : *Græci, & Thusci, primum fer-
ro in ceris scripserunt*. Postea, quia $\sigma\iota\delta\eta\rho\phi\omicron\rho\sigma\epsilon\iota\nu$ * non liceret, quo gladii
& pugiones vetabantur, graphiis ad vulnerandos alios abuti cœpe-
runt. Quin eo fine, ut alios vulnerarent, graphia etiam acquirebant.
Ita Antyllus quidam, teste Plutarcho in Gracchis, $\gamma\omicron\sigma\phi\epsilon\iota\omicron\iota\varsigma$ $\mu\epsilon\gamma\alpha\lambda\omicron\iota\varsigma$
 $\kappa\epsilon\upsilon\tau\epsilon\ \mu\lambda\epsilon$ Ⓞ, ἐπ' αὐτὸ πεποιθὲς λεγοµένους *magnis confossus graphiis, quos
eum in finem comparasse sibi dicebantur*. Propterea interdictus & graphii
ferrei

† epigr. 56.

* in Ortho-
graphia.
‡ Inscriptio-
num pag.
329. sed
vera vocali
cæste.

* ferrum ge-
stato non li-
ceret.

ferrei usus fuit. Quod pertinet illud ab Isidoro adductum : *Ceram ferro me cedito*. Iussi autem pro graphio ferreo uti osseo. Vnde T. Quintius Atta in Satyra :

Vertamus vomerem in ceram, mucroneque aramus osseo.

Charisius etiam in primo citat ex Varrone : *Osse scribebant*. Et illud ex Titinio :

— *Velim ego osse arare campum cereum.*

At postea iterum rediit usus ferrei styli. Hinc Martialis lib. xiv, epigram. xxi :

Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.

Si puero dones, non leve munus erit.

Sed rediit & tum periculum. Sic Cæsar, ut apud Plutarchum est & Appianum, sive, ut Suetonius † ait, *Cassii brachium arreptum graphio Cæsar trajecit*. Idem Tranquillus in Cajo † : *Cum discerpi Senatorem concupisset, subornavit, qui ingrederentur curiam, repente hostem publicum appellantes irruerent, graphiisque confossum lacerandum cæteris traderent*. Seneca lib. i de Clementia cap. xiv : *Erixonem, equitem Romanum memoriâ nostrâ, quia filium suum flagellis occiderat, populus in foro graphiis occidit*. Etiam B. Cassianum, cujus memoriâ Romana celebrat Ecclesia Idibus Augusti, apud Forum Syllæ scelerati discipuli graphiis suis confodere : ut Prudentius refert *Εὐσεφώνων* hymno ix, & ex eo alius prosa oratione apud Surium Tom. iv.

† in Iulio
Cæs. cap. 82.
† cap. 28.

Vti autem graphio sive stylo scribebant : ita in charta deletitia, (qualis palimpsestus Catulli, & Aufonii libri *litturarii*) ea, quæ scripserant, spongiâ debebant. Vnde Varro Modio :

Si displicebit tam tibi latum mare,

Tantum parato spongiam deletilem.

Materies, in quâ literas incidebant, fuere saxa, lateres, plumbum, æs. De saxis & lateribus notum ex eo, quod de Sethi duabus columnis superius † ex Iosepho adduximus. De lapideis Mosis tabulis mitto, † cap. 9. ut notissimum. Etiam Plinius lib. vii, cap. lvi refert, Babylonios, ac Phœnices, leges atque instituta sua inscripsisse coctis laterculis. Ægyptii itidem, ante papyri usum, notas suas hieroglyphicas insculpere saxis solent. Quod Lucanus nos docet lib. iii :

Nondum flumineas Memphis contexere biblos

Noverat : & saccis tantum volucresque feræque,

Sculpturaque servabant magicas animalia linguas.

Græcis quoque & Romanis saxa inscribi solere, satis indicant columnæ, & monumenta, quæ hodieque supersunt. Indeque Horatius lib.

iv, Ode viii : — *Incisa notis marmora publicis.*

Etiam Saxo Grammaticus in præfatione historię Danicæ locuples testis,

stis, Danos literis suis, quas *rumer* dixere, non in ligno modò, sed & cautibus, incidisse gesta majorum. De plumbo arguit illud antè memoratum è Iobi cap. XIX, 23, 24. *Quis mihi det, ut sermones mei exararentur in libro, & stylo ferreo in plumbi lamina?* Etiam Hesiodi ἔργων & ῥήματων in plumbeis laminis exaratorum meminit Pausanias in Bœoticis. Plinius quoque lib. XII, cap. XI, auctor est, post pugillares *Plumbeis voluminibus monumenta publica confici cœpta*. Vbi *volumina* improprie dixit, pro *laminis plumbeis*: quæ non voluntur, unde *volumini* nomen. Itaque proprie magis idem autor *plumbeas laminas* vocat lib. XXXIV, cap. XVIII. Ac similiter *lanelis plumbeis* literas incisas dicit Frontinus lib. III, cap. XIII. *Chartam plumbeam* appellat Suetonius in Nerone cap. XX. Guilandinus non dubitat hoc damnare in tam erudito scriptore, atque ait, non *chartam*, sed *papyrum plumbeam* dicere debuisse. Atqui papyrus est nomen materiæ, quæ planta est, non plumbum: charta verò dicitur ab usu: eoque & ex papyro, & aliunde fit charta. Ridiculè igitur dicatur *papyrus plumbea*; rectè *charta plumbea*: quomodo & locutus Lysimachus Alexandrinus: cujus quidem ætatem exactè dicere non possumus; sed antiquitatem tamen arguit, quod ejus meminerit Flavius Iosephus libro I adversus Apionem; ubi ex ejus historia Ægyptiaca fragmentum de Iudæis adfert mendaciorum plenum. Inter cætera memorat, ut Bocchoris, rex Ægyptius, Iudæos leprâ ac depetigine laborantes iusserit εἰς μολυβδίνους χαρτῆς ἐκδύσαντες, hoc est, *plumbeis chartis involutos*, in mare dari præcipites. Doctissimus vir, Sigismundus Gelenius, vertit *plumbeis laminis*. Rectiùs facturus, si cum Tranquillo chartæ vocem referret.

Pro plumbo, quod flexile, maluere postea æs. Cui acta publica incidere: ut testis est Dionysius Antiq. Rom. lib. X, Suetonius in Julio, & auctor historiæ Asmonæorum sive Maccabæorum lib. I, cap. VIII. Moremque hunc leges incidendi æri respexit Ovidius, cum I Metam. ait:

— *Nec verba minantia fixo*

Ære ligabantur.

Galli autem & argentea habuere monumenta publica; ut de iis autor est Tritthemius lib. I brevii Annal. Franc.

Præterea literæ incidebantur tabulis ceratis. Stylus, quo in cerâ usi, mucronem habebat ad literas formandas: in summo erat planus, ad aliquid delendum. Quod Horatio est *stylum vertere*, hoc est, delere, ut corrigas. Vtrumque usum scitè expressit Prudentius hymno IX, de Cassiano Martyre:

Inde

Inde alii stimulos, & acumina ferrea vibrant,

Quâ parte aratis cetera sulcis scribitur.

Et quâ scilicet apices abolerentur, & æquoris hirti

Rursus natescens invenitur arca.

Denique & literæ inciduntur pugillaribus gypso illitis; cui modo, eum hodieque notissimus sit, non est quod inlustam.

CAPVT XXXVI.

Calami Memphitici, Nilotici, Gnidii. Sinensium mos penicillo scribere è pilis leporinis. Primo in mal'væ & palmæ foliis scriptitatum. Plinii lectio veritas defensâ. Vtrum mal'va, an palma, scriptioni aptior. Οσφρακισμός, ἐκφυλλοφύσεως, πετρελισμός. De hoc ab Henrico Stephano recessum. Liber quid propriè. In tiliâ sem philyra olim scriptum.

HActenus de literis incis. Sequitur de pictis. Vbi spectantur tria: instrumentum quo pingitur, materies in quâ pingitur, & materies quâ pingitur. Ac instrumentum quidem fuisse arundine calami, postea verò avium pennæ. Calamorum optimi habebantur, qui crescerent juxta Memphim, Nilum, vel Gnidum. Plinius lib. xvi, cap. xxxvi: *Calami Aegyptii maximè, & Gnidii, chartis scrivunt.* Martialis lib. xiv, Epigram. xxxviii:

Dat chartis habiles calamos Memphitica tellus.

Niloticus calamus celebratur Appulejo lib. i Met. Ausonius similiter *Melonis paginam*, vel potiùs *siliam* * dixit. Nam Nilus olim Melo. De quo in Institut. Oratoriis diximus. De pennâ est hoc Iuvenalis sat. iv:

— Tanquam & diversis partibus orbis

Anxia præcipiti venisset epistola pennâ.

Sententia poëtæ est, tantos esse animorum motus, ac si epistolâ celeri nuncius Romam apportaretur de provinciæ alicujus rebellione. Vt certissimum sit, eos falli, qui pennæ nomine columbam credunt signari, aut aliam avem literarum portatricem. Porro cum nunc pictores solum penicillo utantur: apud Sinenses etiam in scribendo usus est penicilli, quem atramento tingunt: soletque is esse è pilis leporinis, ut auctor est Nicolaus Trigaultius Expedit. Sin. lib. i, cap. xiv.

Materiem, in qua pinguntur literæ, initio arbores, hinc quadru-pedia, postea & lintea præbuere. Ex arboribus huic rei primò folia intervierunt, postea libri, sive interior corticis tunica, postremò &

R 3

tabulæ

* *Filiam pro Paginam rescribi apud Ausonium debere, monnus in Commentariis Institat. Orat. lib. 4. cap. 11. sect. 5.*

tabulæ dolatæ. De foliis indicio sunt, quæ de Sibylla tradit Maro *vr* Æneid. Folia hæc præcipuè fuerunt palmarum, & malvarum. De palma testis Plinius lib. *xiiii*, cap. *ii*. De utraque Isidorus lib. *vi*, cap. *xii*. *Textilibusque*, inquit, *malvarum foliis, & palmarum*. Vt fallatur Guilandinus, qui apud Plinium pro *palma* jubet legere *malvam*. Malvæ illud boni, quod folia ejus molliora, cum asperiora sint palmarum. Sed alio vincit palma, quia folia malvæ ob mollitiem vix sustinent calami mucronem: unde & necesse habebant glutine & aliis firmare. De malva elegantissimi superiunt versiculi C. Helvii Cinnæ ab Isidoro adducti:

*Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis
Carmina, quis ignis novimus atherios,
Lævis in aridulo malvæ descripta libello,
Prusiacâ vixi mæneri navicula.*

Vnde cognoscimus, ratatis iis fuisse temporibus, grande aliquod opus malvæ inscribere. Alioqui non sodali is liber fuisset dono missus, qui in omnium penè bibliothecis esset, ac passim legeretur. Materies igitur donum commendavit, quia difficile esset scribere in malva, partim eo quod, ut dixi, vix toleret mucronem, partim quia etiam bullis est inæqualis. Quæ tamen vitia arte corrigebantur. Etiam nomina eorum, qui Athenis senatu movebantur, foliis inscribi solent: uti in ὀστράκῃς sive testulis eorum nomina populus signabat, quos vellet urbe excedere. Iccirco uti posterius hoc ὀστρακισμός dicebatur, qui populi erat: ita prius vocabatur ἐκφυλοφόρησις, quæ erat Senatus. Vide Pollucem lib. *viii*, cap. *v*, Harpocratonem in *Εκφυλοφορήσει*, & Tzetzem Chil. *xiii*, cap. *ccccxxxix*. Apud Syracusanos verò oleagino folio nomen ejus inscribebant, qui ob potentiam esset suspectior. Ac quinquennii exilio afficiebatur, cujus nomen sæpissime omnium in foliis legeretur. Testis Diodorus Siculus in *xi*, ubi ait hoc vocatum πετάλισμὸν, eo quod inscriberentur nomina πετάλω ἐλαίας, folio oleagino. Ac Hesychio quoque propterea πετάλισμός exponitur ὁ δὲ τῶν φύλων ὀστρακισμός, ostracismus per folia. Hæc non satis perpendit H. Stephanus, quando in Thesauro suo ait, πετάλισμὸν sic dici, quia nomina in lamina signarentur. Nimirum absurdum ei videbatur, ut scriberetur in arborum foliis. Quasi non passim illud obtinuerit in Græcia, priusquam Ægyptus in Alexandri Macedonis potestatem venisset: ut disertim Plinius scribit.

Post folia in usu libri arborum, nempe illud; quod inter corticem & lignum. Nam propriè *cortex*, quod ultimum; *liber*, quod proximum. Isidorus lib. *xvii* Orig. cap. *vi*: *Liber est corticis pars interior.*

Estque

Estque medium quoddam inter lignum & corticem. Item lib. vi Orig. cap. xiv : *Liber est interior tunica corticis, quæ ligno coheret, in qua antiqui scribebant.* De qua Virgilius : *Sic altæ liber hæret in ulmo.* Unde & liber dicitur, in quo scribimus : *quia ante usum chartæ, vel membranarum, de libris arborum volumina fiebant.* Sed quin potius Plinium advoco? *cujus illud lib. xiii, cap. xi : In foliis primò scripturatum : d. inde quarundam arborum libris.* Arbores istæ imprimis tilia, seu philura, & papyrus.

De tilia prius dicam, quia paucis opus erit. Tilia, Græcis Φιλύρα. De qua sic Suidas : Φιλύρα εἶδος δένδρου ἔχον Φλοισὶν βύβλω παπύρου ὁμοίων. *Tilia est arboris genus, quod librum habet similem byblos papyri.* In libro philuræ seu tiliæ scribi olim solere, clarè testatur Herodianus l. i, ubi de Commodò inquit : *λαβὼν γεγραμμένον τέτων δὴ τὸ ἐν Φιλύρας εἰς λεπτότητα ἢ σιμημαίων, ἐπακλήλιον τε ἀνακλάσας ἀμφοτέρωθεν ἐπισημαίων γραφῆς, ὅσας γρητὸν νυκτὸς φωνεῖσθηναι.* Sumptò in manus libello, quales ex tiliâ tenuissimi & utrimque plicatiles sunt, conscribit in eo, quoscumque illâ nocte interficere stansset. Xiphilinus in Domitiano : *Τὸ ὄνομα τῶν ἐς σενίδιον Φιλύραν δίδυρον ἐστὶ γραφῆς.* Cum eorum nomina scripsisset in duplicibus tabulis tileaciis. Martianus Capella lib. ii : *Cernere erat, qui libri quæcumque volumina, quot linguarum opera ex ore Virginis defluebant. Alia ex papyro, quæ cedro perlita fuerant, videbantur : alia carbasinis voluminibus complicati libri : ex ovillis multi quoque tergoribus : rari verò in philuræ cortice subnotati.* Clara quoque illa Vipiani verba † : *Librorum appellatione continentur omnia volumina, sive in charta, sive in membrana sint, sive in quavis alia materia.* Sed & si in philura, aut in tiliâ, ut nonnulli faciunt, aut in quo alio corio ; idem erit dicendum. Q. Septimius Romanus, si ipsi de se credimus, Dictyos Cretenensis interpres, epistolâ ad Q. Arcadium : *Libros ex philura in lucem producturi.* Item auctor præfationis de vita Dictyos : *De toto hoc bello sex volumina in tiliâ digessit Phœnicis literis.* Et mox : *Memoratas tiliâ in stannea arcula repositas ejus tumulo condiderunt.*

† l. 52. ff. de legat. lib. 3.

CAPVT XXXVII.

Biblis eadem ac papyrus, & quibus ea terris creverit. Charta unde dicta. Modus conficiendæ chartæ ex papyro. Intergerium. Πρωτόκολλον, non πρωτοκωλον dici, & ita in similibus. Charta Hieratica, Augusta, Livia, Claudia, Amphibœarica, Farnia, Saitica, Teniotica, Emporetica. Lapsus Isidori, Jovii, Guilandini. Teniotica unde dicta. Tanis est Tzoar, & unde nomen.

A Tilia venio ad papyrus, de qua pluribus agendum. Ea erat planta Ægyptia duo cubita non excedens. Abunde de hac Theophrastus,

phrastus, Dioscorides, Plinius: ac præter hosce Galenus lib. VIIT
Simplic. Eadem dicebatur βιβλα, vel βύβλα: unde Βιβλία voca-
ta. Retinet hanc appellationem Lucanus lib. III:

Nondum flumineas Memphis contexere biblos

Novetur.

Nec tamen in sola Ægypto biblus crescebat: sed etiam in Cœle-
Syria, Babilonia, India: alibi, quod constat, non item.

Aliud verò charta, aliud papyrus, vel biblus. Papyrus materies
erat ex qua charta fieret. Nec papyrus chartæ datum nomen videtur,
nisi cum epistolis salutatricibus interserviret. Est enim χαίρις Græcum
à χαίρειν*, ut ad verbum notet *salutator*. Vnde epistolam sic περιχαί-
ρει Martialis lib. IX, epigr. CI:

* *gaudere,*
salvare.

Charta salutatrix si modò vera refert.

Primus autem Cleon † in epistolis χαίρειν usurpavit: primus, eo
rejecto, & περιχαίρειν † prætulit Plato*.

† *Lucianus*
pro seipso in
salutando,
& Laertius
in Platone.
* *idem, &*
Plato in
Charmide,
& epist. 3.

Modum conficiendæ ex papyro chartæ docet Plinius lib. XIII,
cap. XI, & XII: *Præparantur ex papyro chartæ, diviso acu in prætenues,*
sed quam latissimas philuras. Vbi clarè Plinio papyrus est totus scapus
sive caulis: ex cuius libro plures philuræ fiebant. Vnde sequitur:
Principatus medio, atque inde scissuræ ordine. Pro quo postea dicit: *Pro-*
ximum semper bonitatis diminutione ad deterrimas. Ex his cognoscimus,
uti cæpa tunicas habet multas, quas acu melius, quàm cultro dividas:
sic papyrum solere dispesci in tenues philuras, iis acu à se invicem se-
paratis, ita ut suo quæque ordine detraherentur. Mirum, id non ce-
pisse Guilandinum; qui ad hoc non acus, sed cultri vel alius ferri ope-
ram requiri contendit. Porro philuræ illæ acu separatæ ad modum
cratis sterni solent super tabulam, sive asserem ligneum, maden-
tem turbidâ Nili aquâ. Ea aqua contexebat & conglutinabat pla-
gulas. Id *contexere biblos* vocat Lucanus, ut antea vidimus: quia nem-
pe plagularum una staminis, altera substeminis instar se haberet. Si-
militer locutus Cassiodorus in XI: *Pulchrum planè opus Memphis inge-*
nitosa concepit, ut universa serinia vestiret, quod unius loci labor elegans tenuis-
ser. Plagulæ ita contextæ imponebantur prælo, ut humor exprime-
retur. Prælo exemptæ exponebantur Soli, ut magis ficcarentur. Sic-
catæ digerebantur in scapum; qui summum erat philurarum XX: uti
hodie scapus solet esse philurarum XXV. Verùm nunc ita usus obti-
net, ut fere pro scapo dicamus *volumen papyraceum*: vulgo & *librum*
chartæ nuncupant: pro *philura* autem *solum* usurpant. Sed de turbida
Nili aqua quod dixi, non fuit perpetuum. Nam initio quidem ea af-
fusa fuit marginibus, ut jungerentur schedæ seu philuræ papyri.

Postea

Postea autem pro Nili liquore fūere usi vero glutino. Constat igitur charta duabus rebus, papyro & glutino : unde duo hæc jungit Firmus apud Vopiscum. Quippe ait, *exercitum se alere posse papyro & glutino*. Nempe Ægyptus erat, ac tantas opes in papyro & glutino possidebat, ut has exercitui alendo sufficere existimaret. Glutinum illud, quia oris intergeritur, ut eas inter se jungat, à Plinio * *immergiunt* appellatur. Atque ab hac glutinandi consuetudine primam schedam *περίοικλον* vocat Iustiniani Novella *κλν* : uti Martialis ultimam schedam *εραλοκλινον*. Origo vocis à *κλιν* *glutinum*, non à *κλινον* *membrum* : quamquam sic Scaliger putabat : qui propterea *περίοικλον* & *εραλοκλινον* scribebat. Similiterque dicta *μακρόκλιν*, quibus modulus longior.

* lib. 13. c. 12.

Chartæ genera varia fuere. Quæ majoris formæ esset, dicta est *Hieratica*; quia hac annales, rituales, alique libri sacri ab hierophantis scriberentur. Sed non erat unius generis. Vna postea ab Augusto Cæsare dicta est *Augusta*. Altera, in honorem Livie Augustæ, *Livia*, vel *Liviana* est appellata. Cæterum cum Augusta, ob tenuitatem, vix calami mucronem ferret : Claudius Cæsar chartam reperit tenuiorem *Livia* : minus tenuem *Augusta* : quæ ex eo *Claudia* dicebatur. Post hæc erat *Amphitheatrica*, sic nuncupata à loco, ubi fieret. Scio, Guilandinum legere, *Athribitica* : ut sic vocetur à præfectura Ægypti, cujus caput Athribis : de qua Strabo, Ptolemæus, Stephanus. Sed nihil impedit, quo minus Amphitheatro essent additæ officinæ, in quibus, quando nulli essent ludi amphitheatrales, chartæ fierent. Nec enim Alexandria caruerit amphitheatro, urbs tantopere luxui ac voluptatibus dedita. Hæc Amphitheatrica in Ægypto curata recurabatur Romæ : cumque advecta solùm octo esset digitorum, malleo ita extendebatur, ut novem fieret digitorum. Ac dicebatur tum *Fannia* seu *Fanniana*, à nobili illo Grammatico Rhemnio Fannio Palæmone, qui chartarum habuit officinas. Quemadmodum & *promercalium vestrum officinas exercuit* : ut de eo Tranquillus † refert : qui rei fa-
 † de clarâ Grammatico. † pag. 79. * pag. 643.

miliaris diligentissimum fuisse addit. Ejus epitaphium legere est in Aldi Orthographia †, & exinde in inscriptionibus Gruteri *. Post chartam Fanniam pretium suum erat *Saisica* : cui nomen dedit Ægypti oppidum Sais, Minervæ cultu, & Pfammetichi regis sepulchro, inclytum : ut Strabo indicat in *xvii*. Hac magis plebeja erat charta, *Tænioica* : quæ prope Tæniam fiebat : hoc interpretor, *ταυνίαν στυλιν* †, † *anastylam fasciam*. quam inter Canopicam fossam & mare, statuit ibidem Strabo. Meminit ejus loci & Athenæus in primo. Ultima dignitas *emporeticæ* : sive *emporeticæ* censetur. Ea sic dicta, quia hac *εμπορος* sive negotia-

gotiatores merces suas involverent. Nam scribendo erat inepta : ut quæ ex scheda fieret cortici proxima. Atqui, ut è Plinio dicebamus, è medio papyri optima fiebat charta : & quo minùs aberat à medio philura, eò propiùs ad optimam accedebat : quòd cortici autem propior, eò deterior erat.

Nec parum discriminis attulit chartarum, quas dixi, latitudo. Nam *hieratica Augusta* erat lata digitos XIII. Credo, *Levia* XII. Sanè, quæ à *ἱερατικὴς Hieratica* dicebatur, digitorum fuit XI. *Farniana*, X. *Amphitheatica*, IX. Pauciorum digitorum *Saitica*, & puto etiam *Taniorica*. *Emporetica* solum sex erat digitorum.

Porro pro *Augusta* charta pravè *Augustea* editum apud Isidorum lib. VI Orig. cap. X : ubi sex chartæ species recenset. Altera ei dicitur *Libyana*. Perperam sine dubio. Nempe ut iis temporibus *beneficium* pro *veneficium* dixere, similiàque : ita & *Libiana*, pro *Leviana*. Indèque error ille Isidori, ut *Libyanam* dicat vocari à *Libya* provincia. Tertium dat locum *hieratica*, de quâ factis antea. Quartum *Taniorica* : quam sic vocari ait à loco *Alexandriæ*, ubi fieret. Id valde adversatur *Guilandino*, qui *Tanica* reponit apud *Plinium* : ut nomen dederit *Tanis*, quæ hodie *Damiata* : etsi plerique *Pelusium* esse *Damiatam* credunt : parum memores, *Damiatam* adjacere *Ægyptio* *Nili* ostio secundo, quod *Taniticum* dictum ; non primo, quod *Pelusium* vocatur. In quo ut valde *Paullus Iovius* est deceptus, quando *Damiatam* esse censet *Pelusium* ; imò & *Pelusium* eandem urbem, ac *Hierapolim* putat, quæ tantopere distita à *Pelusio* : ita castigator ejus *Guilandinus* in eo falsus, quando *Tanis*, & *Taphnis*, confundit : cum *Taphnis* in *Scripturis* sit *תַּפְנִיס* ; *Tanis* sit iis *תַּנִּיס*, *Tzoan*. Nec dubitandum, quin *Tanis*, sit ex *Tzoanis*. Nam quia *Græci* & *Latini* non habent *T S*, eo interdum *S*, interdum *T*, omittunt. Vt à *τζοαν*, est tum *Sarra*, tum *τὸν*, *Syriacâ* vocalis *ܫܐܪܪܐ* : ut superiùs etiam diximus. Si ve autem *Tænia* est *Alexandriæ* locus, si ve non longè erat ab *Alexandria* ; *Taniorica* legi debet, cum in eo *Plinii*, & *Isidori* codices conveniant ; *Taniticam* autem chartæ ante *Guilandinum* meminerit nemo. Quintum locum *Isidorus* dat *Saitica*, ab oppido *Salo* : ut vulgo quidem legitur. Sed ex *Plinio* rescribendum, *Saitica*, ab oppido *Sai* : cujus & mentio sit *Ezechielis* cap. xxx, 16. Sexta ei est *Corneliana* : de qua *Plinius* silet. Huic nomen esse impositum ait *Isidorus*, à primo ejus auctore *Cornelio Gallo*, *Ægypti* præfecto, quem *Maro* celebrat *Eeloga* decimâ. De *emporetica*, cui *Isidorus* ultimum dat locum, factis est liquidum ex iis, quæ de fonte *Pliniâno* antea hausimus.

CAPVT XXXVIII.

Alia schedæ, alia tabellæ ceratæ. Codices & codicilli. Summa, & ima ceræ. Libri linei sive carbafini. Qualibus scripta oracula Sibyllina, quandoque & fœdera, leges, & epistolæ principum. Vopisci lectio defensa. Elephantini libri. Persici & Indici e serico. Ἐυλογεῖσθαι. Iam Eustathii ætate desisse morem conscribendi chartam e papyro. Pellibus sive membranæ scribendi mos. Isidorus refellit. Vnde dicantur membranæ. In omentis elephantum scriptum, & intestino draconis. Diptetherâ antiquior. Pergamena unde appellatio. Quando chartæ, quando item membranæ usus frequentari cœperit in Græcia. In ebore etiam scribi solitum, ostenditur contra summum virum.

Libris arborum succedere tabellæ lignæ, quæ schedæ erant, vel tabellæ ceratæ. Schedæ erant tabellæ nudæ, sive non inductæ cerâ. Plinius lib. XIII, cap. XI: *Privata monumenta lineis confici, aut schedis.* Ita enim vet. omnes codd. non ceræ, quod pro schedis reponit Guilandinus. Tabellæ illæ si simplices, erant crassiores. Vt è quibus pueri discerent. Plautus Bacch. Sc. Nunc experiar:

Extemplo puer pædagogus tabellâ dirumpit caput.

Quod tenuis tabella non potuisset. Sin plures jungi opus foret; fecabantur in tenues laminas. Martialis lib. XIV, lemmate Citrei pugillares:

Setta nisi in tenues effemus ligna tabellas.

Præterea dolabantur, ut facilius in iis scriberetur. Isidorus lib. VI, cap. VIII. *Ante usum chartæ & membranarum, in dolatis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribebantur.* De tabellis ejusmodi Cassiodorus in XI. *Eræ indecorum, facer, doctos sermones committere tabulis impolitis, & in veterosis ramalibus imprimere, quod sensualis poterat elegancia reperire.* Dicti autem codices, & diminuenti formâ codicilli, quia fierent è caudice. Nam ut aula olla, canis corus, plaustrum plostrum: sic caudex codex. Dani similiter libros appellant boger, quia res gestas in fagis consignarent, quemadmodum Olaus Wormius tradidit in Fastis Danicis*. Ceratæ * lib. I, c. 6. tabellæ vocantur, quia essent crustâ ceræ illitæ. De quibus Pollux lib. X. Notæ loquendi formæ in summâ vel imâ cerâ: hoc est, initio vel fine libelli vel epistolæ. Discriminis hoc in libro, & codice ac codicillis, quod in libro scriberetur, nec deleteretur: in codicillis quæ scriberentur, postea etiam inducerentur.

Post libros arborum ac tabellas, ad libros linteos accedo. Antiquiores scio membranacei. Sed hoc accidentarium est: cui præferri meretur, quod respicit naturam. Quale quod linteus è lino, quod item planta. Linteis libris signari conceptus folere, testis est Plinius

lib. XIII, cap. XI. Indeque Martianus Capella lib. II: *Alii, inquit, carbasis voluminibus complicari libri.* Sic scripta fuere oracula Sibyllina. Vnde Symmachus lib. IV, epist. XXXIV: *Monitus Cymanos linteæ texta sumiservunt.* Et Claudianus lib. de bello Getico:

— *Quid carmine poscat*

Fatidico custos Romani carbasis ævi.

Fœdera etiam publica sic exarabant. Livius lib. XXXI: *Prætermissa nomina consulum horum, Licinius Macer auctor est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inventis.* Quandoque & leges sic scripsere. Constantinus Augustus L. I, de alimentis quæ inopes parentes de publico petere debent, in Cod. Theodosiano. *Æneis tabulis, vel cævisstatis, aut linteis mappis scripta per omnes civitates Italiæ proponatur lex, quæ præteritum manus à patricio arceat.* Imò & privatæ principum epitolæ. Flav. Vopiscus in Aureliano: *Inveni nuper in Vibia bibliotheca, inter linteos libros epistolam D. Valeriani.* Nec enim assentiendum Turnæbo, qui Adversar. lib. XXX, cap. XX, pro linteos reponit luteos. Quemadmodum nec cum ibidem *elephantinos libros interpretatur eburneos*: qui ex omentis elephantum fuere, ut antea diximus. Perfas etiam in serico scripsisse, indicat hoc Symmachi lib. IV, epist. XXXIV: *Tu etiam sericis voluminibus, Achæmenio more, infundi literas meas præcipis.* Indis quoque mos scribere in sindone: ut est apud Philostratum in Apollonii vitâ. Charta, quâ vulgo utimur, est ex linteis conceptis & confusis. Qui mos jam ab aliquot seculis fuit. Sanè ille ex papyro chartam faciendi, jam Eustathii defierat ætate: ut ipse scribit Odyss. φ: ubi ξυλο-χαρπια appellat chartas veterum: nempe ad discrimen earum, quibus vulgo utimur: uti monitum Clarissimo Salmasio notis ad Vopiscum; ubi post Guilandinum & Dalecampium in Plinium, ac Scaligeri diatribam adversus Guilandinum, pulchrè, indictaque aliis, de hoc disserit argumento.

A materie, quam plantæ præbuere, transeo ad eam, quam ab animalibus habemus. Vti imprimis fuere pelles. Vnde Martialis lib. XIV, epigram. CXC:

Pellibus exiguis ardetatur Livius ingens.

Item epigram. CLXXXV:

Ilius & Priami regnis inimicus Ulysses

Multiplies pariter condita pelle latent.

Imò, si Isidorum audimus, folia librorum dicta, quod ex foliis fierent, id est ex pellibus, quæ de occisis animalibus derivari solent. Sed foliis nomen, quia primò in foliis arborum scriberent. At rectè ab eo more idem * membranæ nomen deducit: quia deglupta animalium

mem-

* Et. 6. c. 11.

membris. Sanè Pergamenæ erant ovillæ pelles. unde Martianus Capella lib. 11, cum dixisset, librorum alios esse ex papyro, alios ex carbaso, addit, *ex ovillis multi quoque tergoribus*. Quia autem pelles illæ prius habuere, eò Perſius ait :

Iam liberi & postis bicolor membrana capillis.

Nec tamen solum usi pellibus, quas membris detraxissent, verum & intestinis. Vt omentis elephantorum, de quibus Isidorus ibidem. Nam perperam pro omentis editum *momentis*. Item intestino draconis : quale illud, cui Zonaras, in tertio Annalium, inscriptam fuisse ait universam Iliada, & Odyssæam. Vti & Constantinus Manasses, ubi de Leone III Isauo Imp. tractat. Membranarum usum esse antiquissimum, indicat Græcorum proverbium, *ἄρχαιότερα διφθέρας* *. Perſicos quoque annales solere membranæ inscribi, auctor est Diodorus Siculus libro secundo : ac auctorem laudat Ctesiam ; qui sua se hausisse dicit *ἐκ τῆ βασιλικῶν διφθέραν* . *ἐν αἷς οἱ Πέρσαι τὰς παλαιὰς πράξεις καὶ πρῶτον νόμον εἶχον συντεταγμένους*. *Ex membranæ regis, in quibus Persæ, quadam lege, gesta vestra digesserant*. Membranæ quoque fuere libri, quos Eleazar, Pontifex Iudæus, misit Ptolemæo Philadelpho : ut est apud Iosephum lib. XII, Antiq. Iudaic. Mirum verò, quod Plinius ex Varone refert lib. XII, cap. XI : *Pergami ab Eumene rege inventas esse membranæ, supprime chartas Rege Ptolemæo*. Adeone recens membranæ usus? Æque mirum est, quod ibidem legas : *Chartam Alexandri Magni victoriâ repertam, auctor est M. Varro, conditâ in Ægypto Alexandria : antea non fuisse chartarum usum*. Sed non dubium est, quin & longè ante Alexandriam conditam in usu fuerit charta ; quod ostendit Guilandinus : & quin ante Eumenem Pergamenum membranarum usus fuerit ; quod liquet ex antè dictis. Nimirum res ita habet. Alexandria conditâ, quia Ægyptus in Macedonum esset potestate, chartæ per Græciam vulgaris esse usus cœpit : usque dum ex æmulatione inter Ptolemæos & Pergamenos Reges, (de bibliothecæ nobilitate certabant) Rex Ægyptius vetuit chartam Ægypto efferri. Tum Pergamenus Rex, ne ab studio priori remitteretur, curavit, ut membranarum longè major esset copia. Atque exinde passim in Græcia membranæ cœpit abundari. Quæ Pergamenæ dictæ, quia optimæ Pergamo adferrentur. Etiam à quadrupedibus ebur. Quippe dens elephantis. Martialis lib. XIV, lemmate, *Curci pugillares* :

Sedit nisi in tenues effemus ligna tabellas ;

Effemus Libyci nobile dentis opus.

Scio Scaligerum, diatribâ adversus Guilandinum, negare, in eboris scribi potuisse. Sed refellit eum hoc Martialis eodem libro epigr. v.

* *diplherâ antiquera.*

*Languida ne tristes obscurent lumina cere,
Nigra tibi nruerum lucra pingat ebura.*

Nimirum ex atramento vulgari iudicium perperam fecit de illo, quo in ebore usi veteres.

CAPUT XXXIX.

Atramentum librarium, vel scriptorium. Loliginis succus pro atramento, uti & sepia, apud Afros. Rubrica usus in librorum & legum titulis. Encaustum sacrum, quo Orientis imperator subsignabat. Etyma vocum, quibus hodie atramentum generis aliquæ designant. Quandoque idem & calami, & liquoris præstat vicem.

HActenus de materia, in qua animi sensa signarent. Videamus nunc de materiâ, quâ in chartis, membranis, vel linteis scriberent. Ea imprimis fuit atramentum librarium, ut vocat Virruvius lib. VII, cap. X; sive scriptorium, ut nominat Cornelius Cæsus lib. VI, cap. IV; de quo & Dioscorides lib. V, cap. ult. Item Plinius lib. XXXV, cap. VI, & Iliodorus lib. XIX, cap. XVII. Horatio vocatur *nigræ succus loliginis*. Nempe quia loligo in metu de se effundit nigrum succum, qui pro atramento est: unde Germanis dicitur *D'intensisch*, hoc est, *atramenti piscis*. Atque idem, Plinio * teste, facit piscis alius, cui sepia nomen: unde & *sepia* pro atramento. Ita usus Persius sat. III: ubi commemorat, quæ morari scriptionem soleant:

* lib. 9.
cap. 29.

*Inque manus chartæ, nodosâque venit arundo.
Tum querimus, crassius calamo quod pendeat humor,
Nigra quod insusâ vaneſcat sepia lymphâ,
Dilutas querimus geminet quod fistula guttas.*

Eum in locum monet vetus scholiastes, etſi atramentum vulgo fieret è fuligine, fornacium puta ac balinearum, poetam tamen *sepia* pro eo posuisse, quia Afris ejus piscis succus pro atramento esse soleat.

Sed atramento quidem libri scribebantur; tituli verò & capita librorum rubri erant coloris. Quam ad rem minii usus: unde Ovidius initio Tristium:

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Hinc vert. Glossæ: *Rubrica, ῥῆ μίλις Ἰππεραφῆ*. Symmachus ad Ferreolum de Epistolis suis: *Iure vobis in hoc opere rubricæ, prima sermonum officia dedicarentur*. Idem in legum titulis fiebat. Persius sat. V.

Excepto, siquid Majori rubrica notavit.

Juvenalis sat. XIV: *Perlege rubras*

Majorum leges.

Prudentius

Prudentius lib. II, contra Symmachum :

— *Dicant cur condita sit lex*

Bis sex in tabulis ? aut cur rubrica minetur ,

Quæ prohibet peccare reos ?

Et Leo Imp. l. vi de divis. rescr. vetat , *sacra rescripta alio colore , quàm purpureâ inscriptione lustrari*. Quem Constantinopolitanorum Imp. morem etiam confirmare est ex annalibus Constantini Manassis. Et Brissonius libro de verborum significationibus , quo loco agit de Encausto sacro, quod ex muricis seu conchylîi cruore erat, refert ex epitome Chronicorum Werveronis, monachi Leodiensis, Palæologum, Constantinopolitanum Imp. Ecclesiæ Romanæ obedientiam spondidisse syngraphâ, cui conchylîi sanguine subscripserit. Ab encausti voce est, quod Poloni colorem quo scribitur, etiam atrum, per *ουρυδαχλω* generis appellant *incaust*, ut Itali *inchiostro*. Volunt & inde esse Belgarum *inket*. Verum hos, censeo *inck* dicere *κατ' ἀφαιρεσιν* pro *inck*, quasi *incta*, vel *inctura*, quia penna in eo tingitur. Nec alius originis Anglicum *inke*. Sed jam ad origines delabimur ; de quibus alibi. Redeo ad scriptionem : in qua duo, ut dictum, obtinuerunt colores, ater & ruber. Ad utrumque non semper liquore utimur ; sed instrumento etiam, quod & calami, & liquoris vicem præstet. Sic rubricâ, sic plumbo scribimus : maximè verò celebrantur creta & carbo, ut vulgatissima. Persius sat. v :

Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,

Illâ prius cretâ, mox hæc carbone notasti.

Martialis lib. XII, epigr. LXII :

Qui carbone rudi, patrique cretâ

Scribit carmina.

Etiam de carbone hoc Plauti Mercatore act. II, Sc. III :

Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.

C A P V T X L

Ratio scribendi literis, quæ inconspiciuæ sint, usque dum arte fiant conspicuæ. Vi Augustus, atque etiam Iulius, reseruariis litterarum vulgaribus signis, earum commutariunt potestatem. Scytale Laconica. Cæsaris Scaligeri censura rejicitur. Notæ Probi, & Petri Diaconi. Siglæ quid, & unde iis nomen. Justiniani inmerditum, ne leges siglis exarentur. Maronis notæ. Scriptura *σὺς οὐκείων*.

Tertia superest divisio ex scribendi modis; quatenus unus est apertus, ac vulgaris; alter opertus sive occultus. De aperto nihil attinet

attinet dicere ; cum ejus gnari etiam sint , qui , ut poeta ait , *nequam ere lavantur*. Opertus vel scripturam habet conspicuam , vel inconspicuam. Conspicuam voco , quæ videtur , simulac scribitur. Inconspicuam , quæ primò non videtur : sed arte ab eo , cui scribitur , conspicua redditur. Cujusmodi scriptura variis differt modis. Quædam de die non videtur : ut quæ scribitur aquâ salicis putrefactæ , vel destillatitiâ nitedularum aquâ. Qualis nocte duntaxat videtur. Quædam legi nequit , nisi ad fiderum vel candelæ lumen. Quædam de die quidem conspicitur ; attamen non sufficit aère illuminari , verùm ope præterea alius elementi est opus : puta , vel terræ , vel aquæ , vel ignis. Terræ quidem in iis , quæ signantur lacte herbæ tithymali , de qua Plinius lib. xxvi , cap. viii. Item quæ scripta lacte animantium , vel urinâ , vel adipe , sebo , aut pinguedine , vel etiam gummi. Cujusmodi scriptura fit conspicua , si pulverem adsperseris.

At quæ alumine scripta , vel chalcantio , ea in aquam priùs , vel vinum certâ ratione præparatum , demergi sit opus. Quemadmodum & quædam legi nequeunt , nisi affusâ hydrargyri aquâ.

Igni necesse admoventi , quando pro atramento fuit succus mali citrii , caparum , cerasorum , cyclamini , vel alius acris pomi. Quin cremari chartam convenit , ut ea perspicias , quæ gummi , sale , & calce exarantur. Sed de hujusmodi artificiis plura vide apud Portam Neapolitanum , lib. xvi Mag. Nat.

Scriptura , quæ conspicua quidem est , simulac scribitur , sed ab artis ignaro legi nequit , ea vel literis constat , vel aliis notis. Prior est triplex. Nam vel æquè scribitur , vel plus scribitur , vel minus scribitur. Æquè scribitur , cum totidem notantur literæ , ac vulgo opus ; sed artificium latet in eo , quoddam literarum potestas commutetur. Vt si loco propriæ figuræ colloces literæ alius figuram : puta vel proximè sequentis : ut B pro A , C pro D , quam rationem inquit Augustus , teste Suetonio in ejus vita cap. lxxxix : vel si non proximæ quidem , sed tertiæ , quartæ , aut quintæ , vel alius substituas figuram. Quartum elementum proprii loco usurpabat Iulius Cæsar : ut est apud Tranquillum in vita ejus cap. lvi , & Dionem Cocceium lib. xxxix. Æquè etiam scribebant Lacones in scytale : sed literis divulgis legi non poterat , nisi membrana , aut corium , cui inscriptum , ligno circumdarentur. Aufonius ad Paullinum :

*Vel Lacedæmoniam scytalen imitare , libelli
Segmina Pergamei tereti circumdata ligno
Perpetuo inscribens versus : qui deinde solutus
Non respondentis spatio dabit ordine formas.*

Plura

Plura de ea Thucydidis scholiastes. in lib. I, Plutarchus in Lysandro, Gellius lib. XVII, cap. IX. Sed Cæsar Scaliger aduersus Cardanum Exercit. CCCXXVII; totum hoc vocat nugale. *Nam, inquit, tametsi nulla mihi scyale sit, tamen pusillo temporis momento unam dimetiar: primâque notulâ quâque deprehensâ, cæteræ ad iussa veniunt.* Idem omnem hanc rationem occultis notis scribendi non artem ait, sed astutiam: imò imposturam, atque adeo delirium. At sanè delirium non est, cuius tantus est usus in maximis Reip. negotiis. Quanto aliter sensere Ephori, gravissimi viri! item Augustus, Cæsar Iulius; domi bellique maximi, ac nihil minùs quàm nugaces ac deliri. Nec tamen diffiteor, quicquid penè ab antiquis adductum, hoc eiusmodi esse, ut hodie nemo paulò sagacior non statim fraudem animadvertat. Sed olim secus erat. Nempe hæc occultè scribendi ratio suam habuit infantiam, habuit reliquam pueritiam. Nunc ea adolevit, ut prioribus jam vulgatis, longè occultioribus sit opus. Cujusmodi permulta reperere intermedia secula, multa etiam priorum inventis ætas nostra adjecit. Sed cætera persequamur.

Plus scribitur, quando literis necessariis miscemus otiosas. Quod cum multis fiat modis, imprimis tamen artificium placet, quando per membranam scribitur fenestratam. Nec enim, qui non habet foraminibus prorsus convenientem, ea, quæ locis patentibus scripta, distinguere ab iis poterit, quæ iis postea locis adscripta, quos texerat membrana.

Minùs scribitur per literarum compendia: hoc est, cum una, vel duæ literæ, pro voce ponuntur pluribus literis constante. Ut cum literarum initio scribitur S. hoc est, *salutem*; vel S. P. D. pro, *Salutem plurimam dicit*. Item, S. V. B. E. E. Q. V. hoc est, *Si vales bene est, ego quidem valeo*. Vel, S. V. B. E. E. G. *Si vales bene est, ego gaudeo*. Quamquam in talibus, ob consuetudinem, res minimè obscura. Occultior in aliis: quæ tradunt Valerius Probus, qui Hadriani Cæsaris ætate floruit, & Petrus Diaconus, qui sua dicavit Conrado I ejus nominis imperatori: ut vixerit circa annum 10 ccccv. Similiâque in Papiæ glossario leguntur. Hujusmodi literas dixerè *sigla*, vel *siglas*, & *οὐνοπλιω* pro *sigillas*. Nam ut à *signum sigillum*: ita à *singulus, sigillus*: unde *sigillatim*, ut à *singulus singularim*. *Sigilla* autem in muliebri genere, quia intelligitur *literæ*. Vnde Festus: *Notæ erant literæ, sed singule vel binæ*. Sic *singulas literas* dixit Cicero pro Murena: *singularias* Gellius lib. XVII, cap. IX. Solent enim Iurisconsulti in exscribendis legibus uti siglis: unde Manilius *, * *lib. 4*: qui non Augusti quidem, sed Theodosii M. temporibus vixit:

Hæc etiam Legum tabulas & condita Intra

T

Novæ

*Noverit, atque notis levibus pendentia verba,
Et licitum sciet, & vetitum que pena sequatur.*

Verum cum hinc sæpe error obveniret, quia una litera plurium crebro vocum erat signum; iussit Iustinianus Imp. ut vocabulis integris, non siglis scriberetur. Verba ejus ponam è lib. I Cod. Tit. XVII, de veteri Iure enucleando, Leg. I. *Ne per scripturam aliqua fiat in posterum solutio, jubemus, non per siglorum captiones, & compendiosa anigmata (que multas per se, & per suum vitium, animomias induxerunt) ejusdem Codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur: sed per literarum consequentiam explanari concedimus.* Et titulo eodem leg. II: *Eandem penam falsitatis constituimus adversus eos, qui in posterum Leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint conscribere. Omnia enim, id est, & nomina prudentiam, & titulos, & librorum numeros, per consequentiam literarum volumus, non per sigla manifestari: ita ut qui talem librum comparaverit, in quo sigla posita sunt, in quocunque loco libri vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum. Neque enim licentiam aperimus ex tali codice in judicium aliquid recitari, qui in quacunque sui parte siglorum habet malitiam &c.* Atque ut è Latinis Iuris codd. siglas fustulit Iustinianus: ita in Græcis libris idem fecit imperator Basilus: uti Cedrenus * testatur: De siglis, sive notis, scripsit libellum Mango ad Carolum Regem: quem his dedicat versiculis:

Hæc juris omnia libens rex accipe Carle,

Offert devotus que tibi Mango tuus.

Vbi *σημείων* vox sumitur haut aliter ac à Tullio lib. XIII ad Att. *Quod ad te de legatis scripsi, parum credo intellexisti, quia δὲ σημείων scripsi.* Vti & à Plutarcho in Catone & Cicerone, ubi vocat *σημεῖα ἐν μαθηοῖς καὶ βεβαίησι τῶν πρὸς πᾶσιν γραμματικῶν δυνάμειν ἔχοντα*. Scio, plerosque hic intelligere notas illas, quæ literæ non forent: quales tradidisse Tyro, & Senecam, postea dicemus. Sed sperare potuit Cicero, Atticum, quæ ingenii acie esset, ex primoribus literis collecturum de vocibus integris: at non potuit putare, divinaturum id ex incognitis signis, qualia invenere Tyro ac Seneca. Nec Mango aliud docet, quàm literas initiales pro integris vocibus positas. Vti nec alter ille, cujus juridicas notas ex veteribus membranis in corpore Grammaticorum vet. habemus.

Quàm antiqua sit hæc ratio scribendi literis singulis, ostendit illud Ciceronis pro Muræna: *Itali Inveconsulti, ne dierum ratione pervulgatâ, & cognitâ, sine suâ ope posset lege agi, notas quasdam composuerunt, ut ipsi omnibus in rebus interessent.*

CAPVT XLI.



Hieroglyphicæ notæ insculptæ saxis : quæ linguæ magicæ Lucano. Horapollō Niliaci quando vixerit, & quâ scripserit linguâ. Quomodo à siglis differant notæ propriè dictæ. A quibus notæ hæc repertæ. Voluimini quod Tyronis ac Senecæ notæ promittit, multas esse additas à Christianis. Astutia Tribemii in Steganographia sua. An quæcumque de ea signâret, expertia sine commercii cum imperis spiritibus. Excogitari posse scripturam toti orbi communem, quam gentes, unius distinxerat linguæ scientes, suâ quæque linguâ legant, & intelligant.

SEquitur altera scriptura, quæ non literis constat, sed aliis notis. Hæc multiplex est : sed duos solum modos commemorabimus proditos ab antiquis. Vnus est Ægyptiorum per signa hieroglyphica : alter Romanorum per notas pressè sic vocatas. *Ἱερογλυφικά*, sive, ut vox sonat, sacræ sculpturæ, nihil aliud erant, quam animalium mutarumque rerum figuræ, ab Ægyptiis loco literarum in sacris usurpatæ, ne à vulgo intelligerentur. Hæc ante papyri usum saxis insculpebant. Vnde Lucanus lib. III :

— Saxis tandem volucresque, feræque,


Sculpebant servabant magicas animalia linguas.

Et Tacitus lib. XI Annal. *Primi per figuras animalium Ægyptii sensus mentis effingebant : ea antiquissima monumenta memorie humane impressa saxis certantur.* Tales sunt notæ Horapollinis Niliaci : qui scriptor temporibus vixerit Theodosii, si est Phœnibethensis ille, qui *περικλά*, sive opus de lucis ac templis condidit. Sane eo in opere optima fuerit occasio hoc etiam argumentum pertractandi. Sed Grammaticus ille, ut ex Suida videre est, Græcè scripsit ; eoque vel alius hic fuerit ; vel quædam saltem Ægyptiacè tradiderit ; vel falsum sit, quod inscriptio præfert, à Philippo ex Ægyptia lingua Græcè redditum esse. Horapollini adde tabulam antiquam æneam Hieroglyphicis literis cælatam, & eruditè explanatam à summo & , dum viveret, amicissimo viro, Laurentio Pignorio Patavino.

Romani notis nisi sic pressè dictis. Nam latè si notarum voce utamur, comprehendat ea siglas, de quibus antè diximus. Quomodo duplices sint notæ. Vnius generis sit R. P. quod Valerius Probus interpretatur *Respublica*, vel *Romani principis*. At, juxta notas Tyronis & Senecæ *,  *Respublicam* signat. Probo E. Q. R. valet *Eques Romanus* * p. 8. At apud Tyronem & Senecam † pro eo est . Satis † p. 57. constat S. P. Q. R. scribi pro *Senatus populusque Romanus*. At in Ty-

¶ p. 60.

¶ lib. 55.

ronis & Senecæ notis * pro eo videas . De posteriori hoc notarum genere nunc sermo est nobis. Eiusmodi notas mille & centum inuenisse creditur Ennius. Alias postea addidit Tyro, Ciceronis libertus, ut cognoscimus ex Eusebio in Chronicis. Mox & Persannius Philargyrus bonam augendis illis operam navavit: item Mæcenas, juxta Dionem †, sive Aquila, Mæcenatis libertus, ut refert Isidorus libro I Origin. cap. XXI. Post eos multas reperit Annæus Seneca, ita ut numerus notarum excresceret ad quinquies millenas. Addam de hac re verba Petri Diaconi proloquio Notarum ad Conradum Imperatorem: *Nunc quis primus Notas instituerit scribamus. Vulgares notas Ennius primus mille & centum inuenit; ad hunc scilicet usum, ut quicquid per conventionem presentium diceretur, librarii scriberent complures simul adstantes, diuisis inter se partibus, quot quisque verba, & quo ordine exciperet. Dehinc Tullius Tyro, Ciceronis libertus, notas prepositionum commentus est. Post hunc Philargyrus Samius, & aliqui (lego Aquila) Mæcenatis alias addiderunt. Deinde Lucius Annæus Seneca, contractis omnibus, digesto & aucto numero, opus in quinque millia extendit.* Narrat Tritthemius, se in bibliotheca Argentinensi vidisse psalterium Davidicum notis talibus exaratum: sed fuisse ei inscriptum, *Psalterium in Armenia lingua*: nempe ab scio quodam Notarum huiusmodi imperito. Volumen notarum Tyronis ac Senecæ divulgavit clarissimus propinquus meus Ianus Gruterus. Sed ut magnam partem Tyronis ac Senecæ esse credendum: ita non dubium, quin posteriores non pauca addiderint. Sanè Cæsares in iis referuntur omnes usque ad D. Antoninum †. Multa etiam in iis, quæ certissimum sit, sub Christianis demum Imp. accessisse. Ut, *Sion, gehenna, amen, archisynagogus, Evangelista, archiepiscopus, martyr, ecclesiasticus, apostata, catechizatus, baptizatus, & similia istis.*

¶ pag. 64 & 65.

Atque hæc de veterum scribendi ratione, tum aperta, tum occulta. Quam varios autem modos addiderint juniores, cognoscere est ex Tritthemio, qui dum dæmoniacas se adjurationes tradere simulat, ut vulgares animas religionis metu arceat, re verà principibus viris ac philosophis tradit varias occultè scribendi rationes: quarum notitia ut periculosa improbis, ita perutilis probis in rebus maximis, quæ publicis, quæ privatis. Nempe, quodam ingenii lusu, Spiritus vocat nostri spiritus sive animi notas: quemadmodum ipse innuit præfatione utrâque ad Philippum, Electorem Palatinam. Primus ei spiritus est *Pamersiel*: cum initiales solum literas cujusque vocis legimus. Hunc spiritum dicit esse austerum, nec facile exorabilem. Quo nihil aliud significat, quam difficilem esse. Quid enim operosius, quam duo hæc simul consequi: ut verba inuenias initialibus literis occultè

occultè significantia, quod voles : & ipsa tamen verba aptè adeo inter se connectas, ut nemo aliud scribi suspicetur, quam quod verba primà facie præ se ferunt? Tum addit, hunc spiritum esse infidelem. Quo indicat, huic scribendi modo non posse nos multum fidere, quia simplicitate suâ statim se paulò callidioribus prodit. Sententia igitur est, & difficulter sic scribi, & facilè sic penè à quovis legi. Similiter spiritus *Carnuel* eidem est ratio scribendi, ubi litera prima est otiosa, altera significativa, vel contrà. Addit & alia, quorum pleraque solùm faciunt ad involvendum. Per conjurationem verò, vel incantatorium carmen, designatur artificium legendi sic occultata, quòd artis ejus ignaro quædam esse incantatio videatur. Verùm dicere non habeo, utrùm omnia, quæ in MSSis Tritthemii continebantur, ejus generis fuerint; an nonnulla verè, uti videbatur, malorum constiterint spirituum commerciis. Quod si est, ut multum metuo, jure *ἀντίρροπον* flammis absumi curavit Elector Palatinus Fredericus II, cujus illud in bibliotheca adservabatur. Indignè id fert in Cryptographia suâ * *lib. 3. c. 15.*

vir doctissimus Gustavus Selenus, † eoque nomine imperitiæ arguit focerum meum, summum virum, Franciscum Junium : qui ab Electore consultus, scripto hactenus inedito sententiam suam de istoc Tritthemiano opere longè aliam tulerat, quam Selenus vellet. Equidem, utcunque hoc imperitiam Selenus appellet, ingenuè tamen fateor, suspectissima mihi esse, quæ ex Tritthemii libro tertio ipse tradit † : uti illa de tribus Saturni angelis, rationeque sine literis, aut nuncio, per quarundam imaginum affatum, viginti quatuor horis cognoscendi, quæcunque toto terrarum orbe fiant. Ut valde metuam, ne in opere Tritthemiano fuerint,

*Φάρμακα * πολλά μὲν ἐσθλά μειγυμένα, πολλά δὲ λυγρὰ :*

ut de Ægypto cecinit Homerus †.

Post tam multa, quæ de notis & variis scribendi modis diximus; subit hæc cogitatio, an non excogitari possint notæ toti orbi communes, sic ut omnes gentes, utcunque non aliam, quam patriam intelligant linguam, hæcæ tamen notis cognitæ, volumina omnia sic scripta legere suâ linguâ possint. Quin humana hoc possit industria, minime dubitandum. Sed cum nunc signa habeamus vocum, quæ pro linguis variant; tum ea fingi debeant, quæ *ἀμείσως* ac proximè rerum vel conceptuum sint signa. Quomodo ex pictura hominis, equi, arboris, domus, homines omnes eundem habent conceptum : quomodo item gentes plurimæ conveniunt in notis Arithmeticis, quas cifras vocant : quomodo etiam variarum linguarum Astrologi conspirant in notis planetarum, quales *h, ♃, ♄, ☉, ♀, ♁, ♃* : item duodecim signorum

T 3

Zodiaci,

† Cognovi postea esse illusterrimum Ducem Lunenburgensem. Nempe Gustavus trajectus à tertio est Augustus. Selenus a Græco Σελήνη Luna. Deus æternum bene faxit tanta doctrina Principi.

† lib. 3. c. 16.

* Pharmaca multa salubria, mixtaque nociva multa.

† Od. 8.

Zodiaci, ♃, ♄, ♀, ♁, ♂, & sequentium. Nec diffiteor, tot prope characteribus opus fore, quot res sunt. Sed minimè hoc de sententiâ dimovet: quia si homines, & potissimùm pueri, quæ ætas memoriâ maximè valet, brevi temporis spatio plures addiscunt linguas: facillè quoque addiscuntur signa quasi communis cujusdam linguæ. Nec enim pluribus erit opus conceptuum signis, quam nunc opus vocum signis: ubi, quantum memoriâ valeat, etiam in varias addiscendo linguas, facillè omnes videmus. Valde etiam hanc rem confirmat, quod prodidit Nicolaus Trigaultius historiæ Sinensis lib. 1, cap. v, *non pauciores Sinensibus literas esse, quam voces numerantur: eas tamen ita inter se componere, ut LXX, aut LXXX millia non excedant.* Imò idem refert, Sinenses & Iapanenses, etsi linguâ æquè differant, ac Hebræi, & Belgæ; tamen, quæ sic scribuntur, intelligere, ac utramque gentem alterius libros ac scriptionem suâ linguâ lætitare. Nec dubium est, quin cùm tempore Babylonicæ confusionis pro una lingua nascerentur cxx, ut Paciano Barcionensi visum*: sive LXXII, ut Eusebii †, Epiphani ‡, Augustini *, Scriptoris de vocatione gentium †, Arnobii Junioris ‡, & tot aliorum opinio est: si scriptione ejusmodi usi forent, optimè alii aliorum sensa potuerint cognoscere. Vt cumque enim in legendo alii alia verba pronunciaissent: tamen iidem fuissent conceptus. Nempe uti nunc variarum linguarum homines rem eandem conspicientes eandem rem concipiunt: ita idem rei signum inveniunt, eundem habent conceptum. Atque hæc de figuris, tum cuique linguæ propriis, tum iis quibus omnes orbis incolas sese mutuo intellecturos dicebamus.

* epist. 2.
 † lib. 1 Chronolog. Gr.
 ‡ Panari lib. 16, cap. 6.
 * lib. 16 de Civ. Dei cap. 3 & hæc ref. 39.
 † lib. 2, c. 4.
 ‡ in psal. 104.

CAPUT XLII.

Acceditur ad ὀρθογραφίαν. Eam cognosci, tum ratione, tum auctoritate. Rationem peti ab distinctione, vel origine. Auctoritatem verò ab asseveratione doctorum, vel a scriptura lapp. & libb. vet. Antiquos disputasse, utrum scribi debeat ad an at, cum an quum, quidquid an quicquid, opstitit, an obstitit. Καταγραφία fit additione, distractione, innovatione, traiectione.

NVnc aliud de literis restat nihil, quàm ὀρθογραφία, sive recta scribendi ratio. Quam & ipsam referre licet ad scribendi modos. Nam vel scribimus, quomodo solent, qui emendatè id facere, doctorum judicio, existimantur: vel ab eorum more ac consuetudine deflectimus. Rectus scribendi modus bifariam & cognoscitur, & comprobatur: nimirum vel ratione, vel auctoritate. Ratio petitur, tum à distin-

distinctione, tum ab origine. Distinctione, quomodo discriminis causâ spiritus additur in *habeo*, & *hara*. Originè, quomodo *prudèntia* scribendum scimus per T, quia est à *prudènti*: & contrâ *audacia* per C, quia est ab *audaci*. Itidem non *vendico* dicimus, quomodo in vulgatis codd. legimus, sed *vindico*; quippe quod originem ducat à *viudex*. Et *caussa* potius scribimus per geminum SS, quia dicitur quasi *caussa*. Autoritas verò petitur vel ab asseveratione scriptorum antiquorum, quomodo in eadem *causse* voce exprimimus geminum SS, quia Ciceronem & Maronem id facere solitos esse, è Fabio scimus: vel è modo scribendi, qui reperitur in antiquis codd. & inscriptionibus, quam ob ipsam quoque rationem *caussa* malim geminato SS. Itidem *suboles* scribendum esse, tum autoritate veterum librorum probatur, tum ratione confirmatur, ut quod sit à *subolefendo*.

Magna verò circa hujusmodi, jam Fabii ævo, curiositas fuit. Docet id locus ite lib. I, cap. VII: *Illâ quoque servata est à multis differentia, ut AD cum esset prepositio, D litteram; cum autem conjunctio, T acciperet. Item CVM, si tempus significaret, per Q; si comitum, per C; si verò causam, per Q, ac duas sequentes VV, scriberetur. Frigidiora his alia, ut QVICQVID C quæritam haberet, ne interrogare bis videremur. Et QVOTIDIE, non cotidie, ut sit, quot diebus: Verum hæc jam inter ipsas ineptias evanescunt.* Vbi quatuor commemorat vocabula, de quibus dissertari olim solere, etiam è vet. Grammaticis scire possumus. De primo AD agit Velius Longus, Marius Victorinus lib. I, Terentius Scaurus de Orthograph. Beda de eadem, & alii. De altero, quod est CVM, vide, sis, Velium Longum, Terentium Scaurum, item Curtium Valerianum, & Cæcilium Vindicem apud Cassiodorum lib. de Orthogr. cap. III, & XI. De tertio, hoc est QVICQVID, monet Priscianus apud eundem cap. XII, & Marius Victorinus lib. I. Quartum, puta QVOTIDIE, probat Cornutus apud Cassiodorum; à quo dissentiant Velius, Beda, alii. Ed autem lubentiùs hunc Fabii locum adducere visum fuit, quia vulgè etiam ludibrium pueris debere putaretur, si quis præverbium AD per T scriberet. At videmus, jam Fabii ævo, neglexisse id plures. Et in libris quoque vet. atque inscriptionibus ipsis, & conjunctio, & præverbium scribuntur per T. Estque pro hac consuetudine Licinii Calvi testimonium apud Charisium. Itidem nemo non pædagogorum insignitè imperitum credat, qui in *obtinere*, *obstinere*, & similibus P pro B collocaet. Terentius tamen Scaurus docet, fuisse olim, qui per P scriberent *opstinere*. Quin illustris est apud Quinctilianum * locus, quo ostendit, meritò. * eodem cap.

in dubium vocari posse, ultra præferri debeat scribendi ratio. *Quæri*, inquit, solet in scribendo, præpositiones sonum, quem junctæ efficiunt, an quem separatæ, observare conveniat: ut, cum dico *Obvium*. Secundam enim B litteram ratio poscit: aures magis audiunt P.

Trifariam verò ab orthographia receditur, additione, detractiōe, immutatione. Additione peccatur, cum in vet. libb. est *thesaurius*, *formosius*: item *hyemps*, *emptum*, *sumptus*, quæ in iisdem reperias: ut taceam illa imperitis usitata, *præcor*, *præcium*, *præbyter*, & similia. Detractiōis errore in vet. libb. reperias *prægnatem* pro *prægnantem*: & simile creditur *ulcius* pro *hulcius*, cum Græcè sit ἕλκυς. Immutatione delinquitur bifariam. Nam vel literæ est innovatio: vel de loco in locum trajectio. Innovatio est *condicio* pro *conditio*, cum sit à *conditum*; *delitiæ* pro *deliciæ*, cum dicatur *delicatus*. Quædam tamen bifariam scribuntur, quæ Græci διπλογραφήματα appellant: ut *neglego*, & *negligo*. Item *protenus*, & *protinus*; *quatenus*, & *quatinus*: etsi Caper distinguat. Pere enim in compositione E in I transit: & aliàs quoque hæc literæ commigrant: ut *here*, & *beri*, ac similia.

CAPUT XLIII.

Sylva vocum juxta seriem litterarum: in quibus vera scribendi ratio ex vet. monumentis, vel origine comprobatur.

Etsi verò non pauca sint, ubi dissentiant homines etiam eruditissimi: & in hisce minutiis sæpe, utrum hoc, an altero modo scribas, manum non verterim: quia tamen grata ubique est veritas, improbari eorum studium non debet, qui attendunt, utrum inter se conveniant monumenta vetera: & si diversimodè aliquid in iis exaretur, an quid semper se offerat in illis, quæ emendatiùs scripta sunt; vel si non semper, quid multò in iis frequentius legatur. Nec tum admodum refert, an origo vocabuli aliud suadere videatur. Nam sæpe origo est incerta: & derivata multa longiùs à fonte suo abeunt. Sin is fuerit dissensus, ut quid veteres maximè probarint, jure ambigi possit: erit sequendum illud, quod ab origine propius recesserit. Ut apertiora hæc fiant, pluscula adferam exempla: ex quibus faciliùs erit statuere de cæteris; quæ à nobis nunc prætereuntur, quia hîc specimen solum dare volumus, pleniusque de talibus tractamus in Originum libb.

Aerius, & *etherius*, per tertiam vocalem ante V S probat Aldus. Et pro eo præter veteres aliquot codd. est Græcorum mos, qui scribunt *αιερος*, & *αιθερος*. Verùm nec per E damnare animum, eò quod hæc scribendi

bendi ratio subnixa fit cùm aliis libris, itidem antiquis; tum ἀναλογία, quãdo per E Latini scribunt *igneus, melleus, flammæus, &c.*

Anachoritas per I in proximã ab ultima vulgò appellant eos, qui eremum incolunt. Et sanè ita vulgo ea vox quoque scribitur in epistolis B. Hieronymi, Calepino in *anachorita*, & *eremus*, inque vulgaris Lexicis Græcolatinis. Sed origo pro I exigit E, *Anachoreta*. Quippe non est ab ἀναχωρέω, quod transitivum est, ac valet idem ac ἀναχωρεῖν πῶ†: sed ab ἀναχωρέω*, unde ἀναχωρηταὶ quoque apud Iustinianum Nov. constit. 5, § σμεπλεον.

† recedere
facio.
recedo.

Arabs, trabs, urbs, quia sic etiam inter doctissimos obtinuit, per B scribo. Sed sonus exigit *urps, traps, Avaps*. Idem enim est sonus, qui in Græco Αεψ. Nec obstat, quòd in casu interrogandi dicamus *Arabis*. Nam idem usu venit in Græco ΑεβϞ: quia tenuis facilè mutatur in mediam. Hac de re sic Scaurus: *Non caret questione etiam Plebs, & Vrbs, & Pelops: quæ Varro ita distinguit, ut per B & S ea nominativo casu putet esse scribenda, quæ eandem literam genitivo reddant; ut Plebs, Plebis, Vrbs, Vrbs: ea verò per P, & S, quæ similiter genitivo ejusdem numeri in pis excutunt, ut Pelops, Pelopis. Sed nobis utrumque per P S videtur esse scribendum, omnia ex his X littera constet, quam genitivo diximus, aut in his, aut in pis exire.*

Arcesso pro *voco*, non *accerso*. Scio Agrætium distinguere hæc duo. *Accersit*, inquit, *qui vocat; arcessit, qui accusat, sicut Cicero, Nos capitis arcessere*. Sed meritò hoc discrimen negat Scaurus: *Vicunque, inquit, scribendum, ad eandem significationem videntur pertinere*. Clarè ait, uno modo utrâque scribi significatione. Vnicus ille modus est *arcesso* per R: ab antiquo *arcio*, quod ex *cio*, & antiquo *ar* pro *ad*: teste Prisciano. Sed de eo plura in Originum libris.

Arms probo; uti est in vet. libris; pro quo vulgo *arms*: nempe discriminis causa.

Baccà, non *bacca*, est in quibusque melioris notæ codd.

Benvolus & vet. libri probant, & ratio, cum in compositione E in I mutetur. Beda de Orthogr. *Benvolus & Malivolus, & Malificus, sicut à pace Pacificus*.

Blatero, non *blætero*. Nam primam corripit Horatius. Itaque & *deblaterare* pro *deblæterare* scribi apud Festum debet.

Bracchium duplici CC est in vet. codd. atque id præfert Aldus. In aliis tamèn *brachium* reperimus: & Græcè est βραχίον.

Bucina, non *buccina*, scribendum esse, ex Isidoro liquet. Et probat hoc Aldus nepos è vet. libb. ac marmoribus. Similiter Delrius reperit in cunctis Senecæ MSSis, & nos in variis codd.

Cæstus & *cestus* multi confundunt : sed perperam , quando , ut optimè ad v. Æn. monuit Servius, *cestus* sit baltheus Veneris, nempe $\lambda\alpha\pi\acute{\iota}\ \kappa\epsilon\upsilon\lambda\acute{\epsilon}\nu\ \ddagger$, quia punctis variè sit ornatus & interstinctus : *Cæstus* autem (quibus à cædendo nomen) sint arma pugilum ; nempe laminæ æneæ manibus alligatæ, quibus certantes se feriebant , unde Propertius lib. III, cl. XIII :

Nunc ligat ad cæstum gaudentia brachia loris ,

Missile nunc disci pondus in orbe rotat.

Eà significatione & *sculponeas* dixere veteres , ut ex Nævio Plautoque ostendit Fulgentius.

Cætera requirit origo , cum sit ex $\epsilon\ \epsilon\ \pi\epsilon\alpha$. Sed *cætera* merà vocali probant vet. libb.

Carthaginensis in prosa dicendum, ut *ἀναλογία* evincit. Aldus tamen obtendit Prisciani, Lapidum, & Pandectarum auctoritatem. Sed decepti sic scribentes Ennii auctoritas, cujus est :

Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis.

Nec cogitarunt, sic Ennium scribere coactum metri causâ , quod non recipit *Carthaginensis*.

Chalcedon, & *Chalcedonius* scribendum. Scio in vetustis exemplaribus & nummis non rarè inveniri *Chalcedon*, & *Chalcedonius*, vel *Chalcedonensis* : Sed rectius omnino *Chalcedon*, & *Chalcedonius*. Quemadmodum ex aliis libris & nummis constat, & Stephano in $\kappa\alpha\rho\chi\eta\delta\acute{\omega}\nu$. Codicum, qui abeunt, eo minor auctoritas, quod similiter crebro invenias *Chartago*, pro *Carthago*, ac alia id genus, ubi trajicitur adspiratio.

Cassiopea pro *Calliopea* dicere jubet Scaliger notis in Manilium : atque ita se reperisse ait in codice Gemblacensi. Sanè Græcis est $\kappa\alpha\sigma\iota\acute{\omicron}\ \epsilon\ \pi\epsilon\alpha$. Verum codici uni multò plures opponere licet, in quibus per O scribatur. Nempe Latini ut *Calliope* & *Calliopea*, ita *Cassiope* & *Cassiopea* scripsere. Nec est quòd Græca vox opponatur. Nam E & O facile commutantur. Ita Græcè est $\Pi\omicron\lambda\epsilon\mu\alpha\iota$: at in optimis libb. est *Ptolomæus*. Et $\beta\epsilon\rho\upsilon\iota\kappa\eta$, *Berenice*.

Cecidi, non *cæcidi*. Nam *c* in *i* mutatur : *e* verò primæ syllabæ est ab augmento : ut in *sefelli*, *pepedit*, & similibus. Ovidius Met. lib. I I, Fab. v :

Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.

Cera, non *cæra*, partim quia Græcè est $\kappa\eta\rho\acute{\omicron}\varsigma$: partim quia sic est in vet. libb.

Cæpi pro $\alpha\rho\chi\omicron\mu\alpha\iota$, non *cepi*. Nam *cæpi* per OE est ab antiquo *cæpio* : à *capiro* verò vel *cepi* dicimus, vel *cæpi* per *c* : quomodo hæc duo, Grutero teste, distinguuntur in MSS Plauti codd. quæ in Palatinâ fuere bibliothecâ :

Is amare cepit Alcmenenam clam virum,

Vsuramque ejus corporis cepit sibi.

Malim tamen posteriori loco simplici E scribi, ut à *capio* sit *cepi*, veluti à *facio* *feci*.

Convicium per C, probum : improbum *convicium* per T : sive sit à vicis, sive, quod magis probo, sic quasi *convocium* dicatur.

Culcita scribendum, non, ut vulgo, *culcitra*.

Ecloga non *ægloga*, ut est in multis libris, quasi sit $\epsilon\kappa\lambda\omicron\gamma\alpha\iota$ * : cum sit $\epsilon\kappa\lambda\omicron\gamma\alpha\iota$ $\delta\omicron\tau\omicron$ ξ $\epsilon\kappa\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota\nu$ †. Vnde *eclogari* Tullio lib. XVI ad Att. * à *capri*. † ab *eligen*-
do.

Effatus, non *ecfatus* scribere jubet Terentius Scaurus. In vet. tamen libris invenias *ecfodere*, *ecferre*, & similia : qua de re Canterus Notis in Cic. epist. XVIII, lib. VII ad Famil.

Ephœbentis ad Vitruvium scribit Philander ; *ephebentium* Mercurialis in arte Gymnastica. Sed rectum est *ephebiunt* vel *ephebeunt*. Nam Græcè est $\epsilon\phi\eta\beta\iota\omicron\upsilon\iota$ vel $\epsilon\phi\eta\beta\iota\omicron\upsilon$: ut ex Aristophanis Scholiaste in Aves constat.

Epichœrema malim quam *epichœrema*, cum Græcè sit $\epsilon\pi\iota\chi\epsilon\iota\gamma\epsilon\mu\alpha$: de quo dictum lib. III Orat. I. Institit. cap. v sect. IV.

Epistula, & *adulescens* rectè scribitur per quintam vocalem. Nam & in his, & aliis omnibus, non tam opus spectare originem, quàm antiquorum consuetudinem.

Eremita, non *Heremita*, ab $\epsilon\pi\epsilon\mu\iota\tau\iota\varsigma$, quod ab $\epsilon\pi\eta\mu\tau\omicron$.

Ethica malim, quia Græcè $\epsilon\theta\iota\kappa\eta$. Multi tamen libri *ethica*, quod iccirco Camerarius præfert. Nempe ut *sciæna* est à $\sigma\kappa\eta\nu\eta$.

Exsilio, *exsulo*, *exsilo*, *exsupero*, *exsurgo*, similiaque, cum S malim. Contra scio Priscianus, Camerarius †, Marius Corradus *, & alii multi. Verùm $\epsilon\pi\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$ refutantur, & librorum non $\nu\epsilon\omicron\pi\alpha\lambda\alpha\iota\omega\nu$ † tantum, ut Camerarius ait, sed bene antiquorum auctoritate. At enim, inquirunt nonnulli, in E X continetur S. Continetur sanè, sed S præpositionis, non verbi sequentis. Duo autem S S concurrere nihil prohibet, cum dicamus *ossa*, *jussa*, *lassa*, *caussa*, &c. Et cur, si ferè sic argumentantur, *exscribo* ipsi malunt, quàm *excribo*? Quomodo item distinguunt *exsorti* ab *exsors*, *exorti* ab *exorior*? quomodo *exspecto* cum est à $\pi\epsilon\sigma\tau\omicron$, ab *exspecto*, quod à $\pi\epsilon\sigma\tau\omicron$? Sanè *exspecto* per S probant quoque Fabius, Velius, Scaurus, alii.

Fecundus, *felix*, *femina*, *senus*, *setus*, & horum derivata, merà vocali fere invenias in antiquis codd. & lapp. Nec movet, quòd Iul. Scaliger *femina* putat esse à $\phi\omicron\iota\tau\alpha\nu$. Nam etymon id incertà nititur conjecturà. Quin puto verisimilius deduci ab antiquo *feo*; unde & *setus*, ut à *fleo*, *fletus*.

Incoho, an *incoho* scribi debeat, jam olim quæsitum : ut ex Servio & aliiis

aliis constat. *Inchoo* requirit origo, si sit à *chaos*, quod & Græcis per χ scribitur. Verrius tamen Flaccus, Augustæ ævi Grammaticus, *inchoo* maluit: ut ex lib. I * Diomedis cognoscimus. Sanè ut in *cohors*, quod à *conserendo* est, non *cohortando*; item in *abenum*, *mibi. vehemens, prebendo, Vahalis* (nam ex *Wael* fecere *Vahal* sive *Vahalis*) ita in *inchoo* veteres inter duas vocales adspirationem interjecerunt. At nusquam, ut ex ipso Servio † discimus, subiecere H literæ C, præterquam in tribus hisce, *sepulchrum, Orchus, pulcher*.

† in 3 Georg. *Increbesco, & inrebusi* dicendum. Quibus aliud visum, eo argumento pugnant, quod illa in E S C O veniunt à neutris. Quare, inquit, ut non *nigresco* à *niger* dicimus, sed à *nigrum nigresco*, ac à *maacer*, non *macesco*, sed *macresco*: ita nec à *creber crebesco* erit, sed à *crebrum crebesco*. Et sanè magis ventorum murmur exprimit, si scribamus I Georg. *Nemorum increbrescere murmur*. Sed de formatione verborum in E S C O quod dicunt, non est perpetuum. Nam à *ruber* dicimus *rubesco*.

Internundinum, non *internundinum*: de quo ita Victorinus: *Internundinum scribendam. Ut enim Interlunium, & Trinoctium, ita Internundinum, quod novem dies inter se continuos habeat, non quod nono die sit.*

† voce Verrens. *Lamina* ac *lamna* per N in postrema, cum sit $\lambda\alpha\mu\eta\eta$ & $\epsilon\lambda\alpha\mu\eta\eta$, quod est *ductile opus facio*. Nempe $\kappa\alpha\tau' \alpha\phi\alpha\iota\rho\epsilon\sigma\iota\eta$ & $\sigma\upsilon\gamma\kappa\epsilon\pi\lambda\omega$ & $\epsilon\epsilon$ ex $\epsilon\lambda\alpha\mu\eta\eta$ vel $\eta\lambda\alpha\mu\eta\eta$. Objectant, quod *lamina* ac *lamna* duplici M M in chirographis Horatii ac Prudentii scribi, commemoret Ob. Giffanius in Indice Lucretiano †. Sed codd. his opponimus codices alios item antiquos, in quibus *lamina* & *lamna* constanter invenimus: quod & de suis codd. scribit Carrio ad lib. I Valerii Flacci.

Lathyrus, non *Lathyrus*, cum Græcè sit $\lambda\alpha\theta\upsilon\rho\epsilon$, Ptolemæi, regis Ægyptii, cognomentum.

Lingulaca & *pastinaca* est in vett. libris. Sed *lingulata* & *pastinata* per T requirit analogia. Quæ iccirco magis probat Turnebus: nec ab ejus sententia abhorret Lambinus. Tutius tamen puto vett. libris insisti.

† Cic. 3. Tuscul. 10. Macrobi. lib. 2. cap. 1. Ammianus Marcellinus lib. 26. Solimanus, Hieronymus, Salsberien. § 1. &c. *Loquela, & querela*: non *loquella, & querella*: quod putabat Aldus in Orthogr. Nec diffiteor sic in plerisque codd. vett. inveniri. Verùm alii aliter: quibus favet $\alpha\iota\nu\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\alpha$. Nam sic dicimus, *tutela, medela, suadela, à candeo candela*, similiaque.

Mibi, & nihil scribi oportere, nec pueros nunc fugit. Et tamen consonantis C adjectionem Leonardus Aretinus seriò defendere est adnixus lib. VII, epist. II, ad Antonium Grammaticum. Verùm hoc seculo illi tribuendum, non Aretino. Nunc quidem ita ridiculum sit, ut si viveret Crassus ille, quem semel in vitâ risisse scripsit Lucilius †, idem fuerit acturus, quod olim, cum asinum carduos comedentem vidit.

Motto

Monumentum per V, non *monimentum* per I : cum *monumentum* dicatur, ut *emolumentum*, *nocumentum*, *documentum*.

Ne scribendum pro *Næ* : quamquam Aldus posterius probet, quia Græcis est *vai*. Sed aliter libri vet. qua de re plura Faërnus in prologum Andr. Malaspina in epist. Cic. ad Att. Lambinus in orat. Cic. pro Fontejo, & Catil. 11.

Nefas, non *nephas*, cum sit à *ne*, & *fari*.

Opperior, pro *exspecto*, non *operior*, habent vet. libb. Nempe simile est ac *oppeto*, *oppo*, *oppignero*, *opportunus* atque alia id genus.

Origenes dicendum, pro quo eruditi etiam homines Origines. Nec enim est ab Origo unde pluralis Origines : sed ab *Ὠριγένης*, quasi Origena, sive Oro genitus. Dixi de hoc lib. 11 Theolog. Gentilis cap. x.

Parsimonia per C, non *parsimonia* per S. Nam prius in vet. libris invenias, favente *ἀναιολογία*, cum à *parco* sit *parcimonia*, ut ab *alo* *alimonia*, à *queror* *querimonia*. Quod si *parsimonia* esset à *parsum*, *alimonia* & *questimonia* itidem dici deberet. Non tamen mordicus alterum damnem, cum à *cultum* videatur esse *cultimonia*, & *γενεαία*. Putat Scaliger, usum Tertullianum scripto scholastico de Pallio, cap. quarto penè extremo : *Cum ob cultimoniae candidatum, & ob notam viæ, & privilegii galeri, Cereri initiaretur*. Vbi in vulgatis pro *cultimonia*, *cultum* omnia editum est. Sed doctissimus Salmatius vulgatam retinet. Ut *omnia candidam* sit *παντὸς ἀδελφῆς* : quomodo in libro de pœnitentia ait, *omnia sanctus*; Virgilius,

Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque.

Patricius, non *paritius*. Nam per C scribi debere, vel eo argumento cognoscitur, quod à *patribus ciendis* deducant Livius lib. x, & alii. Vellejum idem dicere ait Hadr. Iunius in Nomenclatore. Sed fallitur. Ac planè similis error est in *tribunitius*, *edilitius*, *fictitius*, *novitius*; quæ per C signari debere, clarè tradit Priscian. in iv, ac Aldus quoque comprobant in Orthogr.

Pentecostarchus, non *pentacostarchus*, oportere scribi, haut operæ est fet monere, nisi viderem aliter exarari ab hominibus eruditis : imò & optimæ quoque notæ codices A in secunda haberent. Sic enim Santis Pagini tralatio anni *CIIO IO XXVIII* : editio vulgata Antverpiana illustrata à Benedicto, editaque anno *CIIO IO XL*, Veneta Isidori Clarii anni *CIIO IO LV*, Parisiensis Rob. Steph. anni *CIIO IO LVII*, & ne singulis insistam in re minuta, etiam Romana Sixti V anni *CIIO IO CIII*. Sed MSSi nostri rectè *pentecostarchus*. Nam Græcè est *πεντηκόνταρχος* à *πεντήκοντα*, *quinquaginta*.

Perlego integrè invenias in melioris notæ libris : magis tamen probem,

bem, *pellego* ut *intellego*, sive *intelligo*. Terentius Scaurus: *Pellego*, ut omnes antiqui dixerant, non *pelegere*. Unde & apud Virgilium legendum: *Pellegerent oculis*.

Pœna per OE, non *pœna* per Æ; quod Marius Corradum probasse miror. Nam & vet. libb. aliter, & ἐπιμολογία reclamationem, cum sit à πονή. *Pœnet* tamen in vet. libb. per Æ legas. Quod iccirco non ausim damnare: etsi origine ductus (est enim à pœna) & quorundam etiam codd. auctoritate, *pœnet* præferam.

Pomœrium exigit origo, cum sit à *pone* & *mœrius*, teste Varrone in IV de L. L. Qui simplici vocali *pomœrium* scribunt, tueri se possunt vet. libb.

Porcius, non *Portius*. A porco enim est Porciorum familia, ut ab ove Oviorum, ab asino Afniorum.

Prædium per Æ, non *prædium* per OE: cum unica tantum litera differat à *prandium*, ut illud Martialis indicat, lib. XI, epigr. XIX:

Errasti Lupe, licet à scd una.

Nam quo tempore prædium dedisti,
Mallet tu mihi prandium dedisses.

Quatuor, non *quattuor*, etsi duplici T probet Aldus. Sed Giffanius, & ipsi quoque, unico scribi, in vet. libris observavimus: ac probat id ἐπιμολογία, cum sit à *quater*. At non rectè putabat idem Giffanius, iccirco corripit ab Ennio apud Cic. I de Divinat.

Cedunt ter quatuor de caelo corpora sancta
Avium.

Et apud Flav. Sospitrum lib. I:

Iamque adeo quatuor partium.

Nam meliores Ciceronis codices habent:

Cedunt de caelo ter quatuor corpora sancta.

Ita *quatuor* fuerit Spondæus ob σενιζήσιον, quemadmodum & in versu altero, quem proximè ex Charisio adducebamus.

Rhetia per Æ scribendum: etsi & in vet. libb. ac monumentis, doctissimo Vellero * teste, invenitur, *Retia*, *Rhetia*, *Rethia*, *Rœtia* ac *Rhœtia*. Sed ut *Rhetia* magis probem, facit, tum quòd Græcè is populus Ραιητι dicatur: unde apud Arrianum in Indicis corruptè legitur, Ραιτων, pro Ραιτων: tum quòd meliores & antiquiores libri, ac lapides, per Æ, & tenui T, habeant *Raitia*, *Ractia*, aut *Rhaetia*: ex qua scripturæ inconstantia (octo enim ejus vocis scribendæ modos adduximus) paret, quàm frustra sint, qui si in unicum fortè inciderent lapidem, aut codicem antiquiorem, quo tamen uti nesciant, confestim novam comminiscuntur ἐπιμολογία, & censorio supercilio doctis præscriptum eunt.

Sæpes,

* lib. I rerum August. Vindel.

Sæpes, sæpio, sæpimentum, vulgò merâ vocali in primâ scribunt. Sed cum diphthongo invenimus in libb. vet. uti & Pierius in optimis codd. scribi testatur in Ecl. 1. & Giffanius indice Lucret. in *Sæpta*.

Sallustius, non *Salustius*, vet. libb. Imò & *Appulejus*, non *Arpulejus*, etsi aliter libri. Nempe sufficit, quòd contra est in lapp. semper. *Lucilius* verò non *Lucillius*, quia sic omnes codd. antiqui, & ἀναλογία favet. Nam simile est *Servilius*.

Scena, an *scena* scribas, parum refert. Origo requirit *scena*, cum Attice & Ionice communi lingua sit σκηνή. Malim tamen *scæna* cum diphthongo. Ita enim legitur in lapp. & optimis ac antiquissimis libris: qua de re Aldus in Orthogr. & imprimis Faernus ad Prol. Hec. Atque ut hoc non esset, satis esse debet, quod Varro lib. VI de L. L. & *scæna*, & *scæptum* scribat, etsi Actium *scæna*, alios item *scæptum*, Græcorum more, scribere agnoscat. Priscianus etiam Æ probat, & causam addit, quod Romani soleant imitari Æoles, qui scripsere σκηνά, pro σκηνή. Verba dabo: *Ponitur Æ pro E longa: ut σκηνή, scæna: Æ pro A, ut Æscularius, pro Ασκήτι.* In quo Æoles sequuntur. Illi enim Νύμφους pro Νύμφαις, & Φαισίν pro Φαισίν dicunt.

Scripsi, nubsi, labisus sum, per B, scribunt hodie multi: & pro iis videtur esse ἀναλογία. Attamen magis probem per P, propter διφθωνίαν. Nempe ut à θλίβω, & τελίβω, non est θλίβω, vel τελίβω, sed θλίψω, & τελίψω, sic à scribo est scripsi, à nubo nubsi, atque ita in aliis. Idem nobiscum docent Agroæcius, & Beda de Orthographia; ac Priscianus quoque lib. 1, ubi sic scribit: *Sciendum est, quòd principium syllabæ omnino per Y, PS debet habere: ut psittacus, psendolus, ipse. Nubo quoque nubsi, scribo scripsi facium: quamvis analogia per B cogat scribere: sed euphonia superat, quæ etiam nubtam, non nubtam, & scripium, non scribium, compellit per P, non B, dicere & scribere.*

Sexcunx & fescunx, malè confundunt. Miror autem eos quoque in hunc lapidem impingere, qui se multijugâ lectione jactant. Quippe ostendunt se nec primam legisse paginam eruditi operis Budæani de Affe.

Sidus quoque per I cum vet. libris, non *sydus* per Y scripserim cum vulgo; cum Y in Græcis tantum adhibeamus: *sidus* autem sive ab insidendo sit, ut censet Varro; sive aliunde; saltem Græcum non sit.

Silva per I, non *sylova*, etsi sit ab ὕλη, non à silentio: similiterque *Silvanus*, Æneas *Silvius*, Rhea *Silvia*, quæ non veteres modò codices probant, ut Vinetus* quoque agnoscit; sed & Græci scriptores, quando Σιλβανός, Σιλβι, Σιλβία legere est apud Strabonem, Plutarchum, Zonaram, Suidam, alios.

* notis ad
Færi lib. 1.
cap. 1.

Similimus unico L scribere quidam è junioribus jubent. Sed hos refellit tum poetarum, qui syllabam producunt, & antiquorum codicum, in quibus geminatur, autoritas: tum ratio, partim à sono petita, qui nimis fuerit exilis; partim ab analogià aliarum vocum, cujusmodi sunt *humilimus*, *imbecillimus*, *facillimus*.

Solemne, non *solenne* ut vulgo exaratur, quasi sit à *solus*, & *annus*. Nam *sollenne*, cum veteres codd. approbant, tum ἐπιμορφία, quia est ab Olco *sollus* †, hoc est, totus, unde & *sollers* *, quali totus ars: MNE autem in *sollenne* est vocis productio.

† Festus in
Sollis.
* Idem ibi
dem.

Sollistimum, non *sollistimum*, vett. libb.

Spelcum per Æ requirit origo, cum Græcè sit σπύλαιον: in vett. tamen codd. est *speleum* per simplex E. Ut damnare hoc non ausim.

Tater, non *teier*, juxta libb. vett. scribendum.

Toule, non *Tnyle*, cum Græcè sit Θύλη.

Sulsus, non *sulphus*, cum in Latinis Φ non habeat locum, sed F.

Subsiciua non *succisiva*. Priori enim modo est in optimis libris, & in tabula ænea, quæ in opere inscriptionum Gruterianarum legitur pag. MLXXXI. 2. Nempe non à *succidendo* est, sed *subsecando*.

Tofus, non *tophus*. Nam PH solum utimur in iis, quæ à Græcis accepimus.

Vinea, & *tinea*, per E malim, ob multitudinem bonorum codicum in quibus ita signatur. Ut non moveat, quod Fulvius Ursinus in Virgilio cum Græcis collato † *vinia*, & *tinea*, per I reperisse se dicat; illud quidem in antiquo lapide apud Delphinum Gentilem: hoc autem in codice Virgilio Colotiano.

C A P V T XLIV.

De illo additionis & detractionis vitio, quo initialis litera syllabæ sequentis fit finis præcedentis, vel contrà. Olim etiam de eo dubitatum esse apud Græcos, & Romanos. Aristophani lux. Apostropho sociata ut unam vocem proferri. In ὀρθογραφία comprobandâ potissimam esse auctoritatem antiquorum lapideum aut metallorum: proximam veterum tum manusccriptorum, tum Grammaticorum: quorum nobiliores, qui de orthographia egerint, referuntur. In studio veteris orthographiæ neque nihil, neque nimium operæ poni oportere.

Potest etiam in eadem literâ vitium simul additionis & detractionis committi. Fit hoc in dividendis syllabis: ut *nos-ter*, pro *no-ster*, *ig-nis* pro *i-gnis*. Nam quæ consonæ initio vocis connectuntur, eæ quoque

quoque in medio junguntur. Itaque in *a-bdir* (ita dicitur lapis * *βαί- * Priscian*
πυλ⊕, qui & *abadir* †, vel *abaddir*) *b* ad posteriorem pertinet syllabam, *lib. 1.*
 quia dicimus *βδελυρός*. Item scribimus *Al-cmene*, quia dicitur *κημ*⊕: † *idem lib.*
Ara-cme, quia *Cnidus*: *i-pse*, quia *Pseudolus*: *o mnis*, quia *Mnestheus*: *5. 6 & 7.*
A-sclepiodorus, quia *σκληρός*: *barbari-smus*, quia *Smyrna*: *I-strum*, quia
struo: *Pa-stmus*, quia *Tmolus*: atque ita in cæteris. At quod vulgò hæc
 aliter scribantur, promanat à pronuntiatione vulgari; quæ, ut in aliis
 multis, ita hæc quoque in parte est vitiosa. Dicimus enim *mag-nus*, pro
ma-gnus, *am-nis* pro *a-mnis*, *honestus* pro *hone-stus*, *lec-tus* pro *le-ctus*, alia-
 que id genus infinita. Scribere autem volumus, ut pronunciamus:
 quod laudem merebatur, si pronunciamus ut veteres. Sanè aliter
 pronuntiassè veteres liquet ex vet. Grammaticis: uti Prisciano *lib. 1.*
 Ac Victorinus quoque ait priorem in *a-mnis* esse longam, quia sequens
 syllabas incipiat duabus consonis. Quamquam & olim ita pronun-
 ciassè quædam videntur, ut scrupulus in scribendo relinqueretur, si
 non doctioribus, saltem imperitis. Nam unde alioqui esse dicemus,
 quòd Sextus Empiricus, ubi adversus Grammaticos † disputat, inter † *cap. 9.*
 Orthographiæ quæstiones refert, utrùm *ὄμβ-εμ*⊕, an *ὄμ-εμ*⊕
 scribi debeat: item *Ἀρι-πέλης*, an *Ἀρι-πέλης*. Non dubium enim,
 quin recta sint *ὄμ-εμ*⊕, & *Ἀρι-πέλης*, cùm dicatur *βρέχω*, & *πέω*.
 Imò nec semper requiritur, ut vox aliqua similiter incipiat. Nam
 scribendum *ἰ-θλός*, *ἰ-θμός*, *ἰ-χθρός*; etſi *θλ*, *θμ*, *χθ*, non invenian-
 tur initio vocis. Etiam Priscianus * jubet scribere *Abo-dlas*, (barba- * *lib. 1.*
 rum id nomen) *Cy-dnus*, & *Aria-dne*, item *My-gdonides*: etſi *dl*, *dn*, &
gd, in principio vocis non occurrant. Vt infirmum sit eorum argu-
 mentum, qui *doctrina* malunt, quàm *doctrina*, quia *ctr* non reperias ini-
 tio vocabuli. Sufficit enim quòd soni natura non obstat, quo minus
 æquè initio dicamus *ctr*, quam *str*: ut in *strepo*, *struus*. Accedit, quòd in
doctrina non possit alia esse princeps syllaba, quàm in *doctus*: vel in
doctus, quàm in *docius*, unde *doctus* factum *δὲ συγνεπλω*. Composito-
 rum tamen dispar ratio. Nam scribimus *ab-ino*, *dis-cors*, *trans-marinus*;
 etſi dicatur *blandior*, *scopæ*, *Smyrna*. Quamquam nec defuerint olim,
 quibus in *abeo*, *adeo*, *perco*, non *ab*, *ad*, *per*, sed *a* & *pe*, princeps esset
 syllaba: ac par ratio aliorum. Verùm rectiùs hæc de re Quintilianus
lib. 1, cap. VIII: *Est etiam in dividendis verbis observatio, mediam literam*
consonantem priori, an sequenti syllabæ adjungas. *Aruspex enim, quia pars ejus*
posterior à spectando est, S literam tertiæ dabit: abstemius, quia ex abstinentia
temeti composita vox, primæ relinquetur. Rectè & Terentius Scaurus:
Per connexionem illam adnotanda sunt, ut Neg-otium; cujus primæ syllabæ G
debeat adjungi, non sequenti; quod dicitum est, quia nec otium. Item *Ne-scire,*
 quòd

quod sit ne & scire; & Ex-sil, ut ut S sequenti syllabæ adjungatur, quia significetur extra solam patrie missus.

Dubitant nonnulli, quid statui conveniat de compositis, in quibus vocalis ultima partis prioris absorbetur à prima partis sequentis. E. G. utrum παρ-έρχομαι scribi debeat, an πα-ρίερχομαι, ist-hic an i-sthic. Scaliger lib. de caussis L. L. cap. XLIX, mavult ist-hic, quia non minus ist, quam est, dici possit; ac quemadmodum syllabarum initia ab initiis, ita fines à finibus mensurentur. Verùm non isthic, sed istic, citra spiritus notam, fuit in Bembino, aliisque Terentii optimæ notæ codd. quos Faërnus expressit. Ac monet Aldus, similiter legi in Virgilio Carpensì, aliisque libris antiquis. Inque multis id codd. nos quoque observavimus. Præterea priorem syllabam non ist, sed i esse, argumento sit, quòd par sit in compositis hujusmodi ratio, atque in apostropho est. At in hac, ex Grammaticorum omnium consensu, non alià de causà duæ voces unius instar proferuntur, quàm quòd prima vocis sequentis succedat in locum abjectæ. Alioqui enim poterit syllaba apud Græcos definire in consonam adspiratam: ut αφ' ε', νυχθ' ὄλιω. Vbi primæ syllabæ α', & νυ: secundæ φ' ε' & χθ' ο'. Vt omnino hæc tanquam una vox efferantur. Si enim veteres, quando esset apostrophus, paullum moræ interposuissent post vocem priorem: non parèret, quomodo Aristophanes in Ranis risum excitàrit versu istoc Euripidæ *:

* in Oreste.

† Ex stultitiam serenitatem conspicior.

‡ serenitatem conspicior.

* mustelam conspicior.

† Cum Polope accusabens pater vocavit Iupiter.

‡ græcum.

* symbolam hinc convivium.

† Gualtelmum Bailium libello de accent. Græc.

Εκ κυμάτων ᾗ αὐθις αὖ γαλήν' ὄρω †.

At res plana est, si verum est, quod dicimus, voces duas sonuisse, ut unam. Neque enim liquebat, utrum diceretur, γαλήν' ὄρω, pro, γαλιω αὐθις ὄρω †, an γαλήν ἔρω *. Idem judico de versu Epicharmi:

Ο Ἰ Ζεὺς μ' ἐκάλεσε Πέλοπι γ' ἔρανον ἐσιῶν.

Nam risus ex eo ortus, quòd auditores putarent, histrionem dicere, γέρανον †, non γέ ἔρανον *. Scio virum eruditum † ex his ipsis versibus colligere, peritiores olim solitos post prius vocabulum vocem leviter suspendere ad elisionem indicandam. Verùm quomodo vox potuit suspendi in γ' ἔρανον, & similibus? Adhæc poetæ ipsi ob versus ambiguos, non histriones, ob pronunciationis vitium, ridebantur. Atque ut daremus, histriones hac in re peccasse, cui non verisimile fiat, ideo nihil ab iis post vocem priorem moræ factum esse, quòd id vulgò fieri non soleret; vel si fortè, à peritioribus solum: neque id ubivis, sed tantummodo, quando, vocibus aliter pronunciatis, ambigua esset dicentis sententia.

Plura qui de Orthographia volet, multùm juvabitur scholiis ac notis eorum, qui veteres codd. castigarunt: item illis, qui ex professo de hoc

hoc

hoc argumento scripsere : uti fecerunt Iovianus Pontanus lib. de ad-
 spiratione; Camerarius opusculo, quod Philippicæ Grammaticæ addi-
 soler; Marius Corradus libb. de L. L. ac supra istos Aldus junior ope-
 re, quod de Orthographia inscribitur. In eo tamen hic omni culpâ
 non vacat, quòd, deceptus ab aliis, alios quoque falsis aliquot in-
 scriptionibus decipiat. Qua de re Antonius Augustinus dialogo XI
 Antiquit. Roman. & Hispanic. Multùm etiam ad intelligendum ve-
 terum *ἱερουργίαν* conferet inscriptionum Gruterianarum Index
 Grammaticus. Sed cùm in eo maximè referantur, quæ rariùs, & in-
 terdum semel iterum duntaxat se offerunt : operæ sit ipsas adire in-
 scriptiones, ut videatur, in quibus vel omnes, vel antiquissimi quique
 lapides consentiunt. Etiam operæ sit adire Thesaurum Antiquarium
 Huberti Goltzii, & alios, qui de veteribus numismatis scripserunt. At,
 inquit, lapidæ, & similes, indoctum erat hominum genus, ut stare
 illis nequeamus. Nimirum videntur ex nostris temporibus vetera me-
 tiri, quibus Latina lingua erat vernacula. Præterea, ut latomi essent
 imperiti, non aliter tamen incidere licebat, quàm præscriberent illu-
 stres & doctissimi homines : quibus magnopere erat curæ, ut omnia,
 quàm emendatissimè inscriberentur. Argumento illud erit, quòd
 Magnus Pompejus (ut de eo prodidit Tullius Tiro *, qui iis temporibus
 vixit) doctissimos Urbis viros super hoc consuluit, utrùm in æde
 Victoriæ TERTIO, an TERTIVM CONSVL, incidi
 deberet; atque ut, his dissentientibus, adierit M. Ciceronem : ille au-
 tem, ne hos, vel illos improbasse videretur, suaserit Pompejo, ut
 TERT. scriberetur. Et quis nescit, quàm curiosè Nigidius Figu-
 lus † differuerit, quando *pueri* per I; quando *pueræ*, per E I, scribi
 oporteret? Talia curabant in charta peritura; non curabant in saxo
 duraturo, Urbisque, imò orbis oculis exposito? Possunt & alia in hanc
 sententiam adferri; quæ satis docent, non debere audiri, qui contem-
 tim aded de lapp. sentiunt & loquuntur : nec pili faciunt, quid in
 omnibus, vel penè omnibus lapidibus reperiatur. Quasi ullum certius
 esse veteris scripturæ argumentum possit, quàm consensus lapidum, ta-
 bularum ænearum, nummorum, similibusque monumentorum, quæ ab
 antiquissimis temporibus ad nostra usque tempora durarunt. Nam li-
 brorum alii ex aliis excscribuntur, magisque & magis à primo codice
 abitur. Lapidés verò nummique immutati permanent. Tantum opus,
 ut genuinas seu nummorum; seu marmorum inscriptiones à suppositi-
 ciis distinguamus. Quis enim ignorat, quot falsæ inscriptiones cir-
 cumferantur? quibus alii quidem scientes volentes imposuere simpli-
 cioribus : alii verò sibi os sublini credulitate nimia passi sunt. In priori

* apud Gel-
 lium lib. 10.
 cap. 1.

† Gell. lib.
 19. cap. 14.

* lib. 1.

† *Gell. lib.*
14, c. 9.

hominum genere reponi merentur Annius Viterbiensis, Ioannes Camers, & Cyriacus Anconitanus: ut de Pomponio Læto, Ioviano Pontano, præclaris alioqui viris, & aliis quibusdam, nihil dicam. Præterea opus distinguere inter ætates; pro quibus, Fabio * etiam teste, variat *εἰς ἄρχαία*. Nec enim ii sumus, qui revocari velimus rationem scribendi obsoletam: qualis est in columna Duilliana. Volumus pro exemplo esse ea tempora, quibus studia Romæ maximè viguerunt. Ut quis Cicero & Cæsar facundiæ præstabant: Varro, & Nigidius † doctrinarum erant columina: Crispus Sallustius in historia Romana primas ferebat. Ut de Catullo, Pomponio Attico, Cornelio Nepote, & cæteris ejus temporis, taceam. Idem dixerò de Augusti imperio: quo Virgilius & Horatius, quo illi amorum quatuorviri, quo Livius, & alii excellentes erant viri. Neque excepero seculum proximè secutum: quo Marcus floruit Seneca, & Senecæ ter numeranda domus: quo Columella, Plinius uterque, Fabius, Tacitus, Tranquillus, cæterique. Cur enim non in Latinis scribendis hæc nobis tempora potius proponamus, quàm sequiora secula, præcipuè illa, quibus barbaricæ irruptiones, ut imperium, ita linguam, & rectam scribendi consuetudinè corruperunt? Vetus autem consuetudo unde certius petatur, quàm è marmoribus & numis? Proxima tamen post lapides, & metalla, gloria est libris chirographis; dum eos ætas & bonitas commendent. Item veteribus Grammaticis, qui hanc artis partem tractarunt. Adeundi igitur Velius Longus, Flavius Caper, Q. Terentius Scaurus, atque excerpta veterum Grammaticorum, è quibus suum de Orthographia librum contexuit Cassiodorus. Item Marii Victorini liber 1, & Bedæ presbyteri de Orthographia libellus. Nec tamen auctor singulis fuero, ut postquam animus graviora possit, diu multumque in his studii & operæ ponant. Grata quidem ubique est veritas: at non propterea in minus necessariis contare ea omnibus debet majorum & meliorum studiorum damno. Potiùs duo tres accuratè de tota scribendi ratione dispiciant ac tractent, aliquo dispendio suo, at compendio Reip. literariæ. Horum ubi labores illi probarint, qui studium hoc intelligunt, cæteri talium iudicium sequantur: ac tantummodo Velium, Scaurum, & similes, antiquitatis causâ degissent. Quomodo futurum, ut per minutias hæc eant, non circa illas hæreant:

FINIS LIBRI PRIMI.

G E-

GERARDI IOANNIS VOSSII
ARISTARCHI,

SIVE
ARTIS GRAMMATICÆ,
LIBER SECVNDVS.

qui est

DE SYLLABIS.

CAPVT I.

Προσῳδίας *objectum*. Diomedes *emendatus*. *Varia definitiones syllabæ rejiciuntur*. Συλλαβῆ *de voce disyllaba*. Vera syllabæ *definitio adlata*.

VIdimus de Ὀρθογραφίᾳ, sive literis. Venio ad Προσῳδίαν, quæ versatur circa omne illud, quod accentu præditum est. Id quia ut plurimum literarum conjunctione constat, συνεκδοχικῶς vocatur συλλαβῆ. In cujus definitione mirificè sunt alucinati. Flavio Sospitro, & Maximo Victorino, definitur hoc modo: *Syllaba est litera vocalis, aut literarum coitus per aliquam vocalem comprehensus*. Quæ veriùs syllabæ divisio est, quàm definitio. Præterea A in AVDIO syllaba non est. Convenit tamen ei hæc descriptio. Diomedes definitur, *comprehensio literarum enunciativa*. Sic enim apud eum legendum; pro quo in Putschianâ editum est, *Syllaba est comprehensio literarum enunciativatio*. Suspicio autem, Diomedem adjecisse, *uno spiritu, vel accentu*. Hoc utunque est, Prisciano quidem sic describitur: *Syllaba est comprehensio literarum consequens sub uno accentu, & uno spiritu prolata*. Vbi si Priscianum audimus (atque idem de Diomede dictum velim) verbum *ai*, aut provocabula *ea, ei, eo, ei*, disyllaba non sint: Græcum item *εἰω* trisyllabum non erit. At hoc planè est absurdum. Nisi quis tueri se volet eo, quod etiam Dio Chrysostomus, oratione prima De gloria *, *κέρυτρεος & δασκερῦτρεος* unâ solum syllabâ dicat distare. Sic enim scribit †: *Και τῆς μὲν κηρύτρεος, Φασιν· ἐκείνης ἢ δασκερῦτρεος, δηλονότι τῆς μίαν συλλαβὴν γαρουλίης τῆς δασκρεος*. Sed hic ejus vocis usus planè est insolens. Vt autem veram Syllabæ definitionem inveniamus, aliùs est ordiendum.

* pag. 605.
edit. Morell.
† Et illos
quidem di-
cunt κηρύ-
τρεος, prædi-
cari: hos au-
tem δασκε-
ρῦτρεος, de-
prædicari:
videlicet ne
propter un-
am syllaba-
m sit dif-
ferentia.

X 3

Gram-

Grammaticæ finis est puritas orationis : subiectum est oratio, quatenus pura. Ac primò considerat subiecti sui partes, inde totum. Partes orationis sunt, litera, syllaba, voces. Litera est pars orationis sono indivisibilis. Syllaba est pars orationis sono indivisa. Vox est pars orationis significans ex instituto, cuius partes nihil significant separatim. Nam cum de literis, syllabis, & vocibus, in Grammaticâ agatur propter orationem, tanquam finem; jure quoque ea in Grammaticis per orationem definiuntur. At haut rectè definitur litera, pars minima dictionis: neque rectè syllaba definitur, pars dictionis uno spiritu prolata. Nam à, è, i, ò, sunt literæ & syllabæ: nec sunt partes vocis, quia sunt ipsa vox. Omne autem totum est majus suâ parte. At secundum nostram definitionem liquet, cur unumquodque istorum sit litera, sit syllaba, sit vox. Nam litera est, quatenus indivisibile est: syllaba est, quatenus indivisum, atque accentum habens: vox est, quia vocis est proprium ita ex instituto significare, ut aut partes sint nullæ (uti hic fit) aut cum sunt, nihil significant separatim.

Sed fortasse aliquis, eo quòd omnia monosyllaba syllabæ quidem sint, at partes orationis actu non sint; amet definitionem, quæ conveniat syllabæ absolutè; & sine respectu ad orationem consideratæ. Quare, necubi claudat industria nostra, alteram etiam definitionem damus. Syllaba est vox articulata unius integri soni. Nam seu unius literæ syllaba sit, seu ex literis pluribus confictur; sonus existit unicus. At quoties in voce plures syllabæ concurrunt, plures etiam soni audiuntur. Et videtur non aliud voluisse Priscianus, cum prioris suæ definitioni mutilæ, & mancæ, istam subjungit: *Syllaba est vox literalis, quæ sub uno accentu, & uno spiritu, indistincte profertur.* Nam per vocem literalem non intelligit, quod alias dictionem nominat, sed sonum articulatam.

CAPUT II.

Syllabæ divisio. Διφθόγγῳ Latino nomine ut reddi possit. Quot Hebræis diphthongi. Cur quædam Græcis improprie dicantur. Latini non quinque tantum sunt, ut putarunt; sed minimum octo. Charisii sententia de diphthongo TI sive VI refellitur. Rutilius in Itinerario emendatus. V interdum est vocale, sequente vocali in eadem syllabâ. AI & OI in vet. monumentis pro Æ & OE: item OV pro V longo. AA, EE, similiaque immerito à Politiano, & aliis, in diphthongorum numerum referri.

* lib. I initio capiti de syllabis.

Syllabarum sunt tria genera. Quædam sunt vocales nudæ, quas Marius Victorinus*, atque alii, malè dixerunt κατὰ γενεῶν vocari

cari syllabas , cùm potiùs dicere debuerint , parùm aptè parti orationis sub uno accentu, syllabæ esse nomen impositum. Nam quid causæ quæso , præter syllabæ ἔτυμον , (à quo sæpe invalida peti argumenta , nemo ignorat) afferre queunt , cur A in *amo* non æquè ac *MO* syllaba sit ?

Alterum syllabæ genus est diphthongus. Latinè ad verbum dixeris *bifona*. Sed appellatio hæc parùm apposita videtur, quando etiam convenit duplicibus X, & Z. Quare rectiùs illi, qui nominant *bivocalem*.

Diphthongus est sonus compositus ex sonis duarum vocalium , sic ut uterque audiatur. Si enim solum auditur una vocalis , diphthongus dici nequit. Nec tamen necesse est , ut uterque sonus æquè audiatur. Interdum enim altera vocalis tantum habet semissem temporis, vel tertiam partem.

Quot apud Hebræos sint diphthongi, parùm convenit. Interea factis constat, post kamets, & patach, constituere diphthongum *ai*; post cholem, *oi*; post schurek, *ui*. Sed quæritur, an similiter coalescat in diphthongum post kamets, patach, tšere, & chirek longum. Nempe ut accedant diphthongi, *au*, *eu*, *ui*. Multis ita placet. Sed Iudæi hic pronunciant, ut f. Nam *ἕρ* non *Hesam* pronunciant, sed *Hesaf*, atque ita in aliis.

Græcis diphthongi sunt XII, *ai*, *au*, *ei*, *ev*, *oi*, *ou*, *yu*, *y*, *uv*, *æ*, *η*, *ω*. Ex his posteriores sex vel ex prioribus fiunt, vel ex duabus subjunctivis. Nam ex *ev* & *ou* gignuntur *yu*, & *uv*, quæ Ionum est. Ex *ai*, *ei*, *oi*, sunt *æ*, *η*, *ω*. Ex subjunctivis duabus coaluit *ui*. Atque huc respexere, qui sex istas vocant diphthongos improprias. Sunt qui tres tantum improprias esse dicant, *æ*, *η*, *ω*. Nempe quia in illis non exaudiatur sonus nisi unius vocalis : quod vocis etymo repugnat, quæ, ut diximus *bifonam* sonat. Sed hi eo peccant, quòd rem metiantur ex pronunciatione vulgari, quæ à genuina ac veteri plurimum distat.

Quod ad Latinos, vulgò quinque faciunt diphthongos. In quo nimis sanè sunt parcipromi. Quippe minimum sunt octo : *Æ*, ut *ætas*, *ævium*, *Mæcenus* : *AI*, ut *Aiæx*, *Maia*, *ai ai* apud Ovidium x Met. *AV*, ut *audio*, *aurum*, *plaustrum* : *EI*, ut *eia*, *bei*, *omnis* : *EV*, ut *evrus*, *beus*, *cen* : *OE*, ut *pœna*, *Pœnus*, *mœnia* : *OI*, ut *hoi*, *quoi*, *Troia* : *VI*, ut *Harpunia*, *Illithuia*, *Orithuia*; quamquam hæc, similiæque, simplici quoque Y scripta inveniuntur : ac Charisius utramque quidem agnoscat vocalem; sed V ad antecedentem, I ad sequentem syllabam pertinere velit. Verùm malo Servium sequi, qui in illud *Æn.* III :

*At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpunæ, & magnis quatunt clangoribus alas :*

in *Harpūia*, inquit, est Græca diphthongus : nam Latini non habemus. Sanè Rutilio *Harpūia* quadrifsyllabum est : quod solà *Ἄρπυιά* fieri potuit. Ita enim ille lib. primo Itinerarii sui :

Namque olim (malè vulgati codd. Non olim) *ἄρπυιαι* *facti iustissimus ar-*
buer auri ,

Circumfistentes reppulit Harpūias.

Neque est , quod quis VI è diphthongorum Latinarum numero exterminet , quod non reperiatur in iis , quæ ortum suum Latio debent. Quippe si *Harpūia* , similiaque , donata sunt Romanà civitate , etiam diphthongus , quam in iis cernere est , in Latium fuerit recepta. Adde quod eandem reperire sit in *cus* & *huic* , cum monosyllaba sunt. Nam V in *huic* consonans esse nequit , cum V consonum adspirari non possit. Atque hinc simul elucet , perpetuum non esse , quod à Grammaticis traditur , V fieri consonantem , quoties in eapse syllabà altera sequitur vocalis.

Porro quod in YI facit Charisius , hoc alii agunt in AI , & OI. Marius enim Victorinus * , etsi alterius etiam sententiæ meminerit , in eam tamen magis inclinat , ut I in *Troia* pertineat ad syllabam sequentem. Marius quoque Corradus in primo de L. L. idem de *Troia* nomine refert , ac parem ait rationem esse in *Aiax*.

* lib. 1. cap.
de syllaba-
rum natura
& connexio-
ne.

Verùm hac parte adstipulari malo doctissimo Angelo Caninio. Neque enim causæ quicquam video , cur in hiis vocibus apud Græcos diphthongus sit ; apud Latinos non item ; cum eadem utrobique sit eadem in voce pronuntiatio. Quid quod veteres semper AI , & OI , usurparunt , ubi posteriores prætulerunt Æ , & OE ? Ita inscriptiones ante Augusti Ciceronisque ævum habent , AIMYLIVS , & DIVAI : atque eandem diphthongum post conatus revocare Claudius imperator , etiam scito publico ; unde illam invenias in omnibus ejus temporis lapp. sed , Claudio extincto , rursus obtinuit Æ. Itidem veteres inscriptiones habent *coiravit* pro *ciravit* , & apud Plautum , Mureto † teste , pro *prælium* fuit *proilium* , quamquam in vulgatis sit *pro Illo* : atque hinc obiter liquet , malè , cum alios , tum Nicodemum Frischlinum , præcipere *prælium* per Æ scribi debere. De hac diphthongo ita Capella lib. III : *O autem licetæ copulatur I in nominativo Iovis , & Oinone. Oisus etiam dicitur. Sic enim veteres usum dixerunt. Sed proilium , Oinone , oisus , coiravæ , similiaque , planè exoleverunt. Quod si & obsoletorum rationem habere lubet , nonam etiam diphthongum adjicere licet superioribus. Veteres enim loutmen , & nouncius , dixerunt , pro lumen , & nuncius : quomodo & in monumentis antiquis legere est , IOVS , IOVRE , IOVSTITIA , OVENS , OVSENTINA*

† lib. 6 Var.
Lest. cap. 4.

TRI-

TRIBVS, aliâque id genus, quæ nunc exarantur per V longum. Nec temere dico *V longum*. Nam quod antiqui lapides aliquando in brevibus syllabis usurpant, id vel imperitiæ, vel incuriæ sculptorum tribui debet. Quare apud Agellium quoque lib. primo cap. XII in verbis Fabii Pictoris, non FOVIT, quod in Stephanicâ editione legitur, sed *fuit* scribendum puto.

Quod si Angelum Bassum, sive, ut à patria dicitur, Politianum * * cap. 43 Miscel. audimus, debeat quoque inter diphthongos reponi EE, quomodo FEELIX in aureo nomismate legitur. Item II, quo pacto VIIRTVS invenitur in æreo Galbæ nummo. Sed pueriliter alucinatur vir politissimi iudicii. Nam geminatio hæc originem cepit ab eorum errore, qui vocales duplicandas putabant, ut longas esse cognoscere-tur: quod vitiosum esse, agnoscunt Fabius, & Scaurus, ut supra diximus. Quod si altera vocalis tantum temporis est index, quo pacto juncta aliter constituetur diphthongum? Neque enim sola quantitas diphthongum facit; quia alioqui *η* etiam & *ω* diphthongi sint, atque aded A, I, & Y, quoties sunt porrectæ: apud Latinos etiam, quot vocales sunt, tot diphthongi adjiciendæ erunt, cum universæ ancipites sint. At hæc tam inepta sunt, ut mirandum sit, virum tantum in manifesta luce, velut in Cimmeriis tenebris, cespitasse.

CAPVT III.

Ostenditur, non esse diphthongum, quando post I vel V in eadem syllaba sequitur vocalis: nec quando in AO, EA, EO, vel OA, est orvis? nec esse illas triphthongos.

Sed aliam quoque litem de diphthongis intentat Grammaticis Caspar Schoppius, in Grammaticis Institutionibus, quæ, ut & Paradoxa literaria, edidit * sub nomine Pascasio Grossippi: uti primus mihi indicium fecit Amplissimus & literarum ac literatorum amantissimus David de-Willem, Arausionensium principi à consiliis. Hæc cum omnia jam essent nostra ad prælum parata, avidè devoravi, multaque reperi partim multo antè, quam Scoppiana prodirent, à nobis etiam monita in libellis Grammaticis jussu Procerum in Scholarum Hollandiæ ac Westfrisiæ usum divulgatis; partim tradita nobis in hisce commentariis, quos maxima ex parte ante annos xxx & amplius scripsimus, cumque juventute & amicorum multis communicavimus. Gratum interea mihi fuit, eadem utrique nostrum in mentem venisse, vel saltem, ubi eosdem habuimus duces quos sequeremur, idem utriusque placuisse. Attamen nec pauca in illis reperi, ubi vir ille doctissimus

Y

temere

temere omnino pulpita mihi deseruisse veterum Grammaticorum videtur. Quale inter cætera illud de diphthongorum numero. Quibus censet denas addi oportere, IA, IE, II, IO, IV, VA, VE, VI, VO, VV. Vt *Ianus. jento, abjicio, Iocasta, justus, vastus, vester, visus, votum, vultus*. Mihi eo minùs hæc sententia placuit semper, quia & Hebræi, & alii populi orientales, Iod & Vau summo consensu inter consonas reposuere. Et ratio hoc valida confirmat, quia sine vocalium ope pronunciari non possint. Accedit, quòd non minùs, quàm consonantes aliæ, vocalem naturà brevem positione longam reddunt. Vt in *adjuvo*, & *advolo*. Iam quanti illud putandum, quod omnis diphthongus sit naturà longa? At hoc de hisce Scoppianis diphthongis dici nequit. Nam brevis ea est in *jureo, jecur, projicit, jocus, juvo, valeo, verus, vigeo, volo*, & trecentis ejusmodi. Quod & fit post Q; ut *quatio, quoror, quibus, quomam, equus*. Item post G, ut in *ingere*, unde *inguentum*: ubi V tam celeriter pronunciatur, ut Terentianus Maurus dicat, — *parte tantum fungi temporis*: ac Velius Longus, *eam ad aurem fere perire*. At dixerit aliquis, antea nos VI inter diphthongos retulisse: nec causam esse, cur V ante I constituat diphthongum; ante vocales cæteras non item. Sed latum hic est discrimen. Neque enim VI semper est diphthongus: sed in *Herpua*, *huc* monosyllabo, & similibus: ubi V vocale est, quia eundem habet sonum, ac in Græco *ἦος*. At de *vigeo, vireo*, & similibus, longè aliter statuendum. Imò ne in eo quidem assentire Grotippo possum, quòd in *pituita* V vocale putat, quando fit trisyllabum: ut apud Horatium*:

* lib. 1. epist.

1.

Præcipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

Item in disyllabo *fuisse*: ut apud Lucillum:

Compernem, aut vitam fuisse Amphitruonis angiliv.

Nam his locis V in *fuisse* pronunciatur, ut in *vis*: in *pituita*, ut in *vita*. Par ratio, quando V ponitur post T, vel D. Vt in *mutatur* trisyllabo: ubi V effertur, ut in *vates*. Ausonius epist. xxii:

Mutatur ad Græcam fidem.

Verùm idem ille eruditissimus vir, ne his quidem contentus, etiam IE, & OA, de quibus mox dicam, cùm de triphthongis agam; tum EA, & EO, diphthongos esse arbitratur. EA in hoc Lucretii lib. ii:

Aut nulla inter se duo sunt ex omnibus eadem.

Sed hoc leve esse, puto, nec ipse diffiteatur; quando pro *eadem*, *isdem* in optimis codd. editum, ac similiter in chirographis reperimus: nisi quòd unus noster *idem* habet, facili errore. Magis urget illud Terentii †:

Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

† Procl. Adelpi.

Nam

Nam *eam* est monosyllabon, quia est fenarius. Par ratio in hoc Maronis * :

Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea.

* *Ecl.* 6.

Item † :

Vna eademque via sanguisque, animusque, sequuntur.

† *En.* 10.

Item eo una syllaba est in hoc ejusdem :

Rege † sub Eurystheo satis Iunonis iniquæ.

† *En.* 8.

Item : — *simul * accipit alveo.*

* *En.* 6.

Et : *Vno † eodemque igni.*

† *Ecl.* 8.

Et apud Lucretium † :

† *lib.* 3.

Omnia jam seorsum cernas ancisa recenti.

Mihi verò nec EA, nec EO, nec alia hujusmodi, unam constituere syllabam videntur. Nam duæ sunt syllabæ; sed in versu prior vocalis à sequente syllaba absorbetur per *συλλήθων*; vel si audiatur, syllabam superiorem constituit, sed ita raptim enunciandam, ut nec semissem habeat temporis, eoque nulla ejus ratio in versu habeatur.

Quid quòd idem Grosippus, præter hæc diphthongos, quasdam etiam triphthongos esse tradit, quasi *trifonas* dicas, vel *trivocales*? Nec diffiteri possum, ita & veterum aliquos sensisse. Nam clarè id ait Annæus Cornutus. Nec sanè aliter statuere licet, si V nunquam est consonum, ut putat Grosippus. Nam hinc consequitur, triphthongos fore, VAI, VAE, VEI, VOI : ut in antiquo *Quai*, & recentiori *Que*, item *aquai* dissyllabo, pro *aquæ*, & *Quei*, pro *Qui*, *Quoi*, pro *Cui*: ut apud Catullum :

Quoi dono lepidum novum libellum?

Sed hæc sententia sponte corrui, labefactatis iis, quæ de V consono superius diximus. Verùm aliter quoque triphthongos stabilire conatur. Nam contendit, VEA esse triphthongum in *alvearia*, quando tetrasyllabon fit. Ut apud Maronem * :

* *Georg.* 4.

Sen lento fuerint alvearia vimine sexta.

Item VIE in dissyllabo *vietis* apud Horatium † :

† *Epod. lib.*
12.

Quis fidor vietis, aut quam malus undique membris.

Item VOA in monosyllabo *quoad* apud Lucretium in secundo :

Quoad licet ac possis reperire inolentis olivi.

Nimirum, ejus judicio, tres audiuntur vocales, duæ clariùs, tertia exiliùs. Nobis contra videtur, V in his non vocale esse, sed consonum : quod satis antea adstruximus. Quare utcunque EA, IE, & OA, in unam coalescerent syllabam, non tamen triphthongi, sed diphthongi, forent. Nunc ne quidem diphthongi sunt; quia prior vocalis à sequente absorbetur per *συλλήθων*; quæ non magis, quàm

συναλοιφῆ, explodi debet. Rectè igitur de omni triphthongorum genere Quintilianus lib. I, cap. IV : *Nisi quis putat, etiam ex tribus vocalibus syllabam effici : quod nequit, si non aliqua consonantium officio fungantur.* Et Terentianus Maurus :

Syllabam nec invenimus ex tribus vocalibus.

Item Annæus Cornutus : *Tres vocales quibusdam videntur esse sub una syllaba V A E. Errant, si ita putant. nam nusquam neque apud Græcos, neque apud Latinos, ex tribus vocalibus syllaba constat. Quare hic digamma erit, & duæ vocales.*

C A P V T I V.

De vitiosa diphthongorum pronuntiatione apud Græcos. Romanis veteribus affinis erat sonus inter Æ, & AI. Aula, aufculor, auxilla, similiaque. EI fere isdem sonuit, ut I longum. Prope idem sonus in OI, OE, & V longo. Pilumnœ poplœ. Clerumencœ. Adelpheœ. Oraculum Delphicum de bello, & peste, an fame? Clytemnestra, pro Clytæmnestra. Prudentius in hæresis, ænigma, sphaera, & similibus, ex diphthongo præpositivam præterit. Ac Sidonius, Bedæ, alii, itidem, seculi vitio, scripsere. In Euangelium, Parasceue, alisque id genus, perperam è diphthongo eu subjunctivam sequenti syllaba adscribi. Et quam consuetudo ea sit vetus.

Valde autem vitiosa est vulgaris diphthongorum pronuntiation, tum apud Græcos, tum Latinos. Nam AI efferunt, ut e : ei, oi, y; & η, ut i : av, ut af : ev, & ηv, ut ef : av, ut of. Quæ consuetudo solidè adeo refutata est à viris doctissimis, ut ex ipsis, ne actum agam, requiri id malim. Quin etiam; qui ad veterem pronuntiationem propius accedunt, abeunt tamen ab antiquis in α, η, ω, συζαμμῆς * τῆ I, sive συνόλι @ τῆ I, ut loquitur Apollonius in tertio. Nam & ipsi pronuntiant hæc, ut meram vocalem. At olim subjunctiva sine dubio audiebatur; licet exilius, quàm in AI, EI, OI.

* adscripto
1.

Apud Latinos quàm vitiosè hodie diphthongi proferantur, vel illud argumento est, quòd olim Æ accedebat ad AI : unde, quod priùs TERRAI FRVGIFERAI (pro quo Pacuvius τῆ γῆλουσι dixit TERRAI FRVGIFERAI) post fuit terræ frugiferae. Fabius lib. I, cap. VII : *AI syllabam, cujus secundam nunc E literam ponimus, varrè per A, & I, efferebant : quidam semper, quidam singulariter tantum, cum in dativum, vel genitivum casum, incidissent.* Quidam, inquit, ubique dicunt MVSAI : quidam solum in genitivo, & dativo singulari; in plurali autem dicunt MVSAE. Terentianus Maurus :

Alpha

*Alpha semper, atque jota, quem parant Græcis sonum,
A, & E, nobis ministrant. Sic enim nos scribimus.*

Velius Longus: *Ea, quæ nos per Æ, antiqui per AI scriptæaverunt,
IVLIAI, CLAVDIAI. Et nihil obstat, quo minus hoc aut illo
modo scribamus in utroque numero. Ter. Scaurus: Apud antiquos I litera
pro E scribebatur, ut testantur metaplasmî, in quibus est ejusmodi syllabarum
ductio: ut, Pictai vestis, & Aulæ in medio: pro Pictæ, & Aulæ. Sed
magis in illis E novissima sonat. Ait, in diphthongo hac magis E, quàm
I, audiri. Nempe ut vicinus est sonus vocalium I, & E; unde heri,
& here; crastini, & crastine, dicebant: sic AI facîle commigravit in
Æ, ut Terrai fieret Terræ. Nec hîc cessatum. Postea enim A exiliter
cœpit pronunciari: tandem etiam planè neglectum: qui error ad po-
stera secula propagatus.*

A V declinabat ad O: unde *caurus, corus; cauda, coda; auricula, ori-
cilla, apud Catullum. Festus: Aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ol-
las. Ausculari dicebant pro osculari. Auxilla, olla parvula. Priscianus lib.
I*: AV transit in O productam, more antiquo: ut lotus pro lautus, plostrum* * cap. d. cr-
pro plausstrum, cotes pro cautes. Sicut etiam contra pro o au: ut ausstrum pro dine litera-
ostrum, ausculum pro osculum: frequentissimèque hoc faciebant antiqui. Puto, rum.
& hinc esse, quòd in lapidibus vetustis pro *Arrelius, Aorelius, legas.*

E I verò cognatum erat I longo; imò illud I primò non aliter
sonuit, quàm E I: unde Plauti *Captervei*, qui postea *Captivi*. Itidem
promiscuè scribebant, *omnis, & omneis; tris, & treis*. Et in multis aper-
ta est ratio. Ut cum dicerent, *is, it, iur*. Nam primò integre dixere,
eis, eit, eitur. Postea *e, & i*, concrevere, ut esset diphthongus. Habuit-
que tum *e* exilem admodum sonum. Tandem, ulterius marcessens,
planè omissum.

O E mediam obtinuit naturam inter Græcum O I, & Latinorum
O V. De O I liquet ex eo, quòd pro *ποινή* Latini dicant *pœna*; pro
Φοινίξ, *Phœnix*. Etiam ut Græci dicunt *λόγοι*, & familia, Latini veteres
in plurativo posuere. Vnde, ut Festus ait, *Pilomnæ poplæ* in Carmi-
ne fuit Saliari: hoc est, *populi pilis assueti*, quales Romani. In Plautinæ
Casinæ prologo est *Clementæ*, quod Græcè *κληρύμφοι*:

*Clementæ vocatur hæc comœdia
Græcè, Latine Sortientes.*

Etiam in veteribus Terentii libris inscriptio est *Adelphe*: hoc est,
ἀδελφοί. Nimirum ut in AI, ita quoque in OI, I in E migravit
ob sonum affinem. Sed Latini, quia similem sonum habent O, & V,
pro OE postea V spissum usurparunt. Itaque à *pœna* est *punire* & *im-
pune*; à *Pœnis, Punicis*; & quod, priùs *ματις, & ματιτε*, id postea
πιτις,

mirus, & *munire*. Nihil igitur mirandum, si in vet. inscriptionibus pro eodem legas, OITI, OETI, & VTI; LOIDOS, & LVDOS; COIRA, & CVRA; POENIRE, & PVNIRE; similiaque. Servius in illud x Æn.

Quin intra portas, atque ipsis prœlia miscent

At geribus maiorum :

Μαροῦντι ἀντιγῆ, pro Μαρωνίτι. nam veteres pleraque eorum, quæ nos per V dicimus, per OE pronuntiabant : Et contra Punico pro Pœnio, quod verbum à Pœna venit. Hinc est, Punica regna vides : cum Pœnos ubique legerimus.

Atque hæc quidem diphthongi OI mutatio in V longum tum tantummodo invenit locum, cum in eâ magis O, quam I, audiretur. Sed habuit hæc diphthongus & alterum sonum. In multis enim vocibus O vix audiebatur, ac solum penè I aures feriebat. Quod clarius fiet illo Maronis in xi :

Proinde tona eloquio, solitum tibi ; meque timoris

Argue.

*Proinde hic dissyllabum est : efferre autem sic priorem possis, ut O clarius sonet, velut in Troia : possis & exilius proferre, fere quasi scriberetur Prinde. Vti in iis, quæ O pingue in OI habuere, V successit : ita in illis, quæ I pingue in OI habuere, I surrogatum. Sic affinis sonus fuit in istis λαιβῆ, λείβω, & libare. Sic quoque loiber, vel læber, postea liber. Festus : Læbesum, & læbertatem, antiqui dicebant liberum, & libertatem. ita Græci λαιβῆ, & λείβω. Atque hinc eausam videmus, cur Athenienses non eodem omnes modo acceperint oraculum illud Delphicum * :*

* Thucyd.
lib. I.

Ἡξὶ Δωριαῖος πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἀμὶ αὐτῶ.

Nempe nec planè similiter sonabant λιμὸς, & λοιμὸς, nec multum in iis sonus differebat, quia O in λοιμὸς sic efferebatur, ut vix aures tangeret. Minus igitur bene audientibus proclivis hinc lapsus fuit.

Porro jam seculum, & amplius est, quod diphthongos corruptè pronuciari, viderunt Nebriffensis, Georgius Valla, Guarinus, atque alii. Neque isti dicere poterant, καὶ τὸ ἢ πῶς ἢ hoc vitium irrepisse : quod satis inde cognoscimus, quia in Florilegio Græcorum Epigrammatum complura hujus rei exempla habemus. Vt apud elegantem scriptorem Agathiam Cæs. Iustiniani ἀμήλινα, qui lib. iv sect. xxxi i i, quæ est εἰς φιλοσόφους, Plutarchus Chæronensis dicitur prima correpta χειρωνδῆς, pro χαιρωνδῆς. Et eodem libro cap. vi i i i epig. xxxiv Cornelio Κωλέγειρ dicitur, qui est Κωαίγειρ. Quod & Paulo Silentiario factum Epigrammate sequenti. Ac similiter apud Latinos, imò jam ante annum à Christo quadringentesimum, corrivere multi syllabas

† Ieri, &
mediaster-
sim.

syllabas solent, quæ per diphthongum scribi debent. Facit hoc non semel Aufonius: uti in *Clytemnestra*, quæ Græcè Κλυτæμνήστρη: ut in Epitaphiis Heroum:

Vindicem adulterii cum Clytemnestra necet.

Quamquam de hoc minùs miror: quia observo idem factum à Livio Andronico in *Andromeda*:

— *In sedes collocat se regias,*

Clytemnestra juxta, tertias nata occupat.

De *Ægitho*, *Clytæmnestra*, & *Electra*, sermo est. Sed quid dicemus de eo, quod idem facit in *solicissimus* epigr. cxxviii, & alibi in *Phidia*. Quæ Græcè πολιοισμὸς, & Φειδίας. Idem jambico trimetro, quod est epigramm. professorum *Burdigalensium* ad *Nepotianum*: *Et Epivote Cynea memora matris.* At Græcè est Ηπειρώτη. Non hoc propositum fuit Aufonio, ut spondæum poneret pro jambico, ut credidit *Elias Vinetus*: sed more seculi vocalem alteram ex diphthongo extrivit. *Cæberon* etiam mediata correpta scribit, cum sit *Cæberon*. Multaque hujusmodi sunt apud *Prudentium*. Ut in *Psychomachia*:

Cognomen heresis. Deus est mihi discolor, inquit.

Et præfat. *Cathem*.

Pugnet contra hereses.

Et *Hamartig*.

Hanc heresin præsaga patris præviderat olim

Majestas.

At Græcè est ἄπειρος.

Idem in *Apotheosi*:

Legis in effigie scriptum per enigmata Christum.

Et ibidem:

Cujus ad arbitrium sphaera mobilis atque rotunda.

Græcè est αἰνιγμα, & σφαῖρα. Similia sunt apud *Sidonium Apollinarem*, qui seculo posterior est. Ut *Panegyrico*, qui *Anthemio* dictus est:

Quicquid Pythagoras, Democritus, Heraclitusque.

Græcè est Ηράκλειος. Idem *Carm.* ad *Felicem Consulem*:

Et primam Darii tumultuantes.

At Græcè est Δαρῆος. Vnde *Ovidius*, & *Claudianus*, mediam producunt. Ac seculis labentibus magis magisque hoc vitium vires cepit. Itaque *Beda* libello de *Orthogr.* *Æquor* inter ea collocat, quæ inchoant ab E: etiam *Comædia* per E simplex scribere jubet. Idem libello de *Metris*, de versibus phalæciis agens, pro exemplo adfert,

Dum cursus celeres Ægyptiorum.

Nempe *Ægyptiorum* scriperat. Mirum verò circa annum Christi ducentelimum vulgus sic pronunciaffe. Nam apud *Spartianum* in *Pescennio Nigro* sic incipit epigramma:

Terror Ægyptiaci Niger adstat limitis ingens.

At

* lib. 1 de
gestu Longo-
bard. cap.
26.

At post sexcentimum, ac deinceps, id est perfrequens. Ita in
Paulli Diaconi carmine est in B. Benedictum * :

Vas pedagoga tulit dixerunt pectore tristi :

Lata reformatum vas pedagoga tulit.

Dixeris, etiam Augustæo, vel suppari ævo, diphthongos negligi
solere : atque id ex eo colligi, quia cum verbum illud obscenum, quod
est ex Græco *παυδνα* (ita impurissimi illi suos amasios dixere) omni-
no per diphthongum scribi debeat : in Ithyphallico tamen carmine,
gemino in loco merâ scribatur vocali. Sed de eo quid sentiam, expo-
sui in Originum libris. Eo minùs animus est hic sædissimæ voci im-
morari. Redeo igitur ad Bedæ ætatem.

† lib. de re
Metrica.

Iam tum quoque subjunctivam in diphthongis rejiciebant ad sylla-
bam sequentem. Nam Beda idem † scribit, *a-vrum* dici, pro *au-rum* ;
& *E-vangelium*, pro *Eu-angelium*. Nempe eodem errore, quo vulgò
parafce-ve dicunt, pro *parafce-e*; *E-vander*, & *E-vandrius*, pro *Eu-ander*,
& *Eu-andrius* : quæ pronuntiatio si recta esset, non produceretur prima
à Marone, Statio, Iuvenale, aliisque, cum sublato V, remaneat E,
quæ est naturâ brevis. Verùm legitimam qui pronuntiationem se ho-
die revocare studeat, næ ille laterem lavet, prævalente rationi contue-
tudine, *quæ cum omnium rerum domina, tum maxime verborum est*; ut verè
olim dicebat Sulpicius Apollinaris †.

‡ apud Gel-
tium lib. 12.
c. p. 13.

C A P V T V.

*Syllaba mixta ex vocali & consona est Belgis etiam novem literarum ; Latinis
summum sex. R ante P locum habet in easse syllaba, contra quam Priscia-
no visum. Striglx vox reicula pro striglis. Striæ & striglis discrimen :
nec tamen id perpetuum. Vulgata lectio defensa in Glossis Latino-Græcis.
Varonis locus expensus.*

Vidimus de syllaba simplice, & ex vocalibus composita. Sequitur
mixta ex vocali, & consonante seu unâ, seu pluribus. Hæc Belgis
etiam octo literarum est. Nam à **streng**, quod *strenuum* signat, aut
severum, est superlativus **strengst**, hoc est *strenuissimus*. Imò &
tstrengst, hoc est *strenuissimum*, vel *durissimum*, unâ syllabâ enunciant :
ubi literæ novem. At Latinis syllaba summum est sex literarum ; ut
stirps : qua ex voce obiter observandum (quando id fieri posse, negat
Priscianus *) R ante P eadem in syllabâ habere locum : quod & in
Belgicis accidit ; ut, **herp**, **werpt**, & similibus. Porrò in sylla-
bis sex literarum volunt vocalem, aut tertium obtinere locum, ut
in *stirps* ; aut quartum, ut in *monstrans*. Atque idem fit in posteriori
syl-

* lib. 1, cap.
de literâ.

syllaba vocis αἰγῆς. Quemadmodum & in voce hac quinque literarum *stlis*, de quo Festus: vel syllabâ quadrilaterâ, ut *scribo*. Itidem in ζῆ (nam duplicem pro duabus censemus) vocalis quarto est loco. Nec ea vox ulli scrupulum movere debet: cum apud Clementem Alexandrinum † ex symbolica Theologia legatur, *κινεζῆς*: quod est *ζάλα λβυθὸν* †: ut ex Thespide Tragico *, & Helychio, constat.

† lib. 9.
† Lac album.
* apud Clementem
ibid.

Sed vir quidam eruditus antiquitati universæ litem intendit, quia, uti ait, vox invenitur septem literarum. Eam esse dicit *striglx*: quæ, si duplicem pro duabus censemus literis, octo quoque literarum dici potest. Hac uti ait Vitruvium lib. VII: *Canaliculus earum striglx appellatur*. Quomodo hunc etiam locum citat doctissimus Hermolaus Barbarus in indice Pliniano editionis Romanæ †. Sed planè legendum, *striglx*, vel potius *striglis*, quod contractum ex *strigilis*. Nam nomen id habet ob similitudinem *strigilis* in balneis usitatæ. Obliquè ejus utitur idem Vitruvius lib. IV, cap. IV. *Circa strigilium cava, & angulos striarum*. Quo ex loco simul cognoscere est, eo differre *striam* & *striglem*, quòd hoc significantur canaliculi, id est, concavum ipsum; illo *ἐξοχαί*, hoc est, partes exstantes sive protuberantes. *Strigilium* verò hoc in loco etiam excusum est in veteri Florentina anni C I O C C C C X C V I: pro quo *strigium* editum est in Florentina illa, quam XXVI annis post exhibuit Iocundus Veronensis. Iocundum autem secutus hac parte Philander; illum alii, atque alii. At non Budæus, qui sic scribit: *Strigiles in antiquis libris Viruvii impressis bene legebatur, ubi nunc striges legitur, & strigium lib. IV, cap. IV, & lib. V, cap. VII. Nam id verbum apud Celsum legitur lib. VI, cap. VI: licet in impressis strigem pro strigilem legatur. Iocundus Veronensis ita immutavit, qui strigem affirmat in antiquis legi*. Budæo nos subscribimus, hoc solo excepto, quòd *strigilis* inveniri ait in codd. antiquis, ubi nos *striglis* invenimus: quod rectum puto. Sic in vett. glossis Philoxeni, *Striata, ἔυρωτά*: & paulò post, *Sriata, ἔυρωτά*. Clarissimus Bonaventura Vulcanius hinc quoque *striata* ait legi debere: sed rectum est *striata*, vel potius *strigata*, à *striglis*, ut dicebamus. Cum verò eruditus ille glossographus tam *striata*, quam *strigata*, interpretetur *ἔυρωτά*: liquet, non semper observatum fuisse *stræ*, & *striglis* discrimen, quod ex Vitruvio antè ponebamus. Et sanè neglexit illud etiam Varro lib. I de R. R. cap. XXIX. *Qua ararium vomere lacunam striam fecit, sulcus vocatur*. In plerisque Varro nis codd. *stria* vox præteritur: sed agnoscit eam Nonius *, etiam in antiqua editione Mediolanensi †. Sed in Aldinâ est *istria*. Nempe scriptum erat *lacuna istria*. Vbi vocalis tertia ponitur pro, *id est*. Ut scripserit Varro, *lacuna, id est, stria*. Quæ lectio placet. Sed & *lacuna*

† In Stria.

* in Porcia.
† an. 1500.

Z

stria

stria non indignum videtur Varrone, ut simile sit ac rete jaculum, & taberna d'aversorium apud Plautum, pallium peristroma apud Vlpianum, & alia apud alios.

CAPUT VI

Quanto laxius magistri Hebræi voce accentus utantur, quam Græci, ac Latini. Refolluntur, qui censent, psalmos, & cantica, juxta vulgares eos accentus, quos Musicos vocant, primi & secundi tempore temporibus cani solere. Tres esse περισώδιαι, ratione comprobatur. Διασώλη, & Απόσρωσις, ex earum numero rejectæ. Moschopuli ratio improbat, veraque adlucitur. Etiam Latinis in usu fuit apostrophæ nota, & quidem consona sequente, imò & initio vocis.

† *essentiam.*

EXcussimus ea, quæ pertinent ad syllabæ *σείαι* †: nunc affectiones syllabarum aggredimur. Syllabæ accidunt *περισώδιαι* sive *accentus*. Sed accentuum vox variè accipitur. Hebræis quidem Grammaticis ita laxè sumitur, ut eo nomine contineantur, tum tenoris notæ, tum distinctionis, tum *ἀφωσίας*. Quippe iis triplex est accentuum munus. Primum est, ut doceant syllabam debere attolli. Et in eo convenit Hebræis cum Latinis, ac Græcis. Nisi quòd & notæ his propriæ sint, quibus cognoscatur, syllabam deprimi debere, atque etiam circumflecti, ubi sublatio & depressio concurrunt. Alterum iis munus est, distinguere orationem in partes suas, sive minores, ut in commata, cola, periodos: sive majores, quales, ubi fit pausa. Sed hujusmodi distinctionem notæ non pertinent ad *περισώδιαι*. Nec enim conveniunt syllabæ per se: sed orationi, quæ per se commatis, colis, & similibus distinguitur. Tertium munus in eo constituunt Hebræi, quòd notæ istæ interserviant modulationi, quæ sacer textus legi à doctoribus in synagogis solet. Nam valde falluntur, qui eo putant signari artificium Musicum, quo à Davide, & cæteris, dum staret templum, cani solet. Quippe illud pro certo habemus, & alibi adstruximus, Davidem, & quicumque templo primo, imò & secundo stante, vixerunt, notas eas ignorasse. Sunt enim à Masorethis, sive Tiberiensibus, sive aliis: de quo non repetam antea exposita. Nunc solum urgebo illud: quomodo possunt accentus isti esse veteris Musices notæ, cum iis hodie non solum cantica notentur, sed libri etiam minimè poëtici, vel poëtico spiritu animati: atque aded illis etiam in locis, ubi nulla statui musica modulatio potest, cum nuda sit nominum recensio?

Strictius multò accentuum voce utuntur & Græci, & Latini. Quod melius

meliùs parèret, si exstaret doctissimi Censorini liber, quem sæpe ad partes advocat Priscianus. Attamen ex iis scriptoribus quos habemus, nunc quoque satis liquet, pro triplici syllabæ dimensione tres esse accentus; tonum, spiritum, & tempus. Ex his tonus syllabæ competit secundùm longitudinem: estque acutus, gravis, aut circumflexus. Spiritum habet ratione latitudinis: estque is tenuis, aut densus. At tempus sequitur profunditatem: estque breve, aut longum.

Plerique tamen Grammatici tribus assignatis accentibus adjungunt ὄφ' ἐν, Διὰ σπῆλαι & ἀπὸ σπῆλαι: quos etiam secuti Const. Lascaris, Aldus Manutius, & Iustus Lipsius lib. de pronuntiatione L. L. cap. xvii. Sed dissentit Moschopolus; qui ea removenda ait ex numero accentuum. Rectè sane; verùm ficulnum est telum, quo pugnat. Vult enim, ideo non esse accentus, quia non orientur earum notæ ex figuris literarum, contrà quàm fit, tum in tenoribus, qui fiunt ex Λ; tum in spiritibus, qui oriuntur ex Η; tum in quantitate, cujus notæ ex Θ procreantur; brevis quidem syllabæ signum ex infimâ literæ parte (υ) longi autem, ex lineola in ventre literæ (-) Nempe, si Grammaticis visum fuisset, tribus istis ex literâ quapiam figuram comminisci, jam Moschopulo fuissent veri accentus. Solida autem ratio, cur non sint è numero προσωδιῶν, ea est, quòd non accidant syllabæ quatenus syllaba est. Nam ὄφ' ἐν propriè conjungit voces, ut Διὰ σπῆλαι eandem disjungit. ἀπὸ σπῆλαι verò non syllabæ per se est; sed literæ, aut literarum per se, syllabæ per accidens.

Sunt qui apostrophon iccirco ex affectionum numero excludant, quòd ea in Latinis appingi non soleat. Sed nos etsi de re ipsa assentimus, rationem tamen probare non possumus. Nam & hanc interdum à Latinis adhibitam, indicat cùm Fabius lib. xi; tum imprimis hic Marii Victorini locus in Orthogr. sua: *Ea quatenus debeatis observare, ignoratis: indueti fortasse eo, quòd legistis præceptum antiquorum, qui ajunt, Scribi quidem omnibus literis oportere: in enunciando autem quasdam literas elidere. In quo, ut idem sæpius dicam, bis peccatis, quòd aliud scribitis, & aliud legitis quàm scriptum est. Quid enim facietis in his, quæ velitis notitis, & scribenda sunt, & legenda, ut scripta sunt? Ut, exempli gratiâ; Existimo, non Existimo; & Conquinat, non Conquinat, & similia. Eliduntur autem vocales singule, cum duæ concenterim: ut, Meni incepto desistere victam? non, Mene. Es, Teni inquit, miserande puer; non, Tene. T quoque ex consonantibus eliditur: ut, Postquam res Asiæ; non, Postquam. M autem, ut, Multi ille & terris. Vocalis & consonans pariter: Non equid invadeo. Malaspina apud Ciceronem lib. xiv, ad Att. epist. xx, in Poggii libro se reperisse ait, Audi igitur, pro audi igitur. Imò & ea, consonante sequente, locum habet: ut apud Maronem, r r r*

Æn.

Z 2

Hæcto-

Hectoris Andromache Pyrrhini connubia servas ?

Et x Æn. — *Tantum me crimine dignum*

Duxisti, & taleis voluisti expendere parvas ?

Ita hæc scribenda esse, docent Priscianus, & Servius.

Solent etiam veteres, quoties post V S sequeretur EST, priores duas literas verbi EST abjicere: sed post vocalem, aut VM, tantum primam præcidebant. Itaque pro *audius est* scribebant, *audiuist*, vel cum apostropho, *audiuist'*: at pro *opera est*, & *auditum est*, scribebant, *auditumst*, sive *auditumst*, & *operast*, sive *operast*. Quare non sine cautione legi debet hoc Marii Victor. lib. 1. *Cum fuerit autem scriptum, audiendus est, scribendus est, & mutandus est, & similia generis masculini, primam vocem integram relinquetis: ex novissimâ autem E & S d. trahetis. Idem facietis in femininis, ut prima vox cuius generis sit, app. tr. ut. Idem tunc in neutris.* Hujusce rei notitia non raro prodest in emendandis codd. antiquis. Ita in hoc Varronis † fragmento:

— *Que maxima Divum*

Latitia stat: cum longè gravissima Phœbo.

De cetera, &c. (quomodo etiam Virinus citat ad IV Æn. †) feliciter restituunt, *Latitast, at tum, &c.*

Etiam apud Ciceronem lib. 1 de Divinatione, legere est istum Pacuvii versum: *Visum est in somnis pastorem ad me appellere.*

Sed in editione Ciceronis antiquissima, &, ut cenſeo, principe, ita excuſum inveni:

Visum est in somnis pastor ad me appellere.

Vnde planè legendum puto,

Visuist in somnis pastor ad me appellere.

Similiaque in aliis locis observavimus, quæ in re aperta, mora sit adscribere.

C A P V T VII.

Tonus quid, & etymon vocis. Decem ejus nomina, tonus, accentus, tenor, nota vocum, moderamentum, accentiuuncula, vocalatio, fastigium, cacumen, sonus. Triplex accentus, & ratio figuræ, qua singuli scribuntur, ex natura cuiusque adfertur. Simensibus quinque accentus. Vetus circumflexi figuræ. Martiano Capelle lux.

Diximus de iis, quæ falsò repofuere inter accidentia syllabarum. Postulat ordinis ratio, ut agamus de veris affectionibus; ac primò de tonis, qui, ut Martianus Capella * ait, sunt *anima vocum*, &

* lib. 3, cap. de fastigio.

Musi-

Musices seminarium. 'Estque hæc caussa, cur κατ' ἐξοχῶ appellentur *accentus*; cum alioqui tam latè pateat id nomen, quàm προσωδία apud Græcos; quemadmodum ostendit vocis utriusque origo; quando, quod nemo nescit, ut προσωδία à πρῆς id est, ad, & ὠδή, hoc est, *cantus*, ita & *accentus* ab accinendo, quasi *accantus*, dictus est.

Quid tonus sit, paret ex eo, quòd suprà dicebamus, eum accidere syllabæ ratione longitudinis. Nam hinc discimus, tonum esse id syllabæ accidens, cujus ratione ea vel intenditur elevaturque, vel remittitur, ac deprimitur. E. G. in *hominibus* licet omnes sint breves, tertia tamen à fine altius affurgit; reliquæ, quasi languescentes, concidunt. Atque hinc liquet, cur ὑπὸ τῆς τείνειν τόνου dixerint; nempe translatione à fidibus sumtâ, quarum intentio acutiorem, remissio gravio-^{† à tendendo.} rem efficit sonum. Latini similiter *tenores* dixerunt. Id Scaliger propterea factum ait, quòd nostrum *tenere* ab eadem sit origine; quia si quid nixu quodam arcemus, id facimus beneficio τῆς τενόντων †. Sed^{‡ tendinum.} Quinctilianus lib. primo cap. v, veteres pro *tenores*, *tonores* dixisse ait, quod indicio est, vocem hanc ὑπὸ τῆς τόνου fluxisse. Interea fonte conveniunt, quia & *tenere* est à τείνειν, & τόνος.

Sunt aliæ etiam tenorum apud Latinos appellationes. Agellius lib. tertiodecimo cap. sexto: *Quas Græci προσωδίας dicunt, eas veteres docti, tum notas vocant, tum moderamenta, tum accentuinculas, tum vocalationes appellabant.* Postremâ *vocalationis* appellatione usus Nigidius apud eundem Gellium libri memorati cap. xxiv. Apud Martianum quoque Capellam * caput, quo de accentibus agit, inscribitur *de fastigio*: in-^{* lib. 3.} que eo Grammaticus is ait: *Accentus partim fastigia vocantur, quòd literarum capitibus imponantur; partim cacumina, tonos, vel sonos, Græce προσωδίας.* *Fastigia* autem vocari, etiam Diomedes lib. 11, auctor est.

Tenor, ut antè diximus, triplex est; acutus, gravis, circumflexus. Græcè, προσωδία ὀξεῖα, βαρέα, περιωμμένη. Nempe tot sunt accentus, quot numerantur vocum formæ. Eæ autem tres sunt; ut indicat Cic. in Orat. *Mira*, inquit, est natura vocis, cujus quidem è tribus sonis omnino, inflexo, acuto, & gravi, tanta sit, & tam suavis varietas profecta in concentibus. Idem ostendunt hæc verba Theagis Pythagorici † in libello, quem de Virtute scripsit lingua Doricâ: οὐδ' ἐν τῶ μωσικῇ ἐν τῶ ὑπερῆλιδος τῶ ὀξύ, ἢ τῶ βαρῶ, τῶ σύμφωνον πέπωκεν. ἀλλ' ἐν τῶ τῶν πῶς συναρμοξασθαι συναρμοζαν τῶ ὀξείῳ, & τῶ βαρέῳ, τῶ μὲν σύμφωνον ἐναπολαμβάνει, τῶ δ' ἀσύμφωνον ἐκτρέτει. *Nec in Musica si adimas acutum & grave, concentus efficitur; sed si hæc quodam modo juncta concinnam modulationem acuti & gravis toni fecerint, ibi & concentus percipitur, & dissonantia expellitur.*

† apud Strabonem sermo. 1. qui est de Virtute.

Sinenles tamen ab iis, qui res eorum prodiderunt, quinque tenores

habere dicuntur. Sed non dubito, quin quicumque veri sunt tenores ad hosce tres naturales possint revocari. Nec movere debet, quod Hebræorum Grammatici, alii xxxv, alii xxx, vel plures statuunt accentus. Nam, ut superius dicebamus, hi accentuum nomine etiam notas distinctionum, & cantillationis in legendo comprehendunt. Atqui distinctio illa orationis in partes, non ad *περὸς ὁδὸν*, sed ad *ὄντιν* pertinet. Musicaque modulatio ad artem Musicen referenda: ut cuius sit considerare sonorum discrimina, commixtionem, & proportionem.

Tonus acutus dictus ab effectu, eo quod aures feriat. Signum ejus lineola à manu sinistra ad dextram ascendens. Nam cum ipsam syllabam attollat, ascendere quoque virgulam oportuit. Gravis vocatus, quod vocem in guttur ac pectus demittat. Itaque & nota ejus est linea à sinistra ad dextram descendens. Circumflexus nomen sortitus est à figurâ, quæ est virgula arcuata. Cum enim in vocibus, quarum una syllaba acuebatur, altera deprimebatur, post contractionem factam utraque syllaba, & uterque coalescat tonus; utriusque etiam toni signum coalescere justum fuit. Hinc est, quod Grammatici scribunt, omnes accentuum figuras ex *Λαυβδα* majusculo procreari. Nam Λ, in duas sectum partes, gignit notam acuti, & gravis: integrum autem, circumflexi signum est. Antiquam verò hanc esse notam, docet, quod Marius Victorinus appellat V transversum. *Circumflexus*, inquit, *transversa V luerà notatur, hoc pacto, Λ*. Habuit tamen & alteram apud veteres figuram. Nam etiam pro angulari illo signo, uno ductu scribebant lineam incurvam, quæ faciem Lunæ bicornis imitaretur. Liqueat hoc ex vetustis Prisciani libris De accentu, & plurimis, iisque antiquissimis codd. Græcis. Eam figuram in animo habuit Martianus Capella*: *Inflexi signum est sigma super literas devexum*. Neque enim intelligit flexilem hujus literæ notam (Σ) quam arcui Scythico comparabat Agathon Tragicus: sed semilunarem, similem Latino C, de qua supra † abunde diximus. In quibusdam Capellæ edit. ‡ invenias notam V inversi. nempe Λ. Sed ea nullam cum Sigma affinitatem habet. In aliis * est flexilis hæc (˘) Sed hanc si intellexisset Capella, Latine, non Græcicæ literæ nomen imposuisset. Præterea nota istæc posterioribus demum temporibus inventa est à librariis; qui in scribendo nunc celeritati studere solent, nunc venustati.

* lib. 3. cap. de fastigio.

† lib. 1. cap. 30.
‡ ut Basileensi.
* ut Lugdunensi.

C A P V T V I I I

Veteribus Romanis neglecti accentus in scribendo. Quorum tamen nonnulli apice discriminabant syllabas longas. Similiter hunc morem apponendi accentus

centus ignorabant Græci antiquiores : eaque res in errorem sæpius impellebat. Hebræi quando, & quibus magistris, accentuum, cæteraque notas, addere ceperint : & quando, ac cuius operâ potissimum, punctorum artificium ad perfectionem peruenit.

SEd quia de inventione accentuum incidit sermo, quid impedit, quominus deinceps exponam, quàm recens ea sit consuetudo apponendi accentus? De Latinis, satis apertum ex lapidibus antiquis. Quo enim vetustiores, eo magis accentuinculis carent. Lapidés aliquot objectant, ubi reperiantur : sed imperitè adeo sculptos, ut satis liqueat, nullam eorum rationem haberi oportere. Nisi fortasse voluerunt, syllabas longas notulâ à brevibus discernere : quod Lipsius censet de Pronunciatione L. L. cap. undevigesimo. Nam quomodo alioqui vox una accentus habet binos? ut, S T Á T I Ó, P A T R Ó N Ó, P E D á N I Ó, C L É M É N S : vel quâ ratione nota hæc apponitur in ea, quæ antepenultimam præcedit, ut C Ú R I O N E. Res tota apertior foret, si non tam acuti notam addidissent, quàm apicem : quæ vox generatim convenit omni accentui, sed strictè signat lineolam, quam Græci vocant μακρόν*. Hanc longis syllabis ad tollendam ambiguitatem imponere jubet Quintilianus. Cujus verba adferam, cum ad quantitatem erit deventum. Et sanè apex adedò olim frequentabatur, ut fuerint, qui referrent inter literarum figuras. Hinc Iuliodorus lib. 1 Orig. cap. iv : *Inter figuras literarum, & apices veteres duxere. Est autem apex linea jacens super literam æqualiter ducta. Vbi obferva, inter figuras rectè dici, non literas legitimas : quod sensit, & scripsit Iustus Lipsius † : sed essentiam literarum malè cum accidentibus confundit. Ac de Romanis pro instituto satis. Nam quando Grammatici veteres accentum jubeant exprimere, accuratiùs postea dicitur. Nunc de Græcorum, & Hebræorum more videamus. Quorum Græcos non solere signare accentuinculas, & lapides arguunt, & vetera nomismata. Nec enim vel tenorum, vel spirituum in iis notæ comparènt. Imò etiam postquam jam inoleverat consuetudo eas adscribendi, multi tamen morem veterem prætulèrunt. Docent hoc veteres scholiastæ : in his Eustathius commentario in Dionysii *περί γήμων*. Vt ad illud poëtæ ejus :*

Αλλ' ὅπου Ἀρρηβίων ὀρέων προτιέροισεν ὀδδύσης.

Nam ex eo, quòd T in *ἐπότε* non vertatur in asperum spiritum, colligit *Αρρηβίων* habere spiritum lenem. Quomodo nihil artinebat arguunt, si tum quoque spiritus, & accentuinculæ, semper notari solerent. Idem indicant codices antiqui ; quorum alii accentuinculas habent, alii

* longam.

† tib. de pronunciatione.
L. L. cap. 5.

alii paris vetustatis absque iis inveniuntur. Scribit Angelus Politianus cap. LVIII. Miscell. se in codd. vetustissimis reperisse versus Sibyllinos sine ullis fastigiis : idemque cap. LXXX refert, se Callimachum vidisse, in quo ea nusquam adscripta essent ; ipseque Callimachi hymnum in Pallada absque illis edendum curavit. Imò in Pandectis etiam Florentinis nusquam vocibus Græcanicis appoliti sunt accentus : quod ex MSO ipso observatum, monitumque, Ant. Augustino, libro de Excusationibus. Porro qui tenores adscribebant, seculi sui morem sequebantur : qui autem negligebant, studiosi erant moris antiqui. Aristotelis quidem seculo ignota erat consuetudo ea apponendi accentus : quod clarè indicant hæc ejus verba sophist. elench. cap. III : Παρά τῃ πλὴν προσωδίαν, ἐν μὴ τοῖς ἀνδρὶ γεγραφεῖς Διαλεκτικαῖς, ἢ ῥαδιον ποιῆσαι λόγον. ἐν τῇ τοῖς γεγραμμένοις ἐπιήμασι, μάλλον. Ex accentu verò in non scriptis dissertationibus hæc facile est facere argumentationem (sophisticam) sed in scriptis, & poematis potius. Exempli ibidem ex Homero adfert; è quibus cognoscere est, gravissimas sapientias esse controversias, ex eo quodd veteres in scribendo accentuiculas non adhiberent. Hæc res quoque non semel in errorem impulit doctissimum Hieronymum : ut cùm commentario in XIV cap. Zachariæ ἄγρον arborem dici ait, quòd casta sit. Atqui aliud ἄγρος †, aliud ἀγρός *, unde Dioscorides ‡, ac Grammatici, ἄγρον dici ajunt, quali ἀγρόν, ut idem esse non possint. Idem cùm K A Θ A I P E I scriptum esset, translulit, *subvertit*, quia legebat καθαιρεῖ : at vertendum *emundavit*, quia est καθάρει. Quem utrumque summi viri errorem observare in eo memini Iosephum Scaligerum animadversionibus Eusebianis ad annum M cccc xxvi †. Quod argumento est manifestario, Hieronymi ætate sine apicibus scribi solere.

† vitæ.
* castus.
‡ lib. I. cap.
136.

† pag. 81.
edit. prima.

Quin Hebræi quoque serò admodum accentum adscripsere; ac demum post tempora Honorii Imper. Nempe, quod superiori libro dicebamus, puncta vocalia esse inventa ab eruditissimis quibusdam Iudæis in Mœsia Paphlagoniæ, qui magistri Masoreth sive Masorethæ nuncupati ; id multò magis statuendum de nota tenoris. Nec enim, qui Hebræicè à pueris scirent, indigebant accentuum notis : nihilo sanè magis, quàm iis opus est in lingua Germanica, Gallica, Britannica, aliis; ubi nemo signat accentuum notas, nisi fortè ad ambiguitatem alicujus vocabuli tollendam. At dispar ratio eorum, qui Hebræicè nesciunt : in cujusmodi se ratio habet, ut in Latine ignaris. Quales Latine si legere volent, syllabas, quæ attolli debent, deprimunt ; quæ deprimi, attollent. Masorethæ igitur, ut rudibus etiam linguæque nesciis consuleretur, notam tenoris commenti fuerunt. Nec postea se

se intra tenorem continuere : sed & notas excogitarunt distinctionis, & modulorum, quibus legentes in synagogis quodammodo cantillarent. Nec uno hæc tempore ab iis reperta; sed paullatim ars excrevit. Facile autem adfentio doctissimo Capello, qui accentuum, ut vocant, punctorumque omnium doctrinæ, extremam manum additam existimat à nobili illo Masoretha Ben Ascher : quem Maimonides in Misna * testatur, multos annos impendisse Bibliorum codici describendo : suæque illud operæ & curâ consecutum, ut Iudæi deinceps, qui accuratum bibliorum exemplar cuperent, vel ex Ben Ascher codice describerent, vel aliunde descriptum juxta eum castigarent. Rideliculus est putare, multorum fuisse annorum opus exscribere biblia, quæ solis constarent consonarum figuris : qualia sunt, quæ Iudæi in Synagogis suis servant. Neque eo spatio opus, ut describerentur ex codice, qui puncta haberet. Sed tantum temporis requirebatur ad nobilem operam Ben-Ascher, partim quia codices varios conferret, ut veriorem lectionem exprimeret : partim, & imprimis, quia punctorum artificio necdum absoluto nævos castigaret, & quæ decissent hæctenus, suppleret. Vixit autem Ben Ascher iidem temporibus ac Ben Naphthali, celebris itidem Masoretha : nempe circa annum Christi c15 XL. Ac quamquam toto antè seculo floruerit R. Saadias, quem R. Aben-Esra, Grammaticorum priorum seriem texens, primo loco commemorat : imprimis tamen post Ben Ascher, & Ben Naphthali, multi è Iudæis de arte Grammatica scribere cœperunt : quod non aliunde factum videtur, quàm quia tum ars ea punctorum à Ben Ascher perfectionem suam esset consecuta.

* Tom. 1. lib.
2. אהבה
Tract. de li-
brolog. c. 8.
num. 4.

CAPVT IX.

Accentuum doctrina canonibus paucis comprehensa. Quibus locis nobiliores Grammaticorum Latinorum iusserint adscribi accentus. De accentu eorum, quæ cum encliticis componuntur. Pauli Melissi sententia refellitur. An, removendæ ambiguitatis ergo, etiam ultima syllaba accentu debeat signari, contra Fabium disputatur. Male vulgò in adverbis & præpositionibus ultimam longam notari accentu gravi. Martiani Capellæ lapsus. An in Græcis Græcis servari debeat accentus.

Sed de tenorum & nomine, & figurâ, inventionèque amborum, factis diximus : explicandum deinceps, quo tono unaquæque syllaba notetur. Egere de hac re è veteribus Capella, Priscianus, alii. E recentioribus præter cæteros, Maioragius in epistolicis, quæstione 12, Marius Corradus lib. 11 de L. L. Iustus Lipsius lib. de Pronun-

A a

ciat.

ciat. L. L. cap. xx. Eo magis opera danda, ne eadem planè reponendo actum agamus.

Accentus siue tenor pronunciatur vel juxta canones Grammaticos, vel secundum incorruptam veterum consuetudinem, quæ subinde regulis vulgariis repugnat.

Canones sic breviter comprehendimus.

Monosyllaba vox naturâ longa circumflectitur; ut *flos, os, oris, â, é*; quæ malè in optimis quoque codd. gravi notari solent: aliàs acuitur; ut *spis, fax, os offis*.

In dissyllabis, & polysyllabis, circumflectitur penultima, si ea fuerit naturâ longa, at ultima brevis: ut *Roma, floris, Romanus, examen*.

At aliàs in dissyllabis quidem acuitur; ut *homo, pater, pateris*: in polysyllabis verò nunc acuitur, nunc gravatur. Acuitur, si longa sit; ut, *presens, Araxis*: sin brevis fuerit, ipsa gravatur, & antepenultima acuitur; ut, *maximus, ultimus*.

Ultima verò, tum in dissyllabis gravatur; ut *amo, vindex*: tum in polysyllabis; ut in *viribus, milites*.

Vidimus, quibus locis sit accentus. Nunc referam, quibus scribantur. Olim quidem, ut antea quoque diximus, accentuunculas negligebant. Hodie eas contra consuetudinem veterum, at non contra Grammaticorum præscriptum, duobus locis apponimus. Vnus est in compositis cum encliticis. Servius in 1 *Æn.* Pronunciationis causâ, contra usum Latinum, syllabis ultimis, quibus particule adjunguntur, accentus tribuitur: ut, *Musaque, Illeno, hujusce*. Martianus Capella lib. III: Mutant accentus, adjunctis vocibus, que, ve, ne: cum tamen expletiva conjunctione, que: ve cum expletivâ, ut, *Latiûmque auferere vultis: Et, Stimulove meum cor, apud Actium in Pelopidis. Nunquam migrabit acutus sonus de primis syllabis in postremas, præter particulas conjunctas; quarum hoc proprium est, acere partes extremas vocum, quibus adjunguntur*. Locum integrum adscripsi, ut pateat, accentum semper esse imponendum ei syllabæ, quæ encliticam proximè antecedit; ut *armaque, terraque* &c. Iugulat hoc sententiam viri doctissimi, Pauli Melissi*; qui non modo scribere jubet, *armaque, terraque, & Lavinaque venit Liora*: verum etiam asserit, in isthoc Maronis, *Arbustaque diruta campis*, non minùs absurdè scribi, *arbustaque*, quàm *diruta*. Provocat hæc in re ad ipsorum in pronunciando morem, qui aliter scribunt. Sed profectò valdè ineptum est, velle hæc æstimare ex pronunciatione vulgari. Veteres enim ita hæc pronunciabant, ut & accentus, & quantitatis haberent rationem: quâ de re infra pluribus acturi sumus. Dices, nisi *terraque* scribatur, nihil fore discriminis inter nominativum, & ablativum.

Verùm

* epist. ad
Henr. Steph.
edita a Gal-
dusto.

Verum & hoc æquè infirmum , quando nominativus acui debet (*verràque*) ablativus circumflecti , (*verràque.*) In errorem hunc impulit eos, quòd vulgò, malo more, haut aliter prononciemus acutum, quàm flexum. De quo mox cap. x.

Egi de priori accentus loco : dicam nunc de altero. Est is, quando accentu distingui possunt verba ita similia , ut inde error nasci possit. In hujusmodi accentum quoque apponere , jubet Terentius Scaurus. E. G. acuto scribi vult *legit* præsentis temporis , flexo *legit* præteriti. Itidem acuto *aret* agrum, & *pâret* convivium : flexo *âret* herba , & *Pâret* Amor dictis cara genericis. Ac par fuerit ratio in *bôlus* & *bôlus*, *plâcet* & *plâcet*, *kémus* & *remus*, *frâta* & *frâta*, *ôblitus* & *ôblitus*, *pâlus* & *pâlus*, *serum* & *serum*, *pôtis* & *pôtis*, *mâus* & *mâus*, &c. Fabii, aliorumque, de hoc loca adferam cap. XI I. Ex veteribus etiam Criticis , videmus, quomodo sæpe hæreant in Homero interpretando , mentis ejus incerti, propterea quòd vox eadem scripta vel hoc , vel alio legi posset accentu , ac pro isto variaret sententia. Quid quod Aristoteles enclisis reponat fallaciam accentus ? Quod non fecisset, nisi ob ambiguitatem sententia ex neglecto accentu falli possemus ? Num igitur utile negabimus, tollendæ isti ambiguitati apponere accentus, ne fallamur ?

Quæritur autem, an ultimæ quoque syllabæ accentu debeant signari discretionis causâ. Debere adfirmant Ælius Donatus , Sergius , Priscianus , & aliquot alii ex Grammaticis antiquis. At dissentit Quintilianus, cum scribit * : *Ceterum jam scio quosdam eruditos, nonnullos* * *lib. I. c. 5.* *etiam Grammaticos, sic docere, ac loqui, ut propter quædam vocum discrimina verbum interim acuto sono finiant : ut in illis, --- Quæ circum litora, circum Pifcosos Scopulos ; ne si gravem posuerint secundam, Circus dici videatur, non Circuitus. Item Quantum, Quale, interrogantes gravi ; comparantes acuto tenore concludunt. Quod tamen in adverbis ferè solis, ac pronominibus, vindicant : in ceteris veterem legem sequuntur. Mihi videtur conditionem mutare, quòd his locis verba conjungimus.* Sed nihil est, cur hic Quintilianus locus quemquam dimoveat de opinione. Nam si universè quæritur, an syllabis appingi debeat accentus , fatemur , modò veteres sequi volumus, omitti eum omnino debere. Sin tantummodo de ultimis syllabis controversia est , quæso , quid causæ affert ; cur fides habenda non sit viris illis (quemadmodum ipse appellat) eruditis, qui, discriminis causâ, acutum in fine accentum apponi posse judicabant ? Deinde quis non videt, illa Fabii verba, MIHI VIDE- TVR , non tam esse ejus, qui alienam sententiam damnatum ire velit, quàm qui de suâ vix constituere possit ? Pluribus hæc de re age-

rem, nisi istoc me onere levasset Marius Corradus, qui benè longam eà de re disputationem instituit lib. II de L. L. Interea est, in quo nec Corradi sententiæ calculum meum adjicere possim: ut cùm, vulgi secutus consuetudinem, adverbii ac præpositionibus imponere jubet accentum gravem, quò à nominibus ac verbis distinguantur. Quippe nunquam in iis accentus is locum habet; sed vel acutus, si correpta sint; vel circumflexus, si porrecta. De acuto exemplum suggerit Quintilianus, cùm ait, à viris eruditis, ac Grammaticis etiam, in *circum*, quando præverbium est, accentum hunc ultimæ imponi, ne putetur esse calus inculativus à *circus*. Ac similiter Velius Longus: *Loco transmutatus accentus partes quoque orationis immutat: ut aliud est Circum, aliud Circum, aliud Ergo, aliud Ergò.* Et Servius in I Æn. *Maria omnia circum. In fine accentum ponimus contra morem Latinum: sed correctio hoc facit. nam præpositio postposita correpta est sine dubio.* Par ratio in *Quando*. Festus: *Quando cum gravi voce pronuncietur, significat Quoniam, & est conjunctio. Quando, acuto accentu, est temporis adverbium.* Item in *Pone*. Marius Victorinus: *Adverbium Pone, posteriore acutum recipit accentum, ne sit verbum.* Parque ratio in *malè, parum, multum, plurimum, minus, melius, potius, solum, modo, tantum*, ac similibus; quæ vulgus, cui nos inviti accommodamus, gravi signare, & acuto nihilominus pronunciare consuevit. Sed in his, scio, tuebuntur se errore recepto apud Græcos; qui cùm ultimam acuunt in pronuncian-do, itidem tamen in scribendo gravant; quia acutus, ut ajunt, in gravem commutetur ob contextum orationis. Verùm, ut in brevibus ea habeant locum; videre tamen non possum, unde errori patrocini-um sint quaesituri in adverbii, quæ ultimam producant: ut sunt, *bellè, diè, longè, aquè, unà, quà, quò, intrò, rarò, primò, serò*, & simili-bus; in quibus nihil eos juvant Græci, cùm & hi ultimam naturà longam, aut nullo, aut flexo signare consuerint. Adversantur quoque hæc verba Capellæ*: *Inflexum autem non aliàs postremum habet, nisi cujus posterior pars in syllabam naturà longam excurrit: ut, ergò, ponè.* Vbi rectè de *ergo*: quod ex Græco ἐργω; de *pone* non item; quamquam similiter Consentius: *Accentus, inquit, ostendit diversam significationem unius dictionis. Pone, si verbum est, gravis est ultima: si adverbium circumflexa.* Sed rectius Maximus Victorinus, qui in posteriori accentum ponit acutum. Nam eam syllabam & Macro II Æn. & omnis corri-pit poetarum manus.

* lib. 3. cap.
de sup. g. 10.

Quidam etiam circumflectunt Syncopen passa: ut *amasse, audisse*. Priscianus itaque jubet ultimam circumflecti in *Arpinàs, nostràs, ve-stràs*: quia facta sunt ex veteribus nominativis *Arpinatis, nostratis, vestra-*

vestras. De *nostrâs* & *vestrâs* gravior est ratio, ne putentur esse accusativi plurales. De *Arpinas*, nihil urget: quia rectus *Arpinatis* in usu esse defuit. In nonnullis tamen, ubi syncope est insolens, dare hoc liceat imperitis, ne rariori voce turbentur. Ut in *crêsse*, pro *crevisse*, *produxe*, pro *produxisse*, *consumse*, pro *consumsisse*, & similibus: de quibus ago lib. III de Analogia cap. XIX.

Quæri insuper solet, num in nominibus Græcis, sed Romanâ civitate donatis, Græcus sit servandus accentus. De ultima, apertum fatis, abire hac parte Romanos à Græcis. Servius in Ecl. I: *Notandum Bucolica, vel Georgica, cum apud Græcos in fine habent accentum, apud nos in tertia à fine habere. Nam, ut in ultima sit, Latinitas vetat: ut in penultima non sit, brevitatis efficit ratio.* Sed porro quæritur, an Latini tum sequantur Græcos, quando iis accentus est in secunda, vel tertia ab ultima. Solvit hunc nodum Martianus Capella lib. III*, cum ait: *Græca nomina, cum in Latinum vertuntur, nostrâ regulâ pronunciantur, nisi maneant Græca. Olympus igitur, & Caucasus, sicut Latina profertur: quam acnere, vel flectere debeam secundum rationem supra scriptam apparet. Sed si manent Græca, & huic regule in peregrinis vocibus accedimus; necesse est tamen in obliquis casibus acutos sonos in mediis syllabis servent, quoniam apud Græcos quoque non alio accentu hæc enunciantur audimus.* Reprehendit Guilielmus Baillius † eorum inconstantiam, qui cum in *Alexandria, Thalia, ellipsis, theatrum*, & similibus, non servent accentum Græcum, ejus nihilominus rationem habeant in *philosophia, phantasia*, & aliis hujuscemodi. Verùm cogitare debuit, disparem esse in his rationem, quando *philosophia, phantasia, profodia, amanclasis, diatyposis*, similiæque, manent pura puta Græca: at *Alexandria, Thalia, Ellipsis*, mutarunt EI in I longum, ac *theatrum* pro ON assumit terminationem Latinam. Quare, etsi minimè improbamus eos, qui in *philosophia, etymologia*, & similibus, Latinorum canones sequuntur; negamus tamen eos validis rationibus pugnare, cum dissentientes à se damnant inconstantiæ.

* cap. de
suffragio.

† libello de
accentibus
Græcorum.

CAPVT X.

Longè aliam antiquitus pronunciationem fuisse secundum accentus, quàm quæ obinet hodie. Veteres in eapse voce, & accentus, & quantitatis habuisse rationem, cum in sermone Latino, tum Græco.

QVæ hætenus diximus, ea regulas spectant Grammaticorum. Venio nunc ad alteram hujus doctrinæ partem; quæ ostendit, veteres, quamdiu permanit incorrupta pronunciatio Romani sermonis, multa aliter pronunciaſſe, quàm nos, qui Grammaticorum nos regulis

alligamus. Ita in *calesfacis, tepesfacis*, & similibus, penultimam simul, & acuebant, & corripiebant : contrà quàm hodie facimus, qui vel simul attollimus, & producimus, quasi esset *καλεφᾶκίς, τεπεφᾶκίς* : vel & deprimimus, & corripimus, quasi esset *καλέφαις, τεπεφαις*. At veteres & acuebant, & corripiebant, quasi *καλεφᾶκίς, τεπεφᾶκίς*. Discrimen autem quod sit inter A circumflexum, & acutum, sed breve, satis aures indicant ; si attendas, quanto aliter prior in *mare*, aliter media in *amare* hodieque pronuncietur, præsertim in versuum dimensione. Vti si dicas : *Qua mare, quâ terræ, qua sidus currit, amare*. De *calesfacio* & *tepesfacio* quod dixi, docuit Priscianus lib. VII, his verbis : *Si, facio, vel fio, integris manentibus, aliud verbum ante ea componitur, non solum significationes, & conjugationes integras in iis servamus, sed etiam accentus; ut calesfacio, calesfacis, calesfacit. In secundâ enim, & tertiâ personâ, penultimas acurimus, quantumvis sint breves. Similiter calesio, calesis, calesit; tepesio, tepesis, tepesit; finales, servant accentus in secundâ & tertiâ personâ, quos habent in simplicibus. Idem factum in vocativis Mercuri, Virgili, Emili, Valeri, & similibus. Audiamus eundem Priscianum lib. VII; ubi de vocativo loquitur secundæ declinationis : Inferiores gaudent brevitate per extremæ syllabæ abscissionem, protulerunt pro Virgilie, Virgili, & pro Mercurie, Mercuri. Horat. in primo carminum : Mercuri facunde nepos Atlantis. In eodem : Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior, quàm tibi Virgili. Unde accentus perfecti vocativi in his servatur. Si enim non esset abscissio, debuerunt huiusmodi vocativi, id est, qui in I desinentes penultimam correptam habent, antepenultimam acuere ; ut Virgili, Mercuri ; quod minime licet. Hæc Prisciani verba non tantum docent, vocativos Mercuri, & Virgili, acuere mediam, sed etiam caussam ejus rei addunt. Nempe quodd primum, uti apud Græcos fit, Mercurie, & Virgilie, diceretur : paullatim verò E extimum, quod primum exilitate admodum sonabat, planè ommitteretur, sed accentu veteri reservato. Nec Prisciani demum ævo, sed jam Hadriani Cæsaris temporibus, hæc consuetudo obtinebat. Nam cum Nigidius Figulus scripsisset, Valeri summo tono esse in prima, deinde reliquas paullatim descendere : eâ de re ita censet Gellius lib. XII, cap. XXIV. Siquis nunc Valerium appellans in vocandi casu, secundum id præceptum Nigidii, acuerit primam, non aberit, quin rideatur. Quemadmodum autem in Virgili, Sulpici, & similibus, penultimam olim acuebant, licet corripiatur : ita contrà in exinde, & siquando, acuebant tertiam à fine, licet syllaba sequens producat. Donatus in Eun. act. V, sc. I : Siquando & primâ syllabâ acui potest, & mediâ. Tamen variat sententiam. Servius in VI Æn. Exinde : una pars orationis est, & in tertiâ à fine accentum habet, licet penultima longa sit. Quæ ratio autem in siquando, eadem & in nequando, & aliquando : quæque in exinde, eadem*

eadem & in *déinde*, *subinde*, *próinde*, & *périnde*. Idem factum in *suaviter*, *benè*, *grábiliter*, *virilliter*, *præfatus*, *fabrum*, *jurisconsultus*, *inere loci*. Diomedes * quoque probat *sacravia*. Sanè & unicâ voce scribitur in lapidd. * Lib. 2. cap. de Distinc. † lib. 7. cap. 7. indéque *sacraviens*. Annianus item apud Agellium † jubet dicere *ásfatim*, & *exadversum*. Quibus exemplis impulsus, faciliè à me impeçro, ut putem defendi posse, qui primam in *dumtaxat* acuunt, & secundam in *aliquando*; quamvis aliter hæc de re Iul. Scaliger cap. LXI II, de causis L. L. At non item video, quâ ratione iidem immunes ab errore dici possint, quando, ut *périnde* & *déinde*, ita *deinceps* quoque, & quædam alia hujus generis, in antepenultimâ acui putant. Neque enim, quæ in illis, eadem in his ratio est, quando hæc ultimam habent productam. Ultimis autem duabus longis, tertiam ab ultimâ acui, nec Græcus sermo patitur, nec Latinus. Aliud quoque est in quo, nisi me ratio fugit, errori eorum mantelum inveniatur nemo. Dum enim primam in *dumtaxat* acuunt, ac secundam in *aliquando*; corripunt sequentem, quæ positione producitur. Nempe eos in errorem hunc impulit, quòd non distinguerent inter accentum, & quantitatem; quasi idem sit acui, & produci, ac non *pietas*, *hominibus*, *Italia*, *perficio*, multaque hujusmodi, acuant tertiam à fine, & nihilominus corripiant. Quare hi cogitare debuerunt, antiquos in *exadversum*, *aliquando*, & similibus, insimul & tertiam à fine acuisse, & sequentem produxisse. Quin in eâ hæresis sum, ut planè credam, eundem errare nos errorem in linguâ Græcâ. Hodie quisquis Poëtæ alicujus versus recitat, aut accentus tantum rationem habet, aut solum quantitatis. Veteres, me iudice, longè aliter, qui utriusque rationem habebant: quod quâ ratione factum sit, ex parte ostendunt, quæ de Latinis diximus: ad vivum autem in omnibus exprimere velle, non usque adeò facile est in tam spissis tenebris veteris ævi. De tenore vidimus.

CAPVT XI.

De spiritu, & antiquis ejus notis. Græcis dñ nulla erat levis spiritus nota. Apud Iones etiam in mediâ voce spiritui aspero locus erat. Incipientibus ab R an H apponi debeat. Germani etiam L aspirant. Pauli Emili lapsus, Hludovici & Clodovei nomina habentis pro diversis. Ridiculus error Paracelsi, monumentum Lutheri seu Lotharii Imperatoris pro varicino de Martino Lutbero vendicantis. Vt vel apponendo, vel omitiendo aspirationem, peccetur.

Tertiam syllabæ affectionem spiritum feceramus: de qua nunc dicere aggredior. Vti hodie apud nos, ita & apud vetustos Græcos, solus

folus spiritus densus hanc notam habuit vocibus præfixam, H. Põst placuit, ut nota hæc dextrâ sui parte F signaret spiritum densum, lævâ I tenuem. Tandem quoque ad celeriore motum anguli sunt hebetati, factique pares semicirculi cõ. De utrâque antiquorum scribendi ratione sic Priscianus lib. 1, penè extremo capite de literarum numero & permutatione: *H literam non esse ostendimus, sed notam adspirationis, quam Græcorum antiquissimi, similiter ut Latini, in versu scribebant; nunc autem dividerunt, & dextram ejus partem supra litteram ponentes p̄silon notam habent, quam Rhemsius Palæmon exilem vocat, Grillius vero ad Virgilium de accentibus scribens, lenem nominat: sinistram autem contrariæ illius adspirationis dactylam, quam Grillius fluidam vocat.* Plura hæc de re diximus lib. 1, cap. XVI: quæ non repeto.

Dissident in eo Latini à Græcis, quod illi in mediâ quoque dictione adspirent vocales. Haurere autem morem hunc à prisca Ionibus. Quorum exemplo & in columnâ viæ Appiæ ENHODIA pro eo scriptum, quod nunc ενὸδία.

Ab iisdem habent, quod pro ϕ, χ, θ, scribant PH, CH, TH; quo de veterum Græcorum more diximus suprâ ex Victorino.

Quod ad consonam quartam R, cui Græci adspirationem subdunt, de eâ non usquequaque conveniunt Latini. In Græcis adspirationem addendam, sensit Marius Victorinus. Sic enim ille lib. 1*: *H quoque inter literas otiosam Grammatici tradiderunt, eamque adspirationis notam conjunctis vocalibus præfici; ipsi autem consonantes tantum quatuor præponi, quoties Græcis nominibus Latina forma est, persuaserunt: id est, C, T, P, R; ut, Chori, Thymus, Phyllis, Rhombus; quæ profundo spiritu, anhelis faucibus, explosore funduntur.* Hæc Victorinus. Sic Rhegium in antiquâ inscriptione invenitur, ac in libb. veteribus legas Rhammusia, rbeda, Rhesus, rhetor, rhythmus &c. Verùm Varro putabat, rectius in his H præteriri. Apponam eâ de re locum Annæi Cornuti apud Cassiodorum in Collectaneis de Orthographiâ: *Varroni placet, R literam, si primo loco ponatur, non adspirari. Lector enim ipse, inquit, intelligere debet, Rodum, tamesi H non habet, Rhodum esse; retorem, rhetorem. Sed ea observatio non necessaria est in R litera. Sunt enim verba, primo loco R literam habentia, non minus Latina, quam Græca. Itaque merito amovebimus adspirationem à Roma, regina, rapa, Rodus.* Hæc Cornutus.

Porrò in Germanicis vocabulis, non vocalibus tantum, aut tribus mutis, ac liquidæ R; sed aliis etiam literis, apponitur spiritus densus. Nam L quoque interdum adspirari, indicant nomina *Hludovicus, & Hlutharius*: quomodo hæ voces scribuntur in antiquis codd. MSS. Plerique prælo excusi corruptè edunt pro eo *H. Ludovicus, & H. Lutha-*

* cap. de
enunciacione
litterarum.

tharius; ut aliquoties factum ab editore synhodi Parisiensis de imaginibus. At rectè *Hludm* perscriptum est in Capitularibus Karoli M. & antiquo poëta Cœnobii Emerani Ratibonensis, quem Vitus Amerbachius laudat. Est verò *Hludm* sive *Hludovicus* idem quod *Ludovicus*, sive *Clodovicus*, aut *Clodovæus*: quomodo & *Hlutharius* idem est, quod *Lutharius*, sive *Lotharius*. In priori illo deceptus Paullus Æmilius *, cum *Clodovæum*, Francorum regem, à baptismo demum *Ludovicum* vocatum scribit. In altero turpiter se dedit Theophrastus Paracellus, cum bonus vir picturam Lotharij Cæsaris antiquam, cujus inscriptio erat *Lutherns*, de Martino Luthero vaticinium esse animum induxit, aliisque porro voluit persuasum.

* lib. 1 de
gestu Fran-
corum.

Committitur error, tum addendo spiritum, tum demendo. Additione, ut *trophæum*, pro *tropæum*; uti est in vett. monumentis, & libris; & analogia requirit, cum Græcè sit *τρόπαιον*. Sic *bosphorus* malim, quàm *bosphorus*, cum non sit à *φῆρω*, sed à *πρόσθ*, hoc est, transitus sive trajetûs. Peccabat & addendo Arrius ille, qui tenues adspirabat, ut notum è Catulli epigrammate; cujus mentem ut capias, præter ea, quæ scribit Politianus cap. *χικ* Miscell. scire opus est, quæ annotavit Cæsar Scaliger cap. *xlvi*, lib. de causis L. L. Ridiculè verò doctissimus Danæus in elenchis sophisticis hinc colligit, Arrium turpi istoc laborasse morbo, quem Syphilidos suæ argumentum esse voluit divinus poëta Hieronymus Fracastorius.

Contra detractionis vitium est *rhythmus*, pro *rhythmus*, cum Græcè sit *ῥυθμός*. Ac peccare etiam videntur, qui malunt *Ripæi*, quàm *Riphæi*, quia sit Græcè *ῥιπαῖοι*. Nam media tenuisque in eo mutatur in adspiratam. Ob vett. quoque librorum autoritatem *holus* malim, quàm *olus*: uti & *synhodus*, ac *exhodus*, quam sine H.

CAPVT XII.

Ad Quantitatem transitur. Quæ nunc in sermone etiam à doctissimis quibusque, negligitur. Olim vero vulgus quoque Romanum quantitatis gnarum erat. Unde sit, quod eadem syllaba poëtis nunc correpta sit, nunc porrecta. Cui quantitas motus ejusmodi signetur. De Acci, & aliorum more, geminatum vocales longas. Vetus scriptura Terentii Scauri defensa. Illustrantur varii scriptores, qui vocalem multis in syllabis positione longis corripere dicunt. Breuibus esse syllabas breviores, & longiores longas.

DE spiritu hætenus. Sequitur quantitatis doctrina, quæ Græcis *Κανονική* vocatur. Ac Varro, apud Frontinum libro de limitibus agrorum, facit eam partem Geometriæ alteram: quia Geometria

B b

lit

fit ars metiendi quantitatem continuam : Canonica autem mensuret vocum longitudinem & altitudinem.

Doctrinam hanc addiscere hodie cogimur, partim ex artis metricæ scriptoribus : partim ac tutissimè è lectione poëtarum. E pronuntiatione verò, quæ admodum recessit ab antiqua, aurium iudicium facere non possumus. Siquidem in plurimis eodem modo pronuntiamus vocalem brevem ac longam. Nec enim aliter efferimus *venit* præsentis, quàm præteriti : *viro* à *vir*, quàm à *virus* : *a* in *dabo*, quàm à *stabo* : & sic in cæteris. Olim autem in præterito *venit e* sonabat, quasi duo *ee* : *v* in *virus*, quasi *ei* fuisset : *stabo* quasi *staabo*. Aliter qui olim extulisset, næ ille pastoritià fistulà exceptus esset, etiam à vulgo : quod etsi artem metricam non didicisset è poëtis, optimè tamen poterat de modulis iudicare. Dabo occasione hujus rei locupletem atque, ut Iuriconsulti loquuntur, omni exceptione majorem testem. Is est Tullius, cuius hæc verba in Oratore : *In versu quidem theatra tota reclamant, si fuit una syllaba, aut brevior, aut longior. Nec verò multitudo pedes novit, nec ullos numeros tenet : nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit : & tamen omnium longitudinum, & brevitarum in sonis, sicut acutarum, graviumque vocum, iudicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.* Idem in Paradoxo ait, à plebe & turba in theatrum conflente explodi, qui in modulo syllabæ tantillum delinquat. *Histrion, inquit, si paullo se movit extra numerum, aut si versus pronuntiatu est syllabà unà brevior, aut longior, exhibetur, & exploditur.* Accedat testis unus è junioribus : videlicet Ludovicus Vivès lib. III de ratione dicendi cap. de Poeticis * : *Olim Græcis, & Romanis in omnibus syllabis discrimen erat notum brevium, & longarum. Exactum illud aurium iudicium jam pridem perit. Magis agnoscimus versificationem Latinæ linguæ, quam versum.* Hæc satis ostendunt, quanto difficilior quantitatis doctrina hodie addiscatur, postquam exolevit vetus loquendi consuetudo. Eoque majori cura de hac agendum nobis.

* pag. 147.
edit. Basil.
an. 1555.

Quantitas est illa syllabæ affectio, quæ ejus tempus seu moram in efferendo metimur. Censorino in fragmento dicitur *spacium syllabæ* : aliis *modulus*, vel etiam *intervallum*, uti Græcis *ἄξισμα*.

Ratione hujus intervalli syllaba dispescitur in brevem, longam, & ancipitem. Brevis est, quæ unum habet tempus; longa, quæ duo; ancipis, quæ nunc uno, nunc gemino tempore profertur. Ut fit in positione debili : ubi propriè est tempus unum cum semisse : qui semissis aliquando censetur, ut nullum tempus, eoque syllaba corripitur : aliquando ut integrum, ac propterea syllaba producitur.

Syllabæ longæ nota est linea longa. Dimidio ejus signari oportebat syl-

syllabam brevem : sed quia manus facilè aberrare poterat in scribendo ; & circumflexi quoque nota hæc Λ indicat syllabam longam ; iccirco sumfere notam contrariam notæ circumflexi υ : quemadmodum acutè conjicit Iulius Scaliger lib. 11 de cauffis L. L. cap. LV.

Memorabilis verò antiquorum fuit consuetudo, qui vocalem naturâ longam geminare solent. Nam aliud iis erat *malus*, aliud *maalus*; aliud *populus*, aliud *populus*. Monet hoc Fabius lib. 1, cap. IV, & VII. idemque se observasse in veterum monumentis, scribit Politianus cap. XLIII Miscell. Et sanè in Inscriptionibus quoque à Smetio, Gruteròque procuratis, legere est, *naata, vaarus, Thraacum, paastores, ree, sedes, sanctissimis, marinas*, ac siqua hujusmodi alia. Scribit Marius Victorinus *, & Livium Andronicum, hanc consuetudinem servasse, nisi quum esset I longum : tum enim potius usurpasse EI. Cætenim meritò morem istum geminandi vocales improbat Terentius Scaurus, his verbis : *Plurimum igitur per adjectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi naturâ longas singulas voluit : quum alioqui adjecto, vel sublato apice, longitudinis, & brevitatis nota, posset ostendi. Quem locum corrumpit nobis Iustus Lipsius †, cum pro voluit legendum putat noluit. Quippe eum abunde refutant hæc verba Velii Longi : Nam nec Attium securi sumus, semper vocales geminantes, ubicumque producitur syllaba, quoniam expedita debet esse conditio scribendi. Est & alter locus Scauri sub finem, quo idem præcipit de apicibus : Apices, inquit, ibi poni debent, ubi eisdem literis alia, atque alia res designatur : ut, veni & veni, aret & aret, legi & legi, cæteraque his similia. Super I tamen literam apex non ponitur. Melius enim in P I L A I longum produceretur. Eadem quoque de apicibus fuit sententia Fabii Quintilianii ; qui lib. 1, cap. de Orthographiâ, hunc in modum differit : Longis syllabis omnibus apponere apicem, ineptissimum est : quia plurimæ naturâ ipsa verbi, quod scribunt, parent. Sed interim NECESSARIUM, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta, vel producta est, facit : ut Malus, utrum arbores significet, an hominum non bonum, apice distinguitur. Palus aliud priore syllabâ longâ, aliud sequenti significat : & cum eadem litera nominativo casu brevis, ablativo longa est ; utrum sequamur, plerumque hæc nota monendi sumus. Atque hæc iis etiam obducere possumus, qui morem illum accentu ambiguitatem tollendi, usque adeo ridiculum putant : cum eum Fabius tam bonæ ætatis, tam gravis iudicii scriptor, etiam necessarium existimet. Et profectò, si scribimus, ut intelligamur ; quæ potior sermonis virtus erit, quàm οὐκ ἔγνωται ‡ : quam etiam solam ex studio dicendi agnoscebat Epicurus *. Ac proinde itaque vel sine accentu vel in primo apposita scribam, quando pro ergo ; vel*

* lib. 1, cap. de Orthogr.

† ad oram cap. v. lib. de rectâ pronuntiat. L. L. sed in posterioribus edit. tum Lugdun. tum Amstert.

‡ perspicui-
san.
* Laert.
lib. 10.

igitur ponitur. Addam vero acutum in secunda, cum *que* est enclitica, coque sumitur pro *Et* ita. Ut apud Terentium :

Ita volo, utaque postulo, ut fiat.

Et Cicer. pro Deiotaro : *At eodem te, cum caenavisses, rediturum dixeris : utaque fecisti.* Sed cætera persequamur.

Sive syllaba sit brevis, sive longa; vel naturâ est talis, vel causâ accidentariâ, quam positionem dicimus. Naturâ brevis est penultima in *legere*, ac similibus infinitivis tertiæ conjugationis. Item prior in *ego*, aut *genus* : quæ ut Græcè per *tenuè* e proferuntur, ἐγὼ, γένος, ita & Latinis est e naturâ breve. Positione brevis ea cognoscitur vocalis, quæ ponitur ante vocalem : ut prior in *prior*, & mediâ in *medius*. Naturâ longa est secunda in *amare*, *docere*, *audire*, & similibus infinitivis. Item *au*, & *eu*, in *aurum*, & *curus*, & similes diphthongi. At positione longa est vocalis, quam duæ excipiunt consonæ in eadem voce : ut *gens*. Nam naturâ e breve est, quia est ex *genus*, quod à γένος : sed, extritâ posteriori vocali, producitur syllaba ob consonas sequentes. Sic i præpositionis in brevis est naturâ. Neque enim sonat, ut in *audire*; ubi i naturâ longum. Attamen syllaba positione fit longa, si sequatur consona : ut in *imprudens*, *inconstans*, & fortasse aliàs semper : nisi excipere lubet, si S, vel F, sequatur. Nam i in *insanus*, & *infidus*, videntur extulisse quasi i, vel e. Maximus Victorinus : *IN, & CON, præpositiones, aliquando corripuntur : sequentibus S, vel F, literis producuntur : ut INSTARE, INFIDVS.* Et cæteris omnibus corripuntur : ut, *INCONSTANS, IMPRVDENS*. Sic prior in *posco* priorem habet naturâ brevem, quia o sonabat, ut in βόσκω. Utrobique tamen syllaba est longa. Quod si o in *posco* proferretur, ut in βρώσκω, jam syllaba & naturâ & positione esset longa. Et ita extulere o, qui putarunt, ut à *calere* est *calesco*, sic à *potare* esse *posco*. Asconius Pedianus in III Verr. *Poscunt majoribus poculis. Sunt qui, productâ scilicet o literâ, POSCVNT legunt, quasi sæpe potant.* Sic *illex*, pro ἄνομος, habet e naturâ longum : eoque Græcè scriberetur ἄνομος. Nam porrecta est prior in *legis* vocabulo, unde derivatur. At *illex* pro ἀγωγός, vel δειλατικός, habet e naturâ breve, quasi Græcè scribas ἰλλεξ. In causâ est, quod veniat ab *lacio*, sive *illicio*. Festus hæc optimè distinguit : *Illex, productâ sequenti syllabâ, significat, qui legi non pareret. Corruptâ sequenti, indicatorem, ab illiciendo.* Itaque à priori est genitivus *illegis*, ab altero *illicis*. Qui ex nostro pronunciandi more iudicium ferunt de antiqua consuetudine, valde hærent in talibus. Nam quomodo, inquirunt, posterior in *illex*, aut prima in *posco*, *inconstans*, & *imprudens*, corripì possit, cum positione producatur? Nempe non distinguunt inter hæc duo, ecquid naturâ, an positione sit breve, aut lon-

longum. Potest vocalis esse naturâ brevis, etsi positione producat: ut A in *pater*. nam naturâ breve esse, indicat origo, cum a in *pater* corripitur. Potest item syllaba esse naturâ producta, quæ positione corripitur: ut *præ* in *præter*. Item ultima in *ilio*, apud Maronem * :

* 5 Æn.

Victor apud rapidum Simoenta sub illo alto.

Potest & syllaba simul naturâ, ac positione esse longa: ut in *asser*. Quando igitur veteres dicunt, syllabam esse brevem, quæ positione sit porrecta; intelligi hoc debet de solo vocalis sono, non de syllabâ *ἀνάσσει* †. Sic prima in *ditio* brevis est, ut Agellius ait lib. IX, † *simpliciter* cap. VI. quasi dicas, etsi dicatur *deico*, tamen ejus frequentativum non sonare *deictio*, sed *di-ctio*. Sic *objicere*, & *objices*, *subjicere*, & *subjices*, *injicere*, & *injices*, dixere primâ brevi: ut apud eundem est lib. IV, cap. XVI I. Sic *composuit*, *conjecit*, *concrepuit*, extulere o exili: ut idem docet lib. I I, cap. XVII. Sic in *ossa*, Plinio teste, o breve est: quod in *ora* est longum. Sic in *calvor*, a breve: quo argumento Charisius probat, priorem corripitur in *calumniâ*. Sic est à *sum* corripitur priorem, quia venit ab *ἔσι*, *καὶ δὲ σὺν ἑστί*: ac similiter corripitur in *esse*: quod sonuit, ut poeticum *ἔσασθε*, pro *ἔσθε*. At *est* ab *edo* pronunciabant e longo: ac similiter etiam *esse* ab eodem verbo extulere: nempe ut Græci *ἔσασθε*, si spiritum auferas. Id apertè nos docet Donatus in Andr. act. I, sc. I. *Filius m perduxere, ut una esset. Si producte legatur ESSET, significat, cibum caperet, sive ederet.* Et Eun. act. III, sc. IV: *Ut de symbolis essemus. ESSEMVVS, productâ E literâ.* Servius in v Æn. *EDO habet & rectam, sed antiquam declinationem: ut Edo, edis, edit: & anomalam; ut, Edo, es, est: quarum secundæ & tertiæ personæ longæ sunt propter differentiam Sum, es, est.* De prima in *ditio*, *unitio*, *lustra*, *muscerda*, non repetam, quæ attuli superiori libro cap. XII. Dixerit aliquis, hæc fortasse obtinuisse Grammaticorum illorum ævo, non Iulii vel Augusti temporibus. Imò verò, ut ibidem monui, Cicero quoque in Oratore ait: *Inclutus dicimus, brevi primâ literâ: Insanus, productâ.* Vbi non de nihilo est, quòd dicat, *primâ literâ*; non *syllabâ*: nam syllaba est positione longa, utcumque vocalis sit brevis naturâ. Quippe *inclutus* proferebant i exili; *insanus*, i longo; ut ex Maximo Victorino diximus. Doctissimo tamen viro, Pascasio Grosippo, ut se vocat, id de syllaba ipsa accipiendum videtur. Nempe quia aliqui veterum *syllabæ* dicant, non *literæ*. Nec cogitat, vel eos loqui de syllabis, ubi nulla est positio: ut tum eodem recidat, utrum *literæ* dicas, an *syllabæ*: vel si de syllabis mentio, non *ἀνάσσει* hoc, sed ratione vocalis, intelligi oportere. Nam, ut ab Aristotele † optimè monitum, *magnus*, & *parvus*, *longus* & *brevis*, sunt *ἐν* † *καὶ π*, quia diverso respectu eadem syllaba & brevis est, & longa.

† lib. IIII
ἀνάσσει.

B b 3

Quod

* Η.β.β.β.

Quod liquet, ex λεκλός à λέγω, & ληκλός * à λήγω. Nam in λέγω ε est naturā breve. In λεκλός naturā permanet breve; sed positione fit longum. In λήγω η est natura longum: sed in ληκλός etiam positione fit longum. Ergo extrema sunt prior in λέγω, & ληκλός. Media in λεκλός, & λήγω. Vnum tempus in λέγω: geminum in λεκλός, & λήγω: triplex in ληκλός: quia hic vocalis est & naturā, & positione porrecta. Ergo si pro λεκλός aliquis dicat ληκλός, rectè jubeam priorem corrige. Etsi enim in λεκλός prior porrecta est positione: quia tamen ε habet in prima, non η; brevis est naturā: ac si conferas cum ληκλός, brevis erat prior, quia in ληκλός prior & naturā, & positione est longa, planèque triplicis temporis, vel saltem majoris temporis, quàm prior in λεκλός. Nam etsi omnes metrici dividant syllabas in breves, & longas: non tamen hæc sola est quantitatis diversitas: cum optimè illud à Musicis sit observatum, brevium alias esse aliis breviores, & longarum esse alias aliis longiores: unde notulæ longæ, breves, semi breves, minimæ, fusæ, & semifusæ; ut eas nuncupant. Sanè postrema in *imprius* celerius effertur, quàm in *Thersandrus*. Quippe etsi hic quoque V breve sit, tres tamen aliæ consonantes moram aliquam in pronunciando afferunt. Eadem de causâ longiori morâ opus est in *grex*, quàm in *rex*; inque *rex*, quàm in *ex*; & in *ex*, quàm in *è*. Vide quæ de hac, inter Musicos & Rhythmicos, controversiâ scribit Marius Victorinus lib. I †.

† cap. de mensurabrevium & longarum syllabarum.

CAPUT XIII.

De modulo vocalis ante vocalem sequentis syllabæ. Parum tunc i corripitur in solius, utrius, & ejus compositis. Cur in genitivo alius i sit porrectum, in alterius correptum. Terentiano tamen Mauro produci. Cajus trisyllabon primâ longâ, ut & dissyllaba Cai, Mai. Sic E in trisyllabis Pompei, Vultei, & quæ causa horum omnium videatur. Dianæ ετυμον, indeque ratio ostensa, cur princeps vocalis sit anceps. Fio Prudentio, & aliis Christianorum poetarum, corripitur solere. Defioculus. Annuvit, habuvit, genuvit. Varronis locus expositus. Eheu, & ohe. Plinii & Martialis ætate non admissus jambus primâ sede Phalæcii.

Syllabarum modulus cognoscitur, tum è Grammaticorum præceptis, tum è poetarum exemplis. Sic in *Ames* verbo prior regula cognoscitur brevis: quia dicitur *deames*. In *Ames* nomine, pro pertica aucupali, cognoscitur brevis exemplo: ut illo Horat. lib. Eponon: *Aut amite levi rara tendit retia*. Vbi sede secundâ est tribrachys. Atque alter hic modus & certior est priori, quia regulæ pro fundamento

mento habent poetarum auctoritatem : & multò latius se extendit , propter multa aded in quibus syllabæ spatium solis scitur poetarum exemplis.

Regularum aliæ de intervallo hoc præcipiunt universè ; ut quæ ad omne syllabarum genus pertinent : aliæ de eo agunt speciatim ; ut quæ non de omni , sed certo syllabarum genere loquuntur. Vtrobique à Grammaticis multa referuntur mutila , multa vel parùm comperta , vel etiam aperte falsa. Vtcunque igitur in tenui labor noster futurus , non tamen committendum , ut hæc necessariæ artis non ignobilis portio negligentius à nobis tractetur.

Principem locum damus canoni universè præcipienti de vocali , quæ positione est brevis. Nam cum brevis syllaba unius sit temporis , naturâ quoque prior est eâ , quæ duorum est temporum : eoque & prius videndum de syllaba , quæ positione est brevis , quàm eâ , quæ positione est longa. Positione autem brevis est , quam altera continuò vocalis , sed sequentis syllabæ , excipit. Nam si junctim syllabam faciant , dispar ratio erit ; ut liquet è diphthongis , quæ sunt porrectæ. Sed alia quoque multa excipi debent tum in Latinis , tum Græcis. De Græcis seorsim postea agemus.

In Latinis ordine videbimus de nominibus , verbis , & particulis. Inque nominibus primò spectabimus genitivos primæ in *ai* , primæ secundæque in *ius* , & quintæ in *ei*. Produci antiquos genitivos in *ai* , ut *aulai* , *piçlai* , satis constat. Quare ei non insistam. At non per omnia convenit de illis in *jus* : ex quibus ancipites sunt , *unius* , *ullius* , *nullius* , *illius* , *ipsius*. Imò & *totius* apud Lucretium corripitur. At non occurrit exemplum , ubi id in *solius* fiat , vel *utrius* , & ejus compositis *neutrius* , & *alterutrius*. Quare fatius multò hæc semper producere : etsi id vulgo negligi soleat , etiam à præstantissimis viris. Alius perpetuò habet ; porrectum ob crasin. Nam genitivi in *jus* syllabâ unâ exsuperant nominativum : ut , *unus* , *unius* ; *ullus* , *ullius*. Similiter ab *alius* esset *alius* : pro quo contractè est *alios*. *Alterius* semper corripit : credo propterea , quia , contra aliorum naturam , genitivus duabus syllabis exsuperet nominativum. Et tamen aliter Terentianus Maurus , versibus iis , quos Iosephus Scaliger Catalectis veterum poetarum à se congestis & recensitis intexuit , ut incerti poetæ ; sive memoriæ errore , sive quia Terentianum aliunde eos adducere opinaretur :

*Adesto, Iambe præpes, & tui tenax
Vigoris, adde concitum celer pedem,
Nec alterius indigens opis veni.*

Julio

Iulio Scaligero de caussis L. L. cap. XLII non satis probatur ea caussa, quam de *aius*, & *alterius*, adduximus. Meritò, an secus, alii iudicabunt. Levius enim est, quàm ut velim immorari.

Præterea certum est, produci genitivos quintæ declinationis, quando utrimque habent vocalem. Cujus hanc causam esse arbitror, quòd vetusti *i* geminarent. Nam dixere, *dieii*, *specieii*. Imò olim *i* quoque in iis duplicabant, quæ ante *i* habent consonam. Nam pro *rei*, *spei*, *fid. i*, dicebant *reii*, *speii*, *fid. ii*. Atque inde est, quòd ejuſmodi quoque porrecto *e* inveniuntur. *Reii* quidem sæpius occurrit apud Lucretium. *Fideii* verò usurpant Paullinus Nolanus *, Venantius Fortunatus, ac juniorum poetarum alii: neque id absque exemplo antiquorum. Nam apud Ciceronem initio libri de Senectute est hexameter ille:

Ille vir hanc magnâ cum re, sed pleni fideii.

† mutilatum, sive in sine claudicante.
* Tom. 9. bibliotheca Patrum edit. 2. col. 1086.

Nihil enim causæ est, cur versum statuamus *μείριον* †. Vide sis, quæ de hoc notata Giffanio Ind. Lucret. Carolo Langio in Cicer. Cat. & Francisco Iureto in Paullinum ‡. Sic igitur statuendum, ut prior in *Dei*, ita priorem corripi in *spei*, *rei*: atque ut penultima est porrecta in *Pompeji*, ita eandem produci in *specieii*, *dieii*, *reii*, *fideii*: quæ consuetudo, rejecto priori *I*, desit in consonam habentibus ante *I*; ut *rei*, *spei*: non item in iis, quæ vocalem obtinent ante *E*: ut *diei*, *speciei*.

Videor autem his, quæ diximus, & novum canona posse accedere. Nam si vox habens *I* inter duas vocales syllabâ crescat ob *Μέλιον*: vocalis præcedens erit longa. Vt in *ελεγεῖα*, si fiat tetrasyllabon. Ovidius lib. III Amor. el. I:

Flebilis indignos elegeia solve capillos.

Similiter si *Pompeius* fiat tetrasyllabon: aut si *Cajus*, trisyllabon. Martialis lib. IX, epigr. XCIV:

Pervigil in pluma Cajus ecce jacet.

Sic in scazonte illo lib. V, epigr. XIV:

Post Caiumque, Luciumque, consedit.

Credo autem hoc fieri, quia prius dixere, *Pompeius*, *Caius*. Postea ex diphthongo extritum *I*, quantitate tamen remanente. Itaque & in vocativo manet idem modulus, ubi solum *I* sequitur post vocalem. Martial. lib. II, epigr. XXX:

Quod peto da, Cai, non peto consilium.

Et lib. X, epigr. XV:

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai.

Aufonius de mensibus, idyll. XIX:

Maja Dea, an major, Mai, te fecerit ætat.

Ovid.

Ovid. lib. IV, de Pont. el. I :

Accipe, Pompei, deductum carmen ab illo,

Debitur est vitæ, qui tibi, Sexte, suæ.

Par ratio in *Vulcei*. Causa videtur, quia olim dixere, *Pompeius*, *Vulceius*; unde vocativi forent, *Pompeii*, *Vulceii*. *Horatius*, quia, I extirto, dicitur *Pompeius*, *Vulceius*, vocativos extulit *διονύκιος*. Od. VII, lib. II;

Pompei meorum prime sodalium.

Et epist. VII, lib. I :

Durus ait, Vulcei, nimis attentusque videris.

I ex E I etiam ante vocalem est longum. neque id modò in Græcis, ut *elegia*, & similibus, de quibus postea; sed etiam Latinis. Vt in *Diana*, quod factum ex *Dea Iana*. *Ianus Sol*, *Iana Luna*, teste Varrone lib. I de R. R. cap. XXXVII, & Macrobio lib. I Saturn. cap. IX. Unde causa liquet, cur *i* sit anceps. Nam ex *Dea Iana*, si *ἢ συνηρηθῆ* duarum literarum fiat *Deana*, vel *Diana*, naturâ brevis erit prima. Sin solum A exteratur, e & i coalescentibus, erit *Deiana*, ut veteres pronunciarunt : ei verò abit in *i* longum : ut, *queis*, *quis*; *omneis*, *omnis*. Et hæc de nominibus Latinis.

Ex verbis à canone recedit *fio*. Nec enim ratio hac parte habenda est Christianorum poetarum, Tertulliani, Cypriani, Prudentii, & Aratoris : qui corripunt. Nam aliter antiquiores omnes; etiam in derivatis; ut *Martialis* lib. XII, epigr. LIX :

Hinc deficiulus, & inde lippus.

Excipiunt, si R post E sequatur, quia I breve est in *fierem*, & *fieri*. Sed et si hoc non temere transfiliendum, neutiquam tamen perpetuum videtur. Nam *fieri* primam producit apud Terentium *Adelphi*. act. I, sc. II :

Injurium est. nam si esset, unde id fieret,

Faceremus.

Quem ad locum sic Donatus : *Fieret productâ primâ syllabâ. Ennii* : *Minimè nomine fieri prævium*. Vt ea Ennii verba etiam Hieronymus Columna legit, interque incerta reposuit fragmenta Ennii. Sed scribe :

Cum meministi fieri me parvum —

Prout hæc, (quæ eo, quem dixi, Donati loco, & alibi * apud eundem, corruptè leguntur) rectè emendat Paullus Merula †. Scrupulum tamen injicit, quòd sic si legatur, parum appositè is locus à Donato adduci videatur. Quippe : hic non producit, sed corripitur. Vel statui debeat *οὐκ ἔστιν*, ut in *πινυτά* apud Horatium vel *διονύκιος* :

* Andr.
act. 2, sc. 5.
† Phorm.
act. 1, sc. 3.
‡ corrigens
in Ennium.

scripserit Ennius, *firi*. Vtrique sententiæ favet Priscianus in XVII : ubi ait, in *tibicen* duas breves concrefcere in unam longam : contra in *fieri* unam longam refolvi in duas breves. Nec sine ratione ita ftatuit Priscianus. Nam ut ab *audio* eft *audirem*, vel *audier*, & *audiri*, totidem fyllabis ac in præfenti indicativi : ita à *fio ἀναλόγως* foret totidem fyllabis, *firem*, *firi*. Veteres autem *i* longum extulere ut E I : *audeirem*, *ferrem*, *ferrei*. Deinde ex *ferrem*, refolutis & trajectis vocalibus, fuit *ferrem* tribus fyllabis, & ex *ferri*, *fieri*. Ac priores quidem, in his Terentius, post *ἀναλόγως* retinere modulum veterem prioris vocalis, ut in tetrafyllabo *elegia* fieri folet. Posteriores autem abunde quantitatem vocalis *i* compenſari putarunt fyllabæ acceffione : unde iis *fieri* trifyllabon non plurium eft temporum, quàm *ferrei*, feu *firi* difyllabon.

† *lib. 10.* Ex multorum etiam ſententia veteres & *u* vocale ante *i* producebant in præteritis activis. Probare id conatur Priscianus † iſtoc Ennii è II Annal.

Annuvit ſeſe mecum decernere ferro.

Proque hac ſententia adducunt & illa Varronis lib. II de analog. *Quidam reprehendant, quòd pluit & luit dicamus in præterito, & præſenti tempore, cum analogiæ ſui cuiuſque temporis verba debeant discriminare. Falluntur : nam eſt, ac putant, aliter : quòd in præteritis u dicimus longum, luit, pluit : in præſenti breve, luit, pluit.* Sed valde imbecille eft hoc telum, quia non de quantitate fyllabæ, fed de ſolo vocalis ſono agit Varro. Quantopere autem hæc diſtent, tum libro ſuperiori oftendimus, cum de intermedio vocalium ſono tractaremus : tum hoc libro cap. X. Nec obſtat Ennii verſus. Nam is *annuvit* ſcripſerat. Sanè *pluvit* dixiſſe veteres, probat ipſe Priscianus * quatuor Livii Patavini locis. Sed hodie nuſquam apud eum ſcriptorem aliter, quàm *pluit*, legere eft. Quin alia quoque ſimiliter inflexere. Ita dixit Plautus *Aſinarià* † :

* *lib. 10.*

† *Act. 4. ſc.*
Agredum
iſtum oſten-
de.

Si forte puras velle habere dixerit,

Tot reddat ſpurcas, quot puras habuverit,

Et Ennius I Annal.

— *Saturno, quem Cæli genuvit.*

Denique & particulæ duæ à canone abeunt. Nam longa eft prior in *ekou*. Maro Ecl. III :

Eheu, quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo !

At *ohe* priorem habet communem : ut indicat Phalæcius ille Martialis lib. IV, epigr. XCI :

Ohe, jam ſatis eſt, ohe libelle.

Necque enim ignorabile cuiquam eſſe arbitròr, Martialis ævo jambum, ac trochæum, à primâ Phalæcii fede exulâſſe. Docent id epi-gramma-

grammata ejus ævi : tum autem, quod Plinius in præfatione Historiæ Naturalis, ut durum, culpet hunc Catulli versum :

Meas esse aliquid putare nugas.

CAPVT XIV.

Συναλοιφή unde dicta. Etiam Maroni, sed rarius, longam elidi à brevi. *Quibus in locis infrequens sit synalæpha, vel ecclipsis. Quædam, quæ non elidantur : in his o fieri anceps. Rarò brevem non elidi : sæpe longam, eamque tum fieri communitem. Virgiliani loci correctio in dubium vocata. Aurati & Cantari de altero Virgilio loco conjectura improbara. Eodem in versu tum brevis, tum longa non elisæ exempla. Hiatus istiusmodi frequentes fuisse vetustis. De insertum ad explendam hiatus. Ennio lux, & medicina. In Catulli uno, & duobus Horatii locis, à Mureto, Schotto, & aliis, recessum. De episyndæpha. De modulo primæ in pituita, secundæ in vietus, tertiæque in aceus excuntium. De synæresi. Phæton. Semihomo trisyllabon. Vbi episyndæpha maximè frequentetur. Θδδσσι⊕, Θδγιδ⊕, Theudericus. Etymon ejus vocis, & aliorum ab eodem fonte.*

Porro, quæ hæcenus diximus, intelligi debent de vocali ante vocalem in eadem voce. Nam si voces fuerint diversæ, satis convenit, priorem absorberi à sequenti : quod, translatione ab unguentis petita, συναλοιφή vocarunt, quasi *coiunctionem* dicas. Nam duæ vocales quasi simul unguuntur & collinuntur.

Durius autem longa absorbetur à brevi, quàm brevis à longa. Prioris exemplum adfertur è Cn. Martio vate :

Ve suat esca caro tua : nam mi ita Iupiter orsus.

Prout est apud Alciatum : qui complures Marcii versus è Livio adductos in pedes suos redigit lib. v Παράργ. Iuris cap. xviii. Sed enim pro, *nam mi ita Iupiter orsus* ; convenientiùs veteris scripturæ ductibus emendes ;

— *Iupiter ut mihi facus.*

Accommodatius exemplum in illo Catulli :

Troia, nefas, commune sepulcrum Europæ, Asiæque.

Nec penitus refugit Maro. Nam ejus est ix Æn.

Hoc fletu concussi animi, mœstuque per omnis

It gemitus.

Et in x :

Concitant Tyrhene acies, acque omnibus uni,

Vni odiisque viro telisque frequentibus instat.

At junioribus id multò frequentius. Papinius epithalamio Stellæ & Violantillæ :

Ipsi animus nondum, nec cordi fixa voluntas.

Item : *Vidi ego & immitti cupidum decurrere campo.*

Et mox : *Vidi & Abydeni, &c.*

Similiter alii. Contentus uno ero Aufonio : cujus est epigr. LVI :

Eunomus evasit fati ope, non medici.

Epigr. xc :

Suasi quod potui, tu alios modo consule. dic quos.

Carm. iv in Burdigal. profess.

Linguentem natos sexui utriusque duos.

Et xi : *Burdigalæ cathedram*

Nati operâ obtinuit.

Et XXI : *Historiam callens Lsvii, & Herodoti.*

Rara etiam est synalœpha initio versus. Etsi in Bucolicis Maro :

Si ad vitulam spectes, nihil est, quod cætera laudas.

Ac Catulli etiam est ad Ortalum :

Dum adventu matris profilit, excutitur.

Et Valerii Flacci III Argonaut.

Ne impediatur nunc acta, time. quin audeat, opto.

Par ratio ἐνδλίφωος. Ut apud Petronium Arbitrum :

Cum inter sepultos Priamidas nocte & mero.

* vers. 602.

Et Senecam in Oedipo * :

Cum examen alto nectitur densum globo.

Nec ultimo pede facile alterutra admittenda ; quomodo , perque os , hexametrum claudit apud Ovidium † : neque pede penultimo ; quâ ratione Catullo versus terminat, copiam ‡ Achivis ; & , deponere amorem *. In satyra tamen plus licentiæ , etiam pede ultimo : ut apud Iuvenalem ; *Æthiopem albus.*

† 12 Met.
fab. 5.
‡ de nuptiis
Pelei &
Thet.
* Sat. 2.

Seu eliditur, si sanus est locus ille Catulli carm. XL :

*Remidet usquequaque, seu ad rei ventum est
Subsellium. —*

Vbi diphthongum elidi, monet quoque Achilles Staius. Legiturque hoc modo in editionibus cunctis : antiquissimâ etiam Regiensi anni c10 cccc LXXXI. Solus Duza legere iubet ,

— seu rei ventum ad

Subsellium.

Idque, ut ait, quo versus ratio habeatur.

O non eliditur, uti nec *heu* ; ac parem puto rationem *seu* , quod tamen elidisse videtur Lilius Gyraldus , Carmine de incommodis directionis Urbanae † :

† pag. 626.
edir. Bas. an
1580.

Te mihi seu audiat ipse etiam Pharnesius heros.

Par item ratio in *ab, vah, proh*. Nempe affectus in istis sistit orationem. Ex his o nunc corripitur, nunc producitur. Corripitur Ecl. II:

Te, Corydon, o Alexi.

Et Propertius lib. II, Eleg. XXXIII:

Tu quoque o Eurytion vino Centauræ prorsisti.

Contra producit Nalo II Met. fab. VI:

O ego quantum egi! quam vasta potentia nostra est!

Etiam in cæteris quandoque negligitur synalœpha: quod eum fit, brevis retinet modulum: ut in illo †;

† I. A.

Et vera incessu patuit Dea. Ille ubi matrem.

Sed hoc admodum rarum. Quodque hic non refugerit Maro ejuſmodi hiatus, minus mirum, quia nova incipit oratio; cujus non eadem vis in priore, ob spatium, quod utramque periodum in loquendo separat. At longa syllaba fit anceps. Vt longa sit, habet à natura. Vt brevis fiat, conlequitur positione: hoc est, eo, quod vocali præponatur. Sic Catullus Phalæcio hoc in Mamurram, & Cæsarem:

Vno in lectulo erudituli ambo.

Maro VI Æn.

Nomen & arma locum servant; te, amice, nequivi.

Itidem in Eclogis posteriorem in *vale †*, & *Hyla **, corripit. Atque etiam in *qui †*:

† Ecl. 3.

* Ecl. 6.

† Ecl. 8.

Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Sive, ut Palmerius, & ante eum Guilielmus Canterus † ex scripto codice legit:

† Lib. I Nov. Lect. cap. 8.

— *Sibi omnia fingit:*

ut eodem versu bis negligatur *συναλοιφή*. Mihi tamen hæc emendatio parum probatur, quia, si sic scripsisset Maro, veteres Grammatici non priori modo versus parte, sed & altero probassent, non semper fieri synalœpham.

Longa verò permanet Ecl. VII:

Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ.

Et Georg. III:

Arcebis gravido pecori, armenta que posces.

Imò Ioannes Auratus, eumque secutus Guilielmus Canterus *, sic eodem libro rescribunt:

* Lib. 6 Par. Lect. cap. 5.

Hanc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam senior annis

Deficit, abde domo, & turpi ignosce senectæ.

Vbi vulgò, *Nec turpi ignosce senectæ*. Quæ, sine dubio, vera est scriptura. Nempe (quod non satis attendunt doctissimi illi viri) nec po-

suit Maro pro, & non : ut sententia sit , Et ignosce senectæ non turpi.

Imò interdum eodem in versu, & brevis, & longæ concurrat exemplum : ut illo I Georg.

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.

Item eodem :

Glaucò, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ.

Nam O in *Glaucò* non elisum longum remanet ; Æ in *Panopeæ* (cujus duæ priores breves) non extritum, fit positione breve. Atque hinc liquet, quod diximus de longis vocalibus , id in diphthongis quoque locum habere. Itidem ea corripitur IV Georg.

— *Flerunt Rhodopeiæ arces.*

Et Æn. III :

*Insule Ionio in magno, quas dira Celeno,
Harpyjæque colunt aliæ.*

Producitur contra I Georg.

Antè tibi Eòæ Atlantides abscondantur.

Hosce vero hiatus etiam juniores imitantur. Vt Priscianus in Periegesi :

Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ.

Quàm frequens autem hiatus ille esse soleat Comicis , & Tragicis antiquis : docere nos possunt fragmenta, quæ supersunt : & magis illud testarentur , nisi ejus rei ignorantia tam multa corrumpere nobis, qui artem corrigendi libros profiterentur. Quos ab instituto hoc revocare debet illustris ille locus Ciceronis in Oratore : *Sed Græci viderint : nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere voces, (sive, ut Lambinus legit, vocales) conceditur. Indicant orationes illæ ipsæ horridulæ Catonis ; indicant omnes poetæ, præter eos, qui, ut versum facerent, sepe hiabant : ut Nævius,*
„ *Vos, qui accolitis Histriam fluvium, atque Aloidam.*

Et ibidem :

„ *Quam nunquam vobis Graji, atque Barbari.*

At Ennius semel,

„ *Scipio irruite.*

Et quidem nos :

„ *Hoc motu radiantis Etesiae in vada ponti.*

Hæc Tullius. Quare facile mihi persuadeo, scripsisse Lucretium in v :

Illud in his rebus ne arripuisse rearis :

Vt in quibusdam est MSSis. Vbi in nostro, & edit. antiquis, parum aptè est *corripuisse*.

Invenere autem veteres rationem, quâ, si concurrerent diversarum vocum vocales, nec *συναλοιφω* committerent, nec hiatus. D enim inter-

interjiciebant. Nec hoc in compositis solum fecere; ut in *redeo*, *redamo*, *mederga*: sed etiam simplicibus; in prosa quoque: unde in basi columnæ Duilianæ rostratæ, PRÆDAD. ALTOD. MARID. In carmine autem, ut apud Plautum Rudente, *Tibi propinod eccum*. Meminit hujus moris etiam Quintilianus lib. I, cap. de Orthogr. Non pauca verò loca veterum, ignoratione ejus, sunt corrupta. Vti illud Ennii Epicharmo*:

Nam videbar somniare me ego & esse mortuum.

Vbi, ut trochaicus sit, legi debet:

Nam videbar somniare med' ego esse mortuum.

Ego, inquit, somniare videbar, me mortuum esse. Idem Ennius Andromeda†;

Filius propter te objecta sum innocens Nerei.

Quem locum numeris sic restitue:

Filius propter ted' objecta innocens sum Nerei.

Vel, ut jambici sint:

— *Filius*

Propter ted' objecta innocens sum Nerei.

Verba sunt Andromedæ ad matrem Cassiopen; ob cujus linguam insolentem, ea ceto, ac Nerei filiabus, erat objecta. Imò Muretus, lib. xv Var. Lect. cap. xix, apud Catullum quoque Epigr. vi i i i legit:

At tu, Catulle, obstinatus obduræ.

Quod & Turnebo probavit. Sed vetus Aldina, & quæ ante eam Regii Lepidi prodiiit anno c i o c c c c l x x x i, rectè habent, *destinatus*: quo, eadem significatione, usi veteres. Et ut *obstinatus* rectum foret, non tamen D interjecisset Catullus, sed hiatum commisisset: ut Epigr. i i i.

O factum male! ô miselle passer!

Quamquam doctissimus Andreas Schottus lib. i i i Observ. Human. cap. xvi, hic quoque emendat *maled*. Sed Catulli ævo mos iste obsoleverat; solisque antiquariis in usu. Vt Varroni, cujus hoc satyra Menippeæ, quæ inscribitur *Συναρρηχία*: *Ted' Anna Perenna, Panda, te Lator, Fales*. Non *Thermana*: ut est in Ascensiana. Longè minus eidem vel Mureto, vel Schotto, assentio, quando Horatium quoque ita scripsisse putant lib. i i i Carm. od. xiv:

— *Maled ominatis*

Parcite verbis.

Et epist. ad Tibullum:

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

Priori enim loco, siquid mutandum, *male nominatis* legi debet: quomodo habent edit. vett. uti Veneta anni c i o c c c c l x x i x; idemque in octo MSSis reperit Lambinus, in septem aliis Cruquius. Vel potius,

* apud Cic.
Lucullo.

tius, quando & vetus interpres, *male ominatis*, legit; statuendum, poetam neglexisse *συναλοιφω*. Posteriori loco rectum *diluxisse*. Nam *dilucere* nihil aliud est, quàm *ἀελάμπειν*. Vnde *dilucidum*, & *dilucidum*. Quorum hoc in glossis Philoxeni exponitur, ἔρθε, ἀγύρασμα, ἀγφαιμα. Vir eruditissimus in notis suis ad Horatium mavult *diluxisse*, id est, desiisse lucere. Quod probare non possum. Nam sententia est, crede jam advenisse supremum vitæ diem: non autem, crede eum jam exactum esse. Convenit igitur huic loco magis verbum, quod diluculi, quàm quod crepusculi habeat significationem.

Quemadmodum verò M per ecclipsisin eliditur à vocali sequente: ut, *multi ille*, pro *multum ille*: sic & D quandoque elidi Rivius docet. * p. 325. Vti & Giffanius indice Lucretiano in D*.

Nec in diversis solum vocibus fit, ut prior vocalis elidatur à sequenti: sed etiam in eadem: illud *συναλοιφω* vocari diximus: hoc *ἄπισυναλοιφή* appellatur, vel etiam *σωίζησις*, & *συνεκφάνησις*. Quamquam aliqui laxius paulò his vocibus utantur; ut ex Probo, Fabio, atque aliis constat.

Præcipuè verò per epifynalcepham elidi solent E, & I: idque à quavis vocali. Ita E quasi absorbetur ab A in disyllabis *ante hac*, & *eadem*: inque tetrasyllabis *ante ambulo*, & *alvearia*. Martial. lib. x, epigr. LXXIV.

Anteambulones, & togatulos inter.

Par ratio sequente E; ut in monosyllabo *drest*; disyllabis *deerram*, *prehendo*. Sequenti I, ut monosyllabis *deim*, *dehinc*; disyllabis, *deinceps*, *arci*, *arcis*, trisyllabo *ancire*.

Sequente O, ut disyllabis *eodem*, *alveo*, *seorsum*, *deorsum*; trisyllabo, *graveolens*. Sequenti V, ut monosyllabo *eum*, apud Comicos: item *mens*, & similibus, apud eosdem.

Sic I absorbetur ab A in disyllabo *omnia*; tetrasyllabis *vindemiator*, & *semianimis*. Ab E in trisyllabo *semicermis*. Ab I in monosyllabis *dii*, *dii*, *ii*; disyllabis *iidem*, *iiidem*; trisyllabo *denarius*. Ab O in disyllabo *seorsum* apud Catullum, de quo Victorius lib. xxxv Var. cap. xii. item in trisyllabo *semihomo*. Ab V in trisyllabis *semustus*, & *denarium*; ac tetrasyllabo *promontorium*. Omnium istorum exempla legere est apud poetam: ex quibus paucula adduxisse suffecerit. Virgilius est in Bucol.

Vno eodemque igni, nostro sic Daphnis amore.

Et x Æn.

Vna eademque via sanguisque animusque sequuntur.

Et xii Æn.

Qui candore nivis antecirent, cirsibus auræ.

Sed

Sed imprimis id facit in pede ultimo, ut etiam hypermeter tum
versus possit videri. Vti Æn. I.

Atria, dependens lychni laqueis, aureis.

Æn. VII. *Affusa ripis volucres, & fluminis a'ueo.*

Æn. XII. *Pectora, nec misero clypei mora profuit aerei.*

Hæc qui non consideret, facile in quantitate labetur. Ita primam in
pituita corripere non dubitabit, quia apud Horatium fit lib. I, epist. I.

Precipue sanus, nisi cum pituita molesta est.

At hic trisyllabum est. Produci verò primam, indicat Catulli hoc ad
Furium: *Mucus & mala pituita nasi.*

Et Persii istud Sat. II.

Somnia pituita à qui purgatissima mittunt.

Item secundam in vietus corripiat aliquis ob hoc ejusdem Horatii
Epod. lib. od. XII.

Quis sudor vietus, & quam malus undique membris

Crescat odor. Atqui longam esse, arguit hoc Lucretii lib. III.

Nec superà caput ejusdem cecidissa vietam

Vestem.

Ac similiter Prudentius lib. I, contra Symmachum:

— *Et turbida ab ore vietio*

Nubila discussit.

Et lib. II.

Crimibus albentem niveis, & fronte vietam.

Et alibi * apud eundem.

Aliquis etiam in *cretaceus* secundam corripiat propter hoc Sereni
cap. de curandis aurium vitiis:

Cretaceam dabis in restam, tum Delphica frontis.

Atqui illa in *acens* A semper producent: ut à *musto mustaceus*. Iu-
venalis sat. VI:

Causa nec est, quare cœnam, & mustacea perdas.

Sic in *gallinacens* tertiam à fine semel iterumque producit Plautus
Aulul. Sc. *Illinc hinc abiit.*

Ab epifynalœpha distinguimus synæresin; ubi vocalis neutra in
pronunciando perit, sed ambæ in diphthongum coalescunt. Vt, *Phæ-
thon*, pro *Phæthon*, apud P. Varronem, Fabio teste; qui lib. I, cap. V.
hunc ejus versum adducit:

Cum se flagranti dejectum fulmine Phæthon.

Addit Fabius: *Si esset prosa oratio, easdem literas enunciare veris syllabis
licebat.* Vnde liquet, non *Phæthon*, pronunciâsse, A extrito, quod vul-
gò putant: sed PHÆTHON, ut utriusque literæ sonus, sed in
una syllaba, exaudiretur. Similia etiam sunt apud Maronem, *furias*

D d

Aja

* In hujus
jejuna-
tione.

† lib. I.
cap. 5.

Ajaxis Oilei, comes infelicis Ulyssæi, immisus Achillei. Item, quæ passim occurrunt, *cui*, & *huic* monosyllaba, familiâque.

Proximè ad *συναιεσιον* accedit, quando *i* & *u* coalescunt cum vocali sequente, sed consonæ fiunt. Hoc solum discriminis est, quod illic est diphthongus : ut vidimus in *Phæthon*, & *Oilei* : hîc verò non est, quia *i*, & *u*, degenerant : ut in *abierte*, & *tenuia*, trisyllabis. Videtur id quoque fieri in illo Maronis :

Strata jacent passim suâ quæque sub arbore poma.

Nam *sua* esse ablativum, structura indicat. Id sonat, ut prima in *suavis* disyllabo. Nec tamen repugnem, si quis *u* elidi velit, ut *E* in *Meâ* apud Comicos.

Quæri possit de illo Statii Papinii in Soteriis Rutilii Claudii :

Sperne coli tenuiore lyrâ. Vaga cinguntur astris

Luna.

Satis liquet, *tenuiore* hîc non esse pentasyllabon. Nec tamen *u* videtur concresecere cum *i*, quia sic secunda inciperet à brevi, metro invito : neque *i* coalescit cum *o*, quia *i* inter duas vocales vim habere duplicis solet : quo pacto syllaba præcedens positione foret longa. Sed quòd *i* sic positum censerî ajunt pro duplici, id perpetuum non est; ut antea ostensum. Dicere etiam liceat, *V* per *συνιζησιον* elidi, ut sonet, quasi *tenuiore*.

Et si verò in synæresi syllaba semper sit longa, non tamen in epifynaloepha id perpetuum est. Vti in quibusdam à *semis* compositis. Virg. Æn. VIII. *Semihominis Caci, facies quem dira tegebat.*

Lucanus lib. III.

Semianimes alii vastum subiere profundum.

Imprimis verò *συνιζησιον* locum habet, quoties versus non recipit vocem : ut in iis exemplis, quæ proximè adduximus. Et in *alvearia* apud Maronem IV Georg. Atque ajunt, parem rationem esse in *Theodosius* apud Claudianum lib. I in Rufinum,

— *Quas caelo Iupiter arcet*

Theodosius terris, en aerea nascitur ætas.

Et apud Sidonium in II Panegyri.

Ex quo Theodosius communia jura fugato

Reddidit auctoris fratri.

Ac volunt, similiter dixisse Theognidem :

Ὡδὲ ἢ πάς ἐπέει, Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη.

Prout editum ab Aldo.

Sed non dubium, quin hic legi debeat *Θεόγνιδος*. Cui geminum *Θεόδοτος*. Nec aliter Claudianus vel Sidonius scripsere. Fortasse magis appositum est exemplum in phalæcio hoc Sidonii * :

* lib. 8,
epist. 9.

Theodorice tue manus negantur.

Sed Sidonius & hic, & alibi *, scripserat *Theoderice*. Quamquam * *carm. 23*;
& potuit *Thiederice*. Est enim nomen Germanicum ex *theode*, & *ryc*;
conflatum; ut signet *populis divitem*. Siquidem *theode* veteri Germano-
rum lingua *populus*: indeque *Theodabatus*, sive *Theodatus*, populi bene-
factor; *Theodulfus*, populi auxiliator, aliaque id genus. In veteribus
autem libris legas promiscuè, *Theodericus*, *Theudericus*, & *Thiedericus*;
pro quo emollientes postea dixerunt *Didericus*.

CAPVT XL

*De crasi. Artii in Meleagro versus corrigitur. Quà ratione priorem in bobus
corripit Ausonius. De modulo diphthongi ante vocalem. Vocalem breuem
reddi incipientem, si vox sequens incipiat à gemina consonante: præsertim à
sc, sp, st: ubi Marus semper produci credebat, sed perperam. Non Lati-
nis modo, sed Homero quoque, corripit vocalem ultimam ante Συδμυωδ ε@.
Vocalem naturâ breuem varò ante vocem à duabus consonis incipientem pro-
duci, nisi concurrenre cesurâ: sepicule verò, ea si adsit, imprimis in enclitica
QVE. Germana lectio in corruptis aliquot poetarum locis asseritur. Servii
sententia de particula QVE rejecta. An H consonæ junctam syllabam
reddat positione longam. In Enniano versu conjectura.*

Diximus de syllabis, quæ vel naturâ, vel positione sunt breves:
quâ occasione etiam de synalcephâ, & episyualcephâ egimus.
Videamus nunc de syllabis, quas per cànorem generalem longas esse
cognoscitur. In earum quantitate eadem considerari debent. Nam
naturâ longa est crasis; sive ex eadem fiat vocali, sive ex diversis. Ex
eadem, ut Lucretio *cooperuisse* pro *cooperuisse*: & *vemens* pro *vehemens*,
quod & apud Catullum, & Horatium: & eidem Horatio *déro* pro
deero. Sic *nil* pro *nihil*, *mi* pro *mibi*. Item *conesto*, pro *cohonesto* apud Ac-
tium Meleagro:

Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent,

Pro se quisque cum corona clarum conestant caput.

Sic versus hi legi debent. Vulgo pro *conestant* scribitur *constat*, & sen-
tentia, & numero claudicante: etsi ita quoque adducat Fulvius Ursinus
in Collatione Maronis cum Græcis †. At ex diversis vocalibus crasis fit
in *cogo* & *cogno* ex *coago* & *coagito*, *bobus* & *bubus* ex *bovibus*, extritâ priùs
vocali: simileque est *bucula* ex *bovicula*. Ausonius, etsi primam in *bu-
cula* producat; tamen priorem in *bobus* corripit, quasi non crasis, sed
syllabæ unius sit syncope: uti fit in *boium* pro *bovium*. Sed potior apud
nos esse debet autoritas Horatii, quicum & Lucretius facit.

D d 2

Naturâ

† in 12
En. pag.
464.

Naturâ quoque porrecta est diphthongus. Hæc tamen, sequente vocali, in pauculis fit communis. Nam quemadmodum, ratione habitâ naturæ, præ à Statio producitur vi Thebaid.

— *Quamquam jam certa sequenti*

Præmia, cum vacuus domino præiret Arion :

ita propter positionem, hoc est, quia ponitur ante vocalem, corripit illud Maro vii Æneid.

Stipitibus dæris agitur, sudibusve præstis :

Et Ovid. vii Met. fab. i.

Quos ubi viderunt præcutæ cuspidis hastas.

Et quemadmodum in Meotis priorem produxit Maro vi Æneid.

— *Cæspia regna*

Responsis horrent Divûm, & Meotica tellus :

ac Lucanus lib. iii.

Quaque fretum torrens Meoridos egerit undas :

ita Ovidius corripit lib. iii Trist. eleg. xii :

Longior antiquis visa Meotis hiems.

Atque hinc liquet, nihil causæ esse, cur assentiamus Maximo Victorino : qui, commentario de ratione metrorum, vult quartâ sede spondeum esse hoc in versu :

Nec totâ tamen ille prior præsume carinâ.

Primam in Ætæa, quod Græcis Αἴτης, corripit Ovidius epist. Hypsipyles :

Non hæc Æsonides, non filia Phasis Ætæa.

Nisi hic rescribendum — *Phasis Ætæa.* Ut συνίζησις fit in postrema voce. Quæ similiter effertur vii Met.

Diffimilemque animum subit pater Ætæa relictus.

Volunt & simile esse hoc Maronis iii Æn.

Æneadaque meo nomen de nomine fingo.

Nam, inquirunt, secunda in Æneades est porrecta, quia Græcè est Αἰνείας. Nempe in mentem iis non venit, primò fuisse Αἰνείας, quod & legas in Actis cap. ix. Sed hexametrum hanc vocem non recipit : unde Αἰνείας extulere poetæ : eos imitati cæteri. Ab Αἰνείας verò est Αἰνείαδης : ut secunda in Æneades naturâ sit correpta.

Aliquando verò diphthongus resolvitur, sive in duas longas, sive in longam & brevem, sive in breves duas. In duas longas resolvuntur genitivi antiqui in AI pro Æ, ut, *Terrai frugiferai.* Lucretius lib. i, 84 :

Aulide quo pacto Triviai virginis aram (al. aram)

Iphianassai turparum sanguine fædè

Ductores Danaum.

In longam & brevem resolvitur EI in *Elegia*, sive, ut veteres dixerent, *Elegeia*, quod ex Græco ἐλεγίον. Ovidius lib. Amor. III, Eleg. VIII:

Flebilis indignos elegeia solve capillos.

Nam *elegia*, quomodo olim legebatur, metro repugnaret. Maestrius lib. v, epigr. xxxi:

Detineat culsis aut elegia comis.

Dizrefios verò in duas breves exemplum ponunt hoc Catulli epigram. LVI ad Camerium:

*Si linguâ clauso tenes in ore,
Fructus projicies amoris omnis,
Verbosâ gaudet Venus loquelâ.*

Sed magis placet, spondeum pro dactylo poni, quando idem non refugit:

*Oramus si forte non molestam est,
Et mox: Femellas omnes, amice, prendi,
Quas vultu vidi tamen sereno,
Has vel te sic ipse flagitabam.*

Et sæpius deinceps.

Atque hæc de regulis generalibus, quibus syllabam naturâ longam cognosci dicebamus.

Positione verò longa fit, quando (Victorini verbis utor) *correcta vocalis sequentes habet duas consonantes. Hæc (ut idem ait) aut in eadem syllabâ silet esse, ut ars: aut in proximâ, ut amnis: aut in duas syllabas divisa, ut arma.* Positionem hoc vocant vulgò κατ' ἐξοχῆν. Alioquin & positione syllaba est brevis: ut vocali ante vocalem, sicut antea dictum. Verum hic agitur de positione consonæ ante consonam. Atque ita & Sextus Empiricus loquitur adversus Grammaticos cap. VI, ubi ait syllabam bifariam esse longam, φύσι. π. ἐ ἦσι. Fit autem hæc positio vel in eadem dictione, ut *ars, amnis, arma*: vel diversis, sed hoc tum demum, si prior dictio desinat in consonam, ut, * *Formosam resu-* * Eclog. 1.
nare doces. At si sequens dictio incipiat à geminâ, observare jubent illud Martiani Capellæ lib. III †: *Proximi sermonis consonantes nihil ad-* † cap. de natura syllab.
juvant præcedentem. Sed multò hac de re aliter elegantissimus Terentianus Maurus: qui vocalem priorem ait produci, si sequens dictio incipiat à SC, SP, ST. Ipsum audiamus:

*Hæreat ergo animo sexta hæc tibi virvida, parque
Littera de numero, quam dixi, semiconsonantem;
Que sibi tres tantum poterit subungere mutas
(Signando scutum, spumas, vel stamina dico):
Hæc sola efficiet, nudo ut remanente trochæo,*

Spondentem geminae possint firmare sonora.

Exemplis, an prava sequar, vel recta, probabo.

Quisque scire cupit, vel quisque scribere curat,

Antè stare decet, cum dico: & separo verbum,

- Ante Stesichorum vatem natura creavit.

Et mox:

Incipe si dicas, & scire, aut scribere juno, u,

Creticus efficitur.

Plura hac de re inibi vide.

Imò Catullus, unicum si locum exceperis, nunquam aliter: neque id tantum, si sequatur SC, SP, aut ST; de quibus Maurus: sed quotiescunque duæ sequuntur consonæ. Ut in Phaselo:

Propontida, truncemve Ponticum sinum.

Et eodem: *Et inde tot per impotentia freta.*

In Antispastico ad Coloniam:

Si pote stolidum repente excitare veternum.

Id carmen constat Glyconio, primâ sede habente trochæum, & Pherecratio, quod similiter initio possideat trochæum.

In Mamurram:

— *Quod comata Gallia*

Habebat unctum, & ultima Bruannia.

Ad fundum Tiburtem:

Nec deprecor jam si nefaria scripta

Sexti recepto.

In Galliambo:

Ut apud (miser) ferarum gelida stabula forem.

Quod carminis genus confit ex anapæsto, dijambo, duobus dactylis, & anapæsto. Vnicus obduci locus potest ex eodem carmine:

Testis erit magnis virtutibus unda Scamandri.

Sed nihil mirum, si paullo hic amplius sibi licere putârit: quando præisset Homerus: qui præcedentis ultimam, sequente hac ipsâ Scamandri voce, corripuerit non semel. Ut Iliad. Z:

Τὸν ῥ' Ἐκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδρου.

Et Iliad. φ.

Ἐστὶ ταῦτα Σκαίμανδρε διοτρεφὲς, ὡς σὺ κελεύεις.

* lib. 6 de re
Poët. cap. 7.

Et aliàs sæpe. Mirari verò satis non possum, quòd Cæsar Scaliger* non dubitarit Catullum reprehendere, quia toties producat brevem finalem, si duæ consonæ sequantur: præsertim cum aliter etiam possent; ut in illo †:

Propontida, truncemque Ponticum sinum.

Vbi potuit, *Propertidem*. Sed enim iudicio id Catullum fecisse, non quia invitus à versibus suis traheretur, ut Scaliger * putabat, argu- * *ibidem*.
mento est, quod nunquam aliter voluit. Quod nec satis attendit Parthenius; cùm carmine ad Cinnam, versum, qui desideratur, sic supplet de suo:

In pede stans fixo carmina ructat hians.

Nec enim sic scripturus fuerat Catullus, qui producere solet syllabam, si vox sequens à consonis cœperit. Nec sanè unquam corripere ausus est Marnalis. Producit autem lib. v, epigr. LXX in M. Antonium:

Quid gladium demens Romana stringis in ora?

Contra Propertius nunquam ausus est producere. Corripit autem, cùm aliis locis, tum lib. iv, eleg. v:

Consuluitque striges nostro de sanguine.

Ovidius quoque corripit passim: ut in Arte lib. i,;

Altera Scylla maris monstruorum.

Item epistolà Ariadnes:

Syracaeque Cretaeam bellua stravit humum.

Multisq̄ue aliis in locis: sed, si dicendum, quod res est, plurimum ejusmodi, ut MSSi non consentiant. Ar, ubi producat, non reperias, saltem in codicibus editis. Nam in MSSis est unus alter locus, ubi vocalis sit porrecta. Verùm loquimur nos de locis non controversis. Lucretius mediam inter Catullum, & duos illos, Propertium atque Ovidium, insitit viam. Sæpe enim corripit. quod male negat Taubmannus præfatione Melodæsiæ suæ. Exempla hîc in contrarium vides. Ejus est initio versus, *Tennis spusa, Endo stau, Libera sponne sua*: in fine: *Mollia strata*: imò & post *S elisum*: ut,

— *Saxis pendemibû structas.*

Et, — *Guttis manantibû stillemt.*

Est tamen, cùm producat. Vt lib. vi:

Exspiretque foras in aperta promtaque celi.

Etiã ei eopie libro claudit versum, *phurimaaque plus*. Maro quoque nunc corripit, nunc producit. Corripit in istoc xi Æn.

Spem siquam accius Evolsim habuistis in armis,

Ponite spes sibi quisque suas.

In tertio item:

Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus.

Nec præterea id ausus videtur. Producit autem Æn. iv:

Forte citi flammam, datè vela, scandite muros.

Non ascendite, ut nugatores quidam mutarunt.

Maronis quoque imitator Silius corripit lib. xiv:

Milke

Mille Agathyra dedit, perflataque Strongylos anstris.

Producit lib. III :

— *Gelidōsne scandere tecum*

Deficiam mones, conjux tua ?

Sic quoque Florentina Iunta * : ubi Gryphiana † perperam, *gelidos sic.*

* anni
1515.
† an. 1551.

Similiter Petronius Arbiter :

— *Florida tellus,*

Cum volo, spissatis arefcit languida succis.

Corripit Lucanus in II :

*Tales fama canit tumidum super æquora Xerxes
Construxisse vias.*

Papinius quoque corripit ; cujus est :

— *Sparſoſque ſtudet componere crines.*

Item Manilius lib. III :

Tertia forma ſtetit † ſummo jam proxima celo.

† Nifi legendum, Tertia forma ſtetit : eſt & in Aldina anni 1499. & illa Bemincorvii. Alterum eſt in priori edis. Scalig. ac non ſecunda.

Et ſanè eorum, ubi ſyllaba ſit porrecta, non ita magna eſt copia. Multa, ſcio, congeri ſolent : ſed ubi ſyllabæ productio cæſuræ tribui poſſit. Poterat id dicenti credi : ſed nequis ſcrupulus hæreat, ipſos ob oculos ponemus poetarum verſus. Triemimeri tribui poteſt in hoc Tibulli lib. I. Eleg. V.

Ille Deo ſciat agricolæ pro vitibus uvam,

Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.

Ubi malè & ſpicas habet Aldina, & Regienſis anni MDCCC LXXXI.

Sic Gratius de Venatione :

Vulpina ſpecies, tamen hic exacta voluntas.

Et Iuvenalis ſat. VIII.

Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos.

Item Prudentius in Pſychomachia :

Imbuere, fragilique viros ſœdare triumpho :

Quæ lectio in editione Tornæſiana ad oram annotatur, inque Manuſcriptis reperta à Giſſanio, imò conſtanter in iis ita legi monet Giſſelinus.

Sed in omnibus hiſce, quemadmodum dictum, etiam triemimeris concurrat ; ut dubitare poſſis, num cæſuræ, an geminæ conſonæ tribui debeat, quod ſyllaba naturâ brevis producitur. Siquidem non raro uſu venit, ut ſyllaba brevis ſequente vocali, ac proinde ſolius cæſuræ beneficio, poſt primum pedem ſit porrecta. Ita dixit Maro IV

Æneidos :

— *Pecudùmque reclusis*

Pectoribus inbians, ſpirantia conſedit extra.

Et

Et Æneid. xi.

*Pacimne exanimis, & Martis sorte peremptis
Oratis? equidem & viuis concedere vellem.*

Similiter Lucanus lib. ii.

Dum sanguis inerat, dum vis materna.

Et Martialis lib. vi, epigr. lxi.

*Landat, amat, canat nostros mea Roma libellos:
Meque sinus omnis, me manus omnis habet.*

Quod verò de triemimeri diximus, idem post secundum pedem fit.
Vt Eclog. x:

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Et x Æn. *Et furis agitatns amor, & conscia virtus.*

Martialis quoque est lib. vii, epigr. xlii:

Maximus ille tuus, Ovidi, Caesonius hic est.

Videmus, ut hic etiam, non sequentibus consonis, syllaba natura brevis ob pentemimerim producat. Vt non satis constet, utrum ob consonas duas, an propter cæsuram, syllaba secundum pedem excipiens sit porrecta in illo Lucani lib. v:

Aui pretium: quippe stimulo fluctuque furoris.

Et hoc Statii vi Thebaidos:

Præceleres: agile studium, & tenuissima virtus.

Vel Ovidii hoc Trist. lib. v, el. xv:

*Nil opus est morre * pro me, sed amore, fidèque.*

Quibus simile illud Prudentianum hymno iv. *Dei seq. Civitas* *queque pretiosa portans.* Vbi pro *queque* à Fabricio, Pulmano, ac Gifelinio, editum est *omnis*. Sed in MSSis *queque* legi, præter Giffanium, Antonius Cauchius Ultrajectinus observavit.

Similiter & post sedem tertiam id locum habet. Nam legimus quidem in Catulliano carmine de nuptiis Pelei & Thetidos:

Nulla fuge ratio, nulla spes, omnia muta.

Item apud Maronem vi Æneid.

Venisti tandem, tuæque spectata parenti

Vicit uer dæmon pietas.

Ita enim, non *expectata* legi debere, rectè observavit Passeratius. Verùm &, sequente vocali, dixit idem poeta iv Georg.

(Nam duo sunt genera) hic melior, insignis & ore.

Et Æneid. iii.

Dona dehinc auro gravia, scètoque elephantis.

Et Æneid. v:

Ostemans artem pariter, arcumque sonantem.

E c

Item

* Ita est in MSSis: pro quo aliqui reponunt, At nece nil opus est pro me.

Item Lucanus lib. VII :

Mors hic gentis erat : sanguis ibi fluxit Achivus.

Par ratio est locorum, quibus QVE dicunt produci, quia duæ sequantur consonantes. Nam etsi crebrè QVE porrectum duæ excipiant consonæ : est tamen, cum una tantum sequatur. Vtriusque dabimus exempla. Quippe apud Maronem quidem legitur I Georg.

Lappæque, iribidique, interque nitentia culta :

& eodem : *Enrique, Zephyrique tonat domus* : ubi QVE produci ob duplicem sequentem, Erythræus * scribit.

* In indice
voce Nemo-
rosi.

Et IV Georg.

Drimoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.

Et Æn. X :

Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon.

Sed idem dixit III Æneid.

— *Tremere omnia visa repente*

Liminaque, laurusque dei, rotasque moveri

Mons circum.

Et XII Æneid.

Chloreaque, Sybarimque, Daretaque Therpsilochimque.

Par ratio est in multis Ovidii locis. Nam legimus quidem tertio Metam. fab. VIII.

Vulgusque, proceresque ignota ad sacra feruntur :

Quomodo in MS nostro, Aldinaque rectè exaratum est : ubi, *Vulgusque, & proceres*, est in aliis, etiam Venetâ Bernardini anni MDCCCXXXVI.

Est quoque eopse libro fab. IX.

Corporeque presso spinæ curvamine flecti,

Vt in plerisque est MSSis : quod postea variè mutarunt : unde MS noster, *Corpore sed presso* : Venetâ Bernardini, *Corpore depresso & spinæ* : Aldina, *Corporeque & presso*.

Sed ut in his post encliticam QVE, sequitur consona gemina, ita id dici non potest de illo ejusdem Nasonis v Met. fab. VII.

Sideraque, venique nocent, avidaeque volucres.

Vti rectè est in Aldina.

Sed hic quoque cum indoctus librarius hæreret, alius quidem scripserat, *Sideraque & venique* : alius æquè ineptè, *Sideraque, & veni nocent*. Quorum utrumque in aliis MSSis, & antiquis editt. invenimus.

Cum verd omnibus hisce locis, quibus QVE producitur, vel duæ sequantur consonæ, vel minimum sit cæsura : planè deceptus videtur Servius, qui eò id fieri putabat, quia particula hæc naturâ suâ fit anceps.

ceps. Ita enim scribit in III Æn. *QVE* brevis est pro longa posita; quæ hæc ratione defenditur; aut quia omnia monosyllaba ad artem non pertinent. Et his licenter uti possumus: aut certè, quia omne μήρον, id est particula, quæ sui substantiam non habet, membrum putatur superioris orationis. Quod si *LIMINA QVE*, quasi una pars orationis est: Et potest *QVE*, finalitatis ratione, vel produci, vel corripri.

Hujus etiã loci est controversia ista, an H & alteri juncta non-vocali efficiat syllabam positione porrectam. Sanè sic videtur. Nam Manilij est lib. I.

Nec gravius cedit, nec horrens frigore cedit.

Prout in postrema editione à Scaligero expressum est. Video enim in priori hoc pacto legi: *non horrens frigore*. Sed postea mutavit, compulsus MSo Gemblacensi, in quo reperit, *usc horrens*. Imò ante eum monuerat focer meus Clarissimus Franciscus Iunius, sic reperisse se, cum in editione Romana, tum MSo Bibliothecæ Electoralis Palatinæ. Eodémque modo invenimus in editione eã, quam exhibuit Aldus anno uno ante millesimum quingentesimum: quam & postea Basileensis Hervagii secuta est. Quare in eo consensu minimè aufim hanc lectionem damnare: etsi interea ægrè subscribam. Sed ut hoc loco nonnihil moveor, uti & pauculis aliis; ita pleraque, quæ pro hac sententia adducunt, videntur mihi parum firma. Vti ille Aufonii * versus, in quo H positionem efficere, etiam scriptum est à Iosepho Scaligero †:

Mercator hodie, cras citharædus eris.

Item iste Propertii lib. II, el. XXVIII: ut quidem idem legendum monet:

Et tibi Mæonias inter heroïdas omnes.

Etiã Henricus Stephanus in Paralipomenis † asserit, Homeri exemplo à Marone hoc factum esse Ecl. VI:

Ille latus nivenem molli fulens hyacintho.

Atque idem scripserat Marius Corradus lib. I de L. L. Et ante hos Velius Longus de Orthographia. Sed mirum, tantos viros hujusmodi exemplis moveri, in quibus cæsura id tribui potest, cum toties ubi nullum est H, sed vocalis pura vocem inchoat, syllaba naturâ brevis producat. Plus coloris habet locus alius, quem de Enniano fonte producant. Sed nobis non de Ennio, Paccuvio, Accio, & aliis cæcis, sermo est; verùm idoneis metricæ rei auctoribus. Quamquam ne Ennii quidem versus efficit, quod putarunt. Scio legi vulgò apud Gellium lib. VII, cap. II.

Annibal audaci dum pectore dehortatur.

* epigr. 47.

† Notis ad Propertii lib. 2. el. 28.

† pag. 61, sua editione.

Vbi præverbium DE longum esse contendunt, eo quòd H pro consona censetur. Mihi tamen contrà legendum videtur, *me dehortatur*. Nihil sanè usitatus est, quàm ut DE in compositione *ἔσσει* *ἔσσει* coalescat: ut in *deerraverat*, & *deest*, apud Maronem ipsum; *deerit* apud Horat. & Propertium; *dehinc* apud Statium, & sunt similia trecenta. Quare nil opus refugere ad tmesin, quasi scripserit Ennius, *de me hortatur*: quod placuit Philippo Rubenio lib. II, Elect. cap. XXI. Nempe ut simile sit isti Lucilliano, *deque petigo*, pro *ἔσσει* *depetigo*. Nam *petigo* Latinum non est; etsi id Nonius ex allato colligat Lucillii loco.

CAPUT XVI.

Quæ ad positionem, quam debilem vocant, requirantur. Syllabas, quæ ob positionem ejusmodi in carmine sunt ancipites, in oratione prorsà male produci. Schotti sententia de Nasonis versu, ejusdemque in Valerio Flacco emendatio rejicitur. deque vera lectione conjectura nostra. Nenni in lupos quotannis verti credebantur: ἔσσει unde origo sabelle. M cum N vocalem præcedentem ancipitem reddunt apud Græcos, interdum etiam Latinos. Idemque apud utrosque facit N post G, ἔσσει D. Alciati sententia semel iterumque improbat. S Græcis Latinisque liquefcit. Vera lectio Catullo, Oppiano, Ennio, ἔσσει aliis poetarum adserta. Melos priori correpta. Solus bacchus seu asellus piscis cor habet in ventre.

AD positionem, quam debilem vocant, tres statuimus conditiones requiri. Prima est, ut uda sive liquida ponatur post mutam. Altera, ut id fiat in eadem syllabà. Tertia, ut collocetur muta post vocalem naturà brevem. Concurrunt hæc in *chiragra*, *funæbris*, *impigriè*, *integro*, *latebra*, *lugubris*, *muliebris*, *seretrum*, *podagra*, *tenebræ*, & similibus: quæ iccirco in carmine penultimam habent ancipitem. Nec temere addo de carmine: quia in prorsà peccet, qui producat: quod cum veteres Grammatici docent, tum hic Quintilianii locus ostendit lib. I Institut. Orator. cap. IX. *Event, ut merri quoque conditio mutet accentum: ut **, — *Pecudes, pictæque volucres. Nam volucres mediâ acutâ legam, quia etsi naturâ brevis, tamen positione longa est, ne faciat jambum, quem non recipit versus heroicus.* Iam olim hac de re Petrus Schottus epistolam scripsit ad Iacobum Wimphelingum: quæ à Goldasto edita in centuria epistolarum philologicarum. Meritò autem primæ huic conditioni, ut mutam uda excipiat, duas alias subdebamus. Siquidem prior in *obruo* tantum longa est, ob defectum secundæ legis: prior item in *maris*, ob defectum legis tertie. Estque similis ratio in *ambulacrum*,

* Georg. 3.
ἔσσει An. 4.

candilabrum, delubrum, lavacrum, simulacrum, volutabrum, salubre &c.
 Quod sæpe non cogitarunt Christiani, atque alii sequioris ævi poetæ :
 ut Prudentius Cathemerinon hymno v * :

*Iussus, nexa pedum vincula solvere,
 Ne sanctum involucris pollueret locum.*

Item Prosper Aquitanicus in epigrammatum libro † :

*In quo, per lavacrum fidei virgine renata,
 Celeste accipiet gens nova principium.*

Atqui & *involucrum* est à *supino involutum*, & à *lavatum lavacrum* :
 ut post syllabam naturâ longam debilis positio locum habere non pos-
 sit. Itidem cum *creber* priorem habeat porrectam, longa etiam erit in
crebra, & crebrò. Vt Opsopæus, Luciani *εὐλόλαιος* epigramma trans-
 ferens, perperam dicat : *Talis, & hac ipsa ledimur arte crebrò*.

Nec imitari ausim Buchanani illud Psal. xcix.

*Augustum celebret gens hominum tuum
 Nomen, qui salubri temperie modum
 Sceptris constituas tuis.*

Nam Ovidii est lib. ii de Remedio Amoris :

Vi saveas ceptis, Phæbe saluber, ades.

Nec ratio est obscura, cum nomen hoc sit à salute. Vidit hoc Lu-
 pus Ferrariensis abbas jam illâ ætate (sub Carolo Calvo vixit) epist.
 xx ad Altuinum : ubi clarè ait, in *aratum, & salubris*, penultimam pro-
 duci : nec se apud poetarum quemquam, etsi sedulò inquisierit, bre-
 vem eam reperisse : rationem paulò antè expresserat. *Communem*, in-
 quit, *syllabam ex muta, & liquida, fieri in eis solism, quæ per naturam brevia
 sunt, nequaquam dubitaverim.*

Imò & quartâ quintâque conditione opus est. Nam etiam, cum
 priores adsunt, insuper dispiciendum est, an simile suppetat exemplum
 veteris poetæ. Neque enim *locuples* in fine hexametri usurpem : aut
 sine auctore secundam in *genetrix* produxerim, etsi *genitor* dicamus me-
 diâ brevi. Quemadmodum nec in *multiplex* secundam usurparem lon-
 gam, nisi sequente encliticâ : ut apud Lucretium lib. ii.

Multiplexque loci spatium transcurrere eodem.

Nec dubium, quin classici potiùs sequendi sint, si consentiant. Vt
 in *migro*, ubi nemo priorem, quod sciam, corripit, præter Manilium,
 Theodosiani ævi poetam. Ac fortasse par ratio in *larrare*. Quamquam
 priorem non Guntherus modo in Ligurino, corripit ; sed etiam Si-
 donius : cum ait,

— *Circumlarrat ingens Turba canum.* —

Item Claudius Mamertus Victor, commentario in Genesin :

E e 3

Ex-

Explorare juvenas, mentemque explere laurantem.

Et Festus Avienus in descriptione orbis terræ :

Totum hoc circumlaurat æstus.

Item in ora maritima :

Circumlauratur iste pontus maximus.

Imò & Phædrus ipse ; cujus hoc fab. v :

Canem objurgabat, cui senex contra laurans.

Sed non est Phædrus ille Augustæi ævi , ut multi arbitrantur : vel multa saltem sunt à sequiori ætate. Objiciat aliquis Plauti hoc Amphitr. act. iv. Sc. *Di vestram fidem : -- Nec gannio, nec lauro.* Sed etsi Brifsonius lib. i Formul. pluresque alii , ex hac scena quædam ut Plautina citant : omnino tamen est supposititia. Ac alibi etiam hac scena spondendum sede ultimâ sapius legas : ut ex ea difficile sit judicium ferre.

Præterea quod ajunt de udâ sequente mutam , id tam in Latinis , quàm Græcis, intelligendum de L, & R. In Latinis, ut in *restlo, restoreo, volucris*. In Græcis, ut in *Cyclops, Atlas, cochlea*. Martial. lib. xi, epigr.

XIX : *Vix implet cochleam præcta messis.*

Sic lib. Xen. epigr. L :

Et cochleas tibi habe. perdere nolo famem.

At M, & N, in Græcis tantùm syllabam reddunt ancipitem. Id cum probare vellet Priscianus *, unico in hoc Ovidii † loco acquiescendum putavit :

Piscosamque Gnidon, gravidamque Amashunta metallis.

Verùm firmitus hoc argumentum foret , si Latini semper syllabam producerent , quoties vox sequens à duabus inchoat consonantibus : de quo autè diximus. Magis igitur apposita sunt exempla apud Horatium in *Tecmessa, & cygnis* : ac dixit eodem modo Petronius Arbitr :

Et bacis redimuta daphne, tremulaeque cupressus.

Et pauldò pòst : — *Testis silvester acidon,*

Atque urbana Progne.

Item Martialis lib. vii, epigr. LXXXVI :

Delectas Marium si perniciosus ichneumon.

Ausonius epist. xx. ad Paullinum :

Quid refert ? Cornix non idèo ante cygnum.

Puto autem, duntaxat in nominibus id factum inveniri , & quidem iis , quæ à Græcis accepimus. Quare rectum censeo illud Nasonis in viii Metam. fab. ix :

Debit illius misereri, ignoscere nobis.

Vti Aldina habet , & quidam MSSi. Pro quo in membranis nostris, ac Venetâ anni c10 cccc LXXXVI invenimus , & *ignoscere* : quod etiam

* lib. 1. cap.
de literar.
affectioni-
bus.
† 10 Met.
fab. 10.

etiam probat doctissimus Andreas Schottus Observat. human. lib. 11, cap. xxxvii. Epse de causâ ab eodem dissentio super illo Valerii Flacci lib. vi Argonauticorum :

— *Et raptor amorum*

Neurus, & expertes canentis Iazyges ævi.

Quomodo etiam à Carrione editum est.

Vbi idem Schottus pro *raptor amorum*, legit — *raptor amorum*. Vt eo respiciat poëta, quod *λυκάνθρωποι* in agnos sæviant : Neurus autem in lupos quotannis converti solere, proditum sit à Mela lib. 11, cap. 1, Solino cap. xx, Eustathio in *αλεγεινῶ**, atque aliis. *Μαλίμ* sanè pro *amorum* legere *agrorum* : sed impensius locum consideranti in mentem venit, uti proximè mentio fit Iazygum, qui Neurus sunt propinqui, ita aliquem etiam populum esse nominatum, quem, juxta fabulas, rapere soleant Neuri in lupos conversi ; sive, juxta historiarum fidem, quem quotannis soleant prædando populandoque infestare ; quæ res originem fabulæ præbuerit de Neuris in lupos conversis. Ex Ptolemæo autem didici, hisce Neuris sive Navaris (iidem enim sunt, ut etiam Ortelius censet, & descriptio eorum apud veteres Geographos satis indicat) finitimos esse Amadocos. Vnde conjectabam, ita legi debere :

— *raptorque Amadocum*

Neurus, & expertes canentis Iazyges ævi.

Sed ad rem metricam redeamus.

Est & alterum genus positionis debilis, quando Latini corripunt syllabam naturâ brevem, ed quòd sequantur M, & N : ut illo in Ciri :

Nam veram fateantur : amai Polymneia verum.

Item apud Horatium Od. 1, lib. 1 :

— *Si neque tibi as*

Euterpe cohibet, nec Polymneia

Lesbom refugit tendere barbiton.

Et hoc Nasonis v Falt. in princip.

Dissentere Deo : quarum Polymneia cæpit.

Nimirum Græcè est *Πολύμνεια*, ex *πολύ*, & *μνεία*. Et usus Lucianus *ἐπιδελχίστας*. Et tunc *τῆ Ἀφελυσιν, Πολυμνεία, Περσευσιδάεως*. At *Ἰωνικῆς Πολυμνήια*. Quod Latini poëtæ imitantur.

Quamquam nec desunt, qui hisce locis legant, *Polyhymnia*. Sed hoc probare non possum. Nec enim Græci dixere *Πολυῦμνία*, sed *Πολύμνεια*, extrito priori υ : ut clarè ait Etymologus Græcus, in *Ευρύπυλλοι*. Atque ita quoque est non apud poëtas modò, ut Orpheum, & Nonnum, inque *Ἀνθολογίᾳ* lib. 1 ; sed etiam qui prosâ scripsere ;

ut

ut Diodorum lib. IV, & Plutarchum in Sympotiacis lib. IX, probl. XIII. Etiam Herodoti liber septimus Πολυμνία inscribitur. Quare cum *Polymnia* si legas, claudicet versus, omnino *Polymneia* legendum. Par ratio in isto Ovidii XIII *Metam.*

Bistonis habitata viris, Polymnestoris illic.

Et ibidem. *Vadit ad artificem dixit Polymnestora cadis.*

Quamquam verò in MSSis nostris, & antiquis editt. Venetis, etiam quæ Aldinam præcessere, constanter *Polymnestoris* reperiam: prius tamen malim, cum sit ejusdem originis ac πολύμνηςος: unde Homero πολυμνήση, *multis ambua*, multos habens, vel quot habuerit μνηστῆρας, *procos*. Addam & hoc Catulli ex ejus Galliambo, quod carminis genus extrema sede semper Galliambum habet:

Abero, foro, palastrâ, stadio, & gymnasiis?

Item illud Silii in VIII:

Ecce inter primos Theramneo à sanguine Clausi.

Cui simile illud Hætiodeum:

Ἦτε ἔ ἀπὲ λαμνόν περ, ἔμωσ ἴπῃ ἔργον ἐγείρη.

Etiam CL syllabam faciunt ancipitem Sereno Sammonico. Vt illo:

Convritis prodest cochleis perducere frontem.

Item isto: *Sed cochleas prius est verticâ, aut fuisse pasci.*

Imò est, cum debilis sit positio, si sequantur D, & G: ut apud Martialem lib. V, epigr. XI.

Sardonychas, smaragdos, adamantas, jaspidas uno

Portat in articulo Stella, Severo, meus.

Nam apud Græcos T, cui D cognatum est, eodem modo liquefcit post K, aut Π. Æschylus in Supplicantiis:

Ἠγεῖθε βωμῆς ἀσπίδας Θεῶν ἔδρας.

Secundam in Αἰγύπτιῳ Homerus non uno in loco corripit: uti & Orpheus in Argonauticis Hæsiode in Clypeo Herculis Ηλεκρούων constituit duos postremo hexametri pedes. Sed & in Theocrito legimus:

Θωρήχθεις ἴπῃ βυσσίν ἀνάρασι Αἰγυπλίησιν.

Sunt hæc origine Græca. Queritur an idem locum habeat in Latinis. Priorem in *omnis* à Lucretio, Terentioque corripit, ac similiter ab Aufonio factum censet Elias Vinetus ad Aufonii Professores carm. VI. (p. 149. e.)

Alciatus lib. IX *Παρέργων* cap. IX putabat, similiter Plautum corripere priorem in CAPTVS, cum ait Rud. Act. III, Sc. II.

Atque eris si nactus, proinde ut corde amantes sunt cari.

Nempe credidit *cariis*, extrito P, usurpasse pro *capitis*, metri causâ: quia

quia est carmen quadratum catalecticum. In quo commento non video, ut vir summus fati consuluerit nomini suo. Neque enim aliter *cautum* hic dixit Plautus, quàm in Epidico *consilium cautum*, aut Ennius *cauta dicta*, quod Varro interpretatur *acuta*. Vnde & *Catonis* nomen factum. Idem Alciatus eople capite *cautus* similiter accepit in epitaphio Plauti; ubi legi ait:

Postquam est morte cautus Plautus.

Quod æquè Alciato indignum. Vera autem scriptura est veterum librorum:

Postquam est morte datus Plautus, Comœdia luget.

Mors pro mors. Nam sæpe dandi casus, & auferendi, in tertia terminationem commutabant. De quo sequentibus libris dicitur. Scio, quid de versibus istis scripserit Valens Acidalius †: sed quòd hoc Plauti epitaphium in numeros sic digessit, planè operam lusit.

† *Divinat.*
in Plauti
Amphitr.
cap. I.

Porro, quod suprà dicebamus, M, & N quoque, Græcorum more, interdum liquefcere apud Latinos: id in S finali etiam locum habet. De Græcis fati apertum est; ut in illo Aratæo:

Ωνη εαρεειη και ζει πολυφυν & κερωνη.

De Latinis indicio sunt hi versus Ennii Annal. VI I.

— *Doctus, fidelis,*

Suavis homo, faciundus, suo contentus, beatus,
Sciens, secunda loquens in tempore, commodus, verbum
paucum.

Et millena aliquot istiusmodi apud opicos istos inveniuntur. Quin & crebrum illud Lucretio. Ac Catulli quoque est ad Gellium:

At fixus nostris tu dabi supplicium.

Imò Fulvius Ursinus, in Virgilio suo cum Græcis scriptoribus colato, ad Ecl. I, monet, ita hos Catulli versus legi debere:

Sanguine hanc etiam mihi, sed tacebitis, aram

Barbatus limit hirculus, cornipesque capella.

Sic ut scribatur, non *hirculus*, metri rationem poscere ait. Sed profectò metri ejus rationem non intellexit. Est enim metrum antispasticum, sive, ut Diomedes appellat, *Priapejum*: quod, ut superius etiam dictum, *Glyconio* constat, primà sede trochæum habente, & *Pherecratio*, itidem initio habente trochæum. Apud Virgilium quoque olim nonnullis in libris legebatur *Æn.* II:

Limina rectorum medius in penetralibus hostem.

Vbi sic Servius: *Si MEDIIS dixeris, non stat versus, nisi excluso S. Vt,*

Ime se coisse viros, & discernere ferro.

Sed priori loco nunc legitur, *medium in penetralibus*: posteriori, &

F f

cernere

cernere ferro. Quæ scriptura alibi nobis adserta. Idem factitatum ajunt
 † ann. 1499. Manilio, & Dionysio Catoni: nam apud illum lib. II, in Aldinâ t
 legi, *Cyllenii Cancrum*: apud hunc lib. II, dist. XXIV,

SUCCESSU' INDIGNOS NOLI TU FERRE MOLESTE:

prout in nostris etiam membranis invenimus. Sed Manilius scripsit,
Cyllenie Cancrum: Cato autem,

NOLI SUCCESSUS INDIGNOS FERRE MOLESTE:

prout nunc exculum in melioribus libris.

Quorundam etiam sententia est, S liquefcere in media dictione,
 tum apud Græcos, tum Latinos. Videamus, quibus pugnent argu-

mentis: Producent ex Oppiani de Venat. lib. II *:

* vers. 160.

Τὸς καλέεσι βίσωνας, ἐπεὶ πάτρης πλέθεαι.

Βισονίδε Θρέκηε.

Quomodo in Aldinâ, & editionibus aliis, is locus legitur. Atque
 eam etiam lectionem probant cum Bodinus, & Conradus Ritters-
 husius in notis ad eum scriptorem; tum Theodorus Marcilius anno-
 tat. in librum de spectaculis Martiali tributum. Qui omnes Σ hic
 elidi disertim scribunt. Sed vocalem in media dictione, sequente ΣΤ,
 nusquam puto inveniri correptam. Præterea animal hoc βίσωνας vo-
 cant Seneca, Plinius, Martialis, & è Græcis Pausanias lib. X: à Xi-
 philino similiter βίσωνες dicuntur; idemque ait, βοῶν τὸ γένε βαρ-
 βαρικόν εἶναι. Quare non dubito, quin βίσωνας legere oporteat; at-
 que idem Brodæo, ac Gesnero visum fuit.

† esse quod-
 dam barba-
 ricum cetum
 βοῶν.

Qui, etiam apud Latinos, S in media voce putant elidi, id asser-
 tum eunt illo Ennii apud Varronem lib. VI de L. L.

Subulo finitimus propter astabat aquas.

Volunt autem, esse versum pentametrum. Et ita quidem legitur
 quoque in vet. editionibus: uti Aldinâ, & hac antiquiore Mediola-
 nensi. Sed apud Festum is versus concipitur hoc pacto:

Subulo quondam marinas propter astabat plagas.

Qui trochaicus est quadratus catalecticus. Cujusmodi fecisse En-
 nium in satyris, præter alios argumento sunt, quos Gellius adfert
 lib. II, cap. XXIX.

Hoc erit tibi argumentum semper in promtu situm,

Nequid exspectes amicos, quod tute agere possies.

Atque ut ita scripserit Ennius, prout legitur apud Varronem; tamen
 nihil opus recurrere ad elisionem sibili; quando nunc quoque, prout
 apud Varronem concipitur, jambicus est. Olim enim in T erant com-
 munita. Atque idem Sotadicus est futurus, si duntaxat verbum *astabat*
 rejicias in ultimum locum. Quod satis liquet ex Servii Centimetro *.

* cap. de
 metri Tro.
 obasii.

Paulld

Paullo plus coloris habet versus ille Lucillii apud Gellium lib. XVIII, cap. VIII.

Quo me habeam pacto tamenſi non quæris docebo.

Sed planè assentio Duzæ utrique, qui rescribere iubent :

— *tamenſi haud quæris docebo.*

Nam *tamenſi* pro *tameſi* antiquum est : quod Plauto, Terentioque etiam, restituit Guilielmus in Verisimilibus.

Quod si, cum Alciatum, tum etiam Ferrarium, & Hieronymum Columnam audimus, ejusdem elisionis exemplum fuerit illud, sive Ennii, sive Lucillii, quod apud Tullium I de Officiis, & Invektivâ I in Antonium citatur :

O domus Anci, quàm dispari domino dominaris.

Sed cum in omnibus MSSis, etiam iis, quibus Carolus Langius usus fuit, pro *Anci*, vel, ut alii malunt, *Anti*, legatur *antiqua* : causam non video, cur non potiùs ex jambicis aut trochaicis ejus poetæ is versus desumptus videatur. Interim quia etiam hoc de versu varii variè fertur ducunt, nihil ex eo certi colligere licet.

Nec audiendus Abrahamus Ortelius : qui in Thesaurò Geographico I, apud Ovidium epist. XIX, ubi vulgo est,

Insula Coryciis quondam celeberrima nymphis :

non *Coryciis*, vel etiam *Caryciis* (quæ nymphæ juxta Parnassum montem) legendum putat, sed *Carystius* : quod nemo aliter excuset, quàm elisione sibili. Multum tamen movere me fateor, ne Ortelio id in mentem parùm venerit, ac solius metricæ artis ignorantia sic putarit.

Denique & controversa est de simplici liquida, utrùm ea vim habeat producendi instar duplicium. De Græcis constat. Vt $\alpha. \chi$:

$\text{Πολλὰ λισομὲν ὄσδ' Ἐκτορὲ θυμὸν ἔπειθεν.}$

Et seu Homeri, seu alterius hymno *eis Erμῶ* :

— $\text{Θεὸς δ' ἄπὸ μέλ. ὀδεῖσ.}$

Creditur autem Perſius Græcorum imitatione dixiſſe in prologo :

Cantate credas Pegaſæum melos.

Martianus quoque Capella putatur libro ultimo eodem versu primam in *melica*, nunc corripere, nunc producere :

Et melicos cantus melica grata tulit.

Quod si est, Politianum † fallitur, cum *melos* censet nusquam legi priori productâ. Nec negare possum, sic edidiſſe Baſileenſes †. Sed certum est, pro *melica* scribendum esse *bestia* ; ut est in editione maximi Hug. Grotii. In scazonte autem Persiano pro *melos* omnino maxime *melitar* : quod in aliis est codd. Nec movet me vel quod Marullus falsè propterea epigrammate suo rideat Politianum ; vel Scoppeæ *,

† Miscell.
cap. 44.
† Henr. Petr.
an. 1532.

* Lib. I, Cal.
lect. cap. 34.

† lib. 10.
Advers.
cap. 13.
† Institut.
Orat. lib. 4.
cap. 12. s. 2.

aut Turnebi † argumentum, qui existimant, dici non posse *cantare ne-ctar*, quia nectar non canatur, sed bibatur. Nam ἀκρολογία ittiusmodi in alio me scriptore moveat, in Persio non item. Ac alibi † firmavimus hanc lectionem è Martiano Capella lib. ix. Nam ut hîc dicitur *cantare Pegaseium nectar*: ita ait ille *vocis Pegaseiæ nectar*. Quod sine dubio de Persiano illo adumbratum.

Et hæc de regulis generalibus; quæ qualia qualia sunt, non infructuosa spero erunt adolescentiæ, modò cruda nolit studia ad forum vel umbonem propellere. Eos verò non moramur, qui talia facere negant πρὸς τὰ ἀλλοτρία*: quibus solis qui studia sua metiuntur, eos prope dixerim mentem infodere intestinis, eoque similes esse asello pisci (ὄνον, ἐνίσσιον, θάλακρον ἢ χερδάρην vocant Græci †) quem solum animantium cor habere in ventre, scripsit Aristoteles, & ex eo Clemens Alexandrinus lib. 11 Pædag. †.

* ad sari-
nam.
† Plin. lib. 9.
Hist. Nat.
cap. 17.
Athensau
lib. 3 ex Do-
ctrine, Eusta-
thius in H. A.
pag. 862.
edit. Rom.
† cap. 1. sive
pag. 34. edit.
Florent. Gr.

CAPUT XVII.

Pighii Ovidiana emendatio rejecta. Focale, & deciduus, pro significatione variâ variant quantitatem. Sanates. Pluscula non servantia modulum primitivi. Ετυμολογία lucis, vadi, fatui, tigilli, temeti, aquæ, & aliorum. Totus, cum redditivum est vocis quotus, priorem habet correptam. Præputiî ἐπυμοῦν. De compositis non retinentibus modulum simplicium. Varii refelluntur.

Sed ad speciales regulas accedamus. Quarum aliæ de primis, & mediis syllabis; aliæ de ultimis agunt. In prioribus principem sibi vindicat locum illa de derivatis.

Rectè verò docent, derivata sequi solere quantitatem primogeniorum. Sic secundam in *argumentum* longam esse cognoscimus, quia est à supino *argutum*. Sic eandem in *rudimentum*, quam rudiores corripiunt, produci debere, liquet ex supino *erudium*. Eoque Valerius Flaccus lib. 111:

Grata rudimenta Herculeo sub nomine pendent.

Et Aufonius idyll. xv:

Dura rudimenta, & juvenum temeraria pubes.

Ad canona hunc non attendit doctissimus Stephanus Pighius, cum in primo Annalium Romanorum * legere jubet apud Ovidium in Sexto Fastorum:

Plantius †, ut possent specie numeroque Sanatum

Fallere, personis imperat ora regi.

* ad annum
Vrbis 642.
† Alii codd.
Callidus
ut possent.
Vel etiam
Claudius
ut possent.

Ipse enim non diffitetur, *Sanates* dictos à sanata mente : unde in XI I Tab. opponuntur *fortes*, & *sanates*; ubi *fortes*, qui constantes; *sanates*, qui defecerant, sed ad saniozem redierunt mentem. At priorem in *sanus* produci, arguit compositum *insanus*. Vt omnino rectum fit *Sanatum*, quod legere est in vulgatis, & MSSis omnibus.

Similis error vulgi, quando in *trituro* †, quod verbum sequioribus seculis irrepsit, corripunt mediam. Est enim à *tritura*, quod eam habet porrectam. Maro I Georg.

Magna que cum magno veniet tritura calore.

Interdum autem origo diversa modulum variat.

Sic *focale* à faucibus producit priorem, apud Martialem lib. XIV, Carm. CXLII.

Hoc focale tuas asserat auriculas.

At à *foco* corripit. Horat. sat. III, lib. II.

— Ponas insignia morbi

Fasciolas, cubitale, focalia.

Deciduus à *cado* producit. Ovid. Met. VII.

Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus.

At à *cado* corripitur; uti *succiduus*: quo idem usus Met. X. *Poplite succiduo.*

Sunt interim quædam, quæ recedant à natura eorum, unde derivantur. Vti brevia sunt à longis, *sagax* à *sagire*, unde *præ-sagire*; *noto* à *supino notum*, *nato* à *natum*, *sopor* à *sopio*, *arena* ab *areo*. Horatius lib. III, od. IV:

— *Bosporum*

Tentabo, & arenas arenas

Litoris Assyrii viator.

Sic *fides*, quod est à *fido*, ut Græcis *mîsis* à *πένεσις*. Ne quem Ciceronis, vel B. Augustini moveat autoritas, qui à *fio* deducunt. Quamquam sic quoque sit à primigenio longo. *Varicosus* etiam primam corripit Perfio sat. V. & Iuvenali sat. VI. Est tamen à *varix*; hoc à *varus*; quod priorem producit Horatio, Ovidio, Perfio; uti & *varicus* eidem Ovidio in tertio de arte. Idem in propriis fit. Nam à *quintilis* sunt *Quintilius*, *Quintilia*, & *Quintilianus*; à *sextilis*, *Sextilianus*. Tamen à poetis corripuntur. Catullus Carm. xcvi.

Quintilia, quantum gaudet amore tuo.

Horat. lib. I, od. xxiv.

Ergo Quintilium perpetuus sopor.

Martial. lib. II, Epigr. xc.

Gloria Romana, Quintiliane, tog.e.

F f 3

Idem

† Apud Vet.
Scriptura
interpretes
Esa. c. 28.
v. 28 & 41.
15. item
Osee 10. 11.
& I Cor. 9.
10. atque
alibi.

Idem lib. I, epigr. XII.

Bis decies solus, Sextiliane, bibis?

Sed dicere possis, ut à *Quintus*, & *Sextus*, sunt *Quintilis*, & *Sextilis*: sic à propriis *Quintius*, & *Sextius*, esse *Quintilius*, & *Sextilius*; unde *Quintilianus*, & *Sextilianus*.

Longa verò à brevibus sunt, *humanus* ab *homo*; *humor*, & *humidus*, ab *humis*; *secus* à *secus*; *laterna* à *lateo*, (si sic dicitur, quia intra cornu lateat, tutaque sit flamma) *macer* à *macer*, &c.

Parque ratio in propriis quibusdam. Quale est *Sena*, oppidum & flumen in Hadriatico litore, quod priorem producit. Nam Græcis est *Σῆνα*: etsi nomen iis dedere Galli *Senones*, qui Græcis quidem interdum *Σήωνες*, ut Polybio: sed usitatius aliis *Σένωνες*, *Σένωνες*, vel *Σείωνες*: ac Latinis semper efferuntur priori correptâ. Eam vocis originem adducit Silius lib. VIII:

Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.

Et lib. XV: — *Qua Sena relictum*

Gallorum à populis servat per secula nomen.

Sunt præter hæc & alia non pauca, quæ à fonte recedant. Interim & multa coacervant Grammatici, in quibus iudicium eorum jure desideres. Vti cùm excipiunt *fomes* à *foveo*, cum sit à *fortum*, ut à *motum* *momen* & *momentum*. Fortasse & regulam sequuntur *regis*, & *regula*: nempe ut sint à *supino re-ctum*. Simileque *regula* à *re-ctum*, *seculum* à *se-ctum*: quæ cùm à præsentī malunt deducere, decipiuntur eo, quod in prioribus quidem consona sæpius redeat præsentis, in omnibus verò altera consonans abjiciatur.

In multis etiam, quæ excipere solent, vel crasis est, vel compensatio temporis ob syllabam per syncopen deperditam. Sic *junior* est ex *juvenior*, *novus* & *denus* ex *noventus* & *decenus*, *ceruus*, vel *Cerrius*, ex *Cerevrius*, *stipendium* ex *stipipendium*.

Sunt etiam, quæ, contra primigenii naturam, ed corripiantur, quod literam perdant. Vt *mamilla* à *mamma*, *osella* ab *ossa*, *curulis* à *curro*, *farina* à *farve*, *desertus* à *dissero*; quæ quantitatem non servant, quia literam amittant. Idem fit in *stringilis* à *stringo*, ac *fragilis* à *frango*. Nisi malis hoc venire à *φραγία* sive *frago*, unde *fregi*; ut *pegi* à *pago*, non *pango*: qua de re illustris est apud Quintilianum locus, lib. I, cap. X. Sanè non pauca sunt, quæ remotiorem *ἑτυμολογίαν* sequi ament, haut secus ac in liberis fit, qui interdum avis aviisque, quam parentibus, sunt similiores. Tale est *fatuus*, quod sequitur, non Latinum *fari*, sed Græcum *φάω*, unde *φημι*. Item *lucerna*, quod refert modulum *λύκη*, unde *λυκ* contractum est. Propert. lib. IV, eleg. III.

Sen

Sen metuit tangi parca lucerna micro.

Martianus Capella ultimo sui operis carmine :

Habes senilem, Martiane, fabulam,

Miscella lusit quam lucernis famine

Saina Pelasgo, quam docere nititur

Artes Creagris vix amicas Atticis.

Scribit Becmanus in Erymologico suo, idem fieri in *lucubro*, quia cum à luce sit, primam nihilominus corripit, haut fecus ac *lucerna*. Sed fallitur. Nam Martialis est lib. iv, epigr. xc.

Hæc dat nocturnis, nox lucubraia Camænis.

Idem vult simile esse *tigillum* à *rego*. Sed hac quoque in parte decipitur. Nam à *rego* *regillum* diceretur. Sed est *tigillum* à *tignum*, ut *sigillum* à *signum* : cuiusmodi quantitatem mutant ob literæ amissionem, quemadmodum antè diximus. Accommodatius exemplum est *vadum*, quod quantitatem habet, non vocis *vado*, unde ἀμέσως descendit; sed ἔβαδιζω, vel potius ἔβαδω, à quo *vado*, ut & inde τὸ βαδιζω venire, Eustathius ait in Il. Z†. Simile etiam est *noto*, quod non sequitur quantitatem supini *notum*; sed Græci νοῦ, unde νοῖσκω, νῶσκω, γνωσκω, à quo *gnosco*, (quo utitur Varro) & per aphæresin *nosco*. Adde his *bubulcus*. Nam cum *bubus* apud antiquos producat priorem, quia ex *bovibus* contrahitur, ut ex *bovicula* *bucula*, quod & ipsum iccirco producit primam: *bubulcus* tamen sequitur primam in *bovibus*, ex quo *bubus* fit. Maro Ecl. x.

† pag. editi
Rom. 637.

— *Tardi venere bubulci.*

Ac, ne quis objiciat, quòd Servius hîc legerit *subulci* : Ovidii est iv de Ponto eleg. vii.

Ipse vides, onerata ferox ut ducas Iazis

Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.

Alios etiam alii committunt errores. Ut cum Aldus Manutius exipit *totus* à *tot* : quod primogenii modulum servare, Manilii hoc indicat in tertio :

Detrahitur summe tota pars, quæ demis utrimque.

Neque nescivit hoc Buchananus, qui lib. v Sphæaræ ait :

Tum quot. a pars Lunæ Solis subtenditur orbi,

Pars ferrugineâ latitat tota Solis in umbra.

Imposuit non ignobili Grammatico, quòd *totus* pro *integro* producat priorem. Sed cum ejus significatio etiam abeat, fortasse aliunde erit, quam à *tot*. Nam quid si dicamus, *totum* contractum esse ex τὸ ἅλον ? Satis enim probabilius defendi hoc possit : quia Λ, & Τ, permutari interdum vel argumento est, quòd Achillis mater antiquis *Thelis* pro-

Thelis.

Thetis dicebatur, Varrone teste lib. III de R. R. cap. IX. Latinos verò nonnunquam articulum jungere nomini, ostendit *temetum* ex τὸ μέθυ, & *aqua* quasi ἀ χροά, quia funditur: aliaque ejus notæ alibi adduximus.

Videntur & quidam olim excepiſſe *ſerofus* à *ſeria*. Servius enim ad illud Maronis Ecl. VII. *Serofi caput hoc apri*, ſcribit hunc in modum: *Multi per diſas E ſcribi volunt propter metrum*: quæ profectò non intelligo. Nam & *ſeria*, & *ſeriger*, ac *ſerofus*, primam ſemper producant. Nec oportuit præputium excipi, quia ut ajunt, fiat à præputando. Nam à *puta* live *puta* eſt præputium; ut apud Catullum *ſalapatium*, quaſi *ſalax putata*. *Putata* vero live *puta*, cujus uſus eſt in carmine Ithyphallico, venit à πύθη, unde præputium, & Græcis ἀκροπόδιον, τὸ πύθης πύχρον, teſte Polluce*. *Nequam* etiam non eſt à *nequea*, ut Aldus ſcripſit lib. IV Gram. Inſt. ſed fortaffe, quod Varro tradit lib. III de analog. ex *ne* & *quicquam*, mediâ ſyllaba extrita. Cumque vulgo, & hos inter idem Aldus, excipiunt *petus* à *peto*, *manus* à *mano*, *rete* à *retineo*, *rapus* à *rapio*, *pedor* à *pede*, aliaque id ſer. us; metuo ne multis potiùs, qui neſciunt, *Quid diſtint æra lupinis* t, quam paucis, hoc eſt, ſerid eruditis, ἐτυμολογίας ſuas probent. Et, ut veræ eſſent origineſ, quanto fatiùs ſit iſthæc poëtarum lectione, quam præceptis Grammaticis addiſci?

* lib. 2, cap. 4. s. 36.

† Horat. in epiſt.

Quid quod etiam excipiant, quæ revera ejus quantitatem ſervant, unde ipſi derivant? uti cum dicunt *lotium* primam corripere, etſi veniat à *lotum*. De quo vulgaris eſt verſus: *Et farinus, ligula, & lotium, ſiquidemque, ſigillum*. Nam *lotium* non minùs producit primam, quam *lotum*. Catulli enim ſunt ſcazontes iſti in Egnatium:

*Vi quo iſte veſter expolitor dens eſt,
Hoc te amplius biſſe prædicet loti.*

An *quatuor* excipi debeat, quæritur. Negat Barthius Adverſ. lib. XXVIII, cap. XVI. Nam, inquit, ut *quater*, eſt breve, ita & *quatuor* corripitur Ennio: ut, cum producit, *quatuor* ſcribendum. Sed Ennio *quatuor* eſt ſpondeus. Et ſanè nulli poëtarum *quatuor* primam corripit: ut Barthium audiendum minimè putem. Idem lib. XXIIX, cap. XIV ait, Aufonium Ennii exemplo dicere in Cleobulo:

Gradibus propinquis in quatuordecim ſedet.

Sed & hic συλίζησιν ſtatuo, ut quartâ ſede ſit ſpondeus. Fortaffe & prima in *focilo* producenda, etſi à *focus* ſit *foculus*, à quo *foculo*, ſive *focillo*: unde formâ diminutivâ *refocillo*. Sanè primam producit Lucanus, ſive malis Ovidius, carmine ad Piſonem:

Sed miſerum parvâ ſtripe focalat, ut pudibundum.

Scaliger, modulo offenſus, malit legere *munerat*. Sed longiùs id abit. Et probam eſſe vocem, arguit, quòd Tranquillus in Auguſto dicat

cap.

cap. XVII : *Societatem semper dubiam & incertam, reconciliationibusque variis male facilliam. Vel, facilliam.* Gloſſæ vet. *Facillu, Sontéud.*

Mirum vero in *Apulus & Apulia* sic variare quantitatem. Nam prima in *Apulus* semper est longa : ut in *Apulia* est anceps. Secunda in priori semper brevis : in posteriori semper longa.

A derivatis ad composita tranſeo ; quæ ipsa , si laxè ſumas derivatorum nomen, rectè inter derivata cenſentur. Par vero ratio est utrorumque. Ita primam corripit *tubicen* quia prima in *tuba* correpta est. At ne imponat Fulvius Vrſinus , qui in collatione Maronis cum Græcis sic Ennii verſum legit :

Tubaque terribili ſonitu tarasantara dixit.

Nam ſcriplit Ennius , *At tuba.* Nempe uti Maro * , qui Ennium * *Æn. 9.* imitatus :

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro.

Nec tamen hæc regula nunquam fallit. Nam *imbecillus*, etſi à *baculus*, vel *bacillus*, fiat, ſecundam tamen producit apud Lucretium, atque Horatium : in quo falſus Prudentius in *ΘΕΙ ΣΕΦΑΥ.*

Quem lex corporis imbecilla poſcit.

Cujus quoque est ſenarius iſte :

Vas appetendis imbecillum gaudiis.

Etiam excipitur *ſemiſopitus* : cujus tertiam corripit Naſo i Amor. Eleg. XIV.

Purpurea jacuit ſemiſopita toro.

Et in epiſtolà Ariadnes : — *Movi*

Theſea preſeruas ſemiſopita manus.

At in ſimplici prima ſemper eſt porrecta. Maro i *Æn.*

Hunc ego ſopitum ſomno.

Et Ovid. VII *Met. Fab. 1.*

Pervigilem ſuper eſt herbis ſopire draconem.

Quare exiſtimare aliquis poſſit , pro *ſemiſopita* utrobique eſſe *ſemiſopora* legendum. Sed in Ariadnes quidem epiſtola codices aliqui habent *ſemiſopulta*; in altero autem loco conſtanter legitur *ſemiſopita*. *Semiſopora* neutro loco codd. habent. Etiam *convocium* malè excipiunt , cum non ſit à *con*, & *vitium* ; ſed à *cum* & *voce*, quaſi *convocium* : unde & per c ſcribitur, contrà quàm in *vitio* fit. Nec ſiquidem excipere opus erat ; cum I *ἀναλόγως* corripiatur in priori parte compoſitorum : ut in illo Enniano de *Æacidis* ;

Arripotentes ſunt magis, quàm ſapientipotentes.

De quo poſtea pluribus dicemus. Tertia in *maledicentior* quanta ſit, minus eſt apertum. Tamen porrectam putem , cum ſit non à *maledicentis*, ſed à *maledicens* ; quomodo & *benevolens* dixere, unde *benevolentior* ; & *malevolens*, unde *malevolentior*. Sed utrum brevis, an longa ſit ea ſyl-

G g

laba,

laba, parum refert, cum vox ipsa vix locum habeat, nisi in jambico : in cujus fine posita, quanta sit, nihil refert, nisi fortè absque spondeis versum extruere sit visum.

CAPVT XVIII.

Accentus in compositis simplicis quantitatem non caussat, sed signat. Nec semper ex accentu περιήλων capere licet. Dux in Martiali emendatio refellitur. Fortasse ἀναλόγως in abscondi mediam interdum produci: nempe ut sit non a scindo, sed cædo. Ambitus cum participium est, vel producere mediam, vel ancipitem habere. Germani Valentiis de hoc sententia rejecta. Cur mediam habeat ancipitem. Ambe. Cur in ambages, & indago med: a sit longa. Nihilum mediam corripere, contra Giffanium, probatur.

Proximum inter speciales canonas locum habet is, qui est de cognoscenda quantitate ex compositione per accentum. Qui canon differt à superiori, quòd is universè spectet primas mediasque syllabas; hic duntaxat pertineat ad primas: ille item à causâ argumentum petat; hic à signo: haut aliter ac si quis ex derivati quantitate colligat de primigenio. Neque enim accentus vim habet, vel producendi, vel reddendi syllabam brevem; sed solum, quanta sit syllaba, indicat. Quod exemplo manifestius fiet. Nec enim, quia *præpotens*, vel *benevolus*, dicimus penè ultima brevi, eò prior in *potens*, aut *volo*, correpta est: sed quia corripitur, eò in *præpotens*, & *benevolens*, ea syllaba est brevis. Nec quia *conscribo*, & *interdico*, penultimam producant, eò in *scribo*, & *dico*, prior est longa: sed quia hinc longa est, ideo eadem in compositione producitur. Est igitur accentus compositorum non causâ quantitatis in simplici, sed signum.

Neque semper ex accentu argumentum capere licet; quia est, ubi hæc regula fallat. Vt in *dico*, cujus composita *maledicus*, *fatidicus*, & similia, simplicis naturam non retinent. Vti nec *cognitus*, & *agnitus*, à *notus*; nec *pejero*, & *dejero*, à *juro*; nec *pronuba*, & *inmuba*, à *nubo*; à quo cum & *connubium* veniat, secundam tamen habet communem. Nisi ubi corripitur videtur, συνίτησι: ut in illo Maronis:

Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.

Quomodo primus pes fuerit spondeus.

Abscidi quoque mediam habet indifferentem, quamquam *scidi* priorem semper corripiat. Corripit utrumque Lucanus. Nam lib. III, inquit:

Aut scidit, & medias fecit sibi litora terras.

Idem

Idem lib. eodem: — *Quales rupes, quam vertice montis*

Abscidit impulsu ventorum adjuncta vetustas.

Vt & Catullus ad Mallium:

Abscidit. ô misero, frater, adempte mihi!

Etsi hic vet. quædam editiones habent, *Abstulit*: uti Aldina, & eâ antiquior Regienfis anni MDCCC LXXXI. At producit idem Lucretius lib. IV, si Aldinam sequimur:

Abscidit nostræ multum fors invida laudi.

Vbi alii, *abscondit*. At magis consentiunt codices de isto in VI:

Illa comam levâ morienti abscidit ephebo.

Ac similiter Cæsar Germanicus, epigrammate de Thrace puero, quod in poetarum veterum catalectis legitur:

Diemque imæ partes rapido traherentur ab anni,

Abscidit tenerum lubrica testa caput.

Vt omnino frustra sit Duza, cùm Martialis versum lib. III, epigram. LXVI, ita corrigendum putat:

Abscidit heu vultus ensis uterque sacros.

Pro quo rectè in antiquis codd. legitur,

Abscidit vultus.

Nec tamen repugnem, si quis malit, cùm mediam corripit, esse ab *abscondo*; cùm producit, ab *abscido*; quod componitur ex *abs*, & *cedo*; ut *abscondo* ex *abs*, & *condo*; *abscedo* ex *abs*, & *cedo*.

Priscianus quoque in IX, iterumque in X scribit, *ambitus*, quamquam sit ab *itum*, tamen producere penultimam, quando participium est: at quando nomen est, corripere eandem. Prora & puppis ejus sententiæ hodie non alia est, quàm Ovidianum illud I Metam.

— *Rapidsque tumescere ventis*

Iussit, & ambitæ circumdare litora terræ.

Sed putamus, olim quædam similia existisse apud veteres. Quod dum non cogitat Germanus Valens Pimponcius ad VI Æn. locum de mendo suspectum habet. Nec de nomine & participio discrimen agnoscit, eò quòd participium etiam corripiunt poetæ. Sanè gemino in loco * ait Lucretius:

Morte obiitâ quorum tellus amplectitur ossa.

Et Maro in X:

Morte obiitâ, qualis fama est volitare figuræ.

Sed de mendo quod dicit, malle tacuisset: cùm sollemne sit ignorantæ asylum, locos Crotone saniores, mendi habere suspectos. Sanè non solum in membranis nostris, & quibusque antiquis editt. constanter ita invenimus: sed etiam Priscianus sic legit, & qui ante eum fuerunt

* lib. I, vers.
135. & lib.
4, vers. 735.
Sed hic est:
Quorum
morte obi-
ta.

runt Grammatici. Quamquam, an nomen, & participium, modulo differrent, non satis inter eos conveniret. Nam ut in fine noni Priscianus ait, *Scilicet vix similem esse in utroque tenorem putavit*. Sed, ut ibidem addit Priscianus, *Vellejus Celer, respondens Hadriano imperatori per epistolam de hoc interroganti, declinatione & tenore ambitus nomen à participio ostendit discerni*. Quæ sola verba, cum antiquitatem summam ejusce sententiæ ostendant, omnem mendii suspensionem eximere nobis debent. Cæterum cum Lucretius etiam participium corripiat, & jam olim circa modulum hujus syllabæ hæserint eruditi: penè in eam opinionem venimus, *ambitus* nomen ab omnibus correptâ penultimâ pronunciari solere: at participium alios quidem produxisse, fortasse differentiæ causâ; alios vero, nec pauciores, corripuisse.

Sed unum est, quod objici possit. Cur enim in *ambitus* magis discrimen sit nominis, ac participii, quàm in illis, *abitus, aditus, exitus, initus, obitus, præteritus*? Quæ sive nomina, sive participia sint, semper *i* corripunt. Cur igitur in *ambitus* secus fiat? Non difficile mihi hunc ictum exire, cum dispar ratio sit in *ambitus*, ac in cæteris. Nam in nullo illorum, quæ diximus, uti nec in *subitus*, vel *periturus*, *i* produci potest; quia nulla in iis est contractio, contra quàm fit in *ambitus*: quod est conflatum ex *ambe* & *itus*; unde per diphthongum in media *ambeitus*, & ei in *i* longum abeunte, *ambitus*. Ut igitur etiam *ago* corripit priorem, tamen *ambages* mediam producit, quia est contractum ex *ambeages*, quod ex *ambe*, & *ago*: ita & *ambitus* producit secundam, quia ex *ambeitus* contrahitur. Vulgò præpositionem *ambe* ignorant. Sed est ea apud Varronem in VI de L. L. ubi doctissimus ille Romanorum Lucillii hoc adducit, *Quid tibi ego ambages, Ambivvi, scribere conner?* ac deinde ait, esse id verbi ab *ambe*: quod & in *ambitus*, & *ambitusus*. Et sanè ut *ambo* est ab $\alpha\mu\phi\omega$; ita ab $\alpha\mu\phi\iota$ prius fuit *ambi*, vel *ambe*: quod etiam remanet in *ambivalis*, *ambigo*, & *ambaxi*. Estque inde truncatum *am*: quod in *amfântus*, & *amermi*, & *m* in *n* abeunte in *ambulo*, ex *am* & *halo*. Vulgò putant, *ambio* esse ex *am*, & *eo*; *ambages* ex *am*, & *ago*; ac *b* inferi, ut in *amburo*, quod esse volunt ex *am*, & *uro*. Sed nec *amburo* est ex *am*, sed *ambe* & *uro*. Nec si ab *am* esset, necesse foret recurrere ad epenthesein literæ B. Dicam enim esse ex *am*, & *buro*, à quo etiam *comburo*. Nec enim *uro* tantum, sed & *buro* videntur dixisse. Ac ut *uro* ab $\gamma\kappa$, id est *ignis*: ita *buro* ex $\pi\upsilon\rho\omega$, quod à $\pi\upsilon\rho$. Quare sic statuimus, ut *cozo* priorem producit, quia est ex *coago*; ut *indigo*, quia est ex *induago*; nempe veteri præpositione *indu* pro *in*, & *ago*; ut etiam in *Diana* prior quandoque producitur, quia tum sonaret, ut *Dejana*, quod contractum ex *Dea Iana*: sic & *ambitus* produci, quia

quia est ex *ambitus*. Quando verò *ambitus* mediam corripit, non contractio est, sed syncope: quomodo & *Dianam* superius dicebamus corripere primam, quando ex *Des Iana* non per crasin, sed per syncope fit. Hæc fusiùs aliquantò sum profecutus, quia viderem, nec verteres ipsos satis se hinc extricasse.

Nec de nihilo est, quòd de *nihili* medià disputant. Nam in *hilum* priorem esse porrectam, liquet isthoc Lucillii:

Quodque tuas laudes culpes, non proficis hilum.

Est & veteris poetæ apud Ciceronem lib. I Tuscul.

— *Num illud, quod Sisyphi' versat,*

Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum?

Et Lucretii lib. III.

— *Nec desit ponderis hilum.*

Eodémque modo alibi sæpe apud eundem scriptorem. At quid aliud est *nihilum*, quàm *ne hilum*? Itaque cum alii, tum Obertus Giffanius, in præfatione ad Lucretium, penè ultimam in *nihilum* jubet producere. Sed ne ille se turpiter det, qui hunc sequatur ducem. Non jam contra eum adferam hoc Claudiani lib. II de raptu Proserpinæ:

Nullane te flexit pietas, nihilumne paternæ

Mentis inest?

Quamquam hæc vera sit lectio, quam Claverius ex vet. codice expressit; cum antè etiam in Parrhasii, & Antonii Delrio editione pro *nihilum* vitiosè legeretur *nullum*. Nec adducam illud Persii Sat. III:

— *Gigni*

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Nam utrobique, scio, *ουκινον* esse dixerit, quomodo *vehemens* Catullo disyllabum est, & *pituita* Horatio trisyllabum. Verùm nihil habet, quod obducat aduersus istud Catulli in nuptias Iuliæ, & Manlii:

At, marite, ita me iuuent

Cælestes, nihilominus

Pulcher es: neque te Venus

Negligit.

Ac Ausonius similiter Eidyl. III:

Cuncta capit Cræsus, Diogenes nihilum.

Excipere etiam oportuit *assatim*, quod à *sari*, vel *satim*. Corripit enim mediam Attius:

Tum jecore opimo facta & satiata assatim.

Vt trochæus, non spondeus sit initio Plautini hujus:

Assatim est hominum in dies, qui singulas escas edunt.

CAPVT XIX.

De præpositionum modulo in compositione. Omitto ex obmitto. *Quanta sit cis in compositis. De modulo primæ in citimus, & ceterior, adversus Buchananum. An primam in adigat producat Lucretius. In plusculis præverbum loquere se esse longum: nec propterea consonam debere geminari. Reicio pro rejicio: sic abicio, adicio, subicio, obicio. Subices. Reicula ovis. Eicit, & reice, trocheus. Unde sit, quod porrecta sit syllaba ante i inter vocales duas positum. An primam in rejectantem corripserit Maro. Male excipi refert pro utile est. Refert ad rem meam, pro mea refert. Apella, apis, amarus, non venire ab a præverbio. An prima in delicatus Valerio Flacco corripitur. Profectò, & proficiscor, quam originem habeant. Ausonius etiam in profectus à proficio producere est usus. De prima in propago tam nomine, quam verbo.*

VENIO ad tertium canona specialem, qui est de præpositionum modulo in compositione. Ex his correptæ sunt *ab, ad, ante, in, ob, per, sub, super.* Et ob quidem etiam ante consonam, si *b* deperdat. Horat. in Arte:

Plevaque differat, & præsens in tempus omittat.

Etiam *circum* addere potuerunt. Quod in compositione posteriorum corripit, ut cætera in *M* exeuntia.

Cis quoque præpositionibus correptis lubens accenseam, et si idonei testis exemplum non occurrat. Atque idem visum Petrarchæ; cujus est lib. IV *Æfricæ*:

Flenda Cisalpinis jam Gallica rura colonis.

Imò apud antiquiores argumenta extant, quibus modulus ejus colligatur. Nam eadem est quantitas illius in compositione, quæ extra illam: quemadmodum in *ad, ob, per,* atque aliis, usu venit. Atqui, uti *bis,* ita *cis* breve esse, *αιναλογία* indicat. Præterea ex derivatis *citra,* & *citro,* atque etiam superlativo *citimus,* idem colligitur. Nam priorem quidem in *citra* Horatius produxit: sed eam ancipitis esse intervalli, indicat *citro* in hoc Sidonii Apollinaris*, propemptico ad libellum:

Vincens adspiciat, citroque Tarnis.

Prout editum in editione Tornæsiانا †. Sed fortasse rectius *citus,* ut à Savarone expressum. At illud certum, *citimus* corripit à Fulgentio in *Astronomicis* ‡:

*Quæ citimus limes dispescit turbida puris,
Inviolata meat.*

Quare,

* *carm.* 24.
† *an.* 1552.
‡ *Habes in primæ veterum cura P. Pithæi dicta. Aliis Varronii Atacini, sed perperam puto. creditur.*

Quare, ut puto, culpâ non vacat, eximius poëta, Georgius Buchananus, cùm lib. II Sphæræ ait :

— *Quæ citima fulgent*

Sidera.

Et mox :

Et quò ceterior quisque, magis impetus illum

Longinqui vincit cæli.

Rectius idem in Iephthe priorem in curo corripit, Sc. *O spes inanis :*

Vtro curoque verba commuaveris.

Quod verò de præpositionibus correptis diximus, id an vetustiores æquè obseruarint, minùs est apertum. Negat Giffanius de Lucretio, cuius illud est in lib. III.

Nec desiderium nostri nos adigit ullum.

Ad quam lectionem proximè accedit, quod *idigit* in MSS quibusdam invenitur : sed in vett. nostris membranarum disertim est *adigit* : atque in editione Florentina * Iuntæ, quæ à Petro Candido ante seculum, & aliquanto amplius, restituta fuit, similiter, sed geminatâ consonâ, *addigit* excusum est. At tamen hanc veram esse lectionem spondere non audemus in eo doctorum dissensu. In Aldina enim à Naugerio recensitâ *artigu* legitur, Lambinus *adfcit* mavult, Turnebus *adlicu*, atque alii fortasse aliud. * an. 1512.

Credo causam aliquis requirât, cur præpositiones istæ in compositione, sint correptæ. Nimirum ratio est, quia & extra compositionem sunt breves.

Præter verò eas est & alia, sed, ut veteres vocabant, loquularis, ut nunc fere loquimur, inseparabilis. Ea est *re* : quæ & ipsâ naturâ est brevis, ut liquet ex *retro* : quod priorem habet ancipitem. Atqui ut ab *in* est *intro*, unde *introsum*, quasi *introorsum* : sic à *re* est *retro* ; uti inde *retorsum*, quasi *retoversum*. Sed ut hoc sæpius est breve : sunt tamen non pauca, in quibus anceps videatur. Ut in *retulit, repulit, reperit*. Itaque in postremo hoc non dubitavit Ausonius eodem disticho & producere, & corripere. Locus est epigr. XXI I :

At qui condiderat postquam non reperit aurum,

Aptavit collo, quem reperit, laqueum.

Sed uti in eo non facile corripiendum, ita rarò producitur in *recidit*, & *reducit*. Idem tamen Ausonius Parentalium v :

— *In retricos recidit imperium.*

Et eo potior Iuvenalis sat. XII.

— *Tunc adversis iugibus, illuc*

Recidit, ut malum ferro summitteret.

Cæsar quoque Germanicus in Arateis :

Sub-

Vide Vaufroni Orth. I. p. 267 in Recido & p. 267. in Reddere.

Subicit, & forib. reducit vincula clostri.

Vbi *predicū* legas in Morellianā, & antiquissimā Aldinā. Producit eandem Plautus Perf. Act. iv, Sc. v, vers. cvii. Quomodo & prima in *remigat* ei porrecta est eadem Comœdiā act. v, sc. vi, vers. iiii. Sed longum sit hujusmodi confectari, quæ passim obvia sunt. Vide, sis, quæ scribit Iosephus Scaliger in Antonianis Lect. lib. ii, cap. xxi, & ad Propertium lib. ii, eleg. xxii. Item ad Lucretianum Giffanii indicem in *Recidere, Reducere, Refrigere, & Remouere*. Nec tamen propterea putandum, posse ubivis produci. Neque enim id veteres fecere unquam, nisi ubi consona sequens posset duplicari. Vt in *redico*, ubi non minus geminari potuit, quàm in *reddo*. Sed in *redeo, redoleo, redondo*, & similibus, numquam producitur, quia hæc jam ad hiatus vitandum D semel admiserant. Neque item reperias in *revolvo, revertor, revello*, & istiusmodi aliis, quia natura geminationem V consonæ non patitur. Neque hæc sic accipi velim, quasi iccirco, quoties producitur, consona debeat geminari: uti existimant, qui *reccidit, reffugit*, & similia rescribunt apud veteres, sanè parum scientes, quid aurium seruiat voluptati. Sed satis esse debet, si sciamus, ubi veteres RE producant: nec propterea nobis semibarbaris permittere tantum debemus, ut vocabula Latini sermonis licenter, literam appingendo, corrumpamus.

De modulo primæ in *Rejicio* litem movent quidam. Sanè Servius videtur habuisse pro brevi. Nam ad illud x Æneid. — *Ruulorum rejicit arvis*: ait, *re longum esse spe, quia per declinationem longum futurum est: tamen quia id argumentum magis est, quàm vario, dici posse, cetera in factam, quæ poetis plerumque conceditur*. Idem dicit ad illud i i i Georg.

Rejice, ne maculis infuscer vulnera pullis.

Aut, inquit, *Re*, quasi monosyllabam produxit licenter, aut, cum faciat *rejeci*, i pro duplici habetur. Puto autem, Servium *reicit*, & *reice*, legisse unico I. Nam mens ejus videtur, etsi RE in præsentī naturā breve sit, tamen quia in præterito, ob I inter duas vocales collocatum producitur, ed etiam in præsentī à poëta produci. Quæ locum non haberent, si in præsentī etiam I inter duas vocales medium foret. Et sanè veteres *reicio*, pro *rejicio*, dixisse, ostendit hoc Maronis Georg. i i i.

Tityre pascetes à flumine reice capellas.

Vbi Servius sede quintā proceleusmaticum esse dicit; qui totidem tempora habet, ac dactylus. At *rejice* si legas, erit pæon primus; quia juxta Servium, I inter duas vocales vim duplicis accipit. Neque in *reicio* solum, sed aliis etiam cum *jacio* compositis, A, sive succedaneum I, exitum invenitur.

Iuve-

Juvenalis sat. xv :

— *In mare magnum*

Hunc abicit sœvâ dignum, verâque Charibdi.

Martialis lib. x, epigr. lxxxii :

Siquid nostrâ tuis adicit vexatio rebus.

Lucanus lib. vii :

Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat.

Idem in viii :

Cur obicis Magno tumultum, mansque vagantes.

Suntque ejus generis trecenta.

Idem è derivatis liquet. Nam & à *subicio* nubes *Deum subices*, quasi subjectas, dixit Ennius Achille ; teste Festo, Nonioque : ac à *reicio*, ut ex eodem Nonio constat, *oves reiculas* dixit Varro ; quas pastor rejiceret, & à reliquo grege removeret.

Imò I quoque, pro A positum, ejectum reperias, ubi cum præpositione longâ componitur. Lucretius lib. iii * :

Nec radicibus è vitâ se tollit, & eicit.

* vers. 891.

Item lib. iv † :

Eicit enim sulci rectâ ratione viâque.

† vers.
1265.

In Florentinâ, priori loco, pro *eicit* est *icit* ; in posteriori *ejicit* legitur. Sed rectum est *eicit*, quod in Lambini, ac Giffanii editione, nostris etiam membranâs approbantibus, invenitur. Utrobique autem *eicit* dissyllabon est, *ἔσωαιρετον* : in quo Lucretium, ut aliâs sæpe, imitatus Maro ‡, versu isto, quem supra adducebamus :

‡ Ecl. 3.

Tyre pascentes a flumine reice capellas.

Nam qui proceleusmaticum statuere hic malunt, quod etiam Cæsar Scaliger * facit, quid de Lucretio dicent, apud quem nisi *eicit* dissyllabon statuamus, metrum non constabit ?

* cap. 12 de
causs. L. L.

Atque ex his satis evidens esse puto, primam in *reicio* esse correctam ; longam verò in *reicio*. Causam hanc adferunt Servius, Scaliger, alii, quod I vim duplicis hîc obtineat. Sed hanc sententiam refellebamus lib. i, cap. xxi i. Vera autem, cur produceretur, ratio è pronuntiatione veterum peti debuit. Nam quoties I medium inter vocales duas locum fortiretur, vocalis præcedens crassius sonabat, & ad proprium sonum aliquid de vocali I assumebat. Itaque *aijo*, *major*, *ejus*, *Pompejus*, penè ita proferebant, quasi nunc *aijo*, *major*, *eius*, *Pompejus* diceretur. Vnde & plerique ea per diphthongum antiquis temporibus scribebant : ut antea † monitum à nobis.

† lib. i, cap.
22 & lib.
hoc 2. cap.
13.

Quod autem de *reicio* diximus, idem in *reiecto* locum habet. Puto enim extulisse hoc prope quasi *reiecto*. Obduci tamen potest Maronis illud in quinto :

— *Crassumque cruorem*

Ore reiectantem.

H h

Quo-

Quomodo enim corripit Maro, si prima penè ut diphthongus sonabat? Sed hoc argumentum profecto sententiam nostram magis juvat. Nam si I duplex consona est, quoties inter vocales duas collocatur: unde est, quòd prima ejus verbi corripitur à Marone? Verùm non utar hoc argumento. Quamquam enim in nostris etiam membranarum, partim *reje.tantem*, partim *eje.tantem* reperimus; neque aliter, quòd sciam, quàm *reje.tantem*, in excusis ullis editum invenitur; eamque lectionem, Pierius quoque, & multi viri doctissimi, calculo suo comprobant: eam tamen semper suspectam mihi reddidit, quòd neque Servius, neque veterum Grammaticorum quisquam, tam insolentis moduli meminerunt. Accessit, quòd Macrobius initio quarti Saturnaliorum pro *reje.tantem*, *eje.tantem* legit; quomodo & Pierius in MSSis aliquot Maronis codd. legi testatur. Quare, ut sana foret lectio vulgata, plus tamen id juvaret causam nostram; qui I inter duas vocales positum duplicem consonam fieri negamus: eoque magis huc inclinatur animus, ut putem *eje.tantem* legi oportere.

Cæterùm quia Grammatici è numero verborum *Re* corripientium, eximunt *Refert*, pro *utile est*: quæri etiam video, quàm rectè hoc fiat. Malim sequi eos, qui venire ajunt non à *re* præverbio loquelari, sed à nomine *res*: quod etiam putavit Verrius Flaccus, ut his docemur Festi verbis: *Refert cum dicimus, errare nos ait Verrius. Esse enim rectum R E I F E R T: dativo scilicet, non ablativo casu. sed esse jam usui possessum.* Vbi duplex adfertur opinio, Verrii una, ut sit à dativo *rei*, unde & I putabat addi convenire: alter aliorum, qui uti *refert* sonarent, ita ab ablativo venire arbitrarentur. Perotto autem nec hoc, nec illud, verisimile satis visum fuit: ut qui integrum esse crediderit *res fert*: atque iccirco genitivo jungi. Vt, *Titii refert*; quod significat, *res Titii ita fert*. Sed de genitivo *Titii* fallitur, cum is regatur ab ablativo *gratiam*, vel *causam*, qui κατ' ἐξουσίαν intelligitur: ut planius fiet libro de structura cap. xxix. Quare si *refert* fuerit ex *rei fert*, integrè erit, *rei fert* causam, sive de causa Titii. Hæc sententia maximè probatur. Et si & aliquid est, quo se tueantur, qui a præpositione *RE* venire malunt. Quippe pro se adferunt, quòd Latini dicant, *ad rem meam refert*: quomodo legimus apud Plautum *Perf. Act. iv, Sc. ii*:

Quid id ad me, aut ad rem meam refert, quid Persæ rerum gerant?
Et ibidem sc. iv:

— *Quia enim te ex puella prius percontari volo,
Que ad rem referunt.*

Nec tamen hoc multùm movet. Nam uti Tullius, aliique scriptores classici, nemo homo dicunt, et si nemo ex me, & homo, componatur; &
Cæsar

Cælar læpius, *significationem facere*, etli *facere* in *significandi* verbo inlit : ita nihil prohibet dicere, *refert ad rem meam*, etli *refert ex res & fert* conflatum lit.

Et hæc de præpositionibus correptis. Longas esse statuunt, à, de, di, e, & se. Sed ab *A* nonnulli excipiunt *Apella*, quomodo ajunt Iudæos appellari, quia sint recutiti ab *a*, & *pellis*. Horatius sat. v, lib. i :

— *Credat Iudæus Apella,*

Non ego.

Sed *Apella* est nomen Iudæi cujusdam, quod Græcè similiter *Απελλης*. Alii obijciunt *apis*, quæ ita dicta putatur, quasi sine pedibus. Ita Probus, & Priscianus in vi, & meminit quoque ejus opinionis Servius in iv Georg. Sed si à pedibus nomen, non ex *a* & *pes* conflatum erit, verum à Græco *ἄπυς* veniet : cujus prior brevis. Sanè & Lucianus alicubi apem vocat *ζῶον ἄπυν*. Quidam & *amarum* excipiunt : quia *amarum*, quod à *mari*. Ac sic etiam Scaliger de caussis L. L. cap. lxxviii. Sed est *amarum* Chaldaicæ originis. Nam iis *מר*, *amaritudine affectu*, *ἄπυς*. Fortasse & aliud objectabunt : sed incertæ originis. Atqui, ut ait Horatius * ,

Nil agit exemplum, litem quod lite resolvit.

* lib. 2.
sat. 3.

De ante vocale quidem corripitur : ut iii Æn. *Dona dehinc auro grævia* : & iv, *Tellus prius ima dehiscat* : vel cum vocali sequenti unam in syllabam coalescit ; ut Ecl. vii : *Vt gregis ipse caper deerraverat* : & x Æn. *Deest jam terra fugæ* : item in *dehortatur*, apud Ennium, ut superius vidimus. At ante consonantem semper est porrectum. Nec obstat vox *delicatus*, cujus prima nequit aliis esse quantitatis, ac in *delicio*, & *deliciae*. Vt omnino corruptus sit locus ille Valerii Flacci in tertio Argonaut. † .

† vers. 140.

Telecooma finit, delicataque ora securi

Disjecit cervice tenuis.

Etli ita fit in vert. libb. Pro quo codd. alii,

— *Disjectaque ora securi*

Disjecit.

Sed quia durior sit *ταυλότης* illa verbi *disjicio*, Sabellicus posteriori loco pro *disjecit* maluit *dissecuit*. Nec Carrio † repugnat.

† notis in
Val. Flacc.
enim.

Di quoque, sive potius *dis*, producitur, præterquam in *dirimo*, & *disserius*. Qualia neglexere seculis barbaris. Vt Paullus Diaconus carmine in Benedictum lib. i de gestis Longobard. cap. xxvi, ubi, ut diphthongum more seculi pro simplici habet vocali, sic & primam in *dirimo* produxit. Versiculus is est :

Vas pedagoga tulit diremendum corpore tristi.

Hh 2

Quod

Quod si *di* pro *dis* rectè reponitur in præpositionibus longis : habebit & hic locum *tra* pro *trans*. Virgil. VI Æn.

— *Magnos Erebi tranavimus amnes.*

Similiter in *trado*, *traduco*, *trajicio*.

Superest præverbium *pro* ; quod plurimum est porrectum. Vt in *pronurus*, *profero*, & aliis sexcentis. Ac videtur etiam in *proficor* ab Ennio produci in Telepho * :

* apud Nonium in Adversorium.

*Te ipsum hoc oportet proficere & proloqui
Adversum illum mihi.*

† apud Nonium in Speculo.

Ita enim constanter est in libris MSSis, & editis. Paccuvio † similiter *protervus* longum videtur in Chryse, versu istoc trochaico quadrato :

Amplius, rubicundo colore, spectu protervo serox.

Sed classici utrobique corripunt. Vti & in *procella*. *profanus*, *profari*, *profectus*, *profugus*, *profundus*, *pronepos*, *proneptis*. Similiter in *profecto*, quod rem *pro facto* haberi petimus. Et in *proficiscor*, quod à proficiendo est, quia propriè de iis dicitur, qui in itinere promovent. Vt enim ab *apio*, *apiscor* ; ab *expergo*, *expergiscor* : sic à *proficio*, *proficiscor*. Non desunt tamen, qui eo in verbo primam produci posse arbitrentur, quia apud Iuvenalem sit sat. VI. *Profectura domo Siculâ non mitior aulâ.*

Sed in MSSis, & nostris, & aliorum, est *Profectura domus*. Quæ genuina est lectio. Atque ita nunc etiam meliores editt. Imò jam olim ita legendum putavit Georg. Valla Placentinus : non, ut Ferretus, *Processura domo*. Mirum verò, & *profectus* à *proficio* corripit ab Aulonio in Protreptico :

Pellexi ut mites peterent per amœna profectus.

‡ Lepidina sua pœpœ 5.

Sed non imitandum. Perperam etiam Iovianus Pontanus ‡ :

Montibus indigenæ Fauni proteruntque, ruûnique.

In nonnullis *pro* etiam est anceps. Vt in *procurro*, & *profundo*. Quorum prius & corripitur ab L. Accio in Annalibus * :

* apud Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 7.

Exercent epulis lati, servosque procurant

Quisque suos.

Etiam *propello*, & *propulso*, quæ Propertio, & Lucano, producuntur, Lucretio corripunt primam. Et contrâ *propago* verbum, quod aliis primam corripit, eam Lucretio producit. De quantitate ejus, quando nomen est, disputant. Probus quidem ita de eo scribit in artium institutis : *Sunt alia nomina, quæ in uno intellectu per casus syllabæ naturam vertunt : ut propago in nominativo primâ syllabâ brevis est. Vt †,*

† Virgil. 6 Æneid.

— *Neque ultra*

*Esse sinent. nimirum vobis Romana propago
Vesia potens.*

At

*At in ablativo longa est. Vt **,

Sed truncis oleæ, melissæ propagine vites

Respondent.

Hæc Probus. Sed cui profectò verisimile fiat, alium primæ modulum esse in auferendi casu, quàm nominandi? Præsertim cum obliquos non differre à recto, docere nos possit illud Porcii Licinii in epigrammate ἐπωλεῖν † :

Custodes ovium, teneræque propaginis agnūm.

Itaque probare hanc Probi sententiam non possumus. Magis verisimile sit, primam corripi, cum de stirpe accipitur : cum de vite, produci. Quamquam nec repugnem, si quis dicat, ut in *propago* verbo, ita & in *propago* nomine, primam esse ancipitem. Nec enim metaphora solet variare quantitatem. Satis autem liquet, *propaginis* vocem à vite, unde palmes propagatur, transferri ad animalium stirpem. Quod igitur Maro in vite producit, in homine corripit; id fortasse non fecit necessitate, sed quia ratio carminis ita ferret.

De modulo primæ in *propino*, *prologus*, & similibus origine Græcis, inferius dicemus, cum seorsum agemus de iis, quæ à Græcis veniunt.

† Apud Gellium lib. 19. cap. 9.

C A P V T X X.

De compositis priori parte in vocalem exeuntibus. Te- ipsum *Ausonio* trisyllabon primâ brevi. De modulo vocalis e in compositis cum facio, vel fio. *Mos poetarum* syllabam naturâ brevem ἢ ἀσολῶν producendi in trium, vel plurium brevium concursu. In tantidem secunda anceps, contra quam *Gissano* visum. Secundam in universi corripit, & tamen in unicuique produci : & quid causæ. *Martiali* vetus lectio adferta. In *Invenco* conjectura. De modulo secundæ in matricida, lucrifacio, verisimilis, controverfus, & quibusdam aliis.

Quartum inter speciales canones locum demus compositis sine præpositione, quorum prior pars exit in vocalem.

Ac A quidem est porrectum : ut in conflatis ex qua; velut *quapropter*, *quatenus*, & similibus.

In E exeuntia sunt brevía, tum in tertiâ, ut, *hujuscemodi* : tum secundâ, ut, *valedico* : tum primâ, ut, *equidem*, *neque*, *nequeo*, *trecenti* &c. Vnde *Ausonio* etiam in fine ludi septem sapientum in *te- ipsum* prima est correpta :

Chilo, cui patria est Lacedæmon, nosce te ipsum.

Nisi magis placet, divisim scribi, & te corripit, quia vocalis extrema, quæ naturâ est longa, anceps fiat, si sequens vox inchoet à vocali. Vt †, † s. e. n.

H h 3

Victor

Victor apud rapidum Simoinea sub Illo alto.

A superiori canone excipe quædam à *ne* venientia. Nam longa sunt *nequis*, & *nequâ* adverbium: item *nequando*, *nequicquam*, *nequaquam*. In quo Vincentium Opsopœum ratio fugit, cum sic Erycii epigramma transfert:

*Oppete, nec patrie sis dedecus: illa nequaquam
Peccavit.*

Primam tamen in *nefariis* produci, censent ob Propertii illud lib. IV, el. IV: *Nescia nefariis accubuisse novis.*

Ac ita quidem est in editionibus cunctis, etiam antiquissimis. Sed planè id insolens: eoque Scaliger legere jubet: *Nescia ne furius*: ut nempe duæ negativæ vehementius negent.

Nequam etiam est porrectum: idque, ut modulo compensetur syllabæ defectus. Nam ex *ne* & *quicquam* fieri, ait Varro in tertio de Analogia. Ejus naturam sequuntur *nequitia*, & *nequiter*. Idem factum in *nemo* pro *nchomo*.

Ac par ratio in aliis aliunde venientibus, sed similiter syncopen passis. Ut, *veneficus* pro *venenificus*, & *videlicet* pro *videre licet*. Ovid. epist. Hypsip.

Barbara narratur venisse venefica tecum.

Lucret. lib. I.

*Ossa videlicet è paucillis atque minutis
Ossibus.*

Longum etiam *sedecim* & *sedecies*. Vti & *mecum*, *tecum*, *secum*.

Expergesio, *patesfacio*, *patescio*, *putrescio*, *rarescio*, & *vacescio*, vocalem E apud Lucretium produciunt, etiam extra cæsurae locum. Ut lib. II:

*Iure igitur pereunt, cum rarefacta fluendo
Sunt.* Item:

Et tamen hæc cum sint quasi purefacta per imbres.

Ausonius verò idem verbum corripit Epigr. CVI:

Vlcera membrorum scabie purefacta foventem.

Ac Barthius Adversar. lib. XXI II, cap. XIV. censet id esse singulare, quia est à *putrere*, in quo secunda est porrecta. Verùm Virgilio se tueri Ausonius potest: qui E corripit, ut in *labe*, & *treme*, ita in *cale*, *made*, *pate*, *stupe*: quæ itidem veniunt à verbis secundæ. Eodemque modo usus Horatius*: ut & Ovid. Epist. I:

Sano sine Tlepolemius Lyciam tepesecerit hastam.

Idem tamen in *liquefacio* producit Metam. VII, fab. II:

— *Congestaque flammâ*

Terra liquefaciunt.

* lib. 4. od.
14 & lib. 2.
epist. 2.

Ac similiter in *tepesacio* Catullus de nuptiis Pelei & Thet.

Alia tepesaciet permistâ flumina cæde.

Atque horum exemplo, in utroque eo, ausim e producere; quia orta à verbis secundæ *liquere*, & *tepere*. Sed in iis, quæ veniunt à verbis tertiæ, ut *tremefacio*, non eadem, puto, liceant: quia in his e naturâ corripitur. Nempe ubi e naturâ breve est, semper breve permanet: ubi verò naturâ longum, ibi læpius quidem producitur, at in nonnullis etiam corripitur. Atque hoc in illis etiam obtingit, quæ veniunt à prima. Nam penultima in *lab.ire* porrecta est: nec eo minus secunda in *labefacio*, ac *labefacto* corripitur. Quare solum in iis, quæ oriuntur à verbis secundæ, e anceps videtur. Nisi magis placeat; in his quoque e breve esse: sed ab Ovidio, Catulloque, produci necessitate, quod concurrant quatuor breves. Sic secunda in *Διαβολία* producitur à Theognide: prima in *Πελαπίδης* ab Homero, & ejus exemplo à Marone. Item altera in *Theophila* Martiali lib. VII, epigr. LXVIIII:

Hæc est illa tibi promissa Theophila, Cani.

Mirum, contrâ ab eodem Martiale primam in *selibra*, non semel, sed constanter corripitur: cum dicatur quasi *semilibra*: & prior in *semis* à poetis semper producat. Nec ratio obscura, cum sit ab *ἡμισυ*.

I plurimum est correptum: tum in primâ, ut in *siquidem*, *biremis*, *triremis* *badens*, *videns* &c. tum secundâ, ut *inique*, *omnigenus*, *unicolor*, &c.

Sed secus est in iis, quæ i pro casibus variant: ut hi recti, *quidam*, *quivis*, *quilibet*, *quicumque*: & obliqui isti, *quantivis*, *qualicumque*, *unicuique*, *reipublicæ*. Ut apud Iuvenalem sat. VII.

Quanticumque domus, veniet &c. Et apud Manilium lib. I I:

Omne quidem signum sub qualicumque figura.

Ad rectos etiam refer *idem* virile, quod ex *isdem*, sibilo extrito. Sed in genere neutro corripitur.

Ad obliquos pertinet *tantidem*: quod produci probant illo Enniano:

Tantidem quasi facta canes sine dentibus laurat.

Varro tamen corripit Eumenidibus*:

Hæc pes, quid miras nummo curare Serapim?

Quid quasi non curet tantidem Aristoteles.

Fallitur enim Giffanius, qui & hîc penultimam in *tantidem* ait produci: sed in ultimâ non elidi M: ut versus non pentameter sit, sed heroicus; nempe Diphilius, seu Choerilius; ubi extrema deest syllaba. Fortasse autem nec Ennium, nec Varronem ratio deficit. Nam Varro, credo, secutus naturam aliorum in I: Ennius autem casum respexit: qui in compositione etiam modulum servat. Est enim

tantidem,

* apud Nonium in *Adrianæ*.

tam idem, ut *eidem*, quod semper porrectum. Vnde etiam colligimus, & in *universi* corripitur; in *unicuique* longum potius esse. Rationem jam diximus, quia in priori, I est de *εσις* vocis: cum in recto etiam sit, *universus*; cujus naturam sequuntur obliqui. Martialis lib. v, epigram. xxv:

Hermes gloria Martis universi.

At in *unicuique* est casus nominis, quod in recto est *unusquisque*: eoque casus is retinet modulum, quem haberet extra compositionem. Scio, vulgò aliud videri, propter illud Propertii lib. II, Eleg. XXI I:

Unicuique dedit vitium natura creato.

Cui geminum hoc Alcimi Aviti, libro ad Fufcinam sororem:

Et sua promeritis dabit unicuique labore.

Nempe in Propertiano illo primum pedem, & quartum apud Alcimum, putant esse dactylum. Nobis non dubium est, quin utrobique sit spondeus, ut *cuique* sit trochæus. Sic liquidò usurpat Horat. lib. I, Sat. IX:

*Ditior hic, aut est quia doctior: est locus uni-
Cuique suus.*

Adhæc fere producuntur syncopen passa. Ut *dicet ex ire licet: scilicet ex scire licet*. Referre etiam huc possis *pridie*, & *postridie*, ex *priori*, & *posteriori die*. Sed hæc & altera est causa. Nam à *dies* præfecta producuntur. Ut *biduum*, *triduum*, *meridies*.

Catullus ad Ipsithillam:

Iube ad te veniam meridiatum.

Martialis lib. II, epigr. VI.

Si totus tibi triduo legatur.

Sic omnes habent libri, tam manu exarati, quam excusi. Vbi vir præstantissimus leviculâ traiectione præfert, *Si totus triduo tibi legatur*. A quo dissentio. Nam eodem modo primam in *biduum* hoc senario producit Terentius Eunucho Act. I, Sc. II.

Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum.

Sed & quemadmodum Appulejus dixit in Apolog.

Converritorem pridiane reliquæ:

ita idem Comicus ait And. act. I, sc. I:

Venit Chremes postridie ad me clamitans.

Quotidie à Catullo corripitur Carm. ad Mallium:

Conjugis in culpa flagravit cottidianâ.

Sed Martialis est lib. X, epigr. LXV:

Levis dropace tu quotidiano.

Et lib. XI, epigr. I.

Cultus

Culcus sindone tu quotidiana.

Imo & P. Syri senarius est :

Quotidie damnantur, qui semper timeo.

Item :

Quotidie est deterior posterior dies.

Præterea ; porrectum habent *tricens, tricesimus, siquis*. Item *nimirum, ibidem, ubique, utrobique, ubivis*. Iuveni nulla hic ratio haberi debet : qui mediam in *ibidem* corripere non dubitavit. Non jam adducam illud è lib. II Historiæ Euangelicæ :

Oblatusque ibidem nox demonis horrida virtus.

Prout est in veteri Aldinâ *. Suspicio enim *nox* esse ex *nox* corruptum, *ibidem* autem ex *ibi quem*. Ut levi traiectione rescribi debeat, * an. 1501.

Oblatusque ibi nox, quem demonis horrida virtus.

Quod & sententiæ convenit, & propius à veteri scriptura abit, quàm illud,

Oblatusque illi est, quem demonis horrida virtus.

Prout Georgius Fabricius edi iussit, posteaque etiam in bibliotheca Patrum † excusum fuit. Potius adferam illud ex tertio Iuveni libro :

† edit. 2
Margarin
Bignai

Ille jubet cunctis ibidem convivium poni.

Vti est in Aldina. Verum Fabricius pro *ibidem* reposuit *illic* : unde & similiter in bibliotheca Patrum legas. Magis ex arte metrica ; sed, ut puto, non ex mente Iuveni. Sanè & Claudianus Mamertus, qui seculifeculo post Iuvenium vixit, similiter scripsit carmine contra vanos poëtas :

Cognosces ibidem, ne pergas tradere fas.

Nec ignoro, Badium Ascensium, eo offensum, pro *ibidem* reponere *idem* : sed in vitis libris. Quare & Fabricius hic *ibidem* retinuit : uti & SS. Patrum Bibliotheca.

Vincumque secundam habet ancipitem instar simplicis ubi. Ovidius VII Met. fab. XXVII.

— *Quoties, ego, dixerit, uni*

Servor, ubicumque est : uni mea gaudia servo.

At corripit idem lib. III Amor. El. IX.

Tu, Dea, munificam gentes ubicumque loquuntur.

In *regifugium* secundam censeo brevem. Ausonius verò metri necessitate excusatur, cum in Eclogario ait :

Nec Regifugium, pulsus ex Vrbe tyrannis,

Lætum Romanis fas reticere diem.

At nihil opus erat, ut *ibidem* exciperent, quando hoc è generali regula

gula de crasi cognoscitur. Nam ut à *lyra lyricen*, sic à *tibia* esset *tibicen*, ex quo *tibicen*.

Quari video de secunda in *paricida*, & *marricida*. Producit Aufonius tetrasticho de Severo Imp.

Vi paricidæ regna adimat Didio.

Et monostichis in Cæsares :

Marricida Nero proprii vim pertulit ensis.

Sive, ut in aliis est ,

— *Proprio se perculit ense.*

Sed utrumque telum est invalidum. Nam in nonnullis libris invenitur :

Marrique cida Nero.

Scio alterum præferre Eliam Vinetum. Et pro eo est , quòd idem Aufonius in *paricida* producat. Sed enim potior esse nobis debet auctoritas Horatii, qui corripit libri III odâ XXXIX :

Telegoni jaga paricidæ.

Et potest Aufonius excusari, quòd producat. Nam si ex iis, quæ superius diximus, colligere est, priorem in *bubus* Horatio esse porrectam, quasi ex *bovibus* per crasin resiliat : Aufonio autem eam in *bobus* esse brevem, quasi per syncopen fiat : similiter dixero in *paricida* ab Horatio corripit secundam, quasi syncopen sit passum : ut extrita syllaba non veniat in considerationem : Aufonio autem eam produci, ut syllabæ unius defectus alterius productione compensetur. Quod verò ad *marricida*, fateor, non hic ad disparem quantitatem ex dispari crasios, vel syncopes ratione refugere licere : verùm aliud hic mantelum, quia, ut dixi, in nonnullis est libris, *Marrique cida Nero*. Quomodo, credo, scripserit Aufonius. Et si non ita scripsit, scribere saltem potuit, sanè debuit. Nimirum uti Lucilius cum versus heroicus non admitteret vocem *deperigo*, pro *deperigo*, dixit *deque perigo* : sic Aufonius, ne in metrum peccaret, *marrique cida* posuerit pro *de marricida*.

In verbo *lucrifacio* secundam producit Martialis lib. VII, Epigr. x :

Tyras coloris optimi lucrifecit.

Nisi fortasse divilim scripsit *lucri fecit*: quomodo Plautus dixit *Perse* Act. IV, Sc. IV.

Non edepol minis trecentis carâ st : fecisti lucri.

Sic quoque divilim legere possis apud Martialem lib. XI, epigr.

LVII :

Ludi magistri mane, nocte pistores.

Par ratio in *verisimilis*. Cujus secunda producit Aufonio ep. XXIV.

Concinna verisimilis suspèctio culpas.

Sed

Sed credo, divifim fcripfit *veri fimilis*.

O corripitur in compofitis ex duobus nominibus. Mart. lib. XIV, dift. XXVIII.

Gallia Sannonico veftit te bardocucullo.

Cujus exemplo in *facrofanctus* cum Drepanio corripere o malim. At nomina, verba, & participia ab adverbiis venientia, o fere producunt. Lucretius lib. III.

Sic animas introduxerunt fenfibus claufas.

Ovid. Met. IV, fab. XVI :

Ipfe retroverfus fqualemta protulit ora.

Sic Aufonius Idyl. IX producit fecundam in *controversus*. A quo tamen recessit Sidonius lib. VII, epift. XI :

Declamatio controversiarum.

Adverbium *hodie* corripit o : ut & conjunctio *quoque*. Sed à *quando* venientia, partim o corripiunt ; ut *quandoquidem* : partim producunt ; ut *quandoque*, & *quandocumque*.

Similiter porrecta funt *alioqui*, & *utrobique*.

Etiam priori parte in *n* exeuntia corripiuntur. In priori, ut *duplex*, *ducenti*. In media, ut *quadrupes*.

Vocalis fimiliter corripitur ante *bundus* : ut *moribundus*, *tremebundus*, &c. Item ante *lentus* : ut *fraudentus*, *luculentus*, *pulverulentus*, *violentus*, &c. Ut omnino peccarit. Baptista Mantuanus hoc verfu :

— *quem virulenta Megæra*

Vincere cum toto non evaluiffet Averno.

CAPVT XXI.

De præteritis difyllabis : lavere, pro lavare : amaverunt, legerunt, fimiliaque, penè ultimam habuere ancipitem : rimus, & ritis, in fueris fubjunctivi, si fepius producunt : sed in præterito breve, an longum fit, ne olim quidem inter Grammaticos convenit.

AB his accedo ad præterita : quorum doctrina in ternos quasi ramos diffunditur. Primum enim videndum de modo indicativo : idque tum de priori in numeri finguli præteritis difyllabis : tum de penultima tertie pluralis, seu verbum duabus, seu pluribus conflet syllabis. Præterea agendum de penultima primæ ac secundæ pluralis in fubjunctivi præterito perfecto, ac futuro exacto.

Ac de primo fatis convenit, sex effe difyllaba, quæ corripiant priora : *bibi, dedi, fteri, rudi, fcidi, fidi*. Quibus adde *ffiri*. De fcidi liquet

ex illo III Æn. *Hesperium Siculo latus abscedit*. Falli puto Servium, cum ait, Maronem metu causa produxisse. Ac fortasse aliquis arbitretur, etiam *lavi* adjungi oportere, quia apud Maronem sit III Æn.

Luminis effossi fluidum lavit inde cruorem.

Et Horatius dicat I Serm. sat. v.

Ora manisque tuâ lavimus, Feronia, lymphâ.

Sed *lavit*, & *lavimus*, hoc loco temporis sunt præsentis, à *lavo* tertiæ declinationis: unde *lavere*, & passivum *lavi*, apud Nonium legere est.

* in Lin.
910.

Neque rectè Calepinus, Nestorem Novariensem * eâ parte secutus, priorem in *liqui* ancipitem putabat. Tuetur is se illo Maronis:

Namque suam patriæ liquerat tellure sepulchram.

† Æn. 4.

Sed nemo nunc nescit codices omnes † habere;

Namque suam patriâ antiquâ cinis aser habebat.

Qui error Calepini in editionibus interpolatis jure est sublatus.

Et quia hæc satis liquida sunt, proximum est, ut doceamus, in præteritis perfectis penultimam pluralem indicativi activi à poetis sæpe corripi. Maro Ecl. iv.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Et Georg. III.

Miscueruntque herbas, & non innocia verba.

Et Æn. II.

Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.

Idem fit vinulis hæc de vino versiculis Terentii Varronis †:

Vino nihil jucundius quicquam cluit.

Hoc ægritudinem ad medendum invenerunt,

Hoc hilaritatis dulce seminarium,

Hoc continet coagulatum convivia.

† Sæc. est
modus ma-
tula, sive
vini menses,
apud Noni-
um in
Coagulatum.

Paullò aliter rescripti versum primum, ne vox unica tertium constituat pedem, ac in sede quartâ sit spondeus. Nam in vulgatis est,
Vino nihil quicquam jucundius cluit.

C. Laberius:

Necessitas, cujus cursus transversus impetum

Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt.

Et paullò post:

Etenim ipsi Di negare cui nil potuerunt,

Hominem me denegare quis posset pati?

Tibullus lib. II, Eleg. III.

Nec cithara, in conspectu profueruntve comæ.

Propertius lib. I el. XI:

Listra que fuerunt castis inimica puellis.

Phæ-

Phædrus lib. IV. Tit. in avarum :

Abiturus illuc, quò priores abierunt.

Factum idem in trochaicis istis apud Tranquillum † :

Gallos Cæsar in triumphum ducit; idem in Curiam.

Galli braccas d:posuerunt, latum clavum sumserunt.

Ita restituit eos versus Faërnus, cùm in vulgatis sit ;

Gallos Cæsar in triumphum duxit.

idem (vel idem) in Curia Galli, &c.

Horat. lib. sat. x : — *Molle asque facetum,*

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.

Ita è MSSi, emendavit Petrus Nannius? cùm in vulgatis pro *annue-*
riam legeretur *annuerant*.

Martialis quoque est lib. XII, epigr. XLII.

Nec tua defuerunt verba Thalasse mihi.

Ac Valerius Flaccus Argon. lib. II *.

Gargaraque, & mœsti steterunt formidine luci.

Ita enim, non *steterant*, legi debet. Subsignabo hæc loco Diomedis in primo : *Ferè in tertio ordine plerumque veteres tertiâ personâ finitivâ temporis perfecti, numeri pluralis, & mediam vocalem corripunt, quasi legerunt, emerunt, & similia : ut apud Terentium in prologo Eunuchi : Postquam ediles emerunt.*

Superest videamus de modulo terminationis RIMVS, & RITIS, in præterito futurôque subiectivi. De quo jam olim differunt nobiles Grammatici. Sed de futuro minùs laborarunt : quod penultimam producere, cum Diomede etiam Probus, & Servius, agnoscunt. Pro quibus facit hoc Ennii in sexto Annalium :

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis :

ac Catulli Phalæcius iste ad Lesbiam :

Dein cum millia multa fecerimus.

Est & Ovidii lib. IV de Ponto, el. v.

Et maris Ionii transferitis aquas.

Et paulò post :

Copia nec vobis ullo prohibeme videndi

Consulis, ut limen contigeritis, eris.

Idem Metam. VI, fab. IV :

Hæstus aquæ mihi nectar erit, vitæque farebor

Accepisse, simul vitam dederitis in undis.

Quibus geminum hoc Iuveni lib. IV :

Tunc sanctis dignè poterimus credere dictis.

Vt nihil peccet Tertullianus, cùm lib. II aduersus Marcionem

† In Cæs.
cap. 80.

* vers. 360.

ait poteritis : poterimus, vel Paullinus qui similiter, erimus, & oderimus.

Attamen, quo minus hoc perpetuum esse dicamus, facit illud ejusdem Nafonis II Metam.

*Mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem ,
Nuper honoratas summo mea vulnera celo
Videritis stellas, illic, ubi circulus axem, &c.*

Ac Lucretius quoque similiter cecinit in primo operis :

Quas ob res, ubi vidimus, nil posse creari De nihilo.

Quare de futuro ita judicandum, corripi interdum, at frequentius produci. De præterito autem res minùs aperta est. Diomedes censet, breve esse. Nam lib. I de modis verborum sic scribit : *Et in hac subjunctivâ numero plurali uniformem declinationem præteriti & futuri temporis accentus distinguit. Perfectum enim acuto accentu declinatur futurum circumflectitur.* Item Agroæcius : *Fuerimus, inquit, conjunctivo modo, tempore præterito perfecto, & brevis est : Fuerimus eodem modo, tempore futuro, & longa est.* At ab his dissentit Probus, qui etiam præteritum esse porrectum censet. Verba ejus sunt lib. priori Artis, cap. de penultimis, ultimisque verborum syllabis : *Adjunctivo modo perfectum tempus, numeri singularis, in omnibus personis omnium conjugationum, penultimas, ultimasque syllabas, breves habet : ut cum clamaverim, clamaveris, clamaveris, &c. Plurali autem numero, in omnibus quatuor conjugationum modis, persone duæ, prima, & secunda, penultimam semper producunt, ultimam vero corripunt.* Idem eopse libro cap. de correptione vel productione syllabarum, contra rationem per metaplasmum à Marone dictum ait in VI Æn.

*Namque ut supremam falsa inter gaudia noxam
Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est.*

Ac Servius quoque ad hunc ipsum locum, *Ri*, inquit, *metri necessitate corripuit.* Et sanè videtur hic unicus locus fecisse, ut Diomedes putaret, præteritum corripi : quod tamen Servius, & is, cujus magna semper autoritas fuit, Valerius Probus, metricâ necessitate factum volunt. De præterito satis me dixisse puto.

C A P V T X X I I.

De novem supinis dissyllabis priorem habentibus correptam. Prudentii versus perperus a Gisellino perperam immutatus. Delitor. Leti etymon. Ruta cæsa. Statum priorem habuisse ancipitem. Aldi d: hoc sententia excussa. Lambini error puerilis.

AT de supinis omnia sunt planiora: ubi rectè priorem in dissyllabis produci docent, exceptis novem, *datum, satum, ratum, idem, quitum, litum, sicutum, rucum, citum* à cico. Lu-

Lucanus lib. 1.

Inſque datum ſceleri carimus.

Virgil. VI Æn.

Tum ſic orſa loqui vates, ſate ſanguine Divam.

Idem II Æn.

Nos abuſſe vati, & vento petiſſe Mycenæ.

At non imitandum illud Prudentii hymno de Romano :

Præſentis ergo ratus elinguem virum.

Quem verborum ordinem mutare auſus Victor Giſelinus, ut ipſe agnolcit; ſed contra omnium MSSorum, atque excuſorum fidem.

Itum eſt apud Ovidium I Metamor.

Nec tantum ſegetes, alimentaque debita dives

Poſcebatur humus : ſed itum eſt in viſcera terræ.

Et Maronem Æneid. VI.

Illuſtres animas, noſtrumque in nomen iteras.

Ac Claudianus lib. de bello Gildomico † :

Dicitis amè tamen princeps confirmas iuſros.

Quium corripit Terentius octonario hoc in Hecyr. Act. IV, Sc. I.

Nam cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt.

Litum meritò excipi, indicat hoc Maronis IV Georg.

— *Elucent alia, & fulgore coruſcant*

Ardentes aſero, & paribus litæ corpora guttis.

Et Ovidii illud lib. IV de Ponto, eleg. IX.

Simne litæ tennes ſerpentis felle ſagittæ.

Indèque oblitus, inſeruitus, delirus, à quo deliror. Actius in Atreo :

Epularum ſictor, ſceleris fratris deliror.

At deleitor (à quo deletrix orat. de Aruſpicum reſponſis) eſt à leo; unde Prifcianus letum deducit, quia delet vitam. Ac confirmat hanc ἐτυμολογίαν, quòd ea vox in veteribus libris legatur ſine adſpiratione.

Situs corripit Naſo Met. II.

Hic ſitus eſt Phaëton, curruſ auriga paterni.

Nec temere excipiunt rutum; quia etſi poſteriores pro eo dixerint rutum, tamen retinent Iuriſconſulti ruta caſa, ac per ruta intelligunt, juxta Vlpianum †, ea quæ eruta ſunt, ut arenam, cretam, & ſimilia.

Rutum verò priorem corripuiſſe, indicant ejus compoſita, obrutus, dirutus, erutus, ſemitutus. Claudianus lib. III de rapt. Proſerp. *

— *Semitutas conſuſo ſtamine telas.*

Citum nunc corripit priorem, nunc producit: corripit, cùm ſecundæ eſt à cieo, ut habitum ab habeo: producit, cùm quartæ eſt à cio, ut auditum ab audio. Virgil. XII Æneid.

Ille

† verſ. 424.

† L. 17. s. ſi
ruta D. de
alt. em.

* verſ. 155.

*Ille manu raptum trepidâ torquebat in hostem ,
Altior insurgens, & cursu concitus heros.*

Lucanus lib. v.

Indo ruunt toto concita pericula mundo.

Virgilius III Æn.

*At genus è silvis Cycloppum, è montibus altis ,
Excitum ruit ad portus, & litora complent.*

Ovid. II Met. fab. XII.

Nec fruiet somno vigilantibus excita curis.

Lucanus lib. I.

Rupta quies populis, stratisque excita juventus.

Dici verò cum *cico*, tum *cio*, non tantum asserit Priscianus lib. IX, sed rationum quoque pondera evincunt. Quippe, ut apud Maronem legimus *, *Bella cicut*; & †, *Ære cicut viros*: ita invenitur apud Lucretium *cimus*, apud Livium *concibant*, apud Statium *excit*, apud Lucanum *excibat*.

* I Æn.
† 6 Æn.

Fuo habuisse supinum breve, liquet ex *futurus*. Ersi Baptista Mantuanus in *profuturus* producat secundam Consolatione super morte Collæ. Vt & monitum Ninivitarum Grammatico.

Sunt qui *statum* quoque à regulâ excipiant. Verum rectè sentit Priscianus, priorem hoc porrectam habere. Nam id è compositis liquet: ut cum dixit Lucanus lib. II:

*Ergo ubi concipiunt, quantis sit cladibus urbi
Constatura fides superum.*

Et Martialis lib. X, epigr. XLI:

Constatura fuit Megalensis purpura centum.

Item cum Statius ait in VII Theb.

Quæ sic orsa prior, Spesne obstatura Pelasgis.

Imò etiam è simplici ipso, apud eundem Lucanum, eodem lib. II:

Hic acies statura ducum est.

Et lib. III:

*Tunc res immenso placuit statura labore,
Aggre diversos vasto committere colles.*

Nec tamen inficias ivero, priorem olim etiam corripuisse: quod colligimus, partim ex compositis; ut quod *præstatum* dicimus, & *præstatum*, quemadmodum suo loco exponimus: partim ex derivato *starrim*, quod valet *stando*, atque, ut Belgæ dicunt, *staende voert*, q. d. dum hic stas, five, priusquam recedas. Sanè etli in *statim* priorem producant Festus Avieaus, & Alcimus Avitus: Catullus * tamen, cujus potior autoritas, corripit hoc versu:

* epigr. 33.

Verum siquid ages, statim jubeco.

For-

Fortasse & argumentum petere liceat ex *status* tum substantivo, tum adjectivo. Vtrumque enim corripit Ovidius *. Item ex *statio*, cujus prima passim corripitur. Verum de quantitate quidem assentit Aldus † : sed putat, hæc non à *sto* venire, sed à *sisto*. Nempe ex ejus mente *status* substantivè dicitur, ubi reus & adversarius primò ad confli- gendum consistunt. Adjectivè autem *status dies* vocetur, quia iudicii aut feriarum, vel alius rei causlà constituitur : unde in veteri onoma- stico exponitur *παραμένει*. Itidem *statio* nuncupetur, quia istic homi- nes, vel naves, consistunt. Equidem non repugno. Verumtamen al- tera etiam sententia potest defendi. Quid enim impedit, quo minùs *status* substantivè nominetur, quia à partibus litigantibus ibi stetur ? vel ut adjectivè dicatur *status dies*, quasi statutus? *statio* autem unde, nisi à *sto*, quasi stare facio? *Statio* denique, ubi homines, aut naves stant. Idem judicandum de cognomento Iovis *Statoris*, cujus priorem Pru- dentius quidem corripit, sed Ovidius in Factorum sexto producit. A sistendo erit ex mente Livii lib. i. Sic enim dici censet, quia, Romulo adversus Tatium pugnante, foedam stiterit Romanorum fugam. Est- que in hac etiam sententia Plutarchus in Romulo. Sed Seneca in quarto de beneficiis vocari ita ait, quia *ejus beneficio stant omnia*. Sive autem *status*, *statio*, *stator*, à stando sint, sive à sistendo, liquet præter novem illa supina etiam *status* excipi, unde hæc descendunt.

Scitum sive sit à *scio*, sive à *scisco*, priorem producere est evidens. A *scio* est *scitus* pro eleganti, quia, quod scienter peritéque fit, id elegans esse solet. A *scisco* verò, quod est *decerno*, est *plebiscitum*. Coniungun- tur ea in joco Plautino Pseud. Act. II, Sc. IV. P S. *Ecquis is homo sci- tus est?* CH. *Plebiscitum non est scitum*. Vbi Lambinus ait, *Scitum in plebiscitum priorem habere longam, alias brevem* : quod cum scriberet, aliud planè agebat.

CAPVT XXIII.

De modulo antepenultimæ terminatorum in icus; inque eo à Prisciano recef- sum. De quantitate penultimæ derivatorum, quæ in tinus, vel timus ex- erunt. Cesario Scaligeri de eo sententia refellitur. A Politiano malè corrip- penultimam in patrimus, & matrimus. Apud Catullum non patrima, nec Perenna, sed patrona virgo legi oportere. Mediam in torcular corri- pi. De modulo vocalis V in verbis, quæ exerunt in utio, vel urio.

AD medias quoque syllabas pertinent regulæ de antepenultima nominum in *icus* : quam semper corripit, censet Priscianus in IV : atque hæc pro exemplis adfert, *advecticius, commendaticius, Fabricius,*

K k

pigne-

pigneraticius, *tribunicus*, *patricius*, *ædilicius*, *gentilicius*. De *Fabricius*, *tribunicus*, *patricius*, satis poetarum usus id docet. Paremq̃ rationem esse censeo in *ædilicius*, & *gentilicius*, atque aded̃ omnibus, quæ à nominibus veniunt, *novicius* excepto, in quo tertiam à fine produxit Iuvenalis sat. III.

*Iam sedet in ripa, retrumque novicius horret
Porthmea.*

Sed de *advecticius*, *commendaticius*, *pigneraticius*, Priscianum falli puto. Nec enim eorum, quæ à participiis veniunt, ullum puto inveniri, quod non eam producat; quemadmodum etiam in Parergis suis observat doctissimus Io. Pincierus. Ita in *suppositicius* tertiam à fine produxit Martialis lib. v, epigr. xxv.

Hermes suppositicius sibi ipsi.

Idem in *emissicius*, *projecticius*, & *conducticius*, facit Plautus: ut trimetri isti arguunt Aulul. Act. I, Sc. I.

Circumspectatrix cum oculis emissiciis.

Cistell. Act. I. Sc. Vtrumque:

Is amore projecticiam illam deperit.

Epidico Sc. Nullum esse opinor:

Quam ostendam fidiciniam aliquam conducticiam.

De penultima derivatorum, exeuntium in *TINVS*, ed̃ magis disquisito opus, quia hac parte etiam deceptus summus vir, Iulius Scaliger, lib. de caussis L. L. cap. xcviij. ubi sic scribit: *Vespertinus, Matutinus, penultima producta. itaque etiam Diutinus, & Serotinus, pronuntiandus est, contra quam prodidit.* Nec enim ex *Vespertinus*, & *Matutinus*, colligi quicquam potest de *Diutinus*, & *Serotinus*, quando illa veniunt à nominibus *Vesper*, & *Matuta*; hæc ab adverbis *Diu*, & *Serò*, derivantur. Cujusmodi corripere penultimam, ostendunt *crastinus*, à *cras*, *perendinus* à *perendie*, *pristinus* à *præ* sive *pris*, vel *prius*, *serotinus* à *serò*, *hornotinus* ab *hornò*, hoc est, hoc anno. Estque eadem Prisciani sententia in secundo. Ac Prudentius hymno in Laurentium Martyrem dixit: *Postquam vapor diutinus*. Hilarius item: *Et caliganti premeret serotina nocte*. Qui verò producat, vel producere jubeat, invenias, præter unum Scaligerum, neminem. qui quidem ante hos annos fuerit quinquaginta.

Atque ex his quidem iudicium ferri potest de Nominibus temporalibus, ut ea Priscianus vocat. Cætera in *INVS*, si Latina sint, habent porrectum: ut *mediastinus*, *intestinus*, *marinus*, *collinus*, *clandestinus*, *cisterninus*: & quæ ab animantibus veniunt: ut, *equinus*, *porcinus*, *murinus*, *anserinus*, *sumiliæque*. Corripiunt verò venientia à Græcis:

ut;

*Idem cum Scaligero
docet Gortsefer l. 1.
p. 106.*

ut, *crystallinus, adamantinus, myrrhinus, amygdalinus, amaracinus*: quibus adde *saginus, & oleaginus*; quæ pro Latinis habet Priscianus in secundo. De *oleaginus* non repugno, quod Græcis est *ελαίνιον*. Vfus Homerus Odyll. N. At *καλοσός φήγιν*, quod Doricè est *φάγιν*, legere est in *Αρθολογία*, usique etiam Eustathius, & alii.

Nec eadem omnium ratio est, quæ in *IMVS* definunt: cum *I* corripitur in *finitimus*, & *legitimus*; producatur in *bimus*, & *trimus*. Vnde queri video, hæc, an illa sequantur *patrimus, & matrimus*. Corripitur censebat Cæsar Scaliger, quod hæc ejus verba ostendunt lib. de causl. L. L. cap. xcv: *Alia in TRIMVS, in prædicamento τῷ ἔχειν: ut, Patrimus, Matrimus, qui patrem & matrem habet; Editimus, qui eadem. At Legitimus potius passivè, qui à lege constitutus est; Finitimus, qui suos fines habet. Hæc omnia corripimus terminationem. At Bimus, Trimus, Quadrimus ab anno ducta, non facile est dicere, salvâ verecundiâ ineptiendi, quare producant, nisi propter concisionem.* Nec primus is ita credidit: sed prævit hac parte vir maximus, Angelus Politianus cap. LVIII Miscell. ubi quosdam Sibylinos versus sic transfert:

— Sed enim pueri pueræque scorsum
*Concelebratio choros: verum hæc sit patrima proles,
 Matrimaque; at nuptæ genibus Iunonis ad aram
 Oratio.*

Producunt contra hodie multi, idque, ut putant, auctoritatem secuti Catulli; cujus illud è primo epigr. in ore habent:

*Quare habe tibi, quicquid hoc libelli est,
 Qualecumque; quod, o patrima virgo,
 Plus uno maneat perenne seculo.*

Sed sic scripisse Catullum, quamquam id Iosephus Scaliger putarit, mihi verisimile non fit, cum aliis de causis, tum quia nec ulli Catulli codd. hanc lectionem agnoscunt: nec quisquam veterum sic Minervam vocavit: nec ullus Minervam novè à Catullo sic appellatam observavit. Longèque minus acquiescit animus in emendatione eruditissimi cujusdam viri, legentis *Petronia*: quod rectum videri poterat, si vel vet. libb. auctoritate comprobaretur: vel poetarum mos esset, ad conciliandam monumentis suis perennitatem, Annam Perennam invocare. Sanè rei tam insolentis meminissent uspiam veteres Grammatici; præsertim cum locus ille, utpote in frontispicio positus, fugere potuerit neminem. Rectum autem est *patrona*, prout habent. edit. vet. etiam prima omnium, quæ Regii Lepidi prodiiit anno *MDCCCXXXI*. Sic verò appellatur Minerva, quod dicata esset in bibliothecis, curamque librorum gereret, quos hæ recepissent.

sent. Interim, etsi à Catullo id factum non est, tamen vocare Miner-
vam *patrimam* liceat, quomodo ab Euripide in Phœnissis ἀμάρωσ di-
citur, quod nihil aliud est, quàm *marima*. Nec, quod objectare qui-
dam Iosepho Scaligero solent, modulus repugnat, quo minùs sic vo-
care eam potuerit Catullus. Nam quando *imus* vocis productio est,
corripitur penultima: ut in *legimus*, *finimus*, *solistimus*, *adimus*:
quando autem posterior tantum syllaba producit vocem, tum I an-
tecedens est porrectum: ut in *primus*, *bimus*, *trimus*, *quadrinus*, *quinus*;
unde *quintanus* apud Plinium lib. VII, cap. XLV. At *patrimus*, & *ma-
trimus*, (quod non attendit vel Politianus, vel Cæsar Scaliger) poste-
rioris sunt generis; cum non ut à lege est *legimus*, à solo *solistimus*, à fine
finimus, sic à patre dicamus *patrimus*, à matre *marimus*; sed ut à præ
vel prius est *primus*, à bis *bimus*, à treis sive tris *trimus*; sic à patre, & matre,
dicamus *patrimus*, & *marimus*.

Etiam de media in *torcular* disputatur. Priscianus, Beda, alii, produci
volunt, ut in *lacunar*. Sed corripere debere, docet ἀναλογία. Nam ut à
specio specularum, & *specular*: sic à torqueo *torculum* & *torcular*. Atque idem
fuisse visum Iulio Scaligero, colligo ex hoc ejus senario in Atà:

Scapos, labella, torcula, aclidem, scalmos.

Imò & apud Fortunatum lib. VIII, cap. V, sic versus is legitur in
MSSis: *Calcaturus erat qui solus torcular altum.*

Et hæc quidem nomina sunt. Sed etiam in verbis simili ratione
modulus syllabæ cognoscitur. Ita licet *percussio*, & alia à *quatio* com-
posita, corripiant V; tamen *cæcutio* eam producit, quia simile est
verbo *balbutio*. Nam uti hoc est à *balbus*, ita illud est à *cæcus*. Atqui
Horatii est I Serm. sat. II.

Balbutit, scautum fultum pravis male talis.

Contrà in *esurio*, *cacaturio*, *cænatario*, & quibuscunque desiderativis,
V corripere colligimus. Martial. lib. XI, epigr. LXXVII.

In omnibus Vacerra quod conclavibus

Consumit horas, & die totâ sedet,

Cænatavit Vacerra, non cacaturio.

Ejusdem est lib. III, Epigr. XCIII.

Gaudes ducentas nupturire post mortes.

In vulgatis erat *nuptum ire*, unde in Aldinâ fecere inverso ordine *ire
nuptum*.

Multorum verò in *urio* par esse ratio videtur, cum longè aliter sint
affecta: *scarnario* dico, *ligurio*, *abligurio*, & similia, quæ desiderativa non
esse, cum significatio indicat, tum quantitas. Nam V ante RIO
producunt. Horat. sat. IV lib. II Serm.

Tit-

Tractavit calicem manibus, dum furta ligavit.

Et in carmine Ithyphallico versus phalæcius est, qui terminatur voce *scaurientes*. Sed ob obscenitatem non meruit apponi. Ac similiter Prudentius semel iterumque utitur hymno in Romanum martyrem, & alibi.

Verborum in CVLOR penultima & antepenultima, non ex terminatione, sed derivatione cognoscitur. Nam in *depeculor* V longum est, uti in *peculiam*: in *ofculor* breve, uti in *ofculam*. Parque ratio in *vermiculor*, unde opus *vermiculatum* Lucillio: item *adminiculor*, *maniculor*. Sunt enim à *vermiculus*, quod à *vermis*; *manicula*, quod à *manus*; *manicula*, quod à *manica*. In iisdem I antepenultimæ est breve, uti in diminutivis, unde veniunt. At longum volunt in *gesticulor*, quia fit à *gestire*. Sed quid si potius fit à diminutivo *gesticulus*? Quomodo breve erit. Atque id malim.

Et hæc de regulis istis specialibus, è quibus primæ, mediæve syllabæ, cognoscuntur. Videamus porro de iis, quæ ultimum locum obtinent, in quibus haut minus se homines esse ostenderunt. Nihil gravius addo, ne, contra Horatii * præscriptum, videamur potius è fulgore famum, quàm è fumo fulgorem oculis concinnare. * *in Arcei*.

C A P V T XXIV.

Reselluntur, quæ Erythræus, & Giffanius protulerunt adversus canona de terminatis in A. Ausonii ac Prudentii ævo syllabam acutam, (ut quam enclitica excipit) est natura esset brevis, quandoque produci. Nymeralia in ginta antiquioribus potius esse porrecta; junioribus non raro correpta. Cur imperativi primæ sint longi. De particulis, ita, quia, eia, puta, postea, postilla. Emnius emendatus. Item de antea, contra, ultra, frustra. Angeli Politiani conjectura improbat.

EX vocalibus A, & E, corripuntur; I, & V produci; O esse indifferens. Non pauca, scio, excipiunt: verum nec pauca prætereunt. Quare distinctius de tota re agendum.

In A primò videbimus de nominibus, pronomnibus, & participiis: quæ in nominandi, accusandi, & vocandi casu brevia sunt: in ablativo longa. Mira verò est oscitantia Nicolai Erythræi, & imprimis Oberti Giffanii; qui, ut ostendant, tres casus, quos dixi, sæpe produci; loca fere adducunt in quibus syllaba naturâ brevis ob cæsuram porrecta fiat. Hujusmodi sunt tres loci † ab Erythræo additi. Primus est iste III ÆN.

Dona dehinc antro gravia, sectoque elephanto.

K k 3

Rectè,

† *Ind. Virgil. in voce Tē. lu.*

Rectè, nisi cæsura id tribui posset: ut in iis, quæ cap. xv adduximus. Alter est xv Æneid. ubi sic vet. libb.

Rurpe moras omneis, turbatâque arripe castra.

At fatius sit dicere, hîc nullam esse *συναλοιφω*. Tertius est ix Æneid. ubi in antiquis codd. est:

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.

Verùm, quicquid dicat Erythræus, non fuerat producturus Maro, nisi gemina consonans sequeretur. Alia quoque nonnulla loca adfert Giffanius in Collectaneis suis. Ut istud Valerii Flacci lib. i: — *Oritur clamor, dextrâque sequentium.* Quomodo in manuscriptis, & antiquis prælo ante Philippi Eugentini editionem excusis, legere est. Similis in hoc Prudentii lib. i in Symmachum:

Mimica ridendâque suis sollempnia calvis.

Vbi contra manuscriptorum, & excusorum fidem, Victor Gifelinus rescripsit:

Mimicâque & ridenda.

Nempe Prudentius ob penthemimerim, & sequentem encliticam, A produxerat. Est item hephthemimeris in isto Ennii vii i i i Annal. quod idem adfert:

Iamque fere pulvis fulva volat.

Adfert etiam Ovidii hoc ii Met. Fab. xii.

— *At illa*

Surgit humo pigra: semeseriamque relinquit

Corpora serpentium.

Item hoc xiii Met. Fab. ii.

Sic Hecuba, postquam cum lectu miscuit iram.

Et quod paulò post sequitur:

Tolle moras Hecuba.

Sed non in Aldinâ tantùm, verùm etiam Venetâ anni crò cccc lxxxvi, atque aded vet. membranarum nostris, pro *pigra, pigre*; pro *Hecuba, Hecube*, constanter invenimus. Atque ut in aliis MSSis aliter legatur, tamen etiam his in locis brevis potest producti ob cæsuram.

Mediam in *utraque*, quæ non alius est naturæ ac in *utra*, in nominativo producere non veretur Aufonius epigr. xc:

Suasisti, Venus alma, duas Glyceras ut amarem.

Odis utraque. aliud da modo consilium.

Et epistolâ primâ:

Et placuisse reor geminis ataribus, ut se

Non scissinato tempore utraque daret.

Non dubito, quin eò hoc fecerit poëta, quia seculo illo plurimi syllabam,

syllabam, quæ acutum haberet, ut longam pronunciarent. Sic *vorâque* creticus est Publilio Optatiano Porphyrio in Anacreonticis, quibus organi est species :

*Vorâque jam theatris
Redduntur & choreis.*

Ejuidem est Panegyrico, quem Constantino Cæsari dixit :

*Sit voci compos, excisâque agmina cernens
Det juga captivis.*

Quomodo si aliquis Augustæi ævi, aut proximi scripsisset, negarem, vocalem quartâ sede elidî, ut dactylus sit. Esset enim omnino simile isti Maronis **II** Æn.

— *Timbasâque arripe castra.*

Nunc non dubito, quin ex more suorum temporum A, ob encliticam sequentem, produxerit Optatianus.

Numeralia malim producere propter auctoritatem Maronis. Cujus est in Æn. **III** :

Triginta capitum fortis emixa jacebit.

Ac similiter Martialis cum alibi *, tum lib. **VII**, epigr. **IX** :

Cum sexaginta numeret Cassellus annos.

Ex antiquioribus corripere videtur Lucilius : è quo Nonius † adducit :

— *Octoginta videris*

Commoda de Capua, quinquaginta atque novena.

Prout est in Aldinâ, & hac antiquiore Mediolanensî. Imò etiam apud Iunianum Majum est *Octoginta*. Sed in MSSis est *octogena* : uti & pro *novena, ducenta*. Quomodo & Ios. Mercerus expressit. *Octogena* autem tertertia intelligo : quæ *commoda* vocat, ut Plautus *commodum salentum* ‡, & *commodas minas* *, hoc est, justî ponderis. Etiam Martialis eam syllabam corripere existimatur. Quod probatum eunt hoc è lib. **III**, epigr. **XL** :

Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.

Sed in melioribus libris est *quinquagena*. Etiam adducunt è lib. **XI**, epigram. **XXVI** :

Sexaginta veras cum limina mane senator.

Vbi sic constanter codd. quos vidi. Tamen proclivis fuerit hic error, ut *sexaginta* pro *sexagena* scriberent. Sanè corripî non posse, judicium fuit Sebastiani Corradi †, & Georgii Fabricii ‡, & ante hos Antonii Nebriffensis ; qui loca omnia, ubi aliter legeretur, corrupta arbitratur. Nobis verò, de posteriorum quidem seculorum poetis, aliud videtur. Est enim Aufonii Epist. **VI**, quæ ad Theonem :

Nonaginta dies sine te, carissime, vixi.

* lib. 3, epig.
36. & lib.
10, epig. ult.
& lib. 11.
epigr. 25.
† in Com-
modum,

‡ Rud. g. 2.
* Mercas.
2. 3.

† lib. 7 de
L. I.
‡ lib. de re
pov.

Ac

Ac similiter ejusdem ætatis Manilius lib. II.

Ter triginta quadrum partes per sidera reddunt.

Item Remus Favinus, sive Rhemnius Fannius lib. de ponderibus & mensuris :

Cecropium superest post hæc docuisse talentum

Sexaginta minas, seu vis sex milia drachmas.

Iuvenus quoque in quarto historiæ Euangelicæ :

Argenti triginta minas posuere profani.

Qui & in secundo eodem modo inquit :

Hoc ajunt bis sex, & quadraginta per annos.

Venio ad verba. In quibus imperativi primæ producuntur, quia, si originem consideres, contracti sunt *ex ai*. Nam ut Græcum ἀμα est *ex ἀμαε*, *mete* : ita & Latinum *ama* ex trisyllabo, sed obsoleto *amaei*, contrahitur. Sic *doma* ex *domaei*, ut Græcis δαμα ex δαμαε, hoc est, *doma*.

Ex particulis corripi convenit *ita*, & *quia*. Ut Aufonius imitandus non sit *carm. VIII* in professores Burdigalenses :

Sed quia nostro docuere in ævo.

Verùm fortasse is cæsuræ habuit rationem : quomodo eodem carmine legimus :

Tertius horum mihi non magister.

Nisi istic placet H consonantis vice fungi. Sanè *quia* eodem ipse carmine corripit :

Obstitit nostræ quia credo mentis.

Eia quantam habeat posteriorem, non cognoscas ex Marone, qui sic vocalem subjicit, ut deglutiat. Producere ultimam ait Probus* : atque ita usus Sidonius *Carm. XIV* ad Calliopen. Sed tutius corripit censo, propter illud Valerii Flacci in *VIII* :

— *Eia per ipsum*

Scande, age, & adverso pressus, ait, imprime dorso.

Quod & Buchananus imitatur *Psal. CXLVII* :

Eia Dei laudes Solimææ pangite gentes.

* Infit.
Gram. cap. 2.
de ultimis
Adverbio-
rum syllabis.

† Lib. 2. nat.
quæst. cap. 2.
‡ In prefat.
& lib. 5.
cap. 26.
* In Oppi-
do.

puta (pro quo etiam *uputa* apud Senecam †, Celsum ‡, ac Festum* legitur) à veteribus solere corripit, docent verba Servii in *1Æ Æn. Præpositiones, vel adverbia in A exuentia, modo producunt ultimam literam, excepto puta, & ita; quia apud Ennium, & Pacuvium, brevia sunt. Horum verò exemplum secutus autor carminis obsceni phalæcio isto,*

Ut Phæbo puta, filioque Phæbi.

Item Perlius *sat. IV*.

Hoc puta non justum est, illud male, rectius istud.

In vulgatis est *puto*, sed placet *puta*, quod se Casaubonus invenisse scribit in membranis Bongarsii : imò & veteres ita legisse, autor est Priscianus lib. xv, quo loco de terminatione adverbiorum tractat.

Martialem tamen producere ajunt, propter illud lib. iv, epig. xxix :

Tu quoque, de nostris releges quæcumque libellis,

Esse puta solum. sic tibi pleris erit.

Sed minime vident, *puta* hic valere *cense, crede*. ut omnino sit verbum.

Et sanè sic idem lib. xi, ep. xcvi :

In solo puta te mergere, Flacce, caput.

Quamquam in vulgatis ibi *puto*. Sed aliter codd. Palat. & Angl. ut monitum Grutero, & editum Scriverio.

Postea, quod Georgius Fabricius lib. de re poetica produci scripsit, corripitur ab Ovidio 1 Fastor.

Postea mirabar, cur non sine litibus esset Prima dies.

Nisi placeat post ea divisim legere. Sanè rectè produci, ostendunt jambici isti apud Plautum Pœnulo Act. 1, Sc. 1 :

Si auctoritatem postea defugeris,

Vbi dissolvens tu sis, ego pendeam.

Producere similiter *postilla* videtur Ennius in illis Vestalis verbis :

Nam me visus homo pulcher, per amoena salicta

Et ripas raptare, locosque novos. ita sola

Postilla, germana soror, errare videbar,

Tardaue vestigare, & querere te, neque posse

Corde capeßere. semita nulla pedem stabilibat.

Sic eos versus lego, & distinguo. Vulgò divisim scribitur, *Post illa*. Item, & *querere, te neque posse corde capeßere*. Quomodo adducit quoque Fulvius Ursinus in xv Æn. Virgilii cum Græcis collati. Etiam Propertii est lib. 1, el. xv.

Hypsipile nullos postilla sensit amores.

Nisi, post illos, scripsit.

Naturà tamen ejusmodi brevità essent. Et hoc sine dubio, & præterea Ovidii auctoritas, movere Franciscum Philephum, ut in satyra scriberet illud nunc adeò protritum :

Omnia si perdas, famam servare memento,

Quà semel amissà, postea nullus eris.

Vbi, quos modulus offendit, rescribere κατ' ἐπιμόριον, jubent, *postea an ullus eris?* Sed si Ovidio medicina fiat, solùm scribendo, *Post ea*: cur non & Philepho?

Ancea itidem producit Horatius od. xii, lib. Epod.

Peiti, nihil me, sicut ancea, juvat

Scribere versiculos.

Item Catullus Carm. iv :

Vbi iste post-faselus ancea fuit.

L 1

Contra

Contra Maroni producitur IV Georg.

*Contra non ulla est oleis cultura : neque illæ
Procervam expectant falcem.*

Attius tamen corripere videtur in Philoctete :

Quem neque tueri contra, neque affari queas.

Est enim tenarius, ac quartâ sede est anapæstus : nisi creticum admittat, aut *tueri* & *συνίζησιν* sit dissyllabon. Quare hoc infirmum. Idem iudico de hoc Lucretii lib. I.

Ne forte hæc per se cogunt nos contra fateri.

Vt habent libb. quidam veteres. Sed in nostris etiam membranis, uti & editione Florentinâ, quam ante annos amplius centum Petrus Candidus castigavit, pro *contra* invenimus *esse* : quod Lambinus, ac Giffanius, receperunt.

Nec assis est, quod è Valerii Flacci lib. VI II, adducunt Emmanuel Alvarez, & alii :

Contraque Lethæi quassare silentia rami.

Nam apud eum legitur hoc pacto :

*Contra Tartarcis Colchis spumare venenis,
Cumque Lethæi quassare silentia rami
Perstat.*

Vbi itidem produci videmus. At Aufonius corripit præfat. ad Theodosium Augustum :

Sæpe mora est, quoties contra parem dubites.

Item Manilius non Augustæi, ut putarunt, ævi poëta, sed, ut sæpius dictum, Aufonio *ὄνυχρον*. Ejus est lib. II :

Contra jacet cancer parulam distentus in alvum.

Ultra itidem est porrectum : ut apud Iuvenalem sat. II.

*Ultra Sasromatas fugere hinc libet, & glaciam
Oceanum.*

Objiciunt locum Sereni Sammonici :

Curaque nil prodest, nec ducitur ultra cicatrix.

Sed pro *ultra* recte *ulla* est in melioribus libris, etiam illâ Ioannis Cæsarii, & alterâ Petri Pithœi.

Frustra nonnulli corripunt, idque, uti ajunt, Iuvenalis exemplo ; cujus illud sat. III.

— *Vivimus autem*

Ærumæ cumulus, quod nudum, & frustra rogantem

Nemo cibo, nemo hospitio, te loque jurabit.

Verum hic *frustra*, quod in antiquis reperit Mancinellus, legerim potius : etiam alterum sit in MSSis nostris : atque id etiam Raderus probet

probet ad Martia. lib. III, epigr. XL *. Itidem adducunt hoc Av-
 sonii in Cæsaribus :

* *fræ Rode-
riana editio
nu. 30.*

Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro.

Sed dehinc *ἄσπιλον* monosyllabon fit. At nihil obduci possit
 Felto Avieno, nisi quod classicus non fit. Ejus est in Arateis :

Exhalantis hami, qua spiramenta madescunt

Ima, ubiunt cælis, luxu dum frustra jrequenter.

Non video, quid in mentem venerit Angelo Politiano †, ut versum † *cap. 76.*
 Ovidii in prima Heroidum epistolâ, ubi optimi libri *ab Hectore*, sic *Miscel.*
 posse legi putaret :

Sive quis Antilochum narraret à Memnone victum.

Rectius dixisset, *Amphimachum* pro *Antilocho* legi debere, ne agno-
 scere cogamur, esse *ἄμφοτον* poetæ *ἀμάρτυρα*. Sanè à *Memnone*
 legi nequit, cum A semper fit longum. Quid, quod nec ullum Ovidii
ἀμάρτυρα † est? Nam Amphimachus quidem ab Hectore est occi- † *erratum.*
 sus, ut narrat Homerus Iliados N *: sed hoc non prohibet, quo mi- * *vers. 177.*
 nus Antilochus ab eodem Hectore, etsi non occisus, tamen victus sit;
 quod idem narrat Homerus II. E †. Quare Ovidii mentem Politia- † *vers. 590.*
 nus non est assecutus. Imò nec Parrhasius †, cum à Penelope putat † *epist. 2.*
 matronali peccatum simplicitate.

CAPVT XXV.

Giffanii & Erythraei sententia refutatur de executibus in E. Fames olim
 quivæta fuit : vale, cave, vide, salve, responde, etiam corripuntur :
 Iupernæ & infernæ corripunt ultimam : composita è die produciunt. Ety-
 mon particulae fere, & ferme.

NEq; roboris sat inest argumentis, quibus idem Giffanius probare
 nititur, illa in E sæpe veteribus produci contra Grammatico-
 rum regulas. Nam quod ad illud Prudentii *Œli sc̄. hymn. iv :*

Civitas quæque pretiosa portans :

Superius * dicebamus, E non tantum ob penthemimerim produci * *cap. 15.*
 hic posse; sed etiam, quia vox sequens inchoat à duabus consonis.
 Nec canonibus Grammaticorum adversatur illud Maronis in VI, quod
 ab eodem adfertur :

— *Offam*

Objicit; ille fame rabidâ tria guttura pandens

Corripit objectam :

aut hoc Lucretii lib. I :

Et nisi tempestas indulget tempore fausto

Imbribus, ut tabe nimborum arbuta vacillent.

LI 2

Quo

* in tabe.

Quo etiam loco idem probare est conatus Erythræus in indice Virgiliano * : sed parum validè , quando utrobique est cæsuræ. Sanè corripit Maro VI Æn.

*Heic, quos durus amor crudeli tabe peredit ,
Secreti celant calles.*

Et Ovid. IX Met. — *Cæcâque medullis
Tabæ liquefactis, tollens ad sidera palmas.*

Quare rectius adduxissent istud Lucretii lib. III :
Sollicitæ volitant morbis, algoque, famèque.

Vel è Marone in IV Georg.
Amisissis, ut fama, apibus, morboque, famèque.

Et XI Met. fab. IX :
Qui quamquam servit pariter rabieque, famèque.

Item hoc Martialis lib. I, epigr. C :
Hoc si contigerit, fame peribis.

Et tamen, ne hi quidem loci adversantur Grammaticis. Nam posteriore in fame produciunt posteriores ; non quia veteres aliter de syllabarum quantitate judicarunt ; sed quia olim (ut Gellius testatur lib. IX, cap. XIV.) fuerit quintæ ; quomodo & plebs, quod nunc tertiæ est , olim in patrio casu plebei fecit : unde Sallustius I Histor. plebei tribunitiam potestatem, pro plebis. Hæc de nominibus.

E verbis in E secundæ conjugationis vale, & cave , habent ultimam communem. Corripit vale Nalo I Trist. eleg. VII.

Idque quod ignoti faciunt, vale dicere saltem ?
At producit læpius : ut X Metam. fab. I.

*Supremumque vale, quod jam vix auribus ille
Acciperet, dixit.*

Cæsuræ tamen hîc tribui possit. Cave contrà posteriorem ferè corripit. Horat. I. Epist. ad Vinnium Afellam :

Vade, vale, cave ne titubes, mandatæque frangas.

Ovid. I Trist. eleg. I :
Tu cave defendas, quamvis mordebere dictis :

Et lib. III de Ponto eleg. I :
Huic cave degeneres.

Interdum producit : ut Met. II, fab. I :
Nate, cave : dum resque sinit, tua corrige vota.

Vide quoque interdum corripit E. Persius sat. I.
*Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas ? vide sis, ne majorum tibi foris
Limina frigescant.*

Et

Et ne quis id factum putet, eò quòd cum *sis* componatur, dixit Val. Flaccus lib. v * :

* vers. 594.

*Incumbens Odrussa mero : vide lata comantem
Pectora.*

Itemque Dionysius Cato † :

† lib. 4. 25.

*Laudaris quodcùnque palam, quodcùnque probaris,
Hoc vide, ne rursum levitatis crimine damnes.*

Martialis quoque lib. xi, epigr. ult. argutè ait :

Lector salve. Taces, dissimulâsq; vale.

Prout vet. libb. habent, & in optima illa amicissimi Scriverii editione optimè expressum. In vulgatis pro *salve* corruptè *solve* editum est. Idem lib. iiii, epigr. iv.

*Si, quando veniet? dicet, responde, Poëta
Exierat. veniet, cum citharædus erit.*

Causa ejusce rei est, quòd multa verba secundæ olim fuerunt, & tertiæ. Ita dixere *ferreo*, & *ferro*; *fulgeo*, & *fulgo*; *oleo*, & *olo*, similiaque.

Superfunt adverbia. Ac primò videamus de iis, quæ derivantur ab adjectivis secundæ declinationis. Ex quibus scrupulum injiciunt *superne*, & *inferne*. Nam ea Lucretio corripunt ultimam. Quod multis ejus locis comprobatur: inter alios isto lib. iv † :

* vers. 440.

*Nam quæcunq; supra rorem salis edita pars est
Remorum, recta est, & recta superne gubernata.*

Ita etiam in membranis nostris legitur: ac ante seculum, & amplius, editum fuit in Florentina à Petro Candido recensita. Nec aliter Lambinus, & Giffanius, vel invenere in suis codd. vel legendum putant. Idem Lucretius in vi, versu 543.

Terna superne tremit magnis concussa ruinis.

Ad quem locum ita Lambinus: *Millies jam dixi, ultimam syllabam adverbii superne, brevem esse: itaque eos errare, qui hoc loco, & similibus, legi volum, superna, reclamantibus omnibus libris, & vulgatis, præter Venetos antiquos, & Parisienses. Idem eodem libro * :*

* vers. 696.

Tecta superne timent, metunt inferne cavernas.

Quomodo hic quoque cum in membranis nostris, tum in Lambini, & Giffanii codd. scriptum invenitur.

Adverbii porrectis adde derivata à die: ut, *hodie*, *pridie*, *postridie*, *quotidie*: quæ naturam simplicis ablativi retinent.

Sanè, ut poetarum mittam testimonia, etiam Fabius Quintilianus in *postridie* tres ultimas vocat creticum sive amphimacrum. Sic enim scribit lib. ix, cap. de Compositione: *Creticus est initus optimus:*

Quod precatus à Diis immortalibus sum, & clausus: In conspectu populi Romani vomere postredie.

Longa etiam sunt *ferre*, & *ferme*. Virgil. Æn. III:

Iamque fere sicco subdant litore pappes.

Vbi & Servius, monet RE produci. Item Iuvenalis sat. VI.

Nulla fere casta est, in qua non femina licem

Moverit.

Idem sat. XIII.

Molles, & varia est ferme natura maiorum.

Non tamen hæc veniunt ab adjectivis secundæ declinationis, sed à verbo *ferre*. Nam, ut ait Varro lib. VI de L. L. *utrumque dictum a ferendo, quod id, quod ferretur, est in motu, atque adventu.* Interim dissimulare non possumus, Aufonium corripere. Ejus est,

Nam tecum fere totus ero, quocunque recedam.

* lib. 3.
Av. Brachy.
p. 107.

Quod imitari non dubitavit Thomas Morus: cum Anacreontis illud, *ἄρης δ' ἔσθ' ἀγαθῶν φείδεται, ἀλλὰ κακῶν:* transtulit hoc pacto:

Fortibus hanc parcat Mars fere, sed timidus.

Prodit quoque posteriore *obe* Martialis lib. IV, epigr. XCI:

Obe, jam satis est, obe libelle.

De monosyllabis satis convenit, ea produci, encliticis, & syllabiscis adjectionibus exceptis. Prioris generis sunt, *que, ne, ve*: alterius, *ce, te, pre.*

C A P V T XXVI.

De terminatis in I. Cui monosyllabon Prudentio breve; sed perperam. Falli, qui censent, cui, & huic, potius esse semper monosyllaba. Manilii poetæ atas: eique præfisse Firmicum, non Firmico Manilium. Cuique Prudentio dactylus est, si vet. codd. standum. Sicuti non servat quantitatem simplicis uti. Faëri error de modulo ultimæ in heri.

NEC fatis curatè, quæ in I exeunt, expenderunt. Alongis in I excipiunt *nisi*, & *quasi*, breviam; tum *mibi, tibi, sibi, cui, ubi*, & *ibi* communia. Sed fortasse *nisi*, & *quasi*, etiam producta inveniuntur. Lucretius lib. II:

Et divicta quasi cogatur ferre patique.

Avienus in Arati paraphrasi:

Vt nec curva quasi declinet cornua.

Sidonius in epithalamio Polemii:

Sint tantum, penitusque nisi nihil esse proberunt.

Sed

Sed in Lucretio quidem id tribuere possis cæsuræ : in cæteris verò ætati condones, quâ vixere.

Cui monosyllabon breve est Prudentio hymno iv Cathemerindon :

Tu mihi Christe, columba potens,

Sanguine pasta cui cedit avis.

Est versus tetrameter catalecticus. Sed non imitandum, cùm crasis syllabam faciat porrectam. *Cui disyllabon posteriorem habet ancipitem.* Producit Prudentius lib. II contra Symmachum :

— *Nec digna perenni*

Lægitæ, cui propria est opulentia.

At hymno iv *ΩΕΙ ΑΦ.* corripit : ut cui Adonius sit, *Res cui tanta est.* Longeque id usitatius. Eos verò, qui veteribus semper monosyllabon credunt, refellit Martialis lib. XI, epigr. LXXIII :

Collatus cui Gallus est Priapus.

Et lib. XII, epigr. XLIX :

Et credit cui Postumilla diuus.

Priscianus quoque in nono, fatetur quidem, *huic, & cui,* poëtis plurimum esse monosyllaba : at interea, disyllaba quoque inveniri, docet. Ac de *cui* probat gemino Terentiani Mauri loco ; quorum utroque *cui* pyrrhichius est.

Habes eos cap. de literis. Prior est :

Verum ut cuique est proximitas loci sonique.

Est carmen Sotadicum, quod constat duobus Ionicis à majore, & tribus trochæis. Alter locus est :

Ex ordine fulgens cui dat locum synopsis.

Huic verò interdum esse disyllabum, ostenditur isto Statii I. Sylvarum in equum Domitiani : — *Tuosque*

Letus huic dono videas dare turra nepotes.

Item epithalamio Stellæ & Violantillæ :

Falsus huic pennas, & cornua sumeret æthra

Rector.

* Quin dubitari possit, an apud antiquos, & classicos poëtas, *cui* posteriori quoque legatur productâ ; etiam *cuique* mediâ longa sit apud Manilium lib. IV :

Sic erit & sedes fugienda perenda cuique.

Quamquam ne Manilius quidem, sive Manlius, ut in veruſto todice Gemblacensi vocatur, sive Mallius, ut in nonnullis dici MSSis Crinitus & Gyraldus testatur, antiquis illis est accensendus : ut qui non Augusti ævo vixerit ; quod non modò Crinitus, ac Lilius, sed etiam Iosephus Scaliger existimabat : verùm temporibus Theodosii Magni,

Magni, ut qui ille sit Mallius Theodorus, qui cum Eutropio confuit anno Christi ccc xcix. Hoc ita esse, optimè doctissimus Casparus Gevartius observavit ex Claudiani in Mallium hunc panegyri: ubi clarè ejus Astronomicorum meminit. Et sanè dictio satis arguit, non esse Augustæi, sed potius Theodosiani ævi poëtam. Quare cum passim eadem hic legere sit, quæ prosâ habemus apud Iulium Firmicum Maternum Siculum: non cum Scaligero statuendum, Firmicum sua ex Manilio hausisse: sed Manilium carmine reddidisse, quæ prosâ Firmicus scripsisset. Antiquior enim Firmicus, ut qui vixerit sub Constantino M. quemadmodum ex præfatione ejus constat. Sed ad metrica redeamus. Manilius quidem, seu Mallius producit secundam in *cuique*, ut vidimus: at ejusdem ætatis scriptor Prudentius nunc corripere, nunc producere existimatur. Corripere dicitur in secundo adversus Symmachum:

Imus ad occultum. Proprius genti cuique est mos.

Producere putatur eodem libro:

Vincendi queris dominam? sua dextra cuique est.

Verùm multò aliter codices MSSi, in quibus Georg. Fabricius reperit:

— *Suus est mos cuique genti.*

Et, — *Sua cuique dextra est.*

Quomodo *cuique* Prudentio dactylus erit. Neque hic tantùm: sed etiam libro ejus operis priori:

Omnibus ante pedes posita est, sua cuique sordens

Arula.

Et in Hamartigenia:

Assignare deos proprios sua cuique jura.

Vbi editum, — *Sua cuique vetusta Arula.* Et, — *Sua jura cuique.* Equidem nec licentiam probo poëtarum, qui sic scribat: nec librariorum audaciam, qui aliter rescribunt.

Vbi, & ibi, communia sunt. Compositum *scibi* tantùm correptum reperias. *Vii* est longum. Quemadmodum & composita *alibi*, & *velui*. At *sicubi* breve Ennio, Lucretio, aliis. *Nullibi* juniorum quidam corripunt. Ut Hieronymus Floravantius in Carmine Anapæstico, quod præmisit libro I I de Trinitate:

Nulla huic similis lucta palaestra:

Nullibi major, meliorque labor.

Sed scribere debuit *nusquam*. *Nullibi* enim barbarum est.

Hæri æquè, ac *here*, ultimam corripere ait Faërnus in Eun. act. II, sc. III*. Sed falli censeo. Nam in optimis quibusque libris est *here*: quod posteriorem corripit Iuvenali sat. I. *Hereque* veteres dixisse, agnoscunt non modò Nonius, & Priscianus; sed etiam Donatus in Phorm. atque adeo Fabius lib. I, cap. XII.

CAPVT XXVII.

Cur dativi, & Ablativi in O, producantur. Cur & resti antiquis sæpius sint longi, præterquam ego. Quod à classicis non producitur extra cæsuram. Sed Ausonium id neglexisse. Scriptor Consolationis ad Liviam plane est Augusti ævi: scriptor verò elegiæ in obitum Mæcenatis est Scholasticus inferioris ætatis: etsi eosdem nonnulli putarint. Do male corripit ab eruditissimo Grammatico. Cedo habere posteriorem brevem. Scio olim nonnulli semper longum putarunt. Marii Victorini sententia de dispari modulo in scio, nescio, monstro, dicto, & similibus, quando nomina sunt, & quando verba. Quo consilio Maro gerundia in do semper producat: alii verò non raro corripiant. Quando anceps. Vt & modò: sed composita semper brevia. De modulo ultimæ in serò, tertio, postremo, profectò, imò, ed, aded, ò, porò, verò, ideo, ergo. Deque postremo horum Festi, & Victorini iudicium.

IN O quoque distinctè videbimus, primùm de nominibus; pronominibus, & participiis: inde de verbis, & gerundiis: denique de adverbis, ac cæteris particulis.

Quod attinet ad nomina, hæc rectum habent ancipitem; ut sermo: obliqui autem, ut nomen, ita partium cognatarum, ultimam producant. Cujus rei causa est ista, quòd Græcis dandi, & auferendi casus, (qui illis unus idemque) per ω efferantur. Latini autem matricem linguam sequuntur. Sic Græci, Κύρω, ἀγρῶ, ραφᾶνω, ἀβύσσῳ: Latini Cyro, agro, raphano, abisso. Sed de recto idem dicere non possumus; quia quæ Latinis in o, hæc Græcis in ων desinunt. Vt Πλάτων, Πλατο, Κικέρων, Cicero, δεινῶν, draco. Itaque Marius Corradus in primo de L. L. ait, Cato, virgo, & similia, semper longa esse. Imò, ex veteribus ipsis, Marius Victorinus, in primo operis sui, agnoscit, novis, ut vocat, poetis corripit: sed antiquis produci. Atque huic probando adducit ex x Æn.

Cui Iuno submissa.

Et ex xi:

Hec nimium, virgo, nimium crudele iusti

Supplicium.

In ego tamen contra est. Nam etsi Græcis sit ἐγὼ, tamen, ut Victorinus agnoscit, posterior corripitur. Vt in primo Æn.

Ast ego, quæ dævium incedo regina.

Et in secundo:

Non ego Myrmidonum sedes.

M m

Sunt

† *MS.* 2.
sc. 1.

Sunt qui produci probent hoc Terentii in Andria †:

Ego, Charine, neutiquam esse officium liberi puto.

Volunt enim, esse jambicum tetrametrum. In quo falluntur, cum versus proximi ostendant, esse trochaicum tetrametrum catalecticum. Doctissimus Emmanuel Alvarez, ut doceat, non raro habere ultimam longam, primo loco adducit hoc Ovidii ex epistola Laodamiae:

Sed quid ego revoco hæc? omen revocantis abesto.

Firminus id argumentum foret, nisi productio tribui cæsurae posset. Quod & alibi fieri observo. Ut apud Valerium Catonem in Diris:

Ausus ego primus castos violare pudores.

Ita, non *egon*, Aldina, aliaque vet. Et apud scriptorem Consolationis ad Liviam:

Iamque precaturus, Quid ego jam credulus, inquit,

Suscipiam in nulos irrita vota deos?

Quod poema, ut falso tribuatur Ovidio, indignum tamen eo non est, ob egregia in illo ingenii lumina. Ob quæ tam facile Iosepho Scaligero credimus, esse Pedonis Albinovani, quam difficulter ei subscribamus contendenti, ejusdem Pedonis esse elegiam in obitum Mæcenatis. Nam quicquid vir summus dicat, tota penè languet, nec aliquid dignum habet Augustæo ævo: ut nobis quidem persuasissimum sit, esse foetum Scholastici cujusdam sequioris ævi.

Idem Alvarez ego producere posteriorem gemino probat Corneliæ Galli loco. Prior est ex Eleg. primâ:

Sic cunctis formosus ego, gratusque videbor.

Alter ex sequenti:

Sum grandævus ego, nec tu minis.

Nempe secutus est codices vulgares. Sed jam olim Lilio Gyraldo* monitum, esse elegias has non Galli illius à Marone † etiam celebrati: sed scholastici poetæ Maximiani, cujus nomen & nostri præferunt MSSi. Adde quòd his etiam locis productionem syllabæ tribuere cæsurae licet. Vti & in Aufonii † istoc ab eodem adducto:

Sicut ego solus me quoque pauperior.

Quare mallet, apposuisset hoc ejusdem in ludo sapientum:

Ego duorum regum testimonio.

Et in Thalete:

Ego recusans non recepi, & reddidi.

Item:

Ego receptum consecravi Apollini.

Nam ne Comicis quidem, nedum Aufonio hæc licentia, ut pyrrichius,

* De poetis
 dial. 4.
 † *Ecl.* 10.

† *epigr. de*
Craeso.

chius ei pedem jambici constituat. Quod enim ad illud ejusdem :

Abeo, valete, & plaudite plures boni :

ultima in *plaudite* producit, quia eam excipit vox à duabus consonis inchoans. Nec propterea tanti fuerit Aufonius mihi, ut non cum classicis posteriorem in *ego* malim corripere, nisi viderem, ex classicis ipsis posse aliqua pro eo adferri. Producit enim Plautus, hoc trochæico, Aululariâ act. III, sc. III :

Cœtum ego, non vapularum, dudum conductus fui.

Imò idem facit Catullus epigr. XVII :

Hunc ego volo de tuo ponte mittere pronum.

Versus est antispasticus, sive Priapeus : qui constat Glyconio primâ sede trochæum habente, & Pherecratio itidem initio habente trochæum.

Venio ad verba: ubi de monosyllabis fati constat. Horat. lib. Epod.

Iam jam efficaci do manus scientiæ.

Nec uspiam aliter : ut malè corripiat Henricus Stephanus in hoc senario :

Sed numerus horum quæ do, quæ brevi dabo.

Solum quæritur de disyllabis, & polysyllabis : ut *disco, doceo*. In his ultima esse anceps putatur. Id negat Marius Corradus * : qui semper * *ib. r.* longa putat. Neque dubitandum, quin primò fuerit porrecta, cum Græcè sit ω. Ut λέγω, *libo*, ψάλλω, *psallo*, έρπω, *serpo*. Et antiqui propterea producere malebant. Quà de re sic Marius Victorinus lib. I :
Potest & hic modus sextus communium syllabarum videri, qui apud omnes veteres semper, & apud Virgilium plerumque, pro longâ syllabâ est. Nam pro brevi apud novos poetas frequenter : quod est sic, cum verbum sive nomen O habet ultimam correptam, non sequentibus duabus consonantibus : ut †,

Canto, quæ solitus, &c.

Et ‡,

Mœnia prima loco, fati, &c.

Marius Corradus duo excipit, *scio, & nescio*. Addere debuit *cedo* pro *dic*. Nam est Iuvenalis sat. XIII :

Facti crimen habet. cedo, si conata peregit ?

Cæterum de *scio* veterum quidam refragantur. Nec movet eos illud Maronis Ecl. VIII : *Nunc scio, quid sit amor*. Nam volunt *scio* & σκωζον fieri monosyllabon : ut Victorinus ait. Qui tamen hac parte ab iis dissentire videtur. Censet enim, verbum *scio* debere corripri, ut distinguiatur à dativo nominis *sciens*, unde *sciulus*, & *nescius*. Ac similiter jubet corripere verba hæc *monstro, ostento*, & similia, ut à dativis & ablativis nominum differant. Ipsum Victorinum audiamus, vel anti-quitatis causâ. *Qui (in scio) hanc syllabam longam esse voluerunt, semper elidunt*

M m 2

† *Mari*
Ecl. 2.
‡ *3 An.*

elidunt inde *I* literam, ut sit, Nunc scio : quamquam cassa est super hoc verbo, quia e necesse est literam corrumpi. In his enim verbis, quæ nominum speciem gerunt, eadem corrumpi oportet propter discretionem. Nam Scio, si corrumpas *O* literam, verbum est : si prædicas, nomen singularis dativi, vel ablativi, ut huic, & ab hoc scio. Item tale est, monstro, & ostento : & frequentativa verba multa, ut leilo, fa. lo, scripto, d. lo.

Sed metuo multum, ne parte hac Grammaticum acumen facile retundatur. Nam quis poetarum veterum hoc discrimen observat? Quare malim dicere, antiquiores verba in *o* potius producere, quia *o* propius tum ad *o* Græcorum accederet : posteriores verò sæpius corrumpere, quia paullo tum celerius, quàm veteres, efferrent. Sanè corrumpit Martialis lib. I, epigr. xxxiii :

Non amo te, Sabidi, nec possum dicere, quare.

Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Et lib. III, epigr. xlv :

Nolo mihi ponas rhombum, nullumve bilibrem :

Nec volo boletos, ostrea noio : tace.

Rariora tamen hæc apud principes poetæ : uti diximus.

Ad gerundia in *o* quod attinet, & hæc semper porrecta esse, tradit Marius Corradus. Imò, cujus potior auctoritas, Valerius Probus in Institut. ait, ea sine dubio habere ultimam longam. Et profectò Virgilius, quo nemo poetarum castigari iudicio fuit, producere ea solet. Credo, id eò fecit, quia gerundia omnia verè sunt participia certi casus : ac illa quidem in *do* sunt dandi, vel auferendi casus. Nam laborando consequi dicimus, ut labore consequi : & scribendo aptus, vel inutilis, ut scriptioni, vel scriptura aptus, vel ineptus. Quid mirum igitur, si veteres eandem hic rationem, quam in dativis, & ablativis, insistere voluerint? Plus tamen hic sibi permiscere Tibullus, Ovidius, alii. Tibulli quidem est lib. III, el. vi :

Aufer & ipse meum pariter medicando laborem.

Ovidius similiter epistolà Deianiræ :

Fortunam vultus fassa tegendo suos.

Juvenalis sat. III :

Plurimus hic æger moritur vigilando : sed illum.

Quid omnes adducam? Addam solum illum Alpei Aviti jambicum ex libro II Excellentium apud Priscianum in xviii :

Spatiendo pavillam trahit.

Credo jam Augusti ætate, ultima in gerundiis ejusmodi efferebatur, quasi sesquitempus haberet. Maro igitur, primævam eorum attendens naturam, veritus est corrumpere. Cæteris satis visum, si non offen-

offenderent aures cujusquam. Nam, ut superiùs dictum nobis, vulgus etiam imperitum, utcunque artis metricæ ignarum esset, tamen consuetudine Latini sermonis de modulo syllabarum optimè judicabat: nec diffiteri poterat, solùm sesquitempus in talibus audiri. Quare poëtis putabat hoc libertatis relinquendum, ut semitempus vel adderent vel demerent: præsertim cum leviculum adeo discrimen vix observaretur. Et credo etiam è vulgo alii hoc, alio alii modo pronunciabant.

Nunc de particulis agendum. Ac primò de adverbiiis. *Quando* ait Servius † naturaliter esse breve, eique rei adducit hoc Sereni:

Quando flagella ligas, ita liga.

† in 4
Aneid.

Maro tamen semper producit; ut appareat, si non longum potiùs, saltè ancipiti esse intervallo.

Sed in primis disputatur de adverbiiis, quæ veniunt ab ablâtivis nominum. Hujusmodi Marius Corradus semper producere jubet, præterquam in *ciò*; quod & Charisius * excipit; & *modo*, cum compositis; ut sunt *quomodo*, *dummodo*, *postmodo*. Martial. lib. x, epigr. xvi:

* cap. de
adverbiiis.

Quicquid habent omnes accipe, quomodo des.

Et lib. III, epigr. xv:

Cum sit tam pauper, quomodo cæcus amat?

Imò Horatii quoque est lib. I, od. xxviii:

Negligis immeritis nocituram

Postmodo te natis fraudem committere.

Et Tibullus lib. I, el. I.

— *Tecum*

Dummodo sim, quæso, segnis, inersque vocer.

Sed et si simplex *modo* sæpius corripitur, producere tamen possis exemplo Catulli ad Varum:

Hoc quid putemus esse? qui modo scurra.

Imò *ciò* etiam producit Syrus mimus, hoc versu jambico senario:

Pars beneficii est, quod petitur si ciò neges.

Serò à Tibullo quidem producit, lib. I, el. viii:

Heu serò revocatur amor, seròque juvenia.

At sæpius tamen corripitur, ut apud Juvenalem sat. I:

— *Galcarum serò duelli*

Pœnitet.

Martial. lib. v, epigr. LXVIII:

Serò dedit pœnas.

Stat. I Theb.

Serò memor thalami mœstæ solatia morti,

Phœbe, par. 22.

Claudiamus panegyri in tertium consulatum Honorii :

Imperium tibi serò datum.

In aliis quoque aduerbiis idem contingit. Iuuenalis sat. xi.

Et Scarios, & Fabricios, postremò seueros

Censuris mores etiam collega timeret.

Ita lib. vett. pro quo in recentioribus, *rigidique seueros.*

Etiam Charisius legit apud Maronem Æn. III :

Tertio sed postquam majore hastilia nisu

Aggredior.

Quamquam nec *tertia* displicet, quomodo iv Georg. dixit idem :

— *Nec scra comantem*

Narcissum, aut flexi tacuissim vimen acanthi :

pro *serò*. Et Georg. III : *Crebra ferit*, pro *crebro*. Nisi hisce locis *serò*, & *crebrò*, legere malis ; quorum illud in vett. libris inveniri, ait Giffanius : hoc in Longobardico exemplari scriptum reperit Pierius.

Ab ablativo quoque est *profectò* : quasi *pro factò*, ut superius dictum. Terentianus tamen Maurus corripit ultimam in hoc Phalæcio :

Adest, hexameter profectò fiet.

Etiam *imò* ab auferendi casu venit. Nam propriè signat *ex imò*, sive infimo, hoc est prorsus. Corripit tamen Martialis lib. v, epigr. LXIV :

Sic Capitolinus Iupiter, imò tibi.

Eò, & compositum *adeò*, corripere non ausim, etsi non meminerim me extra cæsuram legere porrecta. Horat. epist. II, lib. II :

Ibit eò, quovis, zonam qui perdidit, inquit.

Maro iv Ecl.

Teque adeò decus hoc ævis, te consule imbit.

Et in XII Æn.

Vsq̄ adeone mori miserum est ?

Superfunt conjunctiones, & interjectiones. Nam præpositionum una solum *pro* in *o* exit ; quæ longa cognoscitur ex monosyllaborum natura. Vti & interjectio *o* : sed ante consonam. Quippe ante vocalem naturà quidem producitur ; unde apud Maronem II Georg.

— *O, ubi campi,*

Sperchiusque, & virginibus bacchara Læcenis

Taygeta.

At interdum tamen corripitur positione, seu vi vocalis sequentis : ut in illo Ecl. II ;

Tè Coridon, ò Alexi.

est simile illi Æn. III :

quod, ut superius etiam diximus,

— *Srrophades Grajo stant nomine dictæ*

Insulæ Ionio in magno.

Aliquis

Aliquis tamen & consonâ sequente corripitur, propter illud Ennii lib. II Annalium :

— *O Romule, o Romule, dic, o*

Qualem te patrie custodem Di genuerunt !

Quomodo etiam Fulvius Ursinus citat in Virgilio cum Græcis collato †, Sed planè legendum, *O Romule, Romule*. Vt Aldo *, & alii, editum.

† In Æn. 7.
pag. 356.
* Lactant.
lib. I. cap.
16.

Ex conjunctionibus in disquisitionem veniunt porro, verò, ideo, ergo.

Porro corripit Iuvenalis sat. VII.

*Vester porro labor secundior historiarum
Scriptores.*

Verò itidem corripere videtur Ennius in X, apud Donatum Phorm.
Act. II, Sc. I.

Regni † versatum summam verò columnam.

Sed ut mutilo Ennii testimonio niti opus non sit, facit Valerius Flaccus: cujus illud lib. V * :

*Quod petimus : sin verò preces, & dicta, superbus
Respuerit.*

Ac similiter Aufonius epigr. CVIII :

Pars te Eurippum vocat, pars verò Eurippum.

Et epist. VI : — *Sed est discrimen utriusque,*

Poma ut mala voces, carmina verò mala.

De ideo idem iudicium esto, ac de eò, & adeò. Lucanus lib. II :

Non bene compertum est, ideo me milite vincat.

Ergo producit ultimam : ut Marius Victorinus ostendit isto Maronis in IV Æn.

Ergo iussa parat.

Non defuere tamen è Grammaticis, qui putarent, differentię causã corripitur oportere. Sic enim scribit Feltus Pompejus : *Ergo correptum idem significat, quod apud Græcos εἰν : producte, idem quod χαλεπὸν, hoc est gratiã, cum scilicet gratiã intelligitur pro causã.* Pro Victorino est, quod etiam pro εἰν productum invenitur, ut ostendit hoc Maronis Georg. II.

Ergo non hiemes illam, non flabra, neque ignes.

Et Horatii istud lib. I, Serm. X :

Ergo non satis est risu diducere rictum.

Nec mirum, cum, utcunque sumatur, veniat ab ἐργον. Nam primò nomen fuit, eoque gignendi casum adsciscebatur. Vt, *Legis ergo*. q. d. νόμος ἐργον, hoc est, opere, vel causã. Quæ effectus ac causã significatio etiam mansit, cum valet igitur. Vt II Æn.

Ergo omnis longo solvit se Teucria læta.

id est, hac de causã. Interea verisimile est, priori significacione productius

† Scaliger
supplet, ac
emendat :
Regni ver-
satum tum
summove-
re colu-
mmam.
* vers. 321a

* Tranquil-
lus de idust.
Gramm.

ductiùs aliquanto efferri solere : ut posteriori tamen haberet sesqui-
tempus , vel alii brevi ultimà , alii longà efferrent. Nec enim existi-
mandum , de nihilo esse , quod de discrimine isto Festus notavit ex
Verrio Flacco , qui Augusti vixit ætate , ac ejus docuit nepotes * .
Quando enim rectiùs de pronuntiatione , quàm iis temporibus , po-
tuit judicari ?

CAPV T XXVIII.

*De terminatione V Grammaticorum veterum sententia rejicitur. Probi locus emendandus: item Ciceronis in Arateis. Nihil idem qui ἐν γένεσι sive ἐξέ-
ναστι. Probi Beryti et. Indu, & nenu, corripuntur: quorum illud presertim pro in, hoc pro non.*

QUæ in V desinunt, semper sunt longa. Olim tamen V illud nunc
tenuiùs aliquantò, nunc paulò crassiùs sonuisse, non arbitrarium
nobis, sed certissimum est. Qua de re diximus libri I, cap. XII, &
hujus lib. cap. XII. Atque hoc fortasse in causâ est, cur veterum ali-
qui putarint, aptota in V certis casibus corripi. Audiamus Diome-
dem lib. I : *Forma bipartita est, que alternâ casuum productione, correptione
que variatur: ut genu, cornu, gelu. Et paulò post: Nam in nominativo,
accusativo, vocativo, correpta V proferuntur; in genitivo, dativo, & ablativo
producta. Idem tradit Probus in Catholicis: verum in Institutis ar-
tium paulùm à se ipso dissentit. Verba ejus adponam: Nominativum
singularem à τῶν τῶν nominis (frustra hîc repetitur vox aptoti in editione
Eliæ Putschii) V literâ terminatum, in poemate aliquo non facile invenies:
ut si facies hoc cornu, hoc genu, vel hoc gelu. nam hæc nomina apud Virgilium
septimo casu inveniuntur. Verumtamen si nominativum casum collocare vo-
lueris, ultimam hanc syllabam longam ponito, quoniam necesse est in ablativo
eam produci; ut Tullius in Arato,*

Iam Tauri lævum cornu, dexterque simul pes.

Ibidem & corripuit, ut :

Hac propter lævum genu nisi parte locatus.

*In ablativo tamen sine ambiguitate producitur. Hæc Probus. Verùm,
quod ad locum Tullii, genus pro genu scripsit Cicero: quomodo idem
codem poemate ait:*

Iam dextrum genus, & decoratam lumine suram,

Ergit ille vagans.

Similiterque gelu, pro genu, dixere veteres, ut alibi ostendimus. Cæ-
terùm quem verùm ex Probo adducebamus, eum frustra hodie in
Arateis quæras: nisi fortè (quod verum puto) hunc locum in animo
habet:

At

At propter levum genus omni ex parte locatas

Parvas Virgilians tenui cum luce videmus.

Sed Tullius corrigi debet ex Probo, & Probus ex Tullio: ut utrobique versus ita concipiatur,

Hac propter levum genus Nisi parte locatas.

Nempe metuit librarius, ne versus claudicaret, si legeretur, nisi, quod priorem corripit. Atque nisi hic non conjunctio est, sed nomen: quia intelligitur sidus Romano carens nomine, de quo Tullius in iisdem Arateis scripsit,

Εν νόταον vocitant, genibus quia nisa serarar.

Quod sidus similiter *Nisium* appellat ibidem, cum ait,

Hac genus ad levum Nisi delapsa resedit.

Estque hic versus superiori simillimus. Nam ut hic *ad levum Nisi* genus, ita illic *propter levum genus Nisi* dicitur. Sed posterior versus facilius potuit corrumpi, quia offendebat, quod genus esset pyrrichius sequente consona. Atqui *genus Nisi* dicitur, ut, *Decidere falcibus ramos.* Apud Priscianum tamen in VI, etiam in Veneta anni CIO CCCC LXXXVI, item in vet. membran. nostris, constanter eum versus ita scriptum invenimus, prout hodie in Arateis legitur. Vnde paret, jam Prisciani ævo codices Ciceronis fuisse corruptos: qui nil mirum, si Probi ætate longè fuerint integrioris; cum is Neronis ætate vixerit, ut constat ex Eusebio ad annum CIO IO LXXII.

Porro ab canone longorum in *n* excipi debet *priscum indu*, pro *in*: quod posteriorem corripit. Ennius Annal. lib. XVI I:

Indu mari magno fluctus extollere certant.

Sæpe etiam usus similiter Lucretius. Scio, Giffanium iis in locis rescribere *endo*. Nec inficior, sic etiam veteres dixisse. Sed illud nego, sic solum dixisse. Nam & nostri, & multi aliorum MSSi, omnino habent *indu*; aliqui verò *inde*: quod manifestè ex *indu* corruptum. Glossæ, *Indu, eis. Indu, ενδον, εντος.* Ac in multis etiam compositis remansit: ut, *indigeo*, pro *inegeo*, *industrius* pro *instruus*, *indoles* pro *inole*. Sic *induperator* & *enduperator*, pro *imperator*: *indugredi* & *endogredi*, pro *ingredi*. Sed de his plura in Originum libris.

Nenu quoque, quo veteres usi pro *non*, corripit V. Lucretius lib.

III:

At contra lapidum conlectum, spiclorumque

Nenu potest.

Et lib. IV, juxta emendationem Lambini, cui & Giffanius assentit:

Nenu queunt rapidi contra constare leones.

Etiam Nonius citat ex Lucillii sat. xxx:

Sed tamen hoc dicas, quid est, si nenu molestum est.

N n

Vbi

Vbi alii legunt, *quid hoc est* (nam *hoc* antiquis breve) alii *quid id est*, alii *quicquid est*. Vt cunque id est, *nenu*, corripitur. Nisi *neno* iis malis locis. Sed in optimis membranis nostris semper est *nenu*. Ac MSSi etiam Nonii codd. V habent: sed in priori per diphthongum *nenu*, vel *nœnum*. Similiterque Iunianus Majus, ut de aliis taceam.

CAPVT XXIX.

De terminatis in C, & D. Hic provocabulum semper corripitur: fac semper produci. Giffani sententia in pluribus rejecta.

V Idimus de iis, quæ in vocalem exeunt. Sequuntur, quæ consonante terminantur. Ea volunt esse brevia, præter nomina in A S, & E S; quæ longa sunt. Struices autem concinnant exceptionum: nec sic tamen eorum fidere præceptis licet. Itaque ordine quædam dicam de singulis consonantibus: nec excidam à lineâ, quam ipse duxi.

Lac malè ajunt corripitur, quia sit à *lacio*. Est enim κατ' ἀπὸ τοῦ λακτε, qui vetus nominativus. Vnde Appulejus in VIIII: *Haberetne venui lacte*. *Lacte* autem λατὸς ἔ γάλακτι & κατ' ἀφ' αἰρεσιν. Et quid multis opus, cum producat Q. Serenus Sammonicus cap. LXIII, quod de venenis:

Lac asine, placidæque bovis prodesse loquuntur.

Qui verò corripitur ajunt, auctorem laudare possunt neminem.

Hic adverbium longum est: quippe i prope sonabat, ut EI diphthongus. Vnde & in antiquis monumentis HEIC invenias. Quod prope jam ante duo secula notatum Laurentio Vallensi notis in Matthæum. Dispar ratio provocabuli HIC, quod semper breve est. Binis quidem locis à Marone manifestè corripitur; ut observant Probus, & Charisius. Vnus est Æn. VI.

Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpius audis,

Augustus Cæsar.

Alter IV Æneid.

Solus hic inflexit sensus, animumque labantem

Impulit.

Quod verò ad loca, quibus producit, iis crassum ac duplicem habuit sonum; ut indicant hæc verba Marii Victorini*: *Consideranda ergo est in his duntaxat pronomnibus natura C literæ, quod crassum quodammodo, & quasi geminum sonum reddat*. Itaque Val. Probus disertim ait, C in his esse literam duplicem. Nam, cum mutas enumerasset, subdit †: *Hæ omnes præter C in oratione positæ simplices sunt; quoniam C litera duplex in solis duntaxat pronomnibus invenitur, & una pro duobus consonantibus cedit, quoniam crassum sonum reddit, ac duplicem*. Audiamus & Martianum Capellam lib. III, cap. de natura syllabarum: *Duplices sunt*

* lib. 1, cap. de syllabis.

† lib. 3, c. 3.

sum X, & Z: aliquando I, & C fieri possunt duplices: ut si I inser vocales sit: ut, ajo, Troja. Item C. ut, Hoc erat alma parens: Eadem de re sic Priscianus lib. XIII: Vocali quoque sequente E ablatâ per synalæpham, manentibus duabus CC, solebant producere HO CC: ut, Virgilius in Æneid. II.

Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes,

Eripis.

Sed scriptorum negligentia prætermisit unum C. Hæc Priscianus, eademque planè est sententia Velii Longi lib. de Orthographiâ. Ex horum iudicio Hic sive hicce longum est: at hic semper breve est, idèmq; de hoc dictum velim.

Nam scripserat Maro:

Hoc illud, germana, fuit.

At simplici C corripitur. Non jam ei probando adferam è Lucillii lib. xxx*:

Sed tamen hoc dicas, quid hoc est, si nenu molestum est.

* apud Noni
in Nenu.

Prout citat Scaliger notis in Varr. lib. II de R. R. †. Nam in vet. edit. est, quid est, nenu molestum est: vel si nenu quidem molestum est: quomodo etiam citat Iunianus Majus. Nec dubito, quin quidem sit corruptum ex quid est. Quomodo & in codd. quibusdam legi dicebam. Vt ex vestigiis veteris lectionis nihil aliud exculpi possit, quàm istoc:

† p. 223.

Sed tamen hoc dicas, quid est, si nenu molestum est?

Metro autem consulitur, non solum si scribatur quid hoc est, sed etiam, quidnam est. Validius illud auctoris Ithyphallici:

Et vos hoc ipsum, quod minamur, imitat.

Et hoc incerti, sed veteris poetæ ad Sancum Semipatrem ‡:

Propter hoc atque aliis donis des curata roganti.

‡ In Catalo-
gia & epi-
grammatis
vett. poet.
p. 227.

Volunt & ex eo firmare, quod in composito hodie corripitur. Sed de simplici istic secus est. Nam hodie est ab ablativo hoc, qui extra compositionem est longus.

Fac semper producitur: ut apud Plautum Amphitr. Act. III, Sc. III.

Nunc tu divine fac hoc assis Sosia.

Et Ovid. I de Arte:

Hos fac Armenios, hæc est Danaïca Persis.

Prout est etiam in antiquiss. edit. ac membranis nostris,

Item primo de Remedio Amoris:

Durius incedit, fac ambulet.

Vbi in Aldina est face ut ambulet. Sed contra fidem lib. vet. etiam Venetæ anni MDCCCXXXVI: ubi clarè, fac ambulet. Quibus verò locis corripitur creditur: iis, (ut longè ante Iulium Scaligerum Sulpicius Venulanus annotavit) face scriptum fuit: ut apud Nafonem I Fast.

Iane, face æternos pacem pacisque ministros.

N n 2

Et

Et alibi sæpe. Improbatur sententia hæc Giffanio, at nullâ de causâ. Nam cur magis *face* refugissent, quàm *edice* : quò, ut Diomedes quoque observat in primo, Maro ipse usus in XI :

Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis.

Multi particulam *sic* ancipiti esse intervallo existimant : quos secutus Lipsius in Diva Aspricollis cap. v : ubi corripit. Decepit eos, quod vulgo apud Martialem lib. II, epigr. XLIV legeretur :

Et secum, sic ut audiam, sic serras.

Cùm dubium non sit, quin rectè nunc in optimis quibusque codd. edatur, *sed ut audiam*. Item alter Lucillii apud Lactantium lib. IV. Div. Inst. cap. III.

Ianu', Quirinu' pater, sic & hoc dicatur ad unum.

Quomodo etiam à Xysto Betuleio editum est. Vbi in illa Michaelis Thomasi legitur, *nomen dicatur ad unum*. Vnde Franciscus Duza corrigebat, *omnes dicantur ad unum* : vel (si illa Iovis in Deum concilio verba sunt) *omnes dicantur ad unum*. Giffanius verò alio pugnat argumento. Nam ut breve esse comprobet, non classicum adducit scriptorem : sed Prudentii illud lib. I in Symmachum :

*Vique Deum fortes sic Apollinis antra dederunt
Consilium.*

Ita loci hi concipiuntur in vet. membranis. Verùm majoris apud nos ponderis esse debet, cùm aliorum, tum imprimis Maronis auctoritas, qui ter versu eodem producit in tertio magni operis :

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Ad à Lucretio produci, suspicatur idem Giffanius, ed quodd in codicibus quibusdam lib. I. legere sit : *Constet an immensum pateat ad usque profundam*. Pro quo Petrus Candidus in Florentina, quam recensuit, rescribit, *pateat ad usque profundum*. Sed rectum est, quod in vet. nostris, & aliorum membranis legitur, *vastique profundum* : vel, si usque placet retinere, non improbem emendationem Lambini legitis, *vel ad usque profundum*.

Idem Giffanius suspicatur D interdum elidi : ut lib. I ejusdem Lucretii :

Quando aliud ex alio reficit natura.

Item :

Sic aliud ex alio per se tunc ipse videre.

Et aliquot aliis in locis in membranis nostris constanter *aliud* invenimus. De quo nos in Originum libris. Sed ut *aliud* retineamus, nihil prohibet, quo minus *aliud* disyllabum sit, non quidem ob elisionem consonæ, sed vocalis : quomodo lib. IV, ait idem poëta,

Vt quod aliis cibis est, aliis fuit acre venenum.

Et lib. VI :

Nam quod aliis dederat, vitales liminis aëras.

CAPVT XXX.

De desinentibus in L, M, N, P, R. Theodosii ævo, & proximis seculis, composita a par corripere solent. Avianus, cuius habemus *Æsopicarum fabularum librum*, alius est ab *Risfo Festo Avieno, Arateorum, & Dionysii interprete.*

IN L corripiuntur. Vt *Hannibal*. Ennius :

Hannibal audaci dum pectore me dhortatur.

Iuvenal. lib. III, sat. i :

Quaque die miserum dirus caput Hannibal implet.

Excipiunt aliqui nihil, propter hoc *Nafonis* lib. i de Ponto eleg. i :

Morte nihil opus est, nihil Icarotide telâ.

Et VII *Metam.* fab. xxvi :

In superis opis esse nihil ; ut in ædibus ingens

Murmur erat.

Sed hic id tribuero cæsurae. Nil verò producitur quidem, sed ob crafin. *Sal* potius excipi oportuit. Nam *Statii* est IV *Sylvarum* :

Non sal, oxyporumve, casæuive.

Nec enim id ævi poetæ ab trochæo phalæcios inchoabant : ut *superius* quoque dictum nobis. Similiter usus *Ausonius* ep. LXXXV :

Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, novem.

Valerius Probus lib. I. *Gramm. Instit* *. scribit, *L* præcedente *O* * cap. de syllabâ naturali.
literâ longam esse : ut *Sol*. De *Sol* rectè : quod producunt *Maro, Naso*, alii. Sed quod *O* ante *L* semper putat posrectum, id aliter est. *Scio*, & *Aldum* putasse, iccirco *pol* produci. Sed *Catulli* est in hortorum custodem † :

† *carm. 20.*

Velim pol, inquis ; at pol ecce villicus

Venit.

Ennius † apud *Macrob.* lib. VI :

† *lib. I Annal.*

Nec pol homo quisquam faciet impune animatus.

Ita legendum, non *faciet jam*, ut quidam corrigunt, offensi quantitate ejus syllabæ, quæ *hepthemimerim* facit.

Mel corripitur, quia est ex μέλι. *Ovidius* :

Quis mel Aristæo, quis Baccho vina Falerna.

Similiter *Vespa* versificator versibus, quibus *coquus & pistor* decertant sub *judice Vulcario* :

Scribere majus opus, & dulcia carmina quero,

Nec mel erit solum ; aliquid quoque juris habebit.

Vbi vel ἐκλεψιν neglexit, vel scribendum : *Nec solum mel erit ; vel, at aliquid ; aut, est aliquid.*

Par ratio in *fel.* Serenus Sammonicus :

Sive fel ursum repescitâ dilu. e lymphâ.

Et Venantius de Passione Domini :

Sputa, flagella, chlamys, fel, acetum, lancea, clavi.

* apud Non. in *famul.* † *vers.* 1049. Etiam *Oscum famul* pro *famulus* Ennius in VIII corripit * : & ejus exemplo Lucretius lib. III †.

M olim non absorbebatur, eratque breve : ut patet ex multis Lucretii locis, alioſque inter istoc lib. IV :

Eicit enim sulci rectâ regione viâque

Vomerem, atque locis avertit seminis ictum.

Dixitque similiter Ennius † *Annal. x.*

Insignita ferè tum millia milium octo.

Lucillius item apud Donatum in Terent.

Nequem in arce bovem discerpsi magnificè inquit.

Nam ita in manuscriptis legi, autor Faërnus, non uti in vulgatis editt. invenitur : *Ne in arce bovem &c.* Idem Lucillius apud Charisium lib. I.

Irritata canes, quàm homo, quod plenus dicit.

Nisi malis, quod, homo quàm ; quomodo citat Donatus in Adelph. Act. II, Sc. IV. Horum exemplo dixeris :

Terram aquæ miscere, hominisque imponere vocem.

Quomodo, ordine, & proprietate vocum servatâ, transtuleris illud Hesiodi ἐν ἔργοις :

Γαῖαν ὕδα φέρειν, ἐν δὲ ἀνθρώπων γέμεν ἀνδρώ.

Fortasse aliquis existimet, posse etiam produci, quia Lucillius dicat, apud Nonium * :

Herebat misero gladium in pectore totum.

Prout legendum censet præstantissimus Mercerus. Sed in optimo MSO nostro disertim est *micro* : eoque planè legendum puto :

Herebat micro, gladiumque in pectore totum.

Vt sit sententia, non micro duntaxat, sed gladii etiam reliqua. *Gladium* enim pro *gladius* dixit, ut Nonius monuit. Ac similiter locutus non Plautus modò Casinâ, sed Varro etiam in I de R. R. Quare hinc quidem minimè evincas, M non elisum produci ante vocalem. Sed aliunde id probare possumus, cùm, juxta omnes editiones, quæ illam Scaligeri præcedunt, Propertius dicat lib. II, Eleg. xxxi I :

Hæc eadem ante illam impune & Lesbia fecit.

Ac Ovid. lib. II Am. el. I.

In manibusque Iovem, & cum Iove fulmen habebam.

Sed hæc cæsurae tribuenda. Extra quam M semper est breve. Etiam in compositione : ut indicat hoc Iuvenalis sat. IX.

‡ apud Priscianum lib. I, cap. de numero & affinitate litterarum.

* in gladium.

Quo te circumagas? quæ prima, aut ultima ponas?

Cum à longis in N excipiunt *videm*, nihil caussæ fuit, cur omittent *ain, egon, satin*, similiæque.

An produci Aufonio, probant hoc de Capua:

Æmula tunc. Fidei memor, an invida Senatum

Sperneret.

Sed melioribus in libris est *amie*.

In P unum est *volup*, quod Ennius producit apud Gellium lib. XII, cap. IV. Est verò id per apocopen ex *volupe*.

Inclinatà Latinitate multi composita à *par* corripere solent.

Martianus Capella lib. VI.

Omnia compar habet paribus sub legibus ordo.

Prudentius in Hamartigenia:

Libet utrique animus, sed dispar utrique voluntas.

Et aduersus Symmach.

Succumbit Phrygio, coitus fuit impar utrique.

Similiterque Avianus, prout etiam in membranis nostris vocatur, qui vulgo Avienus; unde creditum est, eundem esse Rufo Festo Avieno; cuius *Ἀειγιον*, & Aratea habemus, & carmen Iambicum de oris maritimis: ac fortasse is est, quem loquentem inducit Macrobius.

Cæterum versus Aviani, quem dixi, est fab. VIII.

Dispar erat fragili, & solidæ concordia motus.

Quorum fortasse exemplo *par* etiam corripit Petrarcha lib. VI Africa:

Ast alium timuisse par est ab origine rerum.

Sed classici illi, & *par*, & ejus composita, semper producebant.

Catullus ad Lesbiam:

Ille mi par esse Deo videtur.

Similiter Lucretius, & Ætnæ scriptor, item Horatius, qui & *impar*, & *dispar* producit. Loca jam pervulgata sunt. Imò & sic Aufonius, in Ternario, licet iis Avienus & Prudentius pares, vel supares.

Tris primus par impar, habet mediumque: sed ipse &c.

Næ non minùs producit, quàm *Lar*, aut *par*: ut è Virgilio constat.

Cor breve est Tullio, qui Homeri versum sic reddit in tertio Tuscul. Quæst.

Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Ovidius lib. V Trist. Eleg. VIII.

Molle cor ad timidus sic habet ille preces.

Similiter lib. I de Ponto, eleg. IV. ad Rufinum, & lib. V Metam. Fab. VI. ac Martialis etiam lib. X, epigr. XV. de Apro: ac Aufonius quoque epigrammate istoc:

Qui

*Qui reminisco putat se dicere posse Latine,
Hic ubi co dicit, legeret cor, si cor haberet.*

Vnus est locus Nasonis epist. Sapphus, ubi produci videtur :

Molle meum levibus cor est violabile telis.

Sic enim MSSi, etiam vetus editio Veneta Bernardini Novariensis anni MDCCC LXXXVI, item Aldina. Ex quo Aldus quoque anceps videtur statuisse. Sed non displicet Micylli & aliorum emendatio :

Molle meum, levibusque cor est violabile telis.

Vel dicendum, esse anceps. Sanè si originem spectes, produci debuerat : quia est à κῆρ, quod è κίαρ.

CAPVT XXXL

De in S d'sinentibus. Error Valerii Probi, & alius Baptiste Pii. Tigres mare posteriorem correre Ovidio. Foris, & gratis, ultimam habere porticam. De ultima in possis, & velis. De subiunctivi presentis & futuris Ris producentibus Probus probatur. Bis posterioribus longum. Sidonii geminus error in modulo vocis pronepos. Aldi lapsus. Cur genitivus & pluralis nominum quartæ in VS sit longus. Falli, qui putant domus Ovidio corripi in plurali. Dissessum ab Alciato, qui negat posteriorem in palus Horatio esse brevem.

VENIO ad exeuntia in S. A longis in AS *anas* excipere debuerunt. Nam Petronii est,

Et pitlis anas enovata pennis.

Ceres corripit Boëth. lib. III, metr. I.

Vt nova fruge gravis Ceres erat.

Est versus ithyphallicus, tribus dactylis, & pyrrichio constans. Sed antiquiores constanter producant. Maro I Georg.

— *Neque illum*

Flava Ceres alto nequicquam spectat Olympo.

Et ne cæsurae id tribuas, Martialis est scazon iste lib. III, epigr.

LVIII :

Hic facta premitur angulo Ceres omni.

Abies quoque producit. Virgil. Ecl. VIII :

Populus in fluvio, abies in montibus altis.

Id cæsurae tribui poterat, si uspiam corripere. Idem iudicandum de *aries*, & *paries*. Sanè & Horatii est lib. III, od. XXVI :

Barbaton hic paries habebit.

Composita à *pes* corripit Aufonius Carm. de Ternario :

Qui bipes, & quadrupes, foret, & tripes, omnia solus.

Et

Et Prudentius in Apotheofi :

Non recipit natura hominis, modò quadrupes ille

Non fit.

Probus quoque in Catholicis disertim scribit, *pes*, & ex eo composita, ut *alipes*, & *sonipes*, esse brevia. Sed tutius ea extendas ; ut *sonipes* producit Maro in IV, & Lucanus in I ; *quadrupes* idem Maro in X ; *tripes* Horatius sat. III, lib. I ; idque, ne facile cæsura tribuas, in sexto pede :

— *Modò sit mihi mensa tripes, &*

Concha salis puri.

Imò, quicquid dicat Probus, nusquam *pes* corripitur : producitur autem à Felto Avieno in Arateis,

Desuper Aurigæ dexter pes imminet astro.

Et Propertio lib. II, el. VI.

Que nunquam supra pes inimicus eat.

Atque adèò Marone ipso III Georg.

Pes etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures.

Objectant, saltem in composito corripì à Marone ipso ; ut cujus sit in IV Æn.

Acer, anhelanti similis, quem præpes ab Ida.

Quomodo & *perpes* corripit Prosper epigr. XI :

In Christo quorum gloria perpes erit.

Sed duo hæc aliunde, quàm à *pes*, esse, in Originum libris ostendimus.

Es ab *edo* producitur : sed à *sum* corripitur ; quamquam hoc anceps esse dicat Baptista Pius in annot. poster. cap. CL. Probare autem id conatur duobus locis. Prior est Propertii lib. II, el. XII.

Quid tibi jucundum siccis habitare medullis ?

Si puer es, alio trajice tela tua.

Alter est Valerii Flacci lib. VII.

— *Tu supplice digno*

Dignior es. & fama meis jam parva venenis.

Sed corrupti codices traxere eum in errorem. In Propertii enim loco, tum pro *es* legendum est, quomodo jam Pii ætate in antiquissimâ Rhegiensî excusum fuit : tum pro *puer* scribendum *puer*, uti in veteri Aldina, atque in emendatioribus editionibus legitur. Itaque locus hic geminus fuerit isti ejusdem poëtæ lib. I, el. IX :

Quæ, si pudor est, quamprimum errata facere.

Valerii Flacci locus ita in utrâque Carrionis editione concipitur :

— *Tu laude novâ, tu supplice digno*

Dignior. Est & fama meis jam parva venenis.

OO

Atque

Atque ut horum neutrum esset, cæsurae id potius tribui deberet, quam syllaba propterea ancipiti statueretur intervallo. Atque idem iudicium esto de illo Propertii lib. II, eleg. xxxi :

Quod seu tu Grajas, seu es imitata Sabinus.

Si modò hæc genuina lectio est. Nam pro *es*, in aliis codd. est *sis*. Quomodo edidit Aldus, Douza, Passeratius. Sed Scaliger *es* prætulit: atque id in duobus MSSis Palatinis reperit Ianus Gebhardus. Etiam sic invenio in ea, quæ Regii Lepidi anno prodiit c15 cccc LXXXI. Vnicus est locus, ubi extra cæsuram produci videatur. Sabinus enim, vel alius potius, epistolâ Paridis ad Oenonen ait :

Sed non est rationis amor. te consule nympha,

Læsa es, & læsam scribis amare tamen.

Verùm in Venetâ Bernardini de Novariâ, anni c15 cccc LXXXVI, invenio, *Læderes, & læsam.* Vnde conjectabam legendum :

Læderis, & læsam scribis amare tamen.

Sin, *læsa es*, scripsit ille suppositicius Sabinus; (& sanè ita est in plurimis codd.) planè accessero necessario meo, Iacobo Roverio I. C. subacti in hisce literis iudicii viro, qui mihi scripsit, sibi legendum videri :

— *Te consule nympha.*

Læsa es, te læsam scribis amare tamen.

Accusativi plurales producentur, si vel Latini sint, ut *urbes*, vel Græci contracti: ut *Tralles*. Mirum verò Ovidium dicere epistolâ Ariadnes :

Quis scit, an hæc seivas insula tigris habet?

In MS. Puteanorum legitur. Qui scit an & hæc tigrides insula habent.

Nam Græcè sit *τιγριδας, τιγριας, & τιγρις*. Vnde quidam duriusculè, & invitis MSSis rescribunt, *tigridas insula habet*.

E terminatis in IS producentur *foris, & gratis*, adverbia: in quo etiam se deceptum agnoscit P. Melissus, epistolâ ad H. Stephanum à Goldasto editâ.

Longa quoque sunt, quæ alias per diphthongum EI scribuntur; ut *quis, tris, omnis*.

Cùm excipiunt, *vis, sis, velis, possis*, peccant eo, quòd *possis* addunt. Nam dicendum erat, *vis, sis, velis, cum suis compositis*: ut à *vis* sunt *ma-vis, & quamvis*. A *sis* sunt *adsis, obsis, possis, & alia*. *Possim* enim est *ex potis sum*. A *velis* sunt *malis, & notis*. Quorum illud est *ex mavelis*, pro *magis velis*: hoc autem *ex nevelis*, sive *nevelis*. Imò & *possis* interdum corripitur. Iuvenalis sat. v :

Tam jejuna fames, cùm possis honestius illic,

Et tremere, & sordes farris mordere canini?

Nisi *possit* legendum, ut est in MSSo nostro. Despauterius *poscit* malebat. Sed *possis* est in altero MSo nostro. Sic quoque legit Mancinellus,

nellus, & edidit Aldus *, ut taceam de editionibus consecutis, etiam * an. 1501. optimâ P. Pithcei.

Casparus Barthius lib. xxxiii Advers. cap. xiv, ut rarum & infolens observat, quod Martialis posteriorem in *velis* producat lib. xii, epigr. xxxiv :

Si vitare velis acerba quedam.

Et Aufonius epigr. cxxxiii :

Quæ nosti, meditando velis inolescere menti.

Nam, inquit Barthius, vulgò corripunt. Atqui veteres semper producunt. Ut habenda ratio non sit Avieni : cujus est fab. xxxiii :

Sive decus busti, sem velis esse Deus.

Etsi id imitari non dubitarit Beroaldus in Pæane B. Virginis :

Vi velis, inque queas rebus succurrere lapsis.

Producunt I, quæ genitivum formant per *is* longum : idque non monosyllaba solum, ut *Dis dicit, lis litis* : sed etiam alia, ut *Sammis, Samanis*. Lucillius † :

Sammis in ludo, ac rudibus causis satis asper.

Verba quartæ producunt classici omnes. Quare non imitabimur Christianos corripientes. Vti Sedulium lib. iv operis Paschalis :

— *En pessima, non tu*

Pervenis ad Christum, sed Christus pervenit ad te.

Similiter Arator lib. ii histor. Apost.

Efuri ad faciem, saturamque cadavere justis

Quæris habere famem.

Idem nescis corripit libro priori :

— *Nisi diligis, inquit,*

Cernere quem potis es fratrem : quem cernere non est,

Nescis amare Deum.

Imò, si Erythræum audimus in Indice Virgiliano, similiter usus Ovidius. Signat verò versiculum istum epist. Medæ ad Iasonem :

Nescis an exciderint tecum loca, venimus illuc.

Et ita quidem habet quoque editio Veneta anni c10 cccc lxxxvi. Sed in Aldina rectius legitur :

Nescio an exciderint tecum loca : venimus ambo.

Rectissime in MS Puteanorum :

Nostim ? an exciderunt mecum loca ? venimus illuc.

Cur verò verba quartæ, secundæ personæ ultimam producant, causa est crasis. Nam integrè ab *audio* fit *audiis*, à *dormio*, *dormiis*. Vnde per crasin *audiis, dormiis*. Nec enim secunda persona integrè prolata pauciorum est syllabarum, quam prima. Ut *amo, amas* ; *lego, legis*.

† Apud Cic.
lib. 3 de
Orat.

Dixeris à *doceo* esse *doces*. Verùm & hoc contractum ; Nam *doces*, quasi *donēis*, ut amas, quasi *ἀμῶς* ab *ἀμῶ* : etfi abeat significatio. Nec movere debet, quòd à *facio* est *facis*, i brevi, ab *audio* *audis* i longo. Nam in *facis* pro *faciis* est *συγκρη* : in *audis* pro *audiis*. Simile exemplum habemus in infinitivo. Nam à *facio* *ἀναλόγως* esset *faciere*, pro quo per syncopem dicimus *facere*. Ab *audio* fieret *audiere*, pro quo crasin dicimus *audire*.

Ris re. à in præterito ac futuro subjunctivi corripit, ostendunt hæc poëtarum testimonia. Virgil. *Æn.* VI.

— *Cum tu supplex in rebus egenis,*

Quas gentes Italiam, aut quas non oraveris urbes?

Juvenal. lib. I, sat. III.

Græculus ejuriens in cælum, jusseris, ibit.

Idem :

— *Si dixeris æstuo, sudas.*

Horatius in art. poët.

In verbis etiam tenuis cautusque serendis

Dixeris egregie.

In ferm. lib. II, sat. II.

— *Nam frustra vitium vitaveris illud,*

Si te alio pravum detorseris.

His quidem omnibus locis existimat Aldus, verba in *RIS* esse futuri, non præteriti temporis. Nempe, ut sic scriberet, fecit, quòd putaret, *RIM* tantum esse præteriti terminationem, non etiam futuri : quem passivum errorem suo loco refutabimus.

Porro quæritur, num *RIS* etiam futuri sit porrectum. Qui produci censent, tuentur se istoc Horatii sat. V, lib. II.

Audieris hæres. ergo nunc Dama sodalis

Nusquam est.

Et sat. II ejusdem libri :

Miscueris elixa, simul conchyliis turdis.

Quodque apud Ovidium legere sit *I* Fastorum :

Da mihi te placidum, dederis in carmine vires.

Verùm cæluxæ id hifce locis attribui possit. Validiora fortassis exempla petita è Sapphicis, aut Phalæciis ; ut apud Statium lib. IV Sylv. carmine ad Maximum Junium :

Tu tuos parvo memorabis enses,

Quos ad Eorum tuleris Orontem.

Et carmine ult. ejusdem libri :

Aut cum me dape juveris opimâ,

Expectes similes & ipse cœnas.

Attamen ne hæc quidem scrupulum tollunt, quia itidem RIS in cæsura incidit. At in Sapphico quoque syllabam produci ob cæsuram, ostendit illud Aufonii carm. IX in profess. Burdigal.

Tertius horum mihi non magister.

De Phalæcio idem probatur istoc Statii Papinii lib. IV Sylv. carmine de viâ Domitiani,

Quo non dignior has subit habenas.

Nisi dicere malis, H utrobique obtinere vim consonantis. Vt est, non temere extra cæsura invenieris. At plurima sunt, ubi extra eam corripitur. Indicant illud cum illa, quæ antè attuli, tum vel sola hæc è Martiale. Ejus est lib. II, epigr. XXX.

Is mihi, dives eris, si causas egeris, inquit.

Lib. III, epigr. V.

Hos tu seu pariter, sive hanc illamve priorem

Videris, hoc dices, Marcus avere jubet.

Et lib. VI:

Nec porrexeris ista; sed tenero.

Lib. VII, epigr. XXXVII:

— Quod si fera monstra duorum

lunxeris, alterius fiet uterque timor.

Et eodem, epigr. L:

Et cum jam satis est, dixeris, ille leget.

Lib. IX, epigr. XLVI.

Videris immensis cum conclamata querelis

Sæva senis, dices, dærior ille fuit.

Itaque adfentior Probo, qui in Instit. art. ubi de ultimis verborum agit, syllabam RIS, seu præteriti, seu futuri sit temporis, brevem esse docet.

Bis corripit Naso I Fast.

Constituit menses quinque bis esse suo.

Manilius tamen lib. IV.

Bis undena nocens, & bis duodena nocentes.

Ita editum olim ab Aldo. Sed hodie legitur *Bisque undena*. Fortasse tamen Manilius, qui Theodosiano ævo vixit, priori modo scripsit. Nam & apud Claudianum, qui eadem ætate claruit, in Gigantomachia legas: *Bis æther, bis terra dedit.*

Vt mittam Aratorem, qui itidem producit. Potior tamen nobis esse debet priorum auctoritas. Quodque de *bis* dixi, idem puto locum in *cis* habere. Nam primam in citimus corripit poeta vetus, seu ille sit Fulgentius, seu Varro Atavinus in Appendice Virgil. & apud Turneb. Adv. XIX. III.

Qua citimus limes dispescit turbida parvis.

Os ossis corripit, colligere est ex ejus composito. Lucretius lib. III.

Exos & exsanguis tumidos persuctuat artus.

Pronepos corripit Sidonius Carm. xi. quod est epithalamium Ruricio & Iberiæ dictum. Claudit id his versibus :

— *Feliciter avum*

*Ducite concordēs, sint nati, sinque nepotes ;
Cernat & in proavo, sibimet quod pronepos optet.*

Vbi bis peccat. Nam in *pronepos* & ultimam malè corripit, & primam malè producit. Ovid. x Met.

Est Neptunus avus, pronepos ego regis aquarum.

Compos, & impos, quæ Aldus produci putabat, correpta sunt. Ovid. i de Arte :

Insequere, & voti postmodo compos eris.

Ex nominibus quartæ in VS genitivus producitur, ut & totus pluralis. Causa est crasis. Nam primo fuit *fructus, fructuis, fructui, fructuam, fructus, fructue, fructues, fructuum, fructibus, fructues* &c. Ex *fructuis* autem per crasin est *fructus*, ex *fructues* item *fructus*. Ovidium tamen id neglexisse ajunt ; ut qui i Met. fab. iv dicat :

*Tum primum subire domos, domus antra fuerunt,
Et densi fructices, & junctæ cortice virgæ.*

Sed (quod nec Ciofanus videtur perspexisse) *domus* hîc singulare est ; estque simile isti Lucani lib. iv :

Sanguis erant lachrymæ.

At verum est, *palus* corripit ab Horatio in arte, teste & Servio : cujus mox verba adducam : quem & imitatus Aonius Palearius lib. i i divini, eoque immortalis carminis, quod fecit de animorum immortalitate. Neque ignoro, Alciatum scribere lib. ix παπέργ. juris, cap. iv, *palus* in metiendo *plus* dici debere ; quomodo *meum, tuum, suum*, aliaque apud Comicos fiunt monosyllaba. Verum de A in *palus* absorbendo, metuo ne inveniatur assensorem ex iis, quibus corculis esse datum est. Quemadmodum nec ii, qui S dicunt elidi : ut *falcibus* pro *falcibus*. *Tellus* corripit Martianus Capella lib. vi de nuptiis philolog.

Interrivata marmore tellus erat.

Sed hoc imitandum non est. Seculo condonandum potiùs, multoque magis Bernardo, quando ait :

Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas.

Potius Servium audiamus in illud i i Æn. *Hem quæ nunc tellus, inquit. Sane TELLVS VS longa est : & pauca sunt, quæ VS produciunt : ut semctus, juvenius, salus, virtus, palus, servitus, incus, tus, rus, mus, pus : tunc scilicet, cum genitivus in TIS, vel RIS exit. Et habet penultimam longam.* Ideo autem TIS, & RIS, dicta sunt, quia PALVVS,

licet

licet paludis longa sit, brevis tamen nonnunquam invenitur, quia in dis exitu geniturus: ut Horatius: Sterilisque palus, aptaque remis.

CAPVT XXXII.

In T desinencia Ennii aro communia fuisse. Canterus resellitur. Præterita syncopen passa a classicis semper corrigi. Ab Erythro receditur.

Verba in T apud præcos fuere ancipitis intervalli: ut cùm Martianus Capella autor est, tum varia variorum evincunt loca. Livius Andronicus in Odyssæa *:

Cum socios nostros mandisset impiis Cyclops.

Ennius lib. I. *Omnis t̄ contra viris, suer esset Induperator.*

Item lib. XIV: *Infit †, ó crives, que me fortuna ferox sic Conudis?*

Item lib. XVII: *Is * eques, & plausu cava concutit ungula terram.*

Ac censet Guiljelmus Canterus lib. v Var. Lect. cap. XII, similiter Horatium dixisse od. XXI I, lib. I.

Vitas hinuleo me similis Chloë.

Quomodo se reperisse ait in cod. MSo. Ac putat, pro se facere, quòd postea etiam in eadem persona sequatur,

Et corde, & genibus tremis.

Sed fallitur. Nam *vitas* ad Chloen: *tremis* ad hinnulum, non Chloen, pertinet. Nec solent posteriores poëtæ, corripiendo T, priorum imitari licentiam. Quin penitus eam improbarunt: unde Valerius Probus † scribere non dubitat, omnia T literà terminata habere novissimam syllabam brevem. Objiciunt Ovidii illud lib. I Trist. eleg. x:

Dardanumque petit auctoris nomen habentem.

Et hoc Papinii lib. IV Sylv. carm. de via Domitiani:

Quo non dignior has subit habenas.

Sed utrobique id cæsura tribuere licet. Ac in phalæcio videri etiam possit, H locum subire consonantis. Imò, quòd maximè placet, utrobique longa dici possit ob crasin: quia *petit* ex *petiit*, *subit* ex *subiit*. De quo mox pluribus. Casp. Barthius Advers. lib. XXI I, cap. XIV, ait, observatione hoc dignum esse, quòd Aufonius T literam produxerit. Cui rei firmandæ adtert hoc ex epigr. LXXI I:

Falsum conviciis illico aruspicium.

Atque addit, Martialem, poëtam, ut ait, minimè licentiosum, similiter dicere lib. X, epigr. LX:

Iura trinum petiit à Cæsare discipulorum.

Sed & ista tribui debent cæsura. Nec ignoro, multis persuasum esse

* apud Priscian. lib. 8.

† apud Cic. lib. I de Divin.

‡ apud Priscianum in 9. lan. Dura legit infit, metrica causa. Sed libri inuitu, & citra necessitatem.

* apud Macrobi. lib. 6. cap. I.

† lib. I. cap. de syllabis naturalibus.

esse, præterita per syncopen facta posse produci. Verùm pullato ea circulo, ut mihi quidem videtur, digna est sententia. Nam qui paullo sit naris emunctioris, facillè illud videbit, quæ loca adferunt, esse ejusmodi, ut productio syllabæ tribuenda sit cæsuræ. Ut illo Horatii I Serm. Sat. IX :

— *Vi iniquæ mentis asellus,*

Cum gravius dorso subit onus.

Ovid. III Met. fab. VII :

— *Pro fontibus ille, lacuque,*

Interiit : at vos pro fama vincite vestra.

Item IV Met. fab. XVIII :

Ardens in nubes abiit, ut in æquore summo

Umbra viri visa est.

Ejusdem est lib. IX Met. fab. XI.

Non adit aptè, nec legit idonea, credo,

Tempora ; nec petiit horamque animumque vacantem.

Et Fastor. IV :

Nox abiit, oriturque Aurora, Palilia poscor.

Et de Ponto lib. I, el. IV :

Thessalicamque adit hospes Achilles hæmum.

Et eleg. V.

Illo quod subit Æsone natus opus.

At extra cæsuram T in præteritis syncopen passis semper corripitur. Virgil. Æn. VIII.

Tybris eâ fluvium, quam longa est, nocte tumentem

Leniit, & tacitâ refluxens ita substitit undâ.

Et eodem :

Reddidit una boium vocem ; vastoque sub antro

Mugit, & Caci spem custodita fefellit.

Loquor autem de præteritis, in quibus solum V extritum est. Nam si duo I in unum contrahantur, rectiùs T producitur ob crasin. Maro lib. IX.

Dum trepidant, ut hasta Tago per tempus urvumque.

Vbi et pro *iii* positum est. Plurimum autem etiam in talibus concurrat cæsuræ. Idem eodem libro :

Æneas urbe & sociis & classe relicta,

Sceptra Palatini, sedemque petiit Evandri.

Nam quamquam Politianum oppugnet Erythræus, quod Miscellaneorum cap. LXXI, *ἢ συνηπὸν petiit*, pro *petiit*, poni dixerit : ac jam olim quidam putarint, *petiit* esse temporis præsentis (Comminianus sanè

sanè apud Charisium lib. IV affirmat, aphæresin esse temporis) tamen magis placet eorum sententia, qui cum Politiano pro *petrii* poni ajunt: idque eo impensius, quòd Ovidius similiter, ut paulò antè dicebamus, utatur lib. I Tristium, eleg. IX. Apponam & ea, quæ antecedunt proximè.

Hac dominum tenuis est illa secuta summ.

Nam mihi Bistorius placuit pede carpere campos:

Hellepontiacas illa reliquit aquas.

Dardaniamque petit auctoris nomen habentem.

Imò & apud Pedonem Albinovanum in elegià de morte Drusi itidem *abit* pro *abruit* legimus:

— *Victoria parva est,*

Autor abit operis, sed tamen exstat opus.

Non tamen assentiri possum de altero Virgilio loco, quo præterita istiusmodi adstructum eunt. Quippe adducunt è III ÆN. *Fumat Neptunia Troja*, ubi *sumat* pro *sumavit*, eoque posteriorem circumflecti, voluit Probus. Nempe præstantissimus Grammaticus, quia *cecidit* antecesserat, suspicatus est, *sumat* debere ejusdem statui temporis. Verùm non conjungi semper similia tempora, suo loco ostendemus. Quod verò ad Maronis locum, in quo *petit* pro *petiit* poni dicebamus; quamquam quod posterior producitur, crati quoque tribui possit; rectius tamen adscribitur cæsura: cum eodem modo dixerit idem Georg. II.

Huc pater ô Lenæe, tuis hic omnia plena

Muneribus: tibi pampineo gravidus assummo

Floret ager.

Par ratio in præteritis aliis syncopen passis. Nam ut apud Iuvenalem est sat. VI:

Magnus civis obit, & formidatus Othomi:

ita eopse pede fit extremo quinto Æneid.

Nusquam amittebat, oculisque sub astra tenebat.

Et Æneidos X:

Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis.

Nec id in T magis, quàm cæteris locum habet. Omnia sanè in R, aut S definitia, similiter cæsurae beneficio produci posse, liquet ex iis, quæ diximus, cum de syllabis positione longis tractaremus. Atque hæc de ultimis syllabis in Latinis.

CAPUT XXXIIL

De modulo primæ mediæque syllabæ in Græcis. Aurari παρόρμα. Aratoris, & Sidonii in Græcis negligentia. Lupi Ferrariensis in talibus ignorantia. Hyginus leviter correctus. Error Quintiani Stoe, ac Pontani, & geminus Servii. Crepidæ origo. Hectoris, mediâ porrectâ. Cui prima in prologus, & Proserpina, producatur, inque propino sit anceps. Areopagus penultimam corripere. B. Augustini ἀμαρτημα: nem Calcepi. Penultimam in harpago corripere: produci in archiater, Homeromastigis. Aurari σφάλμα. In Græcis interdum Latini accentum magis, quam quantitatem attendunt. Ex diphthongo EI nonnunquam tollitur altera vocalis, ut syllaba fiat brevis. Ios. Scaligeri in Catullo conjectura expenditur.

Fortasse autem manca mutilaque hæc opera nostra videatur, quia in canonibus metricis silentium nobis de Græcis nominibus fuit; utcunque sciremus, maximum eorum esse usum in poematis Latinis. Sed enim consulto id factum, quia putaremus, fatius esse, ut deinceps separatim de Græcis agamus, quam si à singulis canonibus Græca quædam exciperemus. Generalia enim generatim tradi debent. Quare seorsim nunc illud ostendemus; seu primas, seu medias, seu ultimas syllabas spectemus, corripere eas, quæ Græcè per E, vel O scribuntur; produci verò, quæ per H, vel Ω, efferuntur. Ita porrecta est tertia in *Arithmetica*, quia Græcè est ἀριθμητική. Quod non attendit doctissimus poeta Ioannes Auratus, carmine quod Eliæ Vineti Logisticæ præfixit:

Huic & Arithmeticam surripis arte lyram.

Sed juniores mittere malo. *Paracletus*, quia Græcè est παρακλησις, in penultima habet E longum: etsi hymnographus ecclesiasticus, Græcum secutus accentum (de quo post dicam) corripuerit: cui alter vulgò error acceditur, quod per I *paracletum* dicant. Itidem longa est secunda in *psalterium*, quia Græcè est ψαλτήριον. Vnde Maro live alius in Ciri:

Non arguta sonant tenui psalteria chordâ.

Cave igitur fallat illud Aratoris in præfatione operis sui ad Vigiliam Papam:

Psalterium lyrici composuere pedes.

Longa quoque penultima in *hydropis*: quia Græcè est ὑδραπισ. Horatius lib. I, epist. II.

Si nolis sanus, cures hydropicus.

Item

Item in *antiphona*, cum sit à *φωνή*. Vnde & *phonasus*, quod male corripit Sidonius lib. iv. epist. xi. carm. in mortem Claudiani :

Psalmorum hic moderator, & phonasus.

Nec movere debet, quod Savaro ad eum locum ex vet. gloss. citat, *φωνασις*, *vocalis*. Nam *φωνασις* legendum. Sunt talia quidem cultioribus nunc ingeniis notissima : at non item ea notitia barbaris illis seculis. Sanè ante annos prope octingentos, temporibus Caroli Calvi, dubitatum, quanta esset penultima in *bib'iotheca*. Quasi non esset Græcè *βιβλιοθήκη*. Consultus super eo Lupus Abbas Ferrariensis, ut liquet ex epistola ejus xx, quæ ad Aluinum. Sed Lupus, cum Græcè nesciret, non aliunde id probatum it, quàm illo Martialis * de Livio :

* lib. 14.
ep. 188.

Quem mea nec totum bibliotheca capit.

Itaque idem censet, *statera* penultimam corripere, quia apud Aluinum legerit :

Non tibi sit modus (leg. modius) duplex, nec statera duplex.

Quasi non rectus Latinorum sit ex Græco accusativo *αἰτή* eg. Idem Lupus, etfi Aurelius Prudentius secundam in *blasphemus* producat, eam tamen corripit censet. Nam inquit, *Græcus quidam Græcos blasphemus dicere correpta penultima mihi constanter asseruit, & ipsum Einhardus noster adstruxit*. Græculus iste, metricæ artis ignarus, nescivit distinguere inter accentum, & modulum. Græcè enim est *βλάσφημος*.

Addam unum alterumque, in quibus etiam doctiores video hære. Vt quando confundunt *Thetis*, & *Tethys* : quæ Græcè scribuntur, *Θέτις*, & *Τηθύς*. Illud igitur Pyrrichius est, hoc trochæus. Aliter ubi leguntur, locus est corruptus. Vti apud Hyginum Fab. CLXXXVI : ubi citat hæc incerti poetæ in Creticis :

Tuque Lycaoniæ mutatae semine nymphæ,

Quam gelido raptam de vertice Nonacrinæ

Oceano prohibet semper se tingere Thetis,

Ausa siæ quia sit quondam succumbere alumnæ.

Quomodo versus isti non solum apud Hyginum leguntur; sed etiam citantur à doctissimo Fulvio Ursino in Virgilio cum Græcis collato t. Sed ex iis, quæ diximus, liquet pro *Thetis*, *Tethys* scribi debere.

† in Georg.
I. p. 301.

Similis error dorum, qui secundam corripit in *Thermodontis* putant. Est enim Græcè *Θερμώνδων* : ut apud Apollonium in secundo Argon.

--- *Ἐπὶ τῷ σώματι Θερμώνδων*.

Virgil. xi. Æn.

Quales Threiciæ cum flumina Thermodontis

Pulsant.

Nam quod Quinctianus Stoa, & Pontanus lib. 11 de adspiratione, *Thermoodonis* legunt, id ferri nequit. Quippe dum versum fugiunt spondiacum, sede quincta ignari ponunt antibacchium. Et sane Latinis quoque *mo* in *Therm:don* produci, indicat illud Ovidii lib. 14 de Ponto, eleg. 8:

Et tu femineæ Thermodon cognite turba.

Item hoc Sillii Italici in VIII:

Perstrepit, & tellus, & Amazonius Thermodon.

Ac similiter Priscianus in Periegesi:

Inter Amazonidas Thermodon, Martius annis.

Quare & *Thermodontiacus* Statio Papinio sex tantum syllabarum est, lib. 1. Sylvarum Carm. VI.

Thermodontiacas calere turmas.

Non audiendus igitur Servius, cum in XI Æn. scribit, plenum esse *Thermoodon*; sed, ἡ θερμώδισσι, *Thermodon* fieri. Nec enim locum hætenus reperi, ubi secunda necessariò corripitur. Nam ubicunque *Thermoodon*, vel *Thermoodontiacus* legi ajunt, constabit metrum etiam syllabà ejectà. Quibus præter eos, quos dixi, & illa refelluntur, quæ in contrarium ait Ludovicus Carrio Castigar. in Valerii Flacci Argonaut. lib. 14, vers. 1021.

Quædam etiam apud Latinos ancipitis sunt intervalli, eo quodd bïfariam scribantur apud Græcos. Ita communem habent priorem *Eos*, & *Eous*, quia Græcè dicitur εἰως, & ἠῶς. Quod Servius (at quantus vir) non satis cogitavit: cum sic scribit in XI Æn. *Sciendum, quod cum Eous E naturaliter longum habeat, metri necessitate correptum est, propter sequentem vocalem.* Et in initium XI: *Græcè ἠῶς dicitur, quam nos Anvrotam vocamus. Homerus ait, Ποδὸδάντυλῶ ἠῶς. quod nomen Latini traxerunt per derivationem, ut dicerent, Et letus Eois Eurus equis. Item, Eousque acies. Sanè, ut etiam supra diximus, in hoc sermone prima syllaba naturaliter longa est: sed cum opus fuerit, corripitur Eos, aut licentiâ nominis proprii, aut quia eam vocalis sequitur.* In quo valde Servius fallitur. Nam εἰως pro ἠῶς legas apud Thucydidem, Aristotelem, Xenophontem, aliosque. Similiterque εἰῶ pro ἠῶ apud Apollonium Rhodium lib. 11 Argon. atque alios. Sed non rarò est, cum in Servio diligentior Græcorum lectio requiri possit.

Interdum tamen Latini non sequuntur quantitatem Græcorum, quasi visum fuerit voces istas facere suas Romanasque. Ita in *crepida* primam corripunt, etsi Græci producant. Gellius lib. XI 11, cap. XX: *Crepidas & crepidulus primâ syllabâ correptâ id genus calcæamentum appellavere, quod Græci κρηπίδας vocant.* Nempe Latini sic extulere, quasi à crepitu

crepitu foret, quem in gestando edunt. Idem cùm dicerent *actorem*, *pictozem*, & similia, etiam *Heclòrem* & *Nestòrem* pronunciarunt, penultimà productà. Vt Ennius in Iambico istoc,

Heclòrem quadrijugo catru raptarier.

Item:

Heclòris natum de mero jaclarier.

Hæc etiam caussa est, cur in *prologus* Comici producant primam. Nam fallum est, quod aliquando sentimus, vocem esse hybridam ex Latino præverbio, & Græco nomine: quamquam hæc quoque in sententiâ fuerit Iosephus Scaliger. Simile huic est *propino*, in quo prima, nunc Græcorum more corripitur; nunc Latinorum more producitur. Nam Martialis est lib. VI, ep. XLIV.

Nemo propinabis Calliodore tibi.

At ejusdem est lib. XII.

Hoc quoque nonnihil est, quod propinabis in istis.

Etiam prima in *Proserpina* brevis sit naturâ, cum ἤ μετέθειν sit ex Προσεφώνη , ubi ex *E* brevi foret *o* breve. Et ita usus Horat. lib. II, od. XIIII:

Quam penè furvæ regna Proserpina.

At interdum, quasi à *proserpendo* sit, producitur. Vt à Seneca Tragico. Imò & Marone I Georg. Et hæc de vocalibus naturâ brevibus, aut longis.

Par ratio in vocalibus ancipitibus, A, I, Y. Vnde *sarcophagus* penultimam corripit, quia dicitur $\text{ἄπι ἑ σάρκω φαγεῖν}$ *, ut & Plinius indicat lib. xxxvi, cap. xvii. Idem nempe modulus ac in σαπτοφαγεῖν apud Martialem lib. III, epigr. Lxxvii:

— *Vt quid enim Bætica σαπτοφαγεῖς †?*

Similis ratio in *Arcopagus*, cujus penultimam perperam prope omnes producant, cum sit constatum ex Ἀρειο †, & πάγος ‡: quod penultimam corripere certum est. Philippus lib. I *Ἀρθολογ. εἰς ἀμπελον*:

*Τίς σε πάγος δυσέτημος ἀνήλιος ἐξέθεψεν **;

Imposuit vulgò, quod Latinis *pagus* producat priorem, à quo *Arcopagum* dici putavit quoque B. Augustinus, lib. xviii de Civ. Dei, cap. x. Quippe interpretatur *vicum Martium*, cùm *collem* dicere deberet.

Nec rectè Ambrosius in Onomastico retulit, penultimam in *harpago* longam esse: cùm lib. II, epigr. Automedontis *εἰς ἄρπαγος* penultimam habeat correptam. Quin eadem in *harpagandi* voce brevis esse videtur Plauto in Truculento act. I, Sc. Ad fores:

Dum illis agunt quod agunt, ceteri cleptæ larcantur, vel harpagant.

Est enim Trochæicus. Verum ficulnum hoc argumentum, quia tria

PP 2

verba

* ex eo, quod corpora mortuorum absumat.

† putria, aliâque cernedi.
‡ Martium, † collu.

* Quis te collu deseruisti sicut carens educavit?

verba postrema, quæ & in Douziacâ habes, in MSSis desiderantur; uti & antiquâ Venetâ Saraceni, & aliis. Vtitur idem hâc voce Bacchid. act. iv, sc. Hunc hominem:

Improbis cum improbus sit, βάρβαρος; furibus furietur, quod queat.

Sed obscurior hic quantitas, ob confusos numeros in primis novendecim ejus scenæ versibus, quos inter is, quem proximè attulimus.

Sic *Archiater* penultimam habet porrectam, cum Græce sit ἰητῆρ, vel ἰητῆρος: ut apud Laërtium in vita Platonis, ac lib. ιιι Ἀρχιτρογ.

Καὶ τὸ ὄτι δὲ γὰρ ἰητῆρ ἐστὶν ἰητῆρ. Σώματι.

Ἰατῆρος quoque semper hanc syllabam habet longam. Vt apud Lucillum lib. ιι Ἀρχιτρογ. & alibi.

Malè itidem vulgò penè ultima in *Homeromastigis*, aut *Ciceromastigis*, corripitur. Nam μάστιξ penultimam in obliquis producere, & Eustathius tradit, & Homeri versus indicant.

Media in Ἀρχύτης semper est porrecta, etiam Latinis. Vt in pædariam legem peccet doctissimus Auratus, cum carmine, quòd Logistichæ Eliæ Vineti præmittit, ait:

Archytam ἔν τε τῆσσι τοῖσιν ἔχουσιν ἔχουσιν.

Non sententia minùs, quàm versus constitisset, omiſſâ conjunctione.

Nec in Græcis solum Latini hos sequuntur; sed etiam in Hebræis, & barbaris, quæ à Græcis accepimus. Itaque in tetrasyllabo *Ioannes*, quia id Græcis Ἰωάννης, prima corripitur, secunda est anceps: ut jam olim docuit Ioannes Baptista Pius cap. clv sylloges poster. Annotat.

Sæpe etiam Latini magis in Græcis rationem habent accentus, quàm quantitatibus. Ita Plautus Curculione † semper corripit mediam in *Phædromus*, quia Græcè est φαίδρωμ. Item Aufonio cum alibi *, tum idyll. iv, secunda in *trigonus* brevis est, quod Græcè τρίγων:

Per totidem partes trigonorum regula currit.

Secundam quoque in *idolum*, & *poësis*, quæ Græcè ἰδωλον, & ποιησις, eapſe de causâ corripit Prudentius lib. ιι in Symmachum. Idemque facit in *Plychomachia* in voce *eremus*, quia Græcè ἐρημ. Ejusque exemplum hymnographus sequitur: uti & è junioribus *Maffæus Vegius* in *Antoniade*. Idem crebrum in vocalibus ancipitibus. Nam *Philippus* mediam Plauto correptam habet: uti & Scaligero observatum lib. ιι Aufon. Lect. cap. xxi. Sed imprimis id facere solent posteriores. Atque eapropter *Sidonius* in *Aratus* corripit secundam: item tertiam in *Euripides* producit. Nam ejus est carm. xxxiιι:

Diversas Arato vias cucurrit.

quod rectius produxit Cæsar Germanicus (sive is Domitianus, sive alius) Arateorum initio:

† Nam ἔ
hinc ortus
Ἀχιλλεύου,
est medicus
corporis.

† αθ. ι,
sc. ι.
* idyll. 12.

Ab

Ab Iove principium magno deduxit Aratus Carminia.

Idem Sidonius in laudibus Narbonis :

Cessissent Sophocles, & Euripidis.

Et ad Magnum Felicem :

Orchestra quatuor alter Euripidis.

At tertiam in Euripide corripere Græcos, ex Ionis, Dionysii, & Philemonis in eum epigrammatis constat.

A vocalibus venio ad diphthongos : quomodo quæ scribuntur à Græcis, Latinis quoque sunt porrecta. Itaque Rhea, quod Græcis non ῥῆν tantum, sed & ῥῆν (utroque usus Callimachus hymno in Iovem) Latinis etiam nunc corripitur, nunc producit. Corripit Ovidius Fastorum IV :

*Sæpe Rhea quæta est toties secunda, nec unquam
Mater : & indoluit fertilitate suâ.*

Producit Maro VII ÆN.

Collis Aventini sylvâ, quem Rhea sacerdos.

Itidem producuntur *Aeneas, Medea, Galatea, Antiochia, Nicia, Nicomedia, elegia, Darius, Heraclitus, Basilus, Eugenius, Alexandria* vel *Alexandrea, xenodochium*, & similia. Ovidius in Ibin :

Vique vocatorum Darii fraude secundi.

Claudianus epist. ad Hadrianum :

Darium famulis manibus doluisse peremptum.

Quandoque tamen Latini alteram eximunt vocalem ex diphthongo. Ita in *chiragra* semper corripitur prior, et si Græcè sit *χερεγγερα*. Et Maronis est I ÆN.

— *Vos ô Cyclopea saxa.*

Et si Græcè est *κυκλώπεια*. Inde etiam est, quod quædam penultimam habent ancipitem. Nam *plæca* corripunt Catullus *, & Horatius † : producit Aufonius ‡. *Chorea* corripit Maro * : producit idem †, uti & Naso. Sic *conopeum*, quod Græcè *κωνωπέιον*, Iuvenali e

habet porrectum sat. VI :

Vi testudineo tibi, Lentule, conopeo.

At est Horatii od. IX libri Epod.

Interque signa, turpe, militaria

Sol adspicit conopeum.

Et Propertii est lib. III :

Fœdâque Tarpejo conopea tendere saxa.

Ac *gymæentum*, licet Græcè sit *γυμαιεῖον*, tamen penultimam corripere ajunt apud Terentium †. *Ganæum* quoque planè ex *γανειον* videtur. Græcè etiam est *Διονάϊη*. Et tamen Catulli est epigr. xxx :

Vi albulus columbus, aut Dioneæus.

* epigr. 15.
† ep. 2. lib. 2.
‡ epist. 12.
§ in Urbibus de Burdigala.
* 6 ÆN.
† 6 ÆN. c. 10.

† Phorm.
alt. 5. sc. 6.

Quo

Quo Lucas Fruterius, epigrammate in Choerillum, defendere etiam conatus, quod *Athenæos* scripsisset penultimâ correptâ. Sed flaccido tibicine se tuetur, si rectè Iosephus Scaliger legit, *Vi albulus columbus, aut Adoneus*. Ego *Dioneus* retineo. Nec enim Avantius ita primus edidit in Aldinâ: sed habet eam lectionem illa, quæ Regii Lepidi prodidit anno c10 cccclxxx1. Imò *idoneus*, quod in scriptis membranæ reperit Scaliger, proximè accedit ad *dioneus*: quando literulæ solum traiectione est opus. Nec propterea Fruterium in *Athenæus* ausum imitari. Græcos scio sæpe corripere diphthongum ante vocalem: imò quandoque & ante consonam. Sed si Græcis sic licet sonare, ut cum Martiale * dicam,

* lib. 9.
ep. 12.

Nobis non licet esse tam disertis.

Saltem non sine veterum Latinorum exemplo.

C A P V T X X X I V.

De Græcorum syllabis ultimis in vocalem exeuntibus. Vocativos primæ in A produci à rectis in AS; corripi ab illis in ES. In eadem E semper extendi; quod Sidonio, & Baptista Pio neglectum: ac in secundâ tertiâque corripit. Iuvenalis defensio. Mela pro mele semibarbare. In I terminata esse brevia. They pro Theyri: nisi Theridi rescribendum. Recti, & accusativi, item Attici genitivi in O, ac vocativi in V ex s, porrecti: ac omnia in T brevina.

IN ultimis quoque syllabis classici poetæ Græcorum retinent quantitatem, ut ex terminationibus singulis apparet.

Nominativi in A interdum inveniuntur correpti: sed non extra cæsuram. Cic. in Arateis:

Electra, Steropeque, simul sanctissima Maia.

Vbi & A excipit gemina consonans. Ovid. in Epist.

Mittit Hypermnestra de rot modò fratribus uni.

Sic Statio, in III & VI Thebaidos, *Tegæa, Nemea, Malea*, sunt producta; priora duo ob triemimerim; tertium ob penthemimerim. Est & Iuveni in tertio Historiæ Evangelicæ:

Non Maria genitrix, non fratrum nota propago est?

Quamquam nunc mutarint hoc pacto, *Non Maria est genitrix?*

Vocativi in A, venientes à nominibus in AS, ita, uti apud Græcos, producuntur: quemadmodum scripsit quoque Servius ad illud Maronis Ecl. VI:

— *Vi listus, Hyla, Hyla, omne sonarst.*

Vbi

Vbi posterior posterioris *Hyla* corripitur ob sequentem vocalem, ut ibidem Servius monet. Aliàs enim producit ipse Maro, ut α *Æn.*

*Tum sic ignarum alloquitur. Vigilasne Deum gens
Ænea? vigila, & velis immute rudentes.*

Et illo Ovidii xv *Mét. fab. xvii.*

*Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur arvo
Arbor.*

At vocativi, qui veniunt à nominibus in *tus*, corripiuntur: ut *Opes-
tus*, *ai Opes*, & similes. Ovid. i *Trist. Eleg. iv:*

*Vi foret exemplum veri Phocæus amoris,
Fecerunt furæ, tristis Orestia, tuæ.*

Vbi malè in quibusdam libris, *Oreste*, legitur. Sic Seneca in *Agamemnone*:

Aggrediar, & te, Orestia, furabor libens.

Idem in *Thyeste*:

Bonum est, Thyesta, quod mala ignoras tua.

Item Valerius Flaccus viii *Argonaut.*

*Amplexus, Æta, dæres, sterusque videres
Ecce meos.*

E in quocunque casu primæ declinationis producit, quia Græcè est *H*. In vocandi casu, ut apud Martialem lib. ix, epigr. lxxv:

*Alcide, Latio nunc agnoscente Tonanti,
Postquara pulcra Dei Caesaris ora geris.*

In auferendi casu apud Ovidium lib. ii de *Pont. el. iv.*

*Denique tantus amor nobis carissime semper,
Quantus in Æacide Actorideque fuit.*

Sidonius malè id neglexit *Carm. xv.* quod *Polemii* est epithalamium:

Tu Mylene satius cognoscis, Piræce, tempus.

In quo etiam peccavit *Baptista Pius*, cum suis ad *Sidonium* notis verbum Græcanicum Latine, sed mirificâ verborum trajectione, ita transtulit:

Tiaba Bias genitus canit ampla Priene malorum.

E in secundâ, tertiâque declinatione est correptum. In secundâ, ut vocativus *Achille*, à recto *Achilleus*, pro *Achillen*. Vñ eo *Propertius*, lib. iv, eleg. xii.

Quique tuas proavus fregit, Achille, domos.

In tertio verò ablativus: ut apud *Valerium Flaccum* lib. vi:

Insignis manibus, insignis acinace dextero.

Et *Iuvenalem* sat. xiv.

— Sed longè Calpe relietâ,

Audiet Herculeo stridentem gurgite solem.

Ita constanter MSSi nostri : Aldina item , & Venetarum veterum alia , ut recentiores editt. mittam. Nec propterea systolen statuere opus cum Prisciano, & aliis. Quibus etiam accessit Scaliger : ut qui Iuvenalem ob neglectum syllabæ reprehendat. Immeritò sanè : quia non *Calpe* est à recto *Calpe*, hoc est, *Κάλπη*, ut Scaliger putabat : sed à recto *Calpes*, quod ad tertiam inclinationem refertur.

Tempe, *cete*, & *mele*, apud Græcos H habent ex *ea* contractum. Quare naturà longa sunt. Catullus de Nuptiis Pelei & Thet.

Confestim Peneos adit viridantia Tempe,

Temp. quæ sylve cingunt superimpedentes.

Sic *cete* apud Sillium in XI : *mele* apud Lucretium lib. II, semel iterumque. Pro quo Capella, scriptor penè barbarus, *mela* dixit lib. II.

Tu varum mela d. loibus Camænis.

Dativi in I nunc corripuntur, nunc producentur. Corripit Catullus * :

Paterna

Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum

Obiulerat mente immemori, talem ipse recepit.

Et Stat. Achilleidos II.

Palladi listoreæ celebrabat Scyros honorum

Fortè dicm.

* lib. 3, od. 7.

Producitur tamen Propertio † in *Tyndaridi*, & poetarum aliis in similibus : sed, ut puto, non extra cæsuram.

Quæ & in illo Catulli carm. de nuptiis Pel. & Teth.

Tum Thetidi pater ipse jugandum Pelea sensit.

Nisi magis placet, Latinis ejusmodi dativos esse ancipites : ac nunc corripì, more Græcorum ; nunc produci, more Latinorum. Etiam apud Valerium Flaccum in primo Argonauticorum edidit Carrio :

Et Zephyris, Glaucoque bovem, Tethisque juvencam.

Et lib. secundo :

Quam Thetidi longinqua dies, Glaucoque repostam.

Sed enim in vet. libris est *Tethy* : quod contractum ex *Tethyi* sit, vel κατ' ἄποκρίνω factum. Integrum est apud Catullum de coma Beronices :

Luce autem cana Tethyi restitutor.

Vocativi corripuntur. Ovid. epist. Helenæ ad Paridem :

Bella gerant alii ; tu Pari, semper ama.

Et XI Met. fab. VII.

— *Quò sepe venire*

Frenato Delphine sedens, Theti, nuda solebas.

De vocativis monet idem Servius ad Ecl. I. Adducit autem Horatii illud Carm. lib. IV, od. III :

O testudinis aureæ

Dulcem quæ strepitum, Pieri, temperas.

In O, quæ Græcè per *o* efferuntur, longa sunt. Ac imprimis id verum in femininis : ut *Dido, Echo, Aleto*. Virgil. VII Æneidos :

Luctificam Aleto Dis artem ab sede sororum,

Inferisque ciet tenebris.

Par ratio in genitivis Artici, ut *Androgeo*. Virgilius Æneid. VI.

In foribus, letum Androgeo.

De *ego* diximus in Latinis.

Itidem illa in V, quæ Græcè in *u* desinunt, produciuntur. Æneidos II.

Quo res summa loco, Panchus? quam prendimus arcem?

In Y corripuntur : ut XIV Metam. fab. VI.

Moly vocant superi: nigra radice tenetur.

Et in carmine Ithyphallico, hexametri initium est :

Quæ cur moly vocant &c.

Idem Ovid. Trist. lib. IV, el. III.

Ars tua, Tiphys, jacet, si non sit in æquore fluctus.

Statius Papinius phalæcio istoc lib. IV Silv. carm. de via Domitiani :

Cedamus chely, jam repone canens.

CAPVT XXXV.

De ultimis Græcorum syllabis vocalem naturâ brevem, aut naturâ longam habentibus ante ultimam consonantem. Capelle locus expressus : ut *Ἐ Μαρανίς*. Servii lapsus. Cur brevia sint Latina in O R ex Græcis in Ω P venientia.

Quæ ante ultimam consonantem habent E φάρον, corripuntur. Maro I Æneid.

Egressi operatâ potissimum Troës arenâ.

Juvenalis sat. VII.

— Tenet insanabile multos

Scribendi cacœthes, ἔσ' ægro in corde senescit.

Quæ H habent, ferè produciuntur. Catullus Carm. Nuptiali :

Hymen, ô Hymenæe, Hymen ades, ô Hymenæe.

Maro Æn. III.

— Hic pelagi tot tempestatibus actus

Amato Anchisen. heic me, pater optime, sessurus

Deseris.

Lucanus lib. 1.

— *Dum terra fretum, terramque levabit
Aër, & longi volvent Tuana labores.*

Qui etiam corripì putafunt, decepti sunt illo Claudiani lib. 1 de Raptu Proserpinæ :

— *Compæge solistâ,**Lucidus umbroso miscetur aër Averno.*Sed rectè nunc editum, *miscetur axis Averno.* prout etiam in nostris membranis invenimus. Par ratio in *æther* : de quo deceptus Iustus Lipsius epigrammate ad Ioannem Wouwerium : apud Valerium Andream in Bibliotheca Belgicâ, voce Ioannes Wouwerius.*En scripto tibi pectoris recessus**Nostri pandimus, intimoque amores.**Hos habe sine fraude, & hos habebis**Dum me terra, vel æther ipse habebit.*Cæterum à superiori canone excipiuntur, quæ genitivo non crescunt : ut, *pater, mater* : quæ corripì satis constat.Non audiendus verò Martianus Capella lib. III, cap. de Nominè : *ES terminatus*, inquit, *in Græcis nominibus brevis est ; ut Anchises.* Sed locutus est Capella ex sensu sui sæculi : quo ea etiam, quæ Græcè in Η Σ desinunt, corripiebant : ut *Thales, Lyristes, Ganymedes.* Ita est in carmine Cælii Firmiani Symposii de livore † :*Aut tradat Ganymedes ipse nectâr.*

Aufonii * est Iambicus iste :

Thales, ἑσπία, πῆρες δ' ἄτη, protulit.

Sidonii est phalæcius hic lib. VIII, epist. XI :

Alcæo potior Lyristes ipso.

Cujus rei meminere quoque Scaliger in Aufonianis Lect. lib. II, cap. XXI. & Gaspar Schoppius lib. II Verisimil. cap. VIII. Sic apud Maximianum etiam in membranis nostris est eleg. v.

Efficior demens alter Ulysses ego.

Et Prudentius in Hamartigenia :

Corporeus Ioannes adhuc, nec carne solutus.

Brevia quoque sunt, quæ ante consonam habent ο μινεόν. Maro Æn. VI.

Et Chaos, & Phlegethon, loca nocte silentia late.

Similiter Papinius lib. V Silv. car. I.

Ne in Tartareum chaos incommata subires.

Ovid. Fastorum IV,

Alta jacet vasti super ora Typhœos Æna.

Lucanus lib. I.

Scorpion incendis caudâ, chelaque perurris.† in Appen-
dice Virgil.* in Iudo
septem sa-
pientum.

Martialis lib. IV, epigr. XLIX.

*Ille magis ludæ, qui scribit prandia seruis
Tercos, aut cœnam, crude Thyesta, tuam.*

Et lib. V, epigr. XXXV.

Pallida nec nigras horrescit Erotion umbras.

Et lib. IX, epigr. LXXXVI *.

Nescia nec nostri nominis Arctos erat.

Fagos producit Maro II Georg.

*Et steriles platanî malos gessere valentes,
Castaneæ fagos, ornusque incanuit albo
Florè pyri.*

Nam, nisi hypallagen esse malis, *castaneæ fagos*, pro *fagi castaneas*; *fagos* Græcus erit nominativus; ut sensus sit, *fagos* sive *fagi* incanuit flore *castaneæ*. Producetur autem OS ob cæsuram.

Quæ verò ante ultimam consonantem habent Ω, hæc postremam produciunt syllabam. Virgil. Æn. II.

*Primus se Danaüm, magnâ comitante cateruâ,
Androgeos offert nobis.* Idem XII Æn.

Quantus Athos, aut quantus Eryx.

Vbi sic Servius: *Quantus Athos vera est lectio. Nam si legeris Athos, Athos brevis est, & versus non stat. Athos autem dici, accusativus indicat. Nam hunc Athona facit, sicut Apollon Apollona. Sed frustra est nobilis Grammaticus, cum nihil notius sit, quam dici Græcis quoque Αθως: unde parcemia apud Suidam †:*

Αθως καλύπτει πλεονεξίαν Δημνίας βοός.

Athos obumbrat laetra Lemniæ bovis.

Parque aliorum ratio, quæ Græcè per Ω scribuntur. Tibullus lib. IV, el. I.

Cimmeriôn etiam obscuras accessit ad umbras.

Ovid. III Met. fab. II.

Aiton ego sum, dominium cognoscite vestrum.

Obiectant Claudiani hoc lib. I de laudibus Stiliconis:

Porus Alexandro, prostratus Memnon Achilli.

Sed in emendationibus libb. est, *Memnon prostratus Achille.*

At corripit Prudentius ultimo penè hymno de Romano:

Sic demon ipse ludit hos, quos cepit.

Item penè extremo Carm. de Psydomachia:

Hinc chalcedon hebes persunditur ex hyacinthi

Lamine vicino.

Sed in hujusmodi potiùs imitabimur antiquos. Excipe cœcutia in

* al. 84.

† in Athos.

310 DE ARTE GRAMMATICA
OR, quæ tantùm brevia sunt. Vt *Hector, Nestor*. Ovid. xii Met.

Cum sic Nestor ait. Et eodem :

Aut puer Hector erat.

* *Ecl.* 2. Ioachimus Camerarius, in problematum appendice, causam quaerit, cur illa in *ON* producantur; ut *, *Corydon ardebat Alexin*: illa verò in *OR* corripiantur; ut †, *Helior ubi est?* Causam verò adfert, quòd nomina in *OR* prorsus Latina fiant; cum *OR* sit Latina terminatio, ac corripiatur apud Latinos; ut in illo apud Ciceronem :

† 3 *En.*

Ipse suum cor edens hominum vestigia vitat.

Et apud Maronem Georg. ii.

Pastor ab Amphryso : *ON* verò Latini non habeant; qui abijciant *N*, unde à *Πλάτων* dicunt *Plato*.

C A P V T X X X V I

De extimis syllabis in Graecis, quæ ante ultimam consonam habent vocalem aliquam ex ancipitibus. Capella lapsus in Heptas. Prisciani sententia de Tethys in dubium vocata. Πάλυπος pro πλύπυς. De modulo in peregrinis. Nesçiri metricam rationem veterum Hebræorum. A Mureto recessum.

Vidimus de vocalibus naturâ brevibus, aut longis: videamus porro de ancipitibus.

Ex iis, quæ *A* habent ante ultimam consonantem, accusativi in *AN* à nominibus in *AS* producantur. Virgil. xi *Æneid*.

Et servum Ænean agnovit Turnus in armis.

At accusativi in *AN* à nominibus in *A* breves sunt. Ovid. xiii. Met.

Et Tenedon, Chrysenque, & Cyllan, Apollinis urbes.

Idem iv *Fastorum* :

Majan, & Electram, Taygetamque Iovi.

Stattius *Thebaid*. vii.

Namque ferunt raptam patriis Æginan ab undis.

Idem nominativi in *AS*, quorum genitivus definit in *Æ*, vel *AN-TIS*, producitur. *Æn.* x:

— *Nec turba moveri*

Tela manusque sinit. hinc Pallas instat, & urget.

Quorum autem genitivus definit in *ADIS*, corripiuntur. Ovid. vi *Metam*.

Pallas ansem simulat, falsoque in tempora canos

Addit.

At *Capella* in sexto, cum hoc non attenderet, malè producit *ἐπλάς*.

Heptas in numeris, prior igni, tertia Luna.

Par

Par quantitas accusativorum pluralium. Virgil. Ecl. iv.

— *Drusique videbit*

Permissos heroas, & ipse videbitur illis.

Idem Ecl. viii.

Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.

Quem ad locum ita Servius : *NAS ideo brevis est, quia Græca declinatio est, sicut ** :

Arcadas accensos monitu.

Nam omnia Græca nomina, quæ nominativo plurali ES terminant : ut *Arcades, Najades, delphines, accusativum pluralem corripunt.* Simile etiam illud Ovid. epist. Penelopes :

In se fingebam violentos Troas uteros.

I ante N producitur in nominativo : ut in illo † :

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

At accusativi corripuntur. Propertius lib. ii, eleg. xxxv :

Tu canis umbrosi subter pineta Galefi

Thyrsin, & atricis Daphnin arundinibus.

In IS corripuntur. Stadius lib. i Achilleidos :

Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu.

Quæ Y habent ante ultimam consonantem, corripuntur. Virg. Ecl. iv :

Alter erit cum Tiphys, & altera quæ vebat Argo

Delectos heroas. Æneid. ii.

Et Capys, & quorum melior sententia menti.

Ovid. v Metam. fab. i :

Ecce Syerites genitus Methione Phorbæ,

Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam.

Par ratio in Iryn, cujus itidem accusativus corripitur. Ovid. vi. Metam. fab. vii.

Tamæque nox animi est, Iryn huc accersite dixit.

Seneca in Agamemnone † :

Iryn in varios modulata sonos.

Anapæsticus est.

† vers. 662.

Stat. Papinius lib. iv Sylv.

Monstravit. Namque hæc quoties chelyn exiit ille.

Sed chelyn, & vittas, & amantes carmina laurus.

De nominativo, indicio est hoc Statii Papinii Epicedio in Glau-
ciam Meliorem, quod est lib. ii Silvarum :

Nec si tergeminum Sicula de virgine carmen

Affluat, aut silvis chelys intellecta ferisque.

Et eodem lib. in Surrentinum Pollii :

Iam

*Iam Methymnæi vasis manus, & chelys imâ
Thebais.*

Nec aliter Claudianus, præfatione in panegyriin tertii consulatus Honorii: *Et chelys, Augusto iudice, nostra sonat.*

Tethys tamen Priscianus ait produci. Cui timidè accedo. Nam Ovidii est *Fast. v.*

Tethys & extremo sæpe recepta loco est.

Quam veterum omnium lectionem frustra sollicitabat Petrus Marfus. Legitur tamen apud Maronem primo Georg.

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Itidem in accusativo producit Silius lib. XVI I:

Intima ab occasu Tethyn impellit, & ortu.

Ac Martialis lib. X, epigr. XLIV:

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos,

Et viridem Tethyn, Oceanumque patrem.

Sed cæsura hæc tribui possunt. Quare posteriorem, ut tutò corripuerò, Ovidium secutus; ita extra cæsuram producere non ausim. Præsertim cum cætera in Y S corripì constet; idque non in recto tantum, sed etiam accusativo, qui nominativi sequitur quantitatem. Vti in *chelys, & chelyn.*

Nomina in *ys*, quæ Latinè in V S desinunt, producuntur. Virg. *Æneid. II.*

Ecce autem telis Panshus elapsus Achiviam,

Panshus Othryades, arcis Phœbique sacerdos.

Æneid. X. Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis.

Et eodem, *Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.*

Excipi tamen videtur *polypus*. Horat. lib. Epod. od. XII.

Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in alis.

Et alibi: *Balbinum polypus agnæ Delectat.*

At Græcè est *πλύπυς*, sive *πυλύπυς*, sive *πωλύπυς*: unde ultima videtur produci debuisse. Sed faciliè his occurritur. Nam à Doribus *πώλυπ* & dicitur: teste Athenæo in VII; ubi hoc Simonidæ citat: *Πώλυπ* * *δ' ἰζήλω* &. Et Arcestrati istud:

Πώλυπ † *ἐντε Θάσσω, ἔκαθελα εἰσὶν ἄελασι.*

Vnde etiam liquet, cur primam producat Horatius. Est vero ea non tantum longa pro pisce, sed etiam, pro vitio narium: ut indicant loca adlata. Eoque fallit versus iste:

Polypus est piscis, polypus foedatio naris.

Quem verliculum adduci videas in glossa L. XII, qui clavum. D. de ædilit. edicto: occasione vocis *polyposus*, quæ in lege usurpatur.

Sive

* *Polypum*
investigant.
† *Polypus* in
Thaso, &
Caria sunt
opissimi.

Sive igitur vitium seu piscis signetur, polypus primam habet longam, quia est ex Græco *πόλυπος*.

Erythræus in indice alteram quoque rationem addit, quod Græci in huiusmodi adjiciant *υ*: ut cum pro *ἄρα* dicant *ἄραυα*, pro *ὄνομα* *ὄνομαυα*. Sed id locum hîc habere nequit. Nam dixisset Horatius *ρυλρυσ*: quomodo Maro pro *opilio*, quod prima producatur, *υπιλο* dixit. Hactenus excussimus regulas, cum generales, tum speciales, partim de Latinis, partim de iis quæ à Græcis accepimus.

In peregrinis verò, ut in personarum, aut locorum nominibus Germanicis, Hispanicis, aliis, modulus esse anceps solet. Ac similiter in Hebræis, Chaldæis, Syris, Persicis, Ægyptiis. Sic Gregorius Nazianzenus, in *Καίνων* mediam, in *Φαλέκ* priorem, nunc corripit, nunc producit. Prior in *Αδάμ* longa eidem est, at brevis Nonno. Et quid de Hebræis mirum? quando ea gens in metro ipsa non attenderet ad vocalium quantitatem: quemadmodum videre est ex canticis Davidis, & aliorum. Aliter si esset, nunc etiam facile esset observare antiqui carminis rationem; quam Iudæi pariter ac Christiani nescire se fatentur.

Sin Græcè scribentes Latinis utamur, tutiùs sequemur Latinos. Videntur tamen Græci penè eandem in iis licentiam sibi permittere, quam in barbaris. Itaque iis tres primæ in *Ιελιανός*, & *κλαυδιανός*, & *Δικλιανός*, dactylum constituunt: ut ex quarto, & quinto *Ανθρολογία*, aliisque liquet. Quamquam hac in re Latinos sequantur, si verè Antonius Muretus, qui interpretans Catulli * illud, *Firmiano salin non falso*, ait in libris nonnullis *Formiano* legi: nec facile se dicere posse, utrum verius sit: nam inquit, *quin Formianus quoque penultima brevi dici queat, dubitari non oportet*. Sed non ausim in eo accedere Mureto. Eti ex Plinio, & Iuvenale, constat, Mamurram, quem Catullus designat, Formianum fuisse. Verùm hoc loco est *σωίζης*, ut primam sedem occupet spondeus. Similiter nec dubitat Nonnus à Latinis recedere in *δηνάειον*, *συνάειον*, *Πίλαϊος*. Corripit enim A. Sed fortasse hoc ab eo factum ignorantia sermonis Romani. Ut qui *συνάειον* vocem Syram arbitretur.

* *catm.* 115.

CAPVT XXXVII.

De iis, quorum quantitas poetarum autoritate cognoscitur. Mureti error. De penultima in fortuitus, & gratuitus: item præstolor.

Sperest, ut de iis agamus, quorum quantitatem autoritate magis, quam regulâ cognoscimus. Nam & in his multa corripienda producunt,

R r

ducunt,

ducunt, multa producenda corripiunt; multa, quæ utramque habent communem; vel corripit solum, vel produci putant. E. G. Secundam in nomine *ames* corripit oportet, exemplo Horatii Epod. od. 11:

Aur amite levi rara tendit retia.

Secunda in *vibicis* debet produci, secundum illud Persii sat. 17.

Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Similiterque in *corbita*, etsi vulgo aliter fiat. Sed potior est autoritas non Plauti modò in *Poenulo* Act. 111, sc. 1. trochaico istoc:

Tardiores, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari:

sed etiam Lucillii lib. xv satyrarum:

— *Polyphemi' d'acensos*

Cyclops longi' pedes: & porro huic mali' bucellum,

Quam malus navi in corbita' maximus ulla.

Mediam in *temetium* corripit disertissimus Muretus versu hoc, Galiambo in Bacchum*:

* commentario in Cæsullum.

Vbicunq; l'astaras, nova flumina temeti.

Sed ea semper porrecta est, Horatius lib. 11, epist. 11.

Pullos, ova, cadum temeti: nempe modo isto.

Juvenalis sat. xv.

De Corcyra' temetum d'axerat urna.

Vtrobique etiam primam esse longam videmus: quomodo & secunda in *abstemius*, quod quasi *absque temeto* dicitur, producit ab Horatio lib. 1, epist. x.

Si forte in medio positorum abstemius herbis.

Ovid. xv Metam. fab. xxxi:

Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.

† de prisca sermone.

Apud Fulgentium Planciadem † tamen est ille Rubrii, sive Rutilii, versus:

Abstemium merulema fugit Methenia nomen.

Imò Prudentius lib. 1 contra Symmachum in *temulentus* corripit primam:

Hoc circumfultante choro temulentus adulter.

Primæ secundæque in *cicurrare* quantitatem non puto aliunde posse cognosci, quam iis, quorum ad nos fragmenta solum pervenerunt. Vti Paccuvio, cujus sunt ista apud Varronem lib. iv de L. L.

— *Nulla res neque*

Cicurrare, neque mederiet potis est, neque

Reficere.

Prout eos versus distinxit Iosephus Scaliger. Sed & ejusdem Paccuvii citatur illud à Festo in *Incicorem*:

Reprime incicorem iracundiam.

Qui Iambicus dimeter videtur. Quæ si ita sunt, prima in *cicurr*, eademque,

demque, & proxima, in *cictris*, & *cicrare*, corripientur. Idem probatum eunt Martialis versu, sed quem frustra apud eum queras.

Malè vulgò produci penultimam in *mulieris*, docemur illo Afranii apud Nonium in *Seniam* :

Ætas, & corpus tenerum, & morigeratio,

Hæc sunt venena formosarum mulierum.

Ac similiter Martialis lib. I, epigr. xcvii.

Amythistaque mulierum vocat vestes.

Semper etiam brevis hæc syllaba apud Comicos.

At anceps est penultima in *fortuitus* : quod aliqui semper corripunt. Sed tantum abest, ut evincant, quod volunt ; ut ne illud quidem, corripit eam posse, solidè probent. Iuvenalis versum adducunt, cui tres primæ syllabæ constituent dactylum. Locus est sat. xlii.

Non quasi fortuitus, nec venorum rabie, sed

Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.

Ita enim ex Aldina, & MSo nostro legendum : non *judicet* : ut in vulgari, & altero est MSo nostro. Sed profectò argumentum hoc invalidum est, cum dici possit, secundam, & tertiam in *fortuitu*, seu *fortuius* (utrumque in MSSis legas) contrahi *ἔσθωσιον* : quomodo & Horatius dixit lib. I, ep. I.

Præcipue sanus, nisi cum picea molesta est.

Nam produci primam, liquet ex illo Catulli ad Furium :

A te sudor abest, abest saliva,

Mucusque, & mala picea nasi.

Sanè penè ultimam in Trochaicis istis liquidò producit Plautus Aulul. actus II, scenâ I :

Post mediam ætatem, qui mediam ducit uxorem domum,

Si eam senex anum prægnantem fortuitu fecerit,

Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus ?

Apud Horatium quoque legere est lib. II, od. xv.

Nec fortuitum spernere cespitem

Leges sinebam.

Et apud Aufonium in ludo sapientum est iste Trochaictus :

Non erunt honores unquam fortuiti muneris.

Estque scriptores hocce secutus Alciatus, cum scripsit lib. II

πεπέγ. juris cap. VII :

Frustra putavit esse te, Virtus, datam,

Quæ fortuitis serviebas casibus.

Nec in *fortuitus* tantum, sed in *gratuitus* quoque, eos fugit ratio. Non tamen assentio Iano Douzæ, qui in Præcidaneis * ad Horatium τὸ I * lib. 2. c. 16.

in hujusmodi malè corripitur. Nam apud Statium est Phalæcius ille lib. I Silvarum :

Largis gratitum cadit rapinis.

Sunt verò nonnulla, de quorum modulo non satis constat. Ut de media in *præstolor*. Vulgo producant, quod etiam à Valla factum in tralatione oraculi apud Herodotum in VII.

Terrenâsq; acies ne præstolare, sed hosti.

Metuo tamen, ne rectius corripiat Buchananus psal. XXVII. *Vite beatæ præstolor*. Movet me, quod à *præsto* sit *præstulus*, & antiquè *præstolus*, unde *præstolari*. *Præstulus* est *Πριμολος*, qui *præsto* est, atque, ut nunc loquimur, *præfens*. Sunt quibus videatur, idem comprobari posse hoc Terentiano in Eunuchò act. V, sc. V.

Quem præstolare, Parmeno, hic ante ostium?

Sed valde infirmum hoc telum, quando nihil usitatus, quàm ut Comici secundà Iambici sede spondeum ponant pro jambò : ut vel primus Andriæ, vel prologi Amphitryonis versùs docet. Nec autoritate, ut puto, veterum cognoscas, quanta sit secunda in *diutius*. Ajunt, sciri ex eo, quòd antiqui in *diuturnus* eam corripiant. Ut Ovidius in Ibin :

Corpore lustravit non diuturna suo.

Et alibi :

Hæc fore morte meâ non diuturna mala.

Sed validius id foret, nisi eadem in *diutinus* produceretur. Nec id illo Prudentii modò, in Laurentium Mart.

Postquam vapor diutinis :

sed etiam à Plauto, Rudente, act. IV, sc. VII : ubi senarium hunc legas :

Diutine uti bene licet partem bene.

C A P V T XXXVIII.

In modulo syllabæ decipi non paucos auctoritate scriptoris supposititi, vel versus spurii, vel loci corrupti, vel ignorantia metri. Auctorem poematis de pulice, item de philomela, non satis servasse legem metricam. Ferris versus apud Gellium correctus. Sapphicum metrum olim secundâ sede non refugit trochæum.

Sæpe verò est, quòd decipiuntur viri eruditi scriptoribus istis, qui clasticorum ementiuntur nomen. Ut qui in *Pulex* corripuerunt primam, quia id fecisset auctor carminis Ovidio tributi, quod *Pulex* infcribitur. Deceptus in eo præter alios Philelphus Ecl. IV. Item Thomas Morus, & Luscinius, uterque in tralatione Græci epigrammatis. At producant genuini scriptores. Vti Columella lib. X :

Favulus aut pulex irrepens deme laceffet.

Et

Et Martialis in Apophoretis, epigr. LXXXIII :

Pulice, vel siquid pulice sordidus.

Similiter ab Philomelæ autore, (qui itidem Ovidius creditus falsò) decepti sunt, quotquot primam in *blatero* produxerunt. Nempe quia apud eum legere sit : *Blaterat hinc aries*. At corripit Horatius lat. VII, lib. II : uti & Lucilius lib. xxx compositum ejus *deblatero*, apud Nonium. Et fortasse in Philomela non *blaterat* legendum, sed *blateras* : ut est in quibusdam libris.

Eodem carmine decepti in voce *cuculus*, quâ voce tum avis notatur, tum is, qui cum alienâ caput collimando, ut avis istæc alteri ova, ita ipse liberos suos supponit. Ejus penultimam corripiunt vulgò, propter hunc carminis illius versum :

Et cuculi cuculant, frutimut rauca cicada.

Neque aliter quemquam pronunciantem me audire commemini. Sed classici omnes producunt. Horatii est lib. I, sat. VII.

— *Magnâ compellans voce cuculum.*

Plauti quoque est Trochaicus iste Afinar. Act. V, Sc. II.

At etiam cubat cuculus : surge amator, i domum.

Nec est, quòd opponat quis istud ex eadem scenâ :

Cano capite te cuculum uxor ex lustris domum rapit.

Nam vox *domum* deest in codd. MSS. Venerat Saraceni, aliisque editionibus veteribus : eoque nulla est ecthlypsis ; ut hic quoque versus confirmet sententiam nostram. Idem facit iste Iambicus in Pseud. Act. I, sc. I.

Quid fies cucule ? viues. C A. quid ego ni fleam ?

Est item cum poëma quidem genuinum est, sed versus aliquis

109 d. et * : ut iste in Bucol. f.

* Spurius est.
† Ecl. 6.

Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno.

Propter quem aliqui primam in *Silenus* corripiunt. Atqui Græcè est EI : unde Maro ipse producit Ecl. VI.

Silenum pueri somno videre jacentem.

Aliquis etiam existimet, in *Artophylaca* penultimam corripi debere, ob versus istos apud Manilium lib. I :

Aber ab excelso decurrens limes Olympo,

Circulus à summo nascentem vertice mundam

Permeat, Artophylaca petens per terga Draconis,

Serpentis caudam, siccas & dividit Arctas.

Sed Manilius fuerat scripturus *Artophylacta*. Nempe duo medii versus planè spurii sunt : quod satis ostendit Scaliger. Neque eos in Palatino MSO reperit Cl. focer meus, Franciscus Iunius. Absunt

quoque ab editione Romanâ ; item Venerâ , quam Aldus dedit anno
 CIO CCCC XCIX : ut de Basileenſi Hervagii, & aliis, nihil dicam.

Sæpe etiam uſu venit, ut decipiamur locis præſtantium ſcriptorum,
 ſed mendofis.

Vt ſiquis priores duas in *fulica* producat, eò quòd apud Gellium
 lib. duodeveſimo cap. XI. legatur ille Furiî Antiatis verſus, etiam
 in Gryphiana, Stephanica, & Tornæſiana editione :

Hic fulica levis volitat ſuper æquore claſſis.

At aliter Maro I Georg.

In ſiccò ludunt fulicæ, notaſque paludes.

Et Ovid. VIII Met.

Nunc celebres mergis, fuliciſque paluſtribus unde.

Primæ ſyllabæ medicinam facit Fulvius Urſinus in Virgilio cum
 Græcis collato. Corrigit enim *, *Vique fulica levis*. At utrumque
 mendum tollere conatus Petrus Crinitus cap. XXXIII de poëtis Lati-
 nis, ubi legit, *Vt fulica ipſa*. Sed in MSSis, & quibuſdam excuſis Gel-
 lii codd. uti & fragmentis poëtarum à Rob. Stephano collectis, inve-
 nias, *Sicut fulica levis*. Vnde conjicio, *ſicut* eſſe corruptum ex *hic ut* :
 eoque vocis unius trajectione legi debere :

Hic, levis ut fulica, volitat ſuper æquora claſſis.

In *refina* priorem utramque vulgò corripiunt, approbante etiam Io.
 Baptiſta Pio Annot. prior. cap. I. Ac è Lexicographis adducunt pro
 ſe hoc Juvenalis ſat. VIII.

— *Quid enim refinata juventus.*

Et è Martiale lib. III, epigr. LXVII.

Veterno refinâque pigriores.

Sed locus uterque eſt mendofus. Nam ut jam ante nos alii mo-
 nuerunt, ſcripſit Juvenalis :

— *Quid refinata juventus.*

quod primus videtur in editione ſuâ corrupiſſe Britannicus. Mar-
 tialis verò locus & in *veterni*, & *refinæ* nomine, eſt corruptus. Prima
 enim in *veternus* eſt brevis. Martialis autem ævo jambus exulabat à
 prima Phalæcii ſede. Maximus Turnebus lib. XIII Adverſariorum
 cap. XIX legendum cenſet : *Veicrone, aſinâque, vel aſinâque pigriores*.
 Sed vir ſummus mihi que affinitate, dum viveret, junctiſſimus, Janus
 Gruterus in Palatinis codd. reperit *Vaterno*. Quod ſine dubio rectum.
 Eſt *Vaternus* amnis juxta Forum Cornelii, ſive, ut nunc vocant, Imo-
 lam. Ac leviculâ trajectione *Vatrenus* Plinio dicitur lib. III Nat.
 Hiſt. cap. XVI, quod de Padi flumine. Nec multum abit *Salernus*, ut
 vocatur in veteri tabula Itineraria. Pro *refina* autem idem Gruterus in
 MSSis

* In I
 Georg.

MSSis invēnit *Rafina*. Historico Ravennati veteri, sed inedito, *Rufana* flumen statuitur prope Ravennam. Nec dubitandum, quin ab Historico illo, & Martiale signetur idem fluvius. Vti & à Juvenale, cum ait,

— *Et flumina pigra Ravenna.*

Saltem sive *Rafina* seu *Resina*, vel (ut in aliis est) *Ratina*, aut *Retina* legas, sive etiam *Rufana*, vel *Rafuna*, omnino fluenti nomen erit. Sive etiam nihil horum probes, substituendum aliud fluvii nomen erit, non multum ab hac appellatione recedens. Clarè enim ait Martialis, remiges esse pigriores duobus illis fluentis, quæ eo die navigarat. Quare frustra etiam ex Martialis versu collegere in *resina*, & *resinatius*, duas priores esse breves. Quin contrà est, ut Martiali utraque semper sit porrecta. Ejus enim est lib. III, epigr. LXXIV :

Quid facient ungues? nam certe non potes illos

Resinâ, Veneo nec rescicare luto.

Item epigrammate LXXVII :

Resina a b: bis vina, Falerna fugis.

Et lib. XII, epigr. XXXII :

Nec plena turpi matris olla resinâ,

Sammonianæ quâ pilamur uxores.

Dixit quoque Serenus Sammonicus cap. XXXIII :

Nec non resinas ex Oriciâ terebintho.

De secundâ liquet quoque ex illo Iambico octonario Plauti Mercat. act. I, sc. II.

Resinam ex melle Ægyptiam vorato, saluum feceris.

Scoria Græcè est *omopia*. Cave igitur primam corripias, deceptus versu istoc in Ciri :

Sordibus & scoriâ patiar tabescere tali.

Nam vel *scabre*, quod Scaligero visum, vel aliud substituendum : vel sanè si nihil mutandum, dissyllabum erit *Ἐσουλίζου*.

Itidem in *sandalia* semper corripitur debet secunda ; quamquam si vulgatis codd. fides, Pedito Albinovanus, elegiâ de obitu Mæcenatis, dixerit :

Argentata tuos etiam sandalia talos

Vincentur certe : nec puto, Bacché, negas.

Nam, ut monet idem, in veteri membranâ legitur *salaria*, quod rectum est.

Pari errore decipiatur, qui priores duas corripere volet in *Gerulus*, ob illud Martialis, sive alius, in spectaculorum centone, epigrammate IV.

Traducta est Gérulis, nec cepit arena nocentes.

Quomodo & Pierius non uno Castigationum Maronianarum loco à Mar-

à Martiale scriptum fuisse tradit : & à Plantino excusum in eâ, quam H. Iunius recensuit. Verùm in vert. libb. legitur, *Triadua Gætulis* : quæ sine dubio vera est lectio. Nam favet sententia, & *Gætulus* Græcè est Γαίλας, unde Maro aliquoties duas primas syllabas producit. Nec aliter Claudianus lib. de bello Gildonico * :

* vers. 57.

Pensabam Phariam Gætulis messibus ararum.

Similis eorum error, qui primam in *similis* corripiunt, propter locum Statii, in fine Sylvarum, ubi pro *nimum* quondam *simium* legabatur : quod etiam Calderinus probavit, & Nettorem Novarientem scellit. In *nutrio* qui corripiunt primam, tuentur se hoc Claudiani lib. II in Eutropium :

— *Flansque leonis*

Sæpe nutrire levis.

Sed in Aldinâ, & aliis inde consecutis, est, *Spe nutrire.*

In *peculator* secundam aliqui corripiunt, quia Prudentius in *Psychomachia* dicat :

Quid petit arsurus pariter peculator avarus ?

Sed in MSSis, & editione Gisellini, est *speculator*. Et sanè secunda in *peculi* porrecta est Maroni Ecl. I. Vti Martiali in *peculiaris*, istoc phæcio, lib. IV, ep. LXIV :

Solus luce niset peculiari.

Hujus quoque generis est Petrarchæ illud VI II Africæ :

Nunc ararum antiquis insultet mœnibus —

Nempe decepit eum Sapphicus iste Sidonii † :

† carm. 23.

Diversas araro vas cucurru.

Sed rectum est *Araro* : in quo ejus temporis poëtæ, ratione potius habitâ accentus Græci, quàm quantitatis, corripere primam solent : ut antea dictum. Sanè & Claudianus Mamertus, (ad quem exstat ipius Sidonii epistola lib. VI I) carmine contra vanos poëtâs similiter ait :

Aut Arati numeros, & picta Manethonis astra.

Atque etiam Venantii Fortunati est versus iste :

Achyra, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysippus.

Æquè falluntur, quibus prima in *librare* est anceps, propter illud in Carmine Ithyphallico, quod adducunt :

Medis laxior Indicis libratæ.

Nam meliores libri rectè habent, *Indicisque braccis.*

Facile etiam peccabit, qui nescit licentiam carminis. Vt siquis primam in *Catullus* producat, quia apud poëtâ eum invenerit Carm. LII. *Orisum, Catulle, tibi molestum est.* Atqui Catullus Sapphici fede secundâ interdum usurpat trochæum : ut Carm. XI.

Sen

Sen Sacas, sagittiferoque Persas.

Et eodem :

Pauca nunciate mea puella.

Quod in hoc carmine ipsius Sapphūs imitatione fecit. Nam ejus est:

Ποικιλὲθρον ἀθανάτ' Ἀφροδίται.

Quasi Latine reddas :

Plurimi throni Venus æuiterma.

Vix dici etiam potest, quoties peccetur eo, quòd in veteri poeta non attenditur ad *σωζήσιν*. Ut qui secundam in *denarius* corripunt, quia Martialis fit lib. IX, ep. CIII :

Denarius tribus inuitas & mane togatum.

Quasi non idem Martialis dicat lib. II, ep. II :

Vnus sæpe tibi tota denarius arca.

Sic in *vindemiator* secundam putant corripri, ob illud Horatii lib. I, Sat. VII :

Vindemiator & inuitus cui sæpe viator.

Atqui Virgilius ait II Georg.

— *Spumat plenus vindemia labris.*

Et Ovid. III Fast.

At non effugiet Vindemitor : hoc quoque caussum.

CAPVT XXXIX.

Non fidendum mediis æui poetis, cum passim in metrum peccent. Arnobius emendamus.

Ed imprimis cauto opus est, ne eorum nos poetarum, qui posterioribus sæculis vixerunt, decipiat auctoritas, seu in primis, seu mediis, seu ultimis syllabis. Quod de Græcis etiam poetis dictum velim. Ut cum Beatus Gregorius Nazianzenus plagas Ægypti enumerans ait :

Tò * *τρίτον αὐ σπίνεσιν αἴηρ, ἐ γαῖα καλύφθη.*

* Tertia rursum culicibus aer, et terra aperta sunt.

Nam antiquis omnibus aîηr priorum producit. Sed continebo me intra Latinos : quos à Severi temporibus ordiar : nec omnia tamen omnium adducam (rosas enim malim colligere, quàm spinas) sed tantum tamen dicam, quantum huic sufficit instituto : hoc est, quantum opus, ut Juventus inter spinas discat esse calceata.

Faciemus initium à Tertulliano ; ex quo satis erit apposuisse aliqua ex principio lib. I adversus Marcionem. Sic enim scribit verſ. IX & seq.

SI

Oblitos

*Obitos Dominum docuit spem ponere certam,
Idola vana sequi, turbam sibi fingere divum.
Terribilis magica refugarum audaciâ ductos
Confectam molem mirantes, spernere vitam
Impulsit in præceps scelera in insaniam mersos.*

Et mox : *Non quia culpâ carere homines : nam sponte secuti.*

Sic enim scripserat Tertullianus, ut rectè ad Arnobium monuit Heraldus : *ubi in vulgatis culparent. Et versu sexto post :*

*Spiritu deque Dei præfata voce loquentium
Publicè non audens Dominum maledacere nudè.*

Et post pauca :

*Cujus amicitia auxilio, patientiâ pæne,
Et Deus, & renovatus homo, miscetur in unum.*

Videmus, ut ablativos in A & V corripiat. Atque horum exemplo putabat Heraldus Arnobium scripssisse lib. v :

*Quas cavâ succutiens Baubo manu. nam puerilis
Olli vultus erat.*

Sed versus isti meliorem poetam spirare videntur, quàm Tertulliani : sive eorum Arnobius, sive alius autor est : quod, puto, non negabit, qui cum cura legere volet. Quare censeo scribi oportere :

*Quas cavâ succutiens Baubus manus (nam puerilis
Olli vultus erat) plaudit, correctat amice.*

Nempe ut S in *manus* elidatur. Sunt enim versus planè ἀρχαῖοι ὄντες*. Quod si etiam fateri volumus, Orphei versus parùm esse affectum Arnobium ; quod Heraldus scribere non veretur : pro *Baubo* reponi debet *Bacchi*. Nec enim Baubo, sed Bacchus, adolescens lascivus, Baubus pubi admòsse manum ab Orpheo dicitur. Atque hoc rectè observavit ante nos clarissimus, & amicissimus vir, Ioannes Meursius, in erudito opere Articularum Lectionum lib. I, cap. XVI. A quo in hoc solùm dissentio, quòd is Arnobium in sexto casu scripssisse censeat :

*Quas cavâ succutiens Bacchus manu. Vbi nos,
Quas cavâ succutiens Bacchi manus.*

Nequid versus cætera venusti in metrum peccent.

Iam ætate Heliogabali postremam in *vides*, & *putas*, corripiebant. Vt apud Lampridium in Heliogabalo,

Pulchrum quod vides esse nostrum regem.

Item : *Pulchrum, quod putas esse nostrum regem.*

Nec veterum vestigiis semper infittit Serenus Sammonicus. Vt cum cap. VII ait,

Ex vitio cerebri phrenesis sumosa movetur.

Nam secundam in *phrenesis* producit Iuvenalis sat. XIV.

Ajunt

* priscum
imitantes
sermonem.

Ajunt & cap. XIII, primam in *tilia*, contra Ovidii † autoritatem, †8. *Melam.*
 producere :

Fraxinea in flammis qua fundit tilia succum.

Sed legitur non modò in editione ea, quam Cælius interpolavit,
 verùm etiam Pythœana : *Quam fundit talea succum.*

Idem cap. XXX :

— *Interno cum viscere tinea serpens.*

At primam in *tinea* corripunt Ovidius XV Met. Iuven. sat. VII, Martial. lib. II, epigr. XLVI, & lib. VI, epigr. LX, atque alibi. Quintianus Stoa hinc colligebat, primam esse ancipitem. Nos Serenorum tanti non putamus, ut obduci possit antiquis. Idem Serenus cap. XLI primam in *vomica* producit :

Vomica qualis erit, vel eidem proxima quedam.

Quod mirum, si idem à vomendo sic dici putavit. Nam ibidem sic vomicas describit,

— *quos dira vomis natura tumores.*

Verùm credo non vomis scripsit, sed movet : ut est in codd. quibusdam MSSis. Quicquid est, potiùs sequendus Iuvenalis sat. XIII :

Et phthisis, & vomicae putres, & dimidium crus.

Neque Calpurnium huic crimini exemero : qui Ecl. VI. primam in jugalis producit, & contra in *Pegasus* corripit :

— *Genus est, ut scitis, equarum*

Non jugale mihi : quarum de sanguine potam

Velocem Pegasum, qui gramina, matre relicta,

Nunc primam teneris libavit dentibus.

Quamquam in Aldinâ, & aliis, quas viderim, est *Petason*, quasi à *πετᾶννυμι*. Sed arbitror, equo veloci esse Pegasi nomen impositum ab alato Bellerophontis equo : à quo & veloces nuncios *pegasos* dixit Tullius pro Quinctio : *Pro fortunatum hominem, qui hujusmodi nuncios, vel potius pegasos habes !* Qui mutarunt, respexere originem, quòd sit à *πῆγῃ* : undè semper producit ab antiquis. Sed ævi sequioris poetis insolens non est, ut *ἵππῃ* corripiant. Sic Sidonius * *mathesis* dixit penultima correpta : Theodulus *phronesis*, quod & Anticlaudianus facit in IV :

Alius inquit phronesis, sensuque profundo.

Pluraque ejus farinae superius adduximus.

Secunda in *saginata*, si Nestorem Novariensem audimus, corripitur ab eodem Calpurnio Nemesiano Eclog. IV :

Vi quoque turhabano plaudat saginata magistro.

Atque ita quoque editum ab Aldo. Sed in illa Pithœi signata describitur.

* *carin. 5.*
*sive panegyri. in Aldo-
 jorianum
 Aug.*

Est & cum Iuvenicus exorbitat. Vt initio historię Euangelicę :

Nam me propitius verum pater unicus alto.

Primam enim in *propitius* corripit Seneca. Et origo pro hoc stat modulo. Nam ut à fictum *fictitius*, à commentum *commentitius*, à crante *crantius*, sic à prope *propitius*. Sed de eo mox pluribus. Longeque spissior est error, cum lib. IV, tertiam in *pollicebar* brevem effert :

Argenti ter dena illi mox pollicebantur.

* Carm. 15.

Paullini quoque est epistola ad Cytherium * :

*Hac nunc per ejus suffragata literas
Martimiano, & cæteris.*

Et in Panegyrico † :

Infantes castis vincite suffragiis.

‡ de obitu
Celsi pueri.

† pag. 489.

Imò & in Inscriptione collectione Gruteriana † habes in Epitaphio Bonifacii Papæ :

Ista beatorum sunt pia suffragia.

At producit Horatius ep. II, lib. II : uti & Ovidius, Silius, Iuvenalis, Stadius, alii.

Est & Aufonii epigr. LXXXVIII.

Scatiniam metuens, non metuit Titiam.

Iuvenalis contra producit secundam in *Scatinia* sat. II. Idem Aufonius de Claris Urbibus carm. X.

Quis Catinam sileat? quis quadruplices Syracusas?

At secundam in *Syraculis* veteres producant.

Cautè etiam imitandus est Prudentius. Aded licenter corripienda producit, producenda corripit. Sic corripit primam in *Saraceni*, secundam in *suffragari* : producit primam in *smaragdinus*, secundam in *Sardinia, redimimus, delibutus*. Vt in *Psychomachia* :

Delibuta comas, oculis vaga, languida voce.

At corripit Flaccus Epod. od. III.

Hoc delibutis ultra domis pellicem

Serpente fugit alite.

Idem Prudentius eopse opere :

Iura pati, & laxa ganeorum lege teneri.

Quod & à Sidonio factum Carm. V. sive panegyrico secundo :

Et pallens pinguedo tenet, ganeaque perenni.

At longum est, non apud Comicos tantum, sed alios etiam. Iuvenalis sat. XI :

Sed laudem siliquas occultus ganeo, pulces . Coram aliis.

Idem præpositionem E corripit. Vt in Adonio hoc Cathemer. Hymn. VIII. *Corpus Enervans*. Et lib. II contra Symmachum :

Robur enervatum gereret sine laude palestra.

Prio-

Priorem etiam corripit in *sphæra*.

— *Sphæra mobilis acque rotunda.*

At Græcè est *σφαῖρα*, unde *sphæra*.

Item primam in *Socordia* corripit in Apotheosi :

Cæcorum cæcos loquor, mira socordia quorum.

Idem producit primam in *propitiis*, in passione Agnetis Virginis :

Purgabor oris propitiabilis.

Et versu supremo hymni in Eulalam virginem :

Carmine propitiata fovet.

Quod & fecerat Iuencus, uti antea dictum. Et exemplum quoque Damasus, episcopus Romanus, imitatur in Elogiorum libello, cap. de cognomentis Salvatoris :

Fons, paries, agnus, paries, leo, propitiator.

At sive est à *proprius*, ut Gellius † ceniet, sive à *prope*, quod verius † lib. 6. cap. 5.

putamus : corripit primam. Adde, quod Comiciis perpetuo corripit primam secundamque. Ut apud Plautum Curcul. Act. I, Sc. I.

Potæ, sive mihi volentes propitiæ.

Pcenulo Act. v. Sc. III.

Oratum ierunt Deam, uti sibi esset propitia.

Similiter Terentius Adelph. Act. I, Sc. I.

— *Evadere ea satius est,*

*Quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat
Iraia, quam illa, quæ parentes propitiæ.*

Quæ non video, ut eludi possint, nisi fortè versu ultimo *συνίζησιν* statuamus, ut in *alveo* apud Maronem : quod dici posset, si ab aliis produceretur passim. Nunc ex antiquis id facit nemo. Quid etiam dicent ad Senecæ, cujus ante meminimus, versum istum :

Esti propitios, atamen lenos Deos.

Et quod epici tam constanter ab ea voce abstinant, unde factum putemus, quam quod breves essent omnes, eoque versui heroico non conveniret ?

Nec audiendus semper Sedulius. Eius est lib. III operis paschalis :

Non mordax arugo vorax, non tinea sulcat.

At primam in *tinea* corripiunt, cum alii, quos antè adduximus, tum

Horatius sat. III, lib. II, & epist. ult. lib. I.

Idem Sedulius extremo lib. IV.

Vestigis calcare suis veneranter adorant.

Atqui in *vestigio*, & *vestigium*, eadem est secundæ syllabæ quantitas.

Etiam in hymno dimetro secundam in *centurio* producit ; quam corripiunt Horatius *, Persius †, & Martialis ‡.

* lib. I, sat. 6.
† sat. 3 & 5.
‡ lib. I, epig. 33.

Nec raro peccat Festus Avienus; ut cum in Orbis descriptione ait:

Vsq̄ue in saxosi Pachyni juga, plurimus inde.

Et post aliquam multa:

Proferit, & ponto septem serus explicat ora.

Et postea, eodem opere:

Sestos atque Abydos parvo sale discernuntur.

Nam prior in *serus* porrecta; secundaque in *Pachynus*, & *Abydos*: at eadem in *Sestos*, seu *Sestus*, correpta est. Idem Avienus, vel Anianus potius, fabula XL:

Hunc arguta novo gaudentem vulpes amittit.

Nam posterior in *vulpes* Horatio * est longa.

Neque B. Prosper hac culpa est eximendus. Ejus inter alia est istud Carm. de Ingratis:

An dextram pacis palam dare te pudet hosti?

At priorem in *palam* corripit Maro VII ÆN.

Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.

Et in IX.

Luce palam certum est, igni circumdare muros.

Quam sæpe etiam turpiter se dat Martianus Capella! Vti cum lib. II ait:

Ammon & arenis Libyes, ac Biblus Adon.

Vbi & malè posteriorem in *Ammon* corripit, cum Græcè sit *Αμμων*: & priorem in *Adon* producit, quam corripiunt Maro, atque alii. Idem Capella Glyconio hoc, Carm. ult. lib. I.

Terris recolis vestra tenerier.

Vbi prima in *recolo* est longa. Idem lib. II:

Mox quid jacente, quid jugata linea

Trigonus recurvet, circumusque torqueat.

Hic *trigonus* secundam corripit, ut sit anapæstus. Atqui Græcè est *τρίγωνος*. Eiusdem est penultimo Carm. lib. II.

Dissona sacra Mithram, Diemque, ferivnque Typhonem.

Vbi primam in *Mithram* & *Typhonem* corripit, utrumque contra veterum auctoritatem.

Idem lib. IX. *Temere, extremam cum flagitaret opem.*

Malè prima in *flagito* hinc brevis est.

Quid de Sidonio Apollinare dicam, rei metricæ, siquis alius, negligentissimo? Quod ne temere videar dixisse, plusculis exemplis planum faciam. Ejus sunt ista Carm. II, sive Panegyrico, qui Anthemio dictus fuit:

Quicquid Pythagoras, Democritus, HERACLITVSQVE.
Argumentosis dæc recia SYLLOGISMIS.

Quic

* lib. 2.
fas. 3.

Quicquid Anaximenes, Euclides, ARCHYTA, Zenon.

Socraticusque animus post satiram in PHEDONE vivus.

In CTESIPHONTA datur. totum huic tibi cessimus axem.

Gaudeat EUPHEMIAM, fidius divale parentis.

Cereæ desistiis, resolutis acibus; OBEX.

Idem Carm. v. quod est panegyricus Majoriano dictus :

Arvis mel, Phoenix palmas, LACEDÆMON olivas.

Percurrit MATHESIM numeris, interrogat umbras.

Et Carm. VII. seu Panegyrico, quem fecit Avito :

Trux Auguste, PHARON, dum classicus Actia miles.

Que quondam regina fuit, Capreaeque TIBERI.

Item Carm. IX ad Felicem Consullem :

Et primum DARIÏ tumultuantes.

Et Carm. XI, seu epithalamio in Ruricium :

Cujus sax, arcus, CORYTVS pendebat, at ille.

Cernet, & in proavo similem sibi PRONEPOS optet.

Et Carm. XII ad Catulinum :

Insundens acido comam BVTYRO.

Et Carm. XV, sive Epithalamio Polemii :

Tu MITYLENE satius cognoscis, Pittace, tempus.

Sic placidam Paphien servare DIASTEMA quantum.

THALES hoc etiam numeris inquisis, & astris.

Hunc AEREM, pariterque Deos sic autumnat ortos.

Vbi male Tornæsius edidit *aëream*.

Quævis Anaxagore THALETICA dogmata servat.

Materiam cunctis CREATVRIS æra credens.

Quas atomos vocat ipse leves. SOCRATICA post hunc.

ARANEOLA micat. proprias conferre laborat.

Et Carm. XVI ad Faustum :

ANACHORETA tremis, qui quamquam frigora portet.

Eucherii venientis iter, redeuntis HILARI.

CONCIONATVRVM plebs sedula circumstis.

Et Carm. XXI in burgum Pontii Leontii :

HIPPOCRENE sacas iungebat Pegasus alas.

Vbi in Tornæsiانا male est *Hippocrenisitas*.

Vnde tamen suspicari possis, scripsisse Sidonium voce compositâ,

Hippocrenisitas : ut posteriores edidere.

Et Carm. XXIII in Narbonem :

Diversas ARATO vias cucurrit.

Non *aratro*, ut edidit Tornæsius : de quo & antè dictum.

Cessissime

Cessissent Sophocles, & EVRIPIDES.

Cassiam seu CTESIPHONTIS actitaret.

Tortum tramite TRANSIS ipse recto.

Crebras INQUIETATA per procellas.

Est & Sidonii: *Et Phæbo melior Iyristes ipso.*

Idem dixero de Alcimo Avito. Sanè etli prior in *statura*, & altera in *constantia*, producantur: non tamen imiter illud lib. II:

Eligit, aerium statim sibi corpus adaptans.

Catullus enim priorem in *statim* (ut superius etiam dicebamus) corripit Epigr. ad Ipsithillam:

Verum, siquid ages, statim jubeo.

Idem Alcimus lib. v:

Præstigiæque diu nebulosâ in fraude peractæ.

At Plautus producit secundam in *præstigiæ*, & *præstigiator*. Ut trimetro hoc jambico in Pœnulo act. v, sc. III:

Præstigiator hic quidem Pœnus probus est.

Sed Alcimi in versu statuere possis *συνίζησι*. Eo minus excusabile hoc, eruditi viri, Frederici Taubmanni:

Callidus inferni præstigiator adest.

Scio, nonnullis aliter videri, qui modulum hunc origine vocis tuentur, quia sit à *tegendero*. Nam ut ab *atrego*, *atregiæ*; sic ajunt à *prætego*, esse *præstigiæ*. Sed Græci quidem *σῆγω* ajunt, Latini autem *tego*. Ut omnino *præstigiæ* ex eo nomen sit, quia oculi iis præstinguantur.

Quam spiritus etiam error est Rustici Helpidii Carm. de Christi Iesu beneficiis:

Inchoamenta gerens fragiles processit in artus.

Quid enim apertius, quam eandem esse quantitatem tertiæ in *inchoamentum*, ac in *inchoare*?

Arator etiam (qui sub Iustiniano unâ cum Cassiodoro & Prisciano vixit*) non raro in metrum peccat. Sic in *spado* priorem producit lib. I historiæ Apost.

* Paulus de gestu Longob. lib. I. c. 25.

— *Quâ spado jugatis*

Aethiopum pergebat equis.

At corripit Iuvenal. sat. I.

Cum tener uxorem ducat spado, Nævia Tiburcum

Figat aprum.

Idem Arator in *affatim* producit secundam, hist. Apostolicæ lib. II.

Suppetit affatim exemplorum copia, nosque.

Contrà corripit Accius in Prometheo †:

At jecore opinio facta & satia a affatim.

† apud Cic. Tusc. 2. ubi ex Æschilo citat. Sed ex Nemo & Prisciano scimus, Attium ea ex Æschilo transulisse.

Primo quoque libro ait Arator :

In tenebris TRIDVANA gerit, facit esse fidelem.

Et eodem :

— *Arrius unum*

Personas tres esse negans, SABELLIVS unum,

Sed Patrem confessus ait.

Prima in *irriduum* produci-

tur ; in *Sabellius* corripitur.

Venantii Fortunati est lib. I de vita B. Martini * :

Diem reget princeps data jura Valentinianns.

At *Valentinus* dicimus tertiã longã. Idem lib. IV † ‡

Occurrit Treviros aliis quoque mota querelis.

At *Lucanus* † (uti & *Ausonius* *) primam in *Trevir* producent.

Corippus quoque, *Africanus Grammaticus*, qui in laudem *Iustini* Augusti minoris libros quatuor scripsit, sæpicule in talibus peccat. Ejus est lib. II :

Vrsificans siccum sacro spiramine LVTVM.

Et initio lib. III.

Ex quas MEMPHITICA Cæsar perduxit ab aula.

Et mox :

MADENTES oculi, vultusque sinusque rigabant.

Et eodem :

Quaque METHYMNÆIS expressit cultor ab iuis.

Et lib. IV.

Turba loquax FLAGITANTQVE cibos, fideque parentis

Oribus ora petunt.

Item :

Ingens MYSTERIVM, magnã quod mole laborat.

Eodem libro legas :

Agnosunt dominum, pulsantque BALATIBVS auras.

Nisi potius scripsit, — *pulsant balatibus auras.* Scripsisse saltem debuit.

Symposius in *Ænigmate Sericæ* :

Cætera mando focus spernunt quæ demes acuti.

Sic in vetustissimo codice fuit : ut monet *Salmasius* ad *Spartiani*

Nigrum (pag. 156) sed postea mutarunt.

Multa etiam peccat *Maximianus*, quem esse *Afinium Gallum* (ut corruptã *Virgilianæ* vitæ lectione falsi vocant, quem *Cornelium Gallum* melius dixissent) aliquando creditum est. Vt *Ecl. I.*

SOCRATEM palmam promeruisse ferunt.

O quam dura premit miseris *CONDITIO vitæ!*

Continuos gemitus ægra SENECTVS habet.

T t

Item

* in bibliotheca Patrum edit. 2. col. 806.

† *Ibid.* col. 819.

‡ lib. I, vers.

441.

* in *Vrbibus* cartm. 3.

Item Ecl. III.

PÆDAGOGVS *adit me. illa tristissima mater.*

Vel potius, ut in libro est Iureti, ac nostro : *Me pedagogus adit.* Nam eo sæculo diphthongorum vulgo non habebatur ratio : Idem mox Maximianus :

At postquam teneram rupit VERECVNDIA frontem.

Prostratus pedibus VERECVNDIA silentia rupi.

Accedat istis Petrus Apollonius Collatius, si, ut vulgò creditur, vixit paullò ante annum Christi septingentesimum. Is primam in *Titus* producit passim. Ejusdem est lib. II :

Terrifico traxit sonitu, longæ que rejecit.

* Inscr.
Græc. 931.
num. 9.

Adderem & alia de proximorum temporum Poëtis : nonnulla quoque ex inscriptionibus antiquis, in quibus & *parona* * reperias correpta media : ut similia quædam mittam. Sed enim satias me jamdudum istorum capit. Nec sanè est, ut meliora expectemus ab iis, qui post superiores vixere. Quos inter & est Petrus Riga, Ecclesiæ Remensis clericus ; qui circa annum millesimum ducentimum vixit. Nam etsi Tritthemius scribat, eum in Aurora sua, (quo poemate historiam Veteris ac Novi Testamenti carmine est complexus) *observasse diligenter legem metri* : tamen toties peccat, ut nisi barbariem seculi, quo vixit, & eorum quæ proximè illud exceperunt, cogitarem, meritò mirari possimus, tanto tamdiu eum in honore stetit, ut ante duo secula, atque etiam intra illud tempus, de modulo syllabarum ex ejus versibus judicium ferri soleat. Nunc ad eò exigua ejus ratio habetur, ut nomen ipsum penè fugiat vel multijugæ lectionis homines.

C A P V T XL.

Etiã in modulo syllabæ sæpe falli, qui renascente Poësi, & seculis post, claruerunt.

Qvod si etiam illi, per quos literæ reviviscere coeperunt, vel quæ eorum ætate vixerunt, non rarò cespitant : cogitare oportet, non omnia, quæ in mero meridie cernimus, videri ab iis potuisse, qui in diluculo, tanquam in confinio lucis & tenebrarum, erant constituti. Quibus verò initia sua reviviscens Poësis debeat, malo dicere verbis Cæsaris Scaligeri, qui cap. I. Hypercritici, cum de Aufonio, Sereno, Sidonio, Boethio, esset locutus, ista subjungit : *Verum longo post hos tempore, non secus atque intermorta, tandem penè derepente satis magna, veluti Tages alter, extitit. Nam tametsi de integro reditura novam sub Petrarcha pueritiam inchoasse, atque inde Philèphi studio clara admodum incrementa cepisse*

œpisse visa est: hanc exiguam tamen illam eum fuisse puto, quam constat pene illico multorum illustrissimis ingenis (ea inter mox Iovianum Pontanum reponit) confirmatum cum antiquâ illâ optimâ certare potuisse. Tres isti præstantes viri quos dicit, crebrò in modulo peccant. Nam Petrar-cha quidem, ut primam in *Annibal* corripit, ac eandem in *Terentius* producat; non dubitat in illo liquidam eximere, in hoc geminare. Quippe lib. VI Africæ ait, *To quoties Anibal video*. Et lib. X, *Prior it Terentius horum*. Eiusdem est lib. XI Africæ: *Litus ad IBERVM resonet*. Et lib. XIII primam in *Sequana* corripit, quæ Lucano atque aliis est porrecta. Ibidem ait: *Oreades Faunisque leues*. At Maronis est I. ÆN. *Hinc atque hinc glomerantur Oreades*. Et lib. VI Africæ ita hexametrum claudit: *Fortissimus Eryx*. Et lib. VII, *Tibiaeque, pedesque*. Nisi hic placet esse *επιζήσιον*. Etiam, contra quam à Martiale *, & * lib. 10.
Aulonio †, factum, primam in *Plinius* corripit lib. XI, epist. ad Rai- † ep. 19.
aldam: † epig. 68.

Hæc iuga Virgilius, Plinius tenet illa Secundus.

Item in *Paccornus*, contra *Perfui* † & *Martialis* * autoritatem, produ- † sat. 1.
cir secundam lib. epist. XXI. Alia quoque huiusmodi apud eum sunt * lib. 1. ep.
longè plurima. † 91.

Vti & apud *Philelphum*, qui in *Iustina* secundam producit, itemque in *Valerius*: primam etiam in *Bœnia* corripit, & tertiam in *Eugenius*, quod Græce *εὐγένιος*. Sed quis ejus viri *σφάλματε* cuncta recensat?

Cultior illo *Pontanus*, vir sanè maximus. Sed tamen non semel peccat. Vti lib. I *Vranizæ*:

Ergo ubi ter nonas PLAGAS, ter nonaque mundi

Dimensus spatia.

In quo tamen modulum servavit

lib. XI ejusce operis:

Hæc plaga circumisique ingens.

Nempe confundit modulos in *plaga*, pro *πληγή*, & *plaga* pro tractu, Eodem libro:

Hunc neque marmoreis venientia, templa columinis.

*Nimium dicere debuerat. Nimirum confundit modulos in *nico*, & *nitor*.*

Idem lib. IV *Vranizæ*:

Signa quoque aduerso sibi DISSIDENTIA nisi

Dant varias numerorum artes.

At *Maronis* est in VII:

Omnem equidem sceleris terram que libera nostris

Dissidet, exterram, veor, & sic dicere Divas.

Idem *Meteororum* libro, Cap. de Fulmine:

Vi cum irata manus tormento exclusis aëno

Fumantem pilam, versatque volubile saxum.

Horatii verò est in Arte :

Indoctusque pilæ, discrue, trochæue, quiescit.

Idem Lepidinæ pompâ quintâ :

Montibus indigenæ Faseni proteruntque, riuuque.

Qui error fatis apertus.

Tribus hisce poëtis alios quosdam addamus. Mapphæo Vegio as-
sentiri non ausim, cum XIII Æneid. ait :

Dehinc perturbatos crocitant exquirit & omnes.

Nam ut à dormio dormito, sic à crocio crocito.

Nisi malis esse ut à *nego nego* ; sane & Philomelæ auctor similiter :

Et crociat corvus, graculus at fringilla.

Nec Baptista Mantuanus latâ culpâ vacat : qui in *siibundus*, etsi sit
à *siire*, secundam tamen corripit, in mortem Frederici. Et priorem
in *strabus*, contra Horatii auctoritatem, producit in Villa Refrigerii.
Quod & *ἰποβολιμαῖ* & ille Macer fecerat, scriptor non magnæ rei ;
qui & in *dystere*, ac *hyssopo*, secundam ausus est corripere.

Laurentius Lippius, Oppiani interpret, tarpiter aded se passim dat,
ut non lippire, sed prorsus cæcutire videatur.

Nec Fausti Andrelini ratio haberi debet ; in cujus poëmatis unam
se syllabam desiderare magnus Erasmus dicebat : ea est *vs* ; sive mens.
Nimirum quia crebrò aded nullam ex ejus verbis commodam fenten-
tiam elicere est. Sed metrum si spectes, non unâ ille syllabâ peccat ;
verùm trecentis. Est tamen cum sefellit eum librorum vulgarium au-
toritas. Vt cum eclogâ contra Balbum secundam in *saginnus* corri-
pit. Vbi, ut puto, decepit eum illud Nemesiani Ecl. iv. *Vi quoque*
verba bono placidæ saginata magistro. Sic enim in Aldinâ expressum est :
ubi rectius alii, *signata*.

Elegantissimo adolescenti, Michaëli Verino Baleari, quod interdum
in talibus delinquat, ob teneros annos debet condonari. Nam anno
ætatis duodevigesimo periit priapismo, cum contra Medicorum præ-
scriptum concubitu abstineret : unde de eo Angelus Politianus :

Sola Venus poterat leno succurrere morbo.

Ne se pollueret, maluit ille mori.

Quendam ejus errorem, quod sepicule primam in *charitas* cor-
ripiat, eo in notis ad illius disticha, exeuatim ibat Martinus Ci-
varra Cantaber ; quod in *Charis*, ac *Charistra*, ea syllaba se correpta.
Ineptè sanè, cum non alia ejus esse quantitas possit, ac in *charus*, un-
de descendit.

Majoris longè auctoritatis esse meretur Angelus Politianus. Quem

tamea

tamen sequi non ausim, cùm in eopse de Verini epigrammate secundam in *Michaël* corripit :

Verinus Michaël florentibus occidit annis.

Ac longè minus cum eandem in *parrinus* aut *marinus* corripit, de quo antè dictum. Vel cum idem facit in *verecundus*, carm. ad Innocentium P. M.

Sponse sublato verecunda fasces.

Nam producit eam syllabam Martialis lib. VIII, epigr. I & LXX.

CAPVT XLI.

Epilogus hujus libri. De doctrinam de variis metrorum generibus, non ad Grammaticam, sed Poeticam pertinere.

EX iis, quæ hætenus diximus, satis liquet, quàm facilis in quantitate talium lapsus sit, quæ vulgò vitiosè etiam proferri audias ab eruditis, præsertim iis, qui neglectis literis animum mox gravioribus applicant studiis. Qualis magni ille nominis Jurisconsultus Bartolus : qui agebat, de versibus non laborare Jurisconsultum : ut proditum à Ludovico Vive in primo de causis corruptarum artium. Sed Bartolus hoc illo ævo barbaro dixerit. At in hac quoque literarum luce, non pauci, qui ex humanitatis studiis non aliter bibere, quàm ut canis è Nilo, interea stulto fastu, quia graviora tractant, videri aliis volunt, nihil ignorare : unde, ut in reliquâ literaturâ, ita hac etiam parte sæpe admodum se ridiculos præbent. Eoque fortasse aliquis optet, ut priusquam ad cætera accedamus, pluscula quoque alia congeramus, in quorum pronuntiatione itidem peccari soleat ab iis, quorum ingenium in Poëtarum lectione subactum non est. Verùm, quod in re aliâ dixit vates Venusinus* ,

Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem

Delassare valent Fabium.

* lib. pr.
Sat. 10.

Quare de passivis hujusmodi in quantitate erroribus, (ut ejusdem Poëtæ verbis utar)

— *Verbum non amplius addam.*

Atque eo lubentius istis superfedemus, quòd quæ autoritate Poëtarum tantummodo sciuntur (cujusmodi fere sunt, quæ antè expendebamus) in Prosodia sua non indiligenter persecutus sit vir & genere & eruditione nobilis, ὁ παναξιός Henricus Smetius, Medicus : de cujus maximis laudibus plura dicerem, nisi id importunius hoc loco foret, & simul vererem, ne, quia ille, & gener ejus, summus vir Ianus Gruterus, arctâ adeò & affinitate & amicitia, juncti mihi fuerint, dare id affectui ex conjunctione istac geminâ viderem.

Nec est, quod expectet quis, ut priusquam à Profodiâ tollamus manum, expendamus doctrinam de metrorum generibus. Quippe qui operosè eam Grammaticæ inferciunt, artis suæ fines transfiliunt, limitésque disciplinarum conturbant. Nam de pedibus, metris, ac versibus, agere Poëticæ est, non Grammaticæ; cùm sine earum notitiâ purus acquiri possit sermo; neque Profodiæ finis sit scriptio carminis, sed recta pronuntiatio. Si cui tamen omnino quædam de metris, ac usitatoribus carminum generibus, Profodiæ subijcere visum fuerit, non magnopere repugnabo; modò agnoscat, ea non esse de *usis* artis Grammaticæ, sed è Poëtica succenturiari Profodiæ, partim ut adolescentuli Poësis doceantur primordia, partim ut syllabarum quantitas Poëtarum autoritate comprobari possit. Neque enim hodie ulla superest alia ratio, cùm Romani Romanâ uti linguâ desierint; nec sint à quibus recta pronuntiatio, ut olim, peti possit. Aliter, scio, hæc de re alii; sed nullâ suffulti ratione. Itaque placet Attilianum illud, *Suam cuique sponsam, mihi meam.*

FINIS LIBRI SECUNDI.



I N D E X
LIBRI PRIMI, ET SECUNDI,
DE ARTE GRAMMATICA.

Numeri Romani prior librum, alter caput:
barbaricus paginam designat.

A A, E E, similiaque, immeritò à Politiano, & aliis in numerum diphthongorum relata, II. II. 169.

A, & E, invicem permutantur; item A, & O. I. XII. 60.

A, & V, ablativi Tertulliano corripuntur, II. XXXVIII. 322.

A finale nominativi Græci Latinis interdum producitur, sed non extra cæsuram, II. XXXIV. 304.

A in *acutus* exeuntium semper producitur, II. XIV. 209.

A in vocativis primæ à rectis in *As* producitur; à rectis verò in *is* corripitur, II. XXXIV. 305.

A, licet naturâ breve, Aufonio, & Prudentio, ex more suorum temporum, quandoque, quia acutum habeat accentum, producitur. II. XXIV. 262.

A Numeralium in *ginta*, quæ antiquioribus potius porrecta, junioribus non raro corripitur, II. XXIV. 263.

R. Aben Esra Grammaticus, ejus ætas, & libri, I. IV. 19.

Abicio, & adicio, pro *abjicio, & adjicio*, II. XIX. 241.

Abies, & Aries, ultimam producant, II. XXXI. 288.

Ab, etc., pro *abiate*, trisyllabum, II. XIV. 210.

Abit, pro *abijt*, ultimâ productâ, II. XXXII. 297.

R. Abraham de Balmis, Grammaticus, ejus ætas, & de hac arte libri, I. IV. 19.

Abjidi, mediam habet communem: porrectam, cum est à *cedo*: correptam, cum est à *scindo*, II. XVII. 234, 235.

Abstemius secundam producit, II. XXXVII. 314.

Accentus vox Hebræis latius patet, quàm Græcis, & Latinis, II. VI. 178. illos, quos vulgares vulgò, & musicos vocant, primi & secundi templi temporibus ignotos fuisse, *ibid.* quis invenerit, *ibid.* eorum usus non tantum in musicis, sed & aliis in rebus. *ibid.* Accentus esse accidentia syllabarum, II. VII. 180. cur *fastigia* dicti. *ibid.* 172. triplices esse, *ibid.* Sineses quinque habere. *ibid.* 181, 182. ratio figuræ, qua singuli scribuntur, è natura cujusque, *ibid.* circumflexi vetus figura. *ibid.* alii acuti, graves alii, & circumflexi, unde dicantur. *ibid.* apponendi eos morem Græcis, atque Romanis, ignotum fuisse, II. VIII. 183. serò etiam cœptos ab Hebræis adscribi. *ibid.* 184. hinc quæsitum, quinam eorum, ut & punctorum apponendorum, apud Hebræos fuerint auctores. *ibid.* & 185. qui denique ultimam huic arti manum imposuerint. *ibid.* Accentuum doctrina paucis regulis comprehensa. II. IX. 185. compositione cum Encliticis mutari. *ibid.* 186. eorum distinctio. *ibid.* & 188. interdum in ultimam transferri, adversus Fabium probatur. *ibid.* in ultimis syllabis Adverbiorum, Præpositionumque, nunquam reperiri gravem; sed acutum, si correpta; circumflexum, si producta sit. *ibid.* an servandus sit in Græcis Latinâ civitate donatis. *ibid.* perfecti vocativi accentus locum retinuit in abscissis, ut in *Virgili, & Mercuri, ex Mercurio, Virgilio*. II. X. 190. ejus simul, & quantitatis, tam apud Græcos, quàm Latinos, habitam rationem. *ibid.* acutum olim antepenultimæ

ultimæ adscriptum in multis, ubi penultima foret longa. *ibid.* iis adponendis ambiguitatem tollere laudabilis mos est, Fabio teste. II. XII. 195. compositorum accentus non causa quantitatis est in simplicibus, sed signum. II. XVIII. 234. idque non perpetuum, sed fallax, *ibid.*

Accusativi in AN à nominibus Græcis in AS, producuntur: à nominibus in A, breves sunt, II. xxxvi. 310. plurales in AS è Græcis Latini facti ultimam corripiunt, *ibid.*

Acua, pro *aqua*, Lucretio, I. xviii. 80.

Acuebatur olim etiam antepenultima in multis, ubi penultima erat longa, II. x. 190.

Ad præpositionum per D scribi debeat, an per T, antiquis disputatum, I. xliv. 151.

Adam literas creditus invenisse, I. ix. 41.

Adelphæ, II. IV. 43.

Adigit an primam Lucretio producat, II. xix. 239.

Adimniculor, *manticulor*, aliæque à diminutivis venientia, corripiunt antepenultimam, II. xxiii. 261.

Adolphi Mekerchi, & alius viri doctissimi error notatus, I. xx. 85.

Adon priori quantâ, II. xxxix. 326.

Adspirationis vitia, in additione, vel de tractione, II. xi. 193.

Adverbia derivata à *die* producunt ultimam, lib. II. xxv. 269.

Æ, & AI, Romanis veteribus sono affines, II. iv. 172.

Ægyptii sinistrorsum scripserunt, & unde eum morem acceperint, I. xxxiv. 127.

Æliani locus de sero literarum usu apud nonnullas gentes explicatur, I. xi. 53.

Ælius Dionysius, Grammaticus, & ejus de arte hac libri, I. iv. 15.

L. Ælius Stilo Præconinus, Varronis magister, I. v. 21, 23.

Æneades secundam corripere, ex etymo demonstratum, II. xv. 212.

Æolibus spiritus levis ac densi eadem nota, I. xxix. 110.

Aer ultimâ productâ, II. xxxv. 308.

Aerius & *atherius*, an *aereus* & *athereus*, scribendum, I. xliii. 152.

Ætæ, malè priorem corripit Nazianzeno, II. xxxix. 321.

Affasim secundam corripit Attio, II. xxxix. 328.

AI genitivus antiquus, duabus longis ex AI diphthongo, II. xv. 213.

AI & OI diphthongos etiam esse Latinas, contra Marium Victorinum, & Marium Conradum, ostensum, II. II. 168. inveniuntur in veteribus monumentis, pro Æ & OE, *ibid.*

Alciati sententia rejecta de loco Plauti gemino, II. xvi. 224. ejusdem, & aliorum lectio in versu antiqui poetæ apud Tullium rejecta, II. xvi. 227.

Alcimus Avitus leges metricas non semper observat, II. xxxix. 328.

Alicujus penultimam in *statera* malè corripit, II. xxxiii. 299.

Aleph, He, Het, Hain, à Grammaticis Hebræis malè referri inter consonantes, I. xxvii. 104. Aleph, ante inventionem punctorum vocalium, quandoque signabat A, I. xxxi. 121.

Alexandrinis plurimum debet ars Grammatica. I. II. 12.

Aliud dissyllabum Lucretio, non ob elisionem consonæ *d*, ut Giffanio visum, sed vocalis, II. xxix. 284.

Alius perpetud habet in genitivo i porrectum ob crasin, II. xliii. 199.

Alphabetum xxiv literarum unde Ionicum dicitur, I. xxx. 113.

Alterius semper corripit I: nisi quod Terentiano Mauro producat, II. xliii. 199.

Amadoci populi finitimi Neuris, sive Navaris, II. xvi. 223.

Amaverunt, *docuerunt*, & similia, penultimam habent ancipitem, II. xxi. 252, 253.

Amarum Chaldaicæ originis; non ex *à* & *mare*, ut vulgè volunt, II. xix. 243.

Ambages mediam producit, quia est contractum ex *Ambæges*, quod ex *ambe*, & *ago*, II. xviii. 236.

Ambæ,

Ambē, vel *Am̄bi*, præpositio apud Varro-
nem ab ἀμφί : hinc contractum *am* & *an* in
compositis, II. XVIII. 236.

Ambius participium vel producit me-
diam, vel ancipitem habet : at quando no-
men est, eandem corripit, II. XVIII. 235, 236.

Ambitus producit secundam, quia ex *am-
bitus*, quod ex *ambe*, & *itus*, contrahitur,
II. XVIII. 236.

Armon posteriore longa, II. XXXIX. 326.

Amphimachus rectè ab Hectore victus
dicitur Ovidio, etsi secus visum Politiano,
& Parrhasio, II. XXIIV. 267.

AN terminatio Accusativi ex nomi-
nis Græcis in AS producitur, II. XXXVI.
310. At à nominibus in A corripitur, *ibid.*

Anachoreta, non *Anachori*, a, scribendum,
I. XLIII. 153.

Analogia defenditur contra Cratetem,
I. VII. 31.

Anas, posteriore correptà à longis in

AS excipitur, II. XXXI. 288.

Angeli Caninii laus, I. IV. 16.

A finale in nominandi, accusandi, & vo-
candi casu non producitur, nisi ob cæsa-
ram, aut geminam consonantem sequen-
tem, contra quàm visum Erythro, & Gif-
fano, II. XXIV. 261.

Annius Viterbiensis, eruditus impostor,
I. IX. 41.

Anonymus de literarum inventionem ge-
mino in loco emendatus, I. IX. 37.

Annuvit, pluris, genuit, habuvit, veteres
dixerunt, pro *annuit*, *pluicit*, *genuit*, *habuit*,
II. XIII. 202.

Antea ultimam producit, II. XXIV. 265.

Antisigma Claudii inventum, atque ejus
figura, & potestas, I. XXI. 87.

Antispasticum merrum, sive Priapejum,
constat Glyconio, & Pherecratio, II. XVI.
223.

AO, EA, EO, vel, OA, per οαιζηνον
non sunt diphthongi, II. III. 170.

Apella nomen proprium Iudæi, II. XIX.
243.

Apex quid, ejusque usus apud antiquos,

II. VIII. 183. quid Hieronymo designet,
I. XXXI. 120.

Apis, non ex a, & *pes* : sed potius ab *apis*,
cujus prior brevis, II. XIX. 243.

Apollo Pythius dictus à loco, I. X. 49. ser-
pentis imagine cultus in Chanaanza, uti &
postea in Græcia, *ibid.*

Apollodorus Criticus, I. VI. 26.

Apollonius Alexandrinus, cognomento
Dyscolus, Grammaticus, ejus ætas, & de
arte hac libri, I. IV. 15. ejusdem laus, *ibid.*

Apostropho conjuncta proferuntur, ut
una dictio, I. XLIV. 162.

Apostrophus, & diafole, ex accentuum
numero rejecta, II. VI. 179. etiam Latinis
nota apostrophii in usu fuit, & quidem con-
sonâ sequente, imò & initio vocis. II. VI.
179. 180.

Αποσιγυλιζαδ quid, I. I. 4.

Appulejus, non *Apulejus* scribendum, I.
XLIII. 159.

Aqua etymon, II. XVII. 232.

Aquila Ponticus quando vixerit, I.
XXXI. 119.

Arabs, *trabs*, *urbs*; an *Araps*, *traps*, *urps*, scri-
bendum, I. XLIII. 153.

Arator secundam in *Psalterium* malè
corripit, II. XXXIII. 298. non rarò in me-
trum peccat, II. XXXIX. 329. quando is
vixerit, *ibid.*

Aratus Homeri corrector, I. VI. 27. à
variis correctoribus vitatus, *ibid.*

Arcesso pro *voco*, & *accuso*, uno modo scri-
bitur, I. XLIII. 153.

Architecter penultimam producit, II.
XXXIII. 302.

Archinus primus Atheniensibus auctor
fuit, ut pro XVI Cadmeis XXIV Ionum li-
teris uterentur, I. XXX. 113. ejus ætas, *ibid.*

Archytas penultimam semper produ-
cit, quod non observavit Auratus, II.
XXXIII. 308.

Areopagus penultimam corripit, *ibid.*

Argonauticæ expeditionis tempus, I. X.
50.

[*sum*, II. XVII. 228.

Argumentum secundà productà ex argu-
V u Ari-

Aristarchus criticus, I. VI. 25, 26.

Aristophanes Byzantius criticus, I. VI. 25.

Aristophanis drama *Bablonii* quando actum, I. XXX. 114. ejusdem comici locus in Ranis illustratus, I. XLIV. 162.

Aristotelis locus pro usu vocis *Grammatica* perperam à nonnullis adductus, I. I. 4. magis videtur auctor artis Grammaticæ, quam Plato, I. II. II. defensus super eo, quod Z, & Φ, referat inter literas prisca, I. XXV. 99.

Arithmetice tertiam non rectè corripit Aurato, II. XXXIII. 298. [322.]

Arnobii versus emendatus, II. XXXVIII.

Artigraphi quinam dicti, I. IV. 14.

Artium omnium duplex tractandi modus, I. I. 2.

Artus in veteribus libris, pro quo vulgo *artus*, I. XLIII. 153.

AS terminatio nominativi Græci, cujus genitivus Latinus definit in *Æ*, vel *An:is*, producitur, II. XXXVI. 310. cujus autem genitivus definit in *Adi*, corripitur, *ibid.* AS accusativi pluralis Græci etiam Latinis corripitur, II. XXXVI. 311.

Afellus piscium solus cor habet in ventre, II. XVI. 228.

Afinius Gallus an scriptor Elegiarum, quæ vulgò nomen ejus præferunt, II. XXVII. 274. & XXXIX. 329.

Assyrii literas invenere, I. IX. 44. quando iis sive Chaldaicis literis uti cœperint Judæi, I. XXXI. 116.

Athenienses quo auctore, & quando, XXIV literis uti cœperint, I. XXX. 113.

Atbos, ultimâ productâ, contra quàm prætatit Servius, II. XXXV. 309.

Atramentum *librarium* Vitruvio, *scriptorium* Celsò, *lologizis succus* Horatio, I. XXXIX. 142.

Attice litera, pro antiquis, I. XXX. 114.

Attii in Meleagro versus corrigitur, II. XV. 211.

AV sonus antiquis declinabat ad O: unde AV, & O, facillè commutantur, II. IV. 173.

Augusta charta, I. XXXVII. 137.

Augustini in origine vocis *Areopagus* *ἀρειος πάγος*, II. XXXIII. 301.

Avianus, *Æsopicarum fabellarum* scriptor, alius ab Rufo Festo Avieno, II. XXX. 287.

Aula olim, nunc *olla*, II. IV. 173.

Aurati correctio improbata, II. XIV. 205. *πρωτογενεια* in modulo vocis *Arithmetica*, II. XXXIII. 298. ejus lapsus in modulo vocis *Archytas*, II. XXXIII. 302.

Ausculari olim, pro *osculari*; *ausculum*, pro *osculum*, II. IV. 173.

Ausonius de duplici potestate vocalis *u* adversus summam virum defenditur, I. XII. 56. ejus locus Iul. Scaligero non satis intellectus, I. XIII. 64. cur Palamedicam φ grui comparet, I. XXIV. 100. metri leges non semper observavit, II. XXXIX. 324.

Auxilla, pro *olla parvula*, II. IV. 173.

B.

B malè proferunt Germani, ut P; Vascones, ut V, I. XXVIII. 105.

Baca, non *bacca*, in melioris notæ codd. I. XLIII. 153.

Bacchus, i. affellus piscis, solus habet cor in ventre, II. XVI. 228.

Balbusio penultimam producit, II. XXIII. 260. [251.]

Bardocucullus secundam corripit, II. XX.

Bellerophon quando vixerit, I. X. 49. 50.

Ben Ascher Masorethæ accurate descripta biblia, II. VIII. 185. quando vixerit, *ibid.*

Ben Nephthali quando vixerit, *ibid.*

Benivolus, non *benivolus*, scrib. I. XLIII. 153.

Beth, Gamma, Daleth, à LXX, & Hieronymo, semper efferti spiritu tenui, I. XXVII. 104.

Biblus eadem ac *papyrus*, inde *Bœolia* dicta, I. XXXI. 136.

Biblos contextere Lucano quid, I. XXXVII. 136.

Biduum,

Biduum, triduum, primâ productâ, II. xx. 248.
Bis Ovidio breve, posterioribus longum, II. xxxi. 293.
Blatero, non *blastero*, I. xliiii. 153.
Blatero primam corripit Horatio, & Lucillio; autori Philomelæ producitur, II. xxxviii. 317.
Bobus priorem corripit Aufonio: producit Horatio, & Lucretio; quorum posterior autoritas, II. xv. 211.
Bodini, & Rittershuffii sententia rejecta de Oppiani loco, II. xvi. 226.
Buspapda zepqeo quid sit, I. xxxiv. 128.
Brachium, an *brachium*, scribi debeat, I. xlii. 153. [xvii. 231.
Bubulcus à *bubus* primam corripit, II. Buchanani in *salubris* perperam corripit mediam, II. xvi. 221. idem primam in *citerior*, & *citerius*, malè producitur, II. xix. 239.
Bucina, non *buccina*, I. xliiii. 153.
Bucula ex *brucula*, II. xv. 211.

C.

& Gliteræ cognatæ, I. xv. 59. veteres Latini semper C usurpabant pro G, I. xv. 59. condemnationis est, ut K kalumniz, nota. I. xvii. 76.
 C Kappa Romanum, *ibid.*
 C pro Q. I. xviii. 80.
 C nominativi in obliquis mutatur in mediam G, I. xxi. 88. ut K Græcis in r. 88.
 C ante E, I, Y, Æ, & OE, non aliter sonuit, quàm ante A, O, vel V, I. xxviii. 106.
 C, & G, facta ex r Græcorum rotundato, I. xxix. 109.
 Cabalitzæ non ex apicibus vocalibus, sed ex consonarum figuris solum mysteria sua eliciunt, quæque ejus rei causâ, I. xxxi. 118.
 Cadmus Phœnix primus literas in Græciam invenit, I. x. 45. quando vixit, I. x. 49, 50.

Calum, & *Cales*, pro *stylo*. Hinc genitivus *calis* contractus ex *calitis*, I. xxxv. 130.
 C. Cæsar ea, quæ antiqui per V enunciant & scribent, primus per I cœpit esse, & scribere, I. xii. 58, 59.
 Cæsellius Vindex Grammaticus, I. v. 24.
Cæsius, & *cestus*, differunt. I. xliiii. 154.
 Cæsurâ syllabam naturâ brevem, etiam sequente vocali, producit post pedem primum, secundum, tertium, quartumque, II. xv. 216, 217, 218. an in Sapphico quoque, & Phalæcio, syllabam producat, II. xxxi. 293.
Cætera, an *cætera*, I. xliiii. 154.
 Cæi vocativus, & *Cajus*, cur priorem Martiali producant, I. xxii. 93.
Cajus antiquis pro *Cæus*, *ibid.*
Cæius trisyllabum primâ longâ; ut & disyllaba *Cæi*, *Mai*, II. xiii. 200.
 Calami Memphitici, Nilotici, Cnidii, I. xxxvi. 133.
 Callimachus, criticus, I. vi. 25.
 Calliopius sive Calliopus criticus, I. vi. 26.
 Callistratus Grammaticus primus creditur xxiv literas conjunxisse, I. x. 48. eademque putatur Samios docuisse, I. xxx. 113.
Calpe ultimâ correctâ, II. xxxiv. 306.
 Calpurnius primam in *jugalis* producit, & contra in *Pegasus* corripit, II. xxxix. 323.
 Camers veteribus sonum habuit ex A & O mixtum, I. xxvii. 103. [142.
Carnuel spiritus Trithemio quid, I. xli.
Carnica quid, II. xii. 149.
 Guil. Canterus de loco Horatii refellitur, II. xxxii. 295.
 Capella malè posteriorem in *cellus* produxit, II. xxxi. 294.
 Caph interp. Lxx semper valet x. I. xxvii. 104.
Carmen unde dicta, I. xi. 51.
 Carrionis error de voce *Thermodeson*, II. xxxiii. 300.
Carthaginensis, non *Carthaginiensis*, I. xliiii. 154.

Sp. Carvilius primus G, & C, distinguit,
I. xv. 70. quando vixerit, I. xxix. 109.

Cassianus à discipulis suis graphiis con-
fossus, I. xxxv. 131.

Cassiopea, an *Cassiopea*, scribi debeat, I.
xlIII. 154.

Cassiodorus emendandus, ubi *Gramma-
tice* ponitur pro *Gronuice*, I. I. 3.

Catonis etymon, II. xvi. 225.

Catulli locus. secus, quam Mureto, &
Scotto visum, emendatus, II. xiv. 207.
idem à Scaligeri censura liberatus, II. xv.
214. ejusdem vera lectio in voce *hirculus*
contra Fulvium Ursinum defensa, II. xvi.
225.

Caninius, vide Angelus Caninius.

Catulli primo epigr. non *patrima*, nec
perenna, sed *parozza*, legi oportere, II. xxIII.
259, 260. [225.]

Catus Plauto, & Ennio, quid, II. xvi.

Cave posteriorem fere corripit, inter-
dum etiam producit, II. xxv. 268.

Causa cur per geminum S scribendum,
I. xlII. 161.

Cecidi, non *cecidi*, I. xlIII. 154.

Cecrops dicitur à nonnullis literas
Græcorum invenisse, I. x. 47. Cur idem bi-
formis creditus sit, *ibid.* quo tempore re-
gnaverit, I. x. 51.

Cedo, pro *dic*, posteriore correptâ, II.
xxVII. 275. [325.]

Censurio secundam corripit, II. xxxix.

Cera summa, & *ima*, quid significant, I.
xxxvIII. 139.

Cera, non *cera*, I. xlIII. 154. [139.]

Ceratz tabellæ unde dicta, I. xxx. 111.

Ceres posteriorem antiquibus produ-
cit, Boëthio corripit, II. xxxi. 288.

Ceritus, quia ex *cereritus*, primam habet
crasi longam, II. xvII. 230. [83.]

Cernere, pro *decerne e*, pud Virgil. I. xix.

Cete, tempe, me'e, ultimam naturâ longam
habent, II. xxxiv. 306.

X & O, quo exprimerent Romani, figu-
ram nullam habuerunt, I. xxiv. 97, 98.

Chaldaicarum literarum inventio per-

peram Abrahamo tribuitur, I. ix. 40, 41.

Chalæorum observationes ante Ale-
xandrum annorum in ille nongentorum &
trium, I. ix. 41.

Chirra plumbea apud Suetonium, & Ly-
simachum, rectè dicitur; quæ ridiculè Gui-
landino *papyrus plumbea* vocatur, I. xxxv.
132. à papyro quomodo differat, I. xxxvII.
136. unde dicta, *ibid.* papyro, & glutino,
constabat, quod Plinio *inse gerium* dictum,
& cur, I. xxxiv. 137. *Hieratica*, *Augusta*, *Li-
via*, *Claudia*, *Amphi. beaurica*, *Fanni*, *Saisica*,
T. notica, *Emporetica*, I. xxxvII. 137, 138,
Tanotica unde dicta, I. xxxvII. 137. ex pa-
pyro conficiendæ modus, I. xxxvII. 136.
qui jam Eustathii ætate desierat, 140.
chartæ usus quando frequentari cœperit
in Græcia, I. xxxvIII. 141.

Chæroboicus Grammaticus, ejusque
de arte hac libri, I. iv. 15.

Chores secundâ ancipiti, II. xxxIII. 303.

Chronici Alexandrini conditor refelli-
tur, I. xxx. 114.

Cicero, criticus, I. vi. 27. ejus locus
pro Roscio Amerino illustratus, I. xvII.
77. Ciceronis, & Plautinæ virginis jocus
ex ambiguo ob affinitatem soni literæ C,
& Q, I. xvIII. 79. ejus locus ex Probo
& Probi ex Cicerone in Arateis emenda-
tus, II. xxvIII. 280.

Cicuris, & *Cicunare*, primam, & secundam,
quantam habeant, II. xxxvII. 15.

L. Cincius Alimentus Grammaticus,
I. v. 23.

Cis in compositis quantum sit, II. xix.
238.

Ci. imus, & *ci. erior*, primam corripunt;
etsi aliter Buchananus, II. xix. 239.

Cium supinum corripit priorem, cum
est secundâ à *cio*; producit, cum quartâ est
à *cio*, II. xxII. 255.

Clau. di. charia, I. xxxvII. 137.

Claudius Cæsar *Philædu*, I. xxiv. 97.

Clerunanzæ, II. iv. 173.

Clytemnestra e in secunda Aufonio corre-
pta, quæ Græcè *κλυτήμειστρα*, II. iv. 175.

Codi-

Codices, & codicilli quid, & unde dicti, I. xxxviii. 139.

Cocatio, ut *b. Iburio*, penultimam producit, II. xxiii. 260. [I. v. 22.]

Cocilius Callantianus, Grammaticus,

Cæpi, pro *αἰχμηται*, non *cepi*, I. xlii. 154.

Commodus, id est, iusti ponderis, Plauto, & Lucilio, II. xxiv. 263.

Compos, & imcos, ultima correptâ, contra quàm Aldo visum, II. xxxi. 294.

Composita simplicium quantitatem imitantur, II. xvii. 233. in quibusdam tamen compositio modiorum mutat, *ibid.*

Compositio cum encliticis mutat accentum, II. ix. 186.

Comesto, pro *cohonesto*, II. xv. 211.

Coniugia, antiquus rectus fuit pro *conjugi*, I. xxi. 89.

Consentius lapsus in accentu vocis *pone*, II. ix. 188.

Conopseum tertiam Iuvenali producit: Horatio & Propertio corripit, II. xxxii. 303.

Consona unaquæque quoties apud Hebræos in scripturis legatur, ejusque *אנכ-לוגיא* usus, II. xxxiii. 126. Consonantes quædam mutæ, quædam semivocales, & curita appellantur, I. xiv. 65. mutarum numerus apud Græcos, I. xv. 67. apud Latinos, *ibid.*

Consonarum Hebraicarum nomina antiqua, I. xxxii. 125.

Contra vetustioribus poetis ultimam producit, posterioribus corripit, II. xxiv. 266.

Conversus videri secundam producere, etsi Sidonius corripit, II. xx. 251.

Conviciam per C, non *conviuiam* per T, I. xliii. 155. unde dictum, II. xvii. 233.

Cor breve Tullio, & aliis, II. xxx. 287.

Corbis secundam producit, II. xxxvii. 314.

Corippus emendatus, I. xxviii. 106.

Corippus sapicule in metro peccat, II. xxxix. 329.

Cornelia cæcilia unde dicta, I. xxxvii. 138.

Cornelius Epicadus Grammaticus, I. v. 24.

Crasis facit syllabam naturâ longam, II. xv. 211. II. xvii. 230.

Crates Mallores Grammaticus, ejus ætas, & claudicatio ex casu, I. iv. 17. exercuit crisin, I. vi. 26.

Crebra in priori perperam ab Opsopæo corripitur, II. xvi. 221.

Crepidi primam Latinis corripit, etsi Græci producant, II. xxxiii. 300.

Creæa, & *cnbo*, vulgatissima scribendi instrumenta, I. xxxix. 143.

Crever pro *creber* apud Corippum spisso errori causam præbuit, I. xxviii. 106.

Critice est ab Aristotele, I. iii. 11. ejus, & Grammaticæ, discrimen, *ibid.* necessariam esse, I. vi. 27. noxiam, si in pruriginem corrigendi degeneret, *ibid.* Exegeticam ei subijci, I. vi. 28, & 29. & ad omnes disciplinas extendi, *ibid.* eoque non esse Grammatices partem, *ibid.* à Martiano Capella ad Logicam referri, *ibid.*

Critici enumerati Græci, & Latini, I. vi. 25, 26. eorum princeps Aristoteles, *ibid.* notis usi in libris censendis, *ibid.* 25. ipsi, & Grammatici, Latinis *judices* dicti: sed Criticorum appellatio prior, *ibid.* primum Græci, deinde Latini, hos secuti, nomen scriptori à se castigato apponebant, *ibid.* 26. Criticorum duplex munus, judicium, & emendatio, *ibid.* 25.

Crocio penultimam potius producit, II. xl. 332.

Cuculus penultimam vulgò corripit, sed classici omnes producant, II. xxxviii. 317.

Cui monosyllabum perperam Prudentio corripitur, II. xxvi. 271. disyllabum posteriorem habet accipitem, *ibid.*

Cuique mediâ longâ est apud Manil. Prudentio dactylus est, si vet. codd. standum, II. xxvi. 272.

Cuiret trisyllabum Lucretio, pro *quiret*, I. xviii. 179.

Cuis antiquè, pro *quæ*, *ibid.* 180. [154.]

Culcita, non, ut vulgò, *culcitra*, I. xliii. Vu 3

Culxæ

Color pro terminatione habentia , quantam habeant antepenultimam , II. XXIII. 261.

Cum scribendum, an *quum*, I. XLII. 151.

Cumtilis color, I. XII. 55.

Cypseli arcæ, Olympiæ à Cypselidis dicatæ, literæ *βυροφονδα* inscriptæ, I. XXXIV. 128.

D.

D & T literæ cognatæ, I. xv. 70. **D** ex Δ Græco efficitur, I. XXIX. 109. ejus figuræ antiquitas perperam ex columna Farnesiana probatur, I. XXIX. 110. veteribus positum pro P, *ibid.* insertum ad explendum hiatus, ubi concurrerent diversarum vocum vocales, II. XIV. 206.

Damiata non est eadem urbs, ac *Pelusium*, I. XXXVII. 138.

Damnatorum nomina foliis & testulis inscribendi mos, I. XXXVI. 134.

Danxi ridiculus error, de morbo Arrii apud Catullum, II. XI. 193.

Darius mediam producit, II. XXXIII. 303. Mediâ brevi, usurpatum, II. IV. 175.

R. David Kimchi Grammaticus, ejus ætas, & libri de hac arte, I. IV. 19.

Decimus pro *decimus*, I. XVII. 78.

De in compositione *εξ ουσιζωνο* coalescit, II. xv. 220.

De præpositio ante vocalem corripitur, vel cum vocali sequenti in unam syllabam coalescit: ante consonam verò semper est correctum, II. XIX. 243.

Deciduis à *caedo* secundam producit, à *caedo* corripit, II. XVII. 229.

Deinde, *subinde*, *perinde*, *exinde*, primam olim acuebant, II. x. 191.

Delibutus secundam corripit Horatio, II. XXXIX. 324.

Delicatus primam producit, ut in *delicium*, & *deliciæ*, II. XIX. 243.

Delphi urbs prius *Pytho* dicta, ejusque nominis causa, I. x. 49.

Demetrius Ixion, Grammaticus, ejus

ætas, ac de arte hac libri, I. IV. 14.

Demetrius Chalcondylas Grammaticus, & judicium de eo, I. IV. 15.

Demetrius Phalereus Criticus, I. VI. 25. *Deperilor*, penultimâ productâ, II. XXIII. 261.

Derivata sequuntur quantitatem primitivorum, II. XVII. 228. in plusculis tamen derivatio modulom mutat, 229, 230. brevibus à longis, II. XVII. 229. longa à brevibus, 230. derivata ex adverbis temporalibus, quæ in *simus* exeunt, penultimam corripunt, contra quàm scriptum Scaligero, II. XXIII. 258.

Di, sive potius *dis*, producitur, præterquam in *dirimo*, & *disertus*; etsi Paulus Diaconus primam in *dirimo* produxerit, II. XIX. 243.

Diana etymon, indeque ratio ostensa, cur prima sit anceps, II. XIII. 201. & II. XVIII. 237.

Diastole, & Apostrophus, ex accentuum numero rejectæ, II. VI. 179. Diastole sive ecstasis ob quatuor brevium concursum: ut in *Ἀγέλοια*, *Theopila*, &c. II. XX. 247.

Didymus Alexandrinus, & Didymus Claudius, Grammatici, eorumque de arte hac libri, I. IV. 15.

Digamma Æolici usus, I. xv. 71. adspirationis loco sæpe vocalibus præponitur, & in metro pro nihilo habetur, I. XVI. 75. I. XXIX. 110. [208.]

Dilucere, & *delucere*, ut differant, II. XIV.

Diomeus potius, quàm *Adoneus*, ut Scaliger emendavit, legendum apud Catull. II. XXXIII. 304. [XIII. 64.]

Diomeus, pro *Diomeus*, veteres scripsere, I.

Dionysius Thrax Criticus, I. VI. 26.

Diphtherâ antiquior, proverbium, I. XXXVII. 141.

Diphthongus, Latine *bifona*, aut potius *bivocalis*, & ea quid, II. II. 167. cur quædam Græcis improprie dicantur, *ibid.* Latinis non quinque tantum sunt, ut putarunt; sed minimum octo, *ibid.* quot item Hebræis, & Græcis, *ibid.* earum, tum apud Græcos, tum apud

apud Latinos, vulgaris pronuntiatio vitiofa, II. IV. 172. ut docetur exemplis Prudentii, Sidonii, Bedæ, & aliorum, II. IV. 175. non elifa fit anceps, II. XIV. 206. etiam ante vocalem, II. XV. 216. in voce Græcâ Latinis quoque porrecta est, II. XXXIII. 303. quandoque tamen ex diphthongo EI tollitur altera vocalis, ut syllaba brevis fit, 303.

Distinctionum notæ non pertinent ad *αεϋουδαι*, sed *αυτωδαι*, I. VI. 178.

Distinctio vocis ambiguz variat accentum, II. IX. 187. Ea, & interrogatio, nonnunquam ita mutant accentum, ut in ultimam transferant, II. IX. 187.

Dithyrambici veteres fugiebant E, I, & S, I. XXXII. 123.

Divisio vocis Hebræis non est in usu, I. III. 116. divisio syllabarum pendet è conjunctione consonarum, ut ne dividantur in medio vocis, quæ initio possunt conjungi, I. XLIV. 161. excipiuntur ab hac regula voces compositæ, 162. quæ tamen apostropho junguntur, generalis divisionis regulam imitantur, *ibid.*

Diurnus, serotinus, & similia in tinus, quæ ex adverbis veniunt, penultimam corripiunt, II. XXXII. 258.

Do, male corripitur Henrico Stephano, II. XXVII. 275.

Domos in genitivo, pro *domus*, Augusto scriptum, I. XII. 60.

Domus, an Ovidio corripiatur in plurali, II. XXXI. 294.

Doracus Francicarum literarum inventor, I. IX. 38.

Duplex consona quam vocant, non est litera, sed literarum compendium, I. XXI. 87.

E.

E in quibusdam vocibus, Latinis veteribus latius sonabat, in quibusdam exilius, & penè habebat sonum vocalis I, hoc est medium inter E, & I. Ob quam coagulationem hæ literæ invicem permutari

solitæ, I. XII. 58. E longum Græcis antiquis sonabat, ut EI diphthongus; quamvis semper E, nunquam EI, scripserint, I. XIII. 63. E dicitur *ἔλειν*, & *ὀμμερον*, ad differentiam tam diphthongorum EI, & OI, quàm vocalium longarum, I. XIII. 64. E in compositis vocalis extrema syllabæ primæ, secundæ, & tertiæ, corripitur; præterquam in quibusdam à *ne* venientibus, & *lyncopen* passis, II. XX. 245, 246. E in compositis cum *facio*, & *fo*, quæ veniunt à verbis tertiæ, corripitur: in iis verbis, quæ veniunt à verbis secundæ & primæ, videtur esse anceps, *ibid.* E finale in nominibus corripitur, exceptis ablativis quintæ declinat. II. XXV. 268. E, & O, in nominibus Latinis, quæ è Græcis brevibus veniunt, corripuntur: ab *u*, & *o*, producantur, II. XXXIII. 298. interdum tamen Latini, præsertim posteriores, in Græcis accentum magis attendunt, quàm quantitatem, 302. E finale in nominibus Græcis, secundæ & tertiæ declinat. perperam corripitur à multis, II. XXXIV. 305. in nominibus Græcis primæ declinat. in quocunque casu producit, *ibid.* quod Sidonio, & Baptiste Pio, neglectum, *ibid.* E *ἔλειν* in nominibus Græcis ante ultimam consonantem corripitur, II. XXXV. 307. E verbò longum ante finalem consonam producit, præterquam in iis, quæ genitivo crescunt, *ibid.* *ἔσειν*. E longum in vocibus Græcis posterioribus Poëtis non raro corripitur, II. XXXIX. 323. H, & Ω, non sono, sed tempore differunt ab E & O: & Græcis antiquis non H, sed E; non Ω, sed O tantum in usu fuit, I. XIII. 62. H & Ω à Simonide Melico primum adjectæ, I. XIII. 63. multò tamen post quoque E & O usurparunt pro H, & Ω, 63.

Eburneis in pugillaribus olim scripsere, I. XXXVIII. 141.

Edoga, non *edloga*, I. XLIII. 155.

Edice, pro *edic*, II. XXIX. 284.

Effatus, an *asatus*, I. XLIII. 155.

Eben priorem producit, II. XIII. 202.

E I

Et fere antiquis Romanis sonuit, ut I longum, II. IV. 173. [264.

Et, tutius ultimam corripit, II. XXIV.

Eicit, trochæus I ucretio, II. XIX. 241.

Eii, & *reii*, priorem Lucretio produciunt, I. XXII. 93.

Eius antiquè, pro *eius*, *ibid.*

Ερμολογίου quid, I. XXXVI. 134.

Elegia tetrasyllabum producit E ante I, II. XIII. 200.

Elias Levita, Grammaticus, I. IV. 19.

Elisionis longæ à brevi exempla, II. XIV. 203. apud Maronem rariora, at junioribus poetis multò frequentiora, *ibid.* prorsus negligitur in O, *heu*, & similibus interjectionibus, in quibz O fit anceps, *ibid.* 204. quandoque etiam in cæteris, idque rarius in brevi, sapius in longa, eaque tum fit communis, *ibid.* & 205. sed & eodem in versu tum brevis, tum longæ non elisæ concurrunt exemplum. 206. rara est initio versus, *ibid.* 204. ultimâ item, & penultimâ sede. *ibid.* est autem vel in diversis vocibus, quæ *Synalæpha* vocatur, *ibid.* 203. vel in eadem voce, quæ *EpiSynalæpha*, vel etiam *συνίζησις* appellatur, 208.

Emanuel Chrysoloras Grammaticus, I. IV. 15. & iudicium de hoc, 16.

Emanuel Moschopulus Grammaticus, ac de eo iudicium, I. IV. 15.

Emissicius, *Suppositicius*, & similia in *cis*, quæ à participiis veniunt, antepenultimam produciunt, II. XXI. 258.

Enarratio auctorum non pertinet ἀπλῶς ad Grammaticen, I. v. 20, 21.

Encaustum sacrum, quo orientis imperator subsignabat, I. XXXIX. 143. [175.

Enigma Prudentio prima brevi, II. IV.

Ennius notas quot invenerit, I. XLI. 148.

Es in Epicharmo & Andromedâ illustratus, & correctus, II. XIV. 207. eiusdem versus ex conjectura emendatus, II. xv. 219, 220. alter ex Festo restitutus, II. XVI. 226. eidem lux, II. XXIV. 265.

Eos, & *Eous*, priorem habent communem, contra quam Servio visum, II. XXXII. 300.

Ephebium, vel *ephebeum*, rectum est; non *ephæbeum*, vel *ephebium*, I. XLIII. 155.

Epicharmus quas literas invenerit, I. xv. 67. quando vixerit, I. xxv. 100.

Epicurus Grammaticen docuit, I. II. 12.

Epiemon, sive ε, quid notet, I. XIII. 96.

Epistula, & *adulescens*, rectè scribitur, I. XLIII. 155.

EpiSynalæpha, II. XIV. 203. eius exempla in E & I, *ibid.* 208. ubi maximè frequentatur, *ibid.* 210.

Erasmi dialogus de rectâ pronunciatione quâ occasione scriptus, I. XXVIII. 106.

Eratosthenes, ὁ πύργου criticus, I. VI. 26.

Ergo producit ultimam Virgilio & Horatio, deque illo Festi, & Victorini iudicium, II. XXVII. 279.

Erixo eques à populo Romano graphiis ætate Senecæ occisus, I. XXXV. 131.

Eruditio Latinis, quæ Græcis φιλολογία & πολυμάθεια, I. VI. 30.

Erythræus refellitur de modulo terminatorum in A, II. XXIV. 261.

Es ab *Edo* produciuntur, à *sum* corripitur; quamquam hoc anceps Baptistæ Pio, II. XXXI. 289.

ES ex Græco nominativo in *us*, posterioribus correptum, II. XXXV. 308.

Ερμολογίου Martiali quid, I. XXXVII. 137.

Ethica rectius, quam *athica*, I. XLIII. 155.

Etymologici scriptores, qui de vocum originibus tradiderunt, recensiti; imprimis, ex quibus constat Suidæ Lexicon, I. III. 22.

Eu diphthongi, in *Euangelium*, *parascense*, aliisque id genus, subjunctiva vocalis, perperam vulgò sequenti syllabæ adscribitur: & quam consuetudo ea sit vetus, II. IV. 176.

Euander literas Latinas dicitur invenisse, I. XI. 51.

Euclide Archonte, Athenienses cœpere literis XXIV uti, I. XXX. 114.

Eudemus Rhetor, I. v. 22.

Eugenius Phryx, *ibid.*

[XXII, 256.

Exitus, & *conclusus*, mediâ ancipiti, II.

Ex-

Exsilio, exsilio, exsilio, exsilio, exsilio, & similia, rectius cum S scribuntur, I. XLIII. 155.

F.

F inter mutas, non inter semivocales, ponendum, I. xv. 67, 68. sequente liquidâ syllabam reddit communem, *ibid.* F, & V consonum, sono distincta, I. xxiv. 98. F, & V, quomodo differant, I. xxvi. 101. F digamina in metro non habitum pro consonâ, I. xxix. 110.

Fabius correctus, I. xxii. 95.

Fac semper producitur, II. xxix. 283.

Fae pro *fac*, *ibid.*

Færnus falsò putabat, posteriorem in *heri* corripì posse, II. xxvi. 272.

Fæginus malè à Græcis esse negat Priscianus, II. xxii. 259.

Fagos Græci nominativi ultimam Maro producit II Georg. nisi quis Hypallagen esse malit, II. xxxv. 309.

Fames olim quinqtæ fuit, atque inde est, quòd posterior in *fame* producatur, II. xxv. 268.

Fannii charta, I. xxxvii. 137.

Farnesianæ columnæ inscriptio non est Ionicis literis, sed confusis ex Græcis, & Latinis, I. xxix. 108. quando ea fuerit exstructa, & à quo, 104.

Fastigia, pro *accensibus*, II. vii. 181.

Fatui etymon, II. xvii. 230.

Fausti Andrelini in metro inscitia notata, & Erasmi de hoc iudicium, II. xl. 332.

Fecundus, felix, femina, fenus, fetus, sine diphthongo, I. xliiii. 155.

Fel, breve est, II. xxx. 286.

Fere, & ferme, producunt ultimam, II. xxv. 270. utriusque etymon, *ibid.*

Festus emendatus, I. xv. 69.

Festus Avienus metri leges non semper observat, II. xxxix. 325, 326.

Feuardentius refellitur, quòd sacerdotales & primigenias Hebræorum literas numeret ab *n* usque ad *i*, I. xxvii. 102.

Fidius penultimâ longâ, II. xliii. 200.

Fides, unde dicta, II. xvii. 229.

Fieri, primam producit apud Terentium. Hinc quaesitum, an I in *ferem, & fieri*, corripatur antiquis alicubi, an potius *suuizans* statui debeat, II. xliii. 202. *Fieri* quomodo dicatur pro *firi*, *ibid.*

Figura, & nomen, literæ sunt accidentia, I. xv. 68. I. xxviii. 72.

Fio, priorem producit, etiam in derivatis: etsi Prudentio, & aliis Christianorum Poëtis, corripì solet, II. xliii. 202.

Focale à *faucibus* producit priorem; à *foco* corripit, II. xvii. 229.

Fomes priore productâ non à *foveo* est, sed à *fosum*, ut à *motum momen*, & *momentum*, II. xvii. 230.

Foris adverbium *is* producit, II. xxxi. 290.

Formiano potius à Catullo per *suuizans* dictum videri, quàm ut dactylus sit, sicut visum Mureto, II. xxxvi. 313.

Fortuitus penultimâ longâ, II. xxxvii. 315.

Corn. Frontonis ætas, I. v. 23.

Frustra classicis ultimam producit, recentioribus corripit, II. xxiv. 266.

Fulica primam, & secundam corripit, II. xxxviii. 218.

Fulvii Vrsini conjectura in Catulli loco refellitur, II. xvi. 225.

Furii versus apud Gell. correctus, II. xxxviii. 318.

Futuri subjunctivi in *rimus, & ritie, ri* sapius producitur, II. xxi. 253. præteriti verò subjunctivi in *rimus, & ritis*; an longum sit, ne olim quidem inter Grammaticos convênit, II. xxi. 254.

G.

G litera veteribus Latinis ignota, cujus primus inventor Sp. Carvilius, I. xv. 69, 70. G ante V liquescens non differt specie à G ante A, vel E; contra quàm Scaligero visum. I. xviii. 81. G pro N sequente G, vel C, usurpatum antiquioribus

ribus Romanis, more Græcorum, I. xx. 85. G, & N, adulterinum Germani ac Belgæ non per solum G, ut Græci; nec per solum N, ut Latini, sed per NG exprimunt, I. xx. 86. G adulterinum Græcis, ut N Latinis, & quæ sit utriusque potestas, I. xx. 84. quatenus figurâ distingui possit à vero G, vel N, 86. utrum locus is simplicis sit literæ, an tesquilliteræ, an etiam duplicis, *ibid.*

G, & D, in eadem syllabâ, vocalem præcedentem ancipitem reddit, II. xvi. 224. Idem facit apud Græcos K, & T, aut Π, & T, post vocalem, *ibid.*

Getulus, non *Getulus*, secundam producit, II. xxxviii. 320.

Galenus refellitur de eo, quod Gymnasticen vocet scientiam, I. II. 6, 7.

Galliambus quibus pedibus constet, II. xv. 214.

Gallus Avienus Criticus, I. vi. 26.

Ganeum, *Ganea*, *Ganeo*, secundam producit, II. xxxix. 324.

Gellii locus de literæ E sono in verbo *quiescit*, explicatus, I. xii. 61. Idem correctus, I. v. 23. vide Agellius.

Gemara altera Thalmudis pars quando absoluta, & ex quibus Rabbinis congesta, I. xxxi. 118. [xxviii. 281.

Genus, pro *genus*; ut *cornus*, pro *cornu*, II.

Georgius Cedrenus Eusebium excrispsit, & quando vixerit, I. x. 48.

Germanus Valens Pimponcius refellitur, II. xviii. 235.

Gerundia in *do* cur Virgilio semper producta, aliis verò non rarò correpta, II. xvii. 276.

Gesticolor antepenultimam potius corripit, contrâ quàm aliis creditum, II. xxiii. 261.

Giffianus refellitur de modulo exeuntium in A. II. xxiv. 261. Item de quantitate in E terminatorum, II. xxiv. 267. Eiusdem sententia rejecta de modulo exeuntium in C. II. xxix. 284. Item de elisione finalis D. *ibid.*

Glossographi; qui vocum significationem atque usum interpretati sint, I. v. 21, 22.

Gordanus episcopus literarum Gothicarum inventor, I. ix. 38.

Goropius Becanus refutatur super definitione literæ, I. viii. 34.

Gothi quâ ratione scripserint, juxta Zuingerum: qui auctorem ejus rei laudat Olauum, sed perperam, I. xxxiv. 129.

Grammaticæ unde dicta, variaeque ejus nomina, I. I. 2. Quàm variè *Grammatices* vox accipiatur. 5. antiquis solum erat ars scribendi & legendi. I. I. 5. *Grammatica* post *Euclidem* quæ dicta, I. xxx. 114. Quatenus in naturam sermonis inquirat, nulla habuit præcepta ante tempora Aristotelis, I. I. 5. Munus ejus, quæ rectè loqui docet, I. II. 6. Quomodo à grammatistice differat, I. II. 7, 8. Clavis est omnium scientiarum, I. II. 14. Vt cumque ejus utilitas in Scepticis in dubium vocata sit; imò hi ambigerent, ecquis Grammaticus foret, I. III. 15. Tanto in honore apud Romanos erat, ut etiam professoribus ejus indulgerent immunitatem, 14. Ea quæ præceptis constat, ars est, non *scientia*, contrâ quàm Jul. Scaligero visum, I. II. 6. Nec rectè dicitur *ars congruè loquendi*: perperam etiam additur, & *scribendi*, I. II. 7, 8. Grammatices divisio in *Μεθόδω*, quæ artis præcepta tradit, & *Ἐξηγητικῶ*, quæ vocum significationes enarrat, I. IV. 13, 14. item I. v. 21, 22. Methodice aliter *Horstius* vocatur: & utriusque nominis causa, I. IV. 14. Qui ejus apud Græcos inventores, I. III. 10, 12. Studium ejus à Græcis ad Latinos traductum, I. IV. 17. Qui de ea arte scripserint apud Græcos, I. IV. 14. Qui Latini, 17, 18. Qui Hebræi, 19. Grammaticæ Methodice dividitur in naturalem, & propriam: ac in utraque esse *ἀναλογίαν*, ostenditur contra Craterem, I. VII. 30. Grammatices pars à Methodice distincta, cur dicatur *Ἐξηγητικῶ*, vel *ἰσχυρισμῶ*, I. v. 20. Quatenus ea originem vocum

cx-

H.

expedit, à Platone videtur cœpisse, I. III. II.

Quatenus explanationem omnium scriptorum promittit, non est solius Grammaticæ, I. v. 21. Antiquis latè adeo patuit, ut eadem esset, ac quæ aliter *φιλομαθία*, vel *πλουμαθία*, Latinis *eruditio*, vel *varia eruditio* dicitur, I. VI. 30.

Grammatici nomen de calculatore usurpatum, & unde sit, quòd ita sumatur, I. 3. eorum, & Grammatistarum, discrimen. *ibid.* 4. Libertatem ipsis concessam fuisse, I. II. 12. esse verò illos, qui Romanarum vocum significaciones, & origines signarunt, I. v. 23. dictos & *φιλόλογος*, & *πλοιστορος*, I. VI. 30.

Grammaticæ quibusdam est *ασθρομε* artis Grammaticæ, quibusdam pars artis, vel imperfectior Grammaticæ, I. I. 5. ejus, & Grammaticæ discrimen. *ibid.* Ciceroni *prima literatura*, Fabio *prima literæ*. *ibid.* usus in vita omni privata ac publica, I. III. 9. inventio Prometheo attributa à Græcis. *ibid.* 9.

Grammatistis non concessa immunitas, sed solum Grammaticis, I. II. 12.

Γραμματιστικων LXX interpretibus idem ac legisperiti, I. II. 3.

Graphii ferrei usus ex quali causa interdictus, I. xxxv. 131. ejus revocatio periculosa. *ibid.* [290.]

Gratis adverbium is producit, II. xxxi.

Gratis penultimâ ancipiti, II. xxxvii.

315. Gregorius Turonensis emendatus, I. IX. 38.

Groma, *gruma*; *Gromatice*, & *Gromaticus*, I. I. 3.

Guarinus Veronensis Grammaticus, & judicium de eo, I. IV. 16.

Guilandinus refellitur, I. xxxv. 132. I. xxxvi. 134. I. xxxvii. 136. I. xxxvii. 137. I. xxxvii. 138. I. xxxviii. 139.

Gulphilas quis, & quando vixerit, I. IX. 37. inventor Gothicarum literarum, *ibid.*

Gymnastice non est scientia, contra quàm visum Galeno, & Mercuriali, I. II. 17.

H Græci antiqui pro spiritu aspero scribebant, uti Latini, I. xv. 67. I. xvi. 73. origo ejus à Phœnicibus. *ibid.* literæ F olim cognata, I. xxix. 110. cur Græcis centenarium signet, I. xvi. 73. non fuisse nam ex antiquis xvi, vel xvii literis Græcorum, contra Joseph. Scalig. probatur, I. xvi. 74. ne quidem esse literam, contra Pierium ostenditur, I. xvi. 74. responder digamma Æolico, quod aspirationis loco sæpe vocalibus præponitur, I. xvi. 75. figura ejus unde conflata, I. xxix. 110. Spiritus asperi nota cum sit, an incipientibus ab R apponi debeat, II. II. 192. an denique consonæ junctum efficiat syllabam positione longam, II. xv. 219.

Harpago penultimam corripit, contra ac visum Calepino, II. xxxiii. 301.

Hebraicarum literarum inventio non Abrahamo, sed Setho potius, adscribenda, I. ix. 41, 42. aut, sicuti nonnullis visum, Adamo, 43.

Hebræi veteres Chananzâ linguâ usi, I. ix. 40.

Hebræi serò artem Grammaticen scribere cœperunt, & quorum in hoc genere scripta extant, recensiti, I. IV. 19.

Hebræi non dividunt vocem in scribendo, I. xxxi. 116. nec in metro observant vocalium quantitatem, II. xxxvi. 312. eorum literis malè eximi vocales. *ibid.* Eas non plures esse, quam quinque, contra vultuosiores & recentiores quosdam Grammaticos, ostensum, 103. [301.]

Hectōris media producta Ennio, II. xxxiii. Helladius Alexandrinus, I. v. 22.

Heptas ultimam malè producit Capellæ, II. xxxvi. 310.

Heracitus pereram penultimâ brevi, ubi Græcè *η*, II. IV. 175.

Here, & *heri*, antiqui dicebant, I. XII. 59.

Here ultimam corripit, at *heri* rectius producit, II. xxvi. 272.

Herodianus, filius Apollonii Dyscoli, Xx 2 Gram-

Grammaticus, & ejus de arte hac libri, I.

IV. 15.

Hesiodi *ἔργων & ἡμερῶν* liber in plumbeis laminis exaratus, I. xxxv. 132.

Hexapla unde dicta, I. xxxi. 120.

Hiatus in concursu diversarum vocum vocalium antiquis admodum frequens, II. xiv. 206. quem *d* inserto primitus explebant, 196. sed Catulli ævo mos iste jam obsoleverat, *ibid.*

Hic adverbium longum, II. xxix. 282.

Hic & hoc pronomen cum simplici *e* semper breve est: at cum duplici *e*, pro *hicce* vel *hocce*, longum, II. xxix. 283.

Hieroglyphica tabula ænea à Laurentio Pignorio Patavino eruditè explicata, I. xli. 147.

Hieroglyphicæ Ægyptiorum notæ animalium rerumque mutarum figuris expressæ, & earum in sacris usus, *ibid.*

Hieronymus usus Hebræis magistris, I. xxxi. 120. ejus error notatus de inventore Hebræarum literarum, I. ix. 39. [27.

Hippocrates à quibus depravatus, I. vi.

Hiltriones etiam ab indocto vulgo explosi, si in syllabæ modulo peccarent, II. xii. 194.

Hodie, & *quotidie*, producant ultimam, II. xxv. 269.

Homeromastigis, *Ciceromastigis*, penultimam producant, II. xxxi. 302.

Horapollus Niliacus, Hieroglyphicorum scriptor, quando vixisse videatur, & quâ scripserit linguâ, I. xli. 147.

Horatii gemino in loco vetus lectio asserata, II. xiv. 207. idem illustratus, ejusque vera lectio contra Canterum asserata, II. xxxii. 295.

Hornosinus ab *horno*. i. hoc anno, penultimam corripit, II. xxiii. 258.

Huic, & *cui*, Poëtis non semper monosyllaba, II. xxvi. 271.

Hya an literæ nomen, I. xxxii. 125.

Hymen ultimam producit, II. xxxv. 307.

Hyperchius Alexandrinus, Grammaticus, ejus ætas ac de arte hac libri, I. iv. 14.

I nunc simplicis & brevis vocalis nota, Inunc geminæ five longæ: & penè sonuit, ut diphthongus *Ei*, I. xii. 55. & xiii. 63. I consonum interdum in I vocale commutatur, I. xv. 69. I, & V consonum, quomodo ab I & V vocali scripturâ distingui possunt, I. xv. 70. nam cum potestate ab I, & V, vocalibus differant, etiam scripturâ distinguendas, *ibid.* hinc I consonum Hebræo nomine *iod* appellari posse, quò distinguatur ab I vocali, I. xv. 71. Item solidis rationibus probatur, I, & V consonas vocalibus aggregari non debere, I. xv. 72. Græcos I consonâ carere, I. xxiv. 97.

I ante I consonum in *bijugus*, & *quadrijugus*, corripitur: neque hoc eo fit, quia ex frequenti syllaba I, vel V, elidatur, ut Scaliger existimavit, I. xxi. 92. I & V consonas nunquam fieri duplices, probatur contra Marium Victorinum, & alios, I. xxi. 92, 94.

I in *pei us*, *reii*, *Caijus*, *Pompeii*, & similibus, antiqui geminabant, I. xxii. 93.

I inter duas vocales medium non ob hunc situm producit priorem, sed quia in hujuscemodi olim erat diphthongus, *ibid.*

I, vel V, in eadem syllabâ sequente vocali, non esse diphthongum, ostensum contra virum doctum, II. iii. 170.

I longum, pro E I, vel gemino H, quomodo antiqui scripserint, I. xxix. 108.

I ex EI, etiam ante vocalem, est longum, II. xiii. 200.

I *αυλιος* corripitur in priori parte compositorum, II. xvii. 233.

I inter duas vocales positum an vim duplicis consonæ obrineat, II. xix. 241.

I in compositis plurimum est correptum, tum in prima, tum secunda: præterquam in iis, quæ I pro casibus variant, II. xx. 247. item in syncopen passis, 248. & aliis nonnullis, 249.

I antepenultimâ terminatorum in *cins*, quæ à nominibus veniunt, corripitur, *novicins* excepto: in iis autem, quæ à participiis veniunt,

veniant, producit, II. XXIII. 257, 258.

In *imus*, si Latina sint, est porrectum: sed excipitur *oleaginus*, & ex adverbii temporalibus derivata in *tinus*, II. XXIII. 259. corripunt verò I venientia à Græcis. *ibid.*

I ante *cius* producit, II. XXIII. 258.

I nominum desinentium in *imus*, quando *simus* vocis productio est, corripitur: contra porrectum est, quando posterior tantum syllaba *mus* producit vocem, II. XXIII. 260.

I in fine dictionis longum, & quænam voces excipiantur, II. XXVI. 270.

I finale vocativi Græci Latini corripitur, II. XXXIV. 306.

I finale dativi Græci Latini videtur anceps, *ibid.*

Iam Comicis nunc incipit ab I vocali, nunc consono, I. xv. 69.

Ibidem mediâ longâ, quamvis Iuenco, & Claudiano Mamerto, corripatur, II. XX. 249.

Ideo producit ultimam, II. XXVII. 279.

Ileus, vetustissimus Grammaticus, I. II. II.

Imbecillus secundam producit, etsi à *baculus*, vel *bacillus*, II. XVII. 233.

Imò posteriorem corripit Martiali, II. XXVII. 278. ejus etymon, *ibid.*

Imperativi primæ conjugat. ultimam producant ob contractionem, II. XXIV. 264.

In terminatio in nominativo Græco-latino producit, in accusativo corripitur, II. XXXVI. 311. [155.]

Inchoo, an *inchoo*, scribi debeat, I. XLIII.

Increbro, & *increbui*; non *increbro*, & *increbrui*, I. XLIII. 156.

Indago median producit, quia est contractum ex *induago*, quod ex *indus*, id est *in*, & *ago*, II. XVIII. 236.

Inscriptio vetus de Nausicrate Atheniensi fortasse emendata, I. XI. 52.

Infone Appulejo, quæ vulgo *muta* literæ, I. XII. 54. 55. [XXXVI. 137.]

Intragerium quid, & unde dicatur, I.

Internundinium, non *internundinum*, I. XLIII. 156.

Interpretatio auctorum non pertinet à *αὐτῶν* ad Grammaticum, I. v. 20, 21.

Interpretum Veteris instrumenti diversitas provenit sæpe ex ambiguo punctorum vocalium intellectu, I. XXXI. 119.

Involucrum in tertio loco non rectè à Prudentio corripitur, II. XVI. 221.

R. Ionas Cordubensis Grammaticus, ejus professio, & libri, I. IV. 19.

Ioannes Grammaticus, quæ de arte hæc scripserit, I. IV. 15.

Ioannis Erigenæ ætas, I. IV. 18.

Ioannes Tzerzes quando vixerit, I. x. 49.

Ioannes ultimam malè corripit Prudentio, II. XXXV. 308.

Iod, & Vau Hebræorum, à Græcis in I, & V vocale mutantur, I. xv. 69. Iod literæ figura Hebræis olim I, & É, signabat, I. XXXI. 121.

Jonathan, Chaldaicus Paraphrastes in Prophetas, quando vixerit, I. XXXI. 118, 119.

Iones literas Phœnicum leviter immutarunt, I. xxx. 115.

Iosephi locus, qui in vulgatis codd. corruptè legitur, emendatus, I. IX. 42. & Sigismundi Gelenii translatio correctæ, *ibid.* Iosephus super eo refellitur, quòd neget Græcos habuisse literas ante bellum Trojanum, I. x. 50.

Iota longum quid Ausonio, I. XXXIX. 108.

Iotacismus, I. Iambacismus, Mutacismus, vel Motacismus, vitia pronuntiationis, I. XVIII. 81.

Iovius perperam *Damiatam* putat *Pelusium*, I. XXXVII. 138.

Is secundæ personæ præsent. indicat. quartæ conjugationis classicis semper producit, II. XXXI. 291.

Is nominativi è Græco facti terminatio corripitur, I. XXXVI. 311.

Isidori vera lectio, & triplex ejus lapsus, I. xxv. 99. idem emendatus, I. XXXVII. 138. I. XXXVIII. 140. *ibid.* 141.

Istic, an *isthic*, scribere conveniat, I. XLIV. 162.

Γραμματικῆ cur vocetur Grammatices pars, I. v. 20.

It, pro *ivit*, longum, II. XXXII. 296.

Ita, posteriorem corripit, II. XXIV. 264.

Itum supinum primā correptā, II. XXII. 255. [288.

Ithyphallicus versus qualis, II. XXXII.

R. Iuda Chiuz Grammaticus, ejus ætas, & de hac arte libri, I. IV. 19.

Iudæi triplici utuntur literarum figurā, I. XXXI. II 5, II 6. [25.

Judices Latinis, qui Græcis *κελευσῆς*, I. VI.

Julius Celsus Criticus, I. VI. 26.

Julius Firmicus antiquior Manilio, II. XXVI. 272.

Junior ex juvenior, eoque prima crasi longa, II. XVII. 230.

Franc. Junius Biturix defensus adversus Gustavum Selenum, I. XLI. 149.

Juriconsultus, & multa id genus alia a-cuentia antepenultimam, etā penultima sit longa, II. X. 191.

Juvenalis correctus, II. XXIV. 266. idem Sat. 14. in modulo *Calpe* ablativi contra Scaligerum defensus, II. XXXIV. 305.

Juvenci locus corruptus ex conjectura restitutus, II. XX. 249. legem metri non semper observavit, II. XXXIX. 324.

K.

K quis primus Latinorum literis adjunxerit, I. XVII. 76. eadem omnino litera, ac C, I. XVII. 76. sed duæ unius literæ figuræ, *ibid.* 78. fronti Kalumniatorum inuri solita, I. XVII. 77. veteres Latini in multis vocibus usi, I. XVII. 76, 77. in primis verd in tribus, 78. quamvis Latinis supervacuum, I. XVII. 79. etiam nominibus Græcis, 79.

Kalendæ cur *tristes* Horatio, Ovidio celebres dicantur, I. XVII. 77.

Kalumniatorum poena, *ibid.*

Κατωφόρος, & *Κομπησίος* equi differunt, I. XXXII. 124.

Kaput, per K scriptum, veteribus non hominis, sed legis caput signabat, I. XVII. 78.

B. Keckermanni lapsus in explicatione rationis, cur Grammaticæ pars appelleret *ἰεργητικῆ* vel *ἰσοεργητικῆ* I. v. 20.

Κεραία quid Evangelistæ Matthæo, I. XXXI. 120.

Κεῖς & *Cetib* Thalmudistis quid significant, I. XXXII. 118.

Κνυς pro *Kanus*, I. XVII. 77.

Kophe, I. XXIII. 96.

Κώπη, hoc est, Cophe, prout veteres Syri nominabant, ejusdem est potestatis, ac Latinorum Q, I. XXXII. 124. an veteres sic pro *Κώπη* dixerint, *ibid.*

Krus, pro *Karus*, I. XVII. 77.

L.

L Germani adspirant, II. XI. 192. L, & T, permutantur interdum, II. XVII. 221. in fine dictionis corripitur, II. XXX. 285. præterquam in *sal*, & *sol*, 285.

Lac, quia ex *lacte*, qui verus nominativus, contractum est, producitur, II. XXIX. 282.

Lambini lapsus, in modulo vocis *scitus*, II. XXII. 257.

Lamina, ac *lamna*, per N in postremā, non per M, I. XLIII. 156. [II.

Lamprus Grammaticus vetustus, I. II. Laodamas Eteoclis filius, quando vixerit, I. X. 50.

Lapidum, aut metallorum antiquorum consensus certissimum veteris scripturæ argumentum, I. XLIV. 163, 164. tantum opus, ut genuinæ inscriptiones à suppositiciis distinguantur, *ibid.*

Constantinus Lascaris Grammaticus, & de hoc judicium, I. IV. 16.

Læro an priorem habeat ancipitem, II. XVI. 222. pleniusque in Addendis.

Lavacrum à Prospero Aquitano male secundo loco corripitur, II. XVI. 221.

Lavo, *lavis*, *lavii*, tertiæ, primam corripit,

pit, ut *lavo, lavas*, primæ, II. XXI. 252.

Laurentii Lippii in metro negligentia notata, II. XL. 332.

Laurentius Pignorius, I. XLI. 147.

Lectio in quibusdam vocibus veteris instrumenti incerta olim, ed quod punctis vocalibus necdum uterentur, I. XXXI. 119.

Legerunt, emerunt, & similia, penultimam etiam corripunt, II. XXI. 254.

Leges, & acta publica, æri incidebantur, imò & argento, I. XXXV. 132.

Legis vel *leges*, *regis* vel *reges*, antiquis relictus fuit pro *lex*, & *rex*, I. XXI. 88.

Lai etymon, II. XXII. 255.

Lexicographi veteres Græcorum recensentur, II. v. 22. Latini, *ibid.*

Liber propriè quid, I. XXXVI. 135, 136. libri elephantini unde confecti, I. XXXVIII.

140. *libri*, & *codicis* discrimen, I. XXXVIII.

139. Perfici, & Indici, è serico, I. XXXVIII.

140. linei sive carbassini. His scripta oracula Sibyllina, quandoque & fœdera, leges, & epistolæ principum, *ibid.*

Licinius Calvus abstinuit literâ Q, I. XVIII. 82.

Lingua Hebræa diversâ à Chaldaica, I. IX. 40. Phœnicia primùm eadem ac Hebræa antiqua, postea mutata; sed sic ut dialecto solum differrent, I. IX. 44. idem de Punicâ, sive Carthaginensium lingua statuendum, *ibid.*

Lingulæ, & *passinata*, in vett. libris, non *lingulata*, & *passinata*, I. XLIII. 156.

Linei libri, I. XXXVIII. 140.

Linus quibusdam literas Græcas creditus invenisse, I. x. 47.

Lippii in Scauro conjectura refellitur, II. XII. 195.

Liquescio, tepefacio, putrefacio, & similia, quantam habeant secundam, II. XX. 246, 247.

Liquida simplex apud Græcos vim habet producendi instar duplicium; apud Latinos non item, II. XVI. 227. liquidæ Latinis se x, I. XIX. 82, 83. earum quatuor cur liquescant post muram potiùs, quàm aliam

literam, I. XIX. 83. L, vel R, mutam sequentes, syllabam reddunt ancipitem, tam in Latinis, quàm Græcis: M, & N, in Græcis tantùm, II. XVI. 222, 223. liquidarum doctrina propriè ad profodiam pertinet, I. XIX. 84.

Litera unde dicta, I. VIII. 33. *litera*, non *littera*, scribendum, *ibid.* cur *elementum* vocetur, & quomodo *litera*, & *elementum* propriè differant, *ibid.* malè definitur *signum pronuntiatiois*, item *minima vocis pars*, *ibid.*

quatenus nunc absolūtè, nunc relatè consideratur, bifariam potest definiri, *ibid.* 35.

Litera una longa, Plauto quid, I. XXXIX. 108.

Litera prima, & *literarum prima*, eadem ac Grammaticæ *elementa*, *primordia*, ac quasi *infantia*, I. I. 5. literæ Hebræorum antiquæ, sive Chananæ, non à Mose, aut Abrahamo, repertæ; sed jam ante diluvium fuerunt, I. IX. 39, 40. Gothicæ quando, &

à quo inventæ, dissertatum contra Ioannem Magnum, & Olauum, I. IX. 27. Francorum literæ, quibus usus Wastaldus, multùm diversæ ab iis, quæ postea à Doraco, & Hicho, Francis, inventæ, I. IX. 38. iisdem mandatum à Childerico rege, ut quatuor Græcorum literis uterentur, *ibid.*

Hebræorum duplices literæ, antiquiores Chananæ, recentiores Assyriæ, I. IX. 38, 39.

Chaldæis erant literæ multò ante Abrahamum, I. IX. 40, 41. Sacræ literæ veteris instrumenti linguâ Chananæ scriptæ, *ibid.*

Chananæ sive Phœnicæ, quæ sunt antiquæ Assyriorum, omnium sunt antiquissimæ, I. IX. 44. Cadmeæ, quas tripodibus incisas vidisse se testatur Herodotus, magnâ ex parte similes Ionicis, I. x. 46. Ionicæ veteres similes Phœnicis, *ibid.* à Cadmo Phœnicæ literæ in Græciam allatæ, *ibid.*

quarum forma paulatim immutata, *ibid.* quamvis alii Cecropi Ægyptio, alii Lino, vel Palamedi, eas assignent, I. x. 47. alii alios Græcarum literarum inventores tradunt, I. x. 48, 49. Græcis fuere ante Palamedem, *ibid.* earumque inventio, aut Cadmo, aut alii, eo antiquiori, attribuenda, 51.

Latinis

Latinis olim prope eadem, ac Græcis, I. XI. 52. Literæ tres *trismugi* numerorum, antiquitus Græcis alphabetis insertæ, & quænam illæ fuerint, I. XXI. 96. Literæ tres à Claudio Cæsare inventæ, & quænam illæ dicendæ, *ibid.* 96, 97. Veterum Græcorum literæ è Phœniciis ortæ, I. xxx. III, 114. Primum Græcis literæ sedecim duntaxat fuerunt, & an hæc sint eadem, quas Cadmus Phœnix in Græciam intulit, dissertatum, I. xxv. 98, 99. Cæterum XVII illas fuisse, si Æolicum digamma annumeres, I. xxvi. 101. primæ & sacerdotales Hebræis decem, juxta Irenæum, I. xxvii. 102. octonæ Ionum quo auctore, & quando veteribus Atticis additæ, I. xxx. 113. cur tardius ab Atheniensibus receptæ, I. xxx. 114. Phœnicæ ab Atheniensibus nonnihil immutatæ, I. xxx. 115. Literæ *um* indices fuere vocalium, priusquam punctis uterentur Hebræi, I. xxxi. 120. unde Hieronymo *vocales* nuncupatæ, *ibid.* Literarum notitia tardè ad septentrionales gentes pervasit, I. ix. 38. prima earum inventio cui sit tribuenda, magna diffusio fuit inter Gentiles, I. ix. 43, 44. Mosi ab Eupolemo tributa, I. II. 53. Literarum Græcarum nomina ex Hebræis deflexa, I. x. 49. Latinarum origo à plerisque Euandro Arcadi, vel matri ejus Nicostratæ, ab aliis Saturno, vel Pelasgis tribuitur, I. xi. 51, 52. usus serò à Thracibus, aliisque barbaris gentibus, acceptus, I. xi. 53. figura, ut & nomen earum, tantum accidens est: sola potestas est forma essentialis, qua invicem distinguuntur, I. xii. 55. Divisio earum, secundum Galenum, & Appulejum, I. xii. 54, 55. Affectiones earum, sive accidentia, vera, falsa, I. xxviii. 105. Græcarum figuræ fere omnes aliter olim, quàm hodie, scribi solitæ, I. xxx. III, 112. Atticis, & Ionibus, literas fuisse easdem; inque numero solum fuisse discrimen; etsi aliter Scalliger. I. xxx. 114. triplices Judæis literæ in usu, I. xxxi. 115. nomina Latinis simpliciora & significantiora esse, quàm Græcis,

& Orientis populis, I. xxxii. 122. Nomina aliquarum antiquitus apud Græcos alia, quàm quæ nunc, *ibid.* Literarum ordo naturalis quis, I. xxxiii. 126.

Literatio Varroni quid, I. I. 4.

Literatio & *literati* discrimen, I. I. 6.

Literatura unde dicta, I. I. 2.

Literio idem ac Grammatista, I. I. 6.

Livæ chartæ unde dicta, I. xxxvii. 137.

Longinus Cassius, I. v. 22. ejus ætas, & libri, *ibid.*

Loquela, & *querela*, non *loquella*, & *querella*, quod putabat Aldus, I. xliiii. 156.

Lotium primam producit contra regulas Grammaticorum, II. xvii. 232.

Lucerna in prima quantitas, II. xvii. 230.

Lucilius, non *Lucillius*, scribendum, I. xliiii. 159.

Lucretii locus correctus, II. xiv. 206.

Lucrifacio secundam producit, II. xx. 250.

Lucubro primam producit, contra quàm plerique putant, II. xvii. 231.

Lunula in calceis patriciorum apponi solita ad differentiam patriciorum ab aliis: & ejus ritus causa, I. xvii. 76.

Lupercus Berytius Grammaticus, ejus ætas, ac de arte hac libri, I. iv. 14.

Lupi Ferrariensis in modulo Græcarum vocum ignorantia, II. xxxiii. 299.

Lysimachi Alexandrini locus de chartis plumbeis ex historia ejus Ægyptiaca, I. xxxv. 132.

M.

M olim non absorbebatur, eratque breve, & in compositione, & extra eam, II. xxx. 286. At Ovidio, Propertioque, ob cæsuram producitur, *ibid.*

M, & N, non nisi in Græcis dictionibus liquefcunt, I. xix. 82. II. xvi. 223.

Macrobianæ excerpta de Græcæ Latineque linguæ convenientia ac discrimine, I. iv. 18. quando is vixerit, *ibid.*

Maximoda, I. xxxvii. 137.

Mz-

Mecenas, vel libertus ejus Aquila, notas invenerunt multas, I. XLI. 148.

Maledicior tertiam producit, contra quam sit in *maledicus*, II. XVII. 234.

Malva foliis inscriptum Arati poema, I. XXXVI. 134.

Manili in locum inquisitum, II. XV. 219. ejus ætas, II. XXVII. 272. duo versus spurii, II. XXXVIII. 317.

Maniculor, *admaniculor*, aliaque à diminutivis venientia, corripunt antepenultimam, II. XXIII. 261.

Bapt. Mantuanus in *profutarum* perperam corripit secundam, II. XXI. 256. sapiculle lapsus in metro, II. XL. 332.

Manus interdum vicem præstat styli, I. XXXV. 130.

Maphæus Vegius penultimam in *crocio* corripens non est imitandus, II. XL. 332.

Marius Victorinus correctus, I. XIX. 83.

I. XII. 60. I. XIII. 62. I. XX. 84. II. II. 166. II. XV. 213. de genuino vocalis u sono contra I. Lipsium defenditur, I. XII.

57. ejus locus restitutus, I. XVII. 81. ejusdem ætas, *ibid.*

Martialis explicatus, I. XXIV. 100. secundam in *absidit*, producit, ubi Douzæ emendatio refellitur, II. XVII. 235. ejus vetus lectio asserta, II. XX. 248. locus correctus & illustratus, II. XXXVIII. 319. Idem, vel alius, in spectaculorum centone, II. XXXVIII. 320.

Martiani Capellæ laus, I. VI. 28. error de x litera, I. XXV. 97. illustratus, II. VII. 182. ejusdem lapsus, dum ultimam in *pone* adverbio circumflectit, II. IX. 189. metri leges non semper observat, II. XXXIX. 326. [203.]

Cn. Martius vates emendatus, II. XIV.

Masorethæ cur *Tiberianes* dicti, I. XXXI.

117. accentuum & punctorum vocalium primi inventores, & quando invenerint. *ibid.* & II. VIII. 185.

Matricida secundam corripit, II. XX. 250.

Maximianus, sive C. Gallus, multa peccat in metro, II. XXXIX. 329.

Med, pro *me*, antiquè, II. XIV. 207.

Mel corripitur, quia est ex *melis*, II. XXX. 285.

Mela, pro *mele*, apud Capellam semi-barbare, II. XXXIV. 306.

Melissipus Simonidæ cognomentum, I. XXV. 99.

Melos priori porrectâ, II. XVI. 227.

Melissi sententia de accentus loco refellitur, II. IX. 186.

Mem apertum in fine vocis, extat apud Nehemiam, I. XXXI. 116.

Mem clausum in mediâ dictione apud Iesaiam an mysterii aliquid contineat, *ibid.*

Membrans unde dicantur, I. XXXVIII.

140. usus earum antiquissimus, I. XXXVIII.

141. Is usus quando frequentari cœperit in Græcia, *ibid.*

Mercos Sallustio, pro *Merc*, I. XXI. 88.

Mercurialis refutatur in eo, quod Gymnasticen dicat scientiam, I. II. 7.

Mercurius Ægyptius, quintus ejus nominis, I. IX. 44. qui aliò nomine *Themb*

Ægyptiis dicitur, *ibid.*

Meridies secundam producit, II. XX. 248.

Metacismus, vide *Mosacismus*.

Metaphysica omnium artium domina,

& princeps, I. VI. 28.

Methodus Grammaticæ quæ, & cur dicatur, I. II. 13, 14.

Metri leges non semper observat posterioribus Poëtis, II. XXXIX. 321. & seqq.

Metrorum doctrina non ad artem pertinet Grammaticam, sed Poëticam, II.

XLI. 334.

Metrica ratio veterum Hebræorum hodie ignota, II. XXXVI. 312.

Michaëlis Verini adolescentis laus, mira continentia, & mors, ac in metro lapsus, II. XL. 332. [165.]

Militarium signorum tria genera, I. XIV.

Minio tituli, & capita librorum scribebantur, I. XXXIX. 142.

Mischna Thalmudis Babylonii pars posterior, & antiquior, ex Rabbini paulò ante annum Christi CC constructa, I. XXXI. 118.

Y y

Mithra

Milbra priorem producit, II. XXXIX. 327.
Moderamentum, pro *accentu*, II. VII. 181.
Modo cum compositis ultimam corripit;
 sed simplex *modo* etiam productum inven-
 nias, II. XXVII. 277.
Morus antiquè, pro *murus*, II. IV. 174.
Monumentum per V, non *monimentum*
 per I, I. XLIII. 157.
Morte, pro *morti*, II. XVI. 225.
Moyfes Christianis in metro est trisylla-
 bum, primamque corripit, & mediam
 producit, I. IX. 37.
 Moses creditus ab Eupolemo literarum
 inventor, I. XI. 53.
 Moses non ulus punctis vocalibus, I.
 XXXI. 117.
Motacismus vel *Mytacismus* vocatus, qui
 vulgo *metacismus* dicitur, I. XXXII. 124.
Mulieris penultimam corripit, II. XXXVII.
 315.
 Mureti, & Scotti, conjectura in Catulli
 loco improbata, II. XIV. 207. de alio Ca-
 tullii loco Mureti sententia rejecta, II.
 XXXVI. 313. medium in *temetum* corripi-
 endo deceptus, II. XXXVII. 314.
 Mutarum numerus apud Græcos, I. XV.
 67.
 Mutarum numerus apud Latinos, *ibid.*
 Mō litera antiquis dicta μō, I. XXXII. 124.

N.

N literam in G convertunt Græci, si
 syllabam *An* sequatur syllaba inci-
 piens à G vel K, I. XX. 85.
 Naucleri iudicium de Hebræorum mo-
 re scribendi, I. XXXIV. 128.
 Nausicratis Atheniensis inscriptio, *vide*
 Inscriptio. *corripit*
 Nazianzenus priorem in *an* producit
 vitiosè, II. XXXIX. 324.
 Ne scribendum pro *na*, I. XLIII. 157.
Nefas, non *nephas*, *ibid.*
 Nequam Varroni, ex *ne*, & *quicquam*, II.
 XVII. 232.
 Neurorum sive Navarorum populus in

lupos quotannis veri credebatur, & unde
 origo fabulæ, II. XVI. 223.

Nicanor, Hermiz filius, Grammaticus,
 ejus ætas, ac de arte hac libri, I. IV. 14.

Nicostrata, sive Carmenta, literas La-
 tinas invenisse dicitur, I. XI. 51.

Nigidii mens apud Agellium explicata,
 contra Adolphum Mekerchum, & I. Lip-
 sium, I. XIII. 63.

Nihilum mediam corripit, contra quàm
 placitum Giffanio, II. XVII. 237.

Nilus, olim *Melo* dictus, I. XXXVI. 133.

Nisus Grammaticus, I. V. 24.

Nisus, sidus celeste, quod *εὐνοίας* voca-
 tant, II. XXVIII. 281.

Nivis antiquus nominativus pro *nix*, I.
 XXI. 88.

Nomina literarum quarundam præcis
 Græcis alià, quàm postea, I. XXXII. 123,
 123.

Nomina vocalium Hebraicarum quan-
 do coeperint, I. XXXII. 125.

Nominativus in A interdum invenitur
 productus, sed non extra cæsuram, II.
 XXXIV. 304. in O R, ex Græcis in Q, La-
 tinis semper corripitur, quæque ejus rei
 causa, II. XXXV. 310. in I S è Græco fa-
 ctus corripitur, II. XXXVI. 311. in A S è
 Græco veniens, cujus Genitivus desinit in
 Æ, vel *Antis*, producitur: corripitur verò,
 cujus genitivus exit in *Adis*, II. XXXVI.
 310. in I N è Græcis Latinus factus pro-
 ducitur: accusativus verò ex iisdem in I N
 corripitur, II. XXXVI. 311.

Nonii lapsus, II. XV. 220.

Nonnus ignarus videtur fuisse sermo-
 nis Romani, II. XXXVI. 313. [25.]

Notæ Criticorum unde petendæ, I. VI.

Notæ propriè dictæ quæ differant à *siglis*,
 I. XLI. 147. deque earum primis invento-
 ribus, *ibid.* 148.

Notarium in volumine, quod Tyronis
 & Senecæ nomina præfert, multæ additæ
 à Christianis, I. XLI. 148.

Novissimi tertiam à fine producit Juvena-
 li, II. XXIII. 258.

Nun non productum in fine vocis apud Iobum, librariorum forsitan errore, I. xxxi. 116.

O.

O quandoque sonuit, ut V, & V, ut O, quod medium quendam sonum repræsentaret inter O, & V; ob quam cognationem hæ literæ in quibusdam vocibus permutari solitæ, I. xii. 60. veteribus Græcis non semper fuit symbolum meræ vocalis; sed etiam diphthongi OV: & hinc O quidem scribebant, sed OV pronuntiabant; imò O, pro OV collocabant, I. xiii. 64. ejus figura etiam quadrata, I. xxx. 112. O interjectio, cum non eliditur, anceps est, II. xiv. 205. finale in verbis disyllabis, & polysyllabis, antiquiores potius producant, posteriores verò sæpius corripunt, II. xxvii. 275, 276. in rectis anceps; in obliquis, dativo, & ablativo, producit; cuius rei causa ex origine ostenditur, II. xxvii. 272. O in adverbis, quæ cum nominibus, verbis, & participiis, componuntur, fere producit, II. xx. 251.

O nominativi antiquis sæpius longum, præterquam in *ego*, II. xxvii. 273. ante vocales naturam quidem producit: at corripitur interdum positione seu vi vocalis sequentis, II. xxvii. 278. in recto, & accusativo Græco, item Attico genitivo, Latinis producit, II. xxxiv. 307.

O ignotum Græcis vet. uti & H: sed prois O, & E, scribere, I. xiii. 62.

Obicio pro *obicio*, II. xix. 240.

Obstitit, an *opstitit*, scribendum, I. xlii. 151.

OE, OI, & V longi prope idem sonus antiquis, unde facilis eorum inter se commutatio, II. iv. 173.

Obe priorem habet communem, I. xlii. 202. posteriorem producit, II. xxv. 270.

OI in multis vocibus, fere antiquis sonuit, ut I, II. iv. 174. Hinc recentioribus Latinis OI in I commutatum, *ibid.*

Omento in elephantum olim scribere, I. xxxviii. 141.

Omitto ex *obmitto* primam corripit, II. xix. 238.

Onkelos, Chaldaicus metaphrastes Pentateuchi, quando vixerit, I. xxxi. 118.

Ophi unde, I. x. 49.

Opperior, non *operior*, I. xliii. 157.

Oppianum *Bionas*, non *Bionus*, scripsisse, II. xvi. 226.

Optumus, an *optimus*, scribi debeat, olim quaesitum, I. xii. 59.

OR terminatio Nominativi ex Græcis in *Ωε*, apud Latinos semper corripitur, quæque hujus moduli causa, II. xxxv. 310.

Oraculum Delphicum de bello, peste, ac fame, ambiguum, & cur, II. iv. 174.

Ordo, & cognatio, affectiones literarum,

I. xxviii. 105. Ordo literarum naturalis quis, I. xxxiii. 125. literæ accidens, non comprehenditur sub potestate, contra Priscianum, *ibid.* vulgaris literarum Hebraicarum sæpius in Scripturis proponitur, I.

xxxiii. 126.

Origenes, Hexaplorum conditor, I.

xxxii. 120.

Oressus Grammaticæ quæ, I. xi. 14.

Orphei Poëmata *Ψάδωντηγεσση*, I. ii. 53.

Ortelii correctio reponentis apud Ovidium *Carysiis*, pro *Coryciis*, vel *Caryciis*, rejecta, II. xvi. 227.

Orthoepia dicitur potius, quàm *Orthographia*: & quare prima pars Grammaticæ Methodicæ ita vocetur, I. vii. 31.

Orthographiæ vox aliter in Architectonica usurpatur, quàm in Grammaticis, IV.

vii. 31. quid sit, I. xlii. 150. Grammaticis quid, & qui olim hanc Grammatices partem tractarint; errorque eorum, qui scitè scribendi sive pingendi artem eo nomine intelligunt, I. vii. 32. eam probandi duplex modus, ratione, & auctoritate, I. xlii. 150, 151. negligitur trifariam, I.

xlii. 152. vera scribendi ratio in vocibus quibusdam juxta seriem literarum offensâ,

& comprobata ex vet. libris, vel origi-

ne,

Y y 2

ne, I. XLIII. 152. scriptores Orthographiæ aliquot insigniores recensentur, I. XLIV. 163. Orthographia Latinorum ex quibus temporibus æstimanda sit, I. XLIV. 163. præcipuum argumentum auctoritas antiquorum lapidum, aut metallorum, I. XLIV. 163. proximum veterum tum manu scriptorum, tum Grammaticorum; quorum nobiliores, qui de Orthographia egerint, referuntur, I. XLIV. 164.

OS, & ON per *o* *mu* *o* in nominibus Græcis, brevis; per *o*, longa est, II. XXXV. 308. quamvis Prudentio hoc non observatum, 309.

Os offis corripitur, II. XXXI. 293.

Osseus stylus, quo scribere, I. XXXV. 131.

Oreanus quid, I. XXXVI. 134. [168.]

On veteres dixerunt pro V longo, II. II. 11.

On tibi sit obscena, quid Aufonio significet, I. XXIX. 108.

Ovidii locus, ubi *hija* habent veteres membranz, expensus, I. XXXII. 124. in ejusdem loco conjectura, II. XV. 212. vera lectio in sexto Factorum, contra Pighium, asserta, II. XVII. 228.

P.

P literam sermo Hebræus non habet, I. XXVII. 104. figura ejus unde facta, I. XXIX. 110, 111.

Pacatus sive Irenæus Minucius, I. V. 22.

Pacuvius secundam corripit, II. XL. 331.

Palam priorem corripit Maroni, quam Prosper producit, II. XXXIX. 326.

Palamedes sexdecim literarum inventor creditur plerisque, I. X. 47.

Palamedis aves, cur græves dicitur, I. XXV. 100.

Palamon Vicentinus, Grammaticæ Latinz scriptor, ejus ætas, I. IV. 17.

Palus posteriorem Horatio corripit, contra quam Alciato visum, II. XXXI. 294.

Pamersal spiritus Tritthemio quid, I. XLI. 148.

Pamphilus Alexandrinus scripsit de arte Critica, I. VI. 25.

Papyrus sive bibulus quid, & quibus ea terris creverit, I. XXXVII. 136.

Par, & ejus composita, classicis semper producta: etsi Theodosii ævo, & proximo seculis, composita à *par* corripere solent, II. XXX. 287.

Paracelsi error, monumentum Lutheri seu Lotharii Imperatoris pro vaticinio de M. Luthero venditantis, II. XI. 193.

Parcimoniam per C, non *parsumois* per S, I. XLIII. 157.

Paricida secunda quanta sit, II. XX. 350.

Parisi ultimam producit, II. XXXI. 288.

Parrhasii sententia de Ovidii loco rejecta, II. XXIV. 267.

Parthenii versus improbatus, quo supplere conatus hiarum in Catullo, II. XV. 215.

Pascasius Grosippus, an rectè numeret in diphthongis AO, EA, EO, & OA, II. III. 169, 170. item rectène statuat triphthongos, 171.

Patricius, non *patritius*, I. XLII. 157.

Patrimus, & *matrimus*, penultimâ productâ, contra quam placitum Scaligero, & Politiano, II. XXIII. 260.

Paulini in metro error notatus, II. XXXIX. 324.

Pauli Æmilii lapsus Hlodovici, & Clodovei nomina habentis pro diversis, II. XI. 193.

Paulus Diaconus primam in *dirimo* perperam produxit, II. XIX. 243.

Pausanias Cælariensis, Grammaticus, ejus ætas, ac de arte hac libri, I. IV. 14.

Pedo Albinovanus an scriptor Consolationis ad Liviam, & elegiz ad Mæcenatē, II. XXVII. 274.

Pegasus, primam producit, II. XXXIX. 323.

Pelagi, an Arcades potius, literas Latino intulerint, I. XI. 52.

Pelusium non est eadem urbs ac *Damietta*, etsi aliter Iovius, I. XXXVII. 138. [133.]

Penna quid Iuvenali significet, I. XXXVI. Pentateuchus à Moise literis, quæ nunc Samaritarum dicuntur, exarata, I. XXXI. 116.

Pento-

- Pentecontarchus*, non *pentacontarchus*, I. XLIII. 157. [141.]
- Pergamena* appellatio unde, I. XXXVII. I.
- Perfannius Philargyus Samius notas multas reperit, I. XLII. 148.
- Perfius interdum *διωκτολογος*, II. XVI. 227, 228. in prologo ejus num *πεγασιμτος melos*, an *νεστωρ* potius, scribendum, *ibid.*
- Pes*, & ejus composita, recentioribus correpta, classicis semper producta, II. XXXI. 288.
- Πεζολογος* quid, & in vocis hujus interpretatione H. Stephani alucinatio, I. XXXVI. 134.
- Petigo* Latinum non est, contra quam visum Nonio, II. XV. 220.
- Petit* & *σπονδίου* pro *petiuit* aliquando ponitur, quod negabat Erythrurus, II. XXXII. 206, 297.
- Petrarchæ laus, II. XL. 331. crebrò in modulo peccat, II. XL. 331.
- Petrus Diaconus siglorum scriptor quando vixerit, I. XL. 145. emendatus, I. XL. 148.
- Petrus Apollonius Collatius non diligens observator legis metricæ, II. XXXIX. 330. & ejus ætas. *ibid.*
- Petrus Riga quando vixerit, II. XXXIX. 330. Is plurimum in metri leges peccat, *ibid.*
- Phalaccii sede secundâ spondeus pro dactylo, II. XV. 213. primâ sede Plinii & Martialis ætate non admissus jambus, II. XII. 202. & II. XXXVIII. 319.
- Phaton*, pro *Phœnibon*, II. XIV. 209.
- LXX semper sonat Phi, nunquam Pe, I. XXVII. 104.
- quæpiam valens figura an à Claudio donata Latio, I. XXIV. 97. • *ϕ*, *ϕ*, & eadem literæ, ac *π*, *κ*, *τ*, I. XV. 67. veteribus Græcis incognitæ, qui earum loco utebantur tenuibus cum aspirationis H nota, I. XVI. 73. & I. XXIV. 99. • scriptum quoque figurâ quadratâ, I. XXX. 112.
- Philephus sæpicule in metrum impingit, II. XL. 331.
- Philetas Criticus, I. VI. 25.
- Φιλολόγος* qui, I. VI. 30. [64.]
- Philoxeni litera, *Φιλοξενιος γρηγοριος*, I. XIII.
- Philoxenus Alexandrinus Grammaticus, & ejus de arte hac libri, I. IV. 15.
- Philyp*: pro scheda papyri, quam hodie *folium* dicimus, I. XXXVII. 136.
- Phœnicibus cur literarum inventio tribuatur, I. IX. 45.
- Phoniscus* primam malè corripit Sidonius, II. XXXIII. 299.
- Phrenesis* secundam corripit Serenus, cum Iuvenalis producat, II. XXXIX. 322.
- Phrynichus Arabius, I. V. 22.
- Pierius refellitur de litera H, I. XVI. 74.
- Pighii de Ovidii loco conjectura rejecta, II. XVII. 228.
- Pila* priorem malè producit Iov. Pontano, II. XL. 332.
- Pilonnæ poplar*, II. IV. 173.
- Pituisa* primam semper producit, II. XIV. 209. & II. XXXVII. 315.
- Plataa* secundam Catullo, & Horatio, corripit; Aufonio producit, II. XXXIII. 303.
- Plato quatenus Grammatices auctor videatur, I. II. II.
- Plebes* olim quinctæ, II. XXV. 268.
- Plinii locus ex conjectura emendatus, I. II. 53. vetus ejus lectio defensa, contra Iosephum Scaligerum, I. XVI. 74. item contra Guilandinum, I. XXXVI. 134. idem emendatus, I. XXXVII. 138.
- Plumbeis in chartis sive laminis olim scriptum, I. XXXV. 132.
- Pœna* per OE, non per Æ, I. XLIII. 158.
- Pœni* è Phœnicia oriundi, I. IX. 44.
- Pœnites*, an *penites*, I. XLIII. 158.
- Pœta vetus apud Ciceronem emendatus, I. XXII. 92.
- Pol* breve est, II. XXX. 285.
- Politiani error existimantis E E, & II, Latinis esse diphthongos, II. II. 169. idem deceptus in modulo penultimæ vocum *patrius* & *matrimus*, II. XXII. 260. item in secunda vocis *varocandus*, II. XL. 333. ejus conjectura in versu Ovidii improbat, II. XXIV. 267.

Πολύστις qui, I. VI. 30. iudem φιλόστοιχός
dicti, *ibid.* & πολυμυθείς, *ibid.*

Polyptus ultimam corripit Horatio, licet
Græcè sit πολύπτος, quia Doribus πολύπτος
dicitur, II. XXXVI. 312.

Pomacrium, an *potacrium*, I. XLIII. 158.

Pompei, *Vulsci*, vocativi E producent,
II. XIII. 201. quos Horatius extulit
διτυμώδους, *ibid.*

Pontani laus, II. XL. 331. in metri leges
non rarè peccat, *ibid.*

Portius, non *Portius*, I. XLIII. 158.

Porro corripit ultimam Iuveni, II.
XXVII. 279.

Positio debilis post syllabam naturâ lon-
gam locum non habet, II. XVI. 220. ejus
genera, II. XVI. primum, cuius conditio-
nes quinque, 220, 221. secundum, 222, 223.
tertium, 224.

Possis ultimam corripit Iuveni, II.
XXXI. 290.

Posses ultimâ ancipiti, II. XXIV. 265.

Possilla ultimâ productâ, II. XXIV. 265.

Postrama etiam ultimâ correptâ legitur,
II. XXVII. 278.

Potestas non est accidens literæ, I.
XXVIII. 105.

Ποῦσαζος quid sit, ex Dinone explica-
tum, I. XXI. 89.

Prævaricatorum & tergiversatorum
pœna, I. XVII. 77.

Pradium per Æ, non *prædium* per O E,
I. XLIII. 158.

Præpositionum quantitas, quarum quæ-
dam correptæ, II. XIX. 238. quædam lon-
gæ, 243.

Præputium unde dictum, II. XVII. 222.

Præstigia, & *præstigator*, secundam Plau-
to producent, II. XXXIX. 328.

Præstolor si originem spectes, penultimam
videtur corripere, II. XXXVII. 316.

Præterita activa in A V I, vel I V I, defi-
nientia producent penultimam naturâ suâ,
non positione, I. XXII. 94. an V vocale an-
te I producant, II. XIII. 202. disyllaba in
priori correpta, II. XXI. 252. Præteriti

perfecti tertiz pluralis indicativi activi
penultima sæpe corripitur, II. XXI. 252,
253. Præteritum, & futurum subiectivi,
R I S corripit, II. III. 292. Præterita syn-
copen passiva extra cæsuram à classicis sem-
per corripuntur, II. XXXII. 296.

Pridie, & *postridie*, aliaque derivata à *die*,
producent ultimam, II. XXV. 269.

Priscianus quando vixerit, I. IV. 18. re-
fellitur in literæ definitione, I. VIII. 35.
notatus in assignanda ratione, cur appel-
lentur mutæ, & semivocales, I. XIV. 66.
ejus jam ævo codd. Ciceronis corrupti,
II. XXVIII. 281.

Pro in compositis plurimum produci-
tur: in nonnullis corripitur, II. XIX. 244.
in pauculis etiam est anceps, 244.

Probi Berytii, Grammatici, ætas, II.
XXVIII. 281.

Prælium, non *prælium* per Æ, scriben-
dum, contra Frischlinum, & alios osten-
sum, II. II. 168.

Proetus rex Argivorum quo tempore
vixerit, I. X. 49.

Proficilo, corripit Mauro ultimam, II.
XXVII. 278. à *pro*, & *facilo*, II. XIX. 244.

Profectura demo, mendosè legitur apud
Iuvenal. pro *præfectura domus*, *ibid.*

Proficulus nomen à *proficio* Aufonio corrip-
tur, *ibid.*

Proficiflor à *proficio*, *ibid.*

Prologus primam Græcis corripit, Comi-
cis Latinis producit, II. XXXIII. 301.

Prometheus Grammaticen dicitur in-
venisse, & is quando vixerit, I. III. 10, II.

Pronepos ultimam producit, primam corripit;
ubi geminus Sidonii error notatur,
II. III. 294.

Pronunciationis literarum vulgariz via
notantur, I. XXVIII. 105. Pronuncia-
tio mala, in multis vocibus vitiozæ scrip-
tionis causa, I. XLIV. 161. Pronunciatio
vulgaris diphthongorum, tum apud Græ-
cos, tum Latinos, vitiosa est, II. IV. 172.
pronunciatio diphthongi A I Romanis ve-
teribus eadem ferè, quæ posterioribus Æ,
II.

II. IV. 172. AV antiquis declinabat ad O, II. IV. 173. O E sonus iisdem ferè ut V longi, *ibid.* EI ferè ut I longi, *ibid.* O I, modo ut V longi, modò prope ut I, II. IV. 174. EV diphthongus in plerisque vocibus Græcis vitiosè vulgò effertur, II. IV. 176. Pronunciatio in vocibus è Græco sumptis posterioribus seculis admodum corrupta, II. IV. 175. secundum accentus longè alia fuit antiquis, quàm quæ obtinet hodie, II. x. 189, 190. Pronunciationis vitium secundum quantitatem, cum eodem modo pronunciatum vocalis brevis ac longa, II. XII. 194.

Propago verbum & nomen primam habet ancipitem, II. XIX. 245.

Propino primam Græcis corripit, quæ Latinis est anceps, II. XXXIII. 301.

Propitius primam Senecæ corripit, II. XXXIX. 324.

Proserpina primam è Græco naturam brevem, Latinis interdum producit, II. XXXIII. 301.

Profodiz objectum, II. I. 165.

Prosper metri leges non semper observat, II. XXXIX. 320.

Protero in prima perperam Ioviano Pontano corripitur, II. XIX. 244.

Perthionon, non *περθιονων* scribendum, & ita in similibus, contra quàm existimavit Scaliger: & quid Iustiniano signet, I. XXXVII. 127.

Prudentius perperam priorem in *Ratus* producit, II. XXII. 255. metri leges sæpius non observat, II. XXXIX. 324.

Psalterium secundam male corripit Arator, II. XXXIII. 298.

* Græcorum unde, I. XXI. 87.

Publius Optatianus, uti & Ausonius, A nominativi, si quæ enclitica sequatur, interdum producunt, II. XXIV. 263.

Pulex primam producit classicis scriptoribus, quàm auctor carminis de pulice corripit, II. XXXVII. 316, 317.

Puncta vocalia à Masorethibus inducta demum post annum Christi quadringente-

simum, I. XXXI. 117. eoque usus eorum apud Hebræos valde recens, I. XXXI. 125. nec ullum eorum nomen technicum in universo Thalmude legitur, *ibid.*

Putra ad verbum ultimum corripit, quæ in verbo producitur, II. XXIV. 264, 265.

Pythius Apollo, & *Pytho* ipsa, unde dicantur, I. x. 49.

Pytho urbs, postea Delphi dicta, *ibid.*

Pythionissa, à Saulo consultata, cur vocetur domina ophi, *ibid.*

Q.

Q literæ verum nomen, I. XXXII. 122.

Q, & C, veteres promiscuè scribebant. hinc etiamnum in quarundam vocum flexione, & compositione, invicem commutantur, I. XVIII. 79, 80. neque diversa est litera, *ibid.* figura ejus ex C, & V, composita, I. XXI. 109. num necessaria ejus figura, & potestate differens à C, uti visum Julio Scaligero, I. XVIII. 80, 81. an duplex sit, quæsitum, I. XXI. 94. I. XXI. 104. apud antiquos non raro absque V scriptum occurrit, ut in *aga, aqus, qui*, & similibus, I. XXII. 95. otiosè ei V subjici, I. XXI. 109.

Qua in *quatennis, quatropies*, & similibus, A longum servat, II. XX. 246.

Quando ultimam ancipiti, II. XXVII. 277.

Quantitas *quid*, II. XII. 194. est syllabæ accidens sive affectio, *ibid.* nunc in sermone etiam à doctissimis quibusque negligitur, II. XII. 194. in quibusdam vocibus auctoritate magis, quàm regulis, cognoscitur, II. XXXVII. 313. in peregrinis ferè est anceps, II. XXXVI. 312. ejus difficultas, II. XII. 194. doctrina ejus unde cognosci hodie, & probari possit, *ibid.* *Κατωνικ* Græcis dicitur, & cur, II. XII. 194. Quantitatis certissimum argumentum, auctoritas Pœtarum, II. XII. 199. at non eorum, qui posterioribus seculis vixerunt, II. XXXIX. 321. quantitatis olim Romanum quoque vulgus gnarum, II. XII. 194.

Quatuor, non *quattior*, I. XLIII. 158. primam

mam producit, contra ac visum Barthio, II. XVII. 222.

Que porrectum ob cæsuram, etiam ubi una tantum sequitur consona, II. xv. 218.

Que particula non est naturâ suâ anceps, ut Servius putabat, II. xv. 218, 219.

Quia ultimâ correptâ, II. xxiv. 264.

Quidquid, an *quicquid*, scribendum, I. XLII. 151.

Quintilianus, & *Quintilis*, cur varient modulo in secundâ, II. xvii. 229.

Quinctianus Stoa, & Iov. Pontanus, in voce *Thermodoontis* refelluntur, II. xxxiii. 300.

Quinta, & *sexta* translatio veteris instrumenti, ubi, & quando inventæ, I. xxxi. II. 9.

Quintæ declinationis genitivi, qui utrimque habent vocalem, producantur: secus est in iis, quæ ante E habent consonantem, II. xiii. 200.

Quisum primâ correptâ, II. xxii. 255.

Quotidie secundam habet ancipitem, II. xx. 248.

R.

R, & S litera, per se quodammodo sonum faciunt, non integrum illum, sed dimidiatum, I. xiv. 66. earum cognatio, I. xv. 69. R ante P locum habet in eapfe syllaba, contra quàm Prisciano visum, II. v. 176.

Re præpositio sæpius est brevis: in plusculis tamen anceps videtur, II. xix. 239, 240. nec propterea consona debet geminari, 240. [242.]

Refert ad rem meam, pro *mea refert*, II. xix.

Refert, pro utile est, primam producit, estque compositum non ex *re* præverbio, sed *res*, & *fert*, II. xix. 242.

Rei, *spei*, & similes genitivi quintæ declinat. qui consonam obtinent ante e, corripuntur, II. xiii. 200.

Reice Virgilio disyllabum & *conuicium*, II. xix, 241, 242.

Reicio primam corripit, *reicio* verò producit, *ibid.*

Reicio, pro *reicio*: sic *abicio*, *adicio*, *subicio*, *obicio*, II. xix. 240. [241.]

Reicula ovis Varroni, pro *reicula*, II. xix.

Reiecto an primam corripiat Virgilio, *ibi.*

Reliculus pro *reliquus* Plauto, I. xviii. 79.

Resina primam & secundam producit, II. xxxviii. 318.

Responde postremam interdum corripit, II. xxv. 269.

Rhetia per Æ scribendum, I. xliii. 158.

Rhea priorem habet ancipitem, II. xxxiii. 303.

Rhemnius Fannius Palæmon, nobilis Grammaticus, I. xxxvii. 137. chartarum officinas habuit Romæ, ut & promercalium vestium, *ibid.*

Rhythmus vitiosum pro *Rhythmus*, II. xi. 193.

Rimus, & *ritus*, in futuris subjunctivi *ri* sæpius producant, II. xxi. 253. sed in præterito breve, an longum sit, ne olim quidem inter Grammaticos convénit, *ibid.*

Ripai vitiosum, pro *Riphai*, II. xi. 193.

Ris rectè in præterito ac futuro subjunctivi corripitur, II. xxxi. 292.

Romanum vulgus Ciceronis & Augusti ævo quantitatem nôrat syllabarum, II. xii. 194.

Rubricæ usus in librorum vel legum titulis, I. xxxix. 142.

Rudimentorum, secundâ productâ, ut colligere ex *eruditum*, II. xvii. 228.

Rustici Helpidii spissus in metro error notatus, II. xxxix. 328.

Rusticorum instrumentorum tria genera, I. xiv. 65. [265.]

Ruta pro *aruta*, Iurisconsultis, II. xxii.

Rutilius in Itinerario emendatus, II. ii. 168.

S.

S geminum Hebræis, *Sin*, & *Samech*, I. xxxii. 123.

S literæ

- S literæ figura veteribus Græcis erat C. I. xxx. 111.
- S finale Græcis Latinisque in fine dictionis interdum liquefcit, I. XIX. 82. II. XVI. 225. an & liquefcit in mediâ dictione, II. XVI. 226.
- R. Saadians quando vixerit, II. VII. Sacri libri alicubi à librariis corrupti, I. VI. 27.
- Sacrofanctus, retroversus*, & similia, quantum habeant secundam, I. XX. 251.
- Sapies, sapio, sapimentum*, per Æ; quæ vulgè merâ vocali scribunt, I. XLIII. 159.
- Sais, urbs Ægypti, I. XXXVII. 137. unde Saitica charta, I. 38.
- Sal longum est*, II. xxx. 285.
- Salaputium* Catullo, quasi *salax pua*, II. XVII. 222.
- Sallustius Rhetor Criticus, I. VI. 26.
- Sallustius ludimagister primus K addidit literis, I. XVII. 76.
- Sallustius*, non *Salustius*, I. XLIII. 159.
- Salmastius laudatus, I. XXXVIII. 140.
- I. XLIII. 157. & alibi.
- Saluber* secundam producit: nec imitandus Buchananus, qui eandem in *Salubri* corripit, II. XVI. 221.
- Salve* interdum etiam corripit E. II. xxv. 269.
- Samaritarum literis scripsit Moses: sed Iudæi pro iis ex Babylonia reversi Assyriis usi, I. XXXI. 116.
- Sammis* ultimam producit, II. XXXI. 291.
- Samii aliter, quam captivi, vocati sunt *πολυχέμεμασι*, I. xxx. 113.
- Σαμφοραγ* equi unde dicti, I. XXXII. 123.
- Σαμ* idem ac *σβυμα*: & unde utrumque hoc nomen, I. XXXII. 123.
- Σαμ-III*, I. XXXIII. 96. figura erat nongentorum, & unde sic dicta, I. xxx. 112.
- Santes* primâ productâ qui sint, & unde dicti, II. XVII. 229.
- Sanchuniathon, I. IX. 44.
- Santra* Grammaticus pro *Satyro* legendum apud Agell. I. v. 23.
- Sapphicum olim secundâ sede non refugiebat trochæum, II. XXXVIII. 320.
- Sarra* eadem, quæ *Tyrus*, I. XXI. 87.
- Saturnus dictus invenisse literas Latinas, I. XI. 52.
- S C, S P, & S T, initio vocis, faciunt ut syllaba brevis vocis antecedentis produceretur, II. xv. 214.
- Ios. Scaligeri conjectura in Plinii loco refellitur, I. XVI. 74. ejusdem in hoc opinio rejicitur, quod H statuat inter literas prisca, I. xxv. 100. item quod veteres Iones pro Σ putet scripsisse etiam S. I. XXX. 111. Idem perperam negat, scribi in ebore solere, I. XXXVIII. 141. fallitur, cum elegiam in obitum Mæcenatis esse Pedonis Albinovani censet, II. XXVII. 274. ejus opinio rejecta de figura literæ V. I. XXXI. 108. falsus, cum Iuvenalem culpât ob E in *Calpe* correptum, II. XXXIV. 306.
- Iulius Scaliger refellitur super eo quod Grammaticen scientiam putarit, I. II. 6. item literæ definitione, I. VIII. 34. ei occurritur de litera Qz I. XVIII. 80. ejus censura de scutale Laconica, & aliis scribendis modis, I. XL. 145. lapsus de modo penultimæ in *patrimus*, & *maximus*; II. XXI. 259. perperam putavit *diutinus*, & *ferotinus*, penultimam producere, II. XXXIII. 258.
- Scapus .i. volumen papyraceum, ad summum olim erat philyrarum viginti. I. XXXVII. 136.
- Scatinia* secundâ Aufonio correptâ, productâ Iuvenali, II. XXXIX. 324.
- Scena*, an *scenus* scribas, parum refert, I. XLIII. 159.
- Sceptici negant, esse aliquem Grammaticum, vel Criticum. I. II. 13.
- Scheda*, & *Tabella coras* quid, I. XXXVIII. 139.
- Χρονολογία* quænam Pindaro dicantur, I. XXXII. 123.
- Schin aut est duplex, aut si simplex est litera, *σχι* non differt à Samech, I. XXVII. 104.

And. Schotti sententia de Ovidii loco rejecta. item de loco Valerii Flacci, II. xvi. 223. ejusdem judicium de Catulli loco, & duobus Horatii, improbatum, I. I. xiv. 207.

Scio olim nonnullis semper ultimâ productâ, contrâ quàm M. Victorino visum, II. xxvii. 274.

Scipio Africanus primus *verticem*, & *verfus*, per E exaravit, quæ priores per O extulere, I. xii. 60. [319.

Scoria primum producit, II. xxxviii.

Scriba pro quovis literato, sed sæpius *scriba* pro literarum sacrarum interprete, qua ratione idem est ac legisperitus. I. I. 2.

Scribendi modus ratione loci, unde, & quò progredimur, quadruplex, I. xxxiv. 127. antiquissimus à dextra sinistrorsum, sed is nostro radior, *ibid.* Scribendi modus antiquissimis Græcorum usurpatus, qui *βυραγραφία* dicitur, 128. Scribendi mos in ære, argento, tabulis ceratis, pugillaribus gypso illitis, &c. I. xxxv. 132, 133.

Scriptio *ἁπλοῦς* quid Tullio, I. xl. 146. fit scriptio vel incidendo vel pingendo; inque ea, quæ incidendo fit, spectantur instrumentum & materies, I. xxxv. 130. in faxis & lateribus olim Hebræis, Babylonis, Phœnicibus, Græcis, Romanis, Cimbris, in usu, I. xxxv. 131. in plumbeis item laminis antiquus scribendi mos, quæ improprie Plinio *volumina*, verius *charta plumbea*; quod male in Tranquillo damnat Guilandinus, 132. in foliis, præcipuè palmarum & malvarum, I. xxxvi. 134. & utrùm malva, an palma, scriptioni aptior, *ibid.* in libris arborum, inprimis tiliz seu philyræ & papyri, 135. in tabellis ligneis, 139. linteis, *ibid.* pellibus five membranis, *ibid.* omentis elephantorum, & intestinis draconum, 141. ebore, 141, 142. scribendi mos cretâ & carbone vulgatissimus, I. xxxix. 143. literis, quæ inconspicue sint usque dum arte fiant conspicuæ, & quàm variis modis id fiat, I. xl. 144.

Scripsi, *nupsi*, *lapsus sum*, an *scripsi*, *nupsi*, *lapsus sum*, scribendum, I. xliii. 159.

Scriptum, pro *scriptulum*, I. iv. 3: quod alii minus rectè *scriptum* vocant, *ibid.*

Scriptura Vet. instrumenti, cum antè literis, quæ Samaritarum dicuntur, esset scripta, Efræ demum temporibus exarari cœpta literis Chaldaicis, quas nunc Hebræas vocamus, I. xxxi. 116.

Scripturæ occultandæ ratio Augusto, & Julio usurpata ut reservatis literarum vulgaribus figuris earum potestatem commutarent, I. xl. 144. usus ejus contra censuram Iul. Scaligeri, I. xl. 145. occultandi variz rationes, I. xl. 144. & per membranam fenestratam, I. xl. 145. item *ἁπλοῦς*, vel per figla, *ibid.* Hujus antiqua inventio à Iurisconsultis, 146. Scripturam aliquam excogitari posse toti orbi communem, quam gentes unius duntaxat linguæ scientes, suâ quæque linguâ legant, & intelligant, I. xli. 149.

Scutibonea, pro *cestibus*, I. xliii. 154.

Scytale Laconica, in qua scribebant literas suas, occultandi gratia, I. xl. 144.

Sedulius merri leges non semper observat. II. xxxix. 325. [146.

Sæpina in scribendo quid Tullio, I. xl.

Semihomo trisyllabum, II. xiv. 210.

Semisopius (si codd. Ovidii standum) tertiam corripit, etsi in simplici *sopius* prima semper sit porrecta, II. xvii. 233.

Seneca notas à Tyrone inventas adauxit, & ad quinque millia digessit, I. xli. 147, 148.

Senones, priori correptâ, etsi sit à *Sena* oppido & flumine, eadem porrectâ, II. xvii. 230.

Sepia, pro *atramento*, I. xxxix. 142.

Sequana primam Lucano, & aliis, producit, II. xl. 331.

Sereni Sammonici vitia quædam metrica notantur, II. xxxix. 323.

Serò Tibullo quidem ultimam producit, at sæpius corripitur, II. xxvii. 277.

Servii opinio de particula *quæ* rejecta, II. xv. 218, 219. ejusdem lapsus, existimantis *Thermidoon* dicendum esse, II.

xxxiii.

xxxiii. 300. error ejusdem de modulo posterioris in *Athos*, II. xxxv. 309.

Seth literas creditus invenisse, I. ix. 42.

Sexcumx, & *sefcumx*, malè confunduntur, I. xliii. 159.

Sic tutius producitur, II. xxix. 284.

Sicili antiqui, quibus inscriptum literis Samaritanis *Ierusalem sancta*, I. xxxi. 117.

Sicubi ultimâ correptâ, II. xxvi. 272.

Sicuri ultimam corripit, licet *uti* eandem habeat longam, II. xxvi. 272.

Sidonius, in unâ voce *pronepos*, bis in modulo peccat, II. xxxi. 294. primam in *Phonafus* malè corripit, II. xxxiii. 299.

ultimam in *Mytilene* corripit vitiose, II. xxxiv. 305. correctus in voce *aratro*, II. xxviii. 320. rei metricæ negligentissimus fuit, II. xxxix. 326, 327.

Sidus potius, quàm *Sydus*, I. xliii. 159.

Sigismundi Gelenii locus in tralatione Iosephi correctus, I. ix. 42.

Sigla vel *figla* quid, & unde iis nomen, I. xl. 145. sunt Jurisconsultorum inventum, 146. Qui differant à notis propriè dictis, I. xli. 147. Iis leges exarare Iustinianus & Basilius interdixere, I. xl. 146.

Sigma pro *stibadio*, & porticu urbis Constantinopolitanz, I. xxx. 112.

Silenus primam producitur, II. xxxviii. 317.

Silva per I, non *syva*, I. xliii. 159.

Simillimus, non *similimus*, I. xliii. 160.

Simonides primus aliâ figurâ breves, aliâ longas vocales scripsit, I. xliii. 63.

Melicus Plinio, aliis *Melicertes* dicitur, I. xxv. 99. quando vixerit, I. xxv. 100. ejus patria, I. xxx. 113.

Sinenfes, & Iapanenses, etfi linguâ multum inter se differentes, utraque tamen gens alterius libros, & scriptionem suâ linguâ legant, ac intelligunt, I. xli. 150.

non pauciores habent literas, quàm voces, *ibid.* an quinque iis accentus, II. vii. 181, 182. mos eorum penicillo scribere è pilis leporinis, I. xxxvi. 133.

Siquando primam olim acuebat, II. x. 190.

Henr. Smetii Alostenfis laus, II. xli.

333.

Sol longum est, II. xxx. 285.

Solemne, non *solemne*, I. xliii. 160.

Solicismus, pro *solacismus*, II. iv. 175.

Solius secundâ correptâ exemplum non occurrere, II. xlii. 199. [160.

Sollers, non *solers*, probat origo, I. xliii.

Sollistimum, non *solistimum* vett. libri, I. xliii. 160. [128.

Solonis leges scriptæ *Burcepadio*, I. xxxiv.

Sopherim Hebræis qui dicti, I. i. 2. qui à *Soterim* distent, *ibid.* 3.

Spado priorem malè producitur Aratori, II. xxxix. 328.

Spleum, an *speum*, I. xliii. 160.

Sphera, pro *sphara*, II. iv. 175.

Spiritus accidens five affectio syllabæ, II. xi. 191. duplex, & antiquæ ejus notæ, 192. lenis diu apud Græcos nota caruit, *ibid.* spiritus asperi in mediâ voce notandi mos à præcis Ionibus, *ibid.* densus à Germanis etiam additur L. literæ, *ibid.* 193.

Spongiz usus in delendo, I. xxxv. 131.

Stator penultimam malè corripit Alcuino, II. xxxiii. 299.

Statum priorem corripit, II. xxii. 256.

Stator priorem producitur Ovidio, II. xxii. 257. ejus etymon, *ibid.*

Statum supinum priori productâ, aut accipiti, II. xxii. 257.

Status, & *statio*, unde dicta, *ibid.*

H. Stephanus de petalifimo refellitur, I. xxxvi. 134.

Stilo, non *stolo*, cognomentum Præconini, I. v. 23.

Stipendium ex *stipendium*, eoque prima est crasi longa, II. xvii. 230. [11.12.

Stoici artem Grammaticam auxere, I. *Strabus* priorem malè producitur Mantuano, II. xl. 332.

Strie, & *striglis*, discrimen, II. v. 177. nec tamen id perpetuum, *ibid.*

Strielata, *Strigla*, quod in glossis Philoxeni legitur, vel potius *strigata*, rectum est, non *strinata*, ut emendant, II. v. 177.

Strig'is in codd. antiquis, pro *strigilis*, II. v. 177.

Strigilis, & *stria*, ut differant, *ibid.*

Strigilæ vox rejicula, pro *strigilis* apud Vitruvium mendosè legitur, *ibid.*

Stylus Græcis *γλυφίον*. Aufonio *calum*, aliis *celtos* dicitur ab eadem origine, I. xxxv. 130. stylus, quem & *graphium* vocant, prius ferreus, exinde osseus, idque ob periculum, quia ferreo alii alios vulnerarent, I. xxxv. 130, 131. ejus, quo in cera scribebant, forma, & duplex usus, I. xxxv. 132.

Stylum versere, Horatio quid, *ibid.* [241.

Subices nubes Ennio quasi *subiecta*, II. xix.

Suboles scribendum, an *soboles*, I. xliv. 151.

Suidæ Lexicon ex quibus scriptoribus constatum, I. v. 23. ejus error de Hebræarum literarum inventore, I. ix. 40.

Subsivus, non *succisiva*, I. xliii. 160.

Suffragor, *suffragium*, secundam habent productam, II. xxxix. 324.

Sulfur, non *sulphur*, I. xliii. 160.

Sumi in E, & I, exemplis illustrata, II. xiv. 208. ubi maximè frequentetur, II. xiv. 210. cætera vide in Epifynalopha.

Supernè, & *infernè*, ultimam corripiunt, II. xv. 269.

Supina dissyllaba priorem producunt, exceptis novem, II. xxii. 254.

Frid. Sylburgii laus, I. iv. 16.

Syllaba ex tribus vocalibus nulla est, contra quàm scriptum Grosippo, imò & veterum aliquibus, II. iii. 171. syllaba mista è vocali, & consona, est Belgis etiam novem literarum; Latinis summum sex, II. v. 176. syllaba eadem cur poetis sit anceps, II. xii. 195. naturâ longa fit per crasin, qua duæ vocales breves in unam contrahuntur, II. xv. 211. brevis & *Alphabetu* producitur in trium vel plurium brevium concursu, II. xx. 247. brevis positione quæ, II. xiii. 199. syllabæ definitiones falsæ rejectæ, vera asserta, II. i. 165. eaque duplex, prior respectu ad orationem, altera sine tali respectu, *ibid.* & 166. syllabæ divisio, II. ii. 166. alia se-

cundum quantitatem, II. xii. 194. syllabæ, quæ per diphthongum scribi debent, jam ante annum à Christo cccc corripì multis solent, II. iv. 174, 175. syllabæ longæ, & brevis, notæ; & cur ejusmodi notis signentur, II. xii. 194, 195. possunt esse naturâ breves, etsi positione producantur, II. xii. 197, 198. potest item naturâ esse producta, quæ positione corripia- tur, & syllabæ simul natura ac positione esse longa, *ibid.* ob positionem debilem in carmine anceps malè in prorsâ produci- tur, II. xvi. 221. syllabæ multæ positione longæ veteribus in pronuntiando correptæ; idque, ut optimâ ratione illis factum, defenditur, II. xii. 196. syllabæ naturâ longæ quædam regulæ generales, II. xv. 211. syllabarum brevium aliæ aliis breviores, & longarum aliæ aliis longiores, II. xii. 198. syllabas longas geminandi, Attii aliorumque veterum mos; qui à Scauro, & Velio, improbatus, II. xii. 195.

Symmachus, veteris instrumenti interpres, quando vixerit, I. xxxi. 119.

Syneresis quid, II. xiv. 209.

Synalopha, unde dicta, II. xiv. 203.

Synodus, meliùs, quam *synodus*, scribi; II. xi. 193. [324.

Syracusa secundâ productâ, II. xxxix.

T.

T non aliter sonat ante I finale à consonante exceptum, quàm ante I, quod altera sequitur vocalis, I. xxviii. 106. T finale apud priscos anceps; posterioribus semper corripitur, extra cæsuras, II. xxxii. 295. T in præteritis syncopen passis, ubi V solum extritum est, extra cæsuras semper corripitur, II. xxxii. 296. At si duo I in unum contrahantur, rectiùs T producitur ob crasin, *ibid.*

Taurus idem ac *Theu*, I. ix. 44.

Taciti vulgaris lectio de xvi literis à Palamede inventis contra Lipsium, & alios, defensa, I. x. 47.

Tenis,

- Tanis*, urbs Ægypti, unde charta *Tanioris* dicta, I. xxxvii. 137, 138.
- Tapean* genus scribendi, & unde id nomen, I. xxxiv. 128.
- Teter*, non *teter*, I. xliiii. 160.
- Tamenestis*, pro *sametis*, II. xvi. 227.
- Tanis* urbs Ægypti, quæ hodie *Damiata*, I. xxxvii. 138. unde dicta, *ibid.* in Scripturis *Troan* vocatur, *ibid.*
- Tanis*, & *Taphnis*, urbes diversæ, contra quam scriptum Guilandino, I. xxxvii. 138.
- Tanidem* secundam habet ancipitem, contra quam Giffanio visum, II. xx. 247.
- Taprobaneniens*, versus scripturi, à summo deorsum procedebant; uti & hodie Indi, ac Sineses, I. xxxiv. 128.
- Tau* apud Ezechielem quid significet, I. xxxii. 125. *Tau* Hebræum vel etiam Samaritanum num referat figuram crucis, *ibid.*
- Ταυρος*, & *ταυροειδης* quinam appellati, I. iv. 12, & 14.
- Ted* pro *te* antiquè, II. xiv. 207.
- Tetissum*, Alfonso trisyllabum primæ brevi II. xx. 245.
- Telephi* Grammatici liber, I. vi. 30.
- Tennis* etymon, II. xvii. 232. primam & mediam producit, II. xxxvii. 314.
- Tenuletus* malè primam corripit Prudentio, *ibid.*
- Tempe*, *Cete*, *Male*, ultimam naturâ longam habent, II. xxxiv. 306.
- Tempus omne, quod primam Olympiadem antecedit, Varroni *πρωτων* sive *fabulosum* vocatur, I. xxv. 99.
- Teno* unde, II. vii. 181.
- Tenor* antiquè *tonor*, *ibid.*
- Tercia* trisyllabon, pro *tercia*, II. xiv. 210.
- Terentiani Mauri sententia de positione ex parte improbata, II. xv. 213, 214.
- Terentius Scaurus Grammaticus, ejus ætas, & libri, I. v. 23. idem emendatus, I. xv. 70. I. xvii. 77. I. xxix. 109.
- Tertullianus sæpius in metrum peccat, II. xxxix. 321, 322.
- Thau* idem valet, quod *Teth* cum spiritu aspero, I. xxxvii. 104.
- Thebe* Bœotiz unde dicta, I. x. 57. & quis earum conditor, *ibid.*
- Theodectæ quid debeat ars Grammaticæ, I. ii. 12.
- Theodericus*, *Theudericus*, *Thiedericus*, & *Didericus*, pro eodem: & etymon ejus vocis, II. xiv. 211.
- Theodorus Gaza, Grammaticus, & de hoc judicium, I. iv. 16.
- Theodosius* apud Claudianum, & Sidonium, malè legitur pro *Theodosius*, II. xiv. 210.
- Theodotio Ponticus quando vixerit, I. xxxi. 119.
- Thermidon* secundam malè corripit Quintiano Stroz, & Pontano, imò & Servio, II. xxxiii. 300.
- Thesens quo tempore vixerit, I. x. 50.
- Theis* priorem corripit, *Tahys* producit, II. xxxiii. 299.
- Thetidi* pro *Tahys*, apud Valerium Flaccum, II. xxxiv. 306. *Tahys* an semper producat ultimam, ut Prisciano visum, II. xxxvi. 311.
- Theuderice*, vel *Thiederice*, apud Sidonium scribendum, pro *Theoderice*, II. xiv. 211.
- Θ, & X, primus invenit Epicharmus, I. xv. 67. Thera olim habuit figuram quadratam, I. xxx. 112.
- Θ *Θυριδ*, pro Θ *Θυριδ*, reponendum apud Theognidam, II. xiv. 210.
- Teuth literarum artiumque repertor Ægyptiis putatur, I. ix. 44.
- Thracæ quam serò acceperint literas, I. xi. 53.
- Thrasymachi sophistæ epitaphium, I. xxxii. 123.
- Tibis* malè Petrarchæ primam corripit, II. xl. 331.
- Tigillum* à *signum*, non à *tego*, ut putant, II. xvii. 231.
- Tigres* accusativus pluralis mirè posteriorum corripit Ovidio, II. xxxi. 290.

Tiliæ ex cortice interiori olim libri fiebant, I. xxxvi. 134, 135.

Timonis iudicium de optimis Homeri codd. I. vi. 27.

Tinea primam producit Sereno, & Sedulio, quæ classicis est brevis, II. xxxix. 323, 325.

Tinus pro terminatione habentia quantam habeant penultimam, II. xxiii. 258.

Tofus, non *tophus*, I. xliii. 160.

Tonus quid, ejusque etymon, II. vii. 181. varia ejusdem nomina, *ibid.*

Torcular mediam corripit; contra *Priscianum*, *Bedam*, & alios, II. xxiii. 260.

Totus, cum redditivum est vocalis quorum, priorem habet correptam, II. xvii. 231.

Trevir priorem malè corripit *Venantio*, II. xxxix. 329.

Tribunicus, *gentilicus*, & similia in *icius*, quæ à nominibus veniunt, tertiam à fine corripiunt, II. xxiii. 258.

Triphthongos esse nullas, ostenditur contra *Grosippum*, & veterum quosdam, II. iii. 171.

Tritheimii astutia in *Steganographia* sua, I. iv. 148. ubi spirituum, & conjurationis vocibus abutitur ad significandum tum artem occultè scribendi, tum ea quæ ita scripta sunt enodandi, *ibid.*

Tritheimii quædam ex libro tertio *Steganographias* à *Gustavo Seleno* citata, suspectum eum reddunt aut vanitatis, aut artium illicitarum, I. xli. 149. *Steganographiz avriyegqer* jussu *Electoris Palatini Friderici II*, flammis exustum, I. xli. 149.

Triviro mediam producit, quia derivatum à *trivira*, II. xvii. 229. [193.]

Tropæum rectius, quam *trophæum*, II. xi.

Trypho Grammaticus, ejus ætas, & de arte hac libri, I. iv. 15.

Tsade Hebræorum nunc in *T*, nunc in *S* converti à *Græcis*, & *Latinis*, I. xxi. 87.

à *Turnebo* recessum, I. xvii. 77.

Typho priorem habet longam, in quo peccat *B. Profer*. II. xxxix. 326.

Tyrannio Grammaticus, ejus ætas, conditio, ac de arte hac libri, I. iv. 14.

Tyranniones duo *Critici*, I. vi. 26.

Tyrii literas invenisse dicuntur, I. ix. 45.

Tyro libertus notas invenit, I. xli. 148. in primis præpositionum, *ibid.*

V.

Vocale ex *Græco* *Y* factum reciso scapo, I. xxix. 109. V nunc brevis & simplicis vocalis nota fuit, & exilius sonuit, ut *Græcum* *Y*: nunc longæ five geminæ, & ferè sonum habuit diphthongi *OV*, I. xii. 56. non tamen profus idem sonus, ut viri quidam docti putarunt, 57. in quibusdam vocibus erat medii soni inter *I* & *V* longum, & contrà: unde in ple-risque dubitatum, num per *I*, an per *V*, scribi deberent, I. i. 58. V verborum desiderativorum in *urio* corripitur: in *urio* non desiderativorum producit, I. xxiii. 260, 261. in fine dictionis semper longum, II. xxviii. 280. exceptis *indu*, & *nenu*: quorum illud præsum pro *in*, hoc pro *non*. 281, 282. V *Græcè* in * desinens producit, II. xxxiv. 307.

V consonæ non eadem potestas, quæ digamma *Æolici*, I. xv. 68. interdum abit in *V* vocale. *ibid.* verum ejus apud *Latinos* nomen *Vau*, non *Va*: quod apud *Cornutum* legitur, *ibid.* 71. *Claudii* ævo figuram habuit inversi *F*. *ibid.* 70. quod digamma *Æolicum* vocabant, & causa ejus nominis, *ibid.* 70. sonabat olim, ut apud nos *W*. I. xxiv. 98. 101. post *Q* liquefcit, I. xviii. 82. cur inter *Q*, & vocalem ejusdem syllabæ, positum, liquefcere dicatur, I. xix. 82. malè vulgo pronuntiatur, ut *F* fractum, I. xxviii. 106. figura ejus veteribus *Græcis* incognita, contrà quam traditum *Scaligeri*, I. xxix. 108. nec semper est consona, sequente vocali in eadem syllabâ, II. ii. 168.

Vadi etymon, II. xvii. 231.

Vals

Vale E quandoque corripit , at sæpius producit, II. xxv. 268.

Valerius Flaccus ex conjectura emendatus, II. xvi. 223.

M. Valerius Probus Berytius , Grammaticæ Latinæ scriptor, ejus ætas, I. iv. 18. Inter criticos relatus, I. vi. 26. ejus locus de differentia soni literæ Z apud Græcos, & Latinos, explicatus, I. xxi. 90, 91.

Variosus primam corripit Persio, & Iuvenali, à *varix* priorè productâ , II. xvii. 229.

Varronis locus expensus, II. v. 177. alius ejusdem expositus, II. xii. 202. ejusdem versus numeris redditus, II. xxi. 252.

Vasernus amnis nomen primâ productâ, II. xxxviii. 318.

Vau, consonæ u nomen, Latini ab Æolibus mutuati, I. xv. 71. Vau Hebræum sonat ut Wau, I. xxviii. 106. figura ejus antiquitus nunc O, nunc V, Hebræis signabat, I. xxxi. 121.

Vbi, & *ibi*, ultimam habent ancipitem, II. xxvi. 272. ac similiter *ubicunque* secundam ancipitem habet, II. xx. 249.

Velis ultimâ veteribus semper produciuntur: contra quàm aliqui arbitrantur, II. xxxi. 291.

Venantius Fortunatus non semper leges metricas observat, II. xxxix. 329.

Vepres unde dictæ, I. xv. 70.

Verecundus secundam perperam corripit Politiano, II. xl. 333.

Verifimilis quantum habeat secundam, *ibid.*

Verò posteriorem corripit Valerio, & Aufonio, II. xxvii. 279.

Verrius Flaccus Grammaticus, I. v. 24.

Vibicis à *vibex* secundam producit, II. xxxvii. 314.

In Mario Victorino conjectura, I. xv. 71.

Vide, interdum corripit E. II. xxiv. 268.

Viesus secundâ longâ, II. xiv. 209.

Vindico, non *vendico*, scribi. I. xlii. 161.

Vinea, & *tinea*, non *vinia*, & *tinia*, I. xlii. 161.

Virgilio vetus lectio firmata contra Pierium & Marium Corradum, I. xix. 83. Ecl. iii. per nomina regum flori inscripta Ajacem signari, I. xxxii. 124. ejusdem versus spurium Ecl. sextâ, II. xxxviii. 317.

Virgiliani loci correctio Eclog. viii. in dubium vocata, II. xiv. 205.

Virgili, *Mercuri*, *Æmili*, & similes vocativi, cur mediam acuant, licet sit brevis, II. x. 190.

Virulentus secundam corripit, contra quàm Bapt. Mantuano placuit, II. xx. 251.

Vlcus, an *hulcus* scribendum, I. xlii. 152.

Vlphilas Biblia in Gothicam linguam transtulit, I. ix. 37, 38. Vide *Gulphilas*.

Vltra ultimâ productâ. II. xxiv. 266.

Vniuersi secundam corripit, *unicuique* producit, & quæ hujus differentię causa, II. xx. 248.

Vobem, pro *horum*, in Pandectis Florentinis, I. xxviii. 105.

Vocales, tum Græcis, tum Latinis, quinque solum, I. xii. 55. I. xiii. 62. quædam medii soni esse videntur inter duas extremas: unde probabiliter concludi possit, numerum vocalium augendum, I. xii. 58. nisi cum antiquis dicere malimus, sonos hosce sub prioribus comprehendi posse, 61. duæ per syneresin in diphthongum sic coalescebant antiquitus, ut utriusque literæ sonus in una syllaba exaudiretur, II. xiv. 209. apud Latinos, omnes sunt ancipites, I. xiii. 63. longæ geminatæ à priscis, II. xii. 195. breves E, & O, in nominibus Latinis, quæ è Græcis veniunt, corripuntur; vocales longæ *æ*, & *ø* producuntur; ancipites *æ*, *ø*, in quibusdam vocibus corripuntur, in quibusdam producuntur, iisdem ut in Græcis, II. xxxii. 298. 301. vocalis naturâ brevis redditur anceps, si vox sequens incipiat à gemina consonante, præsertim à sc. sp. st. ubi Maurus semper produci credebat, II. xv. 214, 215. sed rarò produci brevis vocalis ante duas consonantes, nisi concurrente casurâ: sæpicule verò, ea si adsit: inprimis in

Encli-

Enclitica *que*, 216, 217. Vocalium gentium sonus expenditur, I. XII. 55.

Vocativi in A, à nominibus in As, ita uti apud Græcos, producantur; at à nominibus in *ms* corripuntur, II. XXXIV. 304.

Vocis divisio Hebræis non est in usu, I. XXXI. 116.

Voculatio, pro *accensu*, II. VII. 181.

Volumina plumbea apud Plinium improprie pro *laminis plumbeis*, I. XXXV. 132.

Volup, pro *volupe*, II. XXX. 287.

Vomica primam Sereno producit, corripit Iuvenali, II. XXXIX. 323.

Vopilci lectio defensa, contra Turnebum, I. XXXVIII. 140.

Vetita, pro *vetita* Plauto, I. XII. 61.

Urbanus Bellunenſis Grammaticus, & de hoc iudicium, I. IV. 16.

Vrsinus, vide Fulvius Vrsinus.

Vs genitivus quartæ producit, ut & torus pluralis, ob crasin, II. XXI. 294.

Vs ex Græco in *us* producit, II. XXXVI. 312.

Vtrius, cum compositis, secundam nusquam legi correptam, II. XII. 200.

Vulpes posteriorem malè corripit Avieno, II. XXXIX. 326.

W.

Wastaldus, historicus Francus, I. IX. 38.

X.

X litera Nigidius non est usus, I. XXI. 87. Articus veteribus, item Æolibus, ignotum; qui ejus loco usurpabant *κξ*: ut veteres Latini pro eo scribebant *C S*. I. XXI. 88. figuræ ejus usus antiquior Romanis, contra quàm docet Isidorus, 87. non valere Latinis *G S*; sed tantum *C S*; contra passivam Grammaticorum opinionem, 88.

Ξυλοζαχλον Eustathio quid, I. XXXVIII. 140.

F I N I S.

Y Græcorum ejusdem potestatis ac Latinorum *V*: unde figura quoque ejus veteribus Latinorum pro forma literæ *V* usurpata, I. XII. 55. figurâ tantum differt ab exili *u* Latinorum: sono autem & potestate convenit, I. XII. 55. cur dicatur *litora Pythagora*, I. XXV. 100.

fuisse inter sexdecim Cadmeas, contra quàm Scaligero visum, atque etiam Isidoro, *ibid.* ejus figura antiqua, I. XXX. 112. *Y* finale in nominibus Græcis, à Latinis semper corripitur, II. XXXIV. 307.

YI, sive *VI* diphthongus vera, contra quàm placitum Charisio, II. II. 168.

YS, & *YN*, terminatio nominativi, & accusativi, è Græcis venientium, corripitur, II. XXXVI. 311, 312.

Z.

Z figuræ usus quàm antiquus sit apud Romanos, I. XXI. 88. *Z* in *G* mutatum, I. XXI. 89, 90. non valere *S S*, *ibid.* Latinis nunc in *D* commutare, nunc in *S*. *ibid.* malè quidam pronunciant, ut *G* fractum Gallorum: nec valet duplex *S*, sed *D S*. *ibid.* Nec idem omnino sonus hujus literæ Latinis, ac Græcis, 91.

Zabolus, pro *diabolus*, more Æolum, qui *Δ* mutant in *Z*. I. XXI. 90.

Zain, & *Zade*, duplices, malè à Grammaticis inter consonantes referri, I. XXVII. 104.

Zenodotus criticus, I. VI. 25.

Zetæ ratio, qua probat, Cadmo antiquiores esse Græcorum literas, resellitur, I. X. 49.

Zmaragdus, pro *Smaragdus*, I. XXI. 91.

Xmyrna pro *Smyrna*, I. XXI. 91.

Zonaræ lapsus, I. XVII. 76.

Zosimus Gazzus, I. V. 22.

Zuingerus resellitur de Gothico more scribendi, I. XXXIV. 129.

GERARDI IOANNIS VOSSII
ARISTARCHI,

S I V E

DE VOCVM ANALOGIA,
ET ANOMALIA,
LIBER PRIMVS;

feu commentariorum

DE ARTE GRAMMATICA,
LIBER TERTIVS;

qui universè de VOCIBVS,

particularim autem

DE NOMINVM DIVISIONE, GENERE,
NUMERO, ET CASV, tractat.

C A P V T I.

Analozie & Etymologie differentia. Objectum Analozie. Definitio vocis. Triplex vocum discrimin. Hebraeis, & aliis Orientis populis, tres esse vocum classes: ac similiter statuisse vetustiores Græcos. Arabes, & Hebraei, conveniens nomini opponunt actionem, quam Græci, & Latini, verbum. Quomodo sensim a tribus vocum classibus ad octonarium numerum sit deventum. An Articulum habeant Latini: & rectène is in declinando nominibus præmitti soleat. Item an aptè ex eo petatur cujusque generis definitio, quod ei præponatur certi generis articulus.



Xpositis, quæ ad literarum syllabarumque naturam, & affectiones pertinent, venio ad Grammatices ejus, quam Methodicen vocabamus, partem tertiam. Hæc de vocibus integris tractat, ac si ea, quæ ad particulas pertinent, exceperimus, penè tota est in considerandâ vocum analogiâ, & anomaliâ. Vnde & à potiori parte Analogiâ nuncupatur. Vulgò tamen Etymologiam appellant; sed perperam: cum Etymologia vocum origines

A a a

nes inquirat ; Analogia vocabulorum discrimina exponat. Quemadmodum ex Varrone, & aliis, postea comprobabimus :

Materies , circa quam Analogia versatur , est vox , non quidem ut articulata ac confusam comprehendit : sed ut κατ' ἐξοχὴν sumitur pro articulata , nec quavis , sed ea solum , quæ ex instituto aliquid significat. Imò neque huiusmodi vox quævis ei subicitur ; sed sola simplex, sive, ut Dialectici appellant, incomplexa. Cui oratio opponitur, quam iidem, metaphora à corollis petita, non incommode nominant vocem complexam.

Grammatici pro voce incomplexa *diCTIONEM* dicere maluerunt. Sed iis, qui caste locuti sunt, dictio vix aliud, quàm phrasin notat, aut dicendi actum, aut etiam oraculum.

Dictio Charisio definitur *ex syllabis finita, cum significatione finita, certa locutio*. Quæ definitio etiam apud Diomedem legitur. Atqui ea refellitur, quòd excludat voces unius syllabæ : ut, *rex, de, trans, &*. Est & altera apud Diomedem, eaque huiusmodi : *Dictio est vox articulata cum aliqua significatione, ex qua instruitur oratio, & in quam resolvitur*. Quæ melior est superiori, aut illa etiam Prisciani : *Dictio est pars minima orationis constructæ*. Nam quomodo minima pars est, quod in alias dividi potest. At dictio ferè in syllabas, syllabæ plurimum in literas dividuntur. Vera igitur dictionis definitio ex Aristotele peti debet, qui in lib. *περὶ ἑρμηνείας*, vocem sive dictionem esse ait, quod per se aliquid significat, nec tamen partes habet separatim aliquid significantes. Priori conditione differt dictio à litera, & syllaba : quia quatenus aliquid litera aut syllaba est, nihil significat : ut *a*, vel *mo*, in *amo*. Alterà conditione distinguitur ab oratione, cuius partes aliquid significant separatim.

Cæterùm etſi ἀναλογία circa dictionem versatur, non tamen vox adæquatam est Analogiæ objectum ; sed tantùm considerat proprietates singularum vocum. Quarum triplex est discrimen. Nam quemadmodum res naturales, vel formà differunt, ut diversæ species ; vel materià, ut diversæ individua ; vel accidente, ut individuum à se ipſo ; E. G. Plato ambulans à sedente : itidem voces aliæ discrepant formà, velut, quæ sunt diversarum classium ; aliæ materià, ut diversæ voces unius classis ; aliæ accidente, ut vox eadem casibus variata.

Classes autem dico, quas vulgò nominant partes orationis, Græcorum exemplo, qui itidem vocant *μέρη τῶν λόγων*. Dionysius Halicarnassensis non tantùm *μόρια τῶν λόγων*, sed & *μόρια*, & *μέρη τῆς λέξεως* appellat. Idem etiam nominat *συναχθεῖα τῆς λέξεως*, & simpliciter *συναχθεῖα* : nequis literas solum hoc nomine putet signari. Et certè non
minùs

minùs voces sunt elementa orationis , quàm literæ vocabulorum.

De numero partium orationis diu est , quòd tribus Grammaticæ controversantur. Antiquissima eorum est opinio , qui tres faciunt classes. Estque hæc Arabum quoque sententia: quibus hæ classes vocantur ,

اسم *ism* , quod est nomen , فعل *fiel* , quod est verbum

(λέξις *lexis* verò actionem notat , ut aptior sit Arabica hujus classis appellatio , quam Græca ῥήματα , ac Latina *verbi*) & حرف *herph* ,

quod est particula , ac λέξις *lexis* dictio. Hebræi quoque (qui cùm Arabes Grammaticam scribere definerent , artem eam demum scribere cœperunt; quod ante annos contigit circiter quadringentos) Hebræi , inquam , hac in re secuti sunt magistros suos Arabes. Nam similiter tres statuunt classes , quas vocant ^{שם} , sive nomen , ^{פעל} , sive actionem , & ^{חرف} , sive dictionem. Vbi itidem videmus , ut Hebræi quoque classem secundam *Actionem* potiùs , quàm *Verbum* appellent. Et inde est , quòd antiquum quoque paradigma fuit ^{שם} , hoc est *ago*. à quo prima cujusque verbi radicalis hodieque appellatur *Pe*, secunda *Ajim* , tertia *Lamed*. Imò verò trium classium numerum aliæ etiam Orientis linguæ retinent. Dubium , utrùm eà in re Orientales imitati sint antiquos Græcorum : an hi potiùs secuti sint Orientalium exemplum.

Vtut est , etiam veteres Græcos tres tantùm partes agnovisse , non solum autor est Dionysius , cujus verba paullò post adducam : sed etiam Quintilianus testatur lib. 1 , cap. 14. ubi hanc Aristotelis ipsius , ac Theodectis sententiam fuisse , docet. Idemque de veteribus Græcis testatur Rabbinus iste , qui contra Chosroëm , Persarum regem , disputans , hoc inter alia argumento probare conatur , linguas omnes ab Hebræa originem capere. Atque ex Arabibus Grammaticis eandem sequitur Giarumiæ auctor Muhamed Sanhagius. Et talis quidem veterum Græcorum opinio fuit. Postea autem antiquissimi Stoicorum quatuor classes fecerunt. Nam cùm alii tantùm agnoscerent ὀνόματα ^{† nomina,} , ῥήματα ^{verba,} , & συνδέσµοις ^{& conjunctiones.} : hi adiecere ἄρθρα , sive articulos ; quos à συνδέσµοις contra priorum morem distinguebant. Recentiores verò τὰ προσηγορικά sive nomina communia , quæ Latinis similiter *appellativa* dicuntur , separabant τῶν ὀνομαστικῶν , hoc est , à nominibus propriis. Quâ ratione quinque classes fiebant. Quidam etiam cum ἀντωνοµίας , hoc est pronomina , à nominibus distinguenda dicerent , ad senarium numerum pervenerunt. Denique fuere , qui Adverbia à Verbis , & Præpositiones à Conjunctionibus separarent , ac Participia ab

Nominibus. Imò nec defuere, qui alias afferendo divisiones amplio-
rem facerent numerum partium orationis. Quorum omnium autor
nobis Dionysius Halicarnassensis lib. $\omega\lambda\iota\sigma\omega\theta\epsilon\sigma\ \acute{o}\nu\omicron\mu\alpha\tau$. ubi sic scri-
bit : Ταῦτα ἢ (Ἔ λόγῳ μέρει ἢ συζησίᾳ) Θεοδέκτις, ἢ Λευσυτέλης, καὶ οἱ
κατ' ἐκείνους φιλοσοφῆσαντες τὰς χροῖνας, ἀχειτελών προσηγορῶν, ὀνόματ᾽,
καὶ ῥήματ᾽, ἢ συνδέσμους, πρῶτ᾽ ἄ μέρη τ' λέξεως ποιῶντες. οἱ ἢ μετ' αὐτὸς
γινόμενοι, ἢ μάλιστα οἱ τ' Στωϊκῆς αἰρέσεως ἡγεμόνες, ἕως τετάρτων πεντάβι-
βασων, χωρίσαντες ὁπότε τ' συνδέσμων τὰ ἀρθρα. εἰθ' οἱ μετὰ γενεστέροι τὰ
προσηγορικὰ διελόντες ὁπότε τ' ὀνομαστικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα
μέρη. ἑτέροι ἢ ἢ τὰς ἀντωνυμίας ὁπότε ζώξαντες ὁπότε τ' ὀνομάτων, ἕκτον συ-
χεῖον τῷτο ἐποίησαν. οἱ ἢ ἢ τὰ ἐπιρρηματ᾽ διέλιον ὁπότε τ' ῥημάτων, ἢ τὰς
προθέσεις ὁπότε τ' συνδέσμων, ἢ τὰς μετοχὰς ὁπότε τ' προσηγορικῶν. οἱ ἢ ἢ
ἀδικὰς τίνας εἰσάγοντες τομαίς, πολλὰ τὰ πρῶτα μέρη τ' λέξεως ἐποίησαν.
Hæc verò (orationis membra five elementa) Theodectes, & Aristoteles, &
qui eorum temporibus philosophabantur, ad ternarium reducere; nomina, verba,
& conjunctiones; quæ primas orationis partes statuere. Qui verò postea secuti,
ac præcipuè Stoicæ sectæ principes, articulos à conjunctionibus separando, ad
quaternarium usque processerunt. Receniores autem, sejungendo appellativa à
nominibus ipsis, quinque primas esse partes ostendebant. Aliqui verò, & pronomina
disjungendo à nominibus, sextum fecere elementum. Alii item & adverbia
dividere a verbis, & præpositiones à conjunctionibus, & participia à nomi-
nibus appellativis. Aliqui, & alias inducendo sectiones, multas fecere vocum par-
tes. Addam & insignem locum Quintilianii lib. I, cap. IV. Veteres,
quorum fuerunt Aristoteles quoque, atque Theodectes, verba modo, & nomina,
& conjunctiones tradiderunt: videlicet, quod in verbis vim sermonis, in nomi-
nibus materiam (quia alterum est, quod loquimur; alterum, de quo loquimur) in
conjunctionibus autem complexum eorum esse judicaverunt: quas conjunctiones
à plerisque dici scio; sed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio.
Paullatim à philosophis, ac maxime Stoicis, auctus est numerus: ac primum
conjunctionibus articuli adjecti; post præpositiones: nominibus appellatio; deinde
pronomem; deinde mistum verbo participium: ipsis verbis adverbia. Noster sermo
articulos non desiderat; ideoque in aliis partes orationis sparguntur. Sed accedit
superioribus interjectio. Alii tamen ex idoneis dumtaxat auctoribus octo partes
secuti sunt: ut Aristarchus, & ætate nostra Palæmo, qui vocabulum, sive ap-
pellationem, nomini subjecerunt, tanquam species ejus. At ii, qui aliud nomen,
aliud vocabulum faciunt, novem. Nihilominus fuerunt, qui ipsam adverbio vo-
cabulum ab appellatione didicerent, ut esset vocabulum, corpus visui tactuque
manifestum; domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deest, vel utrumque;
ventus, calum, deus, virtus. Adjiciebant & asseverationem, ut heu: & at-
tractionem, ut fuscetam: quæ mihi non approbantur. Etiam de hisce diver-
fis

sis aded, ac discrepantibus opinionibus veterum, est illustris locus apud Priscianum in secundo; ubi sic scribit: *Partes orationis sunt secundum Dialecticos due, nomen & verbum: quia hæc solæ etiam per se conjunctæ plenam faciunt orationem: alias autem partes syncategoremata, hoc est, confignificantiæ appellabuntur. Secundum Stoicos vero, quinque sunt ejus partes; nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, conjunctio. Nam participium connumerantes verbis, participiale verbum vocabant, vel casuale: nec non etiam adverbium nominibus, vel verbis connumerabant, & quasi adjectiva verborum ea nominabant: articulis autem pronomina connumerantes finitos & articulos appellabant: ipsos autem articulos, quibus nos caremus, infinitos articulos dicebant: vel, ut alii dicunt, articulos connumerabant pronominibus, & articularia eos pronomina vocabant; in quo illos adhuc sequimur Latini: quamvis integros in nostra non invenimus lingua. Præpositionem quoque Stoici conjunctioni copulantes præpositivam conjunctionem vocabant. Quidam autem novem dicebant esse partes orationis, appellationem addentes separatam à nominibus. Alii decem etiam, infinita verba seorsim partem ponentes. Alii undecim, quia pronomina, quæ non possunt adjungi articulis, per se numerabant. His alii addebant etiam vocabulum, & interjectionem apud Græcos, quam nos adhuc servamus. Apud Latinos vero articulum addebant, quem purum per se apud eos non inveniri docuimus. Hactenus Priscianus. Postea verò idem ostendit non posse discerni à se partes orationis, nisi uniuscujusque proprietatis significationem attendamus. Concludit exinde nec plures, nec pauciores esse orationis partes, quàm octo. Vide & initium libri XI.*

Sed ut omnis hæc disputatio melius intelligatur, non abs re erit, si quæ à Dionysio, & Prisciano, scribuntur, accuratiùs expendamus. Duæ sunt principes partes, Nomen, & Verbum: de quibus solis iccirco Aristoteles agit libro *Ἐπι ἐξημνείας*. Nempe quia ex his solis perfecta conficitur oratio: ut, *Socrates philosophatur*. Hinc Varro in septimo de L. L. *Aristoteles duas partes orationis esse dicit; vocabula, & verba; ut homo, & equus; & legit, & currit*. Alibi † tamen idem Aristoteles conjunctionem, & articulum addit. Cæterùm sub nomine, sive, ut Varro loquitur, vocabulo, comprehenditur pronomen; ut quod pro nomine ponatur. Participium autem interdum sub nomine, interdum etiam sub verbo censetur. Sub nomine quidem, si subiectum sit: sub verbo, prædicati obeat munus. Prioris exemplum est in isto Ovidii, *Militat omnis amans*. Πᾶς ὁ ἐρῶν πολεμεῖ. Posterius locum habet in illo Ciceronis de Oratore: *Est, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri, his ipsis verbis loquens Socrates. Vbi, Socrates est loquens, tantundem valet, ac; Socrates loquitur*. Nam, ut Aristoteles ait in IV Metaphys. cap. VII: Οὐδὲν ἀποφέρει τὸ ἀνθρώπου ὄμα δίνων εἶναι, ἢ τὸ ἀνθρώπου ὄμα δίνειν ἢ τὸ

† lib. de re Poetica.

ἀνθρώπων βαδίζων ἐστίν, ἢ τέμνων, ἔ ἀνθρώπων βαδίζεν ἢ τέμνειν. ὁμοίως
 ἢ ἔ ἐπι ἢ ἀλλων. *Nihil est discriminis inter hæc, homo est valens, & homo
 valet: & homo est secans, aut vadens, & homo secat, aut vadit. ac similiter
 in aliis.* Reliquæ quatuor orationis partes non sunt necessariae ad con-
 stituendam enuntiationem. Imò & has, atque etiam pronomina &
 participia, nonnullis creditur, ut Appuleji * verbis utar, *non magis par-
 tes orationis esse, quam navium, aplustria, & hominum, pili: aut certe in uni-
 versa compage orationis vice clavorum, & picis, & glutinis deputanda.* Nec
 multum abit Priscianus in xi. Sed cum Appulejus geminà utatur
 similitudine, priorem illam de aplustribus navium, & pilis hominum
 approbat: non item posteriorem de clavis, pice, aut glutine. *Stupa,*
inquit, & clavi, & similia vincula, non ex eadem constam materia, ex qua
tabulae, & naves: conjunctiones autem, & præpositiones, & similia, ex eadem
sunt materia, ex qua nomen & verbum constant; hoc est, literis, & syllabis, &
accentibus, & intellectu. Itaque etiam per se prolatae, quòd partes sunt oratio-
 nis, ostendunt. Paullò post, *Si,* inquit, *non essent partes, loco earum nun-
 quam nomina ponerentur: cum loco cere & stupa in navi tabula fungi non*
possit: invenimus autem loco adverbii nomen; ut unà, multum, falso, qua: &
pronomem similiter, eò, illò: & loco conjunctionis, tam nomen, quam pronomem,
quare, ideo: & adverbium loco nominis; ut, Mane novum; & Sponte sua; &
Euge tuum; & Belle tuum; & Cras alterum. Denique sic argumenta-
 tur: *Si, que compaginem videntur præstare nomini & verbo, non sunt partes*
orationis dicendae: ergo nec partes corporis debemus accipere nervos, quia ligant
verba & articulos: quod penitus videtur absurdum. Ex quibus sic conclu-
 dit: *Multò igitur melius, qui principales & egregias partes dicunt nomen &*
verbum: alias autem his appendices. Quædam in his firma sunt, quædam
 infirma. Solidius enim de stupa, & pice, quam de clavis. Quippe &
 clavi fieri possunt ex eadem materia, nempe è ligno. Levius autem
 de nervis: quia his corpori exemptis consistere illud nequeat: at ex
 solo nomine & verbo, absque ullis particulis, perfecta fuerit oratio.
 Qua de re & Apollonius Alexandrinus *Ἐπι συνθέσεως* lib. i, cap. iiii.
 Verùm quæritur, si cum Aristotele, Theodecte, aliis, tres solum par-
 tes agnoscamus, nomen, verbum, & conjunctionem: quòd adver-
 bium, præpositionem, & interjectionem, conveniat referri? De ad-
 verbis putamus imprimis ad verba pertinere: quòd & nomen ipsum
 Adverbii testatur. Atque id, ex oprandi etiam Adverbis, Apollonio,
 & Prisciano, optimè observatum. Nam quid aliud est, *Vinum venias,*
quam, opto ut venias? Quandoque tamen ad nomina rectius referun-
 tur: ut Alexander Aphrodisiensis monet in lib. *Ἐπι ἐπινοίας*: cuius
 etiam sententiam sequitur Boëthius. Quippe si dicam, *Hoc juste agis;*
 tantum-

* lib. vii
 iij. c. 1.
 syllog. catog.

tantumdem est ac illud, *hæc actio iusta est*. Item, *Feliciter pugnavit*, idem valet, ac si dicas, *pugna ejus felix fuit*. Quare frustra est Ammonius, cum more suo, nimia Alexandri insectandi lubricitate, hanc etiam Alexandri sententiam tantopere impugnat. Quandoque autem adverbium ad alias etiam classes reducit. Ut, *Vna illic fuimus*, resolvitur per duo pronomina, & conjunctionem; hoc pacto: *Ego, & alter*, de quo sermo, *illic fuimus*. De præpositionibus difficilius dictum est. Sub conjunctionibus comprehendere veteres: ut ex Dionysio, & Prisciano, liquet. Interdum tamen idem valent ac adverbium: tum in compositione, ut *prædives*, hoc est, *valde dives*: tum extra eam, ut, *Remus cum fratre*, hoc est, *Remus, & frater*. Interjectiones à Græcis ad adverbium referuntur. Atque eos sequitur etiam Boethius. Et rectè quidem de iis, quando casum regunt. Sed quando orationi solum inferuntur, ut nota affectus, velut iuspirii aut metus, vix videntur ad classem aliquam pertinere: ut quæ naturales sint notæ; non aliarum vocum instar ex instituto significant. Superest de articulis, quibus Latini carent. Dionysius ait, eos, qui quatuor fecere orationis partes, separasse eos à *συνδέσμοις* sive conjunctionibus. Fabius † itidem auctor est, sub conjunctionibus comprehendisse. Sed cui non verisimile fiat, potius contineri solere sub nominibus, pronominum instar?

† lib. I.
cap. 4.

Etiã autem juniores Latini Græcique Technici in classium enumeratione eo differant, quòd Græci interjectiones comprehendant sub adverbis, & articulum habeant, quem, Fabio teste, Latinus sermo non desiderat; imò, me iudice, planè ignorat: plerique tamen omnes Grammatici Latini, sive per imprudentiam, sive per incitiam, jubent in vocum inflexione præmittere *hic, hæc, hoc*, haut aliter ac Græci suum *ὁ, ἡ, τὸ*: indeque est, quòd Priscianus lib. XI I, *hic* vocat *pronomem articulare*. Verùm quantopere à veritatis cursu deflectant, indicio est, quod *hic* Latinis non articulus est, sed pronomen demonstrativum. Neque enim *hæc musa*, aut *hos poetas* idem est quod *ἡ μουσα*, aut *τὸς ποιητῆς*: sed quod *αὐτῆ ἡ μουσα*, & *τῶν τῶν ποιητῆς*. Parque in cæteris ratio. At quorsum id doceatur puerities (ita cum Ausonio † loquifigeat,) cujus nullus est in lingua Latinâ usus? Adde quod mirificè addito isto provocabulo turbantur teneræ puerorum mentes, ut vel hoc nomine probus instituendæ mustæ ætatis artifex, suis in diatribis provocabulum isthoc haut præmittere debeat vocibus, quas declinat. Neque ignoro vulgarem consuetudinem suffultam videri autoritate maximi Varronis: qui, in suis de analogia libris, pronomen *hoc*, quod & articulum interdum appellat, nominibus crebrò præmittit: quemmodum & Nigidius Figulus, Romanorum post Varronem doctissimus,

† carm. XI
in præf.
Burdigal.

mus, fecit in commentariis Grammaticis : ut vel is locus liquidissime indicat, quem ex eo adducit Agellius lib. XIII, cap. XXIV. Verum, ut id aliquid, atque aded multum esse fateor, ita haut istiusmodi est, ut iccirco mihi suram præbendam esse arbitrer. Nam longè alia nostri ratio est, quam veterum; quia cum lingua Latina illis fuerit vernacula, iis scribere, qui Latine jam scirent: ut provocabulum additum nihil morari potuerit discentes: imò cum nomina casuum, utpote vocabula technica, vulgò essent ignota, & ad rudium captum accommodatius loquebantur, & insimul studebant compendio sermonis; cum facilius hæc *musæ* dicatur, quàm *nominativo singulari feminino genere musæ*. At nunc in addiscendâ linguâ alienâ adjectio provocabuli difficilem reddit inflectendi rationem. Quod autem ajunt, ex provocabulo cognosci à pueris genus, non item si præteratur: id planè est insubidum, cum non quia *hic* præmittitur, virilis aliquid sit generis; sed quia virilis generis est, *hic* ei præponatur. Adde quòd aliquid masculinum esse potest, cui tamen *hic* nequeat præponi. Nec enim *hic nullus, hæc nulla, hoc nullum* dicimus. Quare si octo tantum vocum classes agnoscimus, ac facilem amamus docendi discendique viam; articulos istos deinceps valere jurebimus. Et hæc de numero classium: videamus deinceps singularum definitiones; in quibus immanè quantum ineptiunt Grammatici nostri: ut jure dixerit Iulius Scaliger, Grammatico definitore nihil esse infelicius: quod summi viri iudicium fugillent, quibus visum. Nos scimus aliter multò olere catulos, aliter fues.

C A P V T I I.

Refutantur vulgares definitiones partium orationis: & quantum opere non juniores solum, sed etiam veterum non pauci, confuderint vocabulorum classes, avertissimis indiciis comprobatur. Imprimis de pronomine & adverbio id ostensum: illius classis numerus adauctus, hujus imminutus. Mederga. Nulli consilii. Vnæ rei. Totus priori correpta. Lucretius emendatur è vet. membranæ. Adverbium Stoicis prædèntis vocabatur. Duzæ opinio rejecta. Amare pro orare.

NOmen Charisio, ac Diomedi, definitur, *pars orationis cum casu, sine tempore, significans rem corporalem, vel incorporalem, proprie, communiterve.* Sed hæc definitio, si definitio ac non divisio potius dicenda est, excludit nomina adjectiva. Neque rectius à Prisciano definitur, *pars orationis, quæ unicuique subjectorum corporum, seu rerum, communem* vel

vel propriam qualitatem, distribuit. Aut ab Donato, & Servio Honorato, *pars orationis cum casu, corpus, aut rem, propriè communiterve significans.* Nam, ut de eo nihil dicam, quod significari videtur, corpus non esse rem; in eo etiam peccat, quòd quid per rem significetur, satis est obscurum. Præterea pronomen quoque rem significat, ut infra ostendam. Denique si rem nominat adjectivum, cum dico, *homo fugitans litium*, quid causæ dicent, cur non nomet participium, cum itidem dico, *homo fugitans lites*? ubi *fugitans*, quia casum regat verbi sui, non nomen, sed participium esse, contendunt. Quàm rectè, nunc non disputamus: sed tamen se ipsos si audiunt, neutiquam hac definitione à participiis separant nomina adjectiva. Atque ex his quoque liquet, quid statui debeat de illa Asperi Iunioris, Nomen est *pars orationis, quæ res quæque appellatur.* Aut illa vulgari, Nomen est *pars variabilis, quæ rem nominat.* Vbi illud quoque non satis accuratè, quòd vocant partem variabilem. Nam *sinapi, pondo*, aliæque ἄνωγε non variantur; imò nec *μωρόνωγε*, ut *inficias*. Nomina tamen sunt. Et certè declinatio est nominis accidens; ut mirum non sit, si minùs omnibus competit nominibus.

Neque minùs à limitibus veritatis aberravit Priscianus, cum pronomen definit, *partem orationis, quæ pro nomine proprio uniuscujusque accipitur, personæque finitas recipit.* Neque enim omnia nomen habent proprium: ac proinde non tantùm pronomen vice proprii, sed pro quo vis ponitur nomine: ut *hæc*, pro hac quercu; *illud*, pro hoc subfello. Nec est, quod dicat quis, per proprium hic intelligi, quod Logici individuum appellant. Nam ad ipsam speciem referuntur pronomina, cum dico: *animalis species sunt homo & bestia: ille rationis est particeps; hæc exers.* Nec propriè recipit pronomen personam, sed significat. Quamquam apud Priscianum pro *recipit*, (quomodo & in veteribus membranis nostris exaratum est) lubens legerim, *respicit*. Sed neque pronomen semper personam significat. Neque enim personam noto, cum *ille* dico, librum monstrans, aut *quis*, de floribus quærens. Quare neque stat sententia, subscribere definitioni viri de re Grammaticâ alioqui optimè meriti; cui *Pronomen est vox declinabilis per casum significans personam primò sine tempore.*

Virgulæ quoque censoriæ in viam reduci debent, cum *verbum* esse ajunt dictionem variabilem, quæ significet actionem aut passionem. Nam non est de essentia verbi, ut varietur: multò minùs placet, quod exquisiti quidam Grammatici addunt, *variabilis per modos.* Nam *infir*, & *cedo*, non variantur per modos. Imò omnino non variantur. Nam *cette*, pro *cedite*, jam obsoletum est. Deinde *calectio*, ipsaque *actionis*

& *passionis* vocabula , quæ voces sunt variables , notant quod hæc requirit definitio. Verba tamen non sunt , quia aliud est actionem aut passionem significare , quod & nomini convenit ; aliud agere , aut pati ; quod verborum est. Quid quod verba substantiva ne quidem *agere* aut *pati*, verùm *esse* significant ?

Participium definitur dictio variabilis , quæ à verbo derivata partem capit tam à nomine , quàm à verbo. Quæ potius est *επιμολογηκή* nominis explicatio , quàm definitio. Saltem dixissent , quid ab utroque capiat.

At adverbii planè futilis à triconibus istis definitio adfertur. Ajunt enim, esse partem orationis invariabilem, quæ adjiciatur verbo ad explicandam ejus circumstantiam. Atqui non semper adjicitur verbo , verùm etiam nominibus : ut, *mulier admodum anus*, aut, *vir bene doctus*. Deinde adverbia multa qualitatem , non circumstantiam rei , qualis propriè locus , & tempus , significant : ut, *recte*, *imprudenter*.

Nec scio , quid mentem eorum vacefecerit , cum præpositionem definiunt, partem orationis invariabilem, quæ præponatur aliis dictionibus. Siquidem conjunctiones , quas præpositivi ordinis faciunt , dictionibus præponuntur, quæ tamen præpositiones non sunt : & contra, juxta ipsos quoque, *tenus* præpositio est, quam semper agnoscunt postponi. Versus, etsi huc ab aliquibus referatur , mitto, propter ea , quæ dicemus in *xv* de Analogia cap. *xxi*. Mitto Plautinum *med erga*: quo utitur Captivus , & Alinaria, pro *erga me* ; D ob vocalem sequentem additã : quomodo Casinã ait idem, *Vnde hic amabo nuquent ad dent*: & Bacch. *red obsecro*. Mitto & alia similem passã *ἀνασποφλω*, ut *meccum*, *nobiscum*, &c. quorum exemplo fortè defendi possint, quibus *mederga* vox unica est. Abunde, quæ attulimus, indicant, præponi, neque primo , neque secundo , multo minus tertio , aut quarto modo ex iis , quos Porphyrius adducit, præpositioni esse proprium.

Conjunctio , juxta veteres , est dictio invariabilis , quæ conjungit verba & sententias , actu vel potestate. Verùm etsi hanc definitionem amplectitur quoque Frischlinus : non video tamen, quid attineat addere , *actu aut potestate*. At, inquit, hæc definitio alioqui solis convenit copulativis ; non item adversativis , causalibus , & rationativis , ac neutiquam disjunctivis , cum conjungere & disjungere contraria sint. Verùm hæc quidem tanti non erant , ut virum doctissimum à rectã viã in erroris abducerent semitam. Sanè aliud est res conjungere, aliud verba. Conjunctiones disjunctivæ res disjungunt : at conjunctiones tum disjunctivæ , tum aliæ omnes , sententiam sententiæ conjungunt.

Inter-

Interjectio Diomedii est pars orationis affectum mentis significans voce inconditâ. At papæ, *euge*, *ehodum*, multa que alia, non sunt voces inconditæ, hoc est, rudes, & illiteratæ. *apage* non est interjectio, ut alibi dicimus. Aliis quoque auris vellendâ, cum definiunt eam dictionem invariabilem, quæ interjiciatur orationi ad declarandum animi affectum. Interjectio enim non semper interjicitur, quia ab eâ quoque rectè auspicamur. Interjectiones enim dictæ sunt, quia sæpè interserantur orationi, non quòd id perpetuum sit. Neque solæ Interjectiones significant animi adfectum, sed & adverbia: ut *iracundè*, *iridemer*, *timide*, similiaque.

Quemadmodum autem in definiendis octo vocum classibus non nisi tenebras offundunt, qui faculam juventuti allucere debebant: ita & alucinati sunt, quòd in exemplis classes omnes sædè conturbarent. Nam provocabula, *unus*, *ullus*, *nullus*, *solus*, *totus*, *uter*, *alter*, *neuter*, *aliquis*, *alius*, *reliquus*, *cæternus*, multa que alia, retulerunt inter nomina; atque huc eos duxit, at seduxit Priscianus; qui in eaple sententiâ est. Certè pronomina esse, arguit, quòd secundariò solum significant rem, cum ponantur pro nomine. Deinde si *quis* est pronomen, quòd de pluribus rogat; erit & *uter*, quod de duobus interrogat. Itidem si pronomina sunt, *hic*, *ille*, *ipse*; quibus respondemus, cum quæstio per *quis* instituitur: pronomen quoque erit *alius*, item *nullus*: si *nullus*, certè & *ullus*. Eademque ratione, si pronomen sit *nullus*, certè & *neuter*, cum differant hæc, ut *quis*, & *uter*; à quo factum *neuter*. Idem de cæteris statuendum. Itaque nil mirum, si *unus*, *ullus*, *alius*, *uter*, *neuter*, nonnullaque alia, inflectantur per *ius*; ut *ille*, *ipse*, *ipse*: nam non minus, quam isthæc, pronomina sunt. Agnosco tamen, ea olim non per *ius* tantum, sed quoque genitivum in I formasse; ut & dativum in O, non in I. Vide apud Priscianum * loca cum Cæcili, M. Catonis, C. Licinii, Afranii, Plauti; tum Terentii quoque, cujus istoc †, *Tam iners, tam nulli consilii*; atque aded Ciceronis etiam, cujus isthoc pro M. Tullio Decula ‡: *Hoc iudicium sic expectatur, ut non una rei statui, sed omnibus constitui putetur.*

Est & alia nota, quâ esse ea provocabula cognoscamus. Nam quemadmodum pronomina pleraque, ita hæc quoque, respuunt pronomen demonstrativum, sive, ut Varro vocat, articulum. Priscianus, licet ipse nomina esse statuat, tamen tum initio lib. VI, tum lib. XIII, ab aliis agnoscit inter pronomina recenseri. Nec movet me, quòd, qui sic senserint, indoctos vocat Priscianus. Nam facile se ab indocti appellatione vindicat togatorum doctissimus Varro, qui idem sensit: uti & nomine & re Probus Grammaticus. Imò Rhemnius Palæmon

* lib. 6 &

13.

† Andr.

Al. 3. sc. 5.

verf. 2.

‡ apud Prisc.

lib. 6.

quoque, ac Donatus etiam, *qui, quicumque & aliquis*, faciunt pronomina infinita. Quin & (ut Honorato tibicine sententiam nostram fulciamus) Servio etiam, interpretatione in edit. II Donati, pronomina generaliter infinita sunt, *quis, qualis, talis, quantum, tantum, quotus, totus*. Etiam Diomedii pronomina sunt, *alius, alter, neuter, uter, uterque, alteruter, unus, unusquisque, nullus, nullus, nemo, talis, qualis, totus*. Vbi (ut & apud Servium) *totus* intellige non pro integro (quâ significatione planè est nomen) sed priori correptâ, ut idem sit, quod *totus*: quomodo (ut Despauterius primus annotavit) Manilius usurpat lib. III. *Detrahatur summæ tota pars, quota demit utrumque*. Similiterque loqui Tertullianum, observat ibi Iosephus Scaliger. Imò & Lucretium eodem modo locutum animadverti. Nam lib. VI * ubi à Lambino, Giffanioque, editum est: *Es quota pars sit homo terræ totius unus*: elegantissima, verissimâque est lectio, quam disertim habent veteres membranæ nostræ:

Nec tota pars homo terræ, quota totius unus.

Quin Lambinus quoque fatetur, in quibusdam se manuscriptis, *Nec quota*; in aliis, *Es quota*; in aliis, *Hæc tota*, invenisse. Quòd verò Petrus Candidus in Florentinâ, Marullus in Venetâ mutarunt; id non aliunde est, quàm quòd, ob modulum prioris in *totus*, pravo malè talo versum stare crediderunt. Quid mirum? quando antiquiores etiam in eo decepti: eosque inter Cleonius, Romanus Senator, Grammaticus Constantinopolitanus: qui cap. de Pronomine, rectè quidem inter provocabula ponit, *quot, tot, quotus, totus*; verùm ineptè subjicit, *quotus* penultimam acuerè, *totus* circumflecterè; quia scripserit Maro †, *Totus & ille dies*. Isthæc verò Sergii invalida est ratio: *Neuter*, inquit, *alius, & reliqua, constat esse nomina, quoniam Probus viginti, & unum, dicit esse pronomina; in quibus ista non computantur*. Nempe hoc est, quòd sapientes tot sunt conquesti, *sequi penè omnes pecorum ritum antecedentium gregem, pergentes, non quâ eundem est, sed quâ iter* ‡. Possim & ostendere, in aliis classibus itidem peccatum: ut cùm Conjunctioni inserrunt verba, E. G. *licet, licebit*: interjectioni addunt nomina; quomodo Valerius Probus lib. I Grammat. Inlit. * *nefas* interjectionem esse statuit in versu isthoc †:

— *Et ultima secum*

Batra vehit, sequiturque, nefas, Egyptia conjux.

Eodemque modo apud Plautum, & Ciceronem, *malum*, iudice Diomede, fit interjectio. Potius dixero poni ἐπιπροσθετός, pro *malum ei*, vel *eis sit*. Similiter apud Virgilium, *infandum, & miserum*, interdum fieri interjectiones, ait idem Diomedes. Vti & pronomem *illum*, &

ver-

* vers. 652.

† I Georg.

‡ Seneca lib. de vita beata cap. I.

* cap. de Interjectione.
† Ennid. 8.

verbum *amabo*. Charisio verò etiam Catonis illud interjectio est, *Vita Deum immortalium!*

Sed, ut cæteras omittam, inscitiam eorum luculentè vel solum detegit adverbium: quod Stoici *πρωδέντιον* appellarunt, quia, ut ait Charisius lib. II, omnia in se capit, quasi collata per satyram, concessâ sibi rerum varietate. Certè multò magis hodie iidem dixissent *πρωδέντιον*, quia nihil non rupices quidam infererunt, multa, fateor, malo veterum exemplo; sed nec pauca privo errore, ut jure istud Sallustianum * iis occentare possis; *Sit fides penes autorem*. Nam, ut de uno hoc aliquamultis ostendam exemplis, ad adverbia referunt nomina: ut sunt *fortè*, (quod & Probus † vocat adverbium) *fortuna, domi, nihil, casu*, &c. Verum, inquit, si *domi* nomen foret, dici posset, *regiæ vel pastoralis domi*: nunc *domus* tantum dicitur. At invalidum hoc telum. Neque enim, ut nomen sit, necesse est, quibusvis addatur nominibus; sed satis est, ut addatur certis: ut sunt *meæ, tuæ, siæ, nostræ, vestræ, aliene*. Cic. lib. IV, epist. VII, quæ ad Marcel. *Nonne maior sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo aliena?* Adde quòd, ut Cic. II ad Att. ep. VII dicit, *in domo Cæsaris*, ita *domi Cæsaris*, dicat lib. I ad Att. ep. IX. Tum item, quòd *domi bellique*, & *domi militiæque*, sæpe legimus: uti & *αὐτῶν τῶν belli*; cum Varro ait apud Nonium: *Fera militiæ materia belli ut præstarent*. Æquè puerile, cum Diomedes lib. I cap. de adverb. *vili*, & *carò*, vocat æstimationis adverbia. Nam id si est, adverbia quoque erunt, *magno, parvo, minimo, paullulo*, ac similes ablativi, quos verba æstimandi adsciscunt. Nec hilo rectiùs doctissimus Donatus, *Romæ, Romam, Româ*, facit adverbia. *Sunt*, inquit, *adverbia loci, quæ imprudentes putant nomina*. In loco, ut *sunt Romæ*: de loco, ut *Româ venio*: ad locum, ut *Romam pergo*. Subscribit Donato hæc in parte Servius. Nam ad illud Maronis †:

— *Tyriâ Carthagine quæ nunc*

Exspectat:

adverbium de loco pro adverbio in loco poni ait. At quomodo *Carthagine* sit adverbium, cum additum habeat adjectivum *Tyriâ*? Eodem modo dixit Cicero lib. XVI ad Att. *Malo cum timore domi esse, quam sine timore Athenis tuis*. Et Lentulus Ciceroni: *Laodiceam, quæ est in Syria, se consulit*. Suntque alia id genus innumera. Nec defensam reperio errori Oberti Giffanii *, qui *ingratiis* adverbium esse tradit. Nam dixit Plautus Casin. Act. 2. Sc. Vnâ edepol operâ:

Vobis invitis, atque amborum ingratiis,

Vnâ libellâ liber possum fieri.

Et Mercat. Act. II, Sc. IV. *tuis ingratiis*.

Pronomina quoque ad adverbia referunt: ut, *meccum, nobiscum*, similiaque

* in *Ingurshâ*.

† lib. I, cap. de adverb. bii.

† 4. En.

* ind. Lucet. in omnimodis.

liâque provocabula cum præpositione *κατ' ἀντιστοχῶν* subjectâ : quod cur fiat, docet Cicero in Oratore, & ex eo Priscianus lib. XII; ubi non modò, sequutus Diomedem, *mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum*, disertim scribit esse provocabula; sed & è Tullio docet, subjici præpositionem, quò evitetur cacophonon; ejusque sententiæ quoque fuisse, ait Plinium lib. XI sermonis dubii. Et sane, si *mecum, tecum*, similiâque, sunt adverbia; cur *eccum, eccam, eccos, ellum, eccillum, eccistam* (quibus omnibus Plautus utitur) non itidem inter adverbia reponunt? At hæc manifestè sunt accusativi casus. Itaque & in nominativo legimus, *ecca, & eccista*: ut inferiùs dicemus.

Insuper huc referunt verba: ut *amabo* apud Plautum, *Amabo, cui senex, eloquere*. Idem: *Ite domum, amabo*. jure ex adverbiorum numero expungit Cælius Calcagninus lib. XI, epist. VIIII. Quippe ne verbum esse ambigas, interdum casum incusativum additum habet: ut apud Ciceronem non semel epistolis ad Atticum, Quintum fratrem, atque alios. Item Plautum Menæchmis*, *amabo te*. Quibus verbis amor summus promittitur, si impetretur, quod petitur. Neque enim placet Douzæ sententia, qui *amabo* explicat, *orabo*: quamquam interdum *amare pro amanter orare* accipi sciam; ut in eadem comœdiâ †:

* *Al.* 2, sc. 3.

† *Al.* 3, sc. 3.

Menæchme, amare ait te multum Erotiam.

‡ *Al.* 2, sc. 3. *Paratum jam esse.*

Et, si rectè sic legitur Persa †: — *Dic me illam amare multum, Vbi se alluat, ibi me alluat.*

Sed & Græci τὸ στεγερῖν ita usurpant; quâ de re idem Douza in explanationibus Plautinis lib. XII, cap. VI. Eugraphius, vetus commentator, ad illud Terentii Eunuch. act. V, sc. I:

Vide, amabo, si non cum adspicias, os impudens

Videtur:

adnotat, *amabo* inter poëtas semper nullâ esse significatione. Sed si blandientis est, otiosum esse nequit, cum multum blanditiæ & preces valeant.

Idem error in *quæso*: quod Donatus adverbium esse ait, atque usurpari ad leniendum imperativi imperium. Sed obstat, quò dicamus, *quæso te*, & sæpius *quæso à te*. Cic. pro Roscio Amerino: *Tè quoque magnopere M. Fanni quæso*. Et eadem: *Quæso à vobis, judices, ut hæc pauca, quæ restant, ita audiat, ut partim me dicere pro me ipso putetis, partim pro S. Roscio*. Et pro Archia: *Quæso à vobis, ut in hac causâ mihi detis hanc veniam*. Et pro L. Flacco: *Quæso à vobis, Asiatici testes*. Quin in plurativo quoque invenitur. Brutus & Cassius apud Cic. lib. XI, epist. IIII. *Deos quæsumus, consilia tua Reip. salutaria sint, atque tibi*.

Referunt conjunctiones, ut sunt *primo, deinde, denique*, similiaque; quæ

quæ ad conjungenda verba sententiæque apponuntur. Quamquam de his non magnopere pertendam; cum quæ ordinem significant, etiam adverbiorum naturam habere videantur. Referunt interjectiones, ut *en, heu, utinam*, aliæque haut exigentia nominis, aut verbi præsentiam. Profectò in Grammaticorum prope omnium commentis, quæ ἀπειροί * immensum extollunt, penè ἰδὲν † ὄψεις: cum paginæ singulæ sæpe plures contineant errores, quàm Sicinius ille Dentatus † vulnera toto habuit corpore.

* *agrestes.*
† *nihil sani.*
‡ *Gellius*
lib. 2. cap.
11.

CAPVT III.

Veræ singularium orationis partium definitiones adferuntur.

VERùm quia haut satis est, ostendere alios à januâ aberrasse, nisi & ipsi rectam monstremus viam; age nunc instar Mercurii Euhodii in quadriuo positi viam rectam virgulâ monstremus: aut Hegemonæ Deæ instar occurrentes manu ducamus. Sed antea facem accendi opus est, ut non cæcis appareat, quibus notis distinguantur hæ viæ, hoc est, vocum classes, & cur hanc potius, quàm aliam ingrediendum sit definiendi viam.

Ac primò quidem se offerunt nomen, ac pronomen; quæ eo differunt à verbo, & participio, quòd hæc adsignificant tempus; at illa non adsignificant, hoc est, non notent præter primariam significationem. Nam *crastinus, hesternus*, similiæque, notant tempus: sed hæc in nominibus istis primaria est significatio. At contrà fit in verbis, & participiis. Nam *audiendi* vox primariò notat auribus percipere: atque id notatur, sive *audio*, sive *audvi*, sive *audiam* dicam: verùm præter primariam hanc significationem, certa temporis differentia connotatur, quod Aristoteli * est *ἡμερομεναιον*. Atque id iis tantùm ignotabile esse arbitror, quibus ob neglectam differendi disciplinam, haut insolens est in talibus vel mero meridie caligare.

* *lib. de Interpret.*

Differt verò nomen à pronomine, quòd illud primò significet rem; hoc secundariò; ut quod pro nomine ponatur, unde & nomen indeptum est.

Differt participium à verbo, quòd participium declinetur per casus, non item verbum.

Est igitur nomen, vox ex instituto rem primò significans. Pronomen, quod primariò nomen respicit; secundariò verò rem significat. Verbum, quod adsignificat tempus sine casu. Sive quod agere, pati vel esse significat. Participium, quod variatur per casus, cum adsignificatione temporis. Adverbium est vox, quæ nomini, verbo, aut partici-

incipio, additur ad circumstantiam, aut qualitatem ejus significandam. Præpositio est vox, per quam adjungitur verbo nomen, locum, tempus, aut causam significans, seu positivè, seu privativè. Nam causam significant *ob*, & *propter*: privationem indicant, *præter*, *absque*, *sine*, *clam*. Cæteræ præpositiones, aut locum, aut tempus, aut utrumque significant. Conjunctio est, quæ sententiam sententiæ conjungit. Etenim disjunctivæ conjunctiones, etsi rem disjungant, tamen verba, ac sententias conjungunt: à priori munere quædam disjunctivæ dicuntur; à posteriori omnes vocantur conjunctiones, ut antè diximus. Interjectio est vox affectum mentis significans, ac citra verbi opem sententiam complens. Nam *utinam*, idem est, ac vellem sic se res haberet: vel si hoc adverbium esse malis, quia & verbum admittit, (ut cum ajo, *utinam adulter obrutus esset aquis*) at res liquidior in *væ*, ut cum dico *væ tibi*: hoc est, non impune abibit. Sic *euge*, quod ferè tantundem est, atque, *belle res gesta*, aut *feliciter res successit*: *ohoho*, quod apud Plautum est Captivus *, dolorem testatur. Est enim ejulantis. Nisi divisim legi malis, *oh, oh, oh*: quod & clarissimo Grutero placuit.

* *Ab. 2. Si*
Di immor-
tales.

Et hæc de classium singularum definitione: quæ nimis fortasse anxie conscribuisse videbimur Philosophiæ ignaris. Verùm cogitent, Varronem quoque scribere, se suos in re Grammaticâ libros non modò ad Aristophanis, hoc est Grammatici; sed & Cleanthis, hoc est Philosophi, lucernam elucubrassè. Et Iul. Scaliger Quintilianum non immeritò reprehendit, quòd Grammaticam fingat è quadrio extra Encyclopædiam.

C A P V T I V.

De Specie, & Figura. Utramque tum Methodicæ Grammaticæ, tum Exegeticæ subjici. Quæ ab alio originem ducunt, derivata rectius vocari, quam derivativa. Non esse figuram tertiam, quam vulgò decompositam vocant. De numero. Voces singulariter, & pluraliter, non esse à junioribus repertas. Singulus, & pluralis, pro singulari, & plurali. Dualem numerum male Grecis adimere conatur Iulius Scaliger. Aoles eo carent, quos secuti Romani. Profusa liberalitas Donati, donantis duali linguam Romanam. Verba etiam Latinis dualem habere, olim creditum à nonnullis. Ea sententia refellitur. Nomina, pronomina, & participia, non tertie semper; sed primæ etiam, secundæque esse personæ. Quà mente olim dictum sit, quæ tertie in verbis personæ dicuntur, ea nullius esse personæ.

Videndum deinceps de iis, quæ omnibus accidunt vocibus: ut sunt duo hæc, species, & figura. Quæ tamen non minùs ad Exegeti-

geticen, quàm Methodicen pertinent. Nam plurimum ferè ad cognoscendam propriam vocabuli significationem conducit, si, unde ei nomen impositum sit, sciamus. Unde fortasse à Grammaticis *species* nomen impositum, quia ex origine naturam sive significationem vocis *specere*, hoc est, videre incipimus. Nihilominus ad Methodicè quoque rectè referri, putamus. Nam in derivatione, ac compositione, spectatur *ἀναλογία*; quam Methodicè nunc partem tractamus. Quandoque etiam pro diverso genere derivatorum variat declinatio: quod in verbis maximè dilucet, ut suo ostendemus loco.

Sed utcunque pertineat ad utramque Grammatices partem, magis tamen convenit Exegeticæ. Ut quæ non corpus sermonis, sed formam ejus, hoc est, significationem respiciat. Quare de utraque earum nihil nunc addo; sed potiùs hanc partem tractabo, cum ad Exegeticen, ac Originum doctrinam, deventum erit.

Figura tantummodo est duplex, ut rectè docet Diomedes in primo. Nam omnis vox, vel simplex est, vel composita. Si tertium est, exemplo arguant. At, inquirunt, sunt præterea decompositæ, quas Græci *ἀποσπασθείσας* vocant. Sed sive istæ è composito componantur, quomodo, *inexpugnabilis* est à composito *expugnabilis*, sive deriventur à composito, quo pacto *experientia* derivatur ab *experiens*; ipsa quoque decomposita vox est composita. Nam si utraque pars, quæ in decomposito derivatione est, non fuerit in usu; recurrendum est ad partes usitatas vocis, unde derivatur. Quemadmodum enim *epitogium* non ab *ἐπι* & *τογιον*, sed *toga* factum est; cur non itidem *magnanimitas*, et si *animitas* in usu non est, factum dicam ex *magnus*, & *animus*? Adde quòd ob composita è compositis, vel ab iis derivata, nihilo justius statuitur figura decomposita, quàm ob derivata à derivatis ponitur species tertia venientium à derivatis.

Vti verò species & figura omnibus vocibus, ita iis quoque, solis particulis exceptis, accidunt numerus, & persona.

Numerus definiri solet differentia vocis secundum unitatem ac multitudinem. Dispicendum igitur, an Grammaticè sic possit definiri. Sanè obstat, quòd Grammaticis illa etiam pluralivi numeri dicantur, quæ rem unam significant: ut *Athene*, & alia multa. Quæ profectò non alià de causa dicuntur pluralia, quàm quia more pluralium declinantur. Solet enim Grammaticus magis vocis flexionem, quàm significationem, attendere. Grammaticè igitur si loquamur, corrui ea definitio numeri, quæ dicitur esse accidens, inter unum pluramque distinguens. Recta tamen est, si attendamus institutum antiquissimum nomina verbaque. (sub quibus etiam pronomina & participia

comprehendebant) per numeros variandi. A quo, temporis longinquitate, usus in nonnullis paullatim deflexit.

Numerus est duplex, singularis, aut pluralis; prout appellat Fabius ipse lib. I, cap. IV; à quo etiam voces *singulariter*, & *pluraliter*, usurpantur lib. VIII, cap. VI. Apud Cælium quoque Aurelianum, medicum vetustum, sanè Galeno antiquiorem, legimus lib. I, cap. I: *Pluraliter autem usum dicunt, ut membranas diceret. Siquidem sive per multas, sive per omnes id eveniat, si singulariter poneret, negaret esse in multis.* Tertullianus itidem libro adversus Praxean ait, *Non ex unius esse personâ, quod pluraliter dictum est.* Et paullo antè sic idem, *Vnus enim singularis numeri significatio videtur. Singularem numerum, & pluralium appellat Agellius; ut cognoscere est è lib. II, cap. XVI, & lib. XIX, cap. VIII.* Imò est & pluralium vox apud Arnobium lib. quarto: *Nam cum, inquit, à doctioribus omnes nostris insinuatam acceperimus, & traditum, in declinationibus Deorum pluralium numeros non esse, quod essent Dei singuli, nec communiter ire per plurimos uniuscujusque nominis proprietates quæret, &c.* Sed de voce satis. Rem videamus.

Singularis qui dicitur, revera, numerus non est; si strictè hac voce utamur; sed numeri potius initium; quemadmodum nec punctum, linea; nec momentum, tempus est; sed initium ejus; ut ostendit Philosophus. Verùm Grammatici, more suo, vulgi hæc in parte iudicium sequuntur.

Præter singularem, & pluralium habent Iones numerum dualem. Verùm Iul. Scaliger negat, eos causam habuisse, cur dualem magis adjicerent, quàm tertialem, quartalem, aliòsque. Nam, inquit, si his nihil opus erat ad tria, aut quatuor, plurâque à majori numero distinguenda: neque necessum fuit, dualem addere ad binarium à ternario, aliove numero, discriminandum. Sed si hæc non tantùm audire, verùm etiam arbitrari licet; haut deest, quod magno Scaligero obducam, & opponam. Nam quanto alia dualis numeri ratio sit, ac tertialis, quartalis, quintalis, argumento est, quòd citra ternarium non consistit universitas; at in ternario, & ultra eum, universitatis nomine uti possumus. Ita de duobus consulibus non dixero, *omnes* consules adesse, sed *ambos*: at quòd coram tribus dictum, id coram pluribus meritò dixisse dicar. Atque hinc quoque liquet, cur Vlpianus *palam* exponat, *coram pluribus*. Est autem hæc ratio eo magis ponderanda, quòd non Iones modò res ea tangat; sed & principem, sacramque, hoc est Hebræam linguam: quæ ipsa dualem agnoscit, tam in nomine, quàm in verbo. Ab Ionibus recessere Æoles: qui cum inter unum, plurâque, nullum esse medium putarent, singulari quoque ac pluralivo

ac-

acquiescendum existimarunt. *Æoles* verò, ut in aliis plurimis, ita hæc quoque in parte secuti sunt Latini; quamvis nec inter hos defuerint, qui Latinos duali donarint. Donatus *: *Numeri, inquit, sunt duo, singularis, ut hic sapiens; pluralis, ut hi sapientes. Est & dualis numerus, qui singulariter enunciaris non potest; ut, hi ambo, hi duo.* Verùm quis, nisi defecti planè iudicii, ob duo isthæc seu nomina, seu pronomina, dualem à plurativo distinguendum sibi persuadeat?

* In *Arcti* editione secunda, ac similiter *Servius* in ejus interpretatione.

At, inquit, noti desunt, qui & Verba *Δυϊκῶ* † donent. Scio. Sed solidè eos refellit *Diomedes* in primo his verbis: *Dualis apud Græcos duntaxat valet, à nobis excluditur, eodem modo, quo & in Nominibus. Nequaquam enim reperiri potest in Latino sermone ulla dictio, que dualem exprimat numerum. Antiquitatis enim Romani memores, dualem numerum postularis usu receptum, quasi novellum, usurpare noluerunt. Is namque sicut à primordiis adseritur sermonis à natura proditi, in obscuro habitus ignorabatur, & diutius incertus, inter utrumque numerum, tam singularem, quam pluralem latebat. Serò autem, supervenientibus seculis, scrupulose curiostratis observationibus captus, quasi mercularis irrepfit. Et hac de causa apud veteres raro reperitur, quoniam erroribus illaqueatus multiplicatur. Adeo per huiusmodi omnes usus Græcorum lingue nescie declarantur. Apud Atticos verò duntaxat pluralium valet, & maxime apud *Homero*, qui cum sit Atticæ lingue cultor, necesse patris sermonis asserit, ut quidam putant; tamen non erat nescius antiquitatis, sicut versus iste testatur. Cum enim duo fuissent, ipse vetustatis memor pluraliter salutationem protulit, hoc modo †, Χαίρετε * ἄνθρωποι Διὸς ἀγέλαοι.*

† duali.

‡ Il. o. 334.
* Salutate
præcones, Iovis nuntii.

Præterea superfluous antiquis visus est: siquidem ex numeri pluralis imagine dualis declinatio formata normabatur. Hæc *Diomedes*. Quibus multum lucis accesserit, si sciamus, quale illud fuerit discrimen, quod inter dualia ac pluralia verba statuerint juniores. Hoc verò optimè nos docet *Quintilianus*: qui simul egregiè commentum illud diluit. Audiamus ipsum sic loquentem lib. 1; cap. v. *In numeris nos singularem & pluralem habemus: Græci & διυϊκῶ: quamquam fuerunt, qui nobis quoque adicerent dualem, scripsere, legere: quod vitandæ asperitatis gratiâ mollium est; ut apud veteres, pro-malè metereis, malè metere: ideoque, quod vocant duali, in illa solo genere consistit, cum apud Græcos, & in verbi tota fore ratione, & in nominibusprehendatur, & sic quoque rarissimus ejus sit usus. Apud nostrorum verò neminem hæc observatio reperitur: quin è contrario, Devenere † locos; Et, Conicere † omnes; Et, Considerare * duces, aperte nos docent nihil horum ad duos pertinere: Dixere quoque, quamquam id *Ammonius Rufus* ex diverso ponit exemplum; de pluribus patris præco pronunciet. Quid? non *Ælius* circa initia statim primi libri, Tenuere, inquit, arcem Sabini: & τόοι, In adversum Romani subire. Sed quem potius ego, quam *M. Tullium* sequar? qui in *Ora-**

† *Æn.* 1
& 6.
‡ *Æn.* 2.
* ubi idem
Servius mentionem.
* 13 *Idem.*

zore : *Non reprehendo ; ait, scripsere ; scripsissent esse verius sensio.* Hæc Fabius ; quæ cui necdum latistaciunt , is vel solam legat descriptionem Africæ, quæ apud Sallustium existat in bello Iugurthino. Inde cognoscet, pagellâ unâ alterâ de pluribus à nobili historico usurpari, *posuere, interiere, habuere, occupavere, miscuere, appellavere, accessere, corrumpere, possidere, coegere, addidere, concessere, condidere, fuere.* Alterius terminationis per VNT, nec vola ibi, nec vestigium apparet.

Sequitur Persona. Hæc distinguuntur, qui loquitur, ad quem loquimur, & de quo loquimur. Vulgaris est opinio, eam solis accidere pronomibus, & verbis. Omnia enim nomina, & participia, tertiæ esse personæ. Proinde & figuratum esse sermonem statuunt, quando nomen, aut participium, vel pronomen etiam, (*ego, & tu, exceptis*) jungitur verbo primæ, aut tertiæ personæ. *Ἐκκλησιον* seu Evocationem vocant; quia prima vel secunda persona quasi è stativis suis evocet tertiam personam. Vt i *Æn.*

— *Coram, quem queritis, adsum*

Trojus Aeneas.

Nostra verò sententia est, nomina, pronomina, & participia, esse primæ personæ, si *ego*, aut *nos*, vel exprimat, vel intelligatur: secundæ, si *tu*, aut *vos*: aliàs esse tertiæ. Eoque nomina, pronomina (*præter ego & tu*) & participia, vocativo in omnibus excepto, per se & actu nullius esse personæ. Quippe eodem se modo res habet, ac in infinitivo; qui & ipse pro nomine ponitur. Nam consentiunt Grammatici, infinitivum destitui numeris, & personis: per accidens autem certæ esse personæ: ut, *Gaudeo me valere*, hoc est, quod valeam. *Gaudeo te valere*, id est, quod valeas. *Gaudeo hunc valere*, id est, quod valeat. Quemadmodum igitur infinitivus, ita nomina quoque, vel nullius, vel omnis sunt personæ. Itaque in isto Maronis IV Georg. *Hunc & Nymphæ veneramus*; ubi Evocationem etiam statuit Augustinus Saturnius*; *nymphæ*, est personæ primæ, non tertiæ.

* in Mercurio Majori.

In altero verò, quod Saturnius addit, exemplo, longè spissior ejus est error. Nam *ἔκκλησιον* † statuit in illo Lucretii lib. I.:

† Evocationem.

*Quod superest vacuas aures mihi Memmius, & te
Semotium a curis adhibe veram ad rationem.*

At vocativos semper esse personæ secundæ, tam clarum est, quàm solem meridie lucere. *Memmius* autem, pro *Memmi*, Græcorum dicitur imitatione; apud quos nominativus Atticè ponitur pro vocativo. Quare nec Lambinum audio, qui *Memmiada* legendum putat; speciosè quidem, sed invidis omnibus libris.

Infra p. 260.

De personis verborum res satis aperta: nisi quod non omnes vident,

dent, cur, quæ tertiæ dicuntur personæ, quodammodo nullius dicantur personæ. Nimirum eò respexere, quòd non definiant τὸ ὑποκει-
 μῆνον*. Prima enim, secundaque persona, sunt præsentis; eoque, de
 quo quid dicatur, demonstrant. At cum aio, amat, persona nescitur,
 nisi addam Pamphilus, vel aliud. Hinc Priscianus lib. xvii. In prima per-
 sona, & secunda, inest intellectus nominativus definitus: in tertia, quia immem-
 rabiles sunt personæ tertiæ, inhiatus: nisi excepta fiat actio; sicut, fulminat, to-
 nat, pluit. Ea enim, quantum non addamus nomen, definita esse videntur, cum
 ad solam pertineant Iovem.

* subiectum,
 sive id de
 quo feruntur.

CAPVT V.

Qui ἀναλογίαν olim defenderint, qui item ἀνωμαλίαν. Et in quibus magis
 ἀνωμαλίαν, quam ἀναλογίαν, cernere sit, & contra. Varioni medicina.
 Artemas ex Artemidorus, servile nomen: aliæque servilia similiter con-
 tracta. Cuiusmodi consuetudo intelligenda sit, quando rationi opponitur.

DE Numero, & Persona, hætenus. Porro etiam quatuor primis
 vocum classibus accidunt ἀναλογία, & ἀνωμαλία. Vtraque ta-
 men latius patet: quia & in syllabarum accentu, & modulo, item in
 orationis structura, utramque cernere est. Verum nunc de ea solum
 agimus, quatenus in privis cernitur vocibus.

Quæ Græcis ἀναλογία, ea Latinis, Fabio etiam teste †, proportio vo-
 catur. Græcis, Charisio teste, definitur, συμπλοκή λόγων ἀκλυθῶν ἐν
 λέξει. Varroni dicitur veritas, & ratio, quæ à similitudine oritur. Ἀνωμαλία
 verò eidem est consuetudo: Et Sextus † similiter ἀλήθειαν, & σωήθειαν*,
 opponit. Vbi σωήθειαν vocabulo non ἀπλῶς intelligi debet, quicquid
 consuetudine suffultum: (nec enim semper consuetudo analogiæ re-
 pugnat) sed quod ab ea est receptum, etsi ratio à similitudine petita
 aliud exigere videretur. Vnde Charisius de ἀναλογία, & ἀνωμαλίᾳ se-
 acturum ait, πρὶν ἰκεῖν, IACENTE RATIONE, quantum sibi
 dederit AVCTORITAS, colligamus. Nempe omnis hæc doctri-
 na nihil est aliud, quam ἐπιπέτῃ † & ἀνομοίᾳ θεωρεῖται, ut eam Sextus †
 nominat.

† lib. i.

† adversus
 Grammatic-
 eum cap. 10.
 * veritatem
 & consuetu-
 dinem.

† similiæ æ
 de simili
 contemplat-
 tio.

† ibidem.
 * in vita
 Chryssippi
 † in libro
 8 de l. l.

† lib. de illu-
 stribus gram-
 maticis.

ἀναλογίαν è Græcis oppugnavit Chrysippus: qui de ea quatuor li-
 bros ad Dionem scripsit, teste Laërtio*. Varro † tamen sex libros ἀ-
 νῶν ἀνωμαλίᾳ reliquisse ait. Atque addit, Chrysippo, homine acu-
 tissimo, fretum Cratetem contra analogiam esse aixum. Est is Crates,
 Mallotes, qui ab Artalo rege missus ad senatum Romanum primus
 Grammaticæ studium Vrbi intulit, teste Tranquillo †. Atque idem
 auctor est, scripsisse eum contra Aristarchum, æqualem suum: qui

ἀναλογίαν defenderat. Vti & eam defensusitavit Aristophanes Grammaticus, quemadmodum auctor Varro *. Idem fecit Pindario, de quo testis Sextus philosophus †. Is Sextus utramque in partem de eâ disputavit: sed magis tamen in *ἀνωμαλίαν* inclinât: quod scepticum non decebat. E Latinis etiam de ea scripsere multi: sed facillè principes Iulius Cæsar, & Terentius Varro. Hujus tres ad nos libri, mutili tamen, pervenerunt. Cæsarem autem duos de analogia libros condidisse, ex Suetonio scimus. Et meminit eorum Tullius in Bruto, ut de Gellio, Charisio, & cæteris grammaticis taceam. Quæ satis ostendunt *πέχνης ἀναλογικῆς* ‡, ut Sextus appellat, præstantiam: utcunque ea despiciatui sit vulgo, quia, ut ait, *ἔδεν πρὸς τὰ ἄλφιτα* *.

‡ artū analogicā.
* nihil ad farinam.

Vt verò melius intelligatur, utrūm *ἀναλογίαι*, an *ἀνωμαλίας* defensores sequendi sint nobis: distinguere oportet inter *duo genera verborum*: (Varronis utor verbis:) *ἰσὺν φœκνυδισμῶν, quod declinando multas ex se parit dispariles formas: ut est, lego, legis, legam, sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil: ut est, etiam, vix, magis, cras, cit.* Vnde illud consequitur, non esse exigendam *ἀναλογίαν* inter *max*, & *max*: cūm dissimilia sint; quia alterum sub casuum rationem succedit, alterum non item.

∴ Eorum vero, quæ declinari possunt, alia sunt à voluntate, alia à natura. A voluntate, ut cūm à nomine alio nomen imponitur. Velut à *Roma Romanus*, à *puerando pugil*, à *manu manubie*. A natura, cūm acceptum nomen ipsi declinamus, nihil de eo solliciti, quomodo is, qui nomen imposuit, velit declinari. Vt *Roma Rome*, *Marcus Marci*, & similia. In declinatione voluntaria est inconstantia. Vt à *Roma* dicimus *Romanus*: à *Parmia* tamen non *Parmianus*, sed *Parmensis*. Neque hac parte Aristarchus, vel alii, *ἀναλογίαν* defendere sunt ausi. Facillè enim videbant, etsi & *ἀναλογίαν* sit in talibus videre, plus tamen *ἀνωμαλίας* inesse, quàm *ἀναλογίας*. Cujus causa non minima est, quod *ὀνομασθησέ** sæpiùs imperitè nomina imposuerint; eoque necesse esset populum, qui ea ab illis accepisset, multa dicere parum consentanea rationi. At dispar ratio est declinationis naturalis. Vbi *ἀνωμαλίας* non parum, sed multo plus *ἀναλογίας*. Itaque, ut dixi, si sciatur urbis nomen *Roma*, aut *Parmia*, nihil ultrà laborantes, *Rome*, & *Parmæ*, item *Romanus*, & *Parmianus* dicimus. Quam rem scitâ similitudine illustrat Varro lib. VII de L. L. Locum apponam, simulque emendabo: *Declinationum genera sunt duo, voluntarium, & naturale. Voluntarium est, quo, ut cuiusque vidit voluntas, declinavit. Sic tres cum emerit Ephesi singulos seruos; nonnullamque alius declinat nomen ab eo, qui vendit. Artemidoro, atque Artemiam appellat: alius aut ab regione, quod ibi emittit, ab Ionia Ionem: aut ab urbe Epheso,*

† fabricatores vocabulorum.

*Epheso, Ephesium. Sic alius ab alia aliqua re, ut visum est. Contra naturalem declinationem dico, quæ non à singulorum oritur voluntate, sed à communi consensu. Itaque omnes, impositis nominibus, eorum item declinant casus: atque eodem modo dicunt, huius Artemæ, & huius Ionis, & huius Ephesi: sic in aliis casibus. In MSSis, quos bonâ fide etiam expressere Mediolanensis vetus *, Aldina †, & Romana Antonii Augustini, legere est, Ab eo qui vendit: Artemidorus atque Artemiam appellat. Vnde Vertranius fecit, Ab eo, quod vendidit Artemidorus, atque Artemiam appellat. Malui rescribere leviculâ immutatione, Ab eo, qui vendit, Artemidoro: atque Artemiam appellat. Nempe ait, Artemas esse servile nomen diminutionis formâ factum ex Artemidorus; quod prioris domini nomen erat. Sic servilia nomina sunt Demas, vel Dama, ex Demetrius; Menas ex Menelao, similiaque: de quibus dictum nobis in Institutionibus, cum Linguæ Græcæ †, tum Oratoriis *. Sed redeo ad ἀναλογίαν, quam dicebamus minis inesse declinationi voluntariæ, quàm naturali. In causa est; quòd illa nitatur consuetudine; unde ad eam præcipuè memoriâ opus est: hæc verò rationem habeat pro fundamento; unde in ea magis arte opus, quàm memoriâ. Qua de re sic idem Varro aliquanto antè scripsit: Ad reliquum genus, quod posterius, ars: ad quam opus est paucis præceptis, quæ sunt brevia. Quæ enim recte in uno vocabulo declinare didiceris; in infinito numero nominum uti possis. Itaque novis nominibus adlatis in consuetudinem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis dicitur populus: etiam novitii servi emti in magna familia citò omnium conserventur nomina, recto casu accepto, in reliquos obliquos declinant.*

* anni
1500.
† 1513.

‡ cap. de
Diminuti-
viti.
* lib. 4, c. 1.
† lib. 4.

Sed non pauca videntur objici posse. Multa enim sunt nomina similia, quæ non similiter inflectuntur. Nam aper, apri; at pater, patris, facit: lupus, lupi, at lepus, leporis. Verùm errant, cum hæc similia arbitrantur. Etenim ab aper apri est, ut à κείρεος κείρεος; unde factum κείρεος. At pater patris, ut πατὴρ πατρός. Lepus verò est ex Siculo ὁ ἐν λέπῳ εἰς: ut hic etiam imitati sint Græcos. Similia etiam dicunt accipiter, & iter: & tamen ab illo esse accipitris, ab hoc iteris: inter quæ quid simile? Quæ non dicerent, nisi eos fugeret ab iter prius fuisse iteris; unde iterum, & iterare: ab iter verò esse iteris; quomodo & à jecur esse jecoris, & à jecinus, vel jecimor, jecimoris.

Nec in derivatis, & compositis, quàm voluntariam declinationem Varro appellat, tanta est ἀνωμαλία, quam putarunt. Cur, inquit, à fidibus est fidicen, à tuba tubicen? à cithara verò est non citharicen, sed citharædus; Nempe obvium erat Græcum κίθαρῶδός: & ars ipsa à Græcis. Præterea, inquit, cur ab ovis ovile; ab avis non avile, sed aviarium? At dicant ipsi, cur magis declinassent, ut ovis, quàm ut apis, unde similiter

similiter *apiarium*? Vt enim à divite natura, ita ab arte, varix sunt formæ: quarum si aliqua referatur, sufficit ut quid simile dicatur.

Nihilo firmiora sunt, quæ de verbis objectant. Quam, inquit, similia sunt *cado* & *cudo*, item *cudo* & *ludo*! At *cado* facit *cecidi*, *cudo* *cudi*, *ludo* *lusi*. Etiam similia dicunt *frango*, & *pango*; *capio*, & *cupio*: & tamen à *frango* e. l. *fregi*, à *pango* *panxi*, à *capio* *cepi*, à *cupio* *cupivi*. Sed unumquodque etiam ex istis verba habet adfociata, in quibus conspicua sit *ἀναλογία*. Nam ut à *cado* est *cecidi*, ita à *cædo* *cecidi*, à *tundo* seu veteri *tudo*, *tutudi*. Vt à *cudo* *cudi*, sic ab *edo* *edi*, à *pando* *pandi*. Vt à *ludo* *lusi*, sic à *lædo* *læsi*, à *trudo* *trusi*. *Frango* prius fuit *frago*, unde *fragilis*. A *frago* autem *fregi*, ut ab *ago* *egi*, à *lego* *legi*. A *pango* *panxi*, ut à *plango* *planxi*, à *tingo* *tinxi*. Et tamen non *panxi* solum dixere, sed etiam *pegi*, ab antiquo *pago*, unde *pagina*. A *capio* est *cepi*, ut à *facio* *feci*, à *jacio* *jeci*. *Cupio* *cupivi*, ut *mitto* *mitivi*, *audio* *audivi*. Nam & *cupio* quartæ olim fuit: unde Lucretius * *cupiret* pro *cuperet*.

* lib. 1.
vers. 71.

Atque ex his satis est apertum, inesse verborum declinationi *ἀναλογίαν*. Nec propterea diffitemur, inveniri non pauca similia dissimili ratione declinata, ubi dissimilitudinis rationem adferre non possimus. Quippe solum illud contendimus, non si in aliquibus sit *ἀνωμαλία*, ed in aliis longè pluribus negandam esse *ἀναλογίαν*. Neque enim similitudinem esse inter homines quisquam negabit, ed quod aliqui sint partus monstrosi, aut casu etiam membra pervertantur. Similiter igitur nec quia in nonnullis vocabulis similitudo defiat, ed nullam esse in sermone similitudinem putandum; sed contra extra controversiam illa poni debet, quia in multò pluribus se conspicuam præbet.

In quæstionem præterea venit, an cum Varro, ut diximus, *ἀναλογίαν veritatem & rationem* appellet, eique consuetudinem opponat: non æquissimum videatur, ut homines eruditi rationem potius sequantur, quam consuetudini obsequantur. Nostri hæc est sententia, similibus verborum similem declinationem, quam analogiam dicimus, consuetudine subnixam esse debere, non solâ doctorum, nec solâ vulgi; sed illâ doctorum, cui bona pars vulgi consentiat. Quemadmodum enim in navi obtemperamus gubernatori; eum autem rationem sequi oportet: ita doctiores populo morem gerunt; is verò rationis ductum sequi debet. Sin populus universus rationi adversetur: ceddendum profus, cum nemo id sibi juris debeat vindicare, ut omnem corrigat populum,

† Horatius
in Arte.
‡ Varro lib.
6. c. 9 de L. L.
& Quintilianus
lib. 8.
cap. 3.

Quem † pennis arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

Et tamen aliquando contingit, ut populus magno alicui viro quiddam permittat. Vt Oratori Hortensio, qui primus ‡, in prosa oratione,

cervix

οερνι pro *οερνι* dicitur, ferente id populo Romano, multis etiam exemplum postea sequentibus, ita ut tandem usu planè fuerit receptum. Sed quotusquisque non, simile si tentasset, pastoritià esset exceptus fistulà? Quare, ex præscripto magni Stagiritæ nostri, sic cum paucis sapiamus, ut cum populo loquamur.

CAPVT VI.

Ostensum, utram princeps sit nominis divisio, quâ in substantivum, & adjectivum dispeſcitur, an illa in proprium & appellativum. Substantivi & adjectivi definitiones excessivæ, utraque allata. Substantiva quædam omnia sunt generis. Nonis lapsus. Atticarium noctuum scriptori potius Agellio, quam Gellio nomen esse. Symbolus.

Diximus de numero, & persona: item *ἀναλογία*, & *ἀνωμαλία*: quæ quatuor primariis vocum classibus accidunt. Nunc particulatim ad Nomen accedo. In quo tria illa, definitio, divisio, & proprietates, quæ *τῆ ἀληθείας* † philosophus * in decem summis generibus considerat, etiam à Grammaticis expendi debent in octo vocum classibus. Quippe perfecta cuiusque rei cognitio consistit in notitiâ essentiæ, & accidentium. Essentia confuse scitur è definitione; distinctè è notitiâ specierum, quas docet divisio. At proprietates ad accidentia pertinent. De definitione jam antè diximus. Agendum nunc de divisione.

Ac plerique, etiam primi subscellii Grammatici, priùs distribuunt nomen in proprium, & appellativum, quam dispeſcunt in substantivum, & adjectivum. Malo profectò consilio, cum proprium etiam sit substantivum; utpote quod per se subsistat in oratione. Sed à Lyceo quoque ratio arcessatur. Priùs Stagirita noster distribuit τὸ ὄν † in id, quod per se subsistit, ac substantia dicitur; & illud quod in alio est, tanquam subjecto, ut accidens. Deinde autem dispeſcit substantiam in primam, sive individuam, & secundam, ut sunt genera, & species. Pari igitur ratione priùs nomen dividi debet in id, quod per se subsistit in oratione, ac substantivum vocatur; atque illud, quod ope substantivi in oratione indiget, & adjectivum appellatur. Posterior verò distributio erit substantivi in illud, quod uni convenit, & proprium dicitur; atque id, quod pluribus competit, & vulgò appellativum nominatur.

Nec longi mihi subscellii controversia isthæc esse videtur, quæ de substantivi adjectivique definitione agitur à multis. Frischlino

D d d

defi-

definitur substantivum, quod unius duumve generum est; adjectivum, quod trium. Mihi secus videtur. Siquidem vox *animantis*, etiam cum substantivè ponitur, trium est generum particeps. In masculino utuntur Cicero, atque Horatius: idem Cicero, cum aliis plurimis, adjectivo jungit feminino: in neutro denique à Plinio, atque aliis, usurpatur. Ac ne dicas, id fieri κατ' ἐξέψιν, idem fit in illis etiam, quæ naturâ suâ sunt substantiva. Sic enim dicimus non tantum *spica*, de quo notum; sed etiam *spicus*, & *spicum*: ut Servius auctor in 1 Ecl. Item dicitur, *acinus*, *acina*, *acinum*. *Acinus* est apud Ciceronem, & alios. *Acina* est apud Catullum epig. xxvi 1:

Ebriosâ acinâ ebriosoris.

Acinum usurpat Columella lib. xii, cap. xxxix: *Acina corrupta purgato, acina corrugata demito in penus*. In masculino enim utitur Plautus Pseudolo*:

* *Act. 1. sc.*
Exite, agite.

Facite hodie, ut mihi munera multa huc ab amatoribus conveniant.
Nam nisi penus annuus hodie convenit, cras populo prostituam vos.

† *in Penus.*
‡ *ub. 5.*

Femininum placuit Lucillio apud Nonium †, & Priscianum ‡:

Magna penus parvo spatio consumpta peribit.

* *Ibid.*

Quin hocce modo tum Pomponium (ex cujus tamen verbis feminino, an masculino, utatur, non dilucet) tum etiam Nævium, vel potius, locutos, docet Nonius Marcellus*. Ac ne hæc pro obsoletis habeas, etiam in Pandectis Florentinis est: DE PENV LEGATA. Neutrum usurpat, non Afranius modò, qui in Talione, *herile penus*, dixit, Charisio, & Prisciano testibus: sed etiam Horatius lib. primo epistolarum †:

† *epist. 16*
ad Quinctium.

Annonæ profit: portet frumenta, penusque:

‡ *in Penus.*
† *in 6. En.*

ac Festus disertim *penora* ponit: ne Nonio credas, neutrum esse inficienti †. Itidem *specus*, Servio † teste, omnis generis est, ac substantivum nihilominus. Masculinum, ut apud Livium lib. primo: *Ex intimo specu*. Et ibidem: *Ex opaco specu*. Et Horat. lib. iiii, od. xxv. *Quos agor in specus?* Femininum, non modò apud Ennium; & Attium, quemadmodum Nonius docebit: sed & Silium lib. vi:

Tabificam spirat sanie[m] specus ultima.

Et Agellium lib. vi, cap. xiv. *Specum quandam nat[ur]us remotam labrosamque*. Quem Agellii versum hoc sine, ut *specus* etiam femininum esse probet, jam olim adduxit Priscianus in vi: qui & disertim scriptorem hunc non Gellium, sed Agellium appellat. Ita enim ibi, cum in codice meo MSo invenio, tum antiquâ Venetâ anni c15 cccc lxxvi. Quomodo & à Joanne Saresberien[si] vocatur lib. vii. atque ita eum vocari debere, jam olim contendit Quinctianus Stoa. Etiam

specus

specus in neutro reperitur : ut apud eundem Silium lib. III. *Invisum*
caelo specus : quomodo & antè usurpàrat Maro in Æn. VII :

Heic specus horrendum, & serui spiracula Divis
Monstrantur.

Pro quo & hoc *specum*, & hæc *specca*, dixere. Cato apud Priscianum in VI : *Specca apposita, quo aqua de via abiret.* Idem cernitur in *syngraphus, syngrapha, syngraphum.* Quin *symbolus* quoque hujus fuerit loci, si idem sunt *symbola*, & *symbolum*; uti creditur vulgò, ac Patrum quidam existimarunt, cùm *lymbolo* Apostolico ex eo nomen inditum esse scripserunt, quòd Apostoli singuli singula contulerint capita, ut *egressi* ad coenam solent. Sanè ne de masculino *symbolus* ambigas, en tibi testem locupletem Plautum Bacchidibus, Sc. Ibo in Piræum :

NI. *Quid, ubi ei ostendit symbolum?* CH. *insit dicere,*
Adulterinum, & non eum esse symbolum.

Quomodo hoc etiam loco Carrio legit lib. II Emendat. cap. x.

Nec rectius substantivum Antonio Caucio definitur, quod aliquid per se significat. Nam omnis vox ex instituto significans, aliquid significat per se. At vera definitio est, quâ substantivum dicitur, quod per se subsistit in oratione.

CAPVT VII.

Appellativi appellatio pariter idonea. Varroniana nominis, & vocabuli distinctio. Non semper ea observatur. Vnum Græcis nomen. Romane mulieres etiam prænomen habuerunt. Majoragii, & aliorum lapsus. W pro Marca, O pro Caia, I pro Tua. Item O pro syllaba CON. Quomodo puellæ ejusdem familie nomine distinguerentur. Alter error Majoragii. Unde dicta sit gens Iulia, Antonia, Nautia, Emilia, Pomponia. Gentis, & familie item gentilium, & agnatorum discrimen. Familie nomen non semper gentilitio postponi. Agnominis, & cognominis discrimen. Linacri, & Verderii error. De nominibus, quæ adoptati assumebant. Roberteli maledicentia. Propriorum usus pro adjectivis.

Nec placet, quod in secundâ divisione nomen commune vocatur *appellativum*. Nam & res singulares suis appellantur nominibus; neque proprio aliud opponitur, quàm commune. Varro appellativa nominat *vocabula*; propria verò nuncupat *nomina*: indeque est, quòd idem pronomina finita *ci dicitur* vocet *pronomina*; at infinita appellet *provocabula*: quia existimabat, pronomina finita solum pro nominibus, hoc est, propriis usurpari: at infinita collocari pro vocabulis, hoc est,

D d d 2

com-

communibus. Verùm hâc in re deceptus Varro ; quemadmodum suo loco ostendetur. Ac ne discrimen quidem illud inter *nomen*, & *vocabulum*, perpetuum est. Nam dixit Tacitus lib. XII Annalium : *Diligenter artifex tabulam, vocabulo Locusta, nuper venificii damnata, & diu inter instrumenta regni habita.* Idem lib. XIII. *Ceteram infractâ paulatim potentia maris, delapsô Nerone in amorem libertæ, cui vocabulum Ate fuit.* Appulejus lib. II Miles. *Hic, utpote vivus quidem, sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum vocabulo nuncupetur, ad suum nomen nuptas resurgit.* Etiam Martiani Capellæ illustrem locum ex secundo libro de Philologia adducit Ramirez de Prado, Notis in librum de spectaculis Martiali tributum. Sed mirè alucinatur, cum scriptorem hunc semibarbarum appellat *bonum Latinitatis auctorem*. Magis illud elogium meritus Vlpianus, cujus hoc L. IV. D. De legatis I. *Siquis in fundi vocabulo erravit.* Hoc est, in nomine proprio fundi.

† ed. r. 2. de
otto part.
946.

Nomina propria Græcis singula erant : ut, *Aristoteles, Xenophon, Alexander, &c.* At non item Romanis; quibus quatuor interdum nomina : ea à Charitio, Diomede, Donato T, & jusque interprete Sergio, Prisciano item, vocantur, prænomen, nomen, (eadem enim generis & speciei appellatio) cognomen, & agnomen. Tria priora agnoscit etiam Seneca lib. IV de beneficiis cap. VIII : *Officium siquod a Seneca accepisses, Ann vo te dices debere, vel Lucio : non creditorem mutares, sed nomen : quoniam sive prænomen ejus, sive nomen dixisses sive cognomen, idem tamen ille esset.*

* lib. 2,
94. 1.

Prænomen est, quod nomini præponitur, uti vox indicat. Erat hoc cujusque proprium : unde & liberi eo distingui solent. Antonius Majoragius in epistolice quæstionibus *, & alii multi, in ea hæresi fuerunt, ut putarent, mulieres non habuisse prænomina. Quod ridiculum mihi semper visum fuit. Nam quis nescit, Tanaquilem, Tarquinii Prisci uxorem, vocatam fuisse Caiam Cæciliam? Imò & veteres eorum detegunt errorem, cum prænomen, pro sexus diversitate, diversimodè scribant. Indicant id notæ M & W, C & O, T & L. Quamquam enim C inversum interdum non prænomen notat, sed est compendium syllabæ CON, (quomodo in vett. inscriptionibus legere est OIVX, & CLIBERTA, pro CONIVX, & CONLIBERTA) plurimum tamen C viri, O mulieris; uti & M viri, W mulieris; T viri, L mulieris prænomen indicat. Liqueat id ex plurimis inscriptionibus Græcis. Quare tantum, de O inverso, verba apponam Velii Longi † : *Non magis igitur in numero literarum esse oportere; quam illam notam, quâ centuria, & qua O conversam, quo Cais significatur : quod notæ genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris*

† lib. de er-
stogr.

liis ostenditur. Cajas enim generaliter prisca has omnes mulieres accipere voluerunt. Interea fatemur, variatum esse hæc in re à Romanis. Vetusis temporibus, ut Varro quoque auctor est, frequentabant prænomina Caiæ, Cæcilæ, Lucæ, Volumniæ. Post, si unigenæ essent, contentæ fuerunt nomine gentis, vel integro, vel paullum inflexo. Sin sorores forent, eæ aut duæ erant, aut plures. Si duæ, servatum, ut una Major, altera Minor diceretur. Sin plures, distinguebantur adjectione vocis Prima, Secunda, ac Tertia; quomodo dicta Iunia, Bruti soror, Cassii uxor; in qua, uti & matre ejus Serviliæ, malè Cæsar audit t; unde & Bruti Cassiique in Cæsarem odium. Similiter etiam Quarta, Quintæque dicebantur. Etiam per diminutionem hæc efferebant, Secundilla, Quartilla, Quintilla. Absque istis prænominibus fuisset, in plurimam filiarum familiam, unam arcessitâ, appropèrassent omnes. De prænominibus dixi.

† Suetonius
in Cæs. cap.
50.

Cætera virorum mulierumque nomina improprie propria dicuntur, hoc est, non nisi κατὰ τὴν *, quia unâ eademque ratione conveniunt multis. Varro lib. viii de l. l. Dicitur Terentius vir, Terentia femina, Terentium genus. In prænominibus ideo non fit idem, quod hæc instituta ad usum singularia, quibus discernerentur nomina gentilium. Interdum quidem ponebant nomen loco prænominis, aut duo triæve prænomina continua: cujus rei exempla suppeditabit Grammaticus Inscriptionum Gruterianarum index: verum nobis hic persequi visum, quod plurimum solet contingere. Ferè autem nomen gentilium est, eoque omnibus convenit, qui ejusdem sunt gentis: estque hæc ratio, cur κατὰ γένος † generis nomine ab antiquis appelletur: quod Majoragijs non observavit. Quippe in Epistolice putat, non posse idem esse generis, & speciei nomen; quem errorem alibi * diluimus. Ita presse nomen est Iulius; quod omnibus convenit ab Iulo Æneæ filio genus ducentibus: Antonius commune est omnibus Antonis posteris: Nautius iis, qui veniunt à Naute, Æneæ comite: Æmilius commune posteris Æmilii, filii Iuli: Pomponius posteris Pomponis, Numæ filii: atque ita in aliis, quæ presse Nomina appellantur.

* secundum
quid.

† propter
excellen-
tiam.
* lib. i
Orat. inst.
cap. 2.

Cognomen autem est, quod nomini gentilium postponitur; estque familiæ nomen. Nam differunt gens, & familia, ut totum, & pars. Gens enim in multas dividebatur familias: unde rectè Festus gentem definit eam, quæ ex multis familiis conficeretur. Hinc scribit Livius lib. ix, duodecim Potitorum familias fuisse, cum gens Potitia tota interiit. Et lib. xxxviii: P. Scipio Nasica habuit orationem plenam veris decoribus, non communiter Cornelie gentis, sed proprie familie sue. Suetonius in Galba: Imagines universi generis longum est: familie

breviter attingam. Tullius quoque distinguit in Ligarianâ, cùm ad Tuberonem ait : *Novi studia generis, ac familie vestrae.* Nam erant Tuberones è gente Æliâ; in quâ familiæ erant Tuberonum, Pætorum, Ligorum, Catonum, Lamiarum. Qui ex eadem erant gente, gentiles; qui ex familiâ eadem, agnati dicebantur. Itaque cùm apud autorem Herennianum † legimus : *Si furiosus existat, agnatorum, gentiliumque in eo, pecuniâque ejus, potestas esto* : sententia est, hominem relegari debere ad agnatos, &, si hi delint, ad gentiles.

† lib. 8.

* notæ ad
Cic. epist. 8.
lib. 2.

Cautè autem accipi debet, quod antè dixi, cognomina, sive familiæ nomina postponi nominibus gentis. Nam, ut observavit Paullus Manutius *, interdum secus fit. Cùm enim Gallus, & Balbus cognomina, non prænomina sint : tamen apud Ciceronem ad Att. epist. XII, lib. VIII, & epist. XLVII, lib. XII, & epist. XV, lib. VIII, legas Gallo Fabio, & Balbi Cornelii. Itidem epist. IV, lib. II ad Quintum Fr. invenias Macer Licinius : in Lælio, Papum Æmilium. Libro quoque II, epist. VIII, in quibusdam est Gallus Caninius, & in vett. libb. epist. VIII, lib. VI legas T. Furfano Postumio; non, T. Furfanio Postumo. Apud Livium quoque lib. XLIV est Paullus Æmilius cos. Quæ eo lubentius apposuius, quod hujusce rei ignorantia non pauci sanos scriptorum locos corruptum eant.

Ac quemadmodum in eo falluntur multi, quòd feminas prænomine caruisse existimant : ita in illo quoque lapsi sunt, quòd eas cognomen non habuisse arbitrentur. Nam Syllæ filia, quæ Miloni nupserrat, Cornelia Fausta appellabatur. Ac in epistola VII Cælii ad Ciceronem mentio fit Paullæ Valeriæ. Est & cognomen Laterensis, quod apud Valerium est lib. VIII, cap. II. Aliaque hujus generis apud alios reperias.

Agnomen superest, quomodo Sosipater, Diomedes, Donatus, Priscianus, aliique Grammatici, vocari ajunt, quod extrinsecus cognomini adjici solet, ex aliquâ ratione quæsitum : ut, Africanus, Asiaticus, Macedonicus. Verùm multi, quos inter Linacer †, & Claudius Verderius †, quartum hoc, quod *agnomen* vocari diximus, negant differre à cognomine. Atque hi sententiam suam eo argumento firmant, quòd quæ ab eventu indita fuisse certissimum est, ab optimis scriptoribus vocentur *cognomina* : ut cùm Cicero * Scipiones fratres cognomen habuisse dicit Africani, & Asiatici; Catonem †, Sapientis; Crassum, Divitis * : aut cùm Gellius † ait T. Manlio fuisse cognomen-tum Torquato. Verùm hæc cognomen quidem pro agnomine dici posse evincunt; at nequitiam ex iis consequitur, agnomen barbarè pro certo cognominis genere usurpari. Nam, ut de Prisciano,

† lib. I de
emendata
structura.
† Censura in
varios scri-
ptores p. 20.* pro Mura-
na.

† in Lælio.

* lib. 2 de
offic.† lib. 9.
cap. 13.

Servio,

Servio, & Victorino, nihil dicam, qui liquidò agnominis meminere : legimus apud ipsum Ovidium lib. III de Ponto eleg. II.

Adjectivæ probentur genitiva agnomina Cotta.

Quod *agnomen* Latinum esse liquidò evincit. Aliud verò propriè esse *agnomen*, aliud *cognomen* ; cognoscimus ex illo Ciceronis lib. II de Inventione : *Nomen autem cum dicimus, cognomen quoque, & agnomen, intelligatur oportet.* Sic enim esse in plerisque MSSis testes sunt Lambinus & Gruterus. Nec tamen de Tullio nimis contendero, cum in non paucioribus desideretur. Quin nec appellationem hanc rejicit Probus Grammaticus, ut antiquus, ita probatissimus. Possim quoque ad partes advocare Iustinianum : apud quem in Institutionibus, tit. de legat. lib. II legere est : *Si quidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine, legatarii testator erraverit : cum de personâ constat, nihilominus valet legatum.* Sed malo adquietere priorum auctoritati, quando non defunt, qui corruptum hunc Iustiniani locum putent, agnoménque ab audace quodam librario adjectum. Sanè eorum sententiam non leviter confirmat, quòd Theophilus, Græcus Iustiniani interpres, nullam faciat agnominis mentionem.

Erant & nomina adoptionum : quomodo Titus Pomponius Atticus, postquam ab avunculo suo, Q. Cæcilio, adoptatus est, dictus Q. Cæcilius Pomponius Atticus. Octavius item, adoptatus à Iulio Cæsare, majore avunculo, Cæsaris nomen assumpsit, & pro Octavio Octavianus dictus fuit. Item M. Brutus post adoptionem vocatus M. Cæpio, & filiorum Paulli Æmiliï major appellatus est Fabius Maximus, alter Scipionis nomen assumpsit. Huc pertinet, quòd Suetonius * scribit, Tiberium, cum adoptatus esset à M. Gallio Senatore, hæreditate aditâ nomine abstinuisse, quòd Gallius adversarum Augusti partium fuerat : item quòd Tacitus refert lib. III Annalium, *Crispum Sallustium sororis nepotem in nomen adscrivisse.* Porro post adoptionem veteri prænomine semper abstinabant : cognomine autem veteri non quidem semper, sed frequentius tamen, quam novo, utebantur. Qua de re vide Paullum Manutium lib. VII, epist. IV ad fam.

* in Tiber.
cap. 6.

Plura, qui de Romanorum nominibus requirit, adeat Alexandrum ab Alexandro, qui lib. IV, cap. IV docet, unde veterum prænomina sint deducta : & Franciscum Robortelium, qui universè de nominibus agit. Item Gyraldum dialogismo IV, Antonium Augustinum lib. III Emendat. cap. VIII, tum item commentarios Onuphrii Panvini, & Caroli Sigonii; qui hac in re, uti in aliis plurimis, Robortelium multis post se partibus reliquit : ut nos quidem Robortelium de adversarii sui commentariis iudicium parùm moveat ; eoque
minùs,

minis, quod non ignota sit hominis pompatici maledicentia ; qui & Erasinum imperitiæ imperitissimæ insinulare , ac nequissimum appellare non dubitet : Alciatum nominet furem , expilatoremque suorum scriptorum : Vincentium Madium, hominem vanum, mendacemque : Paulum Manutium, bibliopolam, hominemque imperitum : M. Antonium Muretum, ludimagistrum : H. Stephanum impostorem : similibusque elogiis alios quoque præstantissimos viros , & scripto , & sermone insignire consueverit : quo nomine reprehensus est jure summo à doctissimo quoque : eosque inter Nannio lib. VI II Συμμίτων, Fruterio in Verisimilibus , & Sigonio imprimis lib. II. Patavinarum disputationum adversus Robortelium.

Quod verò dicebamus , solere vetus nomen leviter immutari , id Pliniorum ætate videtur in desuetudinem venisse. Nam natus is fuit **ex C. Cæcilio**, & Plinia, sorore C. Plinii Secundi, ejus, qui Naturalem Historiam scripsit. Veteri igitur more dicendus erat *C. Plinius Secundus Cæcilianus* : quomodo & à Iosepho Scaligero nuncupatur. Sed in omnibus libris *Cæcilius* pro *Cæcilio* dicitur : nempe quia vetus mos jam erat antiquatus.

Porro non solum adoptari nomina adoptantis assumebant : sed etiam civitate donati. Sic Demetrius Mega Siculus cum ei P. Cornelius Dolabella à Cæsare civitatem impetrasset, & ipse vocatus est Publius Cornelius : ut refert Cicero lib. XI II ad famil. epist. xxxvii , quæ ad Acilium. Atque idem lib. II Accusationum Verrinarum nominat Cn. Pompejum Theodorum , & Sextum Pompejum Chlorum Siculos : quorum prior à patre Cn. Pompejo, alter à filio Sexto Pompejo fuit adoptatus. Ibidem meminit Q. Cæcili Dionis Halefni, sic dicti, ex quo civitate esset donatus beneficio Q. Cæcili Metelli. Item Q. Lutatii Diodori , sic appellati, postquam ei Q. Lutatius Catulus à Sylla jus civitatis impetrasset. Est & illustre de hoc exemplum apud C. Cæsarem lib. I de bello Gall. *Commodissimum visum est, M. Valerium Proculium, C. Valerii Caburri filium, summà virtute, atque humanitate adolescentem, cujus pater à C. Valerio Flacco civitate donatus erat, mittere.*

Etiam liberti nomen adsumebant patroni. Sic Ciceronis liberti vocabantur M. Tullius Tiro, M. Tullius Laurea. Sic in vet. inscriptionibus Veronenfibus legas :

I. V I T R V V I V S L. L.

C E R D O

A R C H I T E C T V S.

Nempe

Nempe Cerdo sic vocatus, postquam eum libertate donasset L. Vitruvius. In alia itidem Veronæ est :

L. CASSIVS L. L.
IANVARIVS &c.

Item Gardæ ad litus Benaci :

D. M.
SEXTVS NAVINIVS
SEX. L.
APOLLONIVS &c.

Quorum Ianuarius à L. Cassio, manumissus, Apollonius à Sex. Navinio. Plurâque id genus habes in Gruterianis inscriptionum Collectaneis.

Extremo illud loco addamus, propria, etsi naturâ suâ sint substantiva : vel saltem eorum naturam usque aded induerint, ut pro verè substantivis vulgè censentur; sæpe tamen usurpari pro adjectivis inde deductis. Habet id tum locum in propriis virorum : ut, *Romula tellus* *, *Sertiniunt acumen* † : tum fluviorum, ut, *Metaurum flumen* †, *flumen Rhenum* * : tum regionum, aliorumque locorum, ut apud Plautum Trinummo, *Arabia terra*; apud Catonem *terra Italia*; apud Varronem *περονιοδιδασαία*, *Libya citrus*; apud Maronem †, *Tempus* † *idem od. 4. lib. 4.* & *Arcadii memoranda invenia magistri Pandere*; & in Culice, *Phlegra* † *idem epist. ad Pisonem.* *Giganteo sparsa est quo sanguine tellus*; apud Sallust. IV Hist. † *Gallie mulieres*; quod Græcorum imitatione dictum. Nam illorum est *Εκείδες* † *apud Nonnum.* *γυαίνες*. Apud Persium quoque similiter *, *Light ora pro Ligustica*. * *fac. 6.* Ac sæpe sic Agellius. Pluraque id genus adferemus libro proximo, cum de declinatione transversâ † dicitur. ubi & quædam nunc dicta, † *cap. 21.* accuratius expendam.

Quærat aliquis, an non ut substantivum, sic & adjectivum possit dividi in proprium & appellativum. Nam proprium est *Romanus*; appellativum, *urbanus*. Sed secus est. Nam *Romanus* non *ὀμυνίμως*, sive æquivoce, sed *σιμωνίμως*, sive univoce, h. e. eâdem significatione, de omnibus dicitur Romanis; eoque non minus est appellativum, quam urbanus. Ita sive dixerō, *Romani servate uxores*, sive, ut apud Tranquillum est, *Urbanis servate uxores*, utraq; vox multis millibus convenit ob causam communem.

C A P V T V I I I .

Acceditur ad Nominis accidentia. In quibus perperam reposuere Qualitatem: cum eâ hoc loco non qualitas intelligatur accidentalis, sed essentialis: prout hac voce etiam philosophi utuntur. Significationem quoque formam esse non accidentariam, sed essentialem. De Specie non univèrsè agendum esse in Nominine, sed solùm ratione Nominis Derivati, cujus variæ formæ. Nomina sunt omnis Personæ. Eoque falluntur, qui de persona demum in Pronomine agunt & Verbo. Comparationem non primò accidere Nominine, sed Adjectivo. Esse eam Declinationis transversæ alteram speciem. Quæ accidentia sint aliis communiora, ordineque priora.

DE Nominis divisione satis dictum. Atque ita, quia de definitione * *essentia.* antea egeramus, exactum jam nobis, quod de Nominis ὑσία * restabat. Sequitur, ut videamus de illis, quæ accidunt Nominine. Cujusmodi hæc septem esse volunt; qualitatem, speciem, figuram, genus, numerum, casum, & declinationem. Quibus alii personam, nonnulli quoque comparationem, aliqui & significationem adjungunt. Longè aliter mihi videtur: quod dico, non tam ut novitatis lenocinio ullum demerear, quàm studio veritatis. Nec tanti est, si displiceam pravâ institutione imbutis. Nam (ut est in analectis Petronianis) *necesse habent cum insanientibus frætere, & quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult.* Eo justius consilii mei rationem de singulis singulatim exponam, & ut apud Aristophanem est,

Ex † ἡ ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν οὐ πάντ' ἐρῶ.

Ac Qualitatem quidem malè inter accidentia recensent. Siquidem ea ad ὑσίας † explicationem, non proprietatem, pertinent: ut liquet ex iis, quæ superius diximus, cum de distributione Nominis in Substantivum, & Adjectivum tractarem. Nec est, quòd dicat aliquis, Qualitatis vocem satis ostendere, ad accidentia, non ad ὑσίαν pertinere. Siquidem hic intelligitur qualitas, non accidentalis, sed essentialis. Quomodo Porphyrius in Isagoge sua cap. I I I hominem ab equo differre ait ἡ λαγικῆ ποιοτή * : & Aristoteles in categoriarum libro cap. V, statuit genera, & species substantiarum, ἡ ἴ πόδε π, ἀλλὰ μᾶλλον ποιόν π σημαίνειν. Similiter etiam loquitur in Topicis lib. VI, cap. VI, & alibi non semel.

Significationem qui addunt, similiter produnt, quàm hospites sint in differendi disciplina. Nam quid nominum, atque aded omnis vocis, quatenus ex instituto aliquid notant, forma erit essentialis, si significatio non est? Vt non magis ea accidens nominis esse possit, quàm anima est

† A calce dicam cur-
Et ad usque
verticem.
‡ essentia.

* qualitate
ea, quod sit
rationalis.
† non hoc
aliquid sig-
nificare, sed
potius quale
quippiam.

est hominis affectio. Quare, qui non videt, ejus explicationem ad alteram Grammatices partem, quæ Exegetice dicitur, pertinere: is cum Scedro Plautino perhiberi potest non magis oculis uti, quam si lilio victitaret. Imò elucus sit, cui hic aliâ luce sit opus.

Speciem verò, & figuram, accidentia esse, negari non debet: verùm & illa magis ad formam, quàm corpus orationis pertinent: & quatenus corpus respiciunt, non solius sunt Nominis affectiones, sed octo classium orationis. Eoque de iis universè superiùs à nobis actum: in Nominum verò doctrina Species nonnisi particulatim consideratur; puta ratione formarum nominis derivati: ut sunt patronymica, diminutiva, verbalia, & similia.

Proximè ad horum naturam accedunt Numerus, & Persona. Nam quam latè pateant, satis arguit, quòd cum duæ sint orationis partes necessariæ, Nomen & Verbum; sub quorum priori Pronomen, sub utroque autem Participium comprehenditur: singula horum, & Numerum, & Personam habent. De Numero ambigit nemo. De Persona negant: quam solis ajunt Pronominibus, & Verbis competere: Nomina enim, & Participia omnia, tertiæ esse personæ. Quod in scitè ab iis asseritur. Nam omnia ea personæ esse, & antea dictum nobis, & ex iis scriptorum locis satis liquet, quibus nomina, aut participia, primæ vel secundæ junguntur personæ. Vt Livii illo lib. 1: *Inspiter Feretri, hæc tibi victor Romulus rex regia arma offero.* Et lib. xxx: *Annibal peto pacem, qui neque peterem, nisi utilem crederem.* Priscianum vide in XIIII. Hæc satis eos refellunt, qui putant, personam solis accidere Pronominibus, & Verbis: eoque in his solùm classibus de persona agi oportere. Imò, ut nomina, & participia omnia, tertiæ essent personæ, hoc ipsum, saltè antequam ad pronomina & verba esset deventum, explicari oporteret. Quippe ipsi in *συντάξι* * docent, * *structura orationis.* nominativum cum verbo in persona, & numero convenire. Alii fantentur quidem, personam Nomini accidere: sed inde consequi putant, de ea in Nomine esse tractandum. Atqui si personam quatuor primarium classium affectio est, universè de ea agendum, antequam ad Nomen accedatur.

Comparatio non debet poni inter communia nominum accidentia, quia solis convenit adjectivis. Adde quòd declinationis species sit. Nam præter declinationem directam, quæ fit in casus; est & altera transversa, partim in genera, quæ *motio* dicitur; ut *doctus, docta, doctum*; partim in gradus, quæ *comparatio* vocatur; ut, *doctus, doctior, doctissimus.*

Quare tres solùm communes sunt nominum affectiones; genus, casus, & declinatio. Præter quas etiam de numero, & derivatione,

agendum, non quatenus ea cernuntur quoque in verbis : sed solum propter ἀνωμαλίαν numeri in Nominibus, & Patronymica ac cæteras derivati Nominis species.

Quæri potest, quo ordine de his sit agendum. Sanè numerus naturâ suâ latissimè patet, cum competat nomini, pronomini, verbo, & participio; contrâ quàm fit in genere, casu, & declinatione : quæ, prout hîc usurpantur, in verbis locum non habent. Ex tribus verò his, casu, genere, ac declinatione, casus ratione usus est communissimus. Si quidem seu convenientiam, seu regimen spectes, non minus hîc casus, quàm numeri, & personæ, quæ communia sunt quatuor primarum classium accidentia, ratio habetur. At non latè adeò se extendit usus generis, ac declinationis : quandoquidem in verbi cum nomine convenientiâ, aut alterutrius regimine, rarè refert, cujus quid generis sit, aut declinationis. Rarè, inquam : quia interdum quoque declinatio structuram variat : ut cum dicimus, *Romæ contigit* ; non item *Sulmonis*, aut *Carthagini* ; sed *Sulmonz*, aut *Carthagine*. Vbi videmus, figuratâ structurâ dici, *Romæ contigit*, pro *in Vrbe Romæ contigit* : at non itidem, pro, *In Sulmonis oppido contigit*, dici posse, in *Sulmonus contigit*, sed *Sulmone contigit*, pro, *in Sulmone*. Tantum refert, sitne nomen declinationis primæ, an tertiæ.

Nec tamen ratione sunt defecti veterum illi, qui priùs de genere, hinc de numero & casu, tum de declinatione tractant. Nam, ut cætera mittam, numerus quidem generalis est affectio : sed hic solum de ἀνωμαλίᾳ Nominis in numero agitur. Quare vulgatum nunc in quatuor illis ordinem sequemur. Iis autem subjiciemus varias derivati nominis formas. Nempe uti in declinatione postremum locum obtinent motio, & comparatio, quia non cuius accidunt nomini, sed solum adjectivo : ita & extremo in nominibus loco agimus de patronymicis, gentilibus, possessivis, & similibus, quia non sunt cuiusvis nominis species, sed solius derivati. In hisce verò omnibus non nostram solum sententiam afferemus : sed aliorum etiam errores refellemus. Ita tamen, ut spissiora multa scientes prudentesque prætereamus. Nam quid attinet ea diluere, quæ nonnullæ Grammatices febres, ac carcinomata, quæ honoris causâ non nomino, suis quotidie libellis, vel errorum sentinis, aut foricis potiùs, infarciunt ? Mihi quidem periculum esse videtur, ne, si hic quoque reponantur, pædore eorum nausea obrepat, vomitûsq; excutiatur lectori.

CAPVT IX.

Genus Grammaticis non tam signare sexus discrimen, quàm ejus discriminis notam, & quæ hæc nota sit: proprieque magis substantivis accidere, quàm adjectivis. Naturâne, an ex instituto, genus insit nominibus. Solem, ex veteri Germanorum quorundam gentiliùm Theologiâ, fuisse feminam. Quotuplex sit genus, & variæ formarum ejus appellationes. Vir, & mas; mulier, & femina, differunt. Hebræos, & alios Orientis populos, carere genere neutro. Neutri, pro neutrius. Baptiste Pii lapsus.

Genus propriè est discrimen sexus. Impropriè verò iis quoque tribuitur, quæ sexum ipsa non habent; attamen naturam sexum habentium sequuntur in convenientia substantivi, & adjectivi. Propriè igitur sexus est in masculus, & femina; Pythagoras, & Theano. Impropriè verò masculinum est ager. Impropriè & femininum herba. Nempe eò prius est masculinum, quia in structura sequitur naturam masculinorum: eo posterius femininum, quia construitur, ut ea quæ naturâ sunt femina. Nam ut Plautus dixit*, *Bona femina, & malus masculus hic, te voluit*: ita quoque dicitur, *bonus malusve ager: bona mala-ve herba*. At animal est neutrum, quia neutro modo construitur. Siquidem nec animal bonus, vel malus; nec bona, vel mala; sed bonum, vel malum, dicimus.

Propriè autem in substantivis genus statuitur; impropriè in adjectivis. Vir enim naturâ suâ est masculinum; bonus ex accidenti: nempe non per se, sed quia convenit viro. Sic bona femininum, quia feminæ jungitur. Bonum neutrum, quia neutri horum, hoc est, nec viro, nec feminæ, ea convenit terminatio. Ut omnino satis liqueat, substantivis per se, & primario genus inesse: non item adjectivis; quorum est se accommodare substantivis, ut dignioribus.

Idem dixerò de hic, & nullus. Vulgò ajunt masculinum esse, cui hic; femininum, cui hæc; neutrum, cui hoc præponitur: quasi dicamus, hic hic, vel hic nullus; aut hæc hæc, vel hæc nulla; & similia in neutro. Est quidem genus grammaticis non discrimen secundum sexum, sed secundum sexus notam: verum, ut superius diximus, hic hæc hoc, non est perpetua nota. At illa perpetua est, quòd masculina more masculinorum, feminina more feminarum, neutra verò neutro more construuntur. Et sanè propter solam structuram traditur generis doctrina. Quare si nulla essent adjectiva, vel ea semper unius essent terminationis, tum in singulari, tum etiam plurali: inanis ac supervacua esset omnis hæc de generibus disputatio.

E e e 3

Etiam

Etiam ex his occurrere est quæstioni, vocabulne naturâ genus insit, an instituto. Naturâ quippe alius generis est *Socrates*, quàm *Xanippe*, aut *Phœnæce*. Sed ab instituto est, quod *calamus*, & *manus*, genere discordant. Nulla enim ratio subest, præter solum eorum arbitrium, qui ita primò loquebantur. Visum hac de re illustrem apponere Arnobii locum è primo adversùs nationes: *Quamquam, si verum species, nullus sermo naturâ est integer; vitiosus similiter nullus. Quenam est enim ratio naturalis, aut in mundi constitutionibus lex scripta, ut hic paries dicatur, & hæc sella; cum neque sexus habeant femininis generibus, masculinisque discretos; neque quisquam docere doctissimus me possit, ipsam hic, & hæc, quid sint; aut cur ex his unum, sexum virilem designet, femininis generibus, id quod sequitur, applicet? Humana ista sunt placita, & ad usum sermonis faciendâ, non sanè omnibus necessaria. Nam & hæc paries forsitan, & hic sella, dici sine reprehensione potuisset, si ab initio sic dici placuisset, & à sequentibus seculis communi esset in sermone servatum.* Hactenus ille Ecclesiasticorum scriptorum Varro. Nec leviter id confirmat, quod res eadem diverso genere efferatur, tum in eadem lingua, tum in diversis. In eadem, ut *sermo*, & *oratio*; *domus*, & *domicilium*; *crinis*, & *coma*; *capillus*, & *caesaries* &c. In diversis, quomodo *spiritus* masculinum est, Hebræum *רוּחַ* sæpius femininum, *πνεῦμα* neutrum: quomodo item *sol* est virile, Germanicum *sonn* femininum. Dicunt enim *die Sonn*, non *der Sonn*. Unde & Solem Tuisconis uxorem fuisse, fabulantur: quemadmodum prodidit Aventinus lib. 1 *Annal. Boior.* * Nunc quotuplex sit genus, variaque formarum ejus appellationes videamus.

* fol. 26.
edit. Ger-
man.

Genus nominum vel simplex est, vel compositum. Simplex est vel principale, quod natura novit (nam generantium propriè genus est) vel minùs principale. Principale est virile, aut muliebre. Minùs principale est neutrum. Ita vocat Varro 1 de anal. *Virium*, inquit, *virile, muliebre, an neutrum sit. Masculinum femininumque* nominat tum Quintilianus lib. 1, cap. VI, tum Plinius lib. X, cap. LXVII. Agellius libro quidem IV, cap. 1, dixit *genus virile*: sed lib. XV, cap. 1X, priùs *virile*, hinc *masculinum* vocat. Posterius hoc etiam, (ex Verrio, ut verisimile est) apud Festum legas in *Masculinum*. Imò & Tertullianus lib. adversus Praxeam appellat *genus masculinum*. Et plenior aliquanto hæc appellatio, quàm *virile* genus, cum *mas* etiam feris conveniat; *vir* nonnisi *μετὰ φερεῖας*: ut in illo †,

† Virgil.
Ecl. 7.

Vir gregis ipse caper deerraverat.

Idem discrimen est inter genus femininum, & muliebre. Nam femina, tum humanæ est naturæ, tum ratione carentis: at mulier solum humanæ, ita tamen ut generatim dicatur de virgine nuptâ, & viduâ.

duâ. Id me docuit hic Tertulliani locus lib. de velandis virginibus : *Naturale*, inquit, *vocabulum est femina, naturalis vocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale virgo, vel nupta, vel vidua, &c.* Quin mulier interdum strictè aded accipitur, ut opponatur virgini. Res nota. Sed si operæ pretium putas, vide hac de re Scipionem Gentilem lib. 1 Παρήρ. cap. xvi.

Neutrum genus non agnoscunt vel Hebræi, vel Syri : uti neque Pœni : quorum lingua adfinis est Hebrææ, ut ait B. Augustinus de sermone Domini in monte lib. 11, & Priscianus lib. v, ac pluribus docet Iosephus Scaliger in Notis ad fragmenta veterum adjecta præclaro operi de Emendatione temporum : item Samuel Petitus in Miscellaneis * : Eo autem duplici genere contenti sunt, quia solùm in rebus sexu præditis genus est virile ac muliebre. Itaque hoc utrumque genus *principale* vocat Priscianus in v : Consentius item *naturale*. Rectius nihilominus Græci, Latinique, induxere *genus neutrum*. Nam etsi, solùm, ubi sexus est, sit genus masculinum & femininum : propter illa tamen, ubi sexus non est, satius fuit neutrum genus addi, non ut genus novum inducatur, sed utrumque ut negetur. Scio, multa potuisse ἀναλόγως reduci ad alterutrum sexum : quomodo Deus, & angeli, ob dignitatem ejus generis potius accensentur viris : terra item feminis annumeratur, quia est omnium nostri mater : ac similiter regio, & urbs, quia utraque est indigenarum mater : adhæc arbor, quia parit fructus, matris instar : ut plenius postea explicabitur. Sed enim longè plura sunt, ubi nulla se offert similitudo. Vt in *scammum, templum*, & aliis : ob quæ neutrum genus meritò est indudum : eâ tamen libertate reservatâ, ut in innumera talium copia, vocabulorum alia imitarentur nomina virorum, alia mulierum, alia item, uti neutrum naturâ sexum habent, ita neutro etiam genere gaudent. Quæ varietas non modò ad delectationem fecit ; sed etiam ad res meliùs distinguendas. Ita cum *malum* arborem genere dicerent feminino ; ac terminatione in recto mutatâ, *malum* fructum in neutro : placuit *malum* in navi genere dici masculino. Quomodo usi Catullus, Ovidius, Lucanus, & Valerius Flaccus. Etiam Festus, cujus hæc verba : *Corbiæ dicuntur naues onerariæ : quod in malo earum summo, hæc verba : Corbiæ dicuntur naues onerariæ : quod in malo earum summo, pro signo corbes solerent suspendi.* Vt nihil causæ videatur, cur pro *malo* reponamus *mali*, ex Duzæ ad Lucilium † conjecturâ.

De simplici genere diximus. Compositum genus, vel duo complectitur genera, vel tria. Quod duo comprehendit, à Quintiliano lib. 1, cap. iv, vocatur *commune duobus*. Phocas, Diomedes, & Donatus, ἀτάλως *commune* nominant. Quod tria continet, Fabius ibidem vocat

* lib. 2, cap. 1, 2 3.

† in Lucilio
sar. 15.

vocat *commis ne omnibus*. Vti &, præter memoratos, Sospater, Asper Junior, & Consentius. Alii simpliciter *omne genus* appellant. Cur verò Dubii, aut Epicœni generis, non meminerimus, infra commodiùs ostensuri sumus. Nunc unum tantùm de neutro addam, haut rectè à recentioribus quibusdam *neutri* generis pro *neutrius* putari obsoletum. Nam locuti hoc pacto veteres quique Grammatici, atque adedò Varro ipse lib. 11 de analogiâ. Nec archaismum hunc refugit Aufonius, amœno isthoc epigrammate *;

* ep. 49.

*Rufus vocatus Rhetor olim ad nuptias ,
Celebri sit ut convivio ,
Grammaticæ ut artis se peritiam ostenderet ,
Hæc vota dixit nuptius :
Et masculini, & feminini gignite ,
Generisque neutri liberos.*

A quo epigrammate, ut obiter hoc addamus, non abludit illud Palladæ in Ἀναλογία :

Γεγραμμένῃ † θυγατὴρ ἕτερον Φιλότῃ μίγεισθαι
Παιδίον ἀρσενικόν, θηλυκόν, ἢ δέτερον.

† Grammatici filia peperit mixta amore Prolem generis masculini, feminini, & neutrius.
‡ libro 1111
1294.

Significat *ἀνδρόγονον* seu hermaphroditum : quod non vidit Io. Bapt. Pius : ut qui lib. 1 Annot. prior. cap. 111, per neutrum crediderit otimefrem partum intelligi, quia istiusmodi, ex Hippocratis † sententia, & sit, & quodammodo non sit.

C A P V T X.

Expenduntur regulæ de iis, quæ significatione unius tantùm generis esse cognoscimus. Vitiorum nomina feminis, feminarum viris tributa. Κεροπαλατῆς unde conflatum. Servii lapsus in Allia. Albulæ unde nomen. Virgilius in Culice vetus lectio adversus summum virum defensa.

EXtra omnem controversiam est, bifariam cognosci nominum genus, significatione, & terminatione. Quomodo significatione percipiatur & præcipiatur, canones docent generales : de terminatione autem tractant regulæ speciales. Cum verò multa Grammatici de utraq; præcepta approbent, quæ non probant : plerâque ea expendere stat sententia. Neque lectorem antecœnâ, aut prouulside allicere visum ; sed ejus compendium faciens adponam, quæ hujus propria sunt instituti.

Significatione volunt aliquid cognosci masculinum, si sit nomen proprium maris ; aut nomen quidem commune, quod appellativum vocant, sed tantùm maribus competens. Ad hanc regulam non reductivè,

ductivè, ut loquuntur, sed propriè ac primò, Deorum nomina referuntur, cum & sexus iis insit, & liberos gignant, ut voluere nationes. Hinc Amobius lib. III : *Non enim Deus mas est, sed nomen ejus generis masculini est : quod idem vos dicere religione in vestrà non quitis. Nam consuevisti in precibus, Sive, tu Deus es, sive tu Dea, dicere : quæ dubitationis exceptio, dare vos Diis sexum disjunctione ex ipsà declarat.*

Pertinent huc quoque nomina angelorum : ut *Cherubim, & Seraphim*. In neutro tamen ulus vulgatus interpres cap. XL Ezechielis. Ac ne librarii errorem putes, consentiunt antiquissimi manuscripti. Et similiter Græci, τὰ Χερουβίμ, τὰ Σεραφίμ. Ita, ut LXX taccam, est pia doctrinæ B. Chrystostomi ὁμιλία εἰς τὰ Σεραφείμ.

Quædam nomina, quæ viris tribui solent, feminis donantur, eoque jure adsciscunt adjectiva feminina ; & contrà muliebria nomina viris assignata exigunt masculina. Ita *doctum, & facundum*, dixerim Mariam, cum de Majoragio sermo : cui parentes, divinæ matris amore, Mariæ nomen fecerant : sed ipse jam grandior *Maria* nomen, leviculâ mutatione, convertit in *Marcum* ; eoque super factò à Fabio Lupo, & Macrino Nigro, accusatus, pro se in senatu Mediolanensi causam dixit. Nec res hæc veterum caret exemplo. Nam & Romanos olim nomina, aut cognomina virorum, tribuisse interdum mulieribus, & feminarum contra viris ; cognoscere est ex antiquis inscriptionibus, in quibus legere est : *Amori conjugi, Terentia Amor, Vettia Amor, Calais Zethi uxor, Favor Hermione, Ramus Vifula, &c.* Et contra, *Veclius Elpis, Aïdon Secutor, L. Laufcius L. F. Apotheca, &c.* Inscriptiones ipsas suggeret eruditissimus index Grammaticus editionis Gruterianæ in voce *Nomen*.

Virilis quoque generis esse ajunt nomina officiorum virilium : ut, *consul, propheta, & similia*. Verùm multa, licet viros signent, tantùm in muliebri usurpantur, quia magis terminationis, quam significationis habeatur ratio. Ita *operas typographicas* dixerim. Atque hanc loquendi rationem tuebor patrociniò, cum Servii, scribentis in feminino genere *operas* dici personas, quæ aliquid faciunt ; tum imprimis Ciceronis, optimi omnium patroni, ut Catullus * eum vocat. Is enim ad Att. lib. I, epist. XI. *Operæ, inquit, Clodianæ ponteis occupant, tabelle ministrabantur, ita ut nulla daretur VTI ROGAS.* Idem ad Quintum fratrem lib. II, epist. III. *Operæ Clodianæ clamorem sustulerunt.* Et, *Operas autem suas Clodius confirmat.* Itidem Latine qui sese loqui studeat, haut rectè dicat, *Custodias regis arcisive sui esse muneris admonendos.* Aliiter enim Trajanus ad Plinium lib. X : *Nil, inquit, opus est, mi Secunde charissime, ad continentias custodias plures commilitones converti.* Par ratio

* Ad M.
Tullium epi-
gram. 50.

in *copiæ*, *vigilia*, *excubiæ*. Nec *cura* aliis, quàm feminini generis est, quando sumitur pro curatore: ut in illo Ovidii *:

* epist. Penelepei.

Tertius immundæ cura fidelis hære:

Cumque in Codicè, & apud alios Latinos scriptores, *cura* am palatii legimus: unde Græci cuderunt suum *Κυροπαλάτις*. Causam verò ejus rei non aliam esse arbitror, quàm quod nomina *operæ*, *custodiæ*, *cure*, ac similes, primò & propriè actionem signent, ac per *μετανομιαν* effecti de ipsis hominibus dicantur, reservato genere propriæ significationis. Itaque nec, *Laverna mala*, dicere reformidat Aufonius †; etsi non futurum Deam, sed Lavernionem, seu plagiarium significet:

† epist. 5.

Hic est ille Theo, poeta falsus,

Bonorum mala carminum Laverna.

Ob eandem causam dicimus *multa servitia*, pro *multi servi*. Nam & hîc vox *servitii* *νεοπικῶς* sumitur, cum propriè notet *servitutem*. Sunt qui ad terminationem refugiant. Sed quando omnia in VM neutra putant, valde falluntur; cum & virorum, & feminarum nomina, generalem regulam sequantur. Vt *Pægnium*, *Glycerium*.

De mutorum animantium propriis vix attinet dicere; cum æquè iis sexus insit, ac homini. Itaque, ut ea complecteremur, non *viri*, sed *maris* propria dicebamus. Etsi &, *κατὰ μέτρος*, *viri* nomen iis tribuatur, ut in Eclogis de hirco, *Vir gregis*. Vti & *mariti*, III Georg. de equo:

Quem legere dicem, & pecori dicere maritum.

Hujus igitur loci sunt, *equus*, *hircus*, *leo*. Et propria, ut *Hylas*, *Melampus*, canum nomina. Item *Pegasus*, *Bucephalus*, *Rhæbus*, qui, Mezentii equus, x Æn. *fortissimus* appellatur.

De nominibus ventorum rectè illud, etsi Hebræis ea sint feminina, Latinis tamen esse virilia. Neque id modò verum est in *boreas*, *corus*, aliisque naturâ substantivis: sed etiam, quæ habent naturam adjectivorum, ut, *japyx subsolanus*: item *etesia*, *ornithiæ*; ubi respicitur Græcum *ἀνεμοί*, vel Latinum *venti*. Cicero lib. II de Nat. Deor. *Etesia*, quorum *flatu nimii temperantur calores*. Et lib. II epist. xv: *Etesia sunt omnibus in Græciam secundi, in Italiam adversi*. Seneca Nat. Quæst. lib. v, cap. xi: *Etesia ob hoc somni culosi, à nautis, & delicati vocantur, quod, ut ait Gallio, mane nesciant surgere*. Quæ non satis attendit Barthius Adversar. lib. LII, cap. iv: ubi locum corrigi ex Horatii epistolis adductum à Beda libro de Orthographia. Nam ubi vulgò legitur, *Soles meos omni Ecclesie vestre commendo*, corrigit, *Soles meos omni Etesia vestre commendo*. Saltem *vestro* dixisset.

Addunt & nomina fluviorum, mensium, montium, partiumque assis, virilis esse generis. Quod quatenus recipi debeat, non defugiam

giam paucis referre : quando & hoc quoque ad lucem in quibusdam vocabulis facit.

Nomina fluviorum ejus mihi generis videntur , quod terminatio requirit. Sin juxta terminationem fuerint feminina, aut neutra, ac nihilominus in masculino usurpentur ; id per synthefin fit , quia respicitur *fluvius* : vel potiùs *amis* , ut alibi dictum. Itaque femininum cenfeo *Allia* : quomodo in prorsà quoque dicendum , non *Alia* , quod Servius putavit, deceptus illo Lucani * :

* 66. 7.

Non istas habuit pugnae Pharsaliae parces,

Quas aliae clades :

ubi *aliam* , quod relativum est , malè putavit esse fluvii nomen. *Allia* , inquam , in masculino nunquam invenitur. At in feminino usurpat Lucanus lib. VII.

— *Cedant feralia nomina Cannae,*

Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Σολοικίζεν penè existimem , qui *damnatus Allia* dicere aufit : quamquam non ignorem , multos facere masculinum ; quodque in muliebri genere usurpetur à Lucano , id per σύνθεσιν factum putare , ut subaudiatur poëta vocem *aqua*. Idem judicant in *Albula* fieri ab Ovidio , cum IV Faistorum ait ,

— *Et tanto est Albula pota deo.*

Idemque illo Martialis lib. I, epigr. XIII.

Itur ad Herculei gelidas quæ Tiburis arces,

Canaeque sulphureis Albula sumat aquis.

Itidem vocem *fluminis* respexisse putant Lucanum in illo lib. IV.

Et rapidum in molles Zephyros excurrat Iader.

Ego in hujuscemodi censeam potiùs autores habuisse rationem terminationis. Siquidem vocabula primæ declinationis in A muliebria sunt : & pleraque omnia nomina tertiæ, quæ in R exeunt, neutri sunt generis. Confirmat sententiam meam , quòd in aliis quoque fluviorum nominibus variat genus : sed ita , ut vel masculina sint , vel ejus generis, cujus esse solent, quæ similiter exeunt. Hinc est, quòd quemadmodum apud Maronem *Nar* masculinum est in illo ÆN. VII.

Audiat & Trivie longè lacus, audiat amnis

Sulfurea Nar albus aqua, fomesque Velini :

ita apud Ciceronem epist. XV, lib. XV ad Atticum est neutrum : *Lacus*, inquit, *Velinus à M.* (Nam *Manius* dictus ; ut rectè Manutio monitum) *C. rio emissus, interciso monte, in Nar defluit ; non Narem.* Quamquam ex Maronis loco , quo Priscianus *Nar* masculinum privat, non satis validè id colligas , quia *amis* antecessit, quicum *albus* possit

convenire. Certius argumentum est, quòd Claudianus ait in Panegyrico de Probi & Olybrii consùlatu :

— *Et Nar vitiatum odoro*

Sulfure. —

Item Aufonius, Idyll. XII :

Fluminibusque Italis præpollens sulfureus Nar.

Imò Tacitus in I Annalium ait : *Nec Reatini silebant, Velinum lacum, qua in Narem effunditur, obstrui recusantes.* Quomodo, ut puto, Cicero non esset locutus, qui *Nar* accusandi casu mavult, ut vidimus. Cluverius tamen in Italia antiqua arbitratur, Ciceronis locum esse corruptum, ac *Narem* esse reponendum. Quasi, quia Tacitus sic loquitur, cujus ætate lingua Romana multum degeneraverat, eò Cicero ita usurparit, atque ex Tacito is corrigi debeat. Multò minùs movere debent Aufonius, & Claudianus, qui Gratiani demum, & Theodosii temporibus vixere. Ut mittam, quòd illi, poetarum more, sic loquantur *ναρὸν οὐρεῖον*, quia respiciunt vocem *arnis*. Nihil igitur in Cicerone mutandum, in tanto MSSorum, & veterum, ac recentiorum editionum consensu. *Turia* Probus neutrum esse putavit, eò quòd Sallustius scripserit *flumen Turia*. Sed imbecille hoc est argumentum, cum & eodem dicamus modo *flumen Allia*; quod tamen femininum. Adde quòd Sallustius * scripsit; *Inter lævâ moenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit.* Atqui, ut bene argumentatur Priscianus, si *Turia* foret neutrum, *Turia*, non *Turiam*, dixisset Sallustius. Infirmum tamen, quod Priscianus hinc colligit, esse masculinum. Nam ex terminatione non magis esse virile sequitur, quàm muliebre. † Imò terminatio potiùs indicat esse muliebre. Nempè ut *Allia* Lucano esse femininum diximus. Ac similiter Aufonius epist. I.

* 2 histor.
apud Prisc.

— *Egelidæ stagnantia terga Moselle :*

Et idyll. III :

Matrona non Gallis Belgisque interstita fines.

Ac similiter *Sura*, *Druentia*, *Garumna*, & alia Aufonio muliebra. Quare in prosa vix ausim dicere, *rapidus Turia*, vel *Mosella celebrandus*. Nec aliter hæc in carmine excusantur, quàm quòd per Synthesin respicitur generale nomen *arnis*. Quomodo nempè Tibullus lib. I, el. I, ait :

— — *Magnisque Garumna.*

Claudianus Carm. de laudè Serenæ :

— — *Et roseis formosus Duria ripis.*

Vt in VI Honorii consùlatu :

— — *Addna visû Carnlus.*

Auso-

Aufonius quoque extremo Idyll. III :

*Corniger externas celebrande Mosella per oras ,
Nec solis celebrande locis.*

Nam propriè dici debuit , *magna Garumna, formosa Duria*, atque ita in aliis. Vt bis fallantur , qui hæc quidem putant figurata ; propria verò, quæ ex Poëtis proximè adduximus. Contrà enim non in *formosa*, vel *magna*, intelligitur *aqua* : sed *annis* respicitur in *formosus* & *magnus*. De *Albula* tamen siquis refragetur, non magnopere repugnem, quia id naturâ suâ videatur esse adjectivum *ἁποκρητισκόν*, ac femininum esse, quia subintelligatur *aqua*. Sanè, Festus *, Servius †, Hidorus ‡, testes sunt, *Albulam* à colore albo nomen habere ; qualem ferè *sulfureæ* habent aquæ. Hinc de ea Statius & Silv. *

* in *Albula*.
† in 8 *Æn.*
‡ *Orig. lib.*
13. cap. 21.
* *Tibur.*
Manlius Verpiscus

Albensisque lacus ; alioſque in gurgite fontes.

Pausanias quoque in *Messeniæ* hunc ei tribuit colorem. Est autem *Albula* flumen ad *Anienem* viâ *Tiburtinâ*, ut cognoscimus ex *Vitruvii lib. VIII, cap. III.*

Negotium quoque faceſſere vel peritis poſſit locus hic *Maronis* in *Culice* :

— *Sive educat illum*

Alma Chimæreo Xanthus perſuſa liquore.

Quippe *Xanthum*, *Lyciæ* fluvium esse volunt interpretes. Sed *Iof. Scaliger* legit *Xanthi*, inque *alma* subaudit *urbis* vocabulum. Mihi durius hoc videtur. Quare *Xanthus* retineo ; sed non *Lyciæ* fluvium intelligo , verùm urbem ejus cognominem ; quam & vocatam esse *Arnam*, autor est *Stephanus* *ὠλί πόλιον*, sive potiùs *Hermolaus Byzantius* in ejus excerptis. *Xanthum*, *Lyciæ* urbem , agnoscunt quoque cùm *Herodotus*, & *Dio*; tum *Strabo*, *Ptolemæus*, & *Plinius*. *Acheron*, vel *Acherons*, dubium est, secundùm *Nonium*. Nempe quia *Maro* dixit , *Acherome refuso* : *Plautus* verò *Captivis*, *Nulla Acherons*. Sed quando in muliebri usurpatur, non fluvius intelligitur, sed locus ; qui quasi regio habetur. Vnde apud *Plautum* dicitur, *Acherome*, vel *Acheroni*, aliquid fieri : h. e. apud inferos. Et veteris est Poëtæ apud *Ciceronem lib. I. Tuscul.* quæst.

Adsum atque advenio Acheronte, vix viâ altâ atque arduâ.

De fluviiſ satis.

Ventorum nomina sunt virilis generis : ut *Eurus*, *Auster*, *Aquilo*, *Boreas*, *Cæſias*. Atque hæc sunt substantiva : ac naturam sequuntur generalis vocis, quæ Græcis est *ἀνεμός*, Latinis *ventus*. At *Subſolanus*, & *Africus*, naturâ sunt adjectiva, quæ iccirco masculina sunt κατ' ἰδιότητα vocis *ventus*. Fortè & *Iapyx* : quasi dicas *Iapygius*, quia fertur ex

F ff 3

Iapy-

Iapygia five Apulia. *Tropæi* quoque adjectivum, ut Græcis *τροπαῖοι*. Plinius lib. II, cap. XLIII. *Videmus & alios, quos vocant altanos, è terra consurgere venos. Qui quidem, cum è mari redeunt, tropæi vocantur; si pergunt, apogæi.* Sed Aristoteli Probl. V, & XLIII, sect. XXVI, dicuntur *τροπαῖοι*: à recto singuli numeri *τροπαῖα*, quo usus Plutarchus in Othone. Atque ut in *τροπαῖοι* intelligitur *ἀνεμοι*, ita *τροπῆ* in *τροπαῖα*. *Etesias*, & *Ormithæ*, virilia sunt, quia Græcis *ἐπιτοῖαι*, & *ὀρνιθία*, sunt primæ simplicium; quæ tantum est substantivorum generis virilis. Recto singulo *Etesias*, usus Plinius: cuius verba inferius cap. XIX adducam.

Virili usus Cicero lib. XV, epist. II, ad fam. *Si me navigatio non morabitur, quæ incurrebat in ipsos Etesias, propediem te, ut spero, videbo.* Ac similiter Græcis *οἱ ἐπιτοῖαι*, ut Aristoteli Meteor. lib. II, cap. VI, & libello de Mundo, qui Aristoteli perperam tribuitur. At *ἐπίτοιοι* naturâ sit adjectivum ab *ἐπίτοιοι*, *anniversarius*. Atque ita & *οἱ ἐπίτοιοι* dicas, puta *ἀνεμοί*, & *αἱ ἐπίτοιοι*, nempe *πνοαί*: ut Apollonius *ἐπίτοιοι ἄνεμοι*: imò & Lucretii est in V:

— — *Etesia stabra Aquilonum.*

Doctissimus Vir Fredericus Sylburgius, (ut etiam observatum clarissimo & amicissimo Antonio Emilio, Historiarum apud Ultrajectinos professori) non probè satis hæc distinxit. Nam Græcæ Grammatices lib. III, cap. II, censet, *ἐπιτοῖαι* dici, intellecto *πνοαί*. Atqui *ἐπιτοῖαι* semper virile est, à substantivo *ἐπιτοῖαι*. Adjectivum autem *ἐπίτοιοι*, & *ἐπιτοῖα*, in plurali, non *ἐπιτοῖαι*, sed *ἐπίτοιοι*, & *ἐπίτοιοι*, facit. Par ratio in *Ormithæ*, *οἱ ὀρνιθία*, ut est apud Aristotelem five alium de Mundo. Nempe à recto *ὀρνιθίας*, quo usus Aristophanes Acharn. ac Plinius quoque lib. II, cap. XLVII. Vide & quæ de Etesias, ac Ormithis, inferius dicentur cap. XIX.

Mensium nomina masculina quidem sunt; verum ideo, quia sunt adjectiva substantivè usurpata, ac subauditur *mensis*: quod & interdum exprimitur, ut apud Martial. lib. V, epigr. XVIIII:

Quod tibi Decembri mense, quo volant mappæ.

Et Ovid. I Trist. el. XI:

— *Gelido tremere cum mense Decembri.*

Verum hæc de re infra dicemus, cum de genere adjectivorum tractabimus.

Montium verò nomina sæpe inveniuntur in feminino. Nam in masculino quidem dixit Ovidius in Ibin:

Vique dedit saltus è summo Thessalus Ossâ;
Tu quoque saxoso præcipitare iugo.

Vbi in nonnullis libris, uti Aldinâ editione, quam Naugerius recensuit, est *summa*: sed in vetustioribus, uti Venetâ * Bernardi Novariensis, est *summo*: quomodo & citat Alciatus annotat. in tres posteriores Codicis libros: sed perperam ibidem, *Theſſalis Oſſa*. Nam intelligit Ovidius Theſſalum, Hæmonis filium, quem Euryalus de Oſſa præcipitem dedit. Verùm in feminino dixit Lucanius lib. 1.

— *Ita tantus ad æthera clamor,*

Quantus piniferæ Boreas cùm Thracius Oſſæ

Rupibus incubuit.

Et quemadmodum in virili genere dixit Seneca in Herc. furent.

Titan ſummum proſpicit Oceanum:

ita in muliebri apud Naſonem legimus lib. 1x Metamorph.

Implevitque ſuis nemoroſam vocibus Oceanum:

& Claudianus lib. de bello Getico †:

† verſ. 182.

— *Et domitis iriſam cauitibus Oceanum.*

Sed & Stadius utrumque uſurpat in feminino, itémque alii. *Oebrys* quoque, quo Lucanus lib. v1, & Stadius 1 Achill. in masculino utuntur, Græcis femininum eſt; unde Strabo lib. 1x τὸ ὄρειον ὄρη. *Ætna* etiã ſemper femininum eſſe, nemo neſcit: nec aliter *Rhodope* uſurpam, & ſimilia; niſi in poëſi per ſyntheſin, quomodo *ſummum Oſſam*, & *Oceanum*, Ovidius, ac Seneca, dixerunt. Quare ſic cenſeo, montium nomina propriè eius eſſe generis, cujus eſſe ſolent ſimiliter exeuntia. Nempe virilia ſunt finita in V S. Vt ſunt *Olympus*, *Pindus*, *Parnaſſus*, *Veſiuius*, *Taurus*, *Caucasus*, &c. Item in O S: ut *Athos*. Vnde Senecæ præruptus, Iuvenali, *velificatus Athos*. At feminina ſunt, quæ terminantur in A, vel E primæ: ut *Oſſa*, *Ætna*, *Oeta*, vel *Oete*, *Rhodope*, *Calpe*, &c. Item in I S, ut *Alpis*, quod obſoletum. Sed Claudiani eſt lib. 111, de laudibus Stiliconis:

— — *Frondoſâ fertur ab Alpe.*

Neutra autem ſunt deſinentia in E tertiæ. Horat. lib. 1, od. 1x:

Vides, ut alæ ſtet nix candidum Soracte.

Item in O N, vel V M: ut *Pelion*, τὸ Πήλιον. Stadius in x Thebaidos:

— — *Nec adhuc immane veniret Pelion.*

Item pluralia in A: ut *Monala*, *Iſmara*, *Taygeta*. Quod ſi, quæ muliebria eſſe diximus, à Poëtis uſurpentur in virili: fit hoc, ut dixi, per ſyntheſin, quia reſpicitur nomen *mons*. Itaque dubium interdum, hoc, an illo modo, poëtæ loquantur. Vt in Lucani loco antea adducto: ubi *piniferi* editum in optimâ maximi Grotii editione: nempe ut idem in V I ait:

Solſtitiale caput nemoroſus ſubmouet Oebrys.

Pini-

Pinisera tamen priori loco est in Gryphianâ : atque etiam Aldinâ , & aliis editt. antiquis.

Quærat aliquis , an non , ut femininis montium nominibus etiam additur adjectivum virile : ita quoque nominibus montium masculinis addatur adjectivum muliebre. Sanè id videri possit , propter hoc Appuleii initio primi Met. ubi *Hymettos* Atticæ mons, & *Tenaros*, Laconicæ promontorium, muliebria videntur : *Hymettos*, inquit, *Attica*, & *Isthmos Ephyrea*, & *Tenaros Laconica*, *glebæ felices, æternum libris felicioribus conditæ, mea vetus prospèra est.* Sed rationem hanc arbitror , quòd per *Hymetton* , non mons Atticæ , sed regio Attica ; perque *Tenaron* non Laconicæ mons, sed Laconica regio , per synecdochen significetur. Novè igitur sic Appulejus : quemadmodum & *Isthmos* usurpat muliebri genere , quod Græcis semper virile : quam rem suo plenius loco tractabimus.

Partes assis eùm masculini faciunt generis , *unciam* excipere debuerunt; de quo siquid addam, quid nisi Soli lumen inferam? Vti & si dicam, composita ab *asse* addi oportuisse : quale præter feminis, quod quidem dicitur quasi *femi.us* , sed est inter partes assis : Variant *decussis* , *centussis* , & alia , quæ non pars sunt assis , sed *assem* sæpius continent.

C A P V T X I.

Scorti etymon. Pales deus, & dea. Servii in eo error. ΑΦρόδιτι pro ΑΦροδίτη. Macrobii forte lapsus. η Θεός. Stilponis cavillatio ad excusandum dictum, ex Græcorum sententia, *impium*.

Significatione esse feminina cognoscimus nomina mulierum propria, ac communia , quæ solis convenient mulieribus. Vbi excipe neutra in VM ; uti *mancipium* , quod tam mulieribus , quam viris convenit : item *scortum* , quomodo, Festo teste, meretrix vocatur; sive *ἡ μετφοράν* , quia subigatur ut pelles ; sive *ἡ σωμαδοχλῶ* , velut impura pellis , quam cuivis denudaret. Sanè *pelles* prisce *scorta* appellantur : unde apud Tertullianum de pallio , cap. iv. *scortum* *Herculis* vocatur leonis pellis. Nam ait , Omphalen , & Herculem, commutasse amictum : atque hunc Omphales veste sericâ ; illam scorto , seu leoninâ Herculis pelle, fuisse indutam.

Nec tamen par ratio est omnium in VM , vel Græcis in ON , finitorum : sed distinguendum inter propria , & appellativa. Propria enim semper sunt feminina : ut apud Athenæum ex Machaone Comico , η Γαδαίνιον , η Γλυκέριον . Apud Plautum Cistellariâ , act. I , sc. I :

Mea

Mea Gymnasium, mea Silenium. Apud Terentium Andriæ act. 1, sc. 1:
Mea Glycerium. Cujusmodi, etſi in VM delinant, quæ neutrorum terminatio eſt, nihilominus ſunt feminina, ut Donatus teſtatur: ac cap. xxiv, ubi de terminatione VM agimus, pluribus probabitur. At diſpar ratio in appellativis. Præcipuè apud Græcos: τὸ γυναικίδιον, muliercula, τὸ γράδιον, anicula; τὸ ἀδελφάσιον, fororcula; τὸ κέρον, κελιδιον, κελσιον, & κελσιον, puellula. Nec multùm abit *scortum*, de quo dictum. Solùm hoc discriminis eſt, quod ut *mancipium*, ita & *scortum* dicatur maſculum. Poſſis & huc *proſtibus* referre: niſi id tantùm τῆ μετανομιᾶν videatur dici de ſcortillo; quia conſiſteret ante proſtibus, ſive anteriorem ſtabuli locum: quomodo Catullo meretrix vocatur *lupanar*, per metonymiam contenti. Vel niſi malis, id naturà eſſe adjectivum, ab antiquo *proſtite*, pro *proſtare*: ut tum *proſtibus* dicatur, reſpiciendo nomen meretrix; tum *proſtibus*, intelligendo *scortum*. Vel etiam, niſi placeat *proſtibus* propriè dici de loco ante ſtabulum, ubi meretrix conſiſteret, ut ipſa ſic per μετανομιᾶν eandem vocetur *proſtibus*, quomodo Catullo appellatur *lupanar*, quia eſſet in lupanari. Locus eſt epigr. XLIII:

Non aſſis facis ò lutum, lupanar.

Sive, ut alii, *oblitum lupanar*. Vt verò hic τῆ μετανομιᾶν meretrix *lupanar*: ita ad amicam apud Plautum * dicitur τῆ μετ' αφοερίν, *meum* * *Caf. ad. 4.*
corculum: item diminutione à vere, *meum verculum*: apud Terentium *sc. 4.*
 Eun. act. III, ſc. II, *meum ſuavium*: quod idem ac Γλυκέριον. Sed hoc femininum, quia proprium: *ſuavium* eſt neutrum, quia appellativum. At ſi nominali die id nominis daretur: non dubium, quin, ut *mea Glycerium*, ſic *mea Suavium*, eſſet dicendum.

Sub nominibus feminarum propriis etiam Dearum continentur nomina: quamquam hæc in virili quoque genere inveniri, doctiſſimi viri tradiderunt. Nempe quia Pales, Dea pabuli, (cui ſacrà, *Palidia* dicta, xi Kal. Majas fiebant) Varroni in virili genere uſurpetur, *hic Pales*, teſte Servio ad illud I I I Georg.

Te quoque magna Pales.

Item quia *Venus* ſimiliter in genere virili dixerit Lævinus: ut mox parebit. Ac denique, quia *Deus* pro *Dea* legere ſit apud Maronem, Lucanum, Claudianum. Quibus argumentis ita occurrimus. *Pales* Deus alius eſt à *Pale* Dea: quod nos docet locus iſte Amobii lib. I I I adverſus gentes: *Cæſius & ipſe aſſequens Fortunam arbitratum, & Cererem, Genium Iovialem, ac Palem, ſed non illam feminam, quam vulgaritas accipit, ſed maſculini neſcio quem generis, miniſtrum Iovis, ac villicum.* Quæ verba aperte oſtendunt, de *Pale*, Iovis villico, loqui Varro-
 nem:

G g g

nem : quod Servius non animadvertit. Nec mirandum , si *Venus* in masculino dicatur, cum barbata coli soleat, ac tum mas, tum femina credita sit. Macrobius lib. III Saturnal. cap. VIII. *Quidam legunt,*

Descendo, ac ducente Deâ, flammam inter, & hostes,

Expeditior :

cum ille doctissime dixerit, Ducente Deo, non Deâ. Nam & apud Calvum Aelterianus affirmat legendum,

Pollentemque Deum Venerem,

non Deam. Signum etiam ejus est Cypri barbaturum corpore, sed veste muliebri, cum scepro ac statura virili. & putant, eandem marem ac feminam esse. Aristophanes eam Ἀφροδίτην appellat. Lævinus etiam sic ait : Venerem igitur alium adorans, sive femina, sive mas est, ita uti alma noctiluca est. Philochorus quoque in Attide eandem affirmat esse Lirnam, & ei sacrificium facere viros cum veste muliebri ; mulieres cum virili ; quod eadem & mas aestimatur, & femina. Hæc Macrobius : qui metuo ne erret in illo Calvi, Pollentemque Deum Venerem. Nihil enim prohibet, quo minus Deum in plurativo fumatur, ut simile sit isti Maroniano IV Æn.

— Sequimur te sancte Deorum.

Et isti Enniano, in primo Annalium :

Respondit Iuno Saturnia, sancta Deorum.

Sive, ut aliqui malunt, *Deorum*. Nihil magis Servium audio ad illud VI Æn.

Nec dextra erranti Deus absuit.

Vbi sic scribit : *Alecto Deum dicit, sicut de Venere, Descendo ac ducente Deo, Nam numina utriusque sexus videntur ideo, quia incorporea sunt, & quod volunt, assumunt corpus. Nec enim ed, puto, respexit poeta : sed Græcos imitatur, quibus Θεός utriusque est generis : idque non solum apud Homerum, Sophoclem, poetarumque alios : sed etiam Platonem lib. I de Rep. Προσδεδάμην * τῆ Θεῶ, & Demosthenem initio orationis εἰς πεφ. Πρώτων † μὲν, ἃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Θεοῖς βίχομαι πάντι, & πάνσις, ὅσω βίνοισιν ἔχων Ἀρετῶ, &c. Itaque & Stilpo Megarensis, Laërtio teste, cum negasset, Pallada εἶναι Θεὸν ‡, eo quod non Iovis, sed Phidiæ esset : accusatus est ἀθεότης * : cumque se purgare vellet, quasi Pallada non θεῶν, sed θεὸν esse negasset, ab Areopagitis, qui hoc judicabant esse ludere in re feriâ, nihilominus solum vertere jussus est.*

De mutorum animantium nominibus femineis satis apertum : sive appellativa sint, ut *lea*, vel *leona* : sive propria, ut,

Issa, deliciae catella Publi :

de qua Martialis scitè lib. I, ep. cx. Et ut unâ voce tum ratione prædi-

* Apprecatus Deum.
† Primum quidem.
‡ Athenienses Deos deis quo omnes precor, ut quantum benevolentia constant habebat.
§ esse Deum.
* impietatis.

prædita, tum destituta, complectamur; credo satius sit, vocare regulam de *feminarum* propriis, quàm *mulierum*. Nam, ut mas viro, ita femina latiùs se muliere extendit, ac tam de aliis animantibus, quàm de homine dicitur.

CAPVT XII.

Vrbes, regiones, insulae, ejus sunt generis, quod indicat terminatio. Quaedam tamen, quæ terminatione sint masculina, aut neutra, in feminino usurpantur figuratè, quia intelligitur urbs, vel regio, aut insula. Quæque olim semper figuratè usurpata, iis tuius nunc quoque sic utimur. Italia, Græcia, & similia, prius videntur fuisse adjectiva. A Servio recessum de recto Prænestis. Græcis id oppidum Πηγίνας. Narbo unde Marcius dicitur. Hispal pro Hispalis. Tua Lugdunum. Ilios, & Ilion. Lucanus adversus Cæsarem Scaligerum defensus. Saguntus, & Saguntum. Gadiris Punica appellatio. Anxur cur candidum Martiali dicitur. Acragas pro Acrigento: & utrum à monte sic, an fluvio dicatur. An dicitur Lesbos, & Abydon pro oppido opposito Sesto. Versus Valerij Flacci expensus. Coriolus singulo numero pro Corioli. Ceraünti nomen à cervasis, non contrà. Vrbes, & regiones, mulierum specie pingebantur, & quæ ejus rei causa.

Venio ad nomina urbium, ac regionum. In quorum genere tradendo vix dici potest, quàm parum viderint Grammatici. Fons & caput tot errorum est, quòd non cogitarint, urbium ac regionum nomina, quando propriè loquimur, ex terminatione cognosci: quòd si adjectivum adfiscant terminationi adversum, id fieri figuratè: nempe κατ' ἀπόβιασιν, sive σύνθεσιν, quia respicitur *urbs*, aut *regio*, vel *terra*. Hæc quoque sententia quia præter vulgi opinionem est, pluribus est firmanda nobis, ne deinceps facilè imponant tot vani Grammaticorum canones. Ordiam ab iis, quæ vocali terminantur.

In A singulo numero exeuntia, ejus sunt generis, cujus ea esse, terminatio ac declinatio indicant. *Roma, Ardea, Larissa*, feminina sunt, secundum canona de nominibus in A primæ declinationis: contra *Zengma* neutrum, prout exigit canon nominum in A declinationis tertiæ. Lucanus lib. VIII: *Zengmâque Pellesum*. At *Italia, Gallia, Græcia, Syria*, & similia, naturâ suâ sunt adjectiva. Eò autem terminatio iis data muliebris, quia intelligitur *terra*, vel *regio*. Nam *Italia, Græcia*, integrè sint *terra Italia, terra Græcia*: quomodo & optimi scriptores loquuntur. Appositionem vocant. Nec valde repu-

gno, quandoquidem substantivorum naturam jam prope induerunt. Attamen puto naturam suam esse adjectiva. Nimirum Latini imitati sunt Græcos, quibus Θ est vulgatissima Gentilium terminatio. Vt à Βα-
 Θ υλῶν Βαβυλωνία Θ : unde Βαβυλωνία, puta γῆ †, aut χῶμα *. Sanè,
 ut Stephanus in Ἀμφοχία ait, τὰ εἰς ἰα θηλυκά, ἔ εἰς ἰον εἰδέπεια †.
 Quemadmodum igitur à *Cyprus* est *Cyprus*, unde *Cypria*, quia intelli-
 gitur *Dea*: sic ab *Italia*, sive id viri nomen, sive *vitalium* † signet, esset
Italia: unde *Italia*, puta *tellus*: pro quo poetæ *Itala tellus*. Ergo *Italia*
 simile est, ac si pro *Ægypto* diceremus *Ægyptia*, quod integrè sit ter-
 ra *Ægyptia*. Itidem à *Syrus* est *Syria*; à *Græcus*, *Græcia*; puta *tellus*, &
 ita in aliis. Qua de re plura dicemus libro de structura cap. II. Ex
 terminatione etiam cognoscimus neutra esse pluralia in A: ut *Bætra*,
Ecbatana.

Etiam in E primæ feminina esse, ex terminatione scitur. Vt *Mity-
 lene*, *Helice*. Ac par ratio pluralium in Æ: ut *Athene*, *Mycene*. Item
 terminatio docet esse neutra singularia in E tertiæ: ut, *Reate*. Silius
 lib. VIII:

— *Magneque Reate dicatum*

Coelicolum mari.

Sic Maroni in VII, *altum Præneste*: Horat. od. IV, lib. III, *frigi-
 dum Præneste*: Silius lib. VII, *sacris dicatum Præneste*. At παρ' ἑσπονοια
 invenias in feminino: ut apud Maronem lib. VIIF:

Qualis eram, cum primam aciem Præneste sub ipsâ Stravi.

Ac similiter Iuvenalis sat. III:

Quis times, aut timuit, gelidâ Præneste ruinam?

Scio, Servium, ad Maronis locum illum, annotare, *Dicimus & hoc
 Præneste, & hæc Prænestis*. Eumque hac in re Grammatici magno con-
 sensu sequuntur. Sed *Prænestis* in recto dicere non ausim, cum passim
Præneste, nusquam *Prænestis* dicant scriptores. Quare malim assentire
 Augustino Saturnio; qui lib. X, cap. V, in talibus σύνθεσιν statuit, ut
 respiciatur ad nomen generis, quod est *urbs*. Imò Priscianus quoque
 in VII, *Præneste sub ipsâ*, interpretatur, quasi *sub ipsâ urbe Præneste*. Sed
 enim, inquit, à *Præneste* in sexto casu esset *Prænesti*. Verum & à
mare est ablativus *mare*, pro *mari*. Plurâque ejus notæ inferiùs adfere-
 mus. Non multum tamen cum eo contendero, qui credat, aliquan-
 do & *Prænestis*, & *Præneste* dixisse: sed prius exolevisse. Nam si ob-
 soletum credatur, periculi nihil erit, nequis contra veteres *Prænestis*
 ausit dicere. Et sanè sic aliquando locutus, credere aliquis possit, quia
 apud Plautum Captivis, ubi Ergasilus Græcè per Latii urbes jurat,
 legeret est: Νῆ τῶν Πεγεινέσιω. Multum tamen metuo, ne Plautus
 scripse-

† terra.

* regio.

† Quæ in ia
 exeunt se-
 minina sunt,
 quæ in ium
 neutra.

† Timæus, &
 Varro, teste
 Gellio lib. 2,
 cap. 1. Item
 Columella in
 proam. lib.
 6, cap. 5,
 ejusdem li-
 bri. Et Festus
 in Italia.

scripserit, τὴν Περίνεσον, ut τὴν ad πόλιν referatur. Περίνης & verò hæc urbs Straboni sæpius lib. v dicitur. Ac similiter Appianus lib. i bellorum civilium : Ὡδε μὲν ἔ Περίνες & εἰλω. *Atque n. Præneste capta.* Item Stephanus, sive Hermolaus Byzantius : Περίνες & , πόλις Ἰταλίας, ὑπὸ Περίνης, ἔ Λατίν, ἔ Οδυσείως, ἔ Κίρκης ἕ. *Præneste oppidum Italiae, sic dictum à Præneste, filio Latini, qui Ulyssis, ἔ Circes, filius erat.* Imò & τὴν Περίνεσον in neutro legas apud Ptolemaum.

Vt *gummi, moly*; sic neutra sunt, Prisciano † teste, *Illiturgi, Aixi, Do-* † lib. 6.
ry, Apy. Stenius iv Theb. — *Et summis ingestum montibus Apy.*
 Nempe, ut antea Homerus in Bœotià :

--- Καὶ ἐκλήτων Λίτυ.

— *Bene edificatum Apy.*

Pluralia in I terminatione cognoscimus virilia : ut *Delphi, Argi, Philippi.* Cujusmodi vic entur primitus de populis usurpata.

Itidem in O exeuntia per regulam de terminatione virilia sunt. Vt *Sulmo.* Ovid. lib. iv Trist. Eleg. x.

Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,

Millia qui novies distat ab Urbe decem.

Sic lib. III Amor. eleg. ult. *Sulmonis aquosi.* Et lib. iv Fast.

Sulmonis gelidi, patrie, Germanice, nostrae.

Item Silius lib. VIII :

— *Gelidoque rapit Sulfone cohortes.*

Quibus locis Sulmonem nunc *gelidum*, nunc *aquosum* dici videmus, quia situs est ad duorum amnium confluentem. Iridem ob terminationem virile est *Narbo*, à quo Galliae Braccatæ factum nomen *Narbonensi*. Cicero pro M. Fonteio : *Est in eadem provinciâ Narbo Marcus, colonia nostrorum civium.* Ac similiter Aufonius in Urbium catalogo :

Nec tu Marcie Narbo silebere.

Quibus locis *Marcus* scribo per C, quia nomen id à Marcio consule. Nam Narbonem, Porcio & Marcio consulibus, deductam coloniam, refert Vellejus Paterculus. In veteri tamen lapide legas : COL. IVL. PATERN. NARB. MART. Sed metuo, ne lapidam deceperit, quòd à *Marte* etiam *Martius* diceretur. Vel maluere, credo, Narbonem suum Martium vocare, quasi ab eo haberet Deo nomen, à quo Romani se genus ducere gloriarentur. Quod si Narbo propriè sit virile, consequitur, ut ἔ σύνθεσιν *Martialis* in muliebri usurpet, cum lib. VIII, epigr. LXXII ait :

Quem pulcherrima jam redire Narbo,

Docti patria Narbo Voisenti,

Ad leges jubet, annuosque fasces.

Etiam κατ' ἑσπέρουσαν *Sirmio* feminino jungit Catullus *carm. xxxii* :

Salve, ó venusta Sirmio, atque hero gaude.

Ac *Tarraco* Silius lib. *iii* :

— *Dai Tarraco rubens*

Vitifera. —

Hippo similiter, nunc terminationis ratione masculinum est, nunc per synthesin femininum. Strabo lib. *xvii*. *Ἐνταῦθα οἱ δύο Ἰππῶνες, ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ Σοπιτέρω πρὸς τῇ Τελιῷ μᾶλλον, ἀμφὶ βασιλεία. Duo hic Hippones, alter Vtica proximus; alter remotior, & Trico propinquior, ambae regiae.* Silius Italicus lib. *iii* :

Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo.

Plinius lib. *v*, cap. *iv* : *Proximum ab oppido, quod Hipponem dilutum vocant, Διὰ ῥύπτου à Græcis dictum propter aquarum irrigua.* Et lib. *vi*, cap. *xxxiv*. *Vtica, utraque Hippo, Numidia.* Solinus cap. *xxx* : *Hipponem, Regium postea dictum, item Hipponem alterum, de interfluente freto Diarrhyton nuncupatum, nobilissima oppida. Castulo quoque masculinum est Straboni in *iii* : ubilegas, & Καλαῶν.* Silius tamen lib. *iii* :

Fulget præcipuis Parnasia Castulo signis.

De iis, quæ vocali terminantur, vidimus. Accedo ad ea, quæ in consonarum aliquam exeunt. Hæc minimum sunt quintuplicia, pro consonis finalibus, L, M, N, R, S. Quibus fortasse T addendum. Ordine de iis agemus.

In L finita ex terminatione cognoscimus esse neutra. Vt *Hispal*, *Suthul*. Silius lib. *iii* :

Et celebre Oceano atque æternis æstibus Hispal.

Est *Hispal* neutrum, etiam κατ' ἑσπερίων factum sit ex *Hispalis*, quod ex terminatione femininum agnoscitur. Nisi non tam ex *Hispalis* esse putas, prout Straboni, ac Ptolemæo ea civitas vocatur: quàm ex ἰσπαλον; quomodo Philostrato dicitur. Sanè de ἑσπερίῃ nihil mirum; quando & animal, cervical, coral, & similia, non integra sint, sed per apocopen facta ex adjectivis in *alis*, & *ale* finitis. *Suthul* neutrum esse, ex eo cognoscimus, quod Sallustius dixerit in Iugurthâ : *Magnis itineribus hieme aspera pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant.* Nam alioqui dixisset, *Suthulem*. Fallitur igitur Priscianus, qui *Muthul*, & *Suthul*, oppidorum nomina negat esse neutra, quia sunt nomina Punica, ac Poenorum lingua caret genere neutro, haut secus ac Hebræa, Chaldæaque; à quibus eam solâ differre dialecto, norunt omnes, qui aliquem linguarum Orientis gustum habent. Æquè falsum, quod ajunt, Sallustium iccirco *Suthul* dixisse, quia in Punicis retinere vellet terminationem. Nam hanc sententiam refellit, quod idem

idem paullo post scribat : *Denique Anulum spe passionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, velut cedentem, insequeretur.* Vides, ut *Suthule*, non *Suthul*, dicat. Sed ne Punicis nimis diu immoremur, ad terminationes alias accedamus.

In I M (teste Prisciano lib. v.) *unum proprium, Cim, nomen vici; ut dicit Celsus.*

In V M, vel O N breve exeuntia, ex terminatione esse neutra cognoscimus. Itaque κατ' ἑσπνοιαν dixerit Sidonius carm. v.

— *Nostris petimus succurre tuinis,*

Lugdunumque tuam, dum præteris, adspice victor.

Fallunt, qui hinc colligunt, *Lugdunus*, & *Lugdunum* dici. Etsi non ignorem, sic Græcos dicere, Ἰλιον & Ἰλιον. Posterius hoc passim legas. Ac Maronis est III Æn.

— *Ceciditque superbum*

Ilium.

At apud Homerum Iliad. η est Ἰλιον ἀπεινή : Π. Δ & alibi, Ἰλιον ἰρή : Π. X, Ἰλιον ὄφρυόεσσα. Ac, ut ad Iliad. Δ. monet Eustathius, Ἰλιον εἶωθεν Ὀμηρον προφέρειν τῶν Ἰλιον. † Horatius lib. IV, od. IX :

— *Non semel Ilios Vexata.*

Etque pacto dixit Ovidius epist. Penelopes :

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis

Ilios, & murus quod fuit ante solum?

Quem locum eo lubentiùs adduxi, quòd ex eo diluceat, immeritò à Cæsare Scaligero *, ut minùs Latinum, reprehendi illud Lucani lib. IX.

Quid prodest miseri basiliscus cuspide Mauri

Transactus?

Alterum quoque locum dabo è XIV Metamorph. fab. X.

— *Postquam alta cremata est*

Ilios, & Danaas paverunt Pergama flammis.

Nisi in utroque hoc Ovidii loco *Ilion* legi debet. Ita enim est in vet. MSSis optimæ notæ : ac video id placuisse etiam Scaligero notis in Catullum. Sic *Ilion disjecta*, & *cremata*, dicatur, respiciendo ad nomen *Vrbis* : ut integrè sit, *Vrbis Ilion disjecta, & cremata*. Par ratio est in *Epidaurus* & *Epidaurum*. Priùs masculinum est Homero in Bœotia : ubi legas :

— Ἀμπελόεντ' Ἐπίδωρον.

— *Vitibus compositum Epidauron.*

At Straboni femininum est, cujus est, ἡ Ἐπίδωρον. Sed *Epidaurum* est neutrum. Plinius lib. IV, cap. V : *In eo Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro celebre.*

Item

† Feminino genere solitum Homerus hanc Iliou dicitur.

* lib. 6 de re Poet. cap. 6.

† Saguntum, opus
Zacynthiorum, quam
Hannibal evertit.

Saguntum, & *Saguntus*. Prius semper neutrum : ut Græcis τὸ Σάγυντον, quod apud Strabonem in III. Nec obstat, quod eodem libro legas : Σάγυντον, † κτίσμα Ζακυνθίων, ἢν Ἀννίβας κατέσκαψας, &c. Nam ἢν respicit πόλιν, & σύνθεσιν. At propriè Livius lib. XXI, cap. XV, & XXI, ait, *capitum Saguntinum*. Imò, si Florentinam sequimur Iuntæ editionem, similiter Silius lib. XVI :

Quid vos, queis claro diletum est Marte Saguntum?

At idem alibi non semel *Saguntos*, vel *Saguntis* dicit. Vt lib. II :

Eminet excelso consurgens colle Saguntis.

Et ibidem :

Nullane jam posthac tua recta, Sagunte, videbo?

Id potius feminino jungit, ob causam, quam diximus. Vt lib. III :

Quod tanto occidit molimine Graia Saguntos.

Ac ibidem legas :

At puer obsessæ generatus ad ora Saguntis.

Et in IV :

— *Rutuliam sumâsse Saguntis.*

Quamquam in utroque hoc loco etiam à recto *Saguntum* esse possit : ut simile sit, ac *Lugdunum tua*, & *Ilion cremata*. Colchos quoque femininum, ut *Ilios*, *Saguntos*. Mirum itaque maximo viro, Ioviano Pontano, excidisse illud lib. II, Vranix :

At postquam avarato distatum est vellere Colchos.

Quæ Græcè in Ω N exeunt, semper feminino jungi videntur : non tamen, ut puto, terminationis ratione, cum ex appellativis longè plura in ων virilia sint, quam muliebria : sed κατ' ἐπὶ νόμον. Huiusmodi sunt ἡ βαβυλων, ἡ Χαλκηδών. Scio, Strabonem in III dicere, ὁ Σάκρων : cuius oppidi Sallustius etiam in III Histor. & Silius in III, meminere. Scio quoque, apud eundem in IX esse, ὁ Μεδεών, & ὁ Μαργθών. Sed sermo nobis de Latinis : qui imitantur hîc, non quod Græci quandoque faciunt, sed quod sæpius. Quare, ut Græci ἡ Λακεδαίμων, Καλυδών, Βαβυλών : ita & Latini in his, & aliis, Græcè in Ω N finitis. Lucanus lib. II :

— *Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.*

Iuvenalis sat. IV :

— *Quam Dorica sustinet Ancon.*

Silius in XI :

— *Patefecit amicus*

Alta Croton portas.

Vt Strabo in VI πλὴ Κρότωνα. Sæpius quoque Strabo τῆ Πλάρων. Atque ita Ovidius VII Met. fab. XV :

Adja

Adjacet his Pleuron, in qua.

Item Silius lib. xv : — *Regia Pleuron.*

Ac Stautus in iv Theb.

Fletaque cognatis avibus Meleagria Pleuron.

Etiam Catullus, juxta Scaligeri emendationem, *Cranona erisonam* dixerit carm. de nuptiis Pelii & Thetidos.

Quæ in R finiuntur, ex terminatione esse neutra judicamus. Vt *Gadir*. Sallustius lib. i i Histor. *Tarrestum Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrii, mutato nomine, Gadir habent.* Nam, ut Priscianus lib. v observat, nisi neutrum esset, dixisset *Gadrem*, sive, si malis, *Gaddirum*. Quippe consonam geminant alii. Nomen est Punicum. Pœnorumque linguâ *sepem* notat, ut scribit Solinus *. Cujus sententiam firmat, quod Hebræis *גדר*, *geder*, seu *gader* idem significat. Sic verò Gades dixerunt Pœni, quia esset iis sepimenti loco adversus Hispanos. * cap. 29.

Sed de genere hujus nominis objectant, quod & apud Festum Avienum in orbis descriptione *Gadir* in muliebri legatur :

Gadir prima fretum solita supereminet arce,

Attollitque caput geminis inserta columnis.

Verum Sallustius propriè loquitur, ratione habitâ terminationis : Avienus autem per synthesin ad nomen *urbis* respexit.

Similiter terminatione docemur, *Tibur* esse neutrum. Vt apud Silium lib. viii :

Hinc Tibur, Cabilie, tuum.

Et *Tuder* apud eundem in vi :

— *Excelfo summum quæ vertice montis*

Devexum lateri pendet Tuder.

Itidem terminationem respexere in *Anxur*. Nam, velut illa in VR plurimum neutra sunt ; ut, *guttur, ebur, murmur, jecur*, aliæque : pauca masculina ; ut, *vultur, turtur, fursur* : nulla autem sint feminina : ita *Anxur* quoque nunquam est femininum, sed vel neutrum, vel masculinum. Neutrum est Livio lib. iv. *Ad Anxur oppugnandum.* Item, *Captum Anxur dictitans esse.* Et alibi semper. Etiam Horatius lib. i, Sat. v :

Impositum late saxis candentibus Anxur.

Quo ex loco videmus, cur candidum appellet Martialis lib. v, epigr. i :

Sen placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis,

Sive salutaris candidus Anxur aquis.

Sed hic masculinum est. Vti & lib. vi, epigr. xlii : *Fluctus Passeris*, (is Campaniæ est locus ad mare inferum) aut *superbus Anxur*. Et lib. x, epigr. lviii : *Anxuris equorei placidos, Frontine, recessus.* Ac prævisse creditur Martiali Ennius, cujus est : — *Volsulus Anxur.*

H h

Sed

Sed apud Festum est : — *Volsculi perdidit Anxur.* Vt sententia sit, Volsculi seu Volsci perdidere Anxuris oppidum.

Accedo ad ea, quæ in S exeunt. Ac primò de iis, quæ in AS : ut, *Agr. ag. us.* Est id Siciliae oppidum, de quo fusè Diodorus in decimo-tertio. Latinis est *Agrigentum* : sive ut in MSSis codd. legas, *Agragantum*. Est verò *Actragas* muliebre Straboni in VI, cum ait : *Ἀκράγας ἢ Ἰώνων ἔσσι* †. Sed, ut puto, per Synthesin. Nam aliis est virile : ut apud Laërtium in vita Empedoclis, † *μέγαν Ἀκράγαν* † : ac similiter † *Ἀκράγαν* †, Constantino in Themat. Orient. imperii lib. II, themate Siciliae. E Latinis Maro *Æn.* III :

† *Actragas,*
qua Ionum
est.

*Ardus inde Agragas ostendat maxima longè
Moeni, magnanimum quondam generator equorum.*

Juxta Servium quidem *Acragas* sive *Agragas mons* est *in muro civitatis*, in cuius summâ parte oppidum est. Verùm, ut Servio ad stipulari non possim, facit, quòd neque Strabo, neque Ptolemæus, neque Stephanus, neque Plinius, istius montis meminerint. Sed cur *Acragas* virile? Vtrum terminatione, ut *elephas, adamas*? quando & apud Strabonem in VI legas, tum ὁ *Ἀκράγας* : qui, Stephano etiam teste, una est quatuor urbium Doridos : tum ἡ *Τάρας*, Calabriae civitas, quæ aliter *Tarentum*. In quo Græcos imitatur Lucanus in V :

*Et cunctas revocare rates, quas avius Hydras,
Antiquisque Taras, secretaque litora Lemæ.*

An potiùs, quia primò sic fluvius diceretur? Nam urbem *Ἀκράγαν* † *ἔσσι* † *Ἀκράγαν* † *ποταμῷ ὀνομασθῆναι*, auctor est Thucydides lib. VI. Idem, Stephano sive Hermolao in Ethnicis testante, scripserat Duris; juxta quem, *πλεῖσαι* † *Σικελικῶν πόλεων ἐν* † *ποταμῶν ὀνομαζομένων* †. Esseque urbem fluvio cognominem, testes quoque Polybius lib. IX. *Ælianus Variæ Historiæ* lib. II, cap. xxxiii, & Pindari scholiastes in Olymp. od. III. Sanè annium nomina sunt virilia : cujus caussam superiùs adduximus.

* *Acragan-*
ta ab Actra-
gante fluvio
sic vocatum.
† plurima
Siculorum
urbes a flu-
vio denomi-
nata.

Argos terminatione est neutrum. Nec enim simile est, ac *λόγος*, vel ὁ *ὄδος* : sed uti *ταῖχος*. Nam Theocriti est,

† *Argos,*
seu *Gracia*
culmina *Pe-*
lasgi.

— *Ἄργος* † *ἄκρον Πελασγῶν.*

Vnde liquet, esse primæ contractorum, cujus omnia in O S exeuntia sunt neutra. Quare terminationis magis, quàm significationis habita est ratio in illo Horatii lib. I, od. VII :

Plurimum in Iunonis honorem

Aperit d'cæ equis Argos, disesque Mycenæ.

Et hoc Lucani in sexto : — *Vbi nobile quondam*

Nunc super Argos avans.

Sic

Sic Plinio *, *Argos Hippium*, & † *Dipsum*, quod Homero † πολυ-
 δῆμον : & * *Argos Amphilochoium*, quod in Acarnania.

* lib. 3.
 cap. II.
 † lib. 4.
 cap. 5.
 † ll. 8.
 * lib. 4.
 cap. I.

Nomina in VS, quæ Græcè in O Σ exeunt, ac declinationis sunt
 ifosyllabæ, ex terminatione vel declinatione non possunt cognosci :
 cum ea Græcis nunc virilia sint, ut ὁ λόγος : nunc muliebria, ut ἡ ὁδός :
 nunc communia, ut ὁ κῆρ ἢ ἀνθρώπων : ac similiter in adjectivis, ut ὁ
 κῆρ ἢ χέρισμα, φιλόσοφος. Quomodo & Latinis virile est *fructus*,
 muliebri *manus*, utriusque generis *barbium*. Hæc causa est, cur oppi-
 da, regiones, insulæ hujusce terminationis ac declinationis partim vi-
 rilia sint, partim muliebria : sed sæpius muliebria, quia terminatio
 non refragatur, & favet significatio, sive generale nomen, quod intel-
 ligitur. Itaque muliebria sunt & Latinis, & Græcis, ἡ Νίως, *Ninus*,
 quæ Hebræis *Ninive*, ἡ Τύρος, *Tyrus*, ἡ Εφεσός, *Ephesus*, ἡ Μίλητος,
Miletus, ἡ Ρόδος, *Rhodus*, & pleraque alia. Vt in epitaphio Sardana-
 pali apud Clementem † :

† lib. 2.

Καὶ γὰρ ἐγὼ ποδοδός εἰμι, Νίως μεγάλης βασιλεύσας.

Sunt cinis ipse, Nini magna rex inclutus olim.

At virili genere † Σησὼν Ephorus dixit, ut auctores sunt Stephanus in
 Ethnicis, & Eustathius in Dionysii *ᾠηγήσειν*. Sed muliebri apud Ovi-
 dium est epistola Leandri :

Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos.

Homerus in Bœotia virili genere ait, ποιητὴν Ἀλιάριον, *herbosum Ha-
 liarium* : ac Strabo similiter in ix, ἡ Ἀλιάρις. At pauld post idem,
 Ἀλιάριος κατὰ σφαγεῖσιν· *Haliarius eversus*. Homerus ibidem virili qui-
 dem, ὁ Πύρρασις ἀνθημέσις· *Pyrhasius floridus*. Cretæ ea urbs. At idem
 feminino inibi : Μύρσιν· ἐσχάτη· *extrema Mursinus*. Imò Strabo lib.
 ix, de Pindi oppido, nunc ὁ Πίνδος, nunc ἡ Πίνδος. Sed Latinis infi-
 stamus.

Videtur Ovidius *Lesbos* similiter masculino junxisse πτ *Metam.*
 fab. i :

Et Methymnæi potiantur litore Lesbi.

Ita nostri, & aliorum MSSi : ac similiter invenimus in veteri editio-
 ne, quam Venetiis Bernardinus Novariensis exhibuit anno c13 cccc
 lxxxvi. Ac Ninivita Despauterius in masculino itidem adducit. Sed
 apud eum est,

Et Mylenei potiantur litore Lesbi.

Aliqui respondent, esse à recto *Lesbon*. Sed probandum erat, *Les-
 bon* dici in recto. Alii ajunt, in melioribus codd. *Methymnæa* legi.
 Sic sane est in Aldinâ. Verùm nihil causæ video, cur ab antiquiori-
 bus codd. recedamus.

Abydos in recto dici, extra controversiam est. Nam Straboni in
 πτ est Ἄβυδος : ac similiter Dionysius in *ᾠηγήσειν* :

H h h 2

Σησός

* Sestus
ubi : &
Abydus, ex
adverso fra-
zionem po-
suere.

Σησδς * ὀπι, καὶ Ἀβυδῶ, ἐν ἄντικθον ὄρμον ἐθενλο.

Sed quæritur, an & *Abydon* dicatur. Vulgò ita existimant, propter illud Maronis i Georg.

Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Nam, inquit, alioqui *ostriferæ* dixisset. Deinde ajunt, Eustathium, in superiorem Dionysii locum, monere, dici quoque τὸ Ἀβυδῶν. Verùm neutrum argumentum satis validum est. Nam Eustathius distinguit inter Ἀβυδῶ, & Ἀβυδῶν. Ἀβυδῶ ait esse nomen urbis, quæ Sesto opponitur : Ἀβυδῶν esse urbem Italiæ. Idem discrimen assignat Stephanus in Ethnicis. Quare vel hoc discrimen neglexerit Maro, vel rectus non *Abydon* erit, sed *Abydus*, quod Maroni fuerit masculinum : at femininum Valerio Flacco lib. i :

Cæperat à geminâ discedere Sestos Abydo.

Ita enim legendum : nam *discedere* proximè accedit ad *descendere* : ut est in vet. omnibus MSSis, & exculis. Primus Antonius Sabellius mutavit in *decidere*, probante quidem Giffanio, sed justius improbante Carrione.

† Pascasium
Groppium,
sive Calpa-
rum Scop-
pium in
Grammat.
& Opulen-
tiamque Co-
rinthum.

Video, eruditum virum † putare, *Corinthus* quoque virili genere inveniri. De Græcis non contendam. Nam etsi Strabo, & alii, τὴν Κόρινθον dicant, tamen virili Homerus dicere videtur in Bœotia :

— Ἀψνειὸν τε Κόρινθον †.

Sed de Latinis non assentio. Adducit ex Velleji lib. i : *Haletes Corinthum, qui antea fuerat Ephyre, in Isthmo condidit.* Item ex Propertii lib. III, eleg. IV. *Nec miser æra parvo clade Corinthe tua.*

Verùm in cunctis Velleji codd. invenio, *Corinthus, quæ.* Nec Propertii locus ad rem facit, cùm *miser* ad Poëtam, non ad Corinthum referatur. Rectius *Coriolus* virile dixisset, propter illud Flori lib. I, cap. XI : *Coriolus quoque (pro pudor) victus ad eò gloriæ fuit, ut captum oppidum C. Marcius Coriolanus, quasi Numantiam, aut Africam, nomini induceret.* Hanc lectionem reperi in principe omnium editione. Ac Vinetus etiam se sic in vetustis codd. invenisse, testatur. Puto, primùm mutasse Philippum Beroaldum. Nam primus is, qui, inventa typographiâ, medicam huic scriptori manum adinovit : sed sæpius nihil minus, quàm medicam. Beroaldi editionem secutæ cæteræ : in quibus nunc legitur : *Coriolus quoque (pro pudor) victus ad eò gloriæ fuisse.* Nempe quia Livius semper *Coriolos* vocat. Vti & Valerius Maximus lib. IV, cap. III, & Plin. lib. III, cap. V. Sed Græci singulo appellant numero : genere tamen muliebri. Nam iis est Κοριολα, vel Κοριλα : ut videre est ex Dionysii Halicarn. lib. IV, & Stephano in Ethnicis.

Etiam terminatio respicitur in *Pontus* : quod non pro mari tantùm, sed

sed pro Asiæ quoque regione, quam Mithridates tenuit, masculinum est. Cicero pro lege Maniliâ : *Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur.* Ac Strabo passim in $\chi\iota\iota$, ὁ Πόντος. Sic Πόντος Πολεμωνιακός, apud Stephanum in Ethnicis. Imò & Ptolemæum Geogr. lib. v, cap. vi, Πόντος Γαλατικῆ, Πόντος Καππαδοκιῆ, Πόντος Πολεμωνιακῆ. Ac de Ponto Europæ, ubi Ovidius exulavit, idem dixerim. Ovid. lib. $\iota\iota\iota$ de Ponto, cl. viii ad Maximum :

*Nil igitur totâ Ponti regione sinistri,
Quod mea sedulitas mittere posset, erat.*

Et lib. iv, eleg. $\chi\iota\iota$ ad Tuticanum :

*Sed prius huic desint, & bellum, & frigora terre,
Invisus nobis quæ duo Pontus habet.*

Ratione terminationis masculina sunt nomina in VS, quæ Græcè exeunt in ΟΥΣ, & ex ΟΕΙΣ contracta sunt : ut *Daphnus*. Stephanus : *Δαφνῆς, Φωκικῆ πόλις, ὄρεσινικῶς λεγομένη**. Sic *Pessinus*. Herodianus lib. i : *Ἐν τῷ περὶ φεραμένην Πεισινόνῃ* in prædico *Pessinuntii*. Similiter Latini. Cic. in orat. de Aruspicum responsi. *Qui acceptâ pecuniâ Pessinuntem ipsam, sedem domiciliumque Matris deorum, vastavit.* Ac post pauca : *Pessinuntem per scelus à te violatam, & sacerdote sacrisque spoliatis recuperavit.* Parem rationem esse ajunt in *Amathus*, *Trapezus*, *Opus*, *Hydrus*, *Phlius*, & similibus. Ovidius † tamen dixit,

Piscosamque Gnidon, gravidamque Amathuntia metallis.

Sed hoc καθ' ἑσπέρουσαν factum arbitramur. Nam ratione terminationis esse masculinum, arguit illud, quod *Ἀμαθῆς* sit ex *Ἀμαθῆεις*. At illorum in οεις femininum est οεσσα : ut *μελίβοις μελιβῆς, melleus, μελιπέσσα μελιπέσσα*, & Atticè *μελιπέσσα*. Quare & *Cerasus*, quæ Ponti urbs, naturâ masculinum : nam Græcè est *Κερασῆς* ex *Κερασῆεις* : quomodo ea urbs vocata à cerasorum abundantia. Scio, Laurentium apud Athenæum lib. $\iota\iota$ putare, *cerasa* dicta, quia Lucullus, victo Mithridate ac Tigra, ab urbe Cerasuntis in Italiam transportârit cerasos. Sed cerasorum nomen multo antè Græcis notum : ut ex Theophrasto ‡ constat. Idemque Athenæus ostendit ex Diphilo Siphnio § qui sub Lysimacho, uno ¶ *Ἀλεξάνδρων* * Alexandri, vixit. Et quid multis opus? Ipsum nomen *Κερασῆς*, quod ex *Κερασῆεις*, arguit, non cerasis ab oppido Cerasunte, nomen esse, quod Latinorum plerique prodiderunt; sed contrâ oppidum esse vocatum à cerasis; ut *Ράμνῆς*, *Σελινῆς*, aliâque oppida, nomen sumere ab eo, quod istic loci magnâ copiâ succresceret. Nempe *Σελινῆς* ex *Σελινῆεις*, quia feliciter ibi proveniret aprium, quod Græcis *πέλινον*, uti vulgò *petroselinum*. *Ράμνῆς* ex *ράμνῆεις*,

* *Daphnus, Phocidos civitas, masculino sic genere vocata.*

† Met. 10.

‡ *Hist. Plant. lib. 3 cap. 13.*
* *Successor.*

* Lib. 2,
cap. 3.

Ἰσὸν τὸ ῥάμνονον, h. e. *spinis*. Sed si est ῥαμνός, mirum, Pompejum Melam * scribere : *Rhamnus parva, illustris tamen, quòd in eâ sanum est Amphiarai, & Phidiaca Nemeſis*. Nempe vel hic quoque ad εὐώθεσιν recurrendum : vel dicendum, locum esse corruptum. Pincianus quidem legendum conjectabat : *Rhamnus, & Oropus parva, illustres tamen, quòd in hac sanum est Amphiarai*. Sed sic quoque *Rhamnus* muliebri erit. Et omnino audacius vox tota cum copula infercitur : ut alia mittam, cur placere hoc non possit. Quanto verisimilius maximus Salmasius, qui, in Plinianis exercitationibus, *Rhamnus* putat corruptum esse ex *Rhamna*, vel *Rama* : hoc ex *Harma*. Nam τὸ Ἄρμα, locus ille, ubi Amphiarus curru excidit, vel, secundum alios, cum curru suo est absorptus. Strabonem, Pausaniam, Stephanum, vide.

In Y S definentia, muliebria fuerint, instar appellativorum *chelys, chlamys*. Sanè *Gortys, Γόρτυς*, femininum est Homero in Bœotia.

Atque hæc de exentibus in S.

Quod si pro *Nepete*, quæ Tusciæ civitas, etiam *Nepet* dicitur; ut legere est in nonnullis codd. Frontini de Coloniais cap. v; item Plinio lib. III, cap. v : haut dubium, quin Priscianus lib. v, ubi loquitur de terminis in T, rectè statuat, neutrum esse : sive spectes integrè, quia ex *Nepete* factum, quod ex terminatione declinationeque neutrum esse constat : sive consideres κατ' ἄποκλιπῶν; quandoquidem & in T finita sunt generis neutri. *Nepete* autem in veteri etiam inscriptione legas : uti Νέπετα apud Ptolemæum, Νέμητα apud Strabonem in v. Nil mirum verò, si per apocopen pro *Nepete* dicatur *Nepet*, cum & totâ syllabâ recisâ dicatur *Nepe*, ut apud Vellejum lib. I, & in veteri tabula Itineraria : ac similiter Νέπη vocatur Procopio lib. IV rerum Gothicarum.

Luculentè satis mihi videor comprobâsse, urbium, regionum, insularumque nomina, naturâ suâ proprièque ejus esse generis, quod terminatio ostendit : sed quia usus ubique spectandus, in multis non tam debere terminationem attendi, quam nomen aliquod, quod intelligitur : nempe *urbs, civitas, regio, terra*, vel simile : sive in Græcis, πόλις, χώρα, γῆ : quæ convenit terminationem habere femininam. Causam ejus terminationis si quis quærat, dicam eo muliebrem terminationem ab auctoribus linguæ Latinæ accepisse, quòd *terra, & urbs*, indigenis sint instar matris. Atque iccirco urbes olim feminarum specie pingebantur : ut constat ex Romanarum provinciarum libro. Vnde etiam est, quòd Tertullianus Vticam fororem Carthaginis vocat primo libro de Pallio : *Sic & in proximo soror civitas vestiebat, & sicubi alibi in Africa Tyros*. At cum secularium sortium variavit urna, & Romanis

Deus

Deus maluit : soror quidem civitas suo pro arbitrio mutare properavit. Hebræis quoque Hierosolyma dicitur *filia Sion*. Et gentibus Tellus Dea, non Deus : & Martialis est *

* lib. 12.
ep. 8.

Terrarum Dea, gentiumque Roma.

Nimirum terra quæque, seu ea urbs, seu regio vel insula, matris instar alit incolas : & Roma terrarum Dea, quia tot terris præsideret : & Tellus non Romanis modò, sed Græcis quoque Dea : *alma mater*, Livio Lib. VIII : inque sacris sic vocari solere, ait Macrobius lib. 1, Saturnalium, cap. XII. Puta, quia matris instar alit universos. Ut eadem de causâ, & Tellus, quæ terrarum orbem notat, & partes ejus, velut urbes & regiones, feminis accenseantur. At paulò aliter civitas, unde coloniæ deductæ, Græcis *μητρόπολις* dicta, Plinio etiam in epistolis, *mater civitas*. Nempe non tam, quia matris instar aleret : quam quia, cives suos in nova mittendo oppida, quasi ex se oppida nova pareret.

CAPVT XIII.

Cui arboribus impositum sit nomen feminini generis. Aliquorum lapsus in genere vocis suber. Prisciani geminus error. Pinaster cuius generis sit, conjectandum ex voce oleaster. De quo ipso non satis rem apertam esse. Buxum pro ligno, & arbore. Vlmus maritus, vel marita. Thus pro arbore. In quo H. Stephanum deceptum videri.

Quemadmodum verò urbium, regionum, insularum nomina, non sunt naturâ suâ certi generis, proprièque eorum genus ex terminatione æstimatur; sed sæpe tamen alius sunt generis, quàm terminatione indicat; imò quædam semper in alio genere usurpantur, idque figuratè, quia respiciatur ad nomen vocis intellectæ, quod est *urbs, regio, vel insula* : ita etiam arborum nomina, quæ Grammatici naturâ suâ & propriè feminina esse volunt, naturâ, ac propriè sæpe masculina, sæpe feminina, sæpe sunt neutra; nempe pro terminatione suâ, quæ variat : figuratè autem et si terminationis ratione forent masculina, aut neutra; in feminino nihilominus usurpantur, quia respicitur nomen *arbor*, quod est femininum. Quod si quis quærat, cur Latini, et si illa in OR, vel OS, exeuntia potiùs essent virilia; ut, *lepos, lepor; odos, odor* : nihilominus *arbor*, sive *arbor*, iusserint esse femininum : causam non possim magis idoneam afferre, quàm quòd arbores, instar matrum, fructus pariant. Vnde Ovidius in Nuce :

*Pomique læsissent matrem, nisi subdita ramo
Longa laboranti fuerat iulisset opem.*

Pin-

Pindarus quoque Nem. ix, vinum vocat — *Βιατὸν Ἀμπέλιν παῖ-
δα**, & Plautus Amphitr. act. I, sc. I, ait :

* *violentum
vini filium.*

M E. *Cadus erat vini : inde implevi hircæam.* S O. *Ingressu 'st viam.*

M E. *Eam ego, ut matre fuerat natum, vini eduxi meri.*

Vbi vinum designat non dilutum, sed prout natum vite.

Ac similiter stolones, virgulta, ac rami, quasi arborum sive potiùs caudicis earum pulli ac liberi censentur. Maro II Georg.

— *Par.nassia larix*

Parva sub ingenti matris se subjicit umbrâ.

Et mox : *Huc plantas tenero abscondens de corpore matrum
Deposuit sulcis.*

† *vers. 540.* Item Seneca in Troadibus † (ea enim vera *Πριχαφή*, non *Τροάς*)

Quæ tenra cæso virga de trunco stetit,

Par ipsâ matris tempore exiguo subit.

Et Plinius lib. XII, cap. v : *Superiores ejusdem rami in excelsum emi-
cant, sylvosâ multitudine, vasto matris corpore.* Ex quibus liquet, convenienti-
tius naturæ Latinis arbor esse femininum, quam Græci dicunt τὸ δέν-
δρον, vel δένδρον. Sed ut in eo dissident, ita in hoc tamen conveniunt,
quod arborum speciebus magnâ ex parte terminationem dedere, vel
femininam planè : vel saltem, quæ utrique esset generi communis. Si-
quidem Latini vel femininam tribuere terminationem A, ac primam
declinationem; ut, *berula, hedera, myrica, olea, palma, tilia* : vel femininam
X ; ut, *ilex, larix, nux, salix, tamarix* : vel femininam us ; quæ termina-
tio, ut Græcis O Σ etiam Latinis utriusque erat generis : unde *socrus*
de femina, quo olim & de viro usi. Similiter igitur & feminina istæc
in us : *alnus, amygdalus, arbutus, buxus, caprificus, cedrus, cerasus, cornus,
corylus, cypressus, ebulus, fagus, ficus, fraxinus, juniperus, laurus, lentiscus,
lotus, malus, mespilus, morus, myrtus, picea, pirus, platanus, pomus, populus,
prunus, quercus, ruscus, sambucus, sorbus, terebinthus, ulmus.*

Græcis itidem fere desinunt in A sive H, vel in O Σ. In A, vel
H : ut, *αἰλιά sambucus, ἀμυγδαλή amygdalus, δάφνη laurus, ἐλαία olea,
ἐλάτη abies, ἰτέα, vel ἰτέη salix, καρύα nux, κλήθερ vel κλήθερ, quæ pu-
tatur alnus, κοκκυμηλέα prunus, μελία seu Ionicè μελίη, fraxinus, μεσπλή
mespilus, μηλέα pomus, μορέα morus, δα vel δα, quæ & ὄη ac ὄη, sorbus,
πρόκη picea, vel larix, πηλέα ulmus, συκὴ ficus, Φίλυρα, tilia.*

In O Σ, ut ἡ ἄπιος pirus, ἄρεθρος juniperus, ἕβενος ebenuus, κοπάριος
cypressus, πλάτανος platanus, πέλινος ilex, πύξος buxus, (et si masculinum
dicat Germanus Valens †) σφένδαμνος acer, τέρμινθος vel περίβινθος tere-
binthus, Φηγός fagus, ἡ ἄμπελος vitis. Pauca in ξ, ut σμίλαξ taxus ; vel
ῦς, ut δρῦς quercus.

† *notis in 2
G. vers. 449.*

Sed

Sed si quis propterea censeat, cuncta arborum nomina esse muliebria; nã is planè à veritatis via in errorum aliquot semitas fugit. Nam Græcis est ὁ κόπινος oleaster, ὁ Φειδός suber, ὁ κισσός hedera, ὁ Φοῖνιξ palma, ὁ συκάμινος morus, ὁ ἑλιανός caprificus, ὁ κρότων croto: ac interdum ὁ κέραιος arb. rhus. In masculino enim usus Amphisi apud Athenæum in secundo. Similiterque ὁ Ἐν ἄκωνος acanthus. Ac quamquam κοινῶς dicatur ἡ βᾶτ rubus: Atticè tamen est ὁ βᾶτ, ut est apud Thomam in ἐκλογαῖς.

Apud Latinos quoque suber, quod juxta regulam Grammaticorum femininum sit, tantum est neutrum. Plinius lib. xvi, cap. xxiv ait: *Excepto subere, quod sic etiam iuvatur.* Quem imitatus Gaza, in translatione Theophrasti, rectè dixit leve suber. Sunt qui cum Ninivita virilis generis fecerint, suamque sententiam stabilire sint adnixi isthoc ejuldem scriptoris lib. xvi, cap. xxv, vel juxta codices alios xxvi: *Serotino autem germine malus (subintellige ex superioribus germinat) tardissimas suber.* Quomodo etiam legitur in editione Parmensi anni cto cccc lxxvi. Sed in posterioribus, ac Dalecampianâ quoque est, *tardissimo suber.* Nec aliter legendum: quã in re quoque deceptus Verrepæus, Grammaticus alioqui non infimæ notæ: item Rob. Steph. in Thesaurò, ubi omnis esse generis censeat. Spiritus Priscianus quidem masculinum facit; neque eum id in veteribus hoc genere invenisse iyerim. Interim tamen sententiam suam haut cujusquam testimonio adstruit. Eo autem Prisciano hic minùs stare auctum, quod idem acer faciat femininum, cum apud Ovidium legamus lib. i Amor. Eleg. xi:

Subscribam, Veneri fidus sibi Naso tabellas

Dedicat: ac nuper vile fuistis acer.

Imò & apud Plinium est, acer Gallicum, acer montanum. Oleaster virilis esse generis, constat ex illo Maronis Georg. iii.

Indicio est rrastru surgens oleaster eodem

Plurimus.

Sed Tullius videtur usurpare in feminino. Verba ejus sunt lib. i in Verrem*: *Hominem corripì, ac suspendi iussit in oleastro quadam: quæ est arbor, iudices, Ætne in foro.* Ita legitur is locus in editionibus etiam Roberti Stephani, & Paulli Manutii: item eã, quã orationem hanc seorsim cum suis ex veteri codice castigationibus edi Lovanii curavit Petrus Nannius. Solus Lambinus legendum ait, *oleastro quodam*: sed invitis libb. Non dubium verò est, quin *pinaster*, aliãque ejuldem terminationis (quã sylvestrem, nothamque stirpem significari, fatis constat) ejuldem sint generis ac oleaster. Quare si sanus est ille Tullii locus,

cus, reprehendi non debet doctissimus Gaza, quod in IV Theophrasti *pinaster* dixerit in feminino.

Robur, & *siler*, neutra sunt. Vti & in *um* terminata. Vt *ligustrum*. Plinius lib. XVI, cap. XVIII: *Ligustra resseris utilissima*. Item *buxum*. Nam contra quam Priscianus scripsit lib. V, sæpius quidem hoc lignum notat, ut cum Maro * ait:

— *Suspexit inscia turba,*

Impubesque manus, mirata volubile buxum:

Verum interdum quoque & arborem ipsam significat: quemadmodum indicat isthoc Nafonis lib. III de arte amandi:

Nec densum foliis buxum, fragileque myrica,

Nec tenuis cyrifi, cultaque pinus abest.

Docent hoc ipsum Nonius Marcellus in *buxum*, Iunius Philargyrius in II Georg. qui & Ennii id testimonio confirmat; item Servius in IX Æn. ad illud Maronis:

Tympana vos, buxusque vocat Berecynthia maris Idææ.

Cupressus Ennio est virile: de quo sic Gellius lib. XIII, cap. XIX. *Ennius rectos cupressos dixit contra receptam vocabuli genus, hoc versu:*

Capitibus nutantis pinos, rectosque cupressos.

Firmior ei credo, & viridior sonus esse vocis visus est, rectos dicere cupressos, quam rectas. Sanè Maro maluit, — *Airæa cyparissi*. Sic veteribus etiam masculina fuere *platanus*, & *populus*, teste Prisciano. Nempe ex terminatione de genere judicantur. Posteriores prætulere femininum, quia intelligerent vocabulum *arbor*. Nec dissimile admodum, quod Catullus dicat de vite Carm. LXI:

At si forte eadem est ulmo conjuncta marito.

Plinius verò de iis lib. XIV, cap. I. *In Campano agro populis nubent, marisæque complexæ cacumina æquant.* *Populus marita* aut, figuratè, quia intelligitur *arbor*. Propriè magis Catullus, sive terminationem VS spectes, sive quòd, cui aliqua nubit, non *marita* est, sed *maritus*.

Libani nomen videntur veteres Latini ignorasse. Virgilius Georg. lib. II appellat *thuræam virgam*; Columella lib. III, cap. VIIII *thuræam plantam*; Plinius lib. XII, cap. XIV *arborem thuriferam*. Pindarus, & Euripides, usurpant in feminino; at sæpius in masculino invenitur. Vide Phavorinum. *Thus* pro arbore invenisse se negat Henricus Stephanus †. Obducunt quod Plinius lib. XII, cap. I dicat *lignum thuris*: & lib. eodem cap. XIV *virgas thuris*. Imò & ab eodem, *ἀμυρπιός* vitandæ causâ, *thuris arbor* vocari soleat; quomodo Cicero † etiam *fici arborem* dixit pro fico. Sed enim liceat dicere, hic *thus* semper sumi pro eo, quod in aris, & acerris incenderetur divini honoris ergo.

† in Thesaur. L. Græcæ voce ἄμβρος.

‡ pro Flacco.

Vt *thuris* arbor idem valeat ac *thurifera arbor*. Sanè *thuis ἀπλῶς* pro arbore *thuris*, sive *thurifera* non auzim dicere. & ut aliter esset, cuius generis sit *thuis* pro arbore, ex veteribus doceri nequit.

CAPVT XIV.

In nominibus fructuum non significatione, ut creditum, sed terminatione genus cognosci. Apicius non scriptoris de re culinaria, sed operis nomen videri.

Quando is reperitur. Marco Apicio nomen Gavio. Galbulus seu galgulus. Vt vetus Aristotelis interpret, pro exemplo Aristoteleo, aliud ex Martiale in tralatione sua reposuerit. Morbi genus unde ficus, & σῦκωνος vocetur. An ficus pro fructu in virili genere rectè dicatur. Grossus, utriusque generis. Glans an pro arbore sumatur. Φηγὸς pro glande. Iovianum Pontanum perperam sorbus pro sorbum posuisse. Literarium nomina in genere muliebri. Earum Græca nomina sunt ἀκλιτῶ. Τὰ σῦγματῶ, apud Xenophontem, & ut Helladius putarit, Xenophontem in eo corrigendum.

Venio ad ea, quæ Grammatici significatione ajunt neutra cognosci. In quibus primum dant locum nominibus fructuum. Sanè scio, Diomedem quoque in primo, ac Priscianum in quinto, tradidisse, uti arborum nomina sunt feminina, ita nomina fructuum sæpe esse neutra. Sed exempla, quæ Priscianus adducit, in VM desinunt; ut, *malum, myrium, arbustum*; quæ terminatione sunt neutra. Aliter si finiantur, nihil eorum regulâ vanius. Ita *oliva, & galla*, sunt feminina, quia in a exeunt. Vt *avellana* quoque, & *castanea*; quæ naturâ sunt adjectiva: eò autem in muliebri sumantur, quia integrè est *nux Avellana*, vel *Abellana*, ab Abella, Campaniæ civitate: item *nux Castanea*, à Castana, urbe Thesaliæ, quæ Nicandro, *Καστανὶς ἀία*. In VS verò sunt masculina, vel feminina, aut communia. Masculinum est *dactylus*, ut Græcis ὀ δάκτυλος. Aliter *φεινικοβάλανος* vocatur. E Latinis priori usus Cælius Apicius, opere de re culinaria, sive M. Cælius vel Cæcilius in Apicio, seu de re culinaria opere. Cælii nomen aut vidit, aut visus sibi videre Albinus Torinus in semilacero, & squallore obsito libro insulæ Megalonensis: quem editione suâ expressit. Sed apud Philippum Bergomatem * reperio, temporibus Nicolai Papæ (de tempore hoc etiam Hermannus Buschius convenit) ab Enocho Asculano inventum fuisse, ut Porphyriorem in Horarium, ita M. Cæcilium Apicum. Vbi non dubito, quin M. Cæcilius, vel Cæcilius Apicium dicere voluerit. Eoque, si conjecturæ sit locus, existimem, auctorem operis esse M. Cælium, vel Cæcilium: hunc operi fecisse nomen *Apicio*, quia ageret de re culinaria: nempe

* in Chronico
Supplemento
ad annum
1454.

* lib. 10.
cap. 48.

† cypressi
fructum or-
bicularem.

ab illo, ut Plinius * vocat, *nepotium omnium altissimo gurgite*, Marco, non Cælio, sed Gario Apicio, ut Dio appellat lib. LVII. *ἡ γὰρ τῶν περὶ πύργου*. Similiter masculinum est *galbulus*, seu *galgulus*. Vtroque enim modo ea vox in vett. codd. scripta invenitur. Varro lib. 1 de R. R. cap. XL. *Vi cypressi: non enim galbuli, qui nascuntur, id est tanquam pile corticeæ*. Significat *τῆς κυπαρίσσι τὸν κείρον σφαιροειδῆ* †: ut est apud Theophrastum lib. 1 de causis Plantarum: quem hoc loco Varro expressit. Glossæ Isidoro tributæ: *Galgulus, baco, πυλῶι*. Onomasticon vetus: *Galbuli, σφαιρία*.

Nec regulam sequitur *figus*: sed ambigere liceat, an cùm ea vox pro fructu sumitur, nunc secundæ sit declinationis, ac generis virilis: nunc declinationis quartæ, ac generis muliebris; ut plerique existimant. Prolixa hac de re exstat epistola cujusdam Christophori Scobarî Bathici, centuriæ epistolarum philologicarum inserta à Goldasto. In quo illud ridiculè, quod ex Aristotelis libro priori de Sophisticis elenchis testimonium petat de genere vocis *figus*. Nempe apud eum legi ait hoc exemplum, *figus martialis*, & *figos*: alterumque horum esse solœcismum, secundùm Cæcilianum. Nec attendit, apud Aristotelem esse exemplum ex Protagora de *μῆνις*, & *πίδαξ*: at veterem interpretem † in translatione suâ, quia Græca exempla Latino minùs sermoni convenirent, in ipso philosophi contextu pro eo reposuisse exemplum contentiunculæ de voce *figus* inter Cæcilianum, & Martialem: qui quatuor sæculis post Aristotelem vixit. Sanè nemo sapiens hoc factum interpretis probârit. Sed rem ipsam videamus. Imprimis controversia est de genere masculino; quod qui tribuunt, tuentur opinionem suam isthuc Plinii lib. XIV, cap. XXVI: *Fici mirabiles sunt, & abortivi, qui nunquam maturescunt*. Et hoc Macrobiani lib. III, cap. X. *Grossi appellantur fici, qui non maturescunt*. Verùm apud Plinium hodie legimus: *In fici mirabiles sunt & abortivæ, qui nunquam maturescunt*. Et apud Macrobius ediderunt: *Grossi appellantur fici, quæ non maturescunt*. Non tamen defunt argumenta, quibus vetus Macrobiani lectio defendatur. Quippe pro eâ facit, quod à *figus* *σφαιροειδὴς* dicatur *figulus*, apud Plautum Stichus. Fateor interim argumentum hoc non esse admodum validum, quia quædam diminutiva non retinent genus primitivi: ut *veretilla* à *veretrum*, aliaque id genus. Quare altera quoque accedat ratio. Ea esto, quòd virile sit pro morbo: ut ex Martiale * videmus, uti & Marcello Empirico †: ac verisimile sit, idem esse genus, sive pro fructu, sive pro morbo sumatur; quando morbus ita vocatur ob fructus similitudinem; idque non apud Latinos modò, sed etiam Græcos. Docent id hæc

* lib. 1.
op. 66.
† cap. 3.

† cap. 3.

Celsi

Celsi verba lib. IV, cap. III : *Est etiam ulcus, quod à fici similitudine viximus à Græcis appellatur.* Interim ne hæc quidem ratio istiusmodi est, ut ad assensum cogat pertinaces. Quare tertia accedat, Lucillii autoritas in v sat.

*Sicuti cum primus ficos propola recentes
Proculie, & pretio ingenti dat primiv' paucos.*

Citat Nonius in *Primitivis, & Dare*. Vtrobique verò *paucos*, non *paucas* habent editiones cum veteres, uti Aldina, & hac antiquior Mediolanensis; tum recentes omnes, etiam optima Iosia Merceri. Sed hinc quoque *paucas* scribere jubent: imò & *primas ficos* priori in versu legunt, ubi in libris quibusdam est *primos*. Sed scripsit Lucillius *primus*, ut Nonius Aldinus habet in *Dare*. In hoc doctorum conflictu, non negarim, pro morbo tutius usurpari in masculino; pro fructu autem in feminino; idque tum in secunda, tum quarta declinatione. Varro lib. I de R. R. cap. XLI. *Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus.* Et mox: *Tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perforant.* Martialis lib. I, epigr. LXV.

Dicemus ficos, quas scimus in arbore nasci.

Prout etiam legit Priscianus in sexto. Pro quo Valerius Probus in Catholicis habet *ficos*: qui & sequentem versum sic adducit,

Dicemus ficos Cæciliam tuos.

Nihilo magis *grossus* (quo singulo numero usus Plinius *) regulam sequitur de fructuum nominibus: ut quod nunc masculinum sit, nunc femininum. Nam quemadmodum in virili genere dixit Celsus lib. V, cap. XII; *Grossi aqua decocti*: & Columella lib. de arboribus cap. XXI; *Cum grossuli minuti erunt, fructum decurto*: ita Plinius XV cap. XVIII: *Deprehensaque in his hieme grossas.* Et lib. XXVIII, cap. VII ait; *Crude grossi*: item; *Grossi illiæ strumas emolliunt, & discutunt.*

Æquè fallit regula in terminationibus cæteris. Nam *glans* femininum, ut *mens*. Ac par ratio in composito ejus *juglans*. Item *nux* femininum se habet, uti *nox*. Sed de primo istorum in altero etiam peccant. Ajunt, eo femininum esse, quia tam arborem, quam fructum signet. At errore hoc nihil foedius, cum *glans* fructus sit nomen, arbor verò dicatur *ilex*, & *Ἰλιώϊς quercus*. Maro Georg. IV.

— *Non densior aëre grando,*

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Apud Græcos tamen fateor, *Φηγὸς* † non tantum sumi pro arbore † *lagu*, glandifera; sed & pro glandibus ipsis: quomodo non semel usurpat Athenæus lib. Deipnosoph. III. Et Latinis similiter *oleva*, *ficus*, ac *nux*, nunc arborem significant, nunc fructum. Etiam *castanea* de arbore

bore invenitur. Sed sub *nuce* diximus comprehendere, *Avellana* tamen, quæ & ipsa nucis species, tantum, ut puto, pro fructu sumitur. Nam arbor *corylus* vocatur. *Sorbus* cave his addas. Apud Iovianum tamen Pontanum, ætatis suæ summum virum, legas lib. 1 Vranizæ :

— *Et mensis sorbus placitura secundis.*

Vbi melius fuisset,

— *Et mensis accommoda sorba secundis.*

De fructibus satis. Abunde enim ex his liquet, eorum non significationem, sed terminationem esse generis indicem.

At verè ex significatione cognoscitur, neutra esse nomina literarum; item verba infinita, adverbialique pro nomine posita; ac denique, quæ materialiter usurpantur. Verùm interdum autores in iis etiam, quæ pro voce usurpantur, rationem habent significationis. Quâ in re ne auctoritate defici videar, patrocipio me defendo Fabii; cujus isthoc lib. 1, cap. v: *Ne miremur, quod ab antiquorum plerisque Anea & Anchisa sit dictus.*

Neque perpetuum est, quod ajunt de nominibus literarum. Nam Aufonius dixit:

Atque abiam pro se titulo replicata dedit Q.

Idem, etsi Græcarum literarum nomina in neutro usurpet; ut in istis;

Aufonium si PE scribas, ero Cecropium PΩ:

Et PΩ, quod Græco mutabitur in Latinum PE:

plurimum tamen utitur in feminino: ut,

Cappa fuit quondam Bæotia, nunc Latinum K.

Item, *Aufis cincta duabus erit cum Iota, leges Θ.*

Item, *Vocibus in Grajis nunquam ultima conspicior M.*

Vbi Mū pronuntiandum, ne versus sit lagarus sive μαιρ, Θ. Et hoc,

Mæandrium, flexusque vagas imitata, vagor Ε.

Quin idem illa, more femininorum in A. desinentium, in primâ declinat:

Dividuum Betae monosyllabon Italicum B.

Et, *Prævaluit postquam Gamma vice sumpta prius C.*

Ejusdem est, *Non formam, ac vocem Deltae vero Romanicam D.*

Item, *Litera sicut Iotae similis vox plena jubens I.*

Apud Sergium* quoque similiter scriptum: *Æolenses enim Græci quibusdam dictionibus, ut impinguescant, istam digammam apponunt, ut pro Helena dicant Velena.* Sed hæc novè ab iis dicuntur; quia, ut Priscianus † notat, literarum nomina sunt ἀκλιτ. †. Quod etiam monuit ante eum, is qui Licinii & Maximiani temporibus vixit, Helladius Besantinus in Chrestomathia sua; ex qua ista in bibliotheca sua excerptis

* commentario in primam Donati editionem cap. de litera.
† lib. 1, cap. de accidentibus litera.
‡ indeclinabilia.

εέρψit Photius * : ὅτι ὡσπερ τὰ νῦ φαρμά, ἢ τὰ μῦ, πληθυντικῶς ἐκφω-
 νεῖν ἐθέλοντες τὰ στοιχεῖα* ἔτω ἢ τὰ σίγμα δέι λέγειν, ἀπ' ἔχῃ τὰ σίγμα-
 τα. καὶ γὰρ ἀκλιτῶ τ' στοιχείων τὰ ὀνόματα. Διὸ ἔ τὸ ὡσπερ τῶ ἕνεοφῶντι ἐν
 τοῖς Ἑλληνικοῖς εἰρημῶν, ἔχῃ ὕφ' ἐν τὰ σίγματ' τ' ἀσπίδων ἀναγρωσέον,
 ἀλλὰ διουπάθως μὴ τὰ σίγμα, ἢ ἀπ' ἀλλης ἀρχῆς, τὰ τῶν ἀσπίδων, ἢ
 ἀσπίδων. *Quemadmodum dicimus τὰ νῦ, ἔ τὰ μῦ, cum literas in plurali
 efferre volumus : sic ἔ τὰ σίγμα dicendum est, non τὰ σίγματ'. Etenim non
 declinantur nomina literarum ; ideoque, quod à Xenophonte ἐν Ἑλληνικοῖς di-
 ctum est τὰ σίγματ' τ' ἀσπίδων, non conjunctim legendum est, sed duabus
 syllabis, τὰ σίγμα, ἔ ab alio principio, τὰ τ' ἀσπίδων divisim.*

Etiā generales condunt regulas tum de verbis infinitivis, & ad-
 verbis pro nomine positis : ut scire tuum, aliud ejus : tum de ἀκλιτοῖς,
 sive indeclinabilibus : quæ & ipsa sunt neutra : ut gummi, sinapi, pon-
 do, fas, nefas, hir, abdir, sive abaddir, vel abaddier, gut, frit. Sed abaddir
 Prisciano masculinum est : ac quanquam Priscianus neget se hir, vel
 abaddir declinata reperisse, agnoscit tamen alios inflectere hir hiris,
 abaddir abaddiris. Præterea quod ajunt genus etiam cognosci ex de-
 clinationis defectu, non bene convenit, cum eo, quod ajunt gene-
 ralibus regulis genus non cognosci, nisi ex significatione.

CAPVT XV.

*De communibus duorum generum. Homo tantum virile ; ejus tamen compo-
 situm nemo est variique generis. Tutini locum forte correctus. Nemo ; ἔ
 nullus, ut differant. Nemo homo. Varii errores Charisii, Palemonis,
 Prisciani, Phoca, confundentium communia significatione cum communibus
 constructione. Clienta. Lapsus Alvarii. Tyrannus, pro dominante femi-
 na. Aoles, pro us primæ declinationis simplicis. A reponunt : quos Latini
 imitantur. Antistita, pro antistes. Auctrix an rectè à Tertulliano dicatur
 de ea, cujus auctoritate aliquid fit : Cur boves potius feminino genere dica-
 tur, ubi de armentorum grege sermo. Cur item canis potius eodem genere,
 quando sermo de animalis hoc iraso. Canes pro canis : deque eo rejecta
 emendatione Scipianis Gentilis. Sancta martyr.*

EGimus hactenus de iis, quæ significatione unius esse generis
 cognoscimus : dispiendum deinceps de communibus ; ac pri-
 mò quidem de iis, quæ communia duum generum faciunt : ubi cre-
 bro admodum σολοιζεν† hi docent, qui artem purè loquendi pro-
 fitentur. Non quidem accessero viro erudito, Francisco Sanctio,
 Hispano, qui Grammaticos appellabat *Latine lingue carnifices*. Nempe
 mitius cum iis agendum fuit, quia, absque illis esset, multa
 doctissimi

† in oratio-
 nis structura
 peccato.

doctissimi quique hodie nescirent. Et tamen, utinam non amplius aded nobis materia ac seges eorum suppeditaret, quibus & veterum, & recentium Grammaticorum, monstrosi detegerentur errores. Aliquam multa hoc loco commemorabo. Nam omnia quid attinet? Id verò faciam, quò non pædagogicum modò (nihil hæc ad probos instituendæ pubis artifices) sed illorum etiam iudicium retundatur, qui omnia Grammaticorum præcepta albà notant lineà; neque nescire se quicquam putant; cùm ex barbarismorum, & solœcismorum cœno vix pedes potuerint.

Ita inter communia collocant *homo*: quod si rectè factum, adjectivum ei femininum possit adjungi. At virili illud semper dici, rectè tradit Charisius: quamvis non sim nescius, in feminino usurpari *nemo*, quod compositum ex *ne*, & *homo*; uti Anglis *no man*, Belgis *nienand*, ex particula negante, & *man*, id est, *vir, homo*. Feminino, ut dixi, usus C. Titinius; cujus illud apud Priscianum lib. VI:

— *Quod rogitas, neminem decet bonam.*

Ita enim locum hunc emendo; ubi vulgo *rogas*: sed metro claudicante. Nisi fortè concurrant trochaici finis atque initium. Similiter usus Plautus Mercatorè*:

* Se Amicò amico operam dedi.

† Se. Sequimini commo-

De lanificio neminem metuo, unâ etate que fiet.

Et Casinà †:

— *Vicinans neminem amo merito magis, quam te.*

Sed movere hoc minimè debet, cùm *nemo* simplicis sui naturam exuerit: ut quod adjectivum factum sit; ita ut idem sit, ac *nullus*: eo solum discrimine, quòd *nullus* generale sit; *nemo* propriè solis conveniat hominibus. Quod de adjectivi naturâ dixi, ex eo quoque cognoscimus, quia Terentius †, Tullius*, alii, *nemo homo* dicant pro *nullus*. Id ἀρχαιοτάτη fieri, Donatus ait in Eun. act. III, sc. V. & Adolph. act. II, sc. II. At vocis abusus est, cùm Maro in IX ait, *Divium nemo*.

‡ Eun. act. 3. sc. 5. * pro Milone. & alibi.

Alibi tamen Charisius, cùm *latro*, quod hodie in muliebri nusquam legitur; tum *homo*, vult *duum* esse generum commune; idemque scribit Rhemnius Palæmon: & hos scriptores hodie confertim sequuntur novelli Grammatici. Decepit eos, (in his Paullum Manutium †) corruptus Plauti locus. Quippe apud illum † non, *Hominis misere misereri*; verùm, *Hillo sunt homines misere miseri*; in emendationibus legitur codicibus. Inducti insuper sunt malè intellecto Ciceronis loco in Cluentianâ: itémque altero Servii Sulpitii epist. ad Ciceronem*; quem quidem locum contra Grammaticorum vulgus neque explicare puduit doctissimum Pierium ad III Æn. & magnum Iurisconsultorum cœlum, Andream Alciatum lib. VII Παρήγορον

† in epist. Sulpit. ad Cic. lib. 4. ep. 5. ‡ Cistell. Act. 4. Sc. Nisi quid mihi opus di dant. * lib. 4. epist. Sularum Cic. ad fratrem suum.

Iuris

Iuris cap. VII. Phocas quoque *fur* nunc commune facit duum generum, nunc virilis esse generis docet; verumtamen aliis esse commune ait. At *σολοικισίς*, qui dicit, *improba fur*, cum tantum sit masculinum, ut agnoscit Charisius. Neque adversatur isthoc Plauti Pœnulo*: — *Fures estis ambæ*. Nam integrè sit, *ambæ feminæ estis fures*. Itaque eodem modo dixeris, *animalia mortalia*, aut *mancipia estis ambæ*.

* Aët. 5.
Sc. Fuit hæc operæ pretium.

Nec Charisius, quem Frischlinus, & alii, sequuntur, *cliens* rectè facit commune. Nam, ut *ὁ πελάτης* Latinis est *cliens*, ita *ἡ πελάτης* iisdem est *cliema*; eaque voce, præter Afranium, Plautum, Sidonium, utitur quoque Horatius lib. II, od. XVIII:

Nec Laconicas mihi

Trahunt honestæ purpuræ clientæ.

Ita enim, non *clientes*, legit quoque Charisius; quemadmodum & eadem lectio in optimis MSS, ac impressis, conspicitur.

Iuvenis significatione quidem esse commune, ostendit hoc Plinii lib. VII, cap. XXXVII. *Cornelia iuvenis est, & parere adhuc potest*. At structura commune non est: etsi secus putaret bonæ notæ Grammaticus Emmanuel Alvarus. Adducit ille pro se hoc Catulli Carm. LXIII:

Cernitis inuuptæ iuvenes?

Sed distinctio sefellit; quæ ejusmodi est:

Cernitis, inuuptæ, iuvenes?

Vbi *inuuptæ* est vocativi casus, *iuvenes* accusativi.

Item hic & hæc *senex* proferri, scribit Priscianus †: ac de feminino probat illo L. Pomponii in epigrammate à M. Varrone adducto in libris de L. L.

† lib. 3, cap. de Comparatione.

Nam es verè pufus tu; tua amica, senex.

Sed monstrandum fuerat, ut *ille senex*, ita de anu dici, *illa senex*.

Idem Priscianus vult dici, *hic & hæc philosophus, hic & hæc philocalus*. Sed alia Latinorum, ac Græcorum ratio est. Cautius Servius in illud Maronis †:

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

† 7 En.

Sanè, inquit, *apud Græcos hic & hæc tyrannus declinatur*. Ovidii tamen interpres vetus in Ibin: *Tyrannus, ait, est communis generis. Nam Theodosii Grammatici est regula, quod nomina professionem, aut dignitatem significantia, sunt communis generis: ut hic & hæc dux: hic & hæc philosophus*. Sed valde errabat Theodosius; qui, ut puto, non alius est, quam Macrobius.

Nam ab antiquis* is *ἀτυραννός* Theodosius dicitur: ac de re grammaticâ hodieque superest ejus libellus de differentia ac societate verborum linguæ Græcæ, ac Latine. Hac sanè parte differunt Græci, ac Latini: illis mulier *ἡ τυραννός*, vel *ἡ τυραννίς*. Latinis verò *tyranna*, aut Græcanico more, *tyrannis* dicendum. Vnde culpatus Trebellius Pollio, ut ipse

* ut appendicula opusculi de diff. Græci Latineque sermonis.

K k k

narrat,

narrat, quòd, pollicitus se scripturum, quæ gessissent xxx tyranni, eis miscuisset, quæ verius essent *tyranne*, vel *tyranides*. Sanè *τυραννίς* non solum *dominatio*; sed & *domina*, sive *princeps femina*. Vt apud LXX, Esthetæ cap. I, 18. Αἱ τυραννίδες αἱ λοιπαὶ τῶν ἀρχόντων Περσῶν καὶ Μήδων, αἰκίωσάν τε τῶν βασιλέων λιχθεντο ὑπὸ αὐτῆς, πολμήσαντι ὁμοίως ἀπιμάσαντες ἀνδρες αὐτῶν. *Conjuges aliæ principum Persarum ac Medorum, ubi audiverint Regi dicta à Regina, audebunt similiter parvipendere maritos suos.*

Nec rectius communia faciunt, *camelus, exsul, præsul, pedes, eques, obfes, cocles*, pluraque alia: quæ si quis malè altero à nobis genere spoliari putet, is gratum fecerit, si veteris scriptoris autoritate comprobârit, posse ea in feminino usurpari. Id si fiat, primus propria cædam vinea; nec metuum nequis probus defertionis inurat notam, modò fuga fiat in castra Veritatis.

Omnis hujus erroris fons caputque est, quòd quæ significatione sunt communia, eadem constructione esse communia arbitrentur. Atqui tum de mare, tum de feminâ rectum est *pecus, pecoris*: nec iccirco Latinum sit, si de ove sic efferas, *lanigeræ pecoris*. Feminam quoque bene appelles *mancipium*, aut *animal*; non tamen *malam mancipium*, aut *mortalem animal*, Latinè dixeris. Atque ut hæc pleniùs planiùsque cognoscantur, quaecunque operæ me pretium facturum puto, si priori loco compluria produxero, quæ, præter superiora, solum communia sunt significatione: postilla verò congessero, quæ & communia sunt constructione.

* alt. 2,
si. 3.

Certè commune significatione est *pugil*, unde Terent. Eunucho *:

Siqua est habitior paullo, pugilem esse ajunt.

Princeps, unde apud Plinium lib. VIIII, cap. XXXII, *principes feminas.*

Index, unde Tullius I de off. dixit, *orationis indicem vocem.*

Vindex, unde idem III de Legg. *Habeat sane populus tabellam, quasi vindicem libertatis.*

Hospes, apud Lucanum penè initio lib. V:

— *Peregrina ac sordida sedes*

Romanos cepit proceres, secretaque rerum

Hospes in externis androit curia relictis.

Et Statii est, *hospite cymbâ*, lib. V Sylv. carm. V. Parque, quantum adhuc videre possum, ratio est in *interpres*, & *opifex*: quæ cum veterum multi, tum recentiores ferè omnes, faciunt communia, quia feminis, aut rebus, quæ muliebris sint generis, attribuantur. Verùm, quàm malè ex eo, quòd quid feminino substantivo adjungatur, femininum esse judicetur; vel unum hoc indicat, quòd pari ratione efficeretur, *amov, judex, comes*, quoque esse neutri generis; cum apud Maronem legere sit in X Æn.

Ita-

Italiam petiis satis auctoribus :

apud Lucanum lib. I , — *Viendum est iudice bello :*
& apud eundem lib. V ,

Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur ,
Imperiumque comes.

Etiam consequeretur, *testis esse trium generum, quia dixerit Maro*
Ecl. V : — *Vos coryli testes, & flumina Nymphis.*

Quem ad locum optimè Servius : *Nec hoc teste, nec hæc testia, possumus*
dicere : unde per definitionem debemus dicere, testes mihi sunt : quæ res ? coryli,
*& flumina. Sic Horatius * : Testis Metaurum flumen. Propertius † : Testes*
sunt sidera nobis.

* lib. 4.
ed. 4.
† lib. 2.
eleg. 9.

Nullà verò in terminatione magis aberratum, quàm principe voca-
li. Ita Priscianus lib. VI I *auriga* putat esse commune, quia apud Ma-
ronem legere fit in XII I :

Nec currus usquam videt, aurigamque forem.

Idem iudicium esto de *rabula, luxa, lanista, & similibus.* Maxi-
mèque in hac terminatione falsi fuere in compositis è verbo. Quale
homicida; quod masculinum esse, sed à multis commune putari, scribit
Phocas. Quemadmodum & Priscianus in VI I *deceptus est in agrico-*
la, calicola, parricida. Nihiloque rectius dixeris, *hæc pincerna, vel indige-*
na hæc; quæ & ipsa vulgò communia faciunt. Nec *advena* commune
est; quamvis idem Priscianus scribat, *dici hic & hæc advena.* Idem
de *transvena* dictum velim; quo Tertullianus utitur libro de spectaculis
cap. V. Sed de *conviva* paullo dispar ratio, cùm Pomponius in Au-
ctorato dicere non reformidet :

Postquam conveni omnes convivas meas.

Quid mirum? cum naturà suà sit adjectivum. Nam *vivus, viva, vi-*
vum, dicimus: unde *conviva*, hoc est, *una vivens*, eà nempe vivendi si-
gnificatione, quâ *convivium* dicitur, quod Græcè *συμπόσιον*: quâ item
Catullus † ait, *Vivamus, mea Lesbia, atque amemus.* Miretur aliquis, † epigr. 9.
non *convivus* potiùs dixisse, ratione habitâ terminationis masculinæ. Sed
nihil hic insolens, cùm itidem de mare æquè ac feminâ dicantur, *ad-*
vena, transvena: imò & *convena*. Vnde *Convena*. Aquitanix populus ad
Pyrenæi radices. Quin & similia sunt *perfuga, & transfuga*. Etiam *asse-*
cla, indigena, aliâque multa: quæ naturâ vim habent adjectivi. Nam
advena est adveniens, vel qui advenit; *assecta*, assequens; *indigena*, inge-
nitus, ex antiquis *indu* pro *in*, & *geno* pro *gigno*. Nimirum Latini, ut
in aliis penè omnibus, ita hac etiam parte imitati fuere Æoles: qui-
bus terminatio A est masculinorum. Vnde *ἑυρόπια Ζεὺς*, pro *ἑυρόπιος*:
νεφελιγέτης pro *νεφελιγέτης*. Similiter igitur *propheta, planeta*, more
K k k 2 Æolum,

Æolum, ut dixi; quibus in primâ ifosyllabâ eâdem est terminatio re-
cti casus, quæ est vocativi in lingua communi: ut pluribus probabi-
tur, cum ad declinationes erit deventum.

Quod verò superius diximus de *auctor*, *judex*, *comes*, *testis*, non ex ad-
dito substantivo genus eorum censerî, quia alioqui neutra esse conse-
queretur, cum neutro interdum jungantur: idem locum habet in ter-
minatis vocali A. Ut sunt *ruricola*, *alicuigena*, *indigena*. Quippe est apud
Nasonem lib. IV Trist. Eleg. VI.

Tempore ruricolæ patiens sit taurus aratri:
apud Gellium lib. II, cap. XXIV, *alienigenâ vino*: & apud Plinium
lib. XIV, cap. VI, *indigenâ vino*. Atque ex his quidem patet, quàm ii,
qui talia communis eic generis putarunt, planè ficulno sint innixi ar-
gumento. Quippe consequeretur, istiusmodi esse omnis generis.
Quomodo Probus in Catholicis scribit, *verna*, & *advena*, esse omnis
generis, quia dicamus, *verna puer*, *verna puella*, *verna mancipium*. Quod
Probi iudicium non aliter excusare possumus, quàm dicendo, esse
omnis generis ratione significationis; non quod ad structuram. Ne-
mo enim de mancipio *bonum verna* dixerit.

Porro subjungam, quæ tutò, veterumque ipsorum exemplo, jungun-
tur adjectivo feminino: sive per se communia sint, sive ~~et~~ *σύνθεσις* sic
loqui soleant antiqui, quia respexerint substantivum *femina*, aut simile.

Adolescens. Terentius Andr. Act. III, sc. II:

Deos quæso, ut sit superstes, quandoquidem ipse est ingenio bono:
Cumque huic veritus est optumæ adolescenti facere injuriam.

Nempe naturâ est adjectivum: ut planè intelligatur *mulier*, aut tale
quid.

Affinis itidem naturâ est adjectivum. Muliebri genere usus Cicero
post reditum in Senatum: *Tu affinem tuam, filiam meam, superbissimis, &*
crudelissimis verbis à genibus tuis repulisti.

Antistes. Val. Maximus lib. I, cap. I: *Ne Deæ vetusti ritus perita de-*
esser antistes. Quâ significatione Tullius, & alii, maluere *antistua*. Vide
Agellium lib. XIII cap. XIX.

Auctor quoque hujus est loci: non, uti ajunt, quia Iuno apud Ma-
* 12 *En.* ronem * dicat, *Auctor ego audendi*: sed potius propter illud Ovidii
Fatt. V:

Ipsa doce, quæ sis. hominum sententia fallax.

Optima tu proprii nominis auctor eris.

ut & VIII Met. fab. I:

Quò fugis, exclamat, meritorum auctore relicta?

Ut in superioribus, ita hic intellige *femina*, ut sit *σύνθεσις*. Terullia-
nus cum propriè loqui vellet, in feminino *aurice* maluit, quàm *auctore*. Ita

Ita enim scribit lib. aduersus Hermogenem, qui materiam ponebat Deo coæternam: *Neque enim potest non & materia auctrix omnium deputari, de quâ uniuersitas consistit.* Et aliquanto pōst: *Subjicere Deo materiam, æternam æterno, immatam immato, auctricem auctori.* Sed meritò hoc improbat Servius in XII ÆN. *Nomina, inquit, in TOR exentia feminina ex se faciunt, quæ in TRIX terminantur: si tamen à verbo veniant; ut ab eo, quod est lego, & lector, & lectrix, facit; doceo, doctor, & doctrix. Si autem à verbo non venerint, communia sunt. Nam similiter masculina, & feminina, in TOR exent: ut hic, & hæc senator; hic, & hæc balnearor. licet Petronius usi. rpa. verit, balnearicem dicens. Tale est & hic, & hæc auctor: sed tunc, quando ab auctoritate descendit, ut hoc loco. Cum autem venit ab eo, quod est augeo, & auctor, & auctrix facit: ut si auctor deriuatarum dicas, vel auctrix patrimonii.* De origine diuersa, pro diuersa significatione, alibi * dicemus. Sufficit huic loco, etiam Servium putare, auctor pro eo, à quo rei auctoritas, utriusque esse generis; nec auctrix dici, nisi augendi significatione.

* in Origine
num libri,
& hoc ipsi
libro cap. 27.

Augur. Stat. Theb. lib. IX †:

Hei mihi, cur penitus (simque augur cassa futuri)

Cur penitus, magnoque interpretor omne quercum?

Bos in feminino est crebrum apud rei rusticæ scriptores. Imò, ut ajunt, cum non respicitur sexus, læpius in feminino usurpatur. Maro ÆN. VIII.

Reddidit una bonum vocem.

Et paulò post,

Abstracteque boves.

At tauros quoque abstraxerat. Sed neque hoc ratione caret, quia à parte majore desumitur appellatio. Plures autem vaccæ. Par ratio istius: *Tyrrenoque boves in flumine lavit Iberas.*

Quamquam hic codices aliquot antiqui præferant *Iberos*. Ovid.

III Met. †

† sub. 1.

Bos tibi, Phoebus ait, solis occurret in arvis

Nullum passa jugum, curvique immunis aratri.

Canis. Ennius apud Varronem in VI de L. L.

Tantidem quasi foeta canes sine dentibus lavat.

Vbi manifestè sermo de femella. Lucilii * quoque est:

Irritata canes quod, homo quam, rectius dicit.

Nec temere hunc sexum elegit Lucilius. Nam vehementius irritata femella, quàm mas. Vtrobique *canes* antiquus est nominativus pro *canis*: quod eo addere visum, quia Scipio Gentilis † locum sollicitat, ac *canis* reponere jubet. Est & Plauti Pseudolo ‡:

B A. *Tibi ego credam?* P S. *cur non?* B A. *quia pol quâ operâ*

sic credam tibi,

* apud Charisium lib. 1,
& Donatum
in Adelphi.
item 'Nemum in Irritare.
† notis in Apolog.
Aprud.
‡ al. 1. Sc.
Pseudolo non audit.

Kkk 3

Vud

Vnâ operâ alligem canem fugitivam agnitis lactibus.

Et Virgilio *Æn.* vi. — *Visaque canes ululare per umbram,*
Adventante Deâ.

Pro quo malè in codd. quibusdam veteribus, *visique*; cùm in muliebri quoque citet Seneca. Est & *Æn.* vii.

Hunc procul errantem rapida venantis Iulii

Commovère canes;

sive, ut in aliis codd. legitur, *rabidæ*. Licet & hîc in codd. nonnullis *rapidi* legatur. Vtrumque enim in MSSis nostris invenimus.

Crois. Plautus *Pœnulo* act. i, sc. ii :

— *Irata es nimium, argentum pro te dabit,*

Atque te faciet, ut sis crois Attica, atque libera.

Cicero pro L. Cornelio Balbo : *Sacerdotem illam, civem Romanam fustam non esse arbitrabimur.*

Comes. Porcius Larro in Catil. *Consuetudine scelcrum sempiternâ comite ac genetrice.* Ovid. viii Met. fab. i :

Gnoffiæque hæret comes invidiosa carinæ.

Et fab. proximâ : — *Comitemque suam crudelis in illo*

Litore destituit.

Et lib. i de Ponto, eleg. iii.

Hanc probat, & primo dilectam semper ab ævo

Est inter comites Martia censa suas.

Et Val. Maximus lib. v, cap. i. *Liberalitati quas aptiores comites, quàm humanitatem, & clementiam dederim?* Et Valerius Flaccus lib. v :

Cum comes orsa loqui.

Conjux nunc virile, nunc muliebre adsciscere adjectivum, nihil probare opus.

Custos. Plautus *Curcul* *.

Exsuspirate vestram huc custodem mihi.

Et Menæchmis † :

Sic dicit dari faciet verba custodi caræ.

Et Truculento ‡ :

Tu bona ei custos fuisti.

Item Val. Flaccus lib. v :

Audit virginæ custos grandæva pudoris

Enioche.

Dux huc referunt, quia Maro i *Æn.* & Tacitus in Agricolaæ vita dicat, *femina dux*. Sed validius, quod Tullius lib. ii Acad. *Quæst.* Arati versum ita transfert,

Quâ fidunt duce nocturnâ Phœnices in alto.

Heres quoque est inter ea, quæ adjectivum muliebris generis admittunt. Nam fallit falliturque Charifius, cùm dicit, hoc significatione

* *AB.* 1.
Sc. Quo ted
hoc nobis.
† *AB.* 1.
Sc. Ni ma-
la, ni stulta
fi.
‡ *AB.* 4.
Sc. Egene.

tione quidem esse commune, at non constructione; ideoque veteres etiam, cum de sequiori sexu sermo esset, adiectivum addidisse generis virilis. Sanè dixit Tryphonius * : *Fuit quæstionis, an si sua hæres filia parvi cum fratribus, contenta dote, abstineat se bonis, compellatur eam conferre.* Quem locum eo lubentiùs adduximus, quia in hoc quoque cum Charisio deceptus Alvarez.

* l. ultimã
D. de dotis
collatione.

Hostis. Apud Quintilianum lib. II, cap. II. *Studiomm perniciosissima hostis.*

Infans. Quintilianus libro VI, cap. I : *Infantem suam frigidissimè reportavit.* Tacitus quintodecimo Annalium : *Quartum intra mensem defunctã infante.*

Index. Lucanus lib. x de Cleopatrá :

Et sumus, ut fatear, tam sevã iudice fontes.

Hic quoque illud *sevã* respicit *femina*. Quomodo *femina iudex* apud Ambrosium legimus libro de Viduitate.

Miles commune esse, eo probat Priscianus in septimo, quòd apud Nafonem II Metam † legamus de Callistone :

† fab. 5.

Miles erat Phœbes.

Atqui etiam dicere liceat, *mancipium erat Phœbes*. Quis autem iccirco *mancipium* dixerit esse femininum? Quanto igitur præstiterat adduxisse istoc ejusdem ‡ :

‡ epist. II.
Canaces ad
Macareum.

Et rudis ad partus, & nova miles eram.

Sed, ut *augur*, ita *miles* potiùs masculinum. Quare verisimilius *nova miles* & *οὐνεον* dici, ut *elephantus gravida* : de quo postea videbimus.

Municeps. Plinius lib. xxxv, cap. xi. *Municipem suam.*

Nemo in muliebri genere inveniri paullo ante ostendimus.

Parens, si Charisium audimus, significatione, non structurã est commune. Atqui, ne Martialem necesse habeam nominare, cujus istud * : * lib. 8, ep. 21.

— *vigilat Memnonis alma parens :*

quis nescit Virgilium ipsum II Æneidos dixisse,

— *Videndam*

Obtulit, & parã per noctem in luce resulsit

Alma parens.

Et eodem libro :

Hocce erat alma parens, quod me per vela, per ignes

Eripis?

Et lib. x.

Alma parens Idea deùm.

Ac ne uni adjectivo *alma* insistamus, dixit Peto Albinovanus eleg. de morte Drusi :

At miseranda parens suprema neque oscula fixis.

Et

Et Silius lib. IX :

*Hæc tibi cara parens apta ad solaria lætus
Dona feram nati.*

Et Seneca in Octavia Act. I, sc. II.

*Quam dedit illi per scelus ingens
Infanda parens.*

Item : --- *Cujus in munus suam
Stygiæ parentem natus imposuit vati.*

Et sc. III. --- *Cecidit infelix parens*

Heu nostra ferro. Et act. v, sc. II.

Flevit gnatos miseranda parens. Et eadem :

Tot natorum memoranda parens.

Item : --- *parens tanta Neronis.*

* 3 *Æn.* Tot illustribus autorum locis reus peragi potest Charisius ; qui ut doceat, *parens* respuere adjectivum muliebre , è Marone * adfert illud de Ascanio puero, & matre Creüsâ :

Ecquæ jam puero est amissi cura parentis ?

cùm in omnibus codd. antiquis *amisse* legere sit. Nec industriam mihi suam probat doctissimus Pierius, cùm in causâ desperatâ undequaversum mantelum quærit errori Charisiano. Nihil verò mirum, si *parens* in muliebri ponatur, cum naturâ sit adjectivum, ut de *convulsa*, *indigena*, & aliis quibusdam diximus. Quippe *parens* pro *pariens* dicitur à *pario*, quatenus idem olim fuit ac *gigno* : uti & Græcis *παῖς*, quod postea solis tributum feminis. Itaque ἡ *παῖς*, *mater*. Ac ὁ *παῖς*, *patet*. οἱ *παῖς*, *parentes*.

Patruelis. Perſius sat. VI : --- *Age, si mihi nulla*

Iam reliqua ex amicitis, patruelis nulla, proneptis Nulla manet.

Nempe naturâ suâ est adjectivum, & intelligitur *foror* : ut cùm dico, *hic patruelis*, intelligitur *frater*. Quorum & utrumque crebrò apponitur : præfertim in Digestis.

Sus passim utrique generi jungitur : cujus iccirco exempla prætereo.

Sacerdos. Æn. VI :

--- *fata est longæva sacerdos. Et,*

--- *Ne sævi magna sacerdos.*

Testis. Suetonius in Claudio cap. XL. *Inductâ teste in Senatum.*

Vates quoque in muliebri est apud Maronem Æn. VI :

--- *Tuque, ô sanctissima vates, Præscia venturi.*

Vbi *vates* valèt *vaticinans*, ac *femina* respicitur.

* vers. 85.

Vindex. Papinius I Theb †.

Tu saltem debita vindex

Huc ades.

Com-

Complectebat ea aliquando, ut pueritiæ memoriæ inservirem, istiusmodi versiculis :

*Coniux, atque parens, infans, parvulus, & hæres,
Affinis, vindex, iudex, dux, miles, & hostis,
Augur, & amistes, vates, convivia, sacerdos,
Municipique addas adolescens, civis, & auctor,
Custos, nemo, comes, testis, sus, bosque, canisque.*

Sed in his discrimen, quod diximus, observandum, inter verè substantiva; ut, *bos, canis*; & veriùs adjectiva, ut, *adolescens, affinis*; item inter usitata utroque genere, qualia quæ proximè dixi; & feminino inusitata, ut, *augur, miles*. Nihil verò opus laboret puer, utrùm cuncta hæc, aut pleraque illorum, propriè sint communia, quæ prope omnium sententia est: an propriè alia quidem virilia sint, ut *sacerdos*; alia feminina, ut *canis*; alteri verò generi jungantur ἄσθητον, intelligendo *mas*, aut *femina*. Vtram enim is sententiam sequatur, ad purè loquendum nihil interest. Sufficit sciat, de femina dicendum, *sacerdos defuncta*: & usitatus esse, *canis mortuus*: at perperam dici, *homo bona, sus improba*. Nihil enim audendum absque classicorum exemplo. Dispar tamen ratio in iis, quæ jam ab antiquis Ecclesiæ temporibus sunt recepta; utcunque classicorum Latinæ linguæ scriptorum auctoritas desit. Vt in nomine *martyris*: quod in feminino constans Ecclesiasticorum usus admisit. Vt *beata martyr Thecla*. Sanè in religioso hoc negotio nihil morari debemus gentilium usum: qui si gentiles non fuissent, credo, nec eas, quæ veritatem Evangelii sanguine suo ob-signarunt, *sanctas* dicere *martyres* dubitassent.

CAPVT XVI.

De Epicænis. Eberi & Penceri σφάλμα. Quando de Epicænis præcipiendum. Quomodo Grammatici sit verum naturam spectare. Ο ψήλως ὀρεύς. Elephantus gravida. Hic parit. Mus una reperta. In palumbes non attenditur sexus.

ABunde diximus de communibus, pro ratione sexus, masculino aut feminino genere usurpatis. Quia verò de epicæno & inter laudatissimos disceptatur Grammaticos; neque nobis hic eam rem silentio premere visum fuit.

Επίκηνος vocantur, quæ sub una terminatione, & uno genere, utrumque sexum significant. Vt, *hic passer, hæc vulpes*. Sunt igitur & ipsa communia significatione; non structurâ. Ac nonnulli quidem recentiorum acriter adversus veteres insurgunt; quasi temere, ac tan-

*De causis
L. L. cap. 79.

tummodo ad crucem discentium, hoc genus sint commenti. Primum Cæsar Scaliger * nomen ipsum pessimè impositum ait. Nam, inquit, κρινὸν id, quod duo comprehenderet genera, nominabant. Hoc autem alterutrum tantum cum recipiat, non potuit habere præpositionem Ἐπι: addit enim quantitatem mathematicis: ut Ἐπίτελλον. Nempe illud vult, non posse hoc genus dici Ἐπίκρινον, quia Ἐπι notat supra: atque ita Ἐπίκρινον aliquid superadderet κρινῶ, ut Ἐπίμετρον τῶ μέτρῳ, Ἐπίλογος τῶ λόγῳ, Ἐπιφθόσ ταις ὠδαῖς. Atqui tantum abesse, ut genus epicœnum communi aliquid superaddat, ut minus dicat. Nam sacerdos, testis, cœnis, sis, communia dicuntur, quia sunt duum generum communia: cum dicatur hic Ἐ sacerdos, testis, &c. At quæ vocantur epicœna, non sunt duum generum communia, quia solum dicitur hic passer, vel pavo; non item hæc: & contrà hæc, non hic aquila, vel pica. Nempe non attendit illud Scaliger, pro diverso considerandi modo, majorem, minorémve communionem inesse tum communibus, tum epicœnis, sive promiscuis. Nam in eo quidem conveniunt commune sacerdos, & promiscuum aquila, quòd utrumque substantivum, tum de mare, tum de femina dicatur: sed in eo differunt, quòd sacerdos præterea in structura, pro sexus ratione, nunc hic recipiat, nunc hæc. Vbi videmus, ut duo comprehendat: in quo communio est, quæ in epicœnis abest. Verùm epicœnum passer; quod virile est, articulum sive adjectivum hic communicat etiam passerii feminæ: & epicœnum aquila communicat articulum hæc aquilæ mari. Vnde dilucet, eundem articulum utrique esse sexui communem: cujusmodi communio abest ab iis, quæ simpliciter communia dicuntur. Quodque observatum etiam, amico meo, cultissimo, raræque eruditionis viro, Antonio Emilio Aquisgranensi, huc inprimis spectavere veteres, cum aquila, passer, & familia, Ἐπίκρινον vocarunt, quasi dicas supercommunio. Quippe tam marem quidem, quàm feminam, & sacerdotem dicimus, & crucem: at non de utroque dicimus, magnus sacerdos, crux Attica. Contrà verò non tantum de mare & femina dicimus, pavo, & aquila: sed etiam pictus pavo, fulva aquila. Ut major hic communio sit, quàm in iis, quæ vulgò communia dicuntur. Est enim communio & substantivi, & adjectivi, eadem utrobique terminatione. Quod si attendisset Scaliger, non culpasset vocem epicœni. Quemadmodum nec Diomedes, aut Donatus, id si observassent, Ἐπίκρινον vertissent subcommune, cum Ἐπι superaddat, eoque supercommune rectius vocetur.

Idem Scaliger veteres accusat incuriæ, quòd non, ut diximus, equus, equa; ita & formarint, aquilo, aquila. & sic in aliis multis. Nam, & Varro ait in VI I I de L. L. corvum, & iuvum dici; non corvan,

&c

& *uiridam* : ac contrà dici *pantberam*, *merulam*; non *pantberum*, *merulum*. Atqui diversâ terminatione res meliùs distinguerentur. Verùm, si consilium veterum cogitemus, nihil magnopere inueniemus culpâ dignum. Nam in nonnullis sexum totis vocibus distinxere; ut, *caurus*, *vacca* : in nonnullis terminatione solâ : ut *equus*, *equa* : Atque hoc fecere in iis animantibus, quorum major esset homini usus, & sexus faciliùs observaretur. Postquam verò quædam animantia magis, quàm antè, in usu domestico esse cœperunt : placuit in nonnullis quoque terminationem immutare. Hoc in *columba* factum esse, ait Varro in VIII de L. L. *Quædam*, inquit, *aliter olim*, & nunc : *rum omnes mares & femine dicebantur columbe*; quòd non erant in eo usu domestico, quo nunc. Contrà, propter domesticos usus, quod interuimus, appellatur *mas columbus*, *femina columba*. Similiter *agnam* dixere pro *agno femina* : ut veteres locuti. Sic enim lex Numæ : **AGNUM FEMINAM CÆDITO** : teste Festo in *pellex*. Imò & *lupam* maluere, quàm *lupum feminam*; ut Ennii, & Fabii Pictoris exemplo etiam Varro locutus, Fabio testante lib. I, cap. X. Nec in epicœnis modò id placuit institutum, sed in communibus quoque. Quomodo pro femina antistite *antistitam* dicere cœperunt. Vnde Agellius lib. XIII, cap. I : *Sacerdotes quoque feminas M. Cicero antistitas dicit*. Nec in omnibus tamen id factum : partim quia vox utroque genere ita jam frequentaretur, ut, eam mutatum ire velle, esset niti contra torrentem : partim etiam, quia immutatione vix esset opus, eò quòd in multis minùs internosceretur sexus : in cuiusmodi vel uno genere fiere contenti ; ut in *lepus*, *vulpes*, *ciconia* : vel utrumque genus, sed sine sexus discrimine, usurparunt ; ut in *grus*, *lynx*, *serpens*. Quod si omnino vel in his, vel illis, sexus esset distinguendus, *mas*, vel *femina* addebant : ut mox exemplis planius fiet. Atque hæc pro veterum instituto dicta sunt. Quod siquid in antiquis culpandum ; non tam id fuerit, quod Scaliger putavit, quàm quòd ubi jam Græci distinguerent, non sequerentur exemplum : quale quòd *thynnus* de femina dixere, ut in Plinio vidimus : cum Græcè sit *ἰθύνη*, vel *θύνη*. Item, quòd ubi Romani antiquiores jam veteres sexum distinxissent, iuniores alterius sexus vocabulum intermori paterentur. Quale est, quòd veteres *puer*, vel *puerus*, & *puera* ; item *παῖδες ἄνδρως* *puellus*, & *puella*, dixere : postea autem *puer* de utroque sexu usurparunt. Nec enim *puerum* semper *puelle* opposuere : sed sic de quocunque puerilis ætatis dixerunt : ut testis Paullus I. C. L. CCIV. D. De verb. signif. Vbi quoque ait, hinc quæ puellam peperit *puerperam* dici. Quod tamen argumentum infirmum, quia *puerpera*, & à *puerus*, & à *puera*, esse potest. Vnde Suetonius

nus in Calig. cap. VIII : *Cum qualiscumque parvus sine sexus discrimine Puerperum vocetur : quod antiqui etiam puellas pueros, sicut & pueros puellulos dixerunt.* Objectant, quod pueritia, epicœn nomine decepta, sæpe judicet, utroque se aliquid genere posse usurpare, quod alterutrum solum generis sit. At quid si amplius quoque iis concedamus? nempe doctiores ipsos quandoque in epicœnis falsos : quomodo in Pauli Eberi, & Casparis Peuceri Nomenclatore legas, *parvus montana, & cristata, pro montanus, & cristatus.* Nec difficile, sed putidius videatur, multa id genus ex aliis, nominis in his studiis etiam majoris, congerere velle. Suffecerit hoc loco, quod ipsorum hæc culpa; non veterum, qui apertè dicunt, de utroque ea sexu genere uno usurpari; atque id genus terminatione cognosci. Neque turbabit eorum doctrina discipulorum ingenia, si in extremum rejiciatur locus : quod Quintilianus jubet lib. I, cap. IV : *Nec statim, inquit, diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur, ostenderit; in quibus sexus uterque per alterum occurrat.* Verùm, inquiunt, Grammatici non est rerum naturas intueri, sed philosophi. Quasi non philosophus, ut sine diverso, ita longè alià id faciat ratione. Quippe is *θεωρεῖται** causà, & *διηλεκτός*† rerum naturam intuetur : Grammaticus verò spectat eam *ὡς ἐν τῷ πῶ*‡, idque ut voces componat rebus ipsis accommodatas. Certè si Grammatici non esset habere rationem sexus : Grammaticè Latinèque Priscianus diceretur *antiqua Grammaticus*; Sappho autem *Lesbicus poetria*. Et quomodo negare possunt, ad Grammaticum propriè pertinere, utrùm *anser facta*, aut *passer gravida*, dici oporteat, an pro eo *factus*, ac *gravidus* sit dicendum? De quo si constiterit, facile erit statuere de epicœnorum cæteris. Par enim omnium ratio est. Quare de eo paucis videamus. Ac primò sic nobis videtur, propriè & integrè dici, *anserem femellam factam*, aut *passerem femellam gravidam* : quomodo Columella lib. VII, cap. XI. dixit *puerum masculum, & puerum feminam*. Nec multum abit, quod Plinius ait lib. XXX, cap. VII. *anas masculus : Sicit, inquit, alvum anasem masculinum sanguis.* Atque ita & Aristoteles discriminis causà ait in sexto Hist. Animal*. *Καὶ ὁ θῆλυς ἢ ὀρεὺς ἢ δὴ ἐπιπρωῖθι.* Quasi dicatur, *Atque olim mulus femina est gravida facta.* Pro quo Latini *mula*. Et paullo post † : *Ἡγεσιῶν ἢ βροχόπερον ὁ θῆλυς ὀρεὺς ἢ ἀπρενος.* Quasi dicas, *Senius senescit mulus femina, quàm mulus mas.* Nec propterea iis assentiendum, qui nisi *mas*, aut *femina*, addatur, sublato damnant supercilio, quotquot masculino substantivo addunt generis muliebris adjectivum. Nam veteres ipsi faciunt hoc interdum. Vt Plautus Stichus ‡ :

* contem-
plationis.
† accurate.
‡ rudis Mi-
nerua.

* cap. 24.
soli. 352.

† soli. 355.

‡ Act. I.
Sc. sarpem
suisse.

*Solere elephantiū gravidam perpetuos decem
Esse annos.*

Arbitror verò id non propriè fieri, sed $\alpha\upsilon\theta\eta\sigma\iota\upsilon$; ut *gravidam* non cum *elephantum* conveniat, sed cum *femina*, quod reticetur. At Plinius extra $\alpha\upsilon\theta\eta\sigma\iota\upsilon$ lib. VIII, cap. LV: *Lepus omnium prædæ nascens, solus, præter dasypodem, superfætat; aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Solus ait de lepore femella. Idem lib. x, cap. XII: Corvi parunt, cum n... quinos: ore eos parere vulgus arbitratur. Et cap. LI: Pol... vere ova tortili vibrata pampino, tantâ sæcunditate, ut multitudinem ovorum occisi non recipiant cavo capitis, quo prægnantes sulere. Occisi ait de polytis femellis. Et lib. IX, cap. III de vitulo marino: Hic parit in terrâ pecudis more, educat mammas. Quin idem Plinius eidem voci, eodem sexu, nunc subjicit masculinum, ratione habitâ terminationis; nunc femininum, per synthesin. Nam lib. x, cap. LI ait: *Mus marinus in terra scrobe effosâ parit ova, & rursus obtuit terrâ. At idem cap. LXV inquit: Supra cuncta est mutuum fetus, ex unâ genitos centum viginti tradiderunt: apud Persas verò prægnantes, & in utero parentis, repertas. Eo quidem modo is locus editus à Dalecampio quoque. In Parmensi meâ veteri anni CIX CCCCLXXVI, aliquanto aliter expressus: utraque tamen eas habet, & repertas. Ac simile illud lib. IX, cap. XV: *Thymi mares sub ventre non habent pinnam. Inerat è magno mari pontum verno tempore, nec alibi sanctificant. Cordila appellantur parvis, qui FOETAS redeuntes in mare auctumno comitatur. Sunt qui idem in palumbis nomine locum habere arbitrentur: cum tamen id de utroque sexu utroque genere usurpetur. Nec enim $\alpha\upsilon\theta\eta\sigma\iota\upsilon$ puto, cum apud Maronem * legimus,***

* Ec. 3.

— *Aëria quò concessere palumbes.*

Nec cum eâ voce utitur Plinius in virili genere, de solis maribus loquitur, sed $\alpha\epsilon\lambda\omega\varsigma$. Locus est lib. x, cap. xxxv: *Vvere, inquit, palumbes ad trigessimum annum, aliquos ad quadragesimum, habemus auctores; sive, ut in veteri Parmensi legitur, Aristoteles auctor est. Sin de iis sermo sit, quæ convenient folis femellis, non alio, quàm feminino genere; ausim usurpare. Nimirum Plinium sequar, qui eodem capite ait: *Nigidius putat, cum ova incubat, sub recto nominatam palumbem relinquere nidus. Eo modo quoque is legitur locus, cum in aliis, quas viderim, editionibus; tum in veteri, quam dixi, Parmensi; (nisi quòd in hac sit nominata, errore credo Typographico) tum in illâ, quam nobis dedit doctissimus vir, Iac. Dalecampius. Quædam autem censentur epicœna, cum non sint: ut *anguilla*. Nam qui epicœnum dicatur, cum in anguillis non sit sexus? ut Plinio monitum lib. VI, cap. LXVIII.**

Et contrà non sola masculina , & feminina , ut vulgò fit , in epicœnis habenda ; sed etiam neutra : ut *manicipium* , *scortum* , *jumentum* , Græcis *πέκνον* : quod masculino quidem jungit Homerus , cum ait * , *πέκνον φίλε* : sed *ἔσθ' σύνθεσιν*. Et hæctenus quidem de Epicœnis : in quibus siquid tenebrarum erat , id me sermonis exigui faculâ pepulisse arbitror.

C A P V T X V I I .

Dubii generis appellatio improbara. Forceps tantum femininum videri. Crux, cardo, locus, humus, aliaque, utriusque olim generis.

INter regulas generales nonnulli quoque de dubiis agunt : at ordine præpostero , cum eorum genus neutiquam cognoscatur è significatione. Sed neque rectè vocant *dubia* , cum tum ea , tum quæ *communia* appellantur , utriusque generis dici debeant. Sanè dubii generis rectius dicantur *pinaster* , *spinus* , *thus* pro arbore , aliæque hujusmodi : de quorum genere meritò ambigitur. At dispar ratio est in *margo* , *adeps* , *clunis* , *anguis* , *serpens* , *torquis* , *penus* , *finis* ; ac aliquammultis aliis ; quæ cum & masculina , & feminina esse , certum sit ; quomodo dubii incertique generis commodè aptèque dici possint , non fatis video. Agnosco , eorum , quæ utriusque sunt generis , alia quidem sexu discreto pro maribus in masculino , pro feminis in feminino usurpari ; ut *parens* , *crvis* : alia verò sine discrimine isto nunc in virili , nunc in muliebri genere poni ; ut *serpens* , *dies*. Verùm hoc discrimen , cum planè accidentale sit , specie distincta genera non efficit , ac proinde communia , dubiæque quæ vocantur , non diversorum , sed ejusdem generis censeri debent.

Interim ne videar *λογομαχεῖν* de verbis solùm contendere , ac simul ut meliùs intelligar , utar deinceps receptis vocibus , ut communia , utriusque generis sint , pro naturæ qualitatè ; dubia , pro nostra voluntate : ut ea distinguit Sergius in secundam editionem Donati.

In dubiis quoque (ita ; ut dixi , cum iis nunc loqui liceat) distinguenda sunt illa , quæ oratores utroque usurpant genere , ab iis , quibus soli sic usi Poëtæ. Imprimis verò cavendum , ne passim in masculino usurpentur , quibus semel fortasse usi veteres. Nam hîc quoque habet locum illud Asconii in II Verr. *Semel vicinam est ad penè nuntio lib. 5 de quam*. Ex eodem sensu est , quod semel in vitâ Crassum risisse scribit Lucilius † . At Crassus *ἀγέλαος* † dictus. Quare & ejusmodi , quæ semel fortasse in alio inveniuntur genere , unius quodammodo generis censeri debent. Quæ verò semel sic usurpentur , quæ contrà sapius ;

† Cic. extremo lib. 5 de Fin. & Asconius in Verr. 2. † risus ex-pers.

& ex his, quo genere frequentius reperiantur in prosa; propriè pertinet ad canonas de terminatione.

Sed imprimis cautione in iis opus, quibus utrumque genus tribuunt Grammatici veteres sine autore. Quare in talibus omnino assensum sufflaminare convenit. Profectò, nisi me cum deponato illo Catulli * municipe velim,

Ire præcipitem in lutum per caputque pedesque :

non alieno forcipe dicam, quod apud Baptistam Mantuanum legere est: neque forcipes denticulati, quod est apud Hadrianum Iunium in Nomenclatore. Scio, Prisciano *forceps* esse dubii, hoc est, utriusque generis: verum tantum in muliebri invenitur genere: nisi dicere lubeat, Prisciani ævo existisse autores, qui in masculino usurparent. Sed hoc planè incertum: & ut existisse daremus, quis spondeat nobis, non fuisse è cæcis scriptoribus: uti sunt Nævius, Attius, Pacuvius, ac similes; quorum auctoritatem sæpe non defugiunt Grammatici veteres. At qui obsoletorum etiam habendam putet rationem, is dubia inter reponat quoque *crux*; quia Gracchus, Festo teste, dixerit, *malo cruce*: item *cardo*, quia *grata cardo* fuerit in Gracchi Atalantâ, teste Prisciano in VI: item *socrus*, quia apud Accium in Atreo fuit: — *Simul & præmia* *Pisæa erepta à socru possedit suo*, pro socero. Item *humus*, quia Livius, sive potius, (ut MSus meus Priscianus habet) Lævius in Adone dixerit: *Humum humidum pedibus fodit*.

Et Sempronius Gracchus in Thyeste †:

Morsit sequentis humidum plantis humum.

Item *cupressus*, *platanus*, *cervix*, *collis*, *aquila*, *fex*, *charta*, *concha*; quæ veteres quoque in masculino usurparunt, ut testatur Priscianus ‡: itidemque *ammis*, *populus*, *lembus*, *callis*, *grex*, *vesper*, *latex*, *agnus*, *crinis*, *limus*; quæ eos in feminino genere usurpassent, idem * autor est. Idemque in aliis multis faciat, quæ idem refert, ac Nonius commemorat Tit. de indiscretis generibus.

† Prisc. lib. 6, & fragmentum Censorino adiunctum. ‡ lib. 5, sub finem capituli de generibus. * ibidem.

CAPVT XVIII.

Adjectiva propriè nullius sunt generis: impropriè autem illius dicuntur generis, cui se terminatio eorum potest accommodare. Genus adjectivi substantivè usurpari cognoscitur ex genere substantivi intellecti. Quadrupes trium generum. Plenior horum explicatio rejecta ad criv. & iv, cujus propria est.

DE dubiis fatiis: præsertim quando ea, ut dixi, non ad canones generales de genere ex significatione cognoscendo; sed ad speciales regulas de terminatione pertinent. Superest, ut de iis agamus, quæ

quæ ex significatione scimus omnis esse generis. Cujusmodi sola sunt adjectiva. Quæ tamen, ut superius dicebamus, non tam ratione sui ipsorum ullius sunt generis; quàm ratione convenientiæ cum substantivo. Nec enim tam substantivum se adjectivo, quàm adjectivum substantivo accommodare debet. Accommodatio hæc minùs est aperta, quando una est terminatio: ut, *sapiens*, vel *demens vir*, *femina*, *mancipium*. Nec tamen nulla est; ut liquet, ex neutris accusativi casus, ac tribus casibus numeri pluralis. Vt, *sapientem virum*, aut *feminam*; sed *sapiens mancipium*: *sapientes viri*, aut *viros*, *femine* & *feminas*; sed *sapientia mancipia*. Apertior est accommodatio in terminationibus duabus, ut *celebris vir*, aut *femina*, & *celebre mancipium*: maximeque in tribus; ut *vir robustus*, *robusta femina*, *robustum mancipium*. Quomodo verò hæc variatio per genera fiat, propriè non est hujus loci, sed declinationis transversæ: de qua postea dicendum.

Incuriæ autem Grammaticos postulare liceat, quòd in adjectivorum doctrinà illustrem hunc prætereant canona: Adjectiva substantivè usurpata ejus esse generis, cujus est substantivum subintellectum. Quippe hoc canone semel constituto, multò plurimas, cum generalibus, tum speciales regulas, atque exceptiones, præterire licebit, quibus Grammaticorum vulgus mirificè turbat tenellas puerorum mentes. Sanè, quod suprà quoque dicebamus, de mensibus nomina ciatim tradunt in regulis generalibus, cum omnia mensium nomina naturà suà sint adjectiva, ut argumento est, quòd dicimus *Kalende Aprilis*, *Nonis Sepeembribus*, *Idus Decembres*. Nam ut *acer*, & *acris*; *saluber*, & *salubris*; sic *September*, & *Septembris*; *December*, & *Decembris*, dixere. Quare non aliam ob causam nomina isthæc masculina sint, quàm quia intelligatur *mensis*. Itidem masculinum est *natalis*, quia respicitur *dies*; *majalis*, quia intelligitur *porcus*; *oriens*, & *occidens*, quia *sol*; *torrens*, quia *ammis*; *rudens*, quia *fumis*. At *bidens* femininum, quia deest *ovis*; *volucris*, quia *avis*; *vocalis*, quia *litera*; *biremis*, & *triremis*, quia *navis*; *bipennis*, quia *securis*; *continens*, quia *terra*; *profluens*, quia *aqua*. Sed *presens* neutrum est, quia intelligitur *tempus*; *aliem*, vel *præfundum*, quia *mare*. Quin una eadèmq; vox in omni genere usurpatur, eo quòd nunc hoc, nunc aliud, atque aliud desideretur.

* 7. A. 1.

Ita Virgilius * dixit:

Saucius ac quadrupes: quia nimirum respicit vocem *cervus*. Idem Ecl. v ait: — *Nulla neque amnem*

Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbam:
quoniam in animo erat *bestia*. At Columella dicit *quadrupedia*, intelligens *animalia*. Vt lib. XI, cap. II: *Quin etiam pecus lanarum, cæteraque*

quadrupedia, tempus idoneum est castrandi. Ac alibi fimiliter : uti & Plinius. Eoque id magis obſervandum, quia Servius, ad locum ex Eclogâ v adductum, ei tantum duo tribuit genera. Sunt verò alia ejus generis multa : *de quibus in *σωτήρι* melius à nobis dicitur. Vtunque enim ea quodammodo huc poſſint referri;quodd adjectivum,ſubſtantivi induens naturam, quaſi ſubſtantivum, ac vox ſimplex cenſeatur : propriè tamen pertinent ad ſtructuram orationis ; quia adjectiva genere conveniunt cum ſubſtantivo κατ' ἐπιφάνιν intellectu. Quare de iſtiusmodi dicemus pluribus lib. VII, ſive de ſtructurâ, cap. ſexto.

CAPVT XIX.

Vbi ſpecialim agi debeat de genere nominum, quatenus ex terminatione cognoscitur. Polenta perperam ſtatui neutrum. Iulius Cæſar Strabo, poeta, & orator. Prophetæ vox & veteribus Latinis uſurpata. Τὰς ἀεθρήτας. Γεώργια. Cometes potius, quàm cometa. Sidus cometes. Pſaltes, & pſalta. Socratici chartæ, vel charti. Horatii vetus lectio adſerta. Male ſubſtantivè dici ἢ μελεῖται. Pandectæ eſſe maſculinum, contra quàm viris ſummis uſum. Adria ut genus variet. Error veteris Iuvenalis interpretis. Damna pro dama. Cur Maro dama, & talpa, prætulit genere virili.

EXcuſſimus regulas generales, de quibus antè declinationum doctri-
nam Grammatici omnes tradunt : neque hoc eorum conſilium reprobari aut poteſt, aut debet. At de parte ſpeciali, quam & ipſam plerique omnes mox generali ſubjungunt, longè ſecus ſentio : neque me vanâ adduci conjecturâ, apud eos, qui haut habent rationem præjudicii & anticipatis opinionibus mancipatam ligatamque, vel fidem fecerit, quodd genus è declinatione non minus, quàm è terminatione cognoscitur. Sanè cur *drachma* ſit femininum ; *dragma*, aut *dogma*, neutrum ; licet utrumque ſit Græcum in MA exiens : non alia eſt ratio, quàm quod illud eſt primæ, hoc tertię declinationis. Et cur *epitome* femininum, *mare* neutrum ? Nempe declinationis id facit diverſitas ? Cur *tiaras*, & *lampas* ; cur *gorges*, & *ſpecies* ; cur item *arcus*, & *decus*, non ſunt ejuſdem generis ? nempe ipſi in regulis ſuis cauſſam in diverſa ponunt declinatione. Nec hoc in iis tantum locum habet, quorum obliqui diverſimodè exeunt : ſed etiam, quæ ad nullam è quinque declinationibus referri poſſunt. Nam unde cognoscimus, *ſas*, *neſas*, *hir*, *pondo*, *grammi*, *ſinapi*, *git*, *ſrit*, aliâque nonnulla, terminatione diſcrepantia, ejuſdem, neutri nempe generis eſſe, quàm hoc ipſo, quod ἀνλιθ* ſunt ? Quare lolio eum vivere necceſſe eſt, qui

M m m

* indeclina-
bilis.

non-

nondum videt, quæ speciatim de genere præcipiuntur, haut rectè declinationibus præmitti.

In hac tamen censura Grammaticorum, utram insistamus viam, parùm interest. Nec enim hæc scribuntur illis, qui, quod dicitur, adhuc inter apia versantur; sed qui jam idonei nobis videntur, ut de magistris iudicium ferant. Quandoquidem igitur priores aliter prævivere, vestigia eorum premam: eò magis, ne li partes has de genere delam, novitate illà magis animos turbem, quàm juvem. Age igitur, exordiamur telam de iis, quæ è terminatione, sive, ut Fabius * loquitur, positione cognoscuntur per regulas speciales: in quibus vereor cum Plautino † illo sycophanta, ne face & viatico nobis opus sit in tam longa errorum serie.

* lib. 1,
cap. 4 & 5.

† *Trinummo*
Alb. 4. sc. 2.

‡ lib. 5
Met. fab. 7.
sive aut. 10.

Ac primò fallunt, fallunturque, qui *polenta* neutri esse generis suffulcire conantur hoc Nasonis †:

— *Lymphamque roganti,*

Dulce dedit, testâ quod coxerat ante, polenta.

Nam legendum,

Dulce dedit, tostâ quod coxerat ante polentâ.

* lib. 12
Adversar.
cap. 8.

Quo de loco ita Turnebus *: *Significatur κωνειον, quem Cicero vertice vocavit Ovidius in neutro genere, quod aut coctum cum polentâ fuisse. Qui enim Grammatici hic polentam neutrius generis faciunt, in pollinarius & pistoriibus potius, quàm Grammaticis, numerandi videntur.* Nimirum optimè vidit Turnebus, per *dulce* signari dulcem potum; quem anus, antequam Cereri daret, coxerat tostâ polentâ, hoc est, hordeo sive farinâ hordeaciâ. Imò eo pacto, multò ante Turnebum, hunc versum interpretatus fuerat Raphaël Regius; qui que eum secutus Ioannes Nini-vita, Grammaticorum suæ ætatis princeps.

† *Vellejus*
lib. 2, &
Suetonius in
Tulio cap.
57.

‡ *Cic. Tuscul. 5*
& 3. de O-
rat. item
Levius epit.
lib. do, &
Suetonius in
Calig. cap.
ult.

* lib. 2 & 3
de Orat. &
in Bruto,
† in Orat.
Cic. pro
M. Scauro.
‡ in Prop-
heta.

Præterea Græca omnia in T A masculina esse adserunt. Exempli huic rei firmandæ adducunt, *poëta, propheta, planeta, & cometa.* Classificorum quoque scriptorum locis hæc firmatum eunt, nisi quòd de *propheta* vocabulo ad Ecclesiasticos confugiunt, quasi eam ignorarint veteres Latini. At C. Julius Cæsar (non Dictator, sed cognomine Strabon †, Cinnanis temporibus occisus †, quem inter summos Oratores Cicero * retulit, ac Tragicum poetam fuisse, cum idem, tum Asconius † testatur) in tragœdiâ suâ, Adrastò, Festo † teste, dixit:

Tum capita viridi lauro velare imperant

Propheta, sancta castè qui purant sacra.

Sed nihil hic locus, aut firmes, causam eorum juvant; quando nec *propheta, nec poëta*, hujus sint loci; ut quæ è significatione cognoscantur masculu-

masculina, ac femina forment ποίηται, & prophetis, vel, si malis, prophetissa: quæ tamen refugiens Æschylus τὴν ἀσφύτως dixit. Sanè antiquiores maluerunt ejusmodi communi genere usurpare: ubi juniores sexum terminatione discreverunt. Neque id in hac modò terminatione, sed etiam aliis. Vt *diaconam* dixerunt ἀγκύριον: ac φυλάκισσαν maluerunt, quàm τὴν φυλάκισσα. Quorum exempla apud LXX, & SS. Patres. Sic quoque pro ἡ γαυροῦ, γάυροισα habes Iustiniani Novella CLVI.

Cometa verò, & *planeta*, κατ' ἑσπέρια masculina sunt, quia respicitur ad vocem ἀστὴρ; Nam primùm quidem κρημνίτης de viro comato, πλανήτης de homine erratico dicebatur. Sed per translationem postea sic vocati sunt οἱ ἀστέρες*: quia comati, & erratici viderentur. *stellæ. Quomodo & aliqui eorum dicti πωγωνία, & κεραλία. q. d. barbati, & cornuti. Et si igitur κρημνίτης, & πλανήτης, sunt naturà suà substantiva; ut quæ ad primam simplicium pertineant: tamen proximè abeunt ab adjectivorum naturà: quæ substantivè usurpata ejus sunt generis, cujus est substantivum intellectum. Imò & substantivum quandoque exprimitur. Vt apud Geminum lib. εἰσαγωγικῆς cap. 1: κρημνίτης πέντε πλανητῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις. Ac similiter paulo post de stationum punctis in planetis: σπριγμαὶ ἑπὶ τῶν πλανητῶν ἀστέρων. Quomodo *natalis* masculinum est, quia intelligitur *dies*; *comitens* femininum, quia intelligitur *terra*; quæ de re dicere cœpimus, cum de adjectivorum genere ageremus, pleniusque tractabimus libro de orationis structura. Illud tamen inficiari non possumus, interdum ἀστὴρ intelligi non posse: ut cum additur substantivum diversi generis per Appositionem, quam vocant. Tacitus lib. XIV Annal. Inter quæ & sidus cometes effulsit, de quo vulgæ opinio est, tanquam mutationem regis portendat. Vbi & cometes, non cometa dicitur. Eodémque modo loquitur lib. proximo. Et plurimùm profectò Latini utuntur hâc terminatione. Lucanus lib. 1:

— Et terris mutantem regna cometem.

Silius lib. 1:

Crine ut flammifero terret fera regna cometes.

Et lib. VIII.

Regnorum everfor rubuis letale cometes.

Claudiani quoque est lib. 1 de raptu Proserpinæ:

Præceps sanguineo delabitur igne cometes.

Similiter lib. de bello Getico †:

Et nunquam caelo spectatum impune cometem.

† vers. 243.

Item Panegyri de consulatu Mallii Theodori †:

— Aut tristem figat crinita cometem.

† vers. 118.

Eodémque modo dixit Tertullianus lib. de fugâ in persecutione

cap. x : *Fugerat & quidam animosus Prophetes dominum.* Ac propheten usurpat lib. de monogamiâ cap. viii. Par ratio in *Psalmes*, quo Sidorius utitur lib. viii, ep. ix. Habet & vetus tabula marmorea * : DECVRIONVM. COCCII. L. CVRAT. STRATONE. COMEDO. IBYCO. PSALTE. CHRESTO &c. Rectum tamen & *psalta*. Gloss. vett. ψάλτης, *nâblis, psalta*. Verùm sanè, ut & *cometa*, & *planeta*, excipi hoc loco debuerint; de quo non magnopere pugnabo, cum vox ad quam respicitur, Græca sit, eoque Græcè nescientibus ignota : at quid dicent de *charta, catapultâ*, atque aliis, quæ & Græca sunt, & in TA definiunt, & nihilominus feminina? Quare quantò meliùs super hujuscemodi nominum genere scripsere antiqui ! quod ut magis pareat, unâ operâ novellis doctoribus, tum doctissimum Varronein obducere visum, tum priscum & nomine, & fide, Grammaticum; Priscianum dico, cujus hæc verba lib. vii. *Varro de linguâ Latinâ ait, talia ex Græco sumta ex masculino in femininum transire, & A literâ finiri : ὁ κοχλίας, hæc cochlea; ὁ χαίτης, hæc charta; ὁ γαισάπις, hæc gaisâpa.* Charta tamen Lucillius sat. xxvii in masculino usurpavit more Græcorum : si genuina hæc apud Nonium † lectio est : *Voi nunc Socratici chartæ?* Mirum verò summum virum putare, Horatium similiter in Arte scripsisse :

Rem tibi Socratici poterunt ostendere chartæ.

† in Char-
ta.

Etsi enim Horatius Lucilium imitetur quandoque in satyra : non tamen ita κακόζηλον † fuit, ut *meus charta* diceret; idque eâ in epistolâ, quâ Pisones juvenes docet artem poëticen. Sanè si hoc esset; in aliquo codice sic legeretur, vel olim saltem lectum fuisse, sciremus ex interprete ejus veteri, vel Nonio, aut Prisciano; vel alius veterum Grammaticorum rem tam miram, & insolentem, verbo attigisset. Ut mittam, quod ne satis quidem liquet, ipsene ita scripserit Lucilius. Nam in Aldina Nonii editione, atque etiam in MSSis, non *chartæ* est, sed *charti*. Sæpe etiam Nonius aut corruptâ lectione deceptus, aut mentem veterum non est adsecutus.

‡ malus &
infelix affe-
ctator.

Sed de *chartæ* vocabulo abunde. Ad alia venio ejusdem monetæ : ut ὁ μαργαρίτης, hæc *margarita*; ὁ κατὰπέλτης, hæc *catapultâ*; ὁ μανδραγόρας, hæc *mandragora*; ὁ παρασάγγης, hæc *parasanga*; ὁ πείρας, hæc *tiaira*; ὁ μέλητος, hæc *metreta* : de quo vulgarem Lexicographorum errorem, ἢ μέλητι scribentium, optimo jure taxat Leopardus lib. xv, cap. xxiii. Similiaque *balista, catarracta, crypta, catasta*. Sed dubitatur de voce *pandecte*. Vulgò quidem muliebre putatur : imò & à Budæo annotat. in Pandectas scriptum est : *Cum essemus Florentie Pandectas Pisanas, quas archetypas esse putant, in palatio vidimus.* Et mox : *Hæc si diebus aliquot*

aliquot otiose nobis tractare licuisset. Verùm Antonius Augustinus *, Adolphus Mekerchus †, & Henricus Stephanus ‡, contendunt, esse generis virilis, eò quòd Græcè sit οἰ πανδέκτῃ: iisque assentit Andr. Schottus observat. Hum. lib. II, cap. XVI. Et sanè etiam Cujacius ipse tandem *Pandecta Florentini* coepit scribere. Pro vulgata verò sententia adversus hos pugnat Isaacus Casaubonus Castigationibus in librum quintum Strabonis, & Obertus Giffanius, in Observationibus L. L.

Ac Casaubonus quidem femininum esse contendit, eo quòd Græca in ΑΣ, vel ΗΣ, cùm apud Latinos in A definunt, fiunt feminina, juxta regulam Prisciani, quam antea attulimus. Sed hunc canona tum tantum verum esse existimo, quando in vocabulis non intelligitur aliud nomen, unde suum genus accipiunt. Talia sunt, quæ adfert Priscianus; quæque iis superiùs addebamus. At ratio est dispar, quando κατ' ἑσπνοίαν respicitur aliquod substantivum: uti fit in παλανήτης, & κομήτης; in quibus intelligitur ἀστὴρ. Ac hujusmodi quoque est πανδέκτῃς, ubi intelligitur λόγος*.

Quare Latinis etiam masculinum erit. Similiter de *Etesis* judicamus, quia in ἑτησία † respicitur substantivum ἄνεμοι ‡. Aristoteles, sive alius potiùs, lib. de mundo:

Τῶν ἀνέμων, οἱ μὲν χειμῶν, ὡσαυτὸς οἱ Νότοι, διωαυθόντες. οἱ ἤ θέρους, ὡς οἱ ἑτησία λεγόμενοι. *Ventorum alii quidem pollent: hyeme, ut austris: alii æstate, ut Etesis qui dicuntur.* Itaque & rectus ejus Latinis non tam *Etesia* est, quàm *Etesias*. Plinius lib. XVII, cap. XXXIV de aquilone agens: *Mollis sidera æstate mediâ, micatque nomen, & etesias vocatur.* Non *Etesia* inquit, sed *Etesias*. At nomina primæ in AS, & ES, semper generis sunt virilis. Quare & *Pandecta* puto esse à *Pandectes*: ut simile sit istis *cometes*, *planetes*, de quibus antè dictum. Ita etiam terminatione discernetur à femininis: ut femininum *tiana* à masculino *tianas*. De *ornithis* verò idem, ac de *etesis*, judicium esto. Idem scriptor libri de Mundo: Οἱ ἤ Ορνιθία καλέμενοι, ἑαυτοῖς πνευ ὄντες ἄνεμοι, βορέαι εἰσὶ τῶν γένεθ. Vbi apud Appulejum: *Ornithis vermi appellatur Aquilonum genus, ære profati.* Sic enim legendum, non *prolati*; quod monitum Clarissimo Bonaventuræ Vulcanio, præceptoris in adolescentia meo. Qui & pro *vermi* ex MSO *venti* malebat, & apud Aristotelem ἀέροι pro ἑαυτοῖς.

Hadria pro urbe femininum est, pro mari masculinum. De Urbe est hoc Silii in VIII: *Hæmectata Vomano Adria.* Et Iustini lib. XX: *Hadria Illyrico mari proxima, quæ & Hadriatico mari nomen dedit.* De mari illud Horatii lib. III, od. III: *Dux inquieti turbidus Adriæ: & od. IX. — Improbo Itacundior Hadriâ.* In causâ est, quia respicitur *finis*. Vnde Græcis οἰ Ἀδρίας κόλπῃ. Strabo lib. V: Τῶν Ἀδρίας ἑτη-

Φανή γυέδξ πόλιν Φασίν • αφ' ἧς ἢ τῆνομα τῷ κέλπῳ γυέδξ τῷ Αδείῳ ;
 μικρὸν μετώρεον λαβόν. *Atriam illustrem fuisse urbem ajunt : à quo & si-*
nui nomen dantur Hadrie, exiguâ factâ mutatione. Ac similiter κέλπῳ
 Αδείας dicitur Stephano in Αδείῳ. Ac fluvius quoque, sive portus
 ejus urbis, ὁ Αδείας : teste eodem Stephano, item Ioanne Tzetze in
 Chiliad. ac Isacio Tzetze in Lycophr.

Dubito, an attingi etiam mereatur ridiculus error veteris interpre-
 tis in illud Iuvenalis sat. x :

Frangendus misero gingivâ panis inermi.

Ad quem locum ita vett. glossæ à Pithœo editæ : *Notandum mascu-*
lino genere dixisse, ut hic gingiva. Atqui bullâ mihi dignissimus videatur,
 qui sententiam esse non videat ; homini misero panis est frangendus
 gingivâ inermi, quia ei dentes jam exciderint.

Advena, avriga, & indigena, non sunt communia, ut suo loco osten-
 dimus. Nec *convivia* commune esse, adstrui potest, præterquam uni-
 co Pomponii *, casci scriptoris, loco. *Talpa & dama* (pro quo libri
 veteres *damma*) à solo Marone in masculino usurpantur, idque ἡ με-
 τωπλασµὸν : atque inde est, quòd Charisius inter barbarissimos genere
 commissos poetæ illud reponat † :

Cum canibus timidi venient ad pocula damne.

* lib. 1.
 epist. 39.

† Eccl. 8.

‡ ad locum
 citatum.
 * Georg. 1.

Sanè non dubitat Servius ‡, quin *timida* fuerit dicturus, nisi refu-
 gisset ὁμοιοτέλειον. Idem judicandum puto de illo ejusdem * :

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Nam & hîc si *captæ* dixisset, fuisset ὁμοιοτέλειον : cujusmodi leno-
 cinia inminuunt heroici carminis majestatem.

C A P V T X X

Πάχα Græcis ἀλλίλον, Latinis primæ potius declinationis, quàm tertie, utri-
 que neutrum. De origine vocis deceptos Tertullianum, Lactantium, Am-
 brosium. Hebræum esse, sed flexu Chaldæo. Φασίκα. Interpret Παράλιπ-
 μένων alius est ab LXX. Manna neutrum, pro cibo Israëlitarum in deserto.
 Manna, pro micis thuris. Glossæ vett. semel & iterum correctæ : mi & in-
 terpres veteris Iuvenalis. Manua.

ATque hæc origine vel Latina sunt, vel Græca. Videamus nunc de
 Aiiis, quæ ab Oriente accepimus.

Pascha Hebræis, & Chaldæis, masculinum est, non neutrum : quo
 genere utrique destituuntur. Græcis Latinisque nihilominus neutrum
 est. Sic LXX semper τὸ πάχα, & τὸ πάχα. Quomodo & Ioann. cap.
 11. ἐν τῷ πάχα : & Nazianzenus orat. XLII, μετὰ λαμβάνειν τὸ πά-
 χα*.

αα *. Angustinus ad liter. Petil. Donat. lib. II, cap. XXXVII: *Aliud est pascha, quod adhuc Iudæi de ove celebrant: aliud autem, quod nos in corpore & sanguine Domini accipimus.* Nec id de pascha tum tantum dictum velim; cum tertiæ est inflexionis, inque obliquo *paschais* facit: sed etiam quando primæ. Sanè apud Tertullianum legas, *sollemnibus* † *paschæ*: & in † *paschæ jejunare.* Idem tamen *, *Cur pascha celebramus in antmo circulo in mense primo?* Imò jungit ista lib. adveri. Iud. cap. x: *Hanc sollemnitatem diei hujus, id est, paschæ azymorum, cum amaritudine manducavitnos præcanebat: & adjecit, pascha esse Domini, id est passionem Christi.* Aulonii quoque est epist. XI, quæ ad Paullum:

Instantis revocant quia nos sollemnia paschæ.

Idem tamen epist. prox. ad eundem:

Nos etenim primis sanctum post pascha diebus

Avemus agrum visere.

Etiam B. Ambrosius libellum suum inscripsit, *De mysterio Paschæ*: eumque ab iisdem verbis orditur. *Paschais* pro eo nunc magis obtinet: quomodo inter cæteros jam olim Eligius Noviomus, qui anno 10LXV obiit †, homil. IV † de cœna Domini, scripsit: *Suo paschate, id est transitu ex hoc mundo ad Patrem, nos de vitio ad virtutem, de terrenis ad cœlestia, de caducis ad æterna transire docuit.* Sed rectius Tertullianus, & alii, *paschæ* inflectunt. Nec enim, cur in tertia uterentur, aliud in causa est, quàm quod existimarent, verbale esse à *πάσχα* *, eoque declinationis esse ejusdem, ac *enigma, dogma*, aliæque verbalia à Græcis accepta. Hoc sanè etymon amplexus Tertullianus, & quidem, quod factum nollem, eo libro, quo disputat contra Iudæos. Idem sequuntur Lactantius Divin. Instit. lib. IV, cap. XXVI, Ambrosius de mysterio paschæ cap. I, atque alii. Atque *πάσχα* non Græcum est, sed Hebræum: ut optimè monitum B. Hieronymo, de celebratione paschæ. Hebræis enim *transitus* dicitur ^{נֶפֶשׁ} *Pesach*, ut vulgò quidem corruptè pronunciant: vel potius (cum Hebræi careant P Latino, ac Π Græco) *Phefach*. Sed ut ex *Tharach, Thare*; ex *Corach, Core*; ex *Iephthach, Iepthe*: ita ex *Phefach* fuerit *Phefè*, pro quo *Phafè* lectitabant: uti pro *Phefach, Φασέχ*. Chaldaicè * addito, ^{פֶּשַׁח}, *Phafcha*; quomodo & Hierosolymitani pronuntiabant. Græci, mutata adspiratione in tenuem, *Πάσχα* extulere. Quod legere etiam apud Philonem: semperque apud LXX in libris Mosaïcis. Vti & Ios. V, 10, 11, & IV Reg. XXI, 21, 21. Esa. VI, 19, 20. Ezech. XLV, 21. At in II Paralipom. cap. XXX, & XXXV, crebrò pro eo est *Φασέχ*: nec unquam *πάσχα*: quod argumento est *Παραλιπομένων* libros esse aliis interpretis, quàm Pentateuchum. Vbi toties in Exod. Lev. Numer. Deut. *πάσχα* legas,

nec

* participem esse paschais.

† lib. 2 ad Vixorem cap. 4.
† de jejuniis adversus Psechicos cap. 14.
* ibidem.

† Sigebertus in Chronicis.
† in bibliotheca Patrum tom. 2. edit. 2.
* patior.

nec aliter unquam. Et firmat hanc sententiam, quòd Theodotio pro *πάχα* soleat scribere *φασίχ* : ut est apud Theodoretum Quæst. in Exod. Hæc pluribus sum persecutus, ut liqueret, *πάχα* esse Hebraum, sed formâ Chaldaicâ deflexum, ac Græcos quidem declinare τὸ πάχα, ἔ πάχα : Latinos autem hoc *πάχα*, huius *πάχæ*.

Eodem modo in *manna*, מן, Chaldaicâ formâ מ additur ad Hebraum מן, *man* : ac cum Hebræis & Chaldæis sit masculinum : Græcis hoc quoque, & Latinis, est neutrum. Exod. xvi, 35. Εφαγεν * τὸ μᾶν ἔτη τεσσαράκοντα. Num. xi, 7. τὸ τ' ἡ μάννα, ὡς ἀέριμα κρηία. Ac similiter Deuter. viii, 3 & 16. Ios. v, 12, & alibi. Etiam Ioh. vi, 31. ubi Nonnus reddidit :

Μάννα † πολυκλήρισον ἐξηγήσω σοι τοκῆες.

Quare *caeleste manna* dicemus, non *caelestem mannam*, ut plerique.

Atque hæc de eâ mannæ significatione, quâ in sacris accipitur literis. Præterea autem signat, quas *thuris micas* vocat Columella *, *pollinem thuris* Scribonius Largus non uno loco, *minutum thuris* Iuvenalis sat. ix :

O parvi nostrique lares, quos thure minuto,
Aut farre, ἔ tenui soleo exornare coronâ.

Vbi vetus interpres : *Thuris minutum manna* vocant. Gloss. Arabico-Latinæ : *Manna pulvere turis*. Malim in auferendi casu, *Mannâ pulvere turis*. Sic *μάννης* vocabulo usi Dioscorides lib. i, cap. lxxxiv, edit. Sarraceni : sed 83 ed. Ruellii, & Galenus lib. iv 7 ἔ τὸ πύς. Existimare autem aliquis possit, esse eâ significatione neutrum, allatum ob locum è Iuvenalis scholiaste antiquo. Sed enim Plinius aliter lib. xii, cap. xiv. *Micas* (thuris) *conculsum elisas mannam* vocamus. Quare *mannam* apud scholiastem illum malim. Nam, ne de Plinii loco dubitemus, librorum vet. consensus facit.

Nec dubium, quin si *manna* etiam designat fœni manipulos, eisdem sit generis. Idem enim scholiastes ad illud Iuvenalis sat. viii, — *Atque maniplos soluet* : *Manna*, inquit, *fœni*. Quamquam verò in vet. etiam glossis legatur, *Manna*, δέσμη : utrobique tamen *manua* censo legendum. Nam & gloss. Cyrilli, Δεσμῶμα, *manipulum manua*, *dragma*. Et glossæ Isidori : *Manua*, *manipuli*. Vbi, ut plurale plurali reddatur, *manua* rescribo. Favet quoque ἔτυμον. Nam ab eâdem origine *manipulum*, & *manuam* dixere.

Mamona masculinum est, etsi Lucæ cap. xvi, vers. xi, Theod. Beza vertat *veram mammonam*. Melius alii, *verum*. Nam in linguâ Aramæâ, quâ Christus usus, masculinum est. Etiam *Mammonam improbum* dixit Ambrosius in Lucam. Idem liquet ex terminatione recti *Mamonas*, vel *Mammonas*. Nam gemino M scribitur ea vox apud Matthæum, unico

* Comedunt mannam annis quadraginta.

† manna vero, ut semen coramini.

‡ Manna vulgo celestium speciarum pariter.

* lib. 6. cap. 30.

unico apud Lucam. Recto usus Tertullianus libro de fuga in perfectione cap. XII : *Si non possumus Deo servire, & Mammonæ, possumus & à Deo redimi, & à Mammonâ ? Quis enim magis seruiet Mammonæ, quam quem Mammonas redemit ?* Vtitur & lib. IV contra Marcionem cap. XXXIII. Nempe Hebræis est *Mamon* : Chaldaicè *Mamona*, Græcè *Mammas* : ut *Satan, Satana, Satanas*. Significare *præfectum*, existimabat Cælius Calcagninus in Epistolicis Quæstionibus *. Sed falsus ille. Meliùs Clemens lib. IV Στωμ. vertit *φιλαργυρίαν* : & Hesychius, *Μαμωνᾶς, θεοκυρὸς πλεονεξίας*. Item Hieronymo, cui est *πλάττω*, sive *divitiæ*. Vide eum in cap. VI Matth. & epist. ad Algasiam quæst. VI. Augustinus lib. II de sermone Domini in Monte ait, Pœnis similiter notare *lucrum*. Quod & scribit in Quæstionibus Evangelii ; atque addit, vicinas esse linguas, Hebræam, & Afram : quod ignorare non potuit, qui Tagastæ in Numidia esset natus, Madauræ & Carthagine esset literis imbutus, Hippone Regio presbyter fuerit ; atque annis quasi xxxv r episcopus.

* lib. I.
epist. 39.

CAPVT XXI.

De exentibus in E, vel I. *Bubile pro pascuo. Lambini lapsus. Melo in ablativo. Pelage. Cete, & ceti. Gummis, vel commis. Plauti veraletio indicata. Scelera sinapis, pro scelerata. Homo scelerus, & scelerum caput. Charisii lapsus.*

IN E planè eodem se habent modo, atque nomina in A. Quanto igitur latius fuisset, conjunctim ea hoc pacto complecti ? Singularia in A, vel E, si primæ sint declinationis, feminina sunt : si tertiæ, neutra. Pluralia in alterutram vocalem meram desinentia, neutra sunt : at quæ utrâque, hoc est, diphthongo Æ, terminantur, sunt feminina.

Ovilè, & bubile, adjectiva sunt, quæ neutro accipiuntur, quia intelligitur *stabulum*. Ea causa est, cur mutato genere dixerit Plautus Persa † :

Enim metuo, ut possim in bubilem rejicere, ne vagentur.

Vbi per *bubilers* puto signari, non *stabulum*, ut censet Lambinus ; sed *pascuum*, ac respici ad vocem *agrum*. Sanè antecesserat versu proximo :

Emitte fodes (boves) ne eneces fame, sine ire passum.

Atque ut *stabulum* signaretur, non tamen id adverbaretur ei, quod de genere dicebamus. Nam ut in *bubile* subauditur *stabulum*, ita in *bubilis* intelligatur *caula*.

† Act. 2. Sc.
Paratum
jam esse
dicit.

N n n

Nec

Nec eo leviter peccant, quòd *mele* reponunt inter illa, quæ tantùm in plurativo inveniuntur. Nam *cete* quidem, & *tempe*, quæ contracta sunt ex κήτεια, & τέμπεα, apud Latinos in solo inveniuntur plurativo etiam Genitivo apud Ælianum lib. 3, Var. Hist. cap. 1. semel iterumque τῶν πεμπῶν: ut apud Maronem Æn. v.

Tum variæ comitum facies, immania cete.

* epist. 14.
lib. 4 ad Ar-
ticum.
† in editione
veterum
poematum
ac epigram-
matum à
P. Pythæo
procurata.

Et Georg. II. *Frigida tempe.* Et apud Tullium*, qui Græcam retinet scripturam: *Reatini me ad sua τέμπεα duxerunt.* Pro quo *tempea* est apud Solinum in Pontico †:

Vos quoque, qui resonò colitis cava tempea cætern.

At in *mele* contrà fit, quod apud Latinos in singulari etiam declinatur: non hoc integro tamen, cum destituatur genitivo, dativo, & ablativo. Nec enim morari convenit autorem carminis de Pascha sive de Resurrectione, quod vulgo Lactantii Firmiani esse creditur, cum sit Venantii Fortunati: in quo legere est,

Fisque repercusso dulcior aura melo.

Est autem hoc major oscitantia Grammaticorum in *mele*, quòd ipsi, quando ad nomina in O S devenerunt, quasi sui obliti, *melos* reponant inter neutra. Sanè qui *mele* hîc adjecerunt, pari, aut majori jure *pelage* addidissent; quo usus Lucretius lib. v & vi. Nam iridem ex πελάγια est πελάγη. De quo postea. At erit credo, qui nec *cete* hujus loci existimabit, quia ut *melos*, & *pelaagus*, ita & *cetus* dicant Latini. Verùm dispar hîc ratio, quia à *cetus* in plurali fit non *cete*, sed *ceti*; quomodo *cetos* legere est apud Plinium lib. xxxi i, cap. i.

De duabus primis vocalibus diximus: de cæteris videamus.

Fortasse aliquis ambigat, num singularia in I semper neutra & aptota sint, eò quòd apud Columellam lib. xii, cap. l legere sit: *Existimariisque satius esse, nova dolia liquidâ gummi perlucere.* Et mox: *Serias crasiâ gummi liverum.* Sed nihil hoc adversus vulgarem regulam, quando *gummi* utrobique ablativus est à *gummis*, quod femininum est. Vfus idem Columella: *Talis materies, qualis gummis.* Nonii hâc de re locum ita emendabat Paullus Leopardus lib. xviii, cap. xxx. *Gummi*, (ita Nonius scribit Græcorum more, qui κόμμι dicunt) generis neutri, ut est usu μονοποιον. Tamen femininum *gummi*, ut Alpinaque *gummi*; ut sit genitivus ejus hujus *gummi*: ut *puppis*, *sebris*, *pelvis*. Pari ratione, & in neutro dicimus *sinapi*, & in feminino *sinapis*: quo in gignendi casu usus Plinius lib. xxviii, cap. xi. *Laudatur & fel, & simitum, cum sinapi pari modo illitum.* In recto autem usurpat Columella lib. x:

Seque laceffenti fletum factura sinapis.

Et

Et Plautus Pseudolo * :

Teritur sinapis scelerata cum illis, qui terunt.

Priusquam structure, oculi ut exstillent, facit.

* *Ab. III.*

*Sc. Forum
coquinum.*

In vulgatis est, *sinapis scelerata*. Sed veteres *scelerus* dixere pro *sceleratus*. Atque id cum metrum hoc loco flagitat, tum genuinum esse testatur Servius P. Danielis in IX Æn. ubi inquit : *Funera pro funesta, ut homo scelerus, sicut scelestus, vel scelerosus dicebatur. Plautus in Pseudolo : Teritur sinapis scelerata. In eâdem : Nunc jube venire Pseudolum, scelerum capus. id est scelestum.*

Porro cum & Columella, & Plautus, in nominativo ipso *gummis*, & *sinapis*, dicant : errasse liquet eos, qui, Charisio teste, voluerunt, *gummi* & *sinapi*, contra naturam nominum in I, esse diptota, ac genitivo in IS desinere; cæteris verò casibus non variare terminationem. Quod verò hoc loco, quasi de compacto affirmant Grammatici, *frugi, nanci, nihili, mancipi, adjectiva esse, & aptota*; id aded fœdum est, ut nulli Africæ portento monstrositate concesserit. Quippe nullum eorum vel adjectivum est, vel ἄνωλον; ut cognoscere erit ex iis, quæ dicturi sumus, cum in casuum doctrinâ agemus de illis, quæ casu aliquo deficient.

Neutrum similiter *zingiberi*, pro quo & nunc libri genere *zingiberis* dicitur. Pervulgatum pro eo *zingiber*: sed semibarbarum. Vide quæ de eo diximus lib. I de vitiis sermonis cap. XII.

C A P V T X X I I.

De terminatione O, Verrepæus, & Caucius excussi, ut inde conjectura de aliis fiat. Vnio, pro genere margaritæ, virile: pro concordia, Latium non est: ac invenitur pro cepæ genere, & eo, quod Græcis μωνάς. Nec Latina sunt albedo, & nigredo, Pugionis etymon. Εγγελαίδιον pro pugione. Unde ditio, portio, superstio. Optionis triplex acceptio. Postulio. Sortio. Rebellatio, an rebellio, dicendum. Talio unde dicta, & cujus generis. Arrabo quandoque muliebri, sapius virile. Sola, vel fera bubo. Margo plena. Terminatio Y socianda non tertia, sed quinta vocali.

IN nominibus in O non minùs turpiter se dedere, cum veterum aliqui, tum juniores, & melioris quidem notæ: inque his, qui magnæ apud multos dignationis, Simo Verrepæus, Sylvæducis Collegii Pontificii canonicus, & gymnasii præfectus. Is Ninivitam Despauterium in pauciora constrinxit, bonoque judicio, quod negari non debet, plurimis in locis castigavit, inque Belgicæ scholis passim

regnat, jam ab eo tempore, quo Mechliniensis provincialis Synodi auctoritate ac decreto constitutum (id anno fuit C15 15 LXX) ut Nivivita in compendium contractus, Alexandro à Villa Dei, cæterisque rejectis, solus in scholas reciperetur. Quare utcunque minuti animi videatur, cum Grammaticis nuperis conflictari, eorumque præcepta ad vivum recitare: quia tamen non inutile est scire, quàm parum fidei plurimis eorum sit habendum; tædium hoc in quarta vocali terminatis devorabo: unde liquebit, quàm incuriosè se gesserit, qui curà atque industrià prope omnes post se creditur reliquissè. Initium inde faciam, ubi hunc Grammaticum non omnino ratio fugit. Vti quòd *unio* pro margarita masculinum esse ait. Nam ita usus Plinius lib. IX, cap. xxxv: ac Solinus cap. xx. eoque non Grammaticus ille, sed doctissimus Ioachimus Vadianus lapsus est in epitome suâ trium orbis partium, ubi Arabiam describit. Hic scribere non dubitat: *Altera illa unio, quam dictator Cæsar Serviliæ emittit.* Sed in illo operæ parcere potuit is, quem dixi, Grammaticus, quòd addidit, *unio* pro concordia esse femininum. Nam eà in significatione nunquam usi scriptores ævi melioris. Scio, in glossis Cyrilli *Ενῦμαι* exponi *unior*: scio quoque, apud Appulejum in XI legi, *unita ratio*, & *lumine uniti*. Sed ne *unire* quidem apud priores lego, verùm *adunare*, quod apud Plinium. Nec ab *unire ἀναλόγως* sit *unio*, sed *unitio*. Quare *unio* non sit *ἑνωσις*, ab *unire*; sed *ἐνώτης*, ab *unus*. Atque ita reperio apud Tertullianum lib. I adversus Marcionem cap. IV. *Sed & alterius formæ reges, qui singulares in unione imperii præsumunt.* Vbi *unio* non societatem notat, sed *μοναδα*. Quare rectius Verrepæus *unio* unitatem, quàm concordiam interpretaretur. Sed quod femininum ait, id nec è loco hoc Tertulliani colligi potest, cum appositum sit nullum. Etiam *unio* Latinis *σκόροδον μονοκέφαλον**: ut ex Columella † constat. Non dubito, quin ejusdem sit generis, ac *unio*, pro margaritæ genere. Interim deest veterum auctoritas. Idem Verrepæus in DO & GO feminina esse ait: rectè: at exempla virginis *albedinis* & virginis putidè usurpat. Nam *virgo* ad regulam generalem pertinet: *albedo* & *nigredo* (et si prius illud etiam apud Sulpitium Severum ‡ legatur) Latina non sunt; sed *albor*, *nigror*, *nigrutia* vel *nigruties*. A femininis verbalibus excipit *pugio*. Certè & Festus sic dici ait, quia *eo punctim pugnetur*. Verùm quid si dicamus, non à *pugnando* venire, sed à *pugno*? nempe quòd commodè *pugno* comprehendere queat: quemadmodum & eandem ob causam à Græcis *ἐγχεῖδιον* appellatur. Sanè ad hanc enchiridii significationem alludit Erasmus, cum libello aureolo nomen fecit, Enchiridium militis Christiani. Idem Verrepæus, cum duo fecisset genera

* cap. uno
constans ca-
pita.

† lib. 12,
cap. 10.

‡ lib. 1, hi
stor. sacra.

genera verbalium in IO analogæ, quæ à supino veniunt, & anomala, quæ aliunde descendunt: rectè prioris generis esse ait, *ambitio*, *oratio*, &c. At ineptè posterioris generis facit *communio*, *ditio*, *portio*, *sedutio*, & *superstitio*. Nam partim ea non sunt verbalia, sed denominativa: partim verbalia quidem, sed quæ similiter veniant à supino. Prioris generis est *communio* à *communis*, & *ditio* à *dis*, quo pro divite usi Terentius, Cicero, alii: ac Belgæ quoque ditionem eodem modo **een rijk** appellant: nisi per *c* malis *dicio*, ut in glossis Philoxeni, ac Cyrilli scribitur; quomodo **δὸν τ' δίκης** fuerit. Nec *portio*, unde *proportio*, est à *partior*, unde *partitio* foret; sed à *pars*, quasi *partio*. Unde τὸ Πηλεάδων μέρος ab interprete veteri Luc. xv, 12, item in glossis vet. *portio* exponitur. In *sedutio* quoque, ratione posterioris partis, non minùs est *ἀναλογία*, quàm in *reditio*, *ambitio*, & similibus. Vt D insertum in *reditio*, inque *ambitio* B, ex vulgari opinione (verius esse ab *ambe* ex ἀμφί, alibi ex Varrone ostensum) ita & D insertum in *sedutio*. Solum distant, quod *reditum*, & *ambitum* dicimus, *seditum* non dicimus. *Superstitio* etiam vel verbale non est; sed denominativum à *superstes*: vel verbale si fuerit, analogum erit, quia ut à *statum statio*, ita à supino verbi *superstare* erit *superstitio*. Prius placuit Ciceroni lib. 11 de nat. Deorum: *Non enim philosophi solum, verum etiam majores nostri superstitionem à religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur & immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, supersticiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit.* Sed verisimilius videtur, esse à *superstare*; quod nec Servio displicet in VII1 Æn. Verùm causam perperam adfert. Censet enim sic dici, quia à cæli regionibus, ut Lucretius * loquitur,

* lib. 1. v.
65.

Horribili S V P E R adpectu mortalibus I N S T E T.

At si, *superstitio*, ut Servius ibidem definit, est *inanis & superfluus timor*: absque dubio sit à *superstare*, hoc est, superesse, sive superfluum ac nimium esse.

Quemadmodum autem ista malè censet esse verbalia anomala, quæ vel denominativa sunt, vel verbalia analogæ: ita quæ verè verbalia anomala sunt, hoc est aliunde, quàm à supino veniunt, præterit non pauca. Nam ut *legio*, *regio*, *concio*, excipit, quia formentur à præsentī: ita excipi etiam oportuit, *usucapio*, *religio*, quod à *religo*; *contagio*, quod à *rango*, unde *ragax*; *alluvio*, quod ab *alluvi*, ut à *fluvi* pro fluxu *fluviis*; à *pluvi*, *pluviis* & *pluvia*. *Optio* etiam, et si per generalem regulam masculinum cognoscitur, cum pro † *accenso* accipitur, hoc est, ministro centurionis aut decurionis, itémque cum generatim pro *adjuvatore* ponitur; quomodo Plautus *Afinaria* † ait:

† Varro lib. 4
de L. L. &
lib. 3 de vita
pop. Rom.
Festus, No-
minus, Veger-
tius lib. 2,
c. 7.
† A. B. 1.
Sc. 1.

N n n 3

Tibi

Tibi optionem sumito Leonidam ;

Fabricare quid vis, quid vis comminiscere :

tamen semper femininum est, cum significat *ἐπιλογῶ*, ut in veteribus glossis exponitur : hoc est, optationem, sive eligendi facultatem : unde Plautus in Casinâ * :

Optio hæc tua est ; utram harum vis conditionem accipe.

Postulatio quoque (quæ sacrorum vox est à Varrone , ac Arnobio , usurpata) huic planè geminum est ; cum & ipsum veniat à præsentī , ut *optio* , *religio* , ac fortasse *fortio* : quomodo in exemplari Longobardicis literis exarato Hieronymus Ferrarius scribi ait ; idque non modò Philipp. III : sed in omnibus Ciceronis locis , quibus codd. vulgati habent *fortitio*.

Adhæc malè præterit nonnulla in *io* à nominibus venientia. Nam excipi oportuit *perduellio* , quod à *perduellus*. Item *rebellio* , quod à *bellum* : uti à supino *rebellatum* *rebellatio*. Quod verbum improbabat Suetonius , ac *rebellio* pro eo dicere jubebat, teste Servio in XII ÆN. Vfus tamen altero Val. Max. lib. VII, cap. III. Sed scriptor is non aded verborum est curiosus , quæ interdum accipit à vulgo. Quid quòd Verrepæus etiam *salio* præterit ? Nec enim verbale dixerit , cum veniat à *sale* , quia tale quis patitur , quale fecit : unde Harmenopulo † *πρωτοπάθεια* dicitur. Muliebri autem id esse , ostendit Gellius lib. XX, cap. I. *Acerba*, inquit, *salio*. Apud Tertullianum tamen legas lib. IV adversus Marcionem, *Talione opposito*. Sed hac parte potior Gellius.

Præstò quoque exemplis nominum in O infercit Verrepæus. Verùm id non nomen est , sed adverbium. Quippe eadem ratione dicitur *coram adesse*, & *præstò adesse*. Virgilius † :

— *Coram, quem queritis, adsum*

Trojus Aeneas, Libycis ereptus ab indis.

Terentius Eun. * *Vbi est frater ?* CH. *Præstò adest*. Si tamen nomen est, adjectivum fuerit : de quibus agere non est hujus loci. Quis facile putasset , tot hætenus mendis oblitum esse opus, quod toties recoctum , annoque ab editione primâ vigesimo summam accepisset manum : præterea & à Belgis passim in Scholis enarraretur , inque celebres Germaniæ scholas & Academias jam esset receptum : ut ipse auctor † gloriatur ?

Fortasse autem persuadeat sibi quispiam meliora de Antonio Caucio , vel quia illustri aded eum elogio dignatus est , Belgicæ ocellus , Iustus Lipsius. At is quoque nihil profectò , nisi ollas lippit. Nam *superstitio* , *divio* , *communio* , *portio* , aut verbalia ei sunt , aut feminina non sunt. Propè piget referre , quòd si ipsi Plantinianæ editioni fides ,

* Sc. Qui illum dii omnes deaque perdant.

† lib. 6. III. 6.

‡ I ÆN.

* Act. 5. sc. III.

† præfat. lib. 2. sive etymologia.

caro & *grando* ei sunt verbalia in *ro* : quod sanè fateor non imperitiæ , atamen insignis oscitantia signum est evidentissimum. Et tamen talia ille , cum quæ in gratiam Holfatiæ Principum antè scripserat , ad incudem , ut ipse agnoscit , revocata , serenissimo Daniæ regi conferret. Et cur idem præterit *pondo* ? Neque enim regulam sequitur : sed neutrum quidem ac singulare est , cum pro *ponderare* accipitur ; ut Livii illo lib. *iv* : *Corona aurea libræ pondo*. hoc est , pondere. At plurale cum *libram* significat. quomodo Fabius lib. *vi*, cap. *iv* : *Torquem aureum centum pondo*, hoc est , librarum. Dicas fortasse , istiusmodi rectius comprehendi generali regulâ , quâ dicatur , ἀκλίτῃ * omnia * *indeclina-*
esse neutra : ut , *fas*, *semis*, *hir*, *pondo*, *mille*. Sed si verum est , quod *bilita*.
ajunt , regulas generales tantum eorum esse , quorum genus è significatione cognoscitur : sanè de ἀκλίτῃs universè in regulis generalibus præcipi nequit. Vel si generatim hoc tradendum putant , oportuit eas generales regulas definire , quibus ex significatione , vel declinationis defectu , genus cognoscitur.

Nec fatis mirari possum , apud Grammaticos altum adeò silentium esse de voce *arrhabo*. Nam licet ἀρρᾶβων Græcis sit masculinum , ut apud Apostolum epist. *ii* ad Corinth. *i*, *22* : apud Latinos tamen est dubium. Feminino usus Varro lib. *iv* de *L. L.* *Arrhabo sic dicta , ut reliquum reddatur*. Ita ab Aldo quoque editum , & in Romanâ Ant. Augustini , ut de cæteris taceam. At Græcos sequi maluit Plautus Mil. Glor. Act. *iv*, sc. *i*. *Hunc arrhabonem amoris primum à me accipe*. Item M. Caro in *L. Veturium* : *Cum tantus arrhabo penes Sarniæ populi Romani esset*. Citat Gellius lib. *xvii*, cap. *ii* , qui & ipse ita loqui maluit , *Arrhabo*, inquit, *in sordidis verbis haberi coepit*.

Apud Horatium legas , nunc *falsum cupidinem* , nunc *pravum* , nunc *sordidum*. Atque Acro , ad *i* Serm. sat. *i*, ait ita novè loqui poetam. Tamen & ejus exemplo Seneca in Hippolyto dixit , *cæcum auri cupidinem*. Verùm femininum genus multò est usitatius : imò apud Oratores perpetuum.

Vnèd muliebris generis dicitur Coelio secundo in Thesauro *L. L.* five Foro Romano. Sed idonea deficit auctoritas. Eoque alii masculinis annumerant. De *harpagone* etiam non satis evidens : ut alibi dictum.

Bubo , quod Priscianus in sexto , dubium facit , haut facile alibi reperias in feminino , quam hoc Virgilii *Æneidos* *iv*.

Solâque culminibus ferali carmine bubo.

Sæpe queri , & longas in fletum ducere voces.

Quo loco & Nonius comprobat , Maronem , contra aliorum autorum

h. r. Caen. v. 26.
l. i. Sen. Sat. i.

* memoria.
† errorc.

‡ lib. 5,
vers. 396.
* forte igna-
vus, quod
est lib. 5
Metam.

rum consuetudinem, *bubo* in feminino usurpasse. Sed is pro *solâque* legit *ser.ique*, *μνημονικῶ* * fortasse *εὐμαρτημαῖ* †. Neque enim id in ullis codd. MSS inveniri arbitror. Sanè SOLA legit & Servius; qui sic cum ad locum: *SOLA* contra genus posuit. *Lucanus* ‡: *Et læte jurantur aves bubone sinistro. Item Ovidius: Infandus * bubo. Et est in usu. Sed Virgilius mutavit, referens ad avem. Plerumque enim genus, relicta specialitate, a generali sumimus: ut si dicas, bona turdas, referens ad avem.* Quare in prosa Maronem non aulim imitari: sed sequar Iulium Obsequentem: cuius est, *Bubone in urbe viso. Et, Bubo in Capitolio occisus.* Imo & Plinii est lib. x, cap. xii, *bubo abominatus publicis auspiciis.*

Insolens & illud Iuvenalis fat. i:

— *Plenâ jam margine libri.*

Quod Priscianus quoque adducit in vi. Habuit tamen, quos sequeretur. Vt ex Charilio lib. i liquet, ex Æmilio Macro adducit:

— *Fluviorum margine summa.*

Et ex Rabirio:

— *Id eos summa cum margine colles:*

Nec audiendus Varro cum albo grandine dixit, ut Nonius ostendit. Sed Caper de verbis dubiis jure *hunc marginem* dicere præcipit. Sic semper qui prosa scripsere; si exceperis Appuleium: cuius est in Asino aureo; sub *extrema saxi margine.*

† l. ligni. 55.
D. de le-
gat. 2.

Carbo verò etiam ab Vlpiano † in muliebri genere usurpatur. Si, inquit, *lignum sit paratum ad carbones coquendas, atque conficiendas: aut Osilius lib. v juris partiti, carbonem appellatione hujusmodi materiam non contineri.* Haloander, invitis libris, mutatum ibat. Sed Græcum *καρβονας* Vlpianum respexisse, suspicatur Scipio Gentilis lib. xi *καρβον*. cap. xviii.

Cardo olim etiam femininum fuit. C. Gracchus in Atalanta:

O grata cardo regium egressum indicans.

Citat Priscianus lib. vi. Vnde videmus etiam tragedias scripsisse. Sanè & postea Priscianus quædam ex ejus Thyeste adducit.

Terminatio V, & Y, eodem canone comprehendi debet. Utraque enim neutra: ut *cornu, moly*. Quid manifestius? Et tamen plerique Y subicere malunt terminationi I. Nempe vulgata eos decipit pronuntiatio, quæ corruptissima est, cum apud antiquos V responderit Græco Y: ut indicant, *δύο duo, τὴν turba, &c.*

CAPVT XXIII.

De excensibus in C. Lac, lact, & lactis. Prisciani error. Alex, & alec, ut differant. Horatius explicatus.

Lac κατ' ὄνομασιν factum ex lacte, vel potius lacte: quo præter Catonem usus Plautus Menæchmis. Imò & Ennius, Hemina, Cæcilius, & Varro, ut Nonius docebit. *Lact* fuit apud Varronem, teste Probo*: improbat Flavius Caper †: at probat Martianus Capella

* in Catholicis.
† lib. de Orthographia.

lib. III, cap. de mutis: *T*, inquit, *finis neutra, caput, sinciput, lact*. Et *lac*, & *lacte*, vel *lact*, est neutrum. Sed antiqui etiam *lactis* dixerunt in muliebri. Gloss. vet. *Lactem, γάλα*. Ita Plautus Bacch. Act. v, sc. ult.

B A. *Cogantur quidem intro. S O. haut scio, quid eo opus sit, Que nec lactem, nec lanam ullam habent. sic sine adstem.*

Vbi Laminum vide. Hinc pluralivus lactes, quæ Græcis γαλακτίδης. Plautus Curcul. *Ita cibi vacuitate venis laxis lactibus.*

Plin. lib. XI cap. xxxvii: *Lactes in homine, & ove, per quas labitur cibus: in cæteris ite.* Vnde femininum esse dilucet.

Priscianus lib. vi, tradit *halec* interdum femininum esse: sed confundit *halec*, & *halæx*; quorum illud neutrum, hoc femininum est. Horatii est lib. II, sat. IV:

*Hanc ego cum malis, ego fecem primus & alec,
Primus & invenio piper album cum sale nigro
Incretum prius circumposuisse catillis.*

Ita enim, non ut Nonius adduxit, hos versus conceptos videre est in plerisque omnibus codd. MSS. Alterum quoque Nonius locum apponit ex ea Plautinæ Aululariæ parte, quæ deperit:

Qui mihi olera cruda ponunt, alec danant.

Sed *alecem* hîc legendum, metri ratio clamat. Emmanuel Alvarez, † ut *alex* femininum esse comprobet, citat è Plinii lib. xxxi, cap. viii. *Alex imperfecta, necdum colata.* At, ut Dalecampianam mittam, quam is fortasse videre non potuit, sanè in veteri quoque Parmensi legitur: *Vitium hujus (gari) est alex imperfecta, nec colata fex.* Quo ex loco genus adstrui nequit, sed quid veteres *alecem* vocârint; nempe fecem gari: quæ res facit, ut in eo Horatii loco, quem supra adduxi, ἐν Ἀλεξ' dvoiv esse suspicer, *fecem, & alec*, pro *alecis fece*, seu, eo fecis genere, quod *alex* vocatur. Pro liquamine hujusmodi accepit quoque Martialis epigrammate quodam, de variis esculentis: in quibus tam est frequens, ut *Coqui* cognomen, quod ei juniores †, corrupto Lampridii loco decepti, dedere, hoc nonnullis credatur accepisse, quia in Nbellis

† Ioannes Saresberienfis Policratici lib. 7: Vincentius Belluacensis lib. 3 Speculi Doctrinalis cap. 37. Richardus Buri in Philobiblia, Iacobus Magnus Toletanus, Sophologus viginti & amplius locis &c.

luis, præcipuè que Xenii, multus adeo fit in tali argumento. Eo, quo dixi, epigrammate * est inter alia :

* lib. 3,
epig. 77.

*Capparin, & putri cepas alece natantes,
Et pulpam dubio de petasone voras.*

Sed nec hinc genus exterebrari potest : uti neque ex eo, quòd Plauto Pœn †. Pœnus appellatur *alex* (alii *allex*) viri ; q. d. non vir, sed viri muria, & quasi fex. Contrà genus quidem cognoscimus ex eisdem libri XI, epigr. XXVI II.

† *Alf. 5. sc.*
Si ego m-
dam.

*Cui portat gaudens ancilla paropsi de rubrà
Alecem ; sed quam protinus illa voret.*

Verùm de significatione hîc dubitari potest. Mihi quidem *muriam* intelligi placet ; quamquam aliter Priscianus lib. VI. Sanè pro *muria* tunc in muliebri usurpatur ; quando & Plinius lib. XXXI, cap. X, de piscium medicinis agens, scribit : *Alex deservescita unguinum scabritiam, cimsque è capite menarum, extenuat.* Ita enim & in antiquâ Parmensî legitur. Et profectò dubitari possit, an *hallex* quoque dicatur de pisce ; nisi hoc aliquid est, quòd Charisius lib. I dicat : *hoc allex* (in genere falsum suspicor Charisium) ἀλέξ, ἰχθὺς περιχόμενον.

C A P V T X X I V.

De terminatione L, M, N. Sal pro condimento sapius virile. Donatus in eo refellitur. Flavius Caper leviter correctus. Sale pro sal. Sales pro eodem. Strigilis, non strigil, esse dicendam. Nonii locus emendatus. Isidori, atque Aldi alucinatio. Strigilis ἔτυμον. Tantandem. Moschopuli error. Χερσεῖμ, & Χερσεῖμ, Σεραφείμ, & Σεραφίμ. Chirec gadol Hebræorum à Grecis sæpe per ei reddi, & quæ ejus rei causa. Cim. Prisciani lapsus de propriis in VM. Positio pro terminatione. Lichen. Vbi flumen antecessit, sequi apud Varronem eum, quia fluvius in animo esset. Alcyon potius, quam halcyon, scribendam, etsi ἔτυμον densum spirituum requirere videatur. Aëdon. Calepini lapsus. Πυθῶ, Πυθῶν, & forasse Πυθία pro Delphis, & quæ nominis causa.

TErminationi C quidam, eosque inter è veteribus Priscianus in quinto; è junioribus, Emmanuel Alvares, & Verrepæus, subdunt D : quæque hoc pacto exeunt, neutra esse ajunt : ut, *id, aliud, quid, quod.* Sed hæc & adjectiva sunt, & provocabula : ut omnino alius sint loci.

Ab neutris in *al*, excipiunt *sil* : quod rectè statuunt, variare pro significatione diversâ. Non tamen hanc rem satis explicarunt. Pro *sapientia*, masculinum ; pro *condimento*, neutrum esse, scribit Donatus in illud Terentii Eunucho † :

† *Alf. 3,*
sc. 1.

Labore

*Labore alieno partam gloriam
Verbis sepe in se transmovet, qui habet salem,
Quod in te est.*

Ac puto, idem voluisse Flavium Caprum libro de Orthographia. Sic enim legendum arbitror: *Ille salo adpersus est Musarum.* Non hoc sal, vel sales. Sed hoc sal, erit, quod edimus: hi sales pluraliter, urbanitates alucius. Vulgò editum, Sed hic sal, quod edimus. Quomodo non erit *diversis* ulla; quam ponendam, indicat adverbativa Sed. Interim falluntur Donatus, & Caper. Nam sæpius pro condimento invenitur in masculino, quàm neutro. Cato lib. II Orig. *Ex sale, qui apud Carthaginenses fit.* Similiter de R. R. cap. LXXXVIII. Plaut. Perl. * *Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem.*

* AB. 3.
Sc. Curate
sine usu.

Sallust. in Iugurthâ: *Næque salem, neque alia gula irritamenta querebant.* In neutro verò placuit Verrio Flacco, ut Charisius scribit lib. IX. Vñusque hoc pacto Varro in II de poëmat. *Nunc vides in convivio ita poni sal, & mel.* Item Columella lib. XII, cap. LIII. *Deinde in ferriam substernitur sal coctum, sed modicè infractum.* Quibus defenditur hic Aufonii Idyll. XVII:

Irritantium quibus additur æquoreum sal.

In plurali verò hac ipsâ significatione semper masculinum est. Paulus IC. lib. V Sententiarum †: *Cotem ferro subigendo necessariam, hostibus quoque venditari, ut ferrum, & frumentum, & sales, non sine periculo capitis licet.* Eandemque vocem eoque numero ac genere legere est I. XI C. de vectigalibus: *Siquis sine personâ mancipum, id est, salinarum conductorum, sales emerit, vendereve tentaverit, sive propriâ audaciâ, sive nostro munitionis oraculo: sales ipsi unâ cum eorum precio mancipibus addicantur.*

† I. II. D.
de public.
mi.

Censeo autem hic sal esse ex recto salis, ut à mugilis, mugil: hoc sal esse ex recto sale, ut animal ex animale. Sed de hoc plenius cap. xxxv.

Strigil vulgò excipiunt è neutris, quia apud Plautum sit Perlâ †:

† AB. I.
Sc. Omnem
rem invenit.

Ampullam, strigilem, scaphium, foccos, pallium.

Et apud Persium sat. V:

I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer.

Verùm hæc sunt à recto strigilis: quo usus Cicero lib. IV de Finib. *Si ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat, sumeretur sapientem eam vitam potius, quò hæc adjecta sint; nec beatiorum tamen ob eam causam fore.* Strigil verò vel barbarum, vel obsoletum est. In vulgatis quidem Arnobii* exemplaribus strigil invenimus: verùm strigilis legitur in melioribus, etiam MSo regio: ex quo variantes lectiones codici, quem habeo, adscripsit Ios. Scaliger. Siquis tamen strigil rectum esse pertendat, non tam dixerim, strigilis esse antiquum no-

* lib. 2.

minativum, ut *sanguinis*, & *vulneris* (quamquam hæc quorundam sententia est) quàm antiquum esse *strigil* pro *strigilis*. Gloss. Cyrilli : *Ἐσπία, strigula, strigilis*. Vbi pro *strigula* reposuerim *strigil*. Nonii locus de voce *strigilis* in Aldinâ, & Plantinianâ quoque, est corruptissimus. Interim ex voce *neutri*, quæ apud eum legitur, suspicio mihi oboritur, vocem *strigil* à Nonio fuisse additam, scriptumque ab eo fuisse hoc modo : *Strigilim manifestum est esse generis feminini, strigil neutri*. Varro Bimarco : *Κατά γενος enim est vera, cum in candelabro pendet strigilis*. Quare non audiendus vel Aldus, qui masculinum facit, vel Isidorus, qui eo in genere usurpat cap. ult. lib. ult. Originum, *Strigiles*, inquit, *nuncupati à tergendō, quod iis equi tergantur*. Quomodo non tantum in omnibus exculis invenimus, sed etiam in veteribus membranis nostris. Mirum verò est, Isidorum à tergendō deducere, cum ut à *facio* est *facilis*; ab *ago*, *agilis*; à *frago*, pro *frango*, unde *fregi*, *fragilis*: sic à *strigo*, pro *stringo*, unde *strictum*, *striglus*, *strigosus*, veniat *strigilis*.

A terminatione L accedit Verrepæus ad AM, ut *nequam*; EM, ut *tantundem*; & IM, ut *Cherubim*. Verùm hæc terminationes secure poterant præteriri; cum, quæ in eas desinunt, è regulis generalibus cognoscantur. *Nequam* enim adjectivum esse, nec ipse Verrepæus diffitetur. Par autem ratio est in *tantundem*; ut vel indicium fecerit hic Plauti locus in *Pœnulo* * :

* *At. 3. Sc.*
Iam istuc
ego revertar.

Malo benefacere tantundem esse periculum,
Quantum boto male facere.

Item ille Pomponii Iuriconsulti : *tantidem ponderis petitio*. Adde quod in feminino quoque usurpatur, cum Ulpianus dixerit, *tantundem pecunie summam*. Atque hæc eorum errorem arguunt, qui semper neutrum esse pertendunt. At dicas, cum substantivum est, semper neutrum esse : ut apud Columellam, *tantundem sanguinis* : apud Terent. Adelphi t.

† *At. 2.*
f. 1.

Ob malefacta hæc tantidem emtam, postulat sibi tradier :
quomodo & usurpavit Varro Eumenidibus :

‡ *At. animo*
vel animo
sed nimo
magis placent.

Hospes, quid miras nimo † curare Serapim ?

Quid ? quasi non cures tantidem Aristoteles ?

Sed hæc minimè movent, quia constat, adjectiva neutri generis esse, cum ponuntur substantivè, nec respicitur ad certum substantivum, vel saltem nonnisi ad generale, & transcendens : ut est *negotium* pro *ἔργον*, sive *res*. Nam id si est, in huiuscemodi neutiquam cognoscitur genus ex terminatione, eoque nec ad regulas speciales pertinent.

Neque meliori jure de terminatione IM agitur in regulis specialibus. Nam pluraliva hæc, *Cherubim*, & *Seraphim*, angelorum sunt nomina; quæ comprehenduntur sub *viris*, quia facie virili effinguntur.

Obiter

Obiter verò hic observa errorem Moschopuli, libro *περὶ ἀρετῶν* scribentis, *χερβεῖμ* & *σεραφεῖμ* esse nomina singularia : *χερβεῖμ* & *σεραφεῖμ* pluralia. Nam utrumque plurativum. Ac in Mosaicis quidem libris, & quatuor libris Regum, nunc hoc, nunc illud invenias crebrò : in libris verò *Παραλειπομένων*, item psalmis, & prophetis, sæpius est *χερβεῖμ*, *χερβεῖμ* nunquam. Iesaiæ verò capite VI, prius *σεραφεῖμ*, mox *σεραφεῖμ* habes. Imò priori etiam loco libri quidam *σεραφεῖμ*. Nempe Græci *chirec gadol* non semper per I, sed etiam per ei expresserunt. Ut *βασις*, *βασιμ*, & *βασιεῖμ* : *רבי*, *רבבי*, & *רבבי* : similiaque complura. Cujus causa est, quòd I longum fere olim sonabat, ut diphthongus EI : unde veteres Romani *bime* scripsere pro *bini*, *puere* pro *pueri*, *castreis* pro *castris*, *heic* pro *hic*, similiaque ; ut ex veteribus lapidibus, item Fabio, Victorino, & aliis constat.

Est & pagi nomen ejusdem positionis, *Cim* : quod neutrum esse tradidit Celsus, & ex eo Priscianus in quinto, & sexto. Verum de hoc jam dictum in regulis generalibus.

A neutris in *V M* excipiunt nomina virorum ac mulierum, quasi hoc non satis ex regula constet generali. Et minùs tamen peccant, quàm Priscianus in quinto : qui figuratè dici ait, *Glycerium mea*, vel *mea Dorcium*, aut *Philotium*. Ac parem esse rationem in *Sophonium*, & *Abrotonium*. Nos propriè hæc dici contendimus ; uti & *mi Pagnium*, & similia. Nam ubi propriè magis masculino utimur, quàm in masculis : aut feminino, quàm in feminis ? Et si *Muræna*, *Castilina*, *Scrofa*, similiaque, sunt masculina, etsi terminatio sit feminina : cur *Sophonium*, *Leonium*, *Planesium*, quod apud Donatum *, similiaque, ex terminatione feminina statuamus esse generis feminini? Sanè aliter Quintilianus, cujus potior nobis, quàm Prisciani auctoritas. Sic autem ille lib. I, cap. IV : *Nec statim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & Epicœna dicuntur, ostenderit; in quibus sexus uterque per alterum apparet : aut quæ feminina positione mares, aut neutrali positione feminas significant; qualia sunt, Muræna, Glycerium.* Vbi *positio* vocatur, quod Grammaticis est terminatio : quomodo idem cap. seq. ait : *Inde Castorem mediâ syllabâ productâ pronunciantur, quia hoc omnibus accidebat, quorum prima positio in easdem, quas Castor, literas exit.* Voluit igitur Fabius, parem esse rationem in *Muræna*, & *Glycerium* : eoque ut virile est *Muræna*, propter significationem, etsi terminatio aliud requirere videatur : ita *Glycerium* esse muliebre, licet sit neutralis terminatio.

* in Phorm.
act. I. sc. 2.

A neutris in *EN* excipi oportet *turben*. Scio, Servium facere neutrum, ut *flumen*. Sed adversatur illud Tibulli :

Namque agor, ut per plana citus sola verberare turben.

Quo de versu inferius etiam dicam; *lichen*, ὁ λειχῶν: quod *imperiginem* glossæ Philoxeni vertunt. Martialis lib. XI, ep. XCIX.

Nec triste mentum, sordidæve lichenis.

* 71. a. pag.
854. ed.
Rom.

Virile quoque *attagen*: Græcis ὁ αἰτῶν, teste Eustathio*. Sic Horatius lib. epod. od. II. *Non attagen Ionicus Iucundior.* Item Plinius lib. X, cap. XLVIII. *Nec hymen esse neutrum, docet illud Cæcili: Hymenem virginis deintegrare.*

Flumen cave virilis aliquando generis esse putes. Quippe figuratum est illud Varronis lib. I de re Rusticâ, cap. XII: *Sin cogare secundum flumen adificare, curandum, ne adversum eum ponas.* Nam respexit Varro ad vocem *stuvius*. Cujusmodi in classicis *σολοικισμὸς* vocamus, in imperitis *σολοικισμός*. Scio, in plerisque libris pro *eum* esse *eum*. Sed non Didymus solum in secundo Geoponicôn, verum natura ipsa reclamat.

† pag. 776.
ed. Rom.
vers. 40. 41.

Ab masculinis in ON non modò *findon*, & *icon*; sed etiam *alcyon*, & *aëdon*, excipi debuerunt. Nam *halcyon*, sive potiùs *alcyon*, (nam ἀλκυὼν citra adspirationem rectiùs proferri, Eustathius auctor est Iliad. IX †) generis esse muliebri, ostendit hoc Maronis & Georg.

Dilectæ Veneri alcyones.

Ac similiter usus Aristoteles in Histor. Animal. lib. V, cap. VIIII, & lib. IX, cap. XIV, & Græcorum alii. Ut audiri non mereatur Servius ad superiorem Virgilio locum; ubi annotat, *hic, & hæc alcyon dici: perperam profecto.* Nam *alcyon* quidem de femina dicitur: sed non si significatione sit commune, eò quoque commune sit constructione.

Aëdon etiam muliebri, ut Græcis ἡ αἰδων, & Mitylenæis ἡ αἰδὼ, quo Sophocles usus, ac Theocrito ἡ αἰδωνίς. *Aëdon* usurpat Petronius: sed ita ut ex eo, ob lectionem incertam, de genere haut certò constare queat:

— *Testis silvester aëdon,*

Atque urbana Progne.

Nam pro *aëdon* libri omnes *Iasdon*.

Malim *silvestris aëdon*.

‡ Aë. 5.
sc. 2.

Accommodatior itaque locus Senecæ in Octaviâ ‡:

Quis mea digne deslere potest

Mala? quæ lachrymis nostris questus

Reddet aëdon?

Python pro serpente, quem Apollo interemit, tantum masculinum est. Claud. IV Paneg. Honorii:

Cæruleus tali prostratus Apolline Python.

Nec obstat illud Tibulli lib. II, eleg. III.

Delos ubi nunc, Phœbe, tua est? ubi Delphica Python?

Neque

Neque enim hęc *Pythōn* serpentis nomen est : sed neque, quod Am-
 brof. Calepinus fenfit, intelligi debet πυθώνια sive femina Pythoni-
 co spiritu correpta : verūm omnino ponitur pro urbe : uti argumento
 est, tum quōd cum Delo, insulæ & urbis nomine, conjungatur : tum
 quōd , ut Eustathius scribit in 11 Iliad. & 11 Odyss. quæ postea urbs
 Delphi dicta, ea prius vocata est Πυθώ & Πυθών. Imō & Πυθία viden-
 tur dixisse antiqui, si sana lectio illa apud Ptolemæum : Πυθία, Πυ-
 θία, Δελφία. Interea verum est, urbem dictam *Pythōna* à *Pythōne* ser-
 pente : uti serpens *Pythōn* à πύθ, *pythen*, hoc est, *aspis*. Nempe quia
 Apollo ibi in serpente coleretur.

CAPVT XXV.

De exeuntibus in A R. Albus jubar, pro Luna. Lucar. Nestor Nova-
 riensis vocatus. Verus inscriptio restituta. Lucus Libitinæ. Bultar. Bac-
 char, & baccharis. Baccar, vel bacar, & bacario. Idem genus voca-
 buli pro Deo positi, & cui præest. Salar piscis.

A Neutris in A R exeuntibus, ut sunt *far*, *columbar*, *lacunar*, exce-
 pere veteres *jubar* : quod, Prisciano * teste, nunc masculinum
 erat; nunc neutrum. Vtrius horum sit, dijudicare non possis ex isto
 Pacuvii apud Varronem † :

Exorto jubare, noctis decurso itinere.

At virile videmus Ennio in Annalibus ‡ :

Interea fugit albi jubar, Hyperionis cursum.

Vbi *albus jubar* est Luna, quæ Hyperione sive Sole oriente dicitur
 recessisse. At *aureus jubar* de Sole est apud Cornelium Severum in
 Ætna : *Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro.*

Neutrum verò est Ennio Ajace * :

Lumen, jubarve cerno ?

Et Calvo in Epithalamio † :

Hesperium ante jubar quatiens.

Nam virile si foret, *jubarem* dixissent. Ac posteriores hoc genus præ-
 tulere, Horatius, Ovidius, Statius : etiam Plinius lib. 11, cap. xxxv,
 de cometis : *Fiunt & hybernis mensibus, & in Austrino polo : sed ibi citra
 nullum jubar.*

Ninivita excipit quoque *lucar* avis, quod virile facit. Pro ave acci-
 pi, scripserat quoque in glossis suis Nestor Dionysius Novariensis.
 Sed semper pecuniam significat, quæ ludis impendebatur : unde Cha-
 ririfius † exponit θεατεῖον ἀργύριον, & Cyrilli glossæ, θεατεῖον χρηματ. † lib. 1.
 Ac glossæ etiam Isidori indicio sunt, venire à lucis, qui plures circa
 urbem.

* lib. 5.

† lib. 5 &
6 de L. L.‡ apud Prisc.
in 5.* apud Var-
ronem in 5
& 6 de
L. L.
† Priscian.
lib. 5.

urbem. Ex iis pretium conquirebatur, inque ludos postea erogari solet. Nempe à *lucus* est *lucar*, ut à *bustum bustar*; quo, teste eodem Charisio, significatur *locus*, ubi concremantur mortuorum corpora. *Lucar* verò neutrum esse, ostendit Tertullianus adversus Gnosticos cap. VIII: ubi de Ioanne Baptista, præcurfore Domini, sic scribit: *Ipse clausula legis, & prophetarum, nec prophetes, sed angelus dicitur, contumeliosà cæ de truncata in puella salicæ lucar*. Vbi puellam salicam vocat saltatricem Herodiada. Idem genus docet Inscriptio vetus*: VT. LVCAR. IIIIIINAE. REDEMTVM. A. REP. SVA. VNI-VERSIS. CIVIBVS. SVIS. IN. PERPETVVM. REMITTERET. Sed quid IIIIIINAE? Non dubito, quin ductus hi reliqui sint ex voce LIBITINÆ: ut significetur pecunia ex luco Libitinæ: cujus mentio in cippo quadrato è Tiburtino, rudi literâ, & inæquali, ac vetustâ. Inscriptio est istiusmodi †:

* Opere In-
script. Gru-
ter. pag.
436, num.
5.

† pag. 971.
num. 8.
† fort. Libi-
tinæ.

A B. LVCO. LIBITINA †
Q. CORVNCANI. STATI
Q. L. EROS
CORVNCANIA. Q. L. CRESTE
IN. FR. P. XIII. IN. A. P. XIII

Nihilo iustius idem Ninivita à neutris excipit *bacchar*. Nempe confudit *bacchar*, & *baccharis*: quorum illud semper neutrum est. Plinius lib. XXI, cap. VI: *Eorum quoque error corrigendus est, qui bacchar ruscicum nardum appellaverunt*. Idem in eod. cap. XIX. *Bacchar in medicina usu aliqui ex nostris perpensam vocant*. Utrobique *baccharem* dixisset, si esset femininum. Etsi autem *bacchar*, & *baccharis*, genere differant, significatione tamen conveniunt: ut ostendit hic eiusdem scriptoris locus lib. XII, cap. XII: *Baccharis vocatur nardum ruscicum, de quo dicemus inter flores*. Ac *baccar*, vel *bacar* absque spiritu aliud est: nempe *vas vinarium*, ut Festus testatur: ad quem & magnus interpret in veteribus glossis corrigit, *Baccar, εἰδ' αἰγεία*; ubi corruptè vulgo *bavar*. Nec dubium, quia ex eo sit *bacario*; quod in Isidori glossis *arceoli* genus esse dicitur.

Sunt quoque, qui excipiant *par*, & *lar*. At *par* cum substantivum est, neutrum est: cum adjectivum, alius est loci. *Lar* quoque non tantum pro Deo ad generalem de viris regulam pertinet; sed etiam cum pro domo accipitur. Nam idem manet genus in Deorum Dearumque nominibus, etiam cum *μῆλων μινῶς* accipiuntur, pro iis rebus, quibus præesse creduntur: ut, *Iupiter* pro aëre, *Vulcanus* pro igne, *Mars* pro bello, *Ceres* pro frugibus. Quanto igitur satius fuisset, excipere *salar*; quod semper masculinum est. Aufonius in Mosellâ:

Par-

Purpureisque salar stellatus tergora guttis.

Sidonius lib. II, epist. II : *Vt nocturnis per lacum excursibus rapacissimi salares in consanguineas agantur insidias.* Est verò non carpio, sed salmo minor : imò è salare fit salmo, unde & salmoni junxit Aufonius.

CAPVT XXVL

De terminatione E R. Linter Tibullo masculinum. Falsum videri Priscianum, cum Græcè ὀ λιντήρ dici putavit. Tuber, pro triplici significacione, triplici genere usurpat. Alucinatio Nebriffensis, & Sabellici. Non ruder dici, ut Papias putavit; sed rudus, & olim rodus, vel raudus; unde raudusculum. Nomi lapsus. Biber pro bibere. In Flavio Capro emendationicula. Mos Criticorum quorundam perperus, temere voces prisca infertentium optimis scriptoribus. Lasër, & laserpitium, unde. Cancer, pro morbo, obsoletum est in genere neutro. Carcer ex cancer, R in N converso. Olim neutrum fuit. Cancelli, quasi parvi cancri. Inter Orci cancos adhærere. Cum Tullianum dicitur, intelligi fortasse carcer, quod olim neutrum. Aër pro caligine : & etymon ejus. Eadem in feminino usi veteres. Iuniores contra in neutro. Unde iis pluralis aëra. Maronis in Culice locus aliter, quàm à Barthio, enarratus. Non dici cucumer, pro cucumis : ac fortasse nec zingiber, pro zingiberi. Sifer pastinacæ genus, nunc virile, nunc neutrum. Grosippi sive Scoppii Grammaticus canoni expensus. Verber. Laver. Spinther.

Sequuntur exeuntia in E R : quæ plurimum virilia, tam nomina secundæ, ut *ager, culter* : quàm tertix, sive Latina, ut *carcer, agger* : sive Græca, ut *panther, clyster, prester*. Ab hoc canone excipere solent dubium *limer* : & neutra *ver, cadaver, iter, uber, tuber, ruder, biber*. Et fructuum nomina : ut *cicer, papaver, piper, zingiber* : præter *cucumer* masculinum. Hæc deinceps expendemus.

Limer, quod quidam inter dubia reponunt, semper in feminino legitur, præterquam uno hoc Tibulli * loco :

*At quæ Velabri regio patet, ire solebat
Exiguus pullæ per vada limæ aquæ.*

Quo loco *Exiguus* prætulit, cum metri, tum *εὐφωνίας* causâ : quemadmodum & Catullus †,

Aridâ modò pumice,
Arido modò pumice :

maluit, quàm

quod auribus ingratius est, quia

tria O concurrunt, ut in Tibulli loco A compluria. Priscianus ait, etsi *limer* Latinis femininum sit, Græcos tamen dicere ὀ λιντήρ. Quare Græcos imitatus fuerit Tibullus, si verè Priscianus. Cujus hac parte

P p p

fidem

* lib. 2,
eleg. 5.
puffa.

† Carm. 1.

fidem penè est, ut in dubium vocem, cum neque apud Pollucem, ubi navigiorum genera recenset, neque veterum quemquam, hoc vocabulum inveniam. Credo, è recentioribus Graecorum quispiam usus sit voce Romanà, atque hoc imposuerit Prisciano. Nam ut ad *αλιήρ* reipexerit parum verisimile est, præsertim cum id aliud signet.

Nec debuerit *tuber αλιήρ* neutrum facere, cum pro significatione variet genus. Pro arbore, de qua Columella lib. XI, cap. II, femininum esse, ex regula notum generali: ne tamen ab eà excipi putes, locupletem visum testem adjungere. Plinium dico; cujus illud lib. XVI, cap. XXV: *Ab Amygdala proxime sunt Armeniacà: dein tuberes, & præcoces: ille peregrinus, hæc coacta.* Pro fructu autem hujus arboris, qui Plinio * teste, baccis, quàm pomis, similior, masculinum est. Suetonius in Domitiano †: *Prudie quam pernet, cum oblatos tuberes servari jussisset.* Ita constantissimè MSSi, & editi omnes: quod addo, quia dubitare visus de veritate hujus lectionis doctissimus amicus noster ὁ μακαρίτης, Matthias Martinus †. At pro tunore neutrum est. Plinius lib. VIII, cap. XVIII: *Tubera bina in dorso habent camelii.* Item pro plantæ genere, sponte nascenti intra terram, sed sine caule, foliis, aut capillamentis. Idem Plinius lib. XIX, cap. II: *Tubera enim undique terrâ circumdata, nullisque fibris mixta, aut saltem capillamentis, nec utique extuberant in quo gignunt: r loco, aut rimam agene, &c.* Antonius Nebriffensis, & Sabellicus, existimant, interdum quoque pro fructu femininum esse. Movit eos illud Martialis in Xenii epigr. XLIII:

Le:ta suburbanis mittuntur ap:rina ramis,

Et vèrne tuberes: quid tibi cum Ibycis?

Verùm somnus iis obrepfit, cum hinc genus muliebri exterebrare sunt conati. Quippe *verne* hinc non est tempore verno crescentes; sed vernaculi, sive domi nati, non aliunde translati: eodémque modo dictum *verne tuberes*, quo apud hunc ipsùm Martialem lib. I, epigr. L, *vernas apros* legitur in vett. codicibus. Nam in Plantiniana H. Junii *vernos* exculum. Sed lectio vetus eo que que stabilis, quod *vernas equites* *, *verna liber* †, ac *lupos vernas* ‡ apud eundem Martialem legamus.

Perperam neutris addunt *ruer*, à quo in plurali *rud:ra*, non *rueres* dici ajunt. At *rudera* quidem Latine dicitur: verùm non à *ruer*, etsi id Papias in glossis suis tradiderit; sed à *rudus*, unde venit *rueris*, ut à *vulnus*, *vulneris*. Vfus in singulari Vitruvius lib. VII, cap. I: *Deinde ruderis novo tertia pars t:ise admisceatur?* Et Plinius, penè iisdem verbis, lib. XXXVI, cap. XXXV: *Ruderis novo tertiã partem t:ise addi.* Item Tacitus quintodecimo Annalium: *Ruderis accipiendis Hostienses paludes desti-*

* lib. 15.
cap. 14.
† cap. 16.

‡ in Etymologico suo.

* lib. 1,
epigr. 85.
† lib. 3,
epigr. 1.
‡ lib. 10,
epigr. 30.

destinabat, utque naues, quæ frumentum Tiberi subuectassent, onusta rudere decurrerent. Nec est, quod de nominativo tricentur. Nam in Græcolatinis quoque Philoxeni glossis legitur: *Rudus*, βῶλον, χῶμα, καὶ χαλκὸς ἀνέργαστος, καὶ γῆς σαρπός. Imò Vitruvii est paullo ante verba adducta: *Rudus*, si novum erit, ad tres partes una calcis misceatur: si redvium fuerit, quinque ad duum mixtiones habeant responsum. Et Plinius quo ante loco diximus: *Rudus* in quo duæ quintæ calcis misceantur. Varro quoque, ac Festus, autores sunt, æs infectum in æstinatione centoriâ vocatum *raudus*, *rodus*, vel *rudus*. Indèque *raidera* apud Val. Max. lib. v, cap. vi. uno consensu, non *rauda*, legitur in codd. manuscriptis; ut testatur Steph. Pighius. Cicero quoque epist. viii, lib. iv ad Att. à veteri *raudus*, unde *rudus*, fecit *ra. dusculum*, hoc est, paucillum æris. Nam opponit gravi æri alieno, quo antè fuerat obrutus. Denique & Nonius (qui tamen eo lapsus, quod *rudus* interpretetur *stercus*) hoc Lucillii adducit è sat. xi:

— *Viamque*

Sternendam, & jaciendum huc aggerem, & id genu' rudus.

Sive, ut alii legere malunt,

— *Via*

Sternendæ faciendum huc aggerem, & id genu' rudus.

Sternendam, non *struendam*, etiam legitur in antiqua Veneta*.

Nec probo, quod & neutris addunt *biber*. Siquidem verbum est infinitum καὶ δὲσπορῶν, pro *bibere* usurpatum. Caper de verbis dubiis: *Bebere*, non *beber*. Emendo, *Bibere*, non *biber*. Damnat *biber*, ut obsoletem. Vfus Titinnius †, cum dixit, *Dare illi biber*; ut Græci, Δὲς μοι βίβιν. Ac par ratio in illo, quod è Fannii annalibus † adferunt: *Domina ejus, ubi ad villam venerat, jubebat biber dari*. Sunt qui & in illo Terentii*.

Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi,

Dare:

legendum scribant *biber*: sed Donato, omnibusque MSSis invitis. Verum seculi nostri is mos est, ut nulla sit vox rarior, quin plerique omnes, sicubi antiquus eam scriptoribus infercire possint, non parcant operæ: quasi veteres illi Romuli nepotes similiter fuerint animati ac ipsi, qui ab animis suis impetrare vix possunt, ut vulgatis utantur, quando rariora occurrunt, atque adeo etiam obsoleta.

Loco verò hujus *biber* rectius ab aliis excipitur *laser*; quomodo vocatur humor Cyrenis in ferulis crescens, ut Vitruvius ostendit lib. viii, cap. iiii. unde ἐπὶν Κυρηναϊκὸν vocant Græci, ut ait Palladius lib. iiii, cap. xxix. Plantæ nomen *Silphium*, *Silphi*, vel *Serpe*; unde *Laserpitium*, quasi *lac serpitium*, hoc est, filphii succus. Sed *laserpitium*

* anni 1496
à Philippo
Pinzu edita.

† Præliu.
apud Charisium lib. i.

‡ Charisii
ibid.

* in Andr.
actus tertii
sc. 2.

κατὰ γένεσιν pro filphio fumi solet : *laser*, quod ex eo *κατὰ Σαύου* factum, propriè pro succo. Neutrum esse, indicat hoc Columellæ libro de arboribus cap. xxiii : *Nos exiguum admodum laser Cyrenaicum vino diluimus*. Similiter Plinius lib. xix, cap. iii : *Laserpitium in Cyrenaicâ provinciâ repertum ; cuius succum vocant laser*. Augustinus de moribus Manich. lib. ii, cap. xiii : *Orizam, tubera, placcamas, caracemum, piper, laser, distento venire cum granulacione ructantem*.

Quod si etiam prisorum ratio habenda, *cancer* pro morbo olim neutrum fuit : ut Priscianus in v testatur, inque sexto ostendit illo Claudii Quadrigarii in iv Histor. *Quod verminatione ad cancer pervenerit*. Et sanè similiter usi ex Ecclesiasticis nonnulli antiquiorum : etiam Cyprianus lib. i, epist. viii : *Sermones eorum, ut cancer, & pestem fugiendo vitate*. Sed masculino usus Cato de re rust. cap. clvii de brasica : *Eadem vulnera putrida, cancroque purgabit, sanosque faciet. Si cancer acer est, is olet, & sanem spurcam mittit : si albus, perulentus est. Sed si fistulosus, subitus suppurat sub carne*. Catonem classici omnes sequuntur. Falluntur igitur, qui, Quadrigarii auctoritate decepti, neutrum similiter putant in illo Ovidii lib. ii Met. *

* fab. 12.

*Vique malum late solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsus vitiatæ addere partes.*

Nam quis non videt, *immedicabile cum malum*, non cum *cancer* coherere ? Itidem *cancer* semper masculinum, ut ait Flavius Caper libro de Orthographia, & Priscianus in quinto ; ubi cum agnovisset, quosdam hoc *cancer* dixisse, addit, eos non esse sequendos nobis. Nec mirum, si ejusdem generis sunt *cancer*, & *cancer* : cum *cancer* non à coerendo sit, ut Varro putabat ; sed à *cancer*, non quidem, prout *marbunus*, vel *animal* signat ; sed quatenus, ut Festus docet, diminutivum format *cancelli* : quomodo usus eo Appulejus in sexto Met. *Inter Orci cancos jam ipsos adhæsiisti*. Nec magnopere iis adveser, qui ex eo, quia antiquis *cancer* etiam neutrum putant fuisse, credunt *Tullianum*, imò & *pistrinum* dici genero neutro : respiciendo nempe ad substantivum intellectum.

Accipiter etiam muliebre esse, probat Nonius istoc Lucretii in iv :

*Accipiter somno in leni si prælia, pugnasque
Edere sumi perfectantes, visæque volantes.*

Vier, eodem Nonio teste, nunc masculinum fuit, nunc neutrum : unde pro *vires* etiam *viria* dixere : quo usus Lucilius.

Aër in feminino usurpat Homerus : sed cum caliginem notat, quâ significatione quibusdam dici videtur, non ab *ἀήρ*, id est, *spiro*, (nempe ob spirabilem naturam, quam & ei tribuit Cicero lib. ii de nat. Deor.)

Deor. } sed ab α, & ὀρν̄, unde & ἀοργόων interpretantur. Ennius quoque in feminino usus; dubium quā significatione. Agellius lib. II, cap. xxvi: Sic Q. Ennius in Amalibus fulvā aëre dixit. Ita legendus is locus, ut indicant hæc ejusdem Agellii verba lib. xiiii, cap. xix. Ennius in amalibus duodevicesimo, aëre fulvā dixit, non fulvo: non ob id solum, quod Homerus ἰέεσθαι βადείων dicit; sed quod hic sonus, opinor, hoc habilior est visus, & æmior. Nonnullis mediæ ævi poetis aër est neutrum: ut Abboni Cernuo lib. II:

Vocibus expletes aër, cælumque boati.

Et eo antiquiori Orientio, Illiberitano episcopo, qui paullo post annum quingentesimum vixit:

Ecce tibi cælum pendet, tibi terra residit,

Aëra librantur, fluctuat Oceanus.

Beda quoque est in Vita Cuthberti cap. ix:

Clausā diu referans credentibus æthera seclis.

Vbi similiter æthera in plurali videmus, genere neutro.

Sed quid dicemus de isto Maronis in Cūlice:

Nam solitum volvens ad tempus tractibus isdem

Immanis vario maculatus corpore serpens,

Morsus ut in limo magno subsideret æstu,

Obvia vibranti carpens gravis aëra linguā,

Squamosos latè torquebat motibus orbes.

Barthius quidem, Adversariorum lib. xli, cap. xxiii, censet, Maronem dixisse *obvia aëra*, neutro plurali. Quod si esset, puto aliquis veterum Grammaticorum meminisset rei tam insolentis. Quare mihi placet, *aëra* quidem regi à *carpens*; *obvia* autem à *vibranti*. Nempe ait, serpentem, dum aëra carpit linguā, quæque *obvia* vibrasse, ut gramina, lutum, & similia.

Venio ad fructuum nomina. Ex his *papaver* rectè in neutris reponitur: utcumque Plautus Trinummō act. II, sc. iv:

— *Si tu objicias formicis papaverem.*

Et Pœnulo dicat*:

* *Sesamum, papaveramque, triticum, & frictas nuces.*

Nempe in masculinis est obsoletum. Quod tamen non reformidat antiquarius Varro in Admirandis: ut Nonius docet.

Zingiber vel zinziber vulgo quidem dicitur: sed Dioscoridi ζιγγιβερας vocatur: Latini autem veteres per I extulere. Plinius lib. xii, cap. vii: *Non est hujus arboris radix, ut aliqui existimaverunt, quod vocant zempiberi, alii verò zingiberi.* Ac similiter l. interdum 16. § species 7. ff. de publ. & vect. inter species ad vectigal pertinentes *zingiberi* refertur.

* ab. 1, sc.
Negarii sibi.

fertur. Sed de eo non magnopere contenderim. Fortè enim, ut ex *πίπερα piper*, ita ex *ζιγγίβεραι & zingiberi*, *zingiber*.

* 4 Georg. De *cucumet* scrupulum non levem injicit, quòd apud Maronem *,
 † lib. II. Martialem †, atque alios, *cucumis* legas. Potuit autem à *cucumis* esse
 epis. 19. *cucumetis*, ut à *pulvis pulveris*: aut si hoc est ab obsoleto *pulver*, sanè
 quid prohibet, *cucumet* quoque reponi inter obsoleta? Quid quòd
 antiqui hujus *cucumis*, non *cucumetis*; hunc *cucumim*, non *cucumetum*
 dixere. Vnde Servius in IV Georg. Sane hic *cucumis*, hujus *cucumis*
declinatur, sicut agilis, secundum IDONEOS. Nam NEOTERICI
hujus cucumetis dixerunt, ut pulvis pulveris. Vbi idoneos vocat Tullium,
 Maronem, Varronem, & æquales: *recentiorum* vero nomine, more
 suo, etiam Plinium signat: cujus illud lib. XIX, cap. V: *Cucumetum*
Græci tria genera fecere.

Sed de hoc iterum dicendum erit lib. seq. cap. VIII.

1 pastinaca Pro *cucumet* mallem exceperissent *sifer*, *σαφυλίνυ εϊδ* †, ut in glossis
 377. m. exponitur. Id quidem neutrum esse, negare non possumus: cum Plinius
 lib. XX, cap. V dicat: *Sifer erraticum sativo simile est & effectum. At*
idem paullo post ait: Hic sifer ideo stomacho utile videri dixit, quoniam
nemo tres siferes edendo comminaret: esse tamen utile convalescentibus ad vi-
num transcurrentibus. Quà in periochà sifer, si locus non est corruptus,
 nunc in masculino, sive, si malis, feminino, nunc in neutro usurpa-
 tur. *Utiles* aliquis pro *utile* utrobique rescripserit: sed omnes libri
 reclamant.

Priusquam verò manum de hac tabulà tollam; expendere etiam
 animus, quæ scripsit Grammaticorum priorum acris censor, Pasca-
 sius Grosippus, sive Caspar Scoppius, in Institutionibus Grammati-
 cæ Latinæ. Verba ejus:

Nomen in AR neutrum: sed in ER distingue virile.*

Hoc iter, hoc uber, laser, piper, atque papaver.

* pag. 19.
 edit. Mediol.
 an. 1628.

† pag. III. Nimis hæc perfunctoriè, cum tot alia excipi debeant. Ex parte
 hoc vidit ipse. Itaque in Annotationibus † addit, tum *suber*, de quo
 in generalibus regulis dictum est: tum *cadaver*, *uber*, *ver*, *verber*, *laver*.
 Atqui *verber* obsolevit: solum in singulari numero in usu sunt *verberis*,
 & *verbere*. Interim neutrum esse, ostendit pluralis *verbera*. *Laver* au-
 tem, herbæ genus, quæ Græcis dicitur *σίον*, in feminino reperitur.
 Plinius lib. XXVI, cap. VIII: *Laver quoque nascens in rivis condita &*
cacta vermibus medetur. Nempe vel *σιών* respexit nomen herbæ:
 vel re verà dubium est. Cur idem Scoppius omittit *cicer*? quod Ho-
 ratio, Plinio, Martiali, semper est neutrum: utcumque diminutivum
 ejus *cicerula* genus mutarit. Cur & præterit *spinther*? Id (quemad-
 modum

modum è quinto Prisciani, & Festo discimus) est armillæ genus, quo mulieres utebantur in summo brachio sinistro. Græcis dicitur ἀρροχέειον. Vtitur eo Plautus * :

Iubeâsque novum spinther reconcinariet.

Et mox :

Scis hoc quod sit spinther ?

Item :

Redde igitur spinther, si non meministi.

Et act. iv †, semel iterumque. Et Act. v ‡.

* Menachmi act. 3. sc. 3.

† Sc. Quis hic me querit ?

‡ Sc. Ut atas mea est. Iterumque sc. ultima.

CAPVT XXVII.

De terminationibus IR, OR, VR. Hir. Abaddir. Vxoris etymon. Auctor cur commune. Defensor, persuasor, sponsor, de femina. Stoicorum opinio de sexu Deorum. Lunus. Calor, decor, & ador, in neutro. Dissensus ab Agellio super Ennii versu. Guttur in masculino, Serui lapsus.

IN IR definit neutrum *bir*, hoc est, vola manus, & masculinum *abaddir*, hoc est, beryllus, sive lapis, quem Saturnus pro filio devoravit, cujusque in memoriam, ut quidem Lactantius scripsit *, Romani coluerunt *Capitolii immobile saxum* : ut vocat Poëta in nono magni operis. Vtrumque est aptoton, si audimus Priscianum lib. 6. Nam prius declinat Charisius. Cætera in IR ad generalem pertinent regulam ; ut, *vir, levir, duumvir*, &c.

Verbalia in OR prius tuere generis communis : ut vel indicio sit nomen *uxor*, sive ejuldem sit originis ac *auxilium* : nempe ab ἀύξω, vel *auxi*, quasi *auxur*, *as* in *u* abeunte ; ut in *rudus pro raudus, cludo pro claudo*, & similibus : sive, juxta veteres fuerit ab *ungendo*, quasi *unxor*, quia mariti postes ungeret oleo, axungia, vel adipe suillo, aut lupino : quemadmodum auctor est Plinius lib. xxviii, cap. ix ; ut Donatus †, *Isidorum ‡*, & Grammaticorum alios, mittam. Ob eandem hujus terminationis apud veteres naturam atque usum, *auctor* est commune : sive ab *augendo* esse placet, quâ significationes posteriores in muliebri *auxitrix* maluere : sive ab inusitato sit supino verbi *auvo*, quomodo à *favum* est *favoor*. Nam qui fieri quid avert, suadendo ejus sit *auvor*. Eadem terminatione apud Vlpianum l. ii. Dig. de S. C. Vellejano legas, *mulier defensor*, & apud Cassianum, elegantem scriptorem, lib. viii, cap. xi, *mulier persuasor*. Imò Ovidius ipse epistola Paridis ad Helenam de Venere inquit :

Sponsor conjugii stat Dona pietas sui.

Est & Cornelii Severi apud Sospitrum :

* primo Institut. Divin. cap. 20.

† in Hec. act. 1. sc. 2. ‡ lib. 9. Orig. cap. ult.

Igneâ

*Ignea nam Phœbe ducebat sidera cœlo
 Iraterius successor equis.*

Hanc qui causam non attenderunt, falsò putarunt, poetam respexisse Stoicorum opinionem, Deos utriusque lèxus facientium: unde Soranus Iovem ita compellat: *Tu genitor genitrixque Deum.* Et, ut superius * etiam diximus, Virgilius Venerem Deum nuncupavit, atque adèò Levinus scripsit: *Venerem igitur abnum adorans:* videturque ab hac ipsa opinione esse, quòd & siderum regina, tum *Luni*, tum *Lunæ* nomine est appellata: unde Carrhis templum Dei Luni, ut scribit Spartianus in Caracalla.

* cap. II.

Quædam olim in O R exeuntia erant neutra, quæ nunc sunt masculina: quemadmodum Nonius docet isto Plauti f:

† Mercat.
 ab. §. p.
 Divum at-
 que homi-
 num.
 † Veneta an.
 3518. &
 alia.
 * ad lib. 2
 Georg.

Nec calor, nec frigus metuo, neque ventum, neque grandinem.

Est trochaicus; ne *calorem* legi posse putes, prout est in vet. editt. † & vulgatis Nonii codd. contra Nonii ipsius mentem, exempla eorum adferentis, quæ utrumque genus recipiunt. Denique *calor*, non *calorem* scripsisse Plautum, monuit Iunius Philargyrius *, vetus Virgiliti interpres. Vt audiendos non putem, qui *calor* censent non cum *metuo* conjungi, sed cum *obsistat*; quod versu fuit præcedenti.

Quædam etiam neutra in O R terminationem mutarunt, genus retinuerunt. Vt pro eo, quod *jecinor* olim, ac postea *ἔσυνοντι* dixerunt *jecor*, nuuc *jecur* obtinet. Sic enim à plurimis traditum. Sed potiùs *jecur* ex *jecinor*: de quo inferiùs agam. *Decor* olim quoque neutrum fuit. Quod imitatus Aufonius in Coronide Professorum:

Dum decor egregiè commeminit patriæ.

Vbi *decor* posuit pro *decus*. Ac similiter *ador* in neutro posuere pro *adus*. Idem Aufonius in Monosyllabis;

Hinc ador, atque adoris de polline pulcherrimum far.

Nam *adoris*, penultimâ correptâ, neutrum est, ut *decoris*. *Adoris* verò, eadem porreptâ, est ab *ador masculino*, ut *honoris*. Nisi magis placeat, semper esse neutrum: ac, ut Priscianus censet, corripit secundum hanc regulam, quâ neutra in O R dicuntur penultimam corripere: at secundum derivatorum regulam producere eandem, quia sit ab *adaro*. Sed de etymo fallitur. Potius sit ab *ἀδῆρ*, id est, *arista*. Rectè autem produci quoque ait. Quomodo, Prisciano teste, usurpat Gannius in III:

Emicat in nubes ridoribus ardor adoris.

Idem Gannius in I corripit à masculino *ador*.

Hic adoris dat primicias, sibi sanguine libat.

Ita est in membranis nostris. Eiusdem est in secundo:

Illam

Illam sponte sacros adoris straxisse manipulos.

Sed de hoc plenius dicimus libro de vitiis Sermonis.

Cor ab Ennio in masculino usurpari, putavit Nonius Marcellus, & ante eum Cefellius Vindex in Antiquarum Lectionum commentariis. Ejus sententiam refutat Agellius lib. VII, cap. II. Verum de interpretatione Enniani loci, nec Agellio adfentio. Nam cum ait,

— *Quem credidit esse meum cor,*

Suasorem summum, & studiosum robore belli:

cor μελωνυμικως accipi puto pro sapientia, ut sententia fit; quem Annibalem putavit mihi esse sapientis consilii promumcondum: atque ita versus sequens interpretatio quodammodo fit antecedentis.

Marmor masculinum est Plinio Valeriano lib. III cap. XIV. *Et super marmorem aqua lotum fundes medicamen.* Sed hujus levis auctoritas.

Furfur excipi à neutris, indicat, quod plurali dicitur *furfures*. Singulo numero *furfuris* usurpat Plinius lib. XVII, cap. IX: ubi & *furfure* invenias: item apud Plautum Captivis.

Guttur olim fuit masculinum; ut Nonius, & Priscianus, probant illo Plauti*:

Etsi anne obturat inferiorem gutturem,

Nequid animai forte amittat dormiens?

Ita enim legendus is locus, ut alibi ostendimus. Vfus hoc genere idem in Trinummo †:

Condaliium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem.

Atque ut de Nævio taceam, similiter Varronem loqui, Nonius docebit.

Marmor quoque monet in virili itidem usurpare. Vt cujus fit Sexagesimâ: *Verus murmur.*

Turtur quandoque femininum esse, probat Servius illo Maronis Ecl. I:

Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

Mirum, tantum virum in re aded clarâ cæcutiisse. Nam quid apertius, quam aëriâ cum ulmo convenire? Et de exeuntibus in R hæctenus. Accedamus ad ea, quæ litera S terminantur.

CAPVT XXVIII.

Tiaras, & tiara, genere discrepare. Grammatias, chalazias, similiaque. Dionysias muliebre esse: *etsi aliter usus Solinus.* Absinthites vinum, & id genus alia. Pyrites, & Pÿritis, Aërites, & Aëtiris, Selenites, & Selenitis propriè genere differre: *etsi Plinius, si vulgatis codd. standum, discrimen*

* Aulul.
Alc. 2, se.
Postquam
obstravit
herm.

† Sc. Stafimo, fac te
propere celestem.

crimen id non observet. Merges, & merga. Ales in virili. Tudès, trudes, ames, incerii generis. Fides, & fidis distare. Palumbes utriusque generis. Acinaces perperam in muliebri poni. Scytharum mos jurandi per ventum & acinacem. Panaces, nepenthes, cacoëthes, & hippomanes, citr in neutro sumantur. Discrimen, quod inter dies virile, & muliebre statuit Asconius, non semper observari.

IN A S primæ sunt Græca, & masculina. Cujusmodi Latinis in A quoque exeunt. Sed in propriis manet genus: ut *Aneas*, *Aenea*. In appellativis non item. Nam *tiaras* est masculinum, *tiara* femininum. Prius est apud Maronem in septimo:

— *Scorpionumque, sacerque tiaras.*

Alterum Juvenalis prætalit lat. VII:

— *Et Phrygiâ vestitur bucca tiarâ.*

Aliquis tamen existimare possit, *grammatias* (gemmae genus) esse muliebre, propter illud Plinii lib. xxxvii, cap. ix: *Totus vero Oriens pro amuleto traditur gestare eam, quæ ex iis smaragdo similis est, & transversâ lineâ albâ mediâ præcingitur, & grammatis vocatur: quæ pluribus polygrammos. Libet obiter vanitatem Magicam hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. Verum cum Plinius ait, quæ polygrammos vocatur: item, hanc concionantibus utilem, non respicit grammatis, sed jaspis, quod antecessit, & cujus species est ὁ χαμματίας: estque sic vocatus, ὁ δὲ χαμματίας*, quia lineâ præcingitur transversâ.*

* à lineâ.

† grande.

‡ lib. 37.

cap. 11.

* cap. 40.

Similiter masculinum est *chalaris*, ὁ χαλαρίας, cui nomen dedit ἡ χαλαρία †, quia grandinum & candorem, & figuram habet; ut est apud Plinium ‡ & Solinum *. Item *capnias*, ὁ καπνίας; *asterias*, ὁ ἀστέριας. At cave simile putes *Dionysias*: quæ de gemmâ sic Plinius lib. xxxvii, cap. x: *Dionysias nigra ac dura, mistis rubentibus maculis: ex aqua trita saporem vini facit, & ebrietati resistere putatur.* Est igitur muliebre. Quid mirum? Non primæ est, sed quintæ. Nempe Græcè est ἡ διονυσιάς διονυσιάδ@. Quod non attendit Solinus cap. xl. Nam, contrâ quàm Plinius, virili genere ait: *Dionysias fuscus est, rubentibus maculis sparsus.* Putavit igitur dici ὁ διονυσίας διονυσίω. Siquis tamen existimet, pro diversâ declinatione utrumque genus locum habere; non magnopere repugnabo. Vidimus de *as* primæ.

A S tertîæ est femininum. Ut *anas*. Petronius: *Et pictis anas enovata pennis.* Martialis lib. iii, epigr. xciii:

Et anatis habeas utropygium macræ.

Virilia tamen præter *gigas*, etiam *as affis*, *adamas*, *elephas*. Quibus adde *vas vadis*. Nam etsi de femina quoque dicatur, non tamen adjectivum femi-

femininum admittit. *Ætas* olim quoque virile : ut Nonius probat illo Plauti Trinummo :

Propter eisdem, quorum causâ fui hoc ætate exercitus.

Neutrum est *vus vasis*. Vti & Græca *artocreas*, & *eryspelas*. Græcè enim $\pi\delta\ \delta\ \rho\acute{o}\mu\kappa\epsilon\alpha\varsigma\ \delta\epsilon\ \tau\omicron\kappa\epsilon\acute{\alpha}\lambda\omicron\varsigma$, $\pi\delta\ \epsilon\upsilon\sigma\iota\pi\epsilon\lambda\alpha\varsigma$, $\alpha\lambda\omicron$. Illo usus Persius sat. vi. Hoc Cælius lib. v, cap. xxvi. Imò & herba buceras, $\beta\upsilon\kappa\epsilon\acute{\rho}\alpha\varsigma$, neutrum Plinius lib. xxiv cap. xix. Latinum *foenum Græcum*, vel etiam *siliquam* appellant. *Fas*, & *ncfas*, neutra esse cognoscitur canone, qui universè præcipit de aptotis.

Nomina in E S partim sunt primæ, partim tertiæ, partim quintæ. Quæ primæ, ea Græca, ac masculina sunt : ut *forites*, de quo nec epistolum à se exaratum edere dubitavit doctissimus Cælius Calcagninus *. Eo autem in virili usum docet Ciceronem in secundo de Divinatione. Eiusdemque in iv Acad. Quæst. *Soritas* hos vocant. Et lib. iv de Fin. *Iam ille sorites*. *Bootes*, qui aliter *Arctophylax*, Tullio, Nafoni, aliis, semper virile. Quid mirum ? cum propriè *bubulcum* signet ? Masculina etiam *aromatites*, *absinthites*, *hyssopites*, *abrotonites*, similiaque. Columella lib. xii, cap. xxxv : *Vinum absinthiten*, & *hyssopiten*, & *abrotoniten*, & *maraiten*, & *glycyrrhiziten*, sic condire oportet. Et cap. xxxviii : *Vinum myrtiten sic facito*. Item Plin. lib. xiv, cap. xvi : *Aromatiten quoque invenio factitatum*. Idem inibi in accusativo *catorchiten*, & *rhoiten* dixit : quæ si neutra forent, at à nonnemine proditum, sanè accusativus esset similis nominativo. Nec obstat, quod intelligatur *vinum* : cum ea, quæ adduxi, origine sint Græca, Græcèque intelligatur $\delta\iota\upsilon\omicron$. Adde quod & *flumen Rhenus* dicatur, nec iccirco *Rhenus* neutrum sit.

Similiter virilia sunt *pyrites*, *selenites*, *actites*, *chernites*, *ostracites*, *ophites*, *paranites*, *aspilates*, aliaque id genus. Plinius lib. xxxvi, cap. xvii : *Chernites ebori simillimus*. Cap. xix : *Est alius etiamnum pyrites, similitudine æris*. Cap. xx : *Hæmatitesustus minii colorem imitatur*. Idem tamen in muliebri quoque usus. Vt lib. xxxvii, cap. xi : *Pyrites nigra quidem, sed atritum dignos admittit*. Ita & vetus Parmensis editio, & inde confectæ. In quibusdam tamen MSSis, *pyritis*, ut Græcis $\eta\ \sigma\upsilon\pi\iota\tau\iota\varsigma$. Ac similiter differunt *selenites*, & *selenitis*, $\epsilon\ \sigma\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\iota\tau\iota\varsigma$, & $\eta\ \sigma\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\iota\tau\iota\varsigma$. Nempe in priori respiciunt $\omicron\ \lambda\iota\theta\omicron$, in altero $\eta\ \lambda\iota\theta\omicron$. Sed hoc in Plinianis editionibus non observatur. Vt lib. xxxvii, cap. i : *Pyrrhus habuisse traditur achaten*, in qua ix *Musæ* & *Apollo citharam tenens*, spectarentur. Et cap. viii : *Molochites laudata signis*. Et cap. ix : *Aspilaten Democritus in Arabia gigni tradit, ignei coloris. Eam oportere cameli pilo splenicis aligari*. Ac postea : *Botrytes alia nigra est, alia pampinea*. Item : *Capnites*, plurimis *spiritus fumida*. Et *mox* : *Cepites candida est*. Ac similia id genus

* Epist. 35.
lib. i. quæst.
epistolicæ.

deinceps. Fortasse igitur Latini discrimen illud terminationum ES & IS non observant: sed ut Græcis est $\delta \kappa \alpha \iota \eta \lambda \iota \theta \circ$, ita hæc nunc virili genere usurpant, respiciendo *lapis*, nunc feminino, intelligendo *gemma*.

* eisdem
syllabarum
in obliqua
recto.

Quæ in ES tertiæ sunt; vel in gignendi casu crescunt, vel sunt $\iota \sigma \sigma \acute{\upsilon} \lambda \lambda \alpha \beta \alpha$ *. Quæ crescunt, masculina sunt, præter neutrum *as*: & muliebria hæc, *seges, tegetes, merces, compes*, & *quies*: quibus adde *inques* substantivum; ut apud Plinium lib. XIV, cap. XXII: *Furiales somni, in- quies nocturna*. Item *requies*: ut apud Nas. epist. IV, *requies alterna*.

† an. 1476.

‡ lib. 2.
cap. 21.

Merges utrùm virile sit, an muliebri, quæritur. Virile facit Emmanuel Alvarus. Priscianus tamen à femininis non excipit. Imò apud Plinium lib. XVIIII, cap. xxx legas: *Inter duas mergites spica distinguitur*. Ita non modo est in Dalecampiana; sed etiam antiqua † Parmensi. Quod si placet, *merges* fuerit, non manipulus modo spicarum; sed etiam, quas Columella ‡ vocat *mergas*, hoc est, ferramenta, quibus fruges demetebant. Vel in Plinio, quod aliis visum, legi debet, *verum è descitâ mergite*.

Temere inter communia reponunt, *eques, pedes, hospes, cocles*, ac quædam alia. At verè communia sunt, *heres, miles, comes, vates, & antistes*: de quibus supra diximus.

Ales plurimum est femininum. Quomodo & Martialis usus lib. XIV, epigr. LXVII:

*Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muscas,
Altis eximie cauda superba fuit.*

Loquitur de muscario pavonino. Ex iis, qui profâ scripsere oratione, solus & semel duntaxat (ni me fallit memoria) in masculino usurpat Plinius. Locus est lib. XVIII, cap. xxvi: *Per imitationem alitis temporarii, quem cuculum vocant*. Alibi sane muliebri utitur. Vt lib. x cap. XXI: *Planè dignæ aliti tantum honoris præbet Romana purpura*. Sermo est de gallo gallinaceo. Poëtæ quoque rarissime in masculino utuntur. Invenias autem apud Maronem Æn. v:

Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.

Et in XI ubi ait:

*Namque volans rubrà fulvus Iovis ales in æthra
Litoreas agitabat aves.*

Quem ad locum Donatus monet, artificiosè *alitem* masculinum immitti, quia si femina esset, non tangeret Ænæ personam. Legitur quoque in vulgatis Ovidii codd. lib. II Amor. Eleg. VI.

* lib. I
Emendat.
cap. 6.

Psitacus Eois ales mihi missus ab undis.

Verùm scitè admodum *Carrio* * è codice Puteani legendum putat:

Psitac-

Pittacus Eois imitatrix ales ab Indis.

Vt nempe ales ab Indis dicatur, quemadmodum mulier ab Andro.

Pes olim quoque femininum: ut Nonius ostendit illo Plauti Vidularia:

Vbi quamque pedem videbat, suffurabatur omnis. Vbi pedem exponit pediculum: quâ ipsâ significatione Varro in virili dixit lib. III, de R. R. cap. IX. Dato cibo, cum perpurgarunt caput, ne quos habeant pedes, rursus eas includunt.

Cur plurimum sit femininum, ratio ea est quod intelligatur *avis*. Quod interdum additur, Cic. II de Nat. Deor. *Inde est ales avis lato sub tegmine cæli*. Naturam habere adjectivi, arguit, quod Seneca in Medea act. V, *alitem currum*, & Silius in III *plumbum ales* dixerit. Quandoque verò est masculinum, quia ales de utroque sexu dicitur, & masculinus dignior est. Par ratio in *Volucris*: de quo mox dicam.

Tudes cujus generis sit, incertum est. Eo malleus significatur; unde cuidam nomen factum *Tudiano*, scribit Festus. Nec magis constat, cujus generis sit *trudes*. Vtitur Tacitus III Annal. *Quidam trudibus, aut furcis, inertem molem prosternere*. Idem dictum velim de *ames* sive *amis*; quo Horatius *, & Palladius † usi pro pertica aucupum: quomodo & in glossis legas, *Amies, ἰξόλησι κάλαμοι*. Itaque in tribus istis tutius abstinemus adjectivo certi generis. Si tamen alterutro uti cogat necessitas, utar virili: quia in E S exeuntia, quæ in obliquis crescunt, prope omnia sunt masculina.

Videamus nunc de iis, quæ non crescunt. Cujusmodi sunt muliebria: ut *plebes, vulpes, cædes*. Ac simile creditur *fides*. Nam seu assensum notet, seu chordam, eandem esse terminationem existimant. Atque id colligi putant è Festo Pompejo: cui placet, chordam *μετὰ φωνῆς fidem* dici, quia ut inter homines fides, ita inter se chordæ concordent. Sed falli eos, indicat Agroæcius, cum scribit: *Fides de fidelitate dicitur; fides de chordâ: ac Priscianus quoque, cujus illud lib. I ‡: Fides fidicen; fides plurale, cujus singulare fides est; unde etiam diminutivum fidicula.*

Ab iussyllabis excipe *verres*: nisi hoc ad regulam generalem de maribus placet referre. Sic enim dicitur porcus castratus. Item excipe *vepres*, nominativum obsoletum: nisi is potius *vepris* fuit, vel *veper*: ut est apud Flavium Caprum lib. de Orthographia. Virile esse, liquet ex illo Columellæ lib. XI, cap. III: *Hunc veprem manifestum est inermis non posse*. Et Maronis est in octavo:

*Raprabatque viri mendacis viscera Tullus
Per silvam, & sparsi rapabant sanguine vepres.*

Q 99 3

Le-

* lib. Epod.
od. 3.
† lib. 7. cap.
2. & alibi.

‡ cap. de
numero literarum, col.
553. edit.
Putsch.

Legitur tamen apud Lucretium lib. iv :

— *Cum lubrica serpens*

Exiit in spinis vestem : nam sepe videmus

Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

* lib. de Or-
thogr.

Qui loquendi modus à Capro * improbat. Et sanè Charisius quoque, & Diomedes, uterque libro primo, referunt *vepres* inter masculina, semper, aut plurimum pluralia. A *vepre* tamen est *veprecula*. Et Priscianus libro vii ponit *vepres* inter feminina, quæ simile sibi formant diminutivum.

Palumbes quoque (nisi in nominativo *palumbis* malis) in utroque invenitur genere. In masculino utitur Plinius lib. x, cap. xxxv : *Vivere palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadrag'simum, Aristoteles autor est.* Lucilius in xiiii quoque dixit : — *Macrisq' te palumbes.* Eodemque genere ait Plaut. Bacch. Act. i, sc. i : *Duc unum expetitis palumbem.* Et à Pomponio citat Nonius, *unam palumbem.* At feminino usus Maro Ecl. i : — *Rauce, tua cura, palumbes.* Et Ecl. iiii : — *Acrie quo concessere palumbes.*

Excipiuntur etiam Græca, partim masculina, partim neutra. Masculinum est *acinaces*. Horat †.

† lib. i
Carm. od.
27.

Vino & lucernis Medus acinaces

Immane quantum discrepat.

hoc est, Medicus sive Parthicus. Val. Flaccus lib. vii :

Insignis manicis, insignis acinace dextro.

Ita enim rectè editum à Lud. Carrione ; quamvis *dextrâ* citent Callippinus, & Rob. Stephanus in Thef. L. L. Sanè masculinum quoque est Luciano in Toxaride, ubi Scytham inducit hoc modo jurantem : *ὄν μὰ θεῶν ἢ ἀνεμον, καὶ ἢ ἀκινάκλω, εἰ δὲν παρὲς σὲ ψεύδῃ ἐγὼ : nam per ventum & acinacem, non mentiar apud te.* Et paullo post rationem adferens, cur per hæc jurent Scythæ, ait : *εἰ σὶ δοκῶσιν ὁ ἀνεμὸς καὶ ὁ ἀκινάκης θεοὶ εἶναι ; ὅντως ἀρα ἠγρόσηος, ὅτι ἀνθρώπις μείζον εἶδέν ἐστι ζωῆς τε, καὶ θανάτου ; ὅπου τιν ἔν τ' ἀνεμον καὶ ἢ ἀκινάκλω ὀμνύομεν, ταῦτα ὀμνύομεν, ὡς τ' μὲν ἀνεμον ζωῆς αἰτίον ὄντα, ἢ ἀκινάκλω ἢ ὅτι δόποθνήσκον ποιεῖ.* An non Dii tibi esse videntur *ventus*, & *acinaces*? Adeone tibi laet, nihil mortalibus magis esse vitâ, & morte? Per hæc utique juramus, cum per *ventum*, & *acinacem* juramus : per *ventum* quidem, quia is sit vitæ causa ; per *acinacem* verò, quia is mortem adferat. Eodem libro legere est, *πυτῆρας τῷ ἀκινάκῃ ἢ λέοντι εἰς τὸ σῆνον* • *acinace in leonis pectus defixo.* Qui *acinacis* quoque dici ajunt, uti Ramus, & alii ; nec ratione, nec autoritate nituntur.

Sunt & quædam ἰσοσύλλαβα neutra : ut *panaces*, *nepembes*, *cacoëthes*,
hippo-

hippomanes. Plinius lib. xxv, cap. iv: *Panaces ipso nomine omnium malorum remedia promittit; numerosum, & Diis inventoribus adscriptum*. Pro quo & *panacea*, & *panax*; uti Græcis: de quo dixi in Originum libris. Idem Plinius lib. xxi, cap. xxi: *Attribuunt & hilaritatis effectum eidem (helenio) potæ in vino, eumque quem habuerit nepenthes illud prædicatum ab Homero**; quod eo tristitia omnis aboleatur. Iuvenalis sat. vii: * *Odyss. 8.*

— Tenet insanabile multos

Scribendi cacoëthes, & agro in corde senescit.

Sunt autem hæc adjectiva neutra substantivè usurpata à communibus in ΗΣ. Nam à *πανακῆς* est *πανακῆς*, quod & *πανακεία*; & à *κακῆθῆς* est *κακῆθες*, quod & *κακῆθεία*; & à *νηπενθῆς* est *νηπενθές*, supple *φάρμακον*: eodémque modo *ιππομανές* est ab *ιππομανῆς*.

In E S quintæ feminina sunt, præter *dies*, & *meridies*: quorum hoc semper masculinum est: illud, si Grammaticis fides, in plurali quidem masculinum tantum, in singulari autem pro diversâ significatione variat genus. Nam femininum esse volunt, quando ponitur pro tempore indeterminato; ideóque diminutivum ejus esse *dieculam*, quo brevis mora denotatur: at masculinum esse, cum accipitur pro spatio viginti quatuor horarum; aut eo, quo sol est supra horizontem. Asconius Pedianus †: *Dies feminino genere tempus; & ideo diminutive Diecula dicitur breve tempus & mora: Dies horarum d.odecim, generis masculini est; unde Hodie dicimus quasi hoc die*. Verum etsi hoc discrimen plurimum observetur: nonnunquam tamen negligitur. Virg. Æn. ii:

Iamque dies infanda aderat.

Cic. ad Quintum frat. †. *Vna pluribus verbis, in quâ primum erat, quod antiquior dies in tuis fui, et adscripta literis, quam in Cæsaris*. Plinius lib. xiii, cap. xxiv. *Mirum, quod eadem die germinat, quâ injectum est*. Quin, contra quàm existimarunt, pluralivus quoque reperitur in feminino. Sanè Tullii est pro Cn. Plancio: *ô reliquas omnes dies noctisque eas, quibus iste, à me non recedens, Thessalonicam me, in qua storumque perduxit!*

† in 2 com-
tra Verrean.

† lib. 3,
epist. 1.

Est qui *acinaces* quoque inter nomina quintæ referat; sed id Græcis primæ est, Latinis tertiæ: quod nisi esset, ultimam produceret in ablativo, contra quàm factum à Valerio Flacco, ut paullò antè vidimus.

Et hæc de terminatione E S: quâ multa quoque olim terminabantur, quæ nunc in geminam desinunt consonantem. Ita cum alia dixerent antiqui, tum *trabes*, *adipes*, & *plebes*; quod postremum & apud Sallustium, ac Tacitum legere est.

CAPVT XXIX.

De terminatione IS. Amnis ulla, & vocitata. *Caper correctus.* Anguis *dubium non epicœnum, contra quam Scoppio visum.* Annali sexto, καὶ ἄνωγοιαι. Callis in muliebri. Canalis sæpius femininum. Canalicula. Cassis, & cassida. Cenchris. Cinis qui in fem. revocare conat. Clunis. *Agroœcus Plauti. Servius Horatium solœcisimi arguit. Eiusdem error finis verbale censentis.* Colis. Coliculus in brassicis, vitibus, & picturis. Corbis frequentius femininum. Corbis messoria, vel messuaria. *Servius correctus.* Corbula. Cosis, colus, cufus. Crinis. Funis aurea. *Cur rudens utroque genere dixerint.* Glis ex gliris. Glis glitis, & glis glifis, *barbara.* Iugalis. Hæc lapis, ut ἡ λίθος. Majali unde nomen. Molaris duplici significatione. Pollen rectius, quam pollis dici. Pulvis Propertio fem. Retis masculinum, unde reticulus. Retes augurales. Scrobis, unde scrobiculus. Semis. Sentis. Sotularis *barbarum.* Torquis. Volucris *cur dubium.*

A Femininis in IS multa excipiuntur, alia virilia, alia communia, aut dubia. Vulgatoribus ommissis, dicam de omnibus minùs apertis.

Annis olim fuisse femininum, auctores sunt Nonius in Annis, & Priscianus in v. Vfus eo genere, præter Nævium, & Accium, etiam Plautus Mercatore :*

* *Att. 5.*
Sc. 2.

Neque mihi ulla obsistet annis.

Et Varro in III de R. R. *Vbi confluit altera annis.* Ac citat Nonius huic probando ex eisdem lib. I Περὶ πόλεως : *In hac civitate agros colunt arenosos : præter hos fluit annis, quam olim Albulam dicunt vocitavam.*

Sed fortasse quam convenit cum Albulam : ut simile sit Sallustiano illi in Catilina : *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Nunc solum virile est. *Caper de Orthographiâ : Omnia nomina in IS masculina sunt : ut hic funis, crinis, cinis, annis.* Vbi pro IS legendum NIS : qualia & panis, penis, ignis. Eodemque Fabius respiciens lib. II, cap. VI ait, *Funis cognosci virile, quia fit, ut panis.* Quâ de re mox pluribus.

Anguis sæpius masculinum est. Eo usus etiam Valerius Maximus lib. I, cap. VI : *Anguis eximie magnitudinis visus.* At eodem capite idem dixerat : *Subito ab imâ parte aræ prolapsam anguem prospexit.* Tacitus quoque ait lib. undecimo Annalium : *Vnam omnino anguem in cubiculo visam, narrare solitus est.* Ac similiter Plautus Amphitryone, & ut Charitius ostendit, Tibullus, Ovidius, & Varro Atacinus, hoc versu :

Cujus ut adspexit tortâ caput angue revivitum.

Quod

Quod & Nonius adducit. Grosippus sive Scoppius ait in Institutionibus Grammaticis, *anguis* esse epicœnum masculinum, & si feminino jungatur, intelligi *femina*. Sed causa est nulla, cur in locis adductis credamus, magis de angue feminâ, quàm mare, sermonem esse. Nec enim simile est, ac si dicas, *elephantum gravidam*.

Annalis virile quidem; ut dici debeat *annali sexto, nono*; sed *ναδ' αννοισιν*, quia intelligitur *liber*. Sic loquuntur Cicero, Plinius, Gellius: ut dicemus inferius, cum agendum de masculinis singulari numero rariùs usurpatis.

Similiter *aqualis*: non quidem, quomodo est adjectivum, sed quia intelligitur urceus.

Callis masculinum Maroni *Æn. iv.*

— *Prædamque per herbas*

Conuertant calle angusto.

At feminino Livius lib. *xxii*: *Nisi pecorum modo fert, angusto saltu, per devias calles*. Sic Nonius legit: atque addit, eundem sic frequenter loqui.

Canalis in masculino, Nonio teste, usus Gadulejus Gallicanus: sive, ut viri docti corrigunt, C. Aquilius, aut Gargilius Martialis. Sed ut ad *iii* Georg. scribit Servius, & ex eo Isidorus lib. *xv*, cap. *viii*, *melius genere feminino, quàm masculino proferimus*. Certè in feminino usus Varro lib. *iii* de *R. R.* cap. *xi*. Alterum quoque ejusdem scriptoris locum indicat nobis Iunius Philargyrius ad *iv* Georg. ubi sic legitur: *Varro divinarum rerum lib. vi: Canales eas dispecit. templa feminino genere canales dixit*. Vbi (ut optimè amicus noster *ὁ μακρίτης* Ianus Rutgerius in Variis suis * observabat) legi omnino debet: *Canalis ea* * *lib. i. cap. 2.* *dispecit templa. Feminino genere canalis dixit*. Apud Cornelium quoque Severum *diversas canales*; & eodem poemate, *rigidas canales*, legit Ios. Scaliger. Atque hinc *canalicula* apud Lucilium, Nonio teste: itemque apud Gellium lib. *xvii*, cap. *xi*.

Cassis quomodo pro significatione variet, & genus, & obliquos, pervulgatum est. Addit Servius †, accusativum ejus interdum poni † *in ii Æn.* pro nominativo. Verùm, cum accusativus sit *cassidem*, non *cassida*, rectius dixisset, quemadmodum efferimus, *Ancon Ancona, Narbon Narbona, lampas lampada*; (quam vocem Ios. Scaliger Manilio restituit è codice Gemblacensi) *burra, buris*, quorum prius est apud Varronem lib. *iv* de *r. l.*: ita quoque dici *cassis*, & *cassida*. Sanè jam olim *cassida* probavit probatissimus Probus illo Maronis in undecimo *Æneidos*:

Aureus ex humeris sonat arcus, & antea vati

Cassida.

R r r

Idem

* lib. 1.

Idemque Charisius *, cum hoc ipso loco ostendit, tum illo Propertii † :

† lib. 3,
Eleg. 10.

*Aurea cui postquam nudavit cassida frontem,
Vicit victorem candida forma virum.*

Cenchrus quoque pro significatione genus mutat. Pro serpente enim masculinum est. Lucanus lib. IX :

Et semper recto lapsurus limite cenchrus.

Pro ave autem in feminino usurpatur à Plinio lib. III, cap. ultimo.

Cinis masculinum est. Maro Ecl. VIII : *Cinis ipse*. Addit Nonius, *bonus sit*. Sed corruptè. Nam scripsit Maro :

Adspice, corripuit tremulis altaria flammis

Sponse suâ, dum ferre moror, cinis ipse : bonum sit.

Charisius in primo *cinis* dubium facit. In feminino sanè usus Lucretius lib. IV.

— *Cinere ut multâ latet obrutus ignis.*

Eoque genere revocare sunt conati Calvus, Cæsar, & Catullus ; ut † *carm.* 69. cognoscimus ex Prisciano, & Nonio. Catulli quidem est istud † ,

Troja virum, & virtutum omnium, acerba cinis.

Calvi verò hoc Nonius adfert :

Cum jam sulva cinis fueris —

Meminit hujus quoque Charisius. Qui & ex eodem poëta adfert :

Forſitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis.

* *cap.* 22.

Ac similiter Q. Serenus * :

Et cinis ex calido prodest epota Lyæo.

Itidem apud Scribonium Largum, cum alibi sæpe, tum cap. CCXXVI, item semel iterumque cap. CCXXX, *lixivia cinis* pro *lixivus* legere est. Placet etiam emendatio Scaligeri apud Maronem sive alium in Ciri :

Non minus illa tamen revehi quoque moenia Crææ

Gaudet : at ei cinis est patriæ jucunda sepultæ.

Vti & correctio illa Godſcalci Stewechii apud Arnobium in VII legentis, *antiquæ cineris fritione* : pro quo in vulgatis, *antiquâ cineris fritione*.

Clunis cujus sit generis, nec veteres ipsi fati consentiunt. Sospater lib. I : *Clunes* feminino genere dixit Melissus : & habet autorem Laberium, qui in Ariete sic ait : *Vix sustineo clunes Scævole. Et Horatium, Et lassas clunes*. In Laberii loco deest *crassas*, vel simile appositum. Apud Horatium † est, *Quod pulchra clunes*. Sequitur deinde apud Sospatrum : *Sed Verrius Flaccus* masculino genere dici probat, quoniam in is syllabâ terminata, animâ carentia, nominativo singulari masculina sunt : ut *panis, cinis, crinis, & similia*. Sic usus quoque Plautus :

† lib. 1.
Sat. 2.

Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero.

Citant

Citant Festus, & Nonius; sed hic pro *infra*tos habet *desertos*: atque addit, esse ex comœdia *Abroico*, sive, ut legi debet, *Αβροίκω*. Nam *Αβροίκω* erat inter comœdias Plauto adscriptas, sed quas ei abjudicaret Varro; ut testis Gellius lib. III, cap. III. De eadem voce sic Servius in II *Æn.* *Omnia Latina nomina, inanima, simplicia, à verbo non venientia, NIS syllabâ terminata, masculina sunt.* *Inanima, propter canis simplicia, propter bipennis: à verbo non venientia, propter finis.* Ergo *clunus Iuvenalis bene dixit, Tremulo descendunt clune puella.* Horatius male: *Quid pulchræ clunes.* Hæc ille, sanè satis superciliosè. Et quàm arroganter solœcismi Horatium damnat, falsò aded *finis* facit verbale, cum *finio* potiùs sit denominativum. Modestiùs Acro, qui ad illud Horatii, *Quod pulchræ clunes, Clunes, inquit, dixit genere foemino: sed Iuvenalis hic clunis dixit, quod tenemus.* Nonius iudicium non interponit: tantùm nunc masculinum, nunc femininum esse, Horatii & Plauti locis probat.

Colis virile, ut *caulis*; unde & venit, uti *caulis* à *κλωός*. Itaque *cauliculus*, & *coliculus*, dicitur. Plinius lib. XIX, cap. VIII: *Cymas à prima sectione præstat (brassica) proximo vere.* *Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus.* *Coliculi* lemma est Martiali lib. XIII, epigr. XVII. Nec in brassicis modo id genus, sed etiam vitibus. Vnde Varro de R. R. lib. I, cap. XXXI. *Ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolum.* *Is est coliculus vitens intortus, ut cucumis.* Item in ædificiorum picturis: de quibus Vitruvius lib. VII, cap. V. *Coliculi teneri plures.*

Corbis masculinum facit Priscianus in quinto. Atque ita usurpat Hirtius. At sæpius femininum est: unde Caper de verbis dubiis, *corbes hæ, non hi* dicere jubet. Sic Cicero pro P. Sextio: *Messoria se corbe contexit.* Vbi *messoria corbis* est, quæ Servio ad Ecl. VIII * vocatur *messuaria corbis*. Sed in Servio P. Danielis vitiosè *cornibus messuariis* editum est. Vtitur in feminino etiam Petronius: *Repositorium, inquit, allatum est cum corbe, in quâ gallina erat lignea.* Hinc diminutivum *corbula*, quo usus Cato de R. Rust. cap. XI. Ac non Cæcilium modò, sed Varro-nem quoque in primo de re rust. usurpare, monet Non. Marcellus.

Coffis virile est, si sic dixere. Nam variant Plinii codd. lib. XXX, cap. XII: ubi aliqui *coffi*, aliqui *coffes*. Sed *coffi* probat Festus, uti & glossæ, ut puto: ubi exaratum, *Cofus* (l. *cosus*) *ξίλυ σκάληξ*.

Crimis virile Maroni, & aliis. Olim verò & muliebre; quomodo usus Plautus Mostellariâ, & Atta in Epigrammatis. Nonium adi.

Cucumis esse hujus loci, rectiusque sic dici, quàm *cucumer*, superiùs monitum nobis.

Delphis etiam masculinis addunt. Sed Latini, potiùs *delphin*, quàm *delphis*, dicunt.

Finis olim dubium, teste Prisciano in quinto, & Nonio Marcello. In feminino usurpatur à Marone I I Æneidos :

Hæc finis Priami fatorum.

Verùm quàm insolens olim quibusdam visus sit hic loquendi modus, tum illud indicat, quòd Comminianus hìc solœcissimum esse dicat per genera nominum : tum istoc, quòd Probus in Arte quærat, cur Maro contra Grammaticorum canonas dicat H Æ C FINIS, ac id factum scribat ob metrum, hoc est, ἀρμονίαν, sive rationem musicam. Ita enim *metri* vocem plerùmque accipit Probus. Interim satis mirari non possum, adèd id novum visum Grammaticis, cùm & ita proferre maluerint Varro, Cassius, Cælius, Attius, Lucretius, & Siffenna : ut ex Nonio constat. Imò præter eum, quem modò è Marone adducebamus locum, & alter est I I I Æneidos :

Quam fessis finem rebus ferat.

Nam non ita modò in antiquis aliquot legitur codd. ut Pierius monuit ; sed & olim agnovit hanc lectionem Non. Marcellus. Quin idem Pierius adserit quinto Æneidos in omnibus penè codd. MSS inveniri :

— *Fessique sub ipsam*

Finem adventabant.

Addit inibi, apud Livium lib. IV, dec. I, in antiquo codice legi : *Finem ergo non fieri, nec futuram* : non, ut in vulgatis, *futurum*. Sed finem de fine disertandi faciamus.

Funis Charisio masculinum est : & cui non veterum ? Antiquis tamen, ut Priscianus in quinto ait, etiam femininum fuit. Atque ita usurpatur à Lucretio : cujus illud sub finem lib. secundi, adductum quoque à Nonio, & Agellio lib. XIII, cap. XX.

Hanc (ut opinor) enim mortalia secla superne

Aurea de caelo demisit funis in arva.

Imò non desunt, qui Gellium, & Nonium, vitiosis codd. deceptos existiment. Nam scripsisse Lucretium :

Aurei de caelo descendit funis in arva.

Et movet eos, quòd Quintilianus dicat, certò constare de masculino, quia *funiculus* dicatur. Equidem nec aliter, quàm *funiculus*, vel *hic funis* dicere ausim. Sed antiquis *funis* interdum fuisse muliebre, ex eo quoque colligo, quia Plautus, *hanc rudentem* dicit. Nam *rudens* masculinum aliis, quia respicitur *funis nãδ̄ ἰσθηοίαν*.

Glis virile : pro quo & *gliris* in recto dici, ait Charisius. *Glis* fuit apud Catonem in Orig. & Varronem in Admirandis ; unde idem Charisius adducit : *In sylva mea est glis nullus*. Papias, & mox Alexander à villa Dei, qui sub Frederico I I vixit anno CIO CCXL, eosque fecuti

cuti Sulpitius Verulanus, Mancinellus, atque alii, distinguunt inter *glus gliris*, *glus gluis*, & *glus gliffis*: primum ajunt esse animal, ac virile; alterum terram tenacem, & femininum; tertium esse lappam, & neutrum. Secundum legas & in glossis Isidori: *Glus gliris, humus tenax*. Sed apud Festum, Nonium, Priscianum, & probatiores alios, planè de eo silentium est: ut Latinum minimè videatur. Nempe decepit eos quod *glus* sit limus tenax. Charisius *Hæc Glus gluris: alii glusen dixerunt*. Au-
 ionius in Monosyllabis:

Tergora dic clypeis accommoda que faciat? glus.

Sic meliores codices; Alii *glux*: unde esset in obliquo *gluxis*, ut à *nox noctis*. Dicimus de hoc Barbarum quoque *gliffes* pro lappis: credo ex *hulissen*, quomodo Belgæ *lappas* vocant.

Jugalis quidam masculinis addunt, quia apud Maronem sit VI I Æ-
 neidos:

— *Geminis que jugales*

Semine ab ætherio spirantes naribus ignem.

Verùm hoc καθ' ἑσπέρωναια cognoscitur masculinum, quia respicitur ad vocem *equus*: ut suprà dictum.

Lapis Ennius in muliebri posuit, more Græcorum, qui dicunt ὁ καὶ ἰ λίθος. Quod Nonius probat isto Ennii:

Tanto sublatæ sunt aamine tunc lapides. —

Majalis, & *molaris*, virilia quidem sunt; sed, ut pauldè antè de *juga-*
lis dicebam, δι' ἑσπέρωναια. In priori intelligitur *porcus*: est enim porcus castratus, *Majæ*, Mercurii matri, solitus sacrificari*; unde & no-
 men. In altero, Prisciano † teste, respicitur *dens*, vel etiam *lapis*: ut in illo Papinii tertio Thebaidos:

— *Vastæque fudes, fractique molares.*

Messis, Nonio teste, in muliebri usurpat Lucilius sat. xxvii: *Por-*
tius quam non magnum messem, non magnam esse vindemiam.

Mugilis virile, ut *muail*, quod Charisius quoque agnoscit.

Natalis Maroni, & aliis, semper est masculinum: et si *dies* sit dubium; quod, Servio † auctore, intelligitur, ac quandoque exprimitur: ut † ad Ecl. 3.
 apud Iuvenalem*: † sat. 12.

Natali, Corvine, die mihi gravior hæc lux.

Sic & Censorini aureolus libellus de *die natali* inscribitur. Imò Cicero quoque lib. iv ad Att. ep. i: *Brundisium veni Nonis Sextilibus. Ibi mi-*
hi Tulliola mea fuit præsto natali suo ipso die: qui casu idem natalis erat &
Brundisinae coloniae. Donatus in Phorm. act. i, sc. ii: *Cum adjectisque*
temporis cujuslibet natalis dies melius dicitur: ut natalis locus, natale astrum.
Sed Virgilius serviens personæ rusticæ, Meus est natalis Iola, inquit, nec ad-
dit dies.

Ovis in masculino usurpabant veteres : unde , Nonio teste , Varro lib. XXI I rerum Humanarum : *Vt etiam notantibus* , (sic legendum è MSSis, ubi *notantibus*) *qui oves duos, non duas dicunt.* Eiusdem est : *Tèrentio, quando citatus neque respondit, neque excitatus est, ei ego unum ovem multam dico.* Quem locum , quo ex Varronis libro hauerit Nonius , præter morem non apposuit. Neque non apud Varronem legerat ; sed exscripterat ex Agellio , qui librum præterierat. Vide eum lib. XI, cap. I.

Pollis est in glossis Cyrilli : *γῶπισ, pollis.* Phocas censet esse masculinum ; Charilius femininum. At Cæsar, & Probus, quorum major apud nos auctoritas esse debet, *pollen pollinis* declinant in neutro : ut est apud Priscianum in sexto. Similiter glossæ Philoxeni : *Pollen, γῶπισ.* Apud Isidorum lib. XX, cap. II, editum : *Polles genus est farinæ candidissimæ.* Dubium, utrum *pollis*, an *pollen* scripserit. In veteri onomastico est : *Pollinis, γῶπεως.* Genitivum, puto, reposuit, quia de recto dubium esset. Tamen pro *pollis* facit , quod *pollinem* legere est apud Catonem de R. R. cap. CLVI, ac Plinium lib. XVI II, cap. IX, & lib. XXI II, cap. XXV. Nam à recto hoc *pollen* similiter esset in accusandi casu. Vt *pollinem* omnino sit à *pollis* : sive hoc sit virile ; sive muliebre, quod Charisium velle, ex Prisciano diximus. Nunc tamen in Charisio legas quidem , dici *pollis* , *pollinis* : verum de genere non addit. Vtrum olim existitisse credemus, an Priscianum de genere falsum esse ? Dicebamus quoque, Cæsaris majorem esse auctoritatem debere, quàm Charisii, & Prisciani. Rectè sanè. Sed quid si contendam ; in pollinario hoc argumento melius usum vocabulorum novisse Catonem , rei rusticæ scriptorem , & Plinium, naturæ interpretem, quàm magnum illum Cæsarem , etsi minime hospitem in re Grammatica ? Sed more nostro potius , quantum possumus , sententias , quæ pugnare videntur, inter se conciliemus. Sic igitur statuere liceat, ut prius *sanguen* dixere ; unde hujus *sanguinis*, ac *ἡ συνκοπήν hic sanguis* : ita prius dixisse hoc *pollen*, hujus *pollinis*, & inde hic *pollinis*, & per syncopen hic *pollis*.

* lib. 2 de
Diat. Deor. *Pulvis* masculino longè usitatus : quomodo Tullius * *eruditum pulverem* de Mathematicis dixit disciplinis. Sed Ennii est in VII II Annal.

Iamque fere pulvis ad cælum vasta videtur.

Eiusdem quoque de pulvere est , *fulva volat.* Imò nec sic usurpare dubitavit Propertius lib. I, el. ult.

Sit mihi præcipue pulvis Errusca dolor.

Et lib. II, eleg. XII I.

— *Qui nunc jacet arida pulvis ,
Unius hic quondam servus amoris erat.*

Cujus

Cujus rei & Charisius meminit in primo.

Retis masculinum. Charisius lib. I : *Retē neutrali genere, an retis masculino dicendum sit, quæritur : ut in neutrali quidem plurali numero facit hæc retia ; in masculino retes. Femininè enim nullam capit adfirmationem ; cum per diminutionem, aut masculinum sit, ut hic reticulus ; aut neutrum, ut hoc reticulum. Nemo tam obstinatæ impudentiæ est, ut dicat, hæc reticula, hujus reticulæ, quemadmodum hæc navicula, hujus naviculæ. Retis usurpat Plautus Rudente* :*

Vbi demisi retem atque hammum, quicquid hæsit, extraho.

* a7. 4.
sc. 3.

Sic legit Priscianus lib. VII, & consentiunt MSSi, ac editt. vett. Similiter Varro lib. III de R. R. cap. v. *Hæ sunt arboribus omne genus repletum, quibus administratur per retem, & aqua rivulo tenui adfluit.* Ita & à Rob. Steph. editum. Gloss. Philoxeni : *Retes augurales, Νεφέλη ὀργάνων.* Hinc *reticulus.* Ut in iisdem glossis : *Reticulus, ῥυγχαῖος.* Vltus Varro ibidem : *Inter columnas exteriores pro pariete reticuli è nervis sunt.* Similiter, *reticuli circa columnas.* l. fundi. 18. §. 1. ff. de act. emt. & vend.

Scrobis in recto agnoscit Capella. In glossis etiam Cyrilli est, *Βόθρος, vorago, scrobs, scrobis, fossa, fovea, lacuna.* Imò usurpat Columella lib. v, cap. v, & x. In virili obliquis utuntur Plautus Amph. & Aulularia, & Varro Manio, teste Nonio. Atque inde *scrobiculum* dicere Varronem monet. De eodem sic Servius in II Georg. *Scrobes sunt masculini generis. Nam Cicero in Oeconomicis sic dicit : & Plautus ait, Sexagenos scrobes. Minor autem est Luciani, & Gracchi auctoritas. Nam Lucianus ait, Exiguâ posui scrobe. Gracchus, Abunde fossa scrobis est. quod exemplum in Terentiano est.* Et Priscianus in VII. *Hæc scrobs, hujus scrobis. sic alii. sed Probus nominativum similem protulit genitivo, quod Plautus in masculino genere profert in Amphitruone : Ibi scrobes effodito duplos sexagenos indices.*

Semis in recto usurpat Varro in IV de L. L. Priscianus in v ait, id patrio casu facere semissis. Atque adducit illud Appuleji in Epitoma : Sed tum sestertius disponendum semissem valebat. Vnde virile esse liquet. Sed sic pertineat ad canona generalem : quæ partes assis esse virilis generis statuit. Censeo ego, aliud esse *semis*, aliud *semissis*. *Semis* enim non quasi *semias*, ut Varro ait : sed ex ἡμισίος contractum, ut Festus rectè monet. Quippe generatim convenit cujusque rei dimidio : quod tum è compositis, tum extra compositionem liquet. Quare *semissis* quidem, quod dicitur, quasi *semis assis*, ad regulam pertinet generalem : *semis* autem inter terminata in *is* locum sibi vindicat peculiarem.

Semis in singulari usurpat Columella lib. XI, cap. III : Nos semientis canis appellamus. Esse verò masculinum, cognoscimus ex hoc ejusdem lib. VI, cap. III : Liberantur arva semibus, qui astito tempore per Caniculae

ar. l. IIII

ortum recisi. Baptista tamen Mantuanus in muliebri usurpat in primo de Calamitatibus. Sed peccat : uti & Antonius Caucius , cum dubium facit : & Rob. Stephanus in Thesauro , qui Maronem dixisse ait, *aspræ sentes.* Melius *aspri* scripisset. Locus est ÆN. 11 :

Improvissum aspris veluti qui sensibus anguem

Pressit humi nitens.

Vnde genus cognosci nequit. Sed ejusdem est in 1X :

— *Quam densi complerant undique sentes.*

Sotularis à Io. Ninività inter masculina refertur. Sed deceptus est corrupto B. Hieronymi loco ; apud quem nunc legitur penè extremo lib. 1 adversus Iovinianum : *Et hic soccus , inquit, quem cornutis , videtur vobis novus, & elegans ; sed nemo scit præter me, ubi me premat.*

Torquis masculinum facit Priscianus in quinto. Sed dubium esse , ostendit Nonius : virile quidem, illo Ciceronis lib. 111 de Off. *Atque hic T. Manlius is est, qui ad Anienem, Galli, quem ab eo provocatus occidit, torque detracto, nomen invenerat :* femininum autem Claudio Quadrigario ; cuius est, *torquem, eamque sanguinolentam :* item Varroni, qui gemino in loco scripsit, *torques aureæ.*

* lib. 2 de
divinat.

Volucris quoque apud Cicer. reperias in mascul. Cujus * versus est,

Hunc ubi tam teneros volucres, matremque peremit.

De passere, pullisque, sermo est. Vertit autem hoc Homeri Iliad. 6 :

Ὡς ἔως ἔτι τέτυξ' ἰφάρη σπυρίο, ἔ ἀντλήϊ.

† Ut hic fi-
lios devora-
vit passera,
& ipsam.

Sed rarum hoc genus, atque insolens. Nec ratione id caret. Nam naturâ suâ est adjectivum : feminino autem sumitur, quia intelligitur *avis.* At Tullio est virile, quia, cum uterque sexus insit avibus, dignioris habita est ratio.

C A P V T X X X.

De nominibus in OS. Amos pro amor. Capri, & Agræcii sententia rejecta.

Colus pro color, dolus pro dolor. Diameter seu potius diametros muliebri esse. Nepos pro neptis. Eos pro die. Sacerdotissa non esse Agellianum verbum. Præpos.

Nomina in OS, quæ usitatius per OR efferuntur, ejusdem sunt generis, ac illa in OR. Istiusmodi sunt, *bonos, lepos, labos* ; quod apud Sallustium est in Catilinariâ, & Maronem vi Æneidos. Nam, ubi legitur vulgò,

Terribiles visu formæ, Letumque, Laborque,

in antiquis penè omnibus est, *Labosque.* Huc refer obsoleta, ut inter alia *clamos, odos, amos* : quod postremum apud Plautum est Curcu-

lione* :

lione * : uti *ados* in Captivis, teste Prisciano lib. 1. Sunt hæc masculina, quia masculina sunt, cum in OR desinunt. Contrà *arbos* (ut omnino hic habeat locum) femininum est, quia & muliebre est *arbor* : nec aliter hæc, quàm terminatione, differunt. Nam falluntur Caper, & Agroecius, cum aliud *arbor* esse putant, aliud *arbos* : illo plantas omnes ligno constantes, hoc fructiferas duntaxat signari. Siquidem promiscuè his usi veteres.

Multa etiam in OS antiquè efferebantur, quæ nunc in V.S. desinunt; in cujusmodi quoque nominibus idem fuit genus. Istiusmodi est *scorpius* pro *scorpius* : de quo in secundâ declinatione dicturi sumus. Item *corvos*, quod exemplum cum *avos*, & *fiavos*, conjungit Marius Victorinus lib. 1. Item *nervos* in carmine phallico Tibulli, si lectionem vulgatam sequimur. At contrà nec pauca, quæ olim desicere in OS, vel OR, extulere posteriores per V.S. Itaque Isidorus lib. 1 Origin. cap. xxvi, nihil aliud discriminis ponit inter rectum nominis *honoris*, & *oneris*, quàm quòd ille adspiretur, hic sine spiritu scribatur. Eodémque modo *colus* dixere pro *colos*, vel *color*; *labus* (quod & Columellæ † restituit Savaro) pro *labos*, vel *labor*; *dolus*, pro *dolor*. Vide plus† in *hero*.

Sunt & Græca feminina in OS. Nam etsi plurimum OS mutant

in VS, aut ER : interdum tamen OS retinent, ut in *diametros* : quomodo Vitruvius, Columella, & Macrobius, vocem hanc efferre maluerunt, quàm *diametrus*, aut *diameter*, quomodo vulgo efferunt : sed ut puto, sine veterum auctoritate. Cave autem vulgatis lexicis credas, quæ vocem hanc faciunt masculinam. Nam Archimedi, & Euclidi, semper feminina est : & ratio subest, quia intelligitur *γραμμή* †.

Nepos ex regula generali cognoscitur. Quidam, ut Priscianus in sexto ait, commune putaverunt. Credo, quia olim fuit commune; ut Nonius probat illo Ennii :

Ilia dia nepos, quas arummas tetulisti.

Eos femininum, sive pro dea, sive pro die sumatur. Ovid. Fast. iv :

Proxima victricem cum Romam inspexerit Eos.

Bos, *custos*, & *sacerdos*, sunt communia, ut superius ostensum. Ajunt * tamen & *sacerdotissa* dici, propter hæc Gellii verba lib. x, cap. xv : *Eadem ferme ceremoniæ sunt, quas Flamincas sacerdotissas Dialis (scorsum) ajunt observare.* Sed *sacerdotissa* à melioribus codicibus abest; planèque ex glossemate in contextum irrepsit. Sanè Gellius ipse lib. xiii, cap. xix, pro eo *sacerdotes feminas* dixit. Sic enim loquitur : *Sacerdotes quoque feminas M. Cicero antistitas dicit : non, secundum grammaticam legem, antistites.*

* Lithoco-
mus, & alii;

In neutris nihil causæ erat, cur *chaos* & *melos* ponerent *, *epos* non ponerent. Nam apud Horat. est 1 Serm. sat. x.

— *Fortè, epos, acer,*

Vi nemo, Varius ducit.

Exos, compos, & impos (quibus geminum *præpos*, hoc est, valde potens, quod in glossis Isidori legere est) immerito huc inferciunt, quia adje-
† vers. 721. *ctiva sunt*: unde Lucretius in IIII †. — *Animantium copia tanta Exos,*
‡ vers. 361. *& exsanguis.* Et Seneca in Agamemnone †:

Tibi grandævi lasique j. nes

Compos voco reddunt grates.

C A P V T X X X I.

De Latinis in VS desinentibus. Acus pro palea in fem. Probus adversus Parthasium defensus. Alvus etiam in viris reperitur. Catulli pleraque deperisse. Carbalus forte in masculino. Colus in eodem. Falcius dubium. Fimus olim muliebri. Intubus tutius in virili sumitur. Metus priscis fem. Pampinus sæpius masculi. Rubus dubium. Specus iidem dubium. Virus, viri, viro. Sergii oscitantia. Secus, pro lexis, neutrum. Sexu virile.

* apud Cic.
I de Divi-
natione.

IN nominibus quoque in VS errorum plena sunt omnia; ut de plu-
rimis Grammaticorum hinc verè habeat locum illud Ennianum *:

Qui sibi semitam non sapiente, alteri monstrant viam.

Id quod planum fiat, in tres partes doctrinam hanc dispersiam. Pri-
mò dispiciam de Latinis secundæ, aut quartæ. Deinde de Græcis.
Postremo agam de nominibus tertię.

De Latinis primi ordinis prius videbimus.

Acus pro pisce, qui Græcis *ραφίς*, & *βελόνη*, masculinum esse ajunt,
& declinationis secundæ. Nec falli eos in declinatione, indicat illud
Martial. lib. x, epigr. xxxvii.

An Laurentino turpes in litore ranas,

Et satius tenues ducere credis acos?

Pro instrumento, quo sarciunt, femininum est, & quartæ. Quod
gemino Iuvenalis loco probat Priscianus in v. Pro *palea* plurimum
quidem neutrum est, & tertię; neutrum quidem, ut apud Varronem
lib. I de R. R. cap. ix. *Cum parturient (gallinæ) acus substernendum.*
Tertię verò apud eundem in primo: *Argillam mixtam acere.* Atque
inde *acerosus*, & *acerarius*; quibus usus Lucillius, teste Nonio. Attamen
falluntur, cum ajunt, eum, qui aliter loquatur, *βαγβαρίζειν*. Nam apud
Columellam de *palea* quoque in feminino, & quartâ legimus, lib. I I,
cap.

cap. x. *Ac durissima quidem acus refecta, separataeque erunt à cudentibus.* imò possis quoque Varronis illud *lacus substernendum*, sic capere, quasi esset, *paleas substernendum*: ut simile sit, ac *pacem petendum*. Nec propterea deficient exempla. Nam *acus sabaginum* apud Catonem de R. R. legas cap. LIV.

Probus in Catholicis, si audimus Ianum Pharrhasium *, censuit *acus* * *Comment. in Claudianum p. 112. edit. Basil.* pro muliebri instrumento esse masculinum, atque hoc inde probat, quia in diminutivo *aculeus*, non *aculea* dicamus. Hanc verò Probi sententiam refellit isto Iuvenalis †, *Obliquâ producit acu*. Sed deceptus est † *sec. 2.* Pharrhasius vitiosis Probi codicibus. Sic enim apud eum legendum: *CVS syllabâ terminata masculina quidem omnia secundæ sunt declinationis. Excipiuntur tria quartæ declinationis, arcus, lacus, acus. genus non servat diminutivo, hic aculeus, non aculea.* Quod operæ non fuisset monere, nisi probus adèd Grammaticus defendendus fuisset à tam spisso errore.

Alvus usurpat Accius in masculino: ut cujus sit in primo Annalium †:

Maja nemus retinens gravido concepit in alvo.

† apud Priscianum in quinto.

Et iisdem Annalibus:

— *Vi quam fragilissimus alvus.*

Eumque imitatus Cinna in Smyrnâ dixit:

At scelus incesto Cinyre crescebat in alvo.

Vt & Cato ad filium: *Ex casaplasmatis, ex alvo levando.* Sed aliter idem Cato de R. R. cap. cxxv. item Cic. lib. II de Nat. Deor. Columella lib. VII, cap. x. Celsus passim, Plinius lib. XXI, cap. VII, & alibi; ut taceam de Marone, Horatio, Ovidio, aliis Poëtarum; qui muliebri genere utuntur: eosque imitandum nobis, etsi nec Erasmus in masculino reformidet.

Arcus in feminino genere non Ennius modò usurpat, sed & Catullus; ut quidem scribit Servius ad illud Virgiliti lib. V Æneidos: — *Per mille coloribus arcum.* Hodie enim nihil tale in Catullo comparet: unde cognoscimus, vel Servii esse *μνημονίων ἀμάρτημα* *, vel locum esse * *memoria errorum.* corruptum, vel plura, quàm hodie habemus, à Catullo scripta esse: quod maximè verisimile sit, quia (ut Iosepho Scaligero jamdiu observatum) Rhæticum quoque vinum à Catullo laudatum fuit, ut scribit idem Servius ad illud Maronis †:

† 2 Georg.

— *Et quo te carmine dicam Rhetica.*

Et Nonius adducit ex Priapejo Catulli: *De meo Ligerire libido est*: aliâque item citat Terentianus Maurus, quæ in Catullo nullus invenias.

Carbasus masculinum esse, negat Caper †. In feminino sanè usitatum est. Propertius lib. IV, eleg. ultimâ:

Exhibuit vivos carbasus alba foci.

† de verbis dubii.

* *vers.* 557. Statius Achilleidos lib. 1 * :

Nec mora jam dexteras Ithacæia carbasus autas

Poscit. Lucretii est lib. v :

Carbasus ut quondam magnis intenta theatris.

Sunt qui masculinum quoque esse contendunt. Et sanè pro iis faciunt Phocas, & Probus. Quin apud Val. Max. lib. 1, cap. 1 de Æmiliâ virgine in libris vulgatis legere est : *Cum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset.* Ac lectionem hanc in Pulmanni codice, & Gemblacensî, se reperisse, scribit Stephanus Pighius ; quamquam is aliorum secutus exemplarium fidem, *optimam quam*, potiùs ediderit. Colus femininum esse, ex Tullio probat Nonius. Interim etiam in masculino invenitur. Catullus carmine de nuptiis Pelei & Thetidos :

Leva colum molli lanâ retinebat amictum.

Et Propertius lib. 1v, el. x, sic Herculem inducit loquentem :

Idem ego Sidoniâ feci servilia pallâ

Officia, & Lydo pensâ diurna colo.

Crocus in muliebri usus Appulejus in x : *Crocus vino diluita.* Diomedes tamen ait, semper esse neutrum. Cui obduci solet hoc Virgiliû 1v Georg. *Et glaucas salices, castiâque, crocumque rubentem.*

Verùm Servius ait, hic masculino usum poetice, & retulisse ad puerum, qui in hunc florem dicitur esse conversus. At quid dicat Servius de isto Ovidiû 1v Fast.

Ipsa crocos tenues, liliâque alba legit.

Et hoc Iuvenalis sat. vii :

Spiramæque crocos, & in urna perpetuum ver.

Quare non semper est neutrum. Sed num virile sit, an muliebres, ex Appulejo quidem, at non Ovidio, ac Iuvenale, dijudices. Omnino autem tutius in neutro usurpatur : de quo inferius etiam dicam.

† cap. 36.

‡ Non.

* *capit.* 4.

Faselus, navigii Campani genus †, virile est. Catullus * :

Faselus ille, quem videtis hospites.

Eodémque modo usus Cicero ad Att. lib. xiv, epist. xviii, Columella lib. 1v, cap. 1, & Ausonius in Mosellâ. At femininum est 1 de Ponto eleg. ultimâ :

Vos estis fractæ tellus non dura faselo ;

Quamque negant multi, vos mihi fertis opem.

Ac similiter locutus Martialis lib. x, epigr. xxx, & Statius 111 & v Sylvarum.

Ficus pro arbore, fructu, & vitio, ut genere variet, dictum antea.

Fimus masculinum passim. Appulejo autem femininum est. Ejus est, *Liquidâ simo stricim egestâ.*

Grossus

Grossus cujus sit generis, vidimus cum de fructuum nominibus ageremus.

Hemus priscis fuisse virile, antea ostensum. Sed eo genere exolevit.

Intubus quoque inter dubia referunt; quod apud classicos nusquam legere aliter est, quam genere virili. Plinius lib. IX, cap. VIII: *Intubi caule non minus grati*. Et lib. XX, cap. VIII: *Intubus erraticus*.

Metus virile: olim tamen fem. fuit, ut Nonius ostendit illo Ennii:

Nis metus ulla tenet, rite virtute quiescunt.

Pampinus inter dubia reponit Servius. Ita enim de eo scribit ad Ecl. VII: *Sane sciendum, pampinus nunquam Virgilium cum genere dicere; sed Varronem feminino uti frequentius*. Inter dubia quoque id referunt Probus, Caper, Sergius art. II, alii. Quin Varronem secutus Sidonius Apollinaris: apud quem lib. V, epist. XVI, legere est, *pampinus superdulta*. At haut temere aliter invenias, quam in masculino apud meliores scriptores, & Augusti ævo propiores. Columella lib. III, cap. XVII: *Omnis enim secundus pampinus intra quintam, aut sextam gemmam, fructu exuberat*. Plinius proœmio libri XXIII: *Pampini truis, & impositi, tumorem omnem succant*.

Penus quartæ, nunc est masculinum, nunc femininum; uti Donatum, & Caprum sentire, ait Priscianus in sexto: qui & testes laudat Plautum, ac Lucilium. Sed de eo diximus superius †.

† cap. 6.

Rubus dubium est. In masculino usus Maro ‡:

‡ Ecl. 3.

Qui te Pollio amat, veniat, quo te quoque gaudet.

Mella fluxam illi, ferat & rubus asper amomum.

At Columella, Seneca, Gellius, & Prudentius, in feminino usurpant.

Socrus pro *socer* virile, ex canone generali. Nævium sic loqui Nonius docet. Nempe utriusque olim generis erat, ut *nepos*.

Specus quartæ nunc virile est, nunc muliebri. Virile est Varroni in IV Rerum divinarum: *Ibi cum amissam capram desiderarent, animadvertissentque quendam speciem tenebricosam*. Adducit Priscianus; ac simul tergeminum Ovidii locum. E III Metam.

Est specus in medio virgis ac vimine densus.

E VII: *Specus est tenebroso cæcus hinc.*

In XI: *Est specus in medio, natura factus, an arte,*

Ambiguus.

Femininum verò Ennio, cujus versum sic Lucas Fruterius corrigebat:

Concava sub montis latere specus intus latebat.

Plurium verò de utroque genere testimonia cap. VI adducebamus.

Et hæc quidem virilia, aut feminina. Sunt præterea duo Latina

nomina secundæ inflexionis, quæ neutra sint; *virus*, & *vulgus*. *Virus* olim secundæ fuisse, indicat, quod Lucretius dicat in secundo:

Liquit enim supra tetri primordia viri.

Et eodem: *Concoctosque suo contactus perdere vivo.*

Vulgus effusa qui diceret, metuo ne malè excipendus fuerit Orbilio. Et tamen Sergius in editione secundâ Donati: *Vulgus & neutro, & feminino genere, legitur apud Virgilium. In feminino, In vulgum ambiguam. Neutro, Ignobile* vulgus.* Sed insignitè spissus est hic Grammatici istius error. Siquidem scripsit Maro *Æneidos* II:

— *Hinc spargere voces*

In vulgum ambiguas, & querere conscius arma.

Quo loco muliebris æquè, ac virilis generis dici posset, nisi masculino usurparet Sallustius, cum in Iugurthâ ait: *Alii vulgum effusum oppido cedere, alii ad portas festinare.* Item Silius, cujus isthoc lib. quarto-decimo:

Femineum credas maribus concurrere vulgum.

Curtius item lib. VIII: *Orta sedatio in diversa consilia deduxerat vulgus.* Similem Sisennæ, itemque Varronis locum, suggeret Nonius in *Vulgus*.

Leviculum hoc est, quod de Sergiano errore dixi: & tamen de eo neque caput integrum contexere dubitavit Ioh. Bapt. Pius in annot. posterioribus. Eo magis venia nobis est danda, si minutias ejusmodi hîc reperiat lector.

Sexus quoque olim neutrum fuit; ut scribit Priscianus lib. v, qui id comprobat istoc Plauti in *Rudente* †:

Virile sexus nunquam ullum habui.

Verum Charisius videtur apud Sallustium *secus* legisse, non *sexus*. Nempe *secus* nunc adverbium est separandi, nunc *sexum* notat; ut ibidem legas, & Probus scribit in *Catholicis*. Sanè *virile*, & *muliebre secus*, dixere, Nonio teste, Sisenna lib. IV *Histor.* & Sallust. *Hist. lib. II.* Scio, si *Mercerianæ* credimus editioni, Nonium dicere *sexus* esse neutrum. Sed in exemplis est *secus*: & in MSis membranarum nostris tam in Nonii verbis, quam exemplis, *secus* reperio. Imò apud Aufonium quoque legunt *Mariangelus*, *Parrhasius*, & *Scaliger*:

Vesta, Ceres, & Iuno, secus muliebre sorores:

pro quo in antiquâ, cum Parisiensi, tum Lugdunensi, expressum, *decus muliebre*. Ac longius quoque recessit *Veneta*:

Vesta, Ceres, Iuno, sexus muliebre sorores;

quomodo & editum à *Vineto*. At dubium non est, quin *secus* scriptum sit ab *Aufonio*: quomodo & idem in *Technopœgnio* ait:

Nova

* I. A. N.

† AB. I. sc.
Et un. d. v.
str.

Nota Caledoniis meribus muliebri secus strix.

Apud Arnobium quoque lib. quinto legere est : *Partem illam corporis, per quam secus femininum, & sobolem prodere, & nomen solet acquirere genericum.* Scio Gelenium edidisse, *secus femininus.* Sed *secus femininum* legitur in vet. membranis ; ut tum Carrio monuit, tum in MSO codice Regio est, unde Ios. Scaliger variantes lectiones in codice, quem habeo, annotavit. Estque eodem modo legere apud Ammianum Marcellinum lib. XIX, ut quidem in MSSis legas : *Prædas hominum virile, & muliebri secus agebant.* Idem lib. XVI : *Egressi promiscuè virile & muliebri secus, sine cuiusvis ullo discrimine trucidabant.* Ita hunc locum etiam adducit Ianus Parrhasius epistola ad Iacobum Varronem Cremonensem. In Castelli, & Accurrii editione est *secus* : quod ex allato Plauti loco possit defendi. Imò *secu* quoque *virile* dici, docet Carrio in Sallust. histor. & lib. II Emend. cap. XIII. Vide & Stewechium ad secundum Arnobii.

CAPVT XXXII.

De Græcis in VS desinentibus. Biblus, seu byblus, cytibus, costus, hyacinthus, hyssopus, berillus, opalus. Smaragdus Græcis muliebri, & fortasse Plinio. *Cinne* versus emendatus. Crytallus Græcis etiam virile. *Vri* & *Prudentio* chrysolithus. Balanus Sardiniana. Camelus an virili rectè sumatur. Colossus, corymbus, isthmus, pelagus. *Pammeliæ* in Tertulliano correctionis censura. *Nomis* iudicium refellitur. *Abyssii* vox Ecclesiastica. Atomus, diphthongus, eremus, natura sua esse adiectiva. *Trisciani* error. Pecus recto casu perperam credi femininum. Pecuda, pro pecudes. Pecu, pecua, pecuum. Grus in virili. *Calderini* error. *Isuenalis* scholiastes correctus. Vnde lagopodi, & pygargo nomen.

DE Latinis hætenus : videamus de Græcis. Ex his de derivatis ab *ὄδος* res aperta. Non æquè de fruticum & herbarum nominibus : quæ feminina prædicant. Quomodo *biblus*, seu *byblus* muliebri; five sumatur propriè pro papyri frutice, five *μειλωνμικῆς* pro papyri philyris, in quibus scribebatur : unde & *βιβλα* ac *βιβλίον* pro libro. Sed ut in pluribus sic exeuntibus id apertum, ita est ubi fallat regula.

Cytibus enim & Græcis, & Latinis, virile est. Theocritus Idyll. X :

Α * αἰξὶ ἢ κύπρον, ὁ λύκος τῶν αἰγῶν δῶκε.

Columella, vel alius, libro de Arboribus, cap. XXVIII : *Cytissum* (quem Græci, aut *ξία*, al. *ξία*, aut *καρνικῶν*, aut *τερφίερων* al. *τερφίερων*, vocant) quam plurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ovibus, capris, & omni genere pecudum utilissimum est. Nec tamen hoc perpetuum. Galenus

* Capra cytissum, lupus capram sequitur.

lenus lib. I pag. 298 col. b. edit. Ald. de antidotis : ῥοψαί εἰς ἡ κούσιν. Et mox : φύλον ἢ κύπρον εἰς ὑψαί ἀνήγον. Imò & Columella lib. IX de R. R. cap. IV : *Vitæque cythifus. Est enim sativa, & altera sua spontis.*

Hyacinthus Græcis est commune : sed sæpius muliebri ; ut Theocrito Idyll. X :

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐνὶ, καὶ ἃ χρῆσθαι ὑάκινθον.

Et viola est nigra, atque notis inscripta hyacinthus.

* Purpureæ
hyacinthe.

Ac similiter ibi scholiastes τῶν ὑάκινθον : & Euphorion , Πυροφύρη * ὑάκινθον. Virgilius tamen in IV Georg. ait ,

— ferrugineos hyacinthos.

Ac similiter Latinorum alii.

Sunt item alia, quæ frustra excipiant. Vt *costus*, quod Græcis virile. Dioscorid. lib. I , cap. XV : Κόσμη Διοφύρη ὁ Αραβικός. Quasi dicas : *Præcellit costus Arabicus.* At Latinis semper est femininum. Lucanus lib. IX.

Et sarnarix non leta comis, Eoâque costus.

Sunt qui id probare etiâ sunt conati , corrupto Catulli loco ; apud quem in carmine de nuptiis Pelei , & Thetidis (quod ineptè vulgò Argonautica appellant) in vulgatis legitur codicibus :

Regia quam suavis exspirans costus odores.

Quippe in libris emendatioribus est :

Hunc simulac cupido conspexit lumine virgo

Regia, quam suavis exspirans castus odores

Lectulus in molli complexu matris alebat.

Hyssopus quoque masculinum putarunt : quia apud Columellam legatur lib. VI , cap. X : *Veterem ruffim sanant due librae hyssopi macerati sextariis aque tribus.* Et Plinius lib. XIV , cap. XVI , *Similiter hyssopites è Cilio hyssopo.* Sed est id à recto *hyssopum*. Nam ut Græcis ἡ ὑσσωπὸν , & τὸ ὑσσωπὸν, ita & Latinis. Recto usus idem Plinius lib. XXV , cap. XI : *Hyssopum in oleo contritum plethiâsi resistit , & prurigini in capite.* Simile est hæc *nardus*, & hoc *nardum* : ut *nardum rusticum*, apud eundem lib. XXI , cap. VI. Sed de hoc pluribus cap. XXXVI dicam.

Papyrus itidem, & *papyrum*, dixerunt. Theophrasto πᾶπυρὸν masculinum Hist. plant. cap. IV , lib. IX. Dioscoridi est femininum lib. I , cap. XVI. Ac similiter Virgilius, vel alius in Ciri :

Docta Palæphatiâ testatur voce papyrus.

Nec aliter Latini unquam.

Gemmarum omnia nomina faciunt feminina. Quasi non *carbunculus* semper sit virile : ac *beryllus* masculinum sit Plinio lib. XXXVII , cap. V. *Berylli rarò alibi reperi.* Et, *Alibi politi non habent fulgorem.* Item :

Pro-

Probatissimi sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Sic opalus cap. sequenti, ubi legas, *Veri opali fulgor: & , Vniissimi in Ponto.* Etiam *smaragdus* Græcis, Latinisque, masculinum est. Strabo lib. xvi: *Δέματι **

* Dicitur & smaragdum, ac beryllum, in aurifodinis nasci.

ἢ διότι ὁ σμάραγδος, ὁ βήρυλλος ἐν τοῖς ἔχρησις μεταλλοῖς ἐγγίνεται. Plinius lib. xxxvii, cap. i: *Sculpi etiam smaragdus solitos.* Et cap. v, de iisdem ait: *Præterea soli gemmarum concuitu oculos implent, nec satiant.*

Ibidem: *Smaragdi Scythici, Bactriani, Aegyptii, Cyprii.* Sed & alibi sæpe idem in masculino usurpat. Est tamen locus, ubi feminino jungatur. Nam lib. eodem cap. i, editum est: *Indicatio in Cypro sex aureis*

denarius smaragdo, in qua t fuerat sculpta amygone. Is locus quia, ni fallor, unicus est, & *indicatio* antecessit, omnino suspicor legendum, *in quo.* Id si cui minùs placet, dubium per me statuat licet: præsertim cum apud Suidam t legatur de smaragdo Polycratis Samii: *Τῆς **

σμάραγδος τῆς ἐμμεληθείσης εἰς τὸ πέλαγος ἔυρεσις.

Sapphirus muliebri ponitur Plinio lib. xxxvii, cap. ii: Καρυλα & sapphiri, raroque cum purpura. Optima apud Medos, nusquam tamen placida. Ac similiter Dionysius in *Ἐπιγύσι:*

Χρυσεί τ κυανῆς τε καλλι πλάκα σαυφείροιο.

Crystalus tantum muliebri esse agnoscimus. Ita Propertius lib. iv, eleg. iii:

Crystalisque tuas ornet aquosa manus.

Similiter semel iterumque usus Plinius lib. xxxvii, cap. ix. Item auctor carminis Ithyphallici: & Cinna versu eo, quem non alibi, quam apud veterem Iuvenalis interpretem t reperias:

Atquo imitata nives ludens legitur crystalus:

ubi pro *ludens*, *lucens* legi debet. Græcis tamen pro *glacie* quidem est virile: ut apud Lucianum in historia scribenda, *Τὸν * κρύσταλλον τὸν*

Κελλικὸν: pro gemma autem utroque genere invenitur.

Itidem fatendum, *chrysoprasius, topazius*, similiaque, in muliebri potius usurpari. Plin. lib. xxxvii, cap. viii: *Præferunt his chrysoprasius, porri succum & ipsa referens: sed hæc paulum declinans à topazzo in aurum.*

Ibidem de cylindris: *India hæc generat.* Item: *Est autem color fumidæ topazii, aut aliquando melleæ.* Et cap. ix: *Hyacinthos Aethiopia mittit, & chrysolithos, aureo colore translucens. Præferuntur iis Indicæ, & si variae non sint, Bactriane. Deterrimæ autem Arabicæ, quoniam turbidæ sunt, & variae.* Et sæpius deinde; inter cætera: *Chrysolithon xii pondò à se visum.* Prudentius tamen in *Psychomachia* ait:

Ingens chrysolithus nativo interlitus auro.

Videtur autem ex eo hæc generis diversitas esse, quòd Græci respiciant *λίθος*, quod pro lapide pretioso sæpius quidem femininum, quan-

t Sic est in Parmeniani 1476.

Ac legit ita Hermolani in Castigationibus suis.

Etiam Despanterius, ut alios mittam. Sed in Dalecampiana quo pro eo reputatur.

t in synonymis;

* inventio smaragdi in mare conjecti.

t Aurea caruleaque pulcherrimum sapphiri.

t in fac. 6.

* glaciem Celticam.

quandoque autem masculinum est. Latini verò nunc *lapis* respiciunt, nunc *gemma*.

Præter fruticum, & gemmarum nomina, alia etiam Græca excipiunt: quorum potissima expendemus.

Balanus Græcis muliebre. Vt apud Dioscoridem lib. I, cap. CXLIV:

* *Glandes urinariæ* cæcis. *σ στα- ζος* pruriunt. † *Sardiana* glandes, quas aliqui *castaneas* appellant. ‡ *Glands unguentaria*, *Æthiopica*, *Arabica*. * an. 1476.

Λιβάλανοι * ἔργηλασι, ἔ πνευματῶσαι. Et cap. CXLVI: Σαρδιαναὶ † βάλανοι, ἃς πινὲς καίπανα καλεῖσιν. Similiter legas, βάλαν⊕ † μυρεψική, Λιθιοπική, Ἀραβική &c. Atque ita Horatius lib. I I I, od. XXIX:

Pressa tuis balanus capillis.

Apud Plinium tamen lib. xv, cap. XXI I I scriptum, nuces castaneas, quæ Sardibus primum provenere, *Sardianus balanus* appellari. Sed fortasse *Sardianus* rescribendum: ut Dioscoridi vocantur Σαρδιαναὶ βάλανοι. *Sardianus* tamen est in Dalecampiana, & illa Aldi, sive potius *Afulani*, anni 1540 antiqua Parmensi *, item in codice nostro MSO: ut propemodum videatur inter dubia referri posse.

Barbicus, cùm Græcis, Strabo lib. 10, tum Latinis, dubium est. Masculino usus Horat. lib. I, od. XXXI I.

— *Age dic Latinum*

Barbice carmen,

Lesbio primum modulæ civi.

At Ovidio femininum est epist. Sapphus ad Phaonem:

Fletibus amor meus est, elegi quoque flebile carmen:

Non facit ad lacrymas barbicus ulla meas.

Camelus, quod Caucius, & tot alii, dubium statuunt, Latinis semper est virile: at Græcis femininum est; ut vel proverbium indicium facit, Η κάμηλ⊕ Ἐπιθυμῆσαι κερῶτων, ἢ τὰ ὠτὸ προσοπίωλεσιν. *Camelus*, cùm affectaret cornua, etiam aures amisit. Ac decepit hoc, cùm alios, tum Bruyerium Campegius, hominem multæ lectionis, qui lib. XII I, de re cibaria, cap. XXXIX, scribit, Antiphanem apud Athenæum autorem esse, solitos aliquando Græcos camelum *solidam assam* apponere, etiam regibus: & mox, lac *earum* suavissimum esse. Quasi Latinis non semper masculinum sit.

Colossus quoque tantum masculinum est. Stautius initio Sylvarum:

Quæ super imposito moles geminat a colosso

Sicut Latinum complexa forum, cælonæ per auras

Fluxit opus?

Ita legendus is locus ex Senensi manuscr., ex quo variz lectiones libro nunc-nostro Scaligeri manu adscriptæ. In vulgatis pro *geminata* est *gemmata*, & *περάκιτε* pro *per auras*.

Corymbus, ὁ κέρυμβ⊕, semper virile est. Quare ne imponat illud Cornelii Severi in Ætna:

Vs

Vt crebrò inorsus spatio vacuata corymbos

Pendeat in sese. Legendum enim, ut idem Scaliger monet,

Vt crebrò inorsus, spatioque vacante corymbus.

Sanè in virili quoque usus Columella, de cinara carduo agens :

Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo.

Emplastrus, & emplastrum, in usû fuere Gellii ætate. Sed hic, *emplastrus* dicentes, *novitios semidoctos* vocat lib. XVI, cap. VII. Sanè tutiùs *emplastrum* dixeris cum Laberio, Celso, aliis. Sed utroque modo loquentes Græcorum sequebantur exemplum : qui in recto agebant, nunc ἐμπλάστρῳ, nunc ἐμπλάστρον. Est autem ἐμπλάστρῳ virile Galeno ad Glauco. lib. II : muliebre Dioscoridi, cujus est ἐμπλάστρῳ κεφαλική. Ac similiter Ignatius epist. VIIII : Οὐ πᾶν τραύμα τῆ αὐτῆ ἐμπλάστρῳ θερεῖπένηται. *Non omnis vulnus eodem emplastro curatur.* Vbi, Græcanico more, eadem emplastro non ausim dicere.

Isthmos malè in feminino usurpant multi. Dixit enim Plinius lib. IV, cap. XI : *Alius namque ibi Isthmos angustia simili est.* Ita eum locum rectè emendavit Herm. Barbarus, cùm in vulgatis esset, *angustias similes.* Sed & Senecæ est in Thyeste sc. II : *Isthmi siquis amat regna Corinthii.* Et Solini * : *Alter Isthmos in Thracia;* &c. Ac ne librarium in his leviculâ mutatione peccâsse dicas, en quoque locum Ovidii lib. IV de Ponto, Eleg. X :

Non tibi sunt hostes ferro clavâque domandi,

Per quos vix illi pervius Isthmos erat.

Vbi *pervius* respuit metrum. Quid, quòd in feminino nusquam legere sit apud antiquos ? Primus, quod sciam, aliter Appuleius ; qui, ut penè obsoleta revocat, ita nova comminiscitur. Ei initio I Metam. *isthmus*, non *Ephyreus* dicitur, sed *Ephyrea* : hoc est, *Corinthiaca* : nam *Corinthus* priùs *Ephyra* dicta : teste Plinio †, Pausania ‡, aliis. Est interea, quo purgari Appulejus possit. Nec enim Isthmum sumit, ut vulgò solent, pro angustis Peloponnesi : sed pro regione eâ, quæ præter angustias vicinum etiam tractum complectitur. Nempe, ut ibidem, quemadmodum superiùs dicebamus, non dubitat dicere, *Hymetion Atticam, & Tenaron Laconicam.* Quod non aliter excusatur, quàm quia *Hymettos* hîc non solum Atticæ montem, sed regionem Atticæ, & *Tenaros*, non promontorium Laconicæ solum, sed Laconicam notat integram. Nam pro montibus ea solent esse virilia : sed, cùm pro regionibus sumeret, genus etiam usurpare voluit, quod in regionum nominibus magis obtineret.

Pelagus prope uno ore volunt Grammatici interdum masculinum esse, quia dixerit Valerius Flaccus lib. I :

T t t 2

— *Pela-*

* cap. 16.

† Lib. 4. c. 4.
‡ In Corinthiis.

— *Pelagium quatuor apertissimum in usibus!*

* in castro.
ad Ital. Et.

Verum in vett. codd. legitur *pelagus*: ut monet Carrio*. Nec aliter alii utuntur auctores.

Pharus etiam, quod quidam dubium faciunt, apud Græcos quidem masculinum est (ut apud Strabonem lib. xvi, ε φάρος πύργος) at apud Latinos in feminino tantum invenio: idque non modo, cum pro insula ponitur; ut Ovidio lib. ii Amor. El. xiii: *Quæ culis Ægypti palmiferamque Pharon*: sed etiam pro ejusce insulæ turri; ut apud Papinium T:

† lib. 3 Silv.
ad Claudiam
uorem.

Lumina noctivagæ tollit Pharus æmula Lunæ.

Nec obstat ille Suetonii locus in Claudio Cæsare: *Supposuit altissimam turrim in exemplum Alexandrini phari*. Nam libri emendatiores habent *Alexandriæ*: quam & ipsam lectionem comprobat Beroaldus. Leviculum hoc, at in quo tamen cespitarit doctissimus Pamme- lius. Nam libro extremo Tertulliani de poenitentia legendum ait: *De istis duobus humane salutis quasi pharis*. Idque quia alludat ad turrim Pharon, quæ in insulâ Pharo inter orbis miracula reponebatur. Atqui hoc potius argumento est *diabus* legi debere. Nec movet, quod Pam- melius se *diobus* reperisse ait in codice manuscripto. Nam, quod in veteri verbo est, *Μία † χελιδὼν ἕαρ ἐπιπῆ*.

† Una hirun-
do non facit
ver.

Polyphus Lucilio femininum esse, probat Nonius eo, quia dicat in xxix:

— *Edet hæc se, ut polyphus ipsa.*

Sed ficulum hoc telum. Nam quid si post *polyphus* distinguamus? ut sententia sit, hæc se ipsa comedet, ut polyphus.

Sunt Græca alia, quæ feminino quidem genere ponantur; sed καὶ ὑπόνοιαν. Tale est *abyssus*. Nam ἄβυσσος est naturâ suâ adjectivum, ex α σερήλυω, & Ionico βυσσός pro βυθός*, ut propriè sit *fundo ca-rens*: unde Aristophani in Ranis λίμνη ἄβυσσος †: & ἄβυσσα χάσμα-τα † Euripidi Phœnissis. Latinis verò *abyssus* non est in usu, nisi scrip- toribus Ecclesiasticis: idque propterea, quia Latinus interpres hoc retinuerit. Nempe ἐμφατικώτερον illud judicavit, quàm si νοσῶντων ἀγαθῶν vertisset.

* fundus.
† palus fun-
do carens.
† hiatus fun-
dum non ha-
bentis.

Simile est hæc *atomus*, ἡ ἄτομος. Nam intelligitur ἑστία, vel etiam *idéa*: quod expressit Plutarchus libro in Coloten Epicureum: εἶναι ἢ πάντας τὰς ἀτόμους idéας ὡς αὐτὰς καλῶμεθα. Esse verò hæc *atomus idéas* sive *formas* ab illo vocitatas. Ἀπλῶς verò usus paullo post: Ἡ ἢ ἄτομος αὐτὴ τε καὶ ἑαυτῆι ἐρημός ἐστι ἐ γυνὴ πάσης γονίμης δυνάμεως. *Atomus* ex se ipsa est *vacua* nudaque ab omni genitali facultate. Nec aliter Epicu- rus, epistolâ ad Herodotum, quam apud Laërtium in x legere est:

Μηδὶ

Μηδὲ ποιότητα πρὸς τὰς ἀτόμους εἶναι. Neque qualitatē ullam illas atomos habere. Et mox, Ἀὶ τοιαῦται ἀτόμοι. Hæ ejusmodi atomi. Cicero quoque, lib. 1 de Fin. bonorum & mal. Ille atomos, quas appellat, Et lib. 1 de Nat. Deor. Infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ, interjecto inani, coherescunt tamen inter se. Lib. de Fato: Non enim atomus ab atomo pulsa declinat. nam qui potest pelli alia ab alia, si gravitate feruntur ad perpendicularium corpora individua rectis lineis, ut Epicuro placet? sequitur enim, ut si alia ab alia nunquam depellatur, nec contingat quidem alia aliam, ex quo efficitur, ut jam si sit atomus, eaque declinet, declinare sine causa.

Diphthongus quoque, ἡ διφθόγγος, muliebri dicitur, quia integrè fit συλλαβὴ διφθόγγος, cui opponitur μονόφθόγγος.

Eremus hæc, ἡ ἐρημος, quia integrè fuerit ἐρημος γῆ, vel χῶρος.

Superest ut videamus de nominibus tertiæ. Ac primò de illis, quæ V in obliquis retinent. Ajunt dici, hic pecus, hæc pecus, hoc pecus. De primo autor Priscianus, qui eo hic pecus in masculino dici posse probat, quia apud Ennium fit in Nemeâ: Pecudi dare vivam marito. Sed valde infirmum hoc argumentum. Nam pecudi marito per Appositionem effertur, ut Maro * ait, fati autoribus.

* 10 Ann.

Hæc pecus dici posse, Grammatici prope omnes tradidere. Nec negare possumus, apud Tacitum de Julio Syllano legi initio lib. XIII Annal. Adeo ut C. Caesar pecudem auream enim appellare solitus sit. Imò Ciceronis ipsius esse in Pisonianâ: Impurissime & intemperantissime pecudis sordes. Et lib. 11 de Nat. Deorum: Suis vero quid habet præter escam? quâ pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil generis natura fecundius. Sed assentire malo Sospitro Charisio, qui lib. 1 docet, pecudis esse πλεγματικόν, & carere nominativo ac vocativo, ut precis, dapis, & similia. Quare qui morbida pecus dicere jubent, vellem illud classico scriptore comprobarent. Contendat aliquis, pecudis olim habuisse in recto pecus, sed nominativum hunc exolevisse: ut prex, unde precis, daps, unde dapis. Mihi verò ne illud quidem fit verisimile. Nam pecus si dixissent in feminino, genitivus esset pecudis penultimâ longâ: ut palus paludis, incus incudis. Dixeris, ab intercus esse intercutis penultimâ correptâ. Sed cogitandum, intercus esse ἡ συνηρητὴ factum ex intercutis: ut rectus & genitivus sint similes. Potius igitur priscus nominativus fuerit hæc pecudis, vel pecudes. Quantum autem suspicari licet, dixere quoque in recto hæc pecude. Indèque pluralis hæc pecuda. Eo, ut Nonius nos docet, usus Attius Medea:

Vagant, pavore pecuda in unguentis deserunt.

Et Sisenna in 14 Histor. Inventa, pecuda, locis trepidare compluribus.

Imò & Tullius in IV de Rep. *Cum adhibent in pecuda pastores. At pecora est à recto pecus, ut notum. Dixeréque & pecua à recto pecu. Eo Nævium, & Accium usos, docebit Nonius. Item hinc genitivum pecuum formarunt. De quo sic Festus : Pecuum cum dixit M. Cato per casum genitivum, à singulari casus recti formavit, quo utebantur antiqui, id est pecu, ac testu (leg. ut testu) tonitru, genu, veru : quorum omnium genitivus pluraliter geminat V litteram. Nunc quia dicimus, ut pectus, eam, quæ in usu est, formam in decl. nationibus sequimur. Sed de hoc plura in quartâ.*

Grus feminino usurpant Maro, & alii. Masculino, ut Nonius docet, usus Laberius in Fullonicis : *Virum tu hunc gruem Balaricum, an hominem putas esse?* Ex iis verò, qui superlunt, vix alibi masculino reperias, quàm apud Horatium lib. I I Serm. sat. VII I :

— *Discerpta ferentes*

Membra gruis sparsi sale multo.

Masculinis tertizæ V mutantibus adjicere debuerunt composita à πῆς. Seneca in Med. act. IV, Scenâ Vos precor :

Sonuitis aræ ; tripodas agnosco meos,

Favete commotos Deâ.

Par ratio in *polypus*, *chytropus*, *apus* : quod postremum in masculino usurpatur ab Aristotele lib. IX de historiâ animal. Sunt qui femininum faciant, quia apud Plinium sit lib. X, cap. XXXIX. *Plurimum volant, quæ apodes, quia carent usu pedum, ab aliis cypelli appellantur, hircudinum specie.* Sed respexit Plinius ad vocem *volucris*. Etiam *dasypus* potius est masculinum. Vnum excipitur *lagopus*, quod tum herbæ, tum avis nomen est à similitudine pedum leporinorum. Pro herba usurpat Plinius lib. XXVI, cap. VII I. *Lagopus sistit alvum è vino pota.* Vide de eâ Dioscoridem lib. IV, cap. XVII. Pro ave accipit idem lib. X, cap. XLVII I ; ut & Martialis lib. VII, epigr. LXXXVI.

Si meus aurisâ gaudet lagopode Flaccus.

Quem locum non intellexit Calderinus. Nam *lagopodem* ancillæ nomen esse putat. At ea avis est, quæ alio nomine dicitur *pygærgus*; quia posteriori corporis parte alba est. Usurpat & hanc vocem Iuvenalis sat. XI : ad quem id, quod de *pygargo* dixi, vetus monet scholiastes. Sed locus in vulgatis est corruptissimus, in quibus hæc legas : *Pygærgus fera est specio cervi, quæ retriores partes albas habet. Ideo & pygærgus dictus est, quia Græcè nates πῶν dicuntur, & alvum Argo navis. Pylærgus avis genus clagalopes appellatur.* Sed extrema verba sic emendanda : *nates pygæ dicuntur, & album, argon. Avis pygærgus, avis genus, quæ & lagopus appellatur.* Imò apud Martialem quoque non *lagopode* legendum, sed *glaucope*; quod abunde ad Propertii lib. IV, eleg. III. probavit

vit Iof. Scaliger. In AVS duo tantùm exeunt; *laus & fians*, de quorum genere res est aperta.

CAPVT XXXIII.

De habentibus consonam ante S. Olim vetus singularis fuit plebes, trabes, adipes, fortis, mentis; lentis, scobis, stipsis, artis, partis. Cur bidentis, & tridentis masculina. Dentes splendidas. Frundes. Frus, vel fros, pro frons. Vera apud Cæsarem lectio indicata: Nefrens. Scobs, & scops, differre. Seps pro serpente, & sepimento. Stirps pro trunco dubium, olim etiam pro iobole.

DE iis, quæ V habent ante S, abunde actum. Aliquid quoque dicendum de illis, in quibus consona antecedit: cujusmodi facta sunt ex nominibus in ES, vel IS: ut *plebs* ex *plebes*, quo præter Salustium, ac Tacitum, usus quoque Lucanus lib. III.

— *Nescit plebes jejuna timere.*

Trabs ex *trabes*. Ennius in *Medea*:

Viamam ne in nemore Pelio securibus

Cæsa accidisset ad terram abiogna trabes,

Vsurpat etiam Tertullianus cap. I. scholastici scripti de Pallio.

Adeps ex *adipes*. Vnde Varro lib. I de Re Rust. *Adipes illa.*

Sors ex *fortis*. Plautus *Casina* *:

Vide nequa illic insit alia fortis sub aqua.

Mens ex *mentis*. Ennius in *Epicharmo*:

Terra corpus, at mentis ignis est.

Lens ex *lentis*, teste Prisciano. *Scobs* item est ex *scopis*, *stips* ex *stipsis*, *ars* ex *artis*, *pars* ex *partis*, & ita in aliis. Antiquis enim nullus nominativus sic desinebat: sed inter duas ultimas consonas media erat vocalis. Atque hinc cognoscere est, cur pleraque sic exeuntia sint feminina. Nempe in causa est, quia pleraque in ES, vel IS, unde fiunt, ejus sunt generis. Nec tamen id perpetuum magis, quam in integris, unde contrahuntur. Quod planius fiet ex iis, quæ dicemus.

Adeps virile Plinio lib. XXVIII, cap. IX, *Proxima adipi laus, sed maxime apud antiquos etiam religiosi.* At muliebri *Columellæ* lib. VIII. cap. XIV: *Quæ res ad creandas adipes multum conferunt.*

Adolescens commune: unde *optimæ adolescenti* apud Terentium, ut superius † dictum. Itaque ut *adolesemulus*, sic & *adolecentula* dicitur. † cap. 15.

Animans omnis est generis, etiam cum substantivè sumitur. Virili usus Cicero in *Timæo*: *A quo enim animante reliquos omnes contineri vellet animantes, hunc eâ formâ figuravit, quâ unâ omnes reliquæ formæ concluduntur.*

* *At. 2. Sc.*
† *Face Chab-*
ne.

duntur. Horat. lib. II, Sat. I. *Quemquam animantem*. Sed usitatius est in neutro, *animantia* : vel etiam in feminino ; ut apud Tullium I de Legg. *ceteras animantes* : ac tum *bestia* respicitur.

Bidens pro instrumento rustico est masculinum. Ac par ratio in *tridens*. Fit hoc, vel quia utrobique intelligitur *ligo* : vel quia sequuntur naturam simplicis *dens*. Maro II Georg.

— *Supereſt deducere terram*

Sæpius ad capita, & duos jactare bidentes.

I *Æneid.*

— *Durumque tridentem.*

Ovidius IV Fast.

Sarcula nunc, durisq; bidens, & vomer aduncus,
Ruris opes, niteant : inquinet arma situs.

At pro ove femininum est καὶ ἰσοβοίαν. *Æneidos* IV :

— *Martani lætas de more bidentes.*

De verre rursus est masculinum ; ut Pomponio apud Nonium : *bidenti verre.*

Chalybs vulnificus est apud Maronem in VIII. Ac similiter scriptorum alii. Nempe eodem genere ac *Chalybes*, per quos *erutum* & *domitum* est *primitus ferrum* : ut ait Ammianus lib. XXI.

Confluens, & profluens, virilia, quia intelligitur *amnis*.

Dens, uti & *fons, mons, pons*, virilia esse, frustra moneam. *Dentes* tamen *splendidus* dixit Appulejus extremâ apologiâ : si sequimur emendationem Lipsii, quam antiquis video codicibus approbari. Sed non imitandum.

Etiam *fons*, pro cratere, qui inde in cyathos infunderetur, femininum esse probatum eant illo Plauti Sticho V, IV : *Tibi propino decuma fonte : tibi tunc inde si sapiis*. Sed magis placet Acidalii emendatio :

Tibi propino eccum a fonte : tibi tunc inde si sapiis. Vide sis Taubmannum ad hunc locum.

Forceps Prisciano & virile, & muliebre est. Sed in iis, qui nunc extant, scriptoribus, semper est femininum. Qua de re superius * diximus.

* cap. 17. hujus libri.

Frons, quando μέτωπον notat, antiquis dubium erat. In virili autem exolevit. Sic usi Titinnius, Pacuvius, Cato, & Plautus. Quorum verba apud Nonium vide. Etiam Agellium adi lib. XV, cap. IX : ubi Plautinæ addit auctoritatem Cæciliæ. Iis verò, quos tunc sequimur, sive arboris folium, sive μέτωπον signet, semper est femininum. Sed non genere quidem, attamen scribendi modo, ea distinguebant. Nam Charisius autor est, pro foliis *frondes* & *frundibus* efferrî solere, atque

atque ita Ennium posuisse: *Rurescant frondes*. Imò & in singulari ab-
que liquidà dicebant *frus*, & *fros*. Ita apud Cæsarem lib. III de bel-
lo civili scriptum fuit: *Sed etiam frus ex arboribus deficiebat*. Id cum
ignorarent librarii, ex *frus* fecere *fructus*, quasi vox non integra, sed
per compendium scripta esset. Antonius Augustinus suspicatur, le-
gendum, *strictus ex arboribus*: quia antea dixerat, *folius ex arboribus stri-*
ctus equos alerent. Verùm dubitandum non est, quin rectum sit *frus*;
præsertim cum idem Augustinus agnoscat, in vet. codd. *deficiebat*
legi numero singulo. Nempe *frus deficiebat*, eodem modo dixit Cæsar,
quo Carus, *frondem bubus* maluit, quàm *frondes*.

Gryps quoque masculinum. Plinius lib. x, cap. VIII: *Pegasos equino*
capite volucres, & gryphas aseritos aduincitate vestri fabulosos reor; illos in
Scythia, hos in Æthiopia.

Hydrops virile, ut Græcis ὕδρωψ. Sic Horatius od. II, lib. II:

Crescit indulgens sibi dirus hydrops.

Lens, ut Nonius docet, virile Titinio; cujus est, *Lenti calido*: fed
Maroni est muliebri primo Georg.

Nec Pelusiace curam aspernabere lentis.

Merops masculinum, ut Græcis ὁ μέροψ. Aristoteles lib. IX Hist.
Animal. cap. XIII: *Φασί * δὲ πνεῖς ἢ τὰς μέροπας τῶνδὲ τῶν ποιεῖν*. Ali-
quibus *riparia*, nonnullis *apiaria* dicitur, *Gazæ apiaster*: credo, quia
putarunt avem eam esse, cui Cretenses *melissophago* nomen dedere.
Hæc sententia est Bellonii. Sed non convenit philosophi descriptio.
Quare satius est Græcam retinere appellationem cum Plinio lib. x,
cap. xxx: imò & Marone in IV Georg.

* Ajunt
nonnulli, &
meropas hoc
facere.

Nesrens masculinum videtur κατὰ ἰστρονομίαν, seu de porcellis propriè
dicatur; quod Varro innuit lib. IV, cap. IV: five arietibus propriè
competat, quod Festus docet. De infantibus quoque usurpat Livius
Andronicus †:

Quem ego nesrendem alui, lacteam immulgens opem.

† apud Fe-
stum.

Sunt qui iuspicientur, esse commune, vocis significatione adducti.
Nam dicitur, quasi *ne*, hoc est, non *frendens*. Sed in feminino nus-
quam legitur.

Oriens, & *occidens*, meritò prætereantur, cum eorum genus δὲ ἰστρο-
νομίας cognoscatur. Quid enim aliud intelligatur, quàm *sol*? Arno-
bius lib. II: *In insulis, & provinciis omnibus, quas sol oriens, & occi-*
dens lustrat. Hic tamen propriè usurpatur vox utraque, non μελωυμι-
νῆς; ut fit, cum intelliguntur regiones, quæ oriente, aut occidente
sole, illustrantur.

Rudens, ut Nonius quoque observat, Plauto femininum est in Ru-
dente*;

V u u

dente*;

* *AB. 4, Sc.*
Hens mans.

dente * : — *Dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico.*

† *cap. 29.*

At Catullus, Virgilius, Ovidius, aliique in masculino usurpant. Et sanè verisimile est, posterioribus *καλ' αρῶνας* masculinum esse, quia respiciatur ad *fusus* : quod olim femininum, ut superius † ostensum ex Lucretio.

Scops, si Phocam audimus, masculinum est. Sed ut *plebs* ejusdem est generis, ac *plebes*; *trabs* ac *trabes*; ac par ratio est aliorum: ita *scobs* quoque femininum est, quia *scobis* est femininum: ut apud Columellam lib. VII, cap. X: *Nauscantibus quoque salutaris habetur eburnea scobis sale fricto, & sabie minutæ fresse commista.* Unde etiam femininum esse, cognoscimus; quemadmodum Priscianus scripserat in VII. Similiter usus idem Columella lib. XII, cap. XLIII. & Plinius lib. XXXIV, cap. XVII, ubi *elimauam scobem* legas. At *scops* per P aliud est: nempe avis nocturna, aurita, noctuà minor: de qua plura Ælianus †, & apud Athenæum * Alexander Myndius, item Eustathius in Odyss. E †. Meminit & Plinius lib. X, cap. XLIX. *Nominantur ab Homero scopes, avium genus: neque horum satyricos mores, cum insident, plerisque memortuos, facile conceperim mente, neque ipsæ jam aves nascuntur.*

† *lib. 15*
Hist. animal.
cap. 28.
 * *lib. 9.*
 † *pag. 1523.*
 † *seq. editi.*
Rom.

Serpens naturâ est adjectivum, ac genere utroque sumitur, quia intelligitur *anguis*, quod utrumque habet genus. In feminino verò etiam *bestia* intelligi possit.

Seps, pro *Icolopendrâ* minore, masculinum est. Lucanus lib. IX.

Offisque dissolvens cum corpore tabificus seps.

‡ *putrefacit.*

Quo loco ad *επιμων* respexit Poëta. Est enim à *σῆμα* †, quòd membra ic̄ta putrefaciat. Vtitur & Aufonius:

An Libyæ ferale malum sit Romula vox, seps.

Quod ad quæstionem Aufonianam, omnino Græcum est *σῆψ*. Itaque & *sepa* in incusativo dixit Plinius lib. XXI, cap. V: *Lacerta, quam hi sepa, alii chalcidem vocant.* Similiter cap. seq. Ac plurativo idem *sepas* ut *rhetoras* lib. XXIII, cap. II: *Prosumisse fascentur contra serpentes, quas sepas vocant.* Sic *τῆς σῆψας* Theophrastus lib. IX, cap. XII. At pro *sepimento* femininum est. Quamquam magnopere dubitem, an *seps* hac in significatione sit Latinum: tum quia obliqui *sepem*, & *sepiibus*, quibus usus Maro, à recto *sepes* non minùs, quàm à *seps* deduci queant: tum imprimis, quòd *sepes* in recto singulari apud eundem Maronem legamus Ecl. I:

Hinc tibi, quæ semper vicino ab limæ sepes

Hyblæis apibus florem depasta salicti,

Sæpe levi somnum suadebit inire susurro.

Sepes, inquit, depasta florem, hoc est, habens flores depastos, caussa

caussa erit, cur ibi condormiscere liceat, apicularum susurro somnum suadente. Etiam Varronis est lib. 1, de R. R. cap. XIV: *Secunda sepes est ex agresti ligno*. Solùm injicit scrupulum Aufonii illud Idyll. v:

Bucolico sepes dixit Maro: cur Cicero seps?

Hodie id in Tullio frustra quæras: nec alius, præter Aufonium, id prodidit, quisquam: ut omnino tutius eo abstineatur.

Stirps, pro origine sive progenie, semper femininum est: at, pro arboris trunco, interdum in masculino invenitur. Maro 11 Georg.

*Quantum illi nocere greges, dærique venenans
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.*

Ita in veteribus aliquot codd. legitur, & agnoscit hanc quoque lectionem Servius, ut *admorso* sit *adroso*. In Romano tamen codice, itémque Mediceo, *admorsu* per V scriptum fuisse, ex Pierio cognoscimus. Est & alter locus XII Æn.

Cum semel in sibus imo de stirpe recisum.

Ita libb. omnes veteres ac novi, eamque lectionem agnovere quoque Servius, & Donatus: sed hic, ne *stirps* masculinum statuere cogatur, sua nobis narrat somnia. Nam *imo* separandum ait à *stirpe*, ut sit sententia; *Abcissum de stirpe ab imo*, hoc est, ab inferioris arboris parte. Nunquam eo ineptiarum devenisset nobilis Grammaticus, si in mentem venisset illud libri XII à Charisio quoque adductum:

Sed stirpem Teucris nullo discrimine sacrum

Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.

Itémque isthoc, quod paulò pòst subjicit:

— *Lentoque in stirpe morans.*

Quare dubium non est, quin *stirps* dubium sit, cùm pro arboris trunco accipitur. Imò olim quoque pro sobole dubium fuit. Vñs in masculino Pacuvius: *Quis stirpem occidit meum?* Sed non imitandum.

Torrentis cùm dicimus, respicitur nomen *ammis*. Nam naturà suà esse adjectivum, indicat hoc Claudiani lib. 11 de raptu Proserp. * * vers. 198.

— *Torrentius amne*

Hiberno, torràque rivi pernicias hastà.

CAPVT XXXIV.

De genere eorum, que excent in T, vel X. Frit. Git. Calx pro calcæno dabium. Dora. Lynx. Abaces eas an scripserit Lavdennus I. C. Cordax. Trocheus ρεδακικώτερ. Dropax. Styrax. Storax. Li-macis ἔπιμον. Apex. Atriplex. Caudex. Cimex. Cortex dubium. Fabii error. Culex an Plauto femininum. Exlex. Imbrex. Obex.

V u u 2

Rumex.

Rumex. Silex. Sorex. Tumex. Vibex, *an vibix dicendum. Plauti locus excussus.* Calix. Nutrix. Perdix. Phoenix. Pistrix, *vel pistris.* Scandix. Thomix, *deque eo lexicographorum error.* Solox. Celox. Elox. Volvox. Tradux. Lux *in masculino apud ipsum Tullium.* Crux *olim virile.* Bombyx. Calyx. Coccyx. Onyx. *Martialis locus excussus.* Oryx. Cetræ. Sandyx. Sardonyx. *Ausonius in Grammaticos epigramma.*

Neutris in T annumerant aptota : rectè, dummodo nihil generatim antea de iis fuerit præceptum. Hujusmodi sunt duo illa, *frut*, & *git*. Est autem *frut* in summa spica jam matura, quod est minus quam granum; ut autor Varro lib. I de R. R. cap. XLVIII. *Git* est feminis genus, de quo Plinius lib. XIX, cap. VIII, & lib. XX, cap. XVII. & Palladius Sept. Tit. XIII. Apud Columellam quoque legas lib. VII. *Interdum fastidio ciborum languescit pecus. Ejus remedium genus feminis : git appellatur.* Et Aufonius idyllio de monosyllabis :

Est inter fruges morsu piper æquiparans git.

* AB. 5.
sc. Nunquam
adepol.
† Vide Iannum
Gulielmum in
Plautini, &
Acciansi lexicon.

Neutrum esse, ostendit hoc Plauti Rudente * :

L A. *Dabo septingentos.* G R. *Os calet tibi. num git frige factas † ?*

Ita rectè editiones omnes ante Camerarianam, & Lambinianam divulgatæ. Per *git* autem intelligit pultem ex eo confectam. Charisius, & glossæ vet. *μελάνθρον* vocari docent. *Tot* verò, & *quot*, cur à canone exciperent, causæ nihil erat, cum eorum genus ex generali de adjectivis regula cognoscatur.

Superfunt in X terminata : quæ muliebris generis traduntur, sive vocalem habeant ante X, sive consonam. De posterioribus pauca excipiuntur. Vti *calx* : quod pro parte plantæ posteriori, pedisque percussione, ac sine Cicero utitur in masculino : ut & è Poëtis tum Persius, tum ante hunc Plautus, & Varro ; quorum loca adducit Nonius. Varronis locus, qui illustrem continet *γνώμηλον*, sic habet :

Nemini fortuna curritur à carcere incrimo missum

Labi inoffensim per æquos candidum ad calcem sinis.

Ita editum in Aldinâ : sed metrum, quod trochaicum est, versu priori, leviculâ traiectione unius vocis, requirit, *missum à carcere incrimo.*

Nisi *καὶ ἀναστροφῆν* scripserit, *carcere à missum incrimo.*

At in feminino usus Silius, atque aded Maro in undecimo :

Quadrupes inque cum ferrat à calce fatigas.

Nam paucorum manuscriptorum, multorumque excusorum fidei, in quibus *ferrato* legitur, opponimus autoritatem cum antiquissimorum

morum

morum librorum; tum Sôſipatri, & Marcelli, qui *ferratâ* legere in muliebri.

Fortasse & masculinum est pro *calculo*, quod inde derivatur, Festo teste. Plautus Pœnulo act. IV, sc. V.

Quin prius disſeribit saxo, quàm unum calcem cruerit.

Ita jam olim Nonium legiſſe conſtat. Sed in pleriſque MSSis, & editis, est *nam*. Et convenit cum eo, quod proximè anteceſſit:

Profectò ad incitas lenonem rediget, ſi eas abduxerit.

Vbi viri eruditi, ad *incitas*, integrè eſſe putant, ad *incitas calces*. Sed quid ſi dicamus, potiùs *lineas* intelligi, ut Græci *τετρα* dicunt, concipiendo *χαμυλω*. Vide, quæ aſſero lib. de Structura cap. VI.

Dorx, Græcè *ἡ δόρξ, δόρξος*, masculinum est Gratio in Cynegetico:
— *Pavidosque iuvat compellere dorcas.*

Nisi *pavidas* legendum: quod Geſnero videtur in Historia animalium.

Lynx rarum est in masculino, & fortasse uni Horatio lib. II Carm. od. XIII:

Nec curat Orion leones,

Aut timidos agitare lyncas.

In iis verò, quæ vocalem habent ante X, immane quantum nugarum obtrudunt ſcriptores, imi, ſummi, medioximi. Ordiam ab ex-
citantibus in AX. Ac primo Græcis. Ex quibus virile *abax*: unde deminutivum *abaculus*. Scrupulum injicit pleriſque hic Iavoleni locus l. hæres D. de legat. III: *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & abaces quæ eorum vaſorum collocandorum cauſſâ paratas deberi, Trebatius reſpondit.*

Labeo autem id non probat, ſi eas abaces teſtator numero vaſorum habuit. Proculus verò rectè ait, ſi æneæ quidem ſint, non autem Corinthiæ, non deberi.

Verùm etſi Brodæus * ſtatueret non auſit, utrùm *abaces*, an *βάσεις*, ſcripſerit Iavolenus; ac vulgatam lectionem retineat Haloander: tamen vel ob autoritatem Pandectarum Florentinarum, in quibus *βάσεις* ſcriptum eſt, lectionem hanc longè prætulim alteri: ac ſentit mecum Alciatus in *παρέρσις* lib. IV, cap. II. Ninivita ait, omnino *baces* eſſe nihili vocem, eoque *abaces* legi oportere. Sanè *baces* quidem vox reicula: ſed de *baſes* id dici non poſſit.

Cordax Græcis malcul. Harpocraton: *ὁ κέρδαξ † κωμικῆς ἀρχήσεως* † *ἐστὶν εἶδος*. Aristoph. in Nub. *Ἐ κέρδακος † εἶνεκα*. Sic Mneſimachus apud Athenæum lib. IX, Plutarchus Sympoſ. lib. VII Quæſt. VIII, Arrianus in Indicis, atque alii. Utuntur Latini; ſed ita, ut ex iis ejus genus non cognoſcas. Cicero in Orat. *Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordacem* (Ariſtoteles) appellat, quia contractio, & brevitas, dignitatem non habeat. Et Quinctilianus lib. IX, cap. IV. Et (licet)

V u u 3

beraus,

† *Cordax* eſt genus ſatirionis Comici.

‡ *Cordacem* cauſa.

* lib. 10 Miſcell. cap. 20.

herous, qui idem est *dactylus*, Aristoteli amplior, *jambus humanior* videatur: *trochæum*, ut nimis currentem, damnet, eique *cordacis* nomen imponat. Sed fortasse utrobique non *cordacem*, & *cordacis*; sed *cordacicum*, & *cordacici* legi debet. Nam Aristoteles lib. III Rhetor. cap. VIII, ait eum pedem esse *καρδακικώτερον*, hoc est, cordaci convenientiorem, ob celeritatem. Atque idem visum maximo & amicissimo Meursio nostro in Orchestra. Vulgata tamen lectio defendi possit. Nam, ut si quis ob celeritatem dicat aliquem *Pegasii* similem, tantundem agit, ac si eum *pegasum* vocet: ita qui *trochæum* ob celeritatem ait similem *cordacici*, is tantundem dicit, ac si per translationem *cordacem* appellet.

Dropax, *δρόπαξ*, (id est unguentum ex pice & aliis, ad pilos corpori evellendos) masculinum est, uti Græcis, ita etiam Martiali in X, ep. LXV:

Lævis dropace tu quotidiano.

Mystax virile, ut *ὀ μύσαξ* Theocrito, & Plutarcho in Agide.

Nycticorax, *ὀ νυκλιός* & *εγξ*.

Syrax non pro arbore modò, sed & quando *συρίαμα* odoremque significat, femininum esse volunt Cyrillus, & Ammonius. At in masculino usurpat, cum Aristoteles lib. IV. de histor. animal. cap. VIII, & Dioscorides lib. I, cap. VIII. tum Maro in Ciri, ut mox visuri sumus, & Plinius quoque lib. XXIV, cap. VI. quo loco de styrace agens; *Placet*, inquit, *præter illa, quæ diximus, maxime pinguis, prius*. Nec in genere tantum lapsi, qui hac in parte Cyrillum, & Ammonium sequuntur; sed in eo etiam, quod succum semper *styracem* vocari putant; *storacem* verò, quomodo officinæ nominant, barbarum esse. Nam, ut mittam Donatum, qui servulum Terentianum *Storacem* ab odore appellatum ait; usus hæc voce Virgilius sive Valerius Cato, vel quisquis autor poematis, quod inscribitur Ciris:

Non storace Idæo flagrantem picta capillos.

Et Plinius lib. XXVI, cap. VIII: *Eructores cutis, & manantia ulcera, sale addito sanant: tussim veterem cum storace sumunt*. Ita habet vetus *Parmensis* anno CIO CCCC LXXVI. *Visus quoque Solinus cap. XLVI. Nisi*, inquit, *odore cremati storacis occurrant*. Sic omnes MSSi.

Ineptè autem à Lithocomo, & aliis, inter Græca in AX reponitur *limax*, cui à limo nomen. Græcè autem dicitur *γυμνοσχιλίας*, prout explicat glossarium Philoxeni. Adde quod *limax* dubium est. Nam lib. 12 cap. Columellæ masculinum, femininum Plinio lib. XXI, cap. VI, est.

Nec minùs controversiæ de nominibus in EX.

Apex, quod ferè prætereunt, masculinum est. Claudianus lib. III de

de raptu Proserp. *

Coniferi micuere apices.

* vers. 398.

Atriplex (herbæ est genus, quæ Græcè ἀτρίφαισις, & ζευσαλάχα-
ρον †) à Macro poetastro usurpatur in feminino :

Atriplicem tritam cum nitro, melle, & aceto,

Dicunt appositam calidam sedare podagram.

† *Dioscori-
des lib. 2,
c. 145. Colu-
mella lib. 11,
c. 3. & glosse
Philoxeni.*

At potior apud me autoritas Plinii, qui neutro utitur lib. xx, c. xx :
Atriplex, inquit, & *glyvestre* est, & *saurum*.

Caudex, & *codex* ejusdem generis sunt. quid mirum ? cum non magis differant, quàm *caucus*, & *corus*, *plaustrum*, & *plostrum*. Vulgò tamen *caudicem*, pro trunco ; *codicem*, pro libro dicere solemus.

Cimex censo ejusdem esse generis, ac *pulex*, & *culex*. Et similiter Priscianus in quinto. Auctoritas tamen veterum non occurrit.

Cortex juxta Nonium utriusque est generis. De masculino testem adducit Varronem in Prometheo : cujus est, *Supernus cortex*. Et hoc ejusdem in Tithono, *Ἐὶ γίγνῃς : Sic invitata matura anima corporum corticem facile relinquit.* Item hoc Maronis Æn. VII :

— *Raptus de subere cortex.*

At de muliebri adfert hoc Lucretii lib. IV :

Que quasi membrana, vel cortex nominanda est.

Et Maronis hoc Ecl. VI :

Tum Phactoniadas musco circumdat amara

Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Ita Poëtam scripsisse, Fabius testatur. Ut veteres libros mittam ; de quibus nobis autor Pierius. Etiam *amara corticis* legit Servius : sed addit : *Alibi ait, Raptus de subere cortex : quod magis scqui debemus, ut masculino utamur.* In feminino tamen utitur quoque Plinius Valerianus lib. I, cap. XLVI, & lib. V, cap. IX, atque alibi.

Culex virile. At femininum obsoletum, si modò eo in genere usurpârit quisquam. Producent è Plauti *Casina* † : *Cana culex*. Sed summus vir, & mihi affinitate, dum viveret, junctissimus, Janus Gruterus, legendum putabat, *Canalicola vix*. Quod impensius placet, quàm sententia Francisci Sanctii Brocensis ; qui credebat, senem amatorem jocosè *canam culicem* vocari, quasi *vetula* potiùs, quàm *vetulus* foret. Sanè si Plautus sic esset locutus, Nonius, ubi de discretis generibus agit, vel alius veterum, verbo attigisset.

† *Sc. Omni-
bus rebus.*

Eryx mons Siciliæ masculinum. Ut Ovid. II de Arte, *alms Eryx*.

Exlex non commune, ut ajunt, sed semper virile.

Grex masculinum nunc : olim & muliebri, ut Nonius ostendit illo Lucretii lib. II : *Bucerieque greges.*

Forfex

Forfex Prisciano dubium est. Nunc in feminino solam reperitur : de quo vidimus antea *.

* cap. 17.

Imbrex femininum est Plauto Mil. Glor. act. II, sc. VI.

Quod meas confregisti imbrices, & regulas.

Plinio est masculinum extremo cap. XIV, lib. XVII : *Servari inter duos imbrices juxta rivus.*

Index commune volunt ; quia & femina rectè *index* dicitur. At non propterea jungitur adjectivo feminino.

Irpex, sive *urpex*, mascul. Cato de R. R. cap. X : *Vipicem unam, crates stercorearias.* Nisi & hic *irpicem* legendum : ut vocant Varro, Festus, Servius.

Obex sæpius masculinum est. In feminino autem usus non Plautus modò in Persa, sed & Plin. in Paneg. *Nullæ obices, nulli contumeliarum gradus, superatisque jam mille liminibus ultra semper aliqua dura & obstantia.* Etiam apud Virgilium est in X : *Ecce maris magna claudis nos obice ponens.* Quem ad locum ita Servius notavit : *Modò usus habet, ut hic obex dicamus ; unde quidam magno obice legunt. Antiqui etiam hæc obix dicebant, secundum quod est Magna obice. Hinc est, quia nonnulli vitant generis dubietatem, & legunt Magni, scilicet maris. Caper tamen in libris dubii generis, probat dici, & hic obex, & hæc obex : quod, ut diximus, hodie de usu recessit.* Pierius quoque ad eumple Maronis locum annotavit : *Magno, virili genere in impressis omnibus codicibus legas. In antiquis verò Magna feminino genere. Idque recepisse Servius videtur, cum dixit : Quidam Magna obice legunt. Atque nonnullos ad evitandum ambiguitatem legere malle Magni, scilicet, maris. Usque adeò vates, summus loquendi scribendique artifex, sub ferulam, si Deo placet, revocatur à Grammaticis ; qui nolunt amplius, hic & hæc obex dici, ut veteribus dicere concessum est.* Feminino usus & Sidonius lib. VII, epist. I : *De nostrâ tantum obice.* Idem *carm. II* :

† vers. 493.

Cereæ destituit resolutis axibus obex.

Pumex femininum, præterquam uni Catullo :

Arida modò pumice expolitur.

Quod ob iniquitas prætulit.

Rumex virile Plaut. Pcen. *Tua causa nemo nostrum est suos rupturus rumices.*

Vbi rumices quid sint exponit Hieronymus Mercur. lib. I Var. lect. cap. XX.

Pulex virile esse constat.

Rumex virile. Auctor Moreti :

Fecundisque rumex, malveque, inuleque virebant.

Silex, ut Nonius ait, *omnium consensu feminino appellatur genere.* Sic Ecl. I.

— Ab

— *Ab silice in nudâ conmixta reliquit.*

Et VIII Æn. *Stabat acuta silix.*

Sed masculino usum docet Lucretium in I :

Vnde queant validi silices, ferrumque creari.

Et lib. v :

Non ruerè avulsos silices à montibus altis.

Sorex virile. De quo suppetit illud Sereni Sammonici cap. v :

Si prægnans artus captivi foricis edit.

Tumex, vel *tumix*, virile. Sic vocatur tumor carnis percussæ, aut livor : si rectè glossæ Phil. *Tumex*, σμῶδιξ, αἰμαλώδης πόνϑ. Vbi malim πόνϑ. Aliter tamen glossæ Cyrilli : τῦμπανον, *tumix*.

Vibex referunt inter virilia. De genere rectè. Sed in terminatione peccant : et si & Priscianus sic dicere jubeat. Nec movet me, quòd Camerarius legat apud Plautum Trinummo * :

Itane tandem majores famam tradiderunt tibi tui,

Et virtute eorum anteparta per flagitium perdeses ?

Atque honori posteriorum tuorum ut vibex fices ?

* Sc. sicut illic.

quam lectionem Lambinus quoque, & Duza comprobant. Sed pro *posteriorum* legi debet *posterum* : quod metrica lex requirit. Nisi *tuorum* disyllabon est τῦ σμωλιζην : ut Comicis sæpe, *vel in eo, quod proximè adferam. Pro *vibex* autem in MSSis, Camerario teste, fuit *vindex*. Ac similiter vetus Veneta editio, quæ cum Saraceni, & aliorum notis, prodiit †. Et retinet Petrus Valla : recteque vindicem exponit *ulcerem*. Nempe, qui ulciscitur, decus aufert : unde *vindicare*, auferre ; *vindicta*, ablatio ; *vindex*, qui aufert : ut ex vet. glossis constat. Hæc firmantur eo, quòd paullo pòst sequitur :

Si istuc, ut conare, facis indicium, tuum incendes genus.

† Ann. 1518.

Vbi *incendere* est, non *celebrum reddere*, ut Scaliger putabat (planè enim sententia repugnat) sed quasi incendio perdere & absumere.

Vibix autem, non *vibex*, dici debere, non absurdè ex eo colligitur, quòd penultima genitivi sit longa. Dices fortasse, *forfix* quoque in EX desinere ; cujus tamen penultima brevis sit in obliquis. Sed hoc est τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν. Nam & *forfix* fortean veteres dixere : unde diminutivum *forficula* ; quo aliquoties usus Plinius.

† petere quod in principio est.

Venio ad terminata in IX.

Calix, Græcis κάλιξ. Sed Græcis ἡ κάλιξ, Latinis *hic calix*.

Fornix item virile, sive sumatur pro *camera*, sive pro *lupanari* ; unde *fornicari*, & *fornicaria*, πόρνη, δὸν καμάρας, ἡ ἱσανται, ut est in glossis Philoxeni. Vbi continuò subditur : *Fornex*, πόρνη, καμάρα. Sed *fornix* rescribendum. At *fornax*, quod ibidem κάμινος exponitur,

X x x

nitur, muliebre est : unde *ἄσπερος ἐσπικῆς formacula* Vitruvio lib. VII, cap. x.

Natrix Phocæ masculinum videtur. Nempè quia apud Lucanum est lib. IX. *Et natrix violator aquæ.*

* lib. 5.

Sed Priscianus * ob terminationem putat, figuratè dictum. Aliter tamen, quàm masculino, usurpare vix ausim.

Perdix masculino genere dici posse, probat Nonius illo Varronis in Admirandis : *Perdicæ Bæotios*. Sanè Græcis est utriusque generis.

Phoenix avis masculinum est : quamquam non desint, qui dubium † *vers. 417.* statuunt. Claudianus lib. II de laudibus Stiliconis † :

Vnicus extremo Phoenix procedit ab erro.

Ex iis, qui in muliebri usurpat est Tertullianus :

Et renovata suâ vivit fuligine Phoenix.

Pistrix masculinum faciunt pro Indici maris belluâ, quæ in Gloss. Græcol. *κῆτος* vel *κῆλις* vocatur. Sed auctoritatem requiro. Quin pro *pistris* in multis Maronis, Sidonii, aliorumque codd. *pistris* vel *pristis* invenitur; quod magis accedit ad Græcum *πέστis*, de quo Suidas.

Sandix aliqui scribunt; alii *sandyx*; de quo mox dicam.

‡ *Scandicæ abluentiæ.*

Scandix herba memoratur Theophrasto in Histor. Plant. lib. VII, cap. VIIII. Dioscoridi lib. II, cap. LXVIIII, & Plinio lib. XXI, cap. XXI : etiam Diogeni Laërtio in Aristippo; ubi meminit Metroclis Cynici *σάνδικας* † *πλύνοντος*. Sed iis ex locis nihil de genere statui possit. At possit ex illo Plinii lib. XXI, cap. XV : *Scandix, quæ ab aliis andropogon vocatur.* Apud Stephanum tamen in L. Gr. Thesaurο *ὁ σάνδιξ* legas.

* Pollux lib. I, cap. 12. Gellius lib. 2, c. 26. & lib. 3, cap. 9.

Spadix etli Græcis * notet ramum à palma avulsum : Latinis nihilominus semper sumitur adjectivè pro colore rutilo seu puniceo, qualem videre est in avulso palmæ ramo. Sic Virgilio III Georg. equi commendantur *Spadices, glaucique*. Et Gratii est in Cynegetico :

Spadices vix Pelles valuerè cerdumi.

Vtunque igitur masculinè sumatur, his locis : naturâ tamen suâ est adjectivum, eoque omnis generis.

† lib. 12. cap. 32. ‡ lib. 7, c. 3. * lib. 7, c. 3. & lib. 17, cap. 10. † lib. 1, c. 13

Thomix legimus in Lucilii fragmentis, itemque Columellâ †, Vitruvio †, Plinio *, & Palladio †; sed in obliquis, aut recto plurali; ut ex hiis autoribus cognosci non possit, num *thomex* scribi debeat (sanè *tomex* scribit Hermolaus Barbarus in glossis Plinianis) an *thomix*, quod magis accedit ad Græcum *θώμιγξ*. Vtut sit, femininum esse,

† in Phoc.

ostendit illud Pausaniæ † : *ὁ ἀνὴρ οὐσίῳ σωμαίῳ ἔδουκ' ἢ τὴν θώμιγξ* : *homo hic contorquet thomicem sive feniculum Ocri.* Falsi lexicographi, qui rectum fecere *tomice*, quasi à *τομική*, cum Plinius, & Vitruvius, in sexto casu

casu dicant *tomice*, Lucilius in plurali *tomices*, Palladius *tomicibus*. Imò & apud Plautum Mercatore * legendum putabat Scaliger :

Armamentis complicandis, componendis tomicibus.

Sed *studuimus* est in MSSis, ac editionibus antiquis, etiam Venetâ †, quæ cum Pyladæ & aliorum notis prodiit. Nec *tomicibus* satis huic loco convenit. Aliud enim *tomices*, aliud *tomices* : de quo paullo antè dictum. Porrò ut illud *tomice* offendit, non esse tertiæ in E : ita ex *tomicas* liquet, non esse primæ. At nihili vox est *tomicus*, quod ponit Perottus.

Varix masculinum esse, ait Phocas in Arte. Et profectò Despauterius in Instit. Rob. Stephanus in Thef. Calepinus recoctus, pluresque alii, citant ex Horatio, *Varice succiso*. Quod nusquam apud Poëtam hunc legas. Sed Celsus lib. VII, cap. XVII ait : *Evenit, ut in quorundam ventribus varices sint, quorum † nulla alia curatio est*. Et ejusdem lib. cap. XXXI : *Ab his ad crura proximus transitus est, in quibus orti varices non difficilis ratione tolluntur*. Ac mox : *Eorum varicorum, qui in ventre sunt*. Alii dubium faciunt, ob hoc Senecæ epist. LXXVIII * : *Dum varices excelandas † præberet, legere librum perseveravit*. Obtendunt etiam, quòd Celsus ipse lib. V, cap. XXV diminutivum formet *varicula*. Si, inquit, *varicula intus est, quæ sanari prohibet, ea quoque excidenda*. Sed in aliis libris est *carnicula*. Et hæc de nominibus in IX.

In O X adjectiva sunt compluria, quorum genus notum. Vt *atrox*, *velox*, *pernox*. Quomodo Livius lib. V, *Luna pernox*. Item *solox*, quod *crassum* notat, ut ex Festo, & glossis Philoxeni constat. Titinius in Barathro, *Lanâ soloci*. Lucilius :

Pascalis pecore ac montano hirtio atque soloce.

Sed substantiva, quæ hujus propriè sunt loci, tria solùm mihi occurrunt, *celox*, *esox*, *volvox*. *Celox* (navigii id genus, à celeritudine sic dictum †) muliebri est. Varro Bimarco :

Nauæc remuagam movent celocem.

Esax piscis est in Rheno : ut est apud Plinium lib. IX, cap. XV. Nisi cum Hadriano Junio legere malis *exas*, ut ita dicatur, quia piscis sit sine ossibus; quomodo Lucretius * adjectivè dixit *Exor*, & *exsanguis*. * lib. 3.

Volvox animal est prærodens pubescentes uvas : ut scribit Plinius lib. XVI, cap. ult. Quæ lectio si sana est, (ita quidem legitur in antiqua etiam Parmensi, & postea consecutis) nomen ex eo erit, quia pampinis se involvit. Columella lib. de arboribus cap. XV *volucram* vocat. Sed vulgatio *convolutus* appellatio. Vtrius autem generis sint *esax*, & *volvox*, ex Plinio non liquet. Juniores & hoc, & illud, inter masculina retulerunt.

* Ab. 1. 800
Ex summis
opibus.
† an. 1518.

† In Luædu-
nensi, qua
cum Tirive-
ri, & Ronssi
enarratione
prodiit, legas
quarum.
Sed quo-
rum scripsit
se, fidem facit
Phocas,
cum mascu-
linum ait :
tum quod
cap. 31. in
viribus usur-
pas. Vel quod
si decimus
nunc virile
ei esse, nunc
muliebri?
* cujus ini-
tium, Venari
se.
† Ita optima
editio, etiam
Gruteri,
Lipsiqua.
‡ Non.

Vnum est masculinum in VX, *tradux* : ut apud Varronem 1 de re R. cap. VIII. *Quos traduces quidam rumpos appellant* : & apud Columellam lib. v, cap. VI : *Vt novi traduces connectantur*.

Lux dubium videtur. De feminino ambigit nemo. Masculino utitur Plautus Aulularia * :

* Sc. Qui homo hic loquitur.

† Act. 2. sc. Credo ego amorem.

Luce claro descripiamus aurum matronis palam.

Et Cistellaria † :

— *Cum primo luci cras nisi ambo occidero.*

Eodemque modo Varro Bimarco, & in Ephebo dixit *luci claro*, ut Nonius obiervat : imò, ut ad Ecl. VII Pierius monet, etiam hoc pacto loquitur lib. v de L. L. Quin Nonius docet, sic ipsum Ciceronem in III de Offic. dicere, *Et cum prior ire luci claro non queo*. Simileque in II Off. *Luce claro in foro saltet*.

Crux virile, Nonio teste, Ennio est in XI :

— *Malo cruce satur uti des*

Iupiter. Sed eo genere obsoletum.

Supereft Y X, in quo iplo quoque aliquammulti sese offerunt errores.

Bombyx masculinum quidem est, sed pro vermiculo : at pro materia, è qua fiunt vestes bombycinæ, semper est femininum : unde apud Plinium †, *De bombyce Coa*; & *, *De bombyce Assyriâ*. Neque repugnat illud Propertii † : *Nec siqua Arabio lucet bombyce puella.*

‡ lib. II.

cap. 23

* ibidem.

† lib. 2. el. 3.

Siquidem *μελωνμικῶς* per bombycem Arabicum signatur effectum ejus, hoc est, vestis bombycina, seu Serica.

‡ Hom. II. 2.

et in An.

* Hes.

et Suid.

Calyx, ἡ κάλυξ †. Rosa est nondum expansa habens folia, sed adhuc clausa : ut præter Grammaticos * testis B. Hieronymus in Esaiæ cap. xxxv.

Muliebri est in Anthologia :

--- Ἀπαλὸς λευκῶν κάλυκας.

Etiam Plinii est lib. xx, cap. XIX : *Quidam id decerpiunt procius cum tota calyce mandant*. Sic invenio in MSO. Vetus tamen Parmensis anni CIO cccc LXXVI, uti & illa Aldi, sive Asulani potius, adhæc Dalecampiana, & nupera Leidensis, habent *rosa calyce*. In lexicis legas *calculus* inde dici. Quod adstruunt ex Plinii lib. XVI, cap. XLIV, ubi *caliculus* legas. Sed hoc tam à *calicula*, quam *caliculis* esse possit. Speciosius, quod Plinius lib. xv, cap. XXI II dicat, *Trini quibusdam (caltaneis) parvis ex uno calyce, cortexque lectus*. Ita & Aldina editio, & MSus noster. Vt dubium videatur, consule & Parmensem.

Coccyx, cujus itidem nullam plerique mentionem faciunt, non Græcis modò, sed & Plinio lib. x, cap. IX virile est.

Onyx

Onyx (quod multi masculinum tantum esse volunt) variat genus pro significatione. Pro gemma, quæ & *ὄνυχιον* dicitur, femininum est. Illustrem dabo Plinii locum è lib. xxxvii, cap. vi, ubi octies in femino usurpat. *Zenohemus* (dicit) Indicam *onychem* plures habere varietates, igneam, nigram, corneam, cing. nigris candidis venis oculi modo, interuentibus quarundam oculis obliquis venis. Socraticus & Arabicam *onychem* tradit: sed eam à cæteris distare, quod Indica igniculos habeat albis cingentibus zonis singulis pluribusve, aliter quam in *sandonyche* Indica. Illic enim momentum esse, hic circulum. Arabicas *onychias* nigras inueniri candidis zonis. *Saryrus* carnosas esse Indicas, parte carbunculi, parte *chrysolithi*, & *amethysti*, totumque id genus abdicat. Veram autem *onychem* plurimas variasque cum lacteis zonis habere venas omnium in transitu coloris inenarrabili. At masculinum est, cum sumitur pro lapide, qui *onychites*, & *alabastrites* dicitur: aut pro ampulla, sive vase unguentario ex *alabastrite* lapide confecto. Idem Plinius lib. xxxvi, cap. vii, ubi de *onyche* tractans, *Cum*, inquit, *P. Lemulus Spinter amphoras ex eo Conorum magnitudine cadorum ostendisset*. Vbi fatis liquet, non agi de gemma, cum addat de amphoris ex *onyche* factis. Similiter usurpant Poëtæ. Catulus eleg. de coma Berenices:

Qua iucunda mihi munera libet onyx:

Vester onyx, casto petitis quæ jura cubili.

Horatius lib. iv, od. xii. *Nardi parvus onyx eliciet cadum*. Propertius lib. ii, El. xiii. *Cum dabitur Syrio munere plenus onyx*. Item lib. xii, Eleg. viii. *Er crocino nares murrens ungat onyx*. Statius lib. i Silv. epithalamio Stellæ & Violantillæ.

Hic Libycus Phrygiusque silex. hic dura Laconum

Saxa vident; hic fossus onyx.

Ita legendum hoc loco ex Senensi MS. pro quo in vulgatis, *hic flexus onyx*. Eodem in genere utitur Martialis lib. iv, epigr. xxviii, lib. ix, epigr. lx, lib. x, epigr. lxxxvii, lib. xi, epigr. l. & lib. xii, epig. l. Vnicus, quod sciam, locus est, ubi in ea significatione usurpetur genere muliebri. Est is apud Martialem lib. vii, epigr. xciii.

Vnguentum fuerat, quod onyx modo parua gerebat:

Olfecit postquam Papyrus, ecce garum est.

Vt non de nihilo sit, quod V. CL. Petrus Scriverius suspicabatur pro *parua*, vel *Nerva*, vel aliud proprium reponi debere. Nam est quidem *onyx* crebro femininum: sed pro gemma, non verò pro lapide *alabastrite*, aut vase exinde confecto.

Onyx, pro quo & *orix* legitur (prætereunt vulgò utramque terminatio-

nationem) masculinum est Plinio lib. VIII, cap. LIII; Mart. lib. XIII, epigr. xcv; Iuvenali lib. IV, sat. II. Est autem *oryx* animal bubalo minus; è cuius pellibus Mauri scuta faciunt, quæ *cerra* vocantur. Ita enim, non *ciura*, legendum apud veterem Iuvenalis scholiasten, monuit optimè Pithæus.

Sandyx sive *sandix* (utroque enim modo scribitur) quod & qui *μεσοδινλω* scriplere, & Lexicographi, masculinum esse tradunt, semper ferè muliebre est. Certè non modò Galenus * dixit, καὶ ὀμλῶν ἢ ψιμμίθρον εἰς τὴν καλυμένῳ σάνδικα μετῴμορον †: sed & apud Plinium lib. xxxv, cap. vi legimus: *Pingentes sandyce sublitâ, max ovo inducentes, purpurissimum fulgore minus faciunt.* Item Flavius Vopiscum in vita Aureliani: *Dicitur enim sandyx Indica talenti purpuram facere, si creetur.* Nec propterea audiendus doctissimus Emmanuel Alvarez, qui tantum muliebre esse arbitratur. Nam apud Gratum, qui Augusti ævo floruit, deque venatione scripsit, in Aldinâ, & aliis editionibus, constanter legitur: *Imerdum Lybico succantur sandice pinnæ.*

Vbi & videmus secundam in obliquis corripì posse. At etiam produci indicat hoc Propertii:

Illique plebejo sit vel sandicis amictu.

Sardonyx genus variat. Plinio est femininum. Vt lib. xxxvii, cap. vi: *Indicas Sardonychas.* Et alibi semper. At à Martiale in masculino usurpatur lib. ix, epigr. LX:

Sardonychas veros mensa quæsit in omni.

Ac similiter lib. iv, ep. xxviii; lib. x, ep. lxxxvii; lib. xi, ep. xxxviii.

Iuvenalis utroque in genere utitur. Nam sat. vi inquit:

— *Densi radiant testudine totâ*

Sardonyches. At lib. iii, sat. i, ait idem:

— *Ideo conductâ Pausillus agebat*

Sardonyche.

Profectò quoties tam spissos errores etiam in præstantissimis Grammaticis conspicio, non video, quid bonæ mentis à minutæ turbæ præscriptionibus expectandum sit. Vt non sit mirandum, si in eos Augustinus hoc luserit epigramma †:

Felix Grammaticus non est, sed nec fuit unquam,

Nec quisquam est felix nomine Grammaticus.

Aut si quis felix præter factum existit unquam,

Is demum excessus Grammaticos canones.

* ep. 126.

CAPVT XXXV.

De iis, quæ duas habent terminationes, quarum utraque, vel alterutra, sit vocalis. Cepa. Gausapa & singulo numero & plurativo. De Augusti loco conjectura. Attagena. Lymfor. Amicitias, blandities, puerities, delidies, proficies, notities, profapies. Effigia. Cornelius Fronto restellitur. Diomedes lectio sua restituta. Acina. Sale pro sal Ennio restitutum, apud Gellium. Altar pro altare. Exemplarium. Pane pro panis. Carnis pro caro. Verbalia in io & us terminata. Gelus, genus, pro gelu, genu.

DE regulis generis specialibus hæcenus diximus. Deinceps agi solet de generis anomaliâ : cujus doctrinæ duas faciunt partes : unam de iis, quæ genus in eodem variant numero : alteram de illis, quæ diversum habent genus pro numeri diversitate. Verùm priora illa vocari debent non genere anomala, sed terminatione abundantia : magisque eorum consideratio ad lexicographum, quàm ad artis præcepta pertinet. Nam quæ hic anomalia, si *papyrus*, & *cepa* sint feminina : *papyrus*, & *cepe*, neutra ? Quippe variat genus, sed pro diversâ terminatione : ac terminatio è lexicis, genus è specialibus regulis cognoscitur. Videas tamen doctissimos etiam viros, quia aliquid unam tantum terminationem habere existiment ; eam nempe, quæ vulgarior est ; huic terminationi genus tribuere, quod alterius est terminationis. Vt si quis, quia legerit *optimo papyro*, etiam dicat *optimus papyrus* : cum prius sit à recto *papyrus*. Sanè veteres etiam Grammatici in talibus interdum à rectâ eunt viâ. Quare non inutile putavi, si hoc loco pluscula intexerem de nominibus, quæ diversam habent terminationem ; sive eodem genere, & declinatione ; ut, *sal*, & *sale* ; *honor*, & *honos* ; *torques*, & *torquis* ; *scobis*, & *scobs* : sive diverso genere, non declinationem, ut *cingulus*, *cingulum* ; *tiaras*, *tiara* : sive diversâ declinatione, non genere ; ut *luxuria*, *luxuries* ; *exemplar*, *exemplarium* ; *elephas*, *elephantus* ; *occiput*, *occipitium* : vel & genere, & declinatione diversâ ; ut, *gausapa*, *gausape* ; *obsidio*, *obsidium* ; *crater*, *cratera*. In quibus omnibus, vel utraque vox exit in vocalem ; vel una in vocalem, altera in consonam ; vel utraque in consonantem.

Primi generis sunt, quæ terminantur in A, & E : ut *cepa*, *cepe* ; & *cepe*, *cepis*. Priori usus Lucilius lib. v.

Lippus edendâ acri assidue ceparin' cepâ.

Ita eum locum emendavit Leopardus lib. xiv, cap. xiv. Etiam sic usus Nævius. Posterius usurpant Nævius, Nonius, & Varro ;
ut

ut ostendit Priscianus in VII; fuscque de eodem Marcellus.

Similiter dixere hæc *γαύσαρα*, *γαύσαρη*; & hoc *γαύσαρη*, *γαύσαρις*. Imò & hoc *γαύσαριον*, *γαύσαρι*, dixit Cassius Severus ad Mæcenatem: *Γαύσαρον* *πυρρ.* *νεο* *σίμυταιος*. Citat Charilius in primo, & Priscianus in VII: sed ita quasi improbet. Sanè solus, quod sciam, sic Cassius locutus. Græcis est *ὁ γαυσαίρις*: unde Latinis hæc *γαύσαρα*, ut Varro scripsit in libris de L. L. velut Charilius*, & Priscianus†, testantur. Atque addit hic, simile esse *ὁ χάρης*, hæc *charia*; *ὁ μαργαρίτης*, hæc *margarita*. Sed vulgatus est hoc *γαύσαρη*. Vetus M. Messalla de Antonii statuis: *Armenii regis spolia γαύσαρη*. Perf. sat. IV. *balanarum γαύσαρη*. Ac similiter Plin. lib. VIII, cap. XLVIII. ut inferius ‡ dicemus.

* lib. I.
† lib. 7.

‡ lib. Reg.
cap. 10.

Quæritur, unde sit pluralis *γαύσαρα*: qui & ipse satis in usu. Ovid. II. de Arte:

Γαύσαρα si sumis, *γαύσαρα* sumta proba.

Ac similiter *λυτὰ γαύσαρα* Perlius sat. VI: *villosa*, Martialis in XIV. *ἀναλόγως* quidem à *γαύσαριον* fuerit. Sed nec usus id receperat: & *ἀναλόγως* à Græcis primæ in Η Σ solum veniunt nomina primæ, & tertiæ, non secundæ. Quare quid si cum Prisciano dicamus, ut à *γαύσαρη* in ablativo dicitur *γαύσαρη* pro *γαύσαρι*: ita in pluralivo *γαύσαρα* dici pro *γαύσαρια*? De ablativo fidem fecerit hoc Lucillii:

Πυρρ. νεο *τερστ* *τὴν* *λατὰς* *γαύσαρη* *μενσὰς*.

Et Horatii ipsius lib. II, sat. VII, ubi similiter legas:

Γαύσαρη *πυρρ. νεο* *μενσὰς* *περτερστ*.

Nempe ut à *mare* Varro Atacinus, & Lucretius *mare* pro *mari* dixerit: ita, iudicio Prisciani, *γαύσαρη* pro *γαύσαρι* usurpatum. Quare infirmo nituntur tibicine, qui ex ablativo hoc colligunt, etiam in recto dici *γαύσαρες*, vel *γαύσαρις*. Validius fortasse illud Augusti in Testamento apud Charilius: *Γαύσαρες*, *lodices* *πυρρ. νεο*, & *colorias* *μεας*. Sed, credo, Augustus scripserat *γαύσαρας*, à recto singuli numeri *γαύσαρα*: quem Varro, ut vidimus, agnoscit.

Etiam A, & V concurrunt: ut *testa*, *testu*. etsi quidam significatione distinguant. Nam ut est apud Charilius lib. I: *Separantes*, *amphoræ* quidem *testam*, *dicunt*, *testudinis* *verò* *testu*. A quibus Charilius merito recedit. Idem alibi eopte libro & Mummium in Atellana, & Afranium, sic locutum docet. Est quoque Varronis in IV de L. L. *Testu* *caldo* *coquebatur*. Item Catonis de R. R. cap. LXXIV. *Cognitoque* *sub* *testu*. Et cap. LXXV: *In* *focu* *caldo* *sub* *testu* *coquiro* *leviter*. Priscianus quoque in IV, & Phocas in arte ajunt dici, ut *pecus* *pecu*, sic *testa*, *testu*. Gloss. Cyr. *ὁ* *τεστὸν*, *testu*, *dicunt* & *hæc* *testa*.

Accedo ad ea, ubi una terminatio est vocalis, altera consonans.

AC

Ac primò de principe vocali dicendum : quomodo exeunt multa, quæ alioqui, sæpeque longè usitatiùs, terminantur consonà M, N, R, vel S. In A, & VM definunt ista : *Acctabula, acetabulum. Amygdala, amygdalum. Arva, arvum. Arvas* dixere Nævius, & Pacuvius, teste Nonio. *Aulæa, aulæum. Curtius lib. viii cap. v. Cum rex post aulæam staret.* Sic meliores libri. *Buccina, buccinum.* Posterius est apud Plinium lib. xi cap. x, & lib. ix cap. xxxvi. *Camenta, camentum.* Ennius :

Labat, labuntur saxa, cæmentæ cadunt.

Castra, castrum. Accius Æneadis aut Decio : *Castra hæc vestra est. Colocasia, colocasium.* Plin. lib. xxi cap. xv : *In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamum vocant aliqui.* Virgil. in Bucol.

Mistaque ridenti colocasia fundat acantho.

Decipula, decipulum. Olim delicia, delictum. *Fœniscia, fœnificium.* Columella lib. ii, cap. xi : *Fœniscie instituenda.* Plin. lib. xviii, cap. xxviii : *Ante secunda fœniscia. Fulmenta, fulmenium.* Prius in adagio-
ne, *Fulmenta lectum scandunt.* Vfus Varro sæpius *. Voce eà Plautus semel, & iterum †.

* Non. in Fulmen-
tium.

† Mil. ad.
I, sc. 2. &
Trinum. ad.
3, sc. 2.

Esseda, essedum. Seneca epist. lvii : *Essedas transcurrentes.* Cicero Philipp. i : *Vehebatur in essedo Tribunus Pl. Ganea, ganæum.* Priori usus Plinius in Panegyrico : *Ad clandestinam ganæam.* Posteriori Livius lib. vi belli Hannibalici : *In ganæa lustrisque.* *Horrea, horreum,* si de priori rectè Claudii locum Nonius cepit. Atque idem adducit, *insomnia, insomnium* : & prius probat illo Cæcili in Plocio : *Consequitur comes insomnia : ea porro insaniam adfert.* Posterius est apud Maronem in iv Æn. — *Quæ me suspensam insomnia terrent ?* Sed, quod Nonius non attendit, differunt hæc significatione : ut optimè Servius annotavit. Nempe *insomnia, insomnia,* est vigilia, *ægeuvvics* : *insomnia, insomniorum,* ea quæ per somnium videmus : ut in vi quoque Æneidos :

Sed falsa ad celum mittunt insomnia manes.

Labia, labium : ut Nonius multis probat. Vfusque priori quoque Gellius lib. x, cap. iv, & lib. ix, cap. xi : ut Appulejum mittam.

Labrusca, labruscum. Prius est apud Maronem Ecl. v : alterum est in Culice :

Densaque virgultis avidè labrusca petuntur.

Lancia, lancium. Lixivia, lixivium. Lixiviam preparatam est apud Columellam, lib. xii, cap. xvi. Item *lixiviam facere,* & in *lixivie sextarios.* Sed quæ eodem capite legas, Sed *lixivium* est apud Nonium in lix. Quid mirum ? quando naturà est adjectivum, unde *lixivius cinis* apud Plinium lib. xi cap. xvii, & lib. xiv, cap. xx, *Macella, macellum.*

Y y

* Cur locus,
ubi carnes
publice ven-
duntur, mac-
cella dicitur.

lum. Plutarchus in quaest. Rom. Διὰ * τὴν τὰ κρεωπέπλια μακέλα καὶ μακέλας καλῶσι; Imo ista *macella*, dixisse Ennium vel potius C. Memmium, Tribunum plebis, oratorem facundum iis temporibus, quibus Jugurtha Romæ disceptabatur, ex Flavio Capro ostendimus libro de vitiiis Sermonis. *Mandibula, mandibulum. Manibula, manibulum. Menda, mendum.* Ovid. 1 Am. Eleg. v: *Et nulla in toto corpore menda fuit.* Cic. iv Verr. *Quod mendum ista litura correxit. Multra, multrum. Myrteta, myrtetum.* Quorum prius, teste Prisciano, Plautus usurpavit *Vidulariā*: *Nescio qui seruus ē myrteta profiliuit.* *Ostia* etiam pro *ostium* dixisse, ex eo verisimile fit, quia *Ostia* dicatur oppidum ab Anco Martio XVI M. P. ab urbe conditum. *Ostrea, ostreum. Palpebra, palpebrum. Pistrina, pistrinum.* Prius probat Charisius illo Lucilii in XVI: *Mediā ē pistrinā.* Atque addit, ita loqui, quia respiceret substantivum *taberna*: Terentiumque † etiam hinc formare diminutivum *pistrilla*. Sed de hoc alibi ‡ quoque loquimur. *Postica, posticum.* Sed utrumque natura adiectivum. Illic pars domus, hic ostium, vel utrobique simile intelligitur. *Profecta, profectum;* quod & *proficies. Prostibula, prostibulum;* unde quidam *prostibulam* legunt pro *prostibulem*, apud Plautum Persā *. *Ramenta, ramentum. Rapa, rapum. Seplasia, seplasiunt. Sesama, sesamum. Stragula, stragulum.* Cic. iv Verr. *Plurimum stragulam.* iv Tuscul. *Textili stragulo.* Posterius passim legas, ut Græcis σάσιμον. Altero usus Curtius lib. VII: *Succo ex-sesama expresso.* Et Plinius lib. XVII, cap. x: *Sesama ab Indis venit. Terricula, terriculum. Testa, testum*: verum hoc, ut Nonius ait, *apud obscuræ auctoritatis, sed summas scriptores. Textrina, textrinum.* Cic. vi Verr. *Textrinam institueret.* Eadem: *Quod textrinum. Tribula, tribulam,* juxta Nonium. Priori usus Columella lib. II, cap. XXI: *Si pauca juga sunt, adicere tribulam, & traham possis.* Sed quod Maronem eo usum censet Nonius, satis metro ipso refellitur. *Vertibula, vertibulum.* Et juxta eundem, *vigilia, vigiliunt, unde pervigiliunt.*

† Adolph.
act. 4. sc. 2.
‡ lib. de
Structura
cap. 6.

* Act. 5.
sc. 2us
sunt, qui
erant.

Seorsim aliquid de *margarita* dicamus. Vtrum enim *margarita*, an *margaritium*, dici oporteat, quaesitum olim fuit. Charisius, lib. I, cap. de Analogia, probat *margaritum*: nec obstare, ait, quod nullius animalis speciale nomen in neutro inveniatur, quia non caro, quatenus concha est praegnans, *margaritum* dicitur; sed calculus, qui illi inest. Idem tamen eodem libro cap. de deficientibus sic scribit: *Margarita feminini generis est, quia quæ Græca nomina, Η Σ terminata, in Α trans-eunt, sicut femina: ut, ὁ χαρτης, hæc charta, ὁ μαργαριτης, hæc margarita: aut communia, ut ὁ ἀθλητής, athleta.* Ergo neutraliter hoc *margaritum* dicere vitiosum est. Et tamen multi dixerunt; ut Valgius in Epigrammate; *Si tu f. rugosa, rotunda margarita.* Et Varro epistolarum VIII: *Mar-*

† Si phala-
cui est, ut
videtur, in
principe pe-
de alterutra
syllaba su-
perest. Vel
quod multo
melius, pro
ut, rescri-
bendam,
sunt.

Margaritum unum, margarita plura. Sed idem Varro sæpe, & alii plures, margarita feminino dixerunt. In genitivo tamen plurali non nisi feminino genere margaritarum. Hæc Charifius. Sanè si Varro, & Valgius, margaritum dixerè; quin rectè ita dicatur, dubitare nefas duco. Nec dubitavit Tacitus in vita Agricolæ, qui similiter usurpat: uti & Tertullianus lib. II ad Vxorem, cap. v. Nolite margarita vestra porcis jactare. Et mox: Margarita verba sunt quotidiana conversationis insignia. Et lib. de Pallio, cap. v. Margarita namque vel ipso nomine pretiosa debet sit. De Clodio, Æsopi histriionis filio, loquitur; cujus luxuriam Plinius quoque narrat lib. IX, cap. XXXV.

Etiam in A, & EN, exitur: ut *attagena attagene*; quod ab *attagen attagenis*: item *Sirena ex Siren*. Vel ON, ut ex *Narbon, Narbona*.

Adhæc R altera terminatio est: ac præcipuè ER: ut *æther, æthra, ex æthera; crater, cratera*; illo usus Maro: hoc Cicero in *Arateis, Perseus sat. II, Curtius lib. IV*; etiam *Appulejus lib. IV. Flor. Prima cratera ad suum pertinet. Salamis, Salamina. Horatius lib. I od. Cic. I. off. Citaturque Salamis clarissima restis victoriæ. I Tulcul. Salaminam ipsam. Panther, panthera; stater, statera; vesper, vespera. In quibus ER nativa est terminatio. Nisi quod in vespera non satis apertum, ultra sit prior ac potior terminatio. Nam & Græci dicunt *Ἐσπερος, ἑσπέρας*. Ac ab *ἑσπέρας* quidem est *vespera*. Turpil. apud Non. *Vesperâ oriente. Plautus Curcul**.*

Si media nox est, sive est prima vespera.

* ad. I.
sc. II.

Ab *ἑσπερος* verò, sive *Æolico ἑσπερος* est *vesper*: ut illà *Varronianæ Satyræ inscriptione: Nescis, quid serus vesper vehat. Quomodo & Virgil. I Georg.*

Denique quid vesper serus vehat.

Ac ibidem: *Illic sera rubens accendit lumina vesper.*

Fortasse & *vesperus* dixerè: atque inde sint obliqui secundæ: ut à *vesper* obliqui tertiæ. Aut hoc verum est, aut *vesper* olim fuerit secundæ, tertiæque. In auferendi enim casu & *vespero*, & *vespere*, legas. Prius est apud *Horatium lib. II, od. IX*:

— *Nec tibi vespero*

Surgente decedunt amores.

Vbi videmus, ut *vesperum*, qui proprie *Hesperus*, sive *Nocturnus*, pro *Phosphoro*, sive *Lucifero*, usurpet: cùm *Hesperus vesperi*, mâne *Lucifer* dici soleat, teste *Tullio I de Nat. Deor. & Varr. in III de R. R.* Similiter in accusandi casu *vesperum* legas: ut *Philipp. II: Perpotârè usque ad vesperum*. At in tertiâ, *primo vespere*, ait *Cæsar. lib. II, de bello Civili: sero vespere*, *Ovidius I Trist. el. II: vespere pacato*,
Luca-

Lucanus in VII. Ac ut *luce, luci; mane, mani;* sic *vespere, vesperi, dixere;* quorum posterius adverbii instar usurpatur. Sed vere nomen esse, indicat hoc Plautinum Mil. Glor. act. IV, sc. II :

— *Qui de vesperi vivat suo.*

Interdum in OR quoque exitur. Vt à *λύμφοι, lymfor.* Vnde Lucilius, Nonio teste, *Impermixtum lymforem.* Adderem *pigror, & pigritia;* nisi pluribus syllabis differrent.

Sed longè plurima sunt, ubi altera terminatio sit S. Aliaque horum in AS exeunt, vel ES; alia in IS, vel VS. In AS, ut *tiaras, tiara;* de quo superius vidimus. Item *hebdomas, hebdomada; lampas, lampada,* quod apud Manilium.

In ES, partim primæ, partim quintæ. Primæ, ut *Scythæ, Scythes:* quod apud Horatium lib. II, od. XI; lib. IV, od. V, & XIV. *Geta, Getes,* quorum illud fere vulgare, imò servile etiam nomen Comicis: hoc apud Ovidium lib. II de Ponto Eleg. I, & lib. IV, el. VII: item Lucanus lib. II: *Hunc Dacus premar, inde Getes:* Sidonium quoque in Narbone, & Carm. II. Simile *Epirota, Epirotes.* Posterius in melioribus Ciceronis libris reperias in II de Legg. *Geometra, geometres,* quo Fabius usus lib. I cap. X. *Choraula, choraulæ.* Illud Suetonio usurpatum in Nerone, Appulejo lib. VII; ac habet quoque Isidorus in glossis. Altero usi Petronius, Plinius, Iuvenalis. Aliaque hujus generis adduxi cap. XIX.

Alia in A etiam exeunt in ES quintæ. Vt pro *maceria, maceries,* avaritia avarities, quod apud Lucretium lib. III. *durities,* apud Tullium pro domo sua, *mundicies muries* Catoni cap. LXXXVII. Bauginus plura p. 391. &c. Afranio in *Excepto,* apud Nonium, & in veteri inscriptione. Pro *nequitia, nequities,* Horatio lib. II, sat. II. Pro *pinguitia,* quod apud Arnobium lib. VII, *pinguities,* Appulejo lib. X. Pro *mollitia, mollities,* Claudiano lib. I in Eutropium :

Mollities, leveſque genæ, se prodere possunt.

Segnitia, segnities, quod Maro usurpat; ut alterum Terentius, Columella, Plinius. *Planicia, planicies:* quorum hoc apud Livium; illud apud Hyginum, ac Frontinum de Limitib. inque veteri inscript. *Canitia, canities:* illud in veteribus Lucani codd. lib. VII: hoc Maronis VI Æn. utrumque apud Charisium. *Fallacia, fallacies,* quod apud Appulejum lib. V, juxta codices aliquos MSos, & editionem Vulcanii. Sic ut, *materia, materies; luxuria, luxuries; amicitia, amicities;* quo usus Lucretius lib. V :

Tunc & amicitiam cœperunt jungere habentes.

Meminit & Charisius lib. VI. *Lucertia, puerities,* quod apud Aufonium.

nium. *Tristitia, tristities*; unde in glossis Philoxeni, *Tristities, λύπη*. Vtitur Appulejus lib. xv, & x. *Blanditia, blandities*; *delicia, delicias*; *sevitia, sevities*; *minutia, minuties*. *Blandities* dixit Appulejus lib. ix, ex Colvii restitutione: simileque *delicias*, Apolog. i: *sevities*, lib. v Met. *minuties*, eodem lib. ix. Sic *proficia, proficies*, quod est apud Varro- nem lib. ix Rerum divinarum: *notitia, notities*, quod in glossis: imò & Lucretium lib. v:

Notities hominum divis unde infra primum.

Profapia, profapies, unde in Philoxeni glossis, *profapies, γένος, κατ'εργασίη*. Vtitur Lucretius, quo ipso autore adstruitur quoque non *desidia* tantum, sed & *desidies*. Vti contra *effigia* quoque pro *effigies* dixit Plautus Rudente*:

Vi in ocellis hilari:udo est!

Item Afranius Vopisco, teste Nonio: Lucretius lib. iv:

Dico igitur rerum effigias, tenuisque figuras.

Ita plerique MSSi, & nolter proximè accedit, qui *effugias* habet. Appulejus de Deo Socratis: *Effigia, & exuvie templorum, religiones, & regiones*. Glossæ Cyrilli: *Πενία, Pauperia, pauperies*. Sed *pauperia* non memini me alibi legere. *Πενία* potiùs *paupertas: pauperies, damnum*, ut Caper exponit libro de Orthographia: ac similiter fumitur in Iure, cum *quadrupes* dicitur *pauperiem fecisse*: ut l. xxxvii, D. ad legem Aquiliam, & alibi.

Nugantur, qui vocabula ob terminationis hujusce discrimen distinguunt: quos inter Cornelius Fronto; ut cui *materies* sit animi, *materia* arboris; illa ingenii qualitas, hæc fabris apta. Cave etiam credas viris doctis, qui hujus generis esse dicunt, *provincia, provincies*: cum postorius hoc in usu fuerit nunquam. Decepit eos corruptus Diomedis locus in primo: ubi editiones, quæ Putschianâ sunt priores, sic habent †: *Invenimus in quibusdam, provincias, hujus provincies*. Verùm in MSSis est, *perniciēs, hujus perniciēs*. De cujusmodi genitivis in ES libro proximo dicemus.

* *Att. 2.*
Sc. *Quis est*
qui.

† *Cap. De*
casu ablati-
vo sime.
Catholica.

In IS, ut *burra, buris*. Etiam à *cassis* est *cassida*, teste Charisio, & Prisciano: usque Maro II Æn. & Propertius lib. iiii, el. x. Postiores etiam pro *absis*, quod Isidorus retinuit lib. iiii Orig. cap. Lxviii, *absida* dixerunt: ut Anastalius bibliothecarius in Leone iiii.

In VS, ut *syngraphus, syngrapha*. Cicero de aruspicum responsis: *Alterum putabo regens, si habuerit, unde tibi solvat, quod ei per syngraphum credidisti*. Et sæpe alibi. Plautus *Asinaria*:

Agedum, ostende istum, quem scripsisti syngraphum.

Araneus, aranea; acina, acinus. Catullus †:

Y y 3

† *carm. 27.*

Ebrio-

Ebriosâ acinâ ebriofloris.

Sed masculino tutius utimur. *Cavillus* apud Appulejum lib. 11 Met. *Cavilla* apud Plautum Aulul. 1v. *Cavillum* apud Appul. lib. 1 Met. *Inventus, juvenia; senectus, senecta.* Majus discrimen in *usus, usura; mercatus, mercatura; venatus, venatura*: etiam *nervus, nervia*; quo usus Varro, ut Nonius ostendit. In glossis etiam est: *Nervia, veûpos*: ubi *nervia* puto legendum. A Græcis accepimus *baptisma, & baptisimus*.

In V M, ut *alimonia, alimonium*; quod apud Varronem, & Vitruvium.

In Y S, ut *chlamys, & inde chlamyda*, de quo Nonium vide. Vfus & Appulejus lib. x Met. item in 11 Florid. *Chlamyda velat utrumque brachium.*

In I X, ut *fulix, fulica.* Hoc apud Maronem, Pliniumque: illud apud Ciceronem in Arateis: *Cava fulix.* Et 1 de Divin. *Rauca fulix.*

Similiter aliqua nunc in E, nunc in consonam definiunt. Nempe C, & T: quomodo ex *lacte* est *lact*; ut alibi dictum. Item has, L, M, R, S. Ac in M quidem, ut *tapete, tapetum*, quod & *tapes*. Pluraque postea adferam.

In L, ut quæ in A L nunc terminantur, olim autem desinebant in A L E, teste Charisio. Sic *penetræ* dicimus, & *penetræ*; quo, inter alios, usus Boëthius lib. 1 de Consolatione Philos. Item *capital*, pro *capitale*. Similiaque *Minervæ, sal, virginal*; pro *Minervæ, sale, virginalæ*. Imo *sale* potius, quàm *sal*, dicere jubet Charisius. Itaque apud Terentium * legit Muretus: *Qui habet sale, quod in te est.* Dixerat eo pacto Ennius in quartodecimo Annali apud Agellium lib. 11, cap. xxvi:

Verrunt extemplo placide mare marmore flavo.

Ceruleum spumas sale confertâ rate pulsam.

Sed pro *sale* corruptè ab Henrico quoque Stephano editum *mare*: quod ex glossæmate irrepsit. Nam *sai* pro *mari* accipi, notum vel ex illo Maronis †:

— *In altum*

Vela dabant lati, & spumas salis æve ruebant.

His adde *penetræ* ex *penetræ*: illo Propertius utitur in 1v: hoc Ovid. 1. Trist. Item *toral* ex *torale*: illud apud Horatium exstat epist. v: hoc in plerisque Varronis edit. lib. 1v, de L. L. item & Consentio, & vet. gloss. Sic *puteal, quadrantal, tribunal, autummal, virginal, cervical, cubital*, aliaque.

Itidem in A R terminata olim desiere in A R E: atque illa ex his facta videntur κατ' ἄνογοντων: cumque prius essent adjectiva, usu facta sunt substantiva. Planè enim censeo ab *exemplare* esse *exemplar*; à *pugillare*,

* Eun. act.
3. sc. 1.

† 1. En.

lare, pugillar; à torcularare, torcular; à cochlearare, cochlear; à pulvinare, pulvinar; à lacunare, lacunar; à calcare, calcar; ab altare, altar, ut apud Prudentium
 Ⲙⲉⲗ ⲛⲉⲡ. *

* *Hymnus in*
Vincens.

Altar quietem debitam
Præstat quietis officium.

Item: *Altar refoecit ore, saxum pectore.*

Multisque aliis in locis similiter habent codices antiqui. Etiam ex
boletare, boletar, in veteri epigr.

Comtas nolo dapes, vacuum mihi pone boletar.

Nec dubium, quin apud Trebellium Pollionem legi debeat, *boletar*
halenticum: de quo plura ad eum scriptorem maximus Salmastius.

Quid quod in ARIVM quoque desinebant. Ita *altarium*, pro *al-*
tar, vel altare, dixit Sulpitius Severus lib. I Historiæ sacræ: Altarium-
que ex duodecim lapidibus sub monte constituit. Glossæ vett. ab H. Steph.

editæ †: *Altarium, ἄλταριον*. Sic *torcularium* Catoni de R. R. cap. † pag. 14
 LXVII, & alibi: *cochlearium*, Plinio lib. XXVIII, cap. XVII, & Apici-
 cio lib. III, cap. LXVII: *pulvinarium*, in vett. glossis, & similia. Imò

& *lupanarium* legimus apud Vlpianum l. ancillarum etiam partus D.
 de hæred. petit. *Licet à lupanario perceptæ sint.* Quin Valla †, & Perot-

† lib. 6
 Eleg. cap.
 33.

tus, *exemplarium* quoque pro *exemplar* dici, censent. Adducunt autem
 Plinii locum è lib. VI, cap. XXIX. *Nisi exemplarium vitiosum est.* Sed in

antiqua Parmestii * inuenio: *Nisi si exemplarium vitium est.* Nec aliter
 ea, quam recensuit Dalecampius. Sed ut Plinii ætate sic locutos non

* anni
 1476.

puto: ita certum est, apud proximi ævi scriptores obtinuisse hanc vo-
 cem. Nam eà utitur Sempronius Proculus lib. XLVII, D. de legat.

II, *Binæ tabulæ testamenti eodem tempore exemplarii causa scriptæ.* Viur-
 pat & Tertullianus, cujus est *exemplarius*. Item interpres constitutio-

num Iustiniani sub Tit. ut null. mut. agri.
 Etiam E, & ES, concurrunt: ut *rapete, & rapes, uti dictum.*

Item IS: ut *rete, retis; præsepe, præsepis; panis, & pane, cujus Arno-*
 bius † meminit, ac Plautum eo in Curculione † usum, Nonius docet.

† lib. I.
 † all. 2. ff. 3.

De *præsepis* indicat hoc Plauti: *Hæc præsepis mea est. Nisi præsepis mal-*
 lis: ut legere est apud Probum in Catholicis. Similiter in propriis:

ut *Soracte, & Soractis.*

Item E, & VM. Vt *aplustre, aplustrum*: de quo inferius * dicemus. * lib. seq.
 cap. 13.

Milliare, milliarium, l. XLII. D. De excusat. Gausape, gausapum; si se-
quendus nobis Cassius Severus, cujus verba paullo antea adduximus.

Præsepe, præsepium. Varro lib. II, de R. R. cap. V: *Pabulo viridi obji-*
ciendo in præsepis. Ac similiter Appulejus in VI Met. *Præsepium meum*
hordeo passim replexi iuber. Gloss. vett. *Φάτρν, præsepe, præsepium.*

I, &

I, & IS; ut *gummi, gummis; sinapi, sinapis*: de quibus antea.

O quoque concurrit cum M, N, R, S.

O, & VM; ut *adagio, adagium; alluvio, alluvium; contagio, contagium; obsidio, obsidium, consortio, consortium, interstitio, interstitium, fabulo, fabulum*. Consortio in recto est apud Plinium lib. IX cap. XI: *Hominem quadam consortione degentia*. Vbi tamen in veteri cod. *consortio degentia*, ut monet Dalecampius. Addunt *debitio, debitum*. Sed potterius natura sua est adjectivum.

O, & EN, ut *Anio, Anien*. Prius est apud Horat. lib. I, od. VII:

Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & uda.

Alterum est apud Statium I Sylv.

Qua præceps Amen, atque exceptura, &c.

Et ante cum sic Cato; teste Prisciano. Ab *Anio Anionem* dixere, quo Ennium esse usum, ait Servius. Ab *Anien* verò *Anienem*: quod apud Maronem in VII, ut *Anienis* apud Catullum. Indequè *lumsa Aniena*, apud Propertium in III. Similiter non *Nerio* tantum dixere, unde est *Nerionis*: sed & *Nerien*, unde *Nerionis*. Vfus eo Plautus Trucul. act. IV, sc. VI. Vide Gellium lib. XII, cap. XXI. Etiam *urbo* est apud Maronem in VII:

— *Torto sub verberè turbo.*

At Tibulli est lib. I, cl. V:

Namque ager, ut per plana citius sola verberè turben.*

Qui versus si occurrisset Charitio †, credo, non scripisset, stultè dici *turben*.

O, & ON; ut in propriis, *Agamemno, Agamemnon; Simo, Simon; Ctespho, Ctesiphon*: in quibus O ex ON factum *uar' Σωνονλω*. Ita apud Terentium est: *Antipho Antiphonis, & Antiphon, Antiphontis; Demipho Demiphonis, & Demiphon Demiphontis*. Ac Cicero eodem modo in Frumentaria dixit *Xeno, pro Xenon*: item pro Muræna, ac Fundanio, *Dexo, & Meno, pro Dexon, & Menon*. Sed & Statii est III Achill.

— *Stimulatque Agamemno volentes.*

Imò in melioribus etiam Ciceronis MSSis est lib. XII ad Att. ep. XV: *Posteaquam à se Agamemno*. Contra Cornelius Nepos: *Dion Hipparini filius. Xenon* Plinio lib. XXII, cap. XXII: uti & Cenforino. Apud quem & *Meton* legas. *Telamon* Ovidio XIII Met. Manilii quoque est lib. I:

Aethrensque Platon, & qui fabricaverat illum.

Vide Fabium lib. I, cap. V, & Priscianum lib. I: è junioribus multa imprimis congeffit Claudius Dausquius in Orthographicis.

Etiam in declinatione isosyllabà interdum N aufertur à Latinis:

ut

* Ita editum a Scaligero. Dicit Passeratius. Vbi Regensius vultum Aldina, alia, turbo. Etiam MSSi Passini.
* lib. I.

ut *Mino*, & *Atho*, à *Mivos*, & *A^othos*: qua de re dicemus, cùm ad declinationem secundam deventum erit.

O, & OR; ut *squalor*, & *squalitudo*, à *squaleo*.

O, & AS; ut, *beatitudo*, *beatitas*; *concinuitudo*, *concinuitas*; *necessitudo*, *necessitas*; *teneritudo*, *teneritas*: illo Appuleius usus lib. v, Met. at priori Cicero in v, de Fin. Bon. & Mal. Similéque *teneritudo*, & *teneritas*: illud est Pacuvii Duloreste: alterum frequens Ciceroni.

O, & ES; ut, *alluvio*, *alluvies*; *colluvio*, *colluvies*; *proluvio*, *proluviés*. Item *contagio*, *contages*; *propago*, *propages*: *diluvies*, *diluvium*; *compago*, *compages*. Ac possis huc quoque referre, *ambago*, *ambages*. Priori usus in obliquo Manilius in iv: *Et verum in cæco est, multâque ambagine rerum.*

Posterioris exempla multa, sed in auferendi casu, adduximus lib. r de Analog. cap. XLIII.

O, & IS; ut, *caro*, & *carnis*; quo in recto usus Livius Andronicus in Odyss. teste Prisc. in vi. Sic & *Apollinis* rectus olim, pro *Apollo*. Quod probatum eunt istoc Plauti Menæchmis *:

* *act. 5. sc. 2.*

Imperium tuum denuncat, atque edictum Apollinis.

Vbi ajunt, *Apollinis* esse vocandi casum. Sed falluntur. Nam *tuum* *Apollinis imperium* ait, ut Cicero Philipp. i r, *Tuum hominis simpliciter peccatus*. Et in Manilianâ: *Tuum gravissimi viri iudicium*.

O, & VS; ut *lanio*, *lanius*; *ludio*, *ludius*; *pavo*, *pavus*; *scorpio*, *scorpius*; *capo*, *capus*; *gobio*, *gobius*; *strabo*, *strabus*; *architecto*, *architectus*; *termino*, *terminus*. Priori usus Ennius, à Græco *τέρας*: ut *terminus* à genitivo *τέρας*. *Architecto architectus*, à priori *architectionem* Plautus dixit Pœn. V. 2, & iv. *Capo, capus*. Varro lib. III de R. R. cap. ix. *Capi semimares*. *Capo lemma* Martiali lib. XIII, ep. LXII. Est hoc in verbalibus frequens: ut in his, quæ Nonius † adducit: *admonitio*, † *Tit. de indiscretis generibus.* *admonitus*; *auditio*, *auditus*; *contemptio*, *contemptus*; *dominatio*, *dominatus*; *famulatio*, *famulatus*; *flexio*, *flexus*; *ingressio*, *ingressus*; *interitio*, *interitus*; *lusio*, *lusus*; *partio*, *partitudo*, & *partus*; *piscario*, *piscatus*; *reditio*, *reditus*; *taetio*, *taetis*; *venatio*, *venatus*; *usio*, *usus*. Similiaque, *cantio*, *cantus*; *concurtio*, *concurtus*; *consensio*, *consensus*; *potio*, *potus*; *stimulatio*, *stimulatus*; *conjectio*, *conjectus*; *lapsio*, *lapsus*, (priori usus Tullius iv Tuscul.) *raptio*, *raptus*, (prius apud Terent.) &c.

V, & VS, ut *tonitru* *tonitrus*, quod & *tonitruum*. Olim etiam pro *gelu* & *genu*, *gelus*, & *genus* dixere, teste Nonio. Item pro *artus*, *artu*; unde *artua*, apud Plautum Menæchmis †:

† *act. 5. sc. 2.*

— *Vi ego hujus membra atque ossa, atque artua,*

Commensuram illo scipione, quem ipse habet.

Sed de talibus

plura differam cum ad declinationem quartam accessero.

Z Z Z

C A P V T

C A P V T X X X V I .

De iis, ubi terminatio utraque est consonans. *Oscus*, & *Doricus* mos voces truncandi. *Debil*, non *debilo*, veteres dixere. *Subtil*. *Facul*, *difficul*. *Mugil*, pro *mugilis*. *Plinianorum librorum dubii sermonis argumentum*. *Famul*, pro *famulus*. *Quæ in MEN terminabatur, efferebantur quæque per MENTVM*. *Carmentæ*. *Limentum*. *Deus Limentinus*. *Ennii vetus lectio defensa*. *Sublimus*, pro *sublimis*. *In recto fulminis, oscinis*. *Sanguen*. *Giffani Lipsus*. *Vermina*, & *verminare*. *Baccar*, & *baccaris*. *Torques*, vel *torquis*; *puppis*, vel *puppis*; *similiterque valles, feles, seu felles*. *Perles*, & *Perfeus*. *Mentis, glandis, concordis, in recto*. *Senicis, supelletilis*. *Melus, pro melos*. *Absinthius*. *Acinum*. *Nonii Marcelli error*. *Autumnnum*. *Num balteus, & balteum, differant*. *Candelabrus, vel candelaber*. *Capillum*. *Cafeum*. *Cepitius*. *Cingulus, & cingillus, & an differat ab eo Cingulum, vel cingillum*. *Clypeus, & clypeum, promiscue sumi*. *Collus*. *Compitus*. *Coris*. *Filus*. *Fimum*. *Forus*. *Fretus*. *Gladium*. *Iugulus*. *Libus*. *Lutus*. *Nasum*. *Et similia multa in VS, & VM, exeuntia*.

S Vbjiciam nunc ea, ubi terminatio utraque exit in consonantem. **S** Consonantes ex sunt L; M, N, R, S.

L concurrat cum S, in plerisque exeuntibus in IL; sed per apocopen factis ex ILIS, more Oscos; qui, Dorum exemplo, voces truncabant. Ennius * verò imitatus Oscos, quorum linguam callebat, ut à veteribus † proditum. Itaque in VI II Annalium non refugit, *Debil homo*: pro quo corruptè *Debilo* est apud Nonium. Simile est *subtil* pro *subtile*, teste Prisciano: & ex conjectura clarissimi Meursii, *consimil* pro *consimilis*, apud Plautum Amphitryone ‡. Etiam hujusmodi in VL exiere: ut *facul*, pro *facile*; *difficul*, pro *difficile*. Vatro Bimarco: *Quod urriam sit magnam, an paruum; facul, an difficul*. Similiter locuti Pacuvius, Afranius, Accius, Lucilius, ut Nonius ostendet. Et hæc in adjectivis.

Ex substantivis videmus *mugil*, & *mugilis* dici. Integro utitur Juvenalis sat. x. Gloss. vett. *Mugilis*, κερπύς, κίφαλα & ἰχθύς. Similiter Isidorus lib. XII, cap. VI. Ac reperias apud Plinium lib. IX, cap. ult. *Mugil & lupus mutuo odio flagrant*. Et lib. XXXII, cap. II: *Scit & mugil, esse in esca hamum*. Apud Charisium etiam scriptum in secundo: *Mugil, an mugilis?* Vt de recto dubitasse videatur. Eoque jure de hoc quoque libris Sermonis dubii egit Plinius: ex cujus operis lib. VI. idem

* Vide Lipsii epistolicas quaest. lib. I. ep. 19.
† Gell. lib. 17. cap. 17.
‡ Aët. I. sc. Qui me al. ter.

idem Charifius adducit : *Hic mugil , & virgil*. Atque hic etiam locus comprobatur, quod alibi diximus, Plinium egiffe de iis, ubi docti quæ olim hæere, quomodo loqui, aut scribi, oporteret : non verò, ut putabat vir præstans, tractasse istic de ambiguitate, quæ inest sermone, ut Rhetores vocant, *ἑξαμαχισμῆν* : quomodo opus fuerit, non Grammaticum, sed Rhetoricum, planè contra vet. omnium mentem.

Vt *mugil* pro *mugilis*, sic & *strigil* pro *strigilis*, dixisse antiquos, vulgaris est opinio. Sed de eo antea * vidimus.

* cap. 24.

Etiam terminatio VS in substantivis καὶ Σουγπλῶ invenitur. Ita *famul* dixere pro *famulus* : ut monitum Nonio Marcello, & Mario Victorino. Ennius in VIII :

— *Mortalem summam fortuna repente*

Reddidit, ut summo regno famul optimus esset.

Sive, ut P. Merula feliciter corrigebat :

Reddit, ut ex summo regno famul infimus esset.

Quomodo & Lucretius in tertio de rerum Natura :

Scipiades belli fulmen, Karthaginis horror,

Ossa dedit terræ, proinde ac famul infimus esset.

Altera consona est M. Pleraque in MENTVM desiere etiam in MEN. Ita dixere veteres *momen, monumen, augmen, documem*, aliæque, quæ posteriores extulere per MENTVM. Hujusmodi vocabulis gaudent Lucretius, & Prudentius. Liviana epitome lib. XLVIR sine *pulpamine mandere & gustare panem*. Ac contra pro *carmen* iidem dixere *carmenium* ; unde *Carmenæ*, αἰ αἰσδαί, vel *Parcæ*. Sed & pro *limen* apud Varronem est *limentum* ; unde Deum liminum vocarunt *Limentinum* ; cuius meminit Tertullianus lib. de coronâ militis, Scorpiano adversus Gnosticos, & lib. de Idololatria ; item Arnobius lib. IV, *glutinum, gluten*. *Sublimentum* eodem dixere modo pro *sublimen*, quo usus Propertius † :

At nullo dominæ teritur sublimine amor, qui

Restat, & immeritâ sustinet aure minas.

Quin apud Emium Scaliger in Conjectaneis legendum putat :

Aspice hoc sublimen candens, quem invocam omnes Iovem.

Sed, quemadmodum in Oratoriis † monitum nobis, expressit Ennius Euripideum illud,

Ὁρᾶς τὸν ὑψῆ, τὸνδ' ἄπειρον αἰθερα.

Quare *sublime* retinendum. Et siquid mutare oporteret, non *sublimen* pro *sublime* legi deberet, sed *sublimium*. Nam *sublimus* pro *sublimis* dixere quoque Lucretius, & Sallustius : ut è Prisciano, ac Nonio, scimus.

Z z z

Quæ-

Quædam item in V M, aliàs exeunt in R : sive præcedente A, ut *exemplum exemplare*, sive E, ut, *jugerum jugeri*, & *juger jugeris*, de quo * *lib. I.* postea. Olim etiam, Arnobio * teste, *candelaber*, quod aliter *candelabrum*. Sed Nonius pro *candelaber*, *candelabrus* dicit.

Vel in S, præcedente E, O, aut V.

In E S, ut *tabum, tabes*; *contagium, contagies*; *diluvium, diluvies*, de quo Nonium vide. Item *tapes, tapetis*, & *taperum tapeti*.

In O S, ut *Ilium, Ilios*.

In V S : ut *buxus, buxum*, multaque alia, de quibus postea dicam.

Denique & cum T concurrit : ut *occiput, occipitium*.

N convenire cum M, liquet ex *momen, momentum* : de qualibus jam dictum. Et extra hæc sunt alia : ut *gluten, glutinum*. Priori usus Maro IV Georg. altero Plinius lib. XI I I, cap. XII,

Item conspirat cum I S, ut *Eleusim, Eleusis*; *Salamim, Salamis*. Neque id in Græcis modò. Nam prisca quædam in I S terminabantur, quæ posteriores extulere per E N : ut *osceus*, & *fulminis*, pro *oscen*, & *fulmen* : & contra in E N desiere, quæ posteriores per I S extulerunt. Sic Græcis *ἀκτις*, *ἀκτιν*, *δελφίς δελφίν*, *πίς*, *πίν*, &c. Istiusmodi est *sanguen* pro *sanguis*. Lucretius lib. I :

Visceribus viscus gigni, sanguénque creati :

& aliquanto post :

Scire licet nobis venas, & sanguen, & ossa,

Et nervos alienigenis ex partibus esse.

Ac suspicatur Obertus Giffanius eodem modo *vermen* dictum pro *vermis*, quia apud Lucretium legere sit lib. v :

Donicum eos vitâ privarant vermina seva.

Verùm fallitur, cum *vermina* sint tormina, unde *verminare*, pati tormina. Id cum disertim scribit Festus, tum Pomponii, ac Martialis loco liquidò ad eum scriptorem probat princeps interpretis.

Etiam quædam in N, & V S, exeunt : ut *Titan, Titanus; delphin, delphinus*. Sed *Titanus*, & *delphinus*, sunt posteriora ex obliquis nominum *Titan*, & *delphin*. Nam *Τῑτῑν* & *πῑτῑν* : inde *Titanus*. *Τῑτῑν* verò à *τιτῑ*, id est, *lutum* : ut idem sic ac *γῑγῑνῑς*, sive *terrigena*. Nam gigantes, qui cum Diis pugnarunt, è Terra natos fabulantur, *Titani*, pro *Titanes*, est apud Nævium lib. I belli Punici : *Inerat signa expressa, Titani quomodo, & bicorpores gigantes, Minas, Ephialtes, Rhætus, atque Pæripureus, filii-Terras*. Plautus *Persâ act. I, sc. I* :

Quid ergo faciam? disne adverser? quasi Titani cum Dis belligerem?

At *Titanes* iidem Tullio, Horatio, Ovidio, & aliis. Sic à *δελφίν*, vel *δελφίς* & *δελφίν*, est *delphinus* : quod apud Horatium initio epistolæ

epistolæ ad Pisones. Sed *delphines* ait Ovid. III Trist. el. x : uti Maro Ecl. VIII :

— *Inter delphinæ Orion.*

Similiter quædam desinunt in Y S, & Y N. Vt *Phorcyn*, *Phorcynis*, & *Phorcys*, *Phorcysis*. Prius agnoscit Priscianus in VI, alterum Phocas. Sanè & $\Phi\acute{o}\rho\kappa\upsilon\nu\alpha$ est II. ρ, quod à $\Phi\acute{o}\rho\kappa\upsilon\nu$: proque $\Phi\acute{o}\rho\kappa\upsilon\nu\alpha$, monet Eustathius, etiam $\Phi\acute{o}\rho\kappa\upsilon\nu$ legi, quod à $\Phi\acute{o}\rho\kappa\upsilon\nu$.

Sequitur R : ubi interdum sola vocalis mutatur : ut (ex communi opinione, quam alibi expendimus) *jecinor*, *jecor*, *jecur*. Itaque ambigunt quidam, an nominibus in O R debeant annumerari *ebor*, *marmor*, *robor* : quæ Antonius Gnifo, cum in recto, tum in obliquis non O, sed V, habere putabat, teste Fabio ; qui contra *robor* per V præfert in recto, at *roboris* per O in obliquis. Sed Gnisomem multi olim secuti. unde & in glossario veteri legimus : *robor*, $\rho\acute{o}\beta\alpha\mu\eta$, $\rho\acute{o}\beta\iota\nu\sigma$, $\sigma\epsilon\pi\acute{\epsilon}\omega\mu\alpha$, $\sigma\acute{\epsilon}\lambda\epsilon\chi\sigma$. Ac Pierius quoque ad x Æn. cum in Charisio Longobardicis literis scripto, tum in aliis codd. antiquis, *robor* per O se invenisse testatur.

Sæpe verò commutantur R, & S : idque partim in secundâ, partim in tertiâ. In secunda : ut *exter*, *exterius* ; *infer*, *inferus* ; *prosper*, *prosperus* ; *pestifer*, *pestiferus* ; quod apud Celsum lib. II, cap. II : *Sudor quoque frigidus in acutâ febre pestiferus est*. Item in propriis ; tum virorum, ut *Tenrus*, *Tenecr* ; *Evandrus*, *Evander* ; tum aliis quoque, ut *Ister*, *Istrus*. Gell. lib. x, cap. VII : *Istrus enim quoque in Europa fluit*. In tertiâ verò, ut *algor*, *algus* ; *arbor*, *arbos* ; *honor*, *honos* ; *impuer*, *impubes*. Quamquam de *impuer* res non satis est aperta. Nuspiam enim me legere hoc memini, nisi apud Grammaticos : quos Iosephus Scaliger secutus, in Galliambo Catulli, pro *mulier*, contra omnes libros, *puer* reponit. Sed cum Grammatici nullum laudent auctorem, ut aliud non esset, incerta foret Scaligeri conjectura. At *pubes* adjectivum rejici nequit. Est enim Ciceronis pro Rabirio perduellionis reo : *Neminem esse dico, qui visbes tum fuerit, quin arma ceperit*. Ac *impuer* similiter usurpat Ovid. lib. II Fast.

Nam puer impubes, & adhuc non utilis armis.

Dicitur quoque hic & hæc *impuer*, & hoc *impuer*. Ita *puer impubis* est apud Plinium lib. XXI, cap. VII. Atque hinc Maro in V :

— *Comitemque impubis Iuli.*

Horatius lib. II, od. IX, *impuerem Troilon* ait. Imò *pubis* quoque adjectivo pro *pubes* Cæsar dixit : ut Priscianus ait in VI. Dixere etiam *Ligus*, *Ligur*, sive nationem signet, sive gentis sit Æliæ nomen. *Ligus* pro natione est apud Sallust. v Hist. teste Prisc. in VI : item Maro-

nem in XI :

Vane Ligus, frustra que animis elate superbis.

Silium in VIII : etiam Charif. in I. Nempe ut Græci, ὁ Λίγυς, Λίγυϑ. At *Ligus* est apud Lucanum in I, Prisciano teste. Ut cognomen Æliorum est, legas sic apud Cic. pro Domo, & Verr. III. Qui *Ligus* lapp. Capitolinis. Item *decor*, *decus*; *ador*, *adus*. Vbi & commutatur vocalis. Est ubi præter vocalem & declinatio mutetur. Ut *algor*, *algus*. Posteriori, ut etiam Charifius monet, usus Plautus Rudente : *Tu vel suda, vel peri algu*.

Multa etiam exeunt in AR, ER, OR, vel VR; quæ in IS extulere. In AR, ut *Avax*, *Avaxis*; *baccar*, *baccaris*. *Baccar* neutrum est, teste Prisciano in IV. Usus Plinius. At *baccaris* femininum. Hesychio dicitur βάρκαρις, Dioscoridi βάρχαρις : apud Galenum in glossis Hippocraticis βάρχαρις.

In ER, OR, VR : ut *celeris*, pro *celer*; *sacris*, *sacer*; unde Plauto, *porci sacres*, de quo postea; *memoris*, pro *memor*. Dixere enim hic & hæc *memoris*, & hoc *memore*; ut ex Capro refert Priscianus : qui & locum hunc Cæcilius adducit :

*Itane Antipho est inventus profuvia fide ?**Itane est immemoris ? itane est madidâ memoriâ ?*

Simile est *indecoris*, & *indecor*. Par quoque ratio in substantivis. Ut *capparis*, *cappar*. Palladius lib. XI, cap. XI : *Servator thymum, & origanum, & cappar mensis initio*. Ita quoque est in editione Rob. Stephani, *Tarturis*, pro *turtur*, ait se in veteri codice Aufonii reperisse Mariangelus Accursius. Simileque *vulturis*, pro *vultur*. Ennius * :

Vulturis in silvis miseram mandebas bemonem,

nisi potius *vulturus* legendum, quomodo scribi in chirographis libris, & ipsi observavimus, & autor quoque est Obertus Giffanius in indice Lucretiano. *Vulturis* pro eo legere est apud Appulejum lib. IV, VI, & X Metam. imò & Livium lib. XXVI I, juxta Lipsii restitutionem.

Sed imprimis ER, & VS, concurrunt in iis, quæ veniunt à Græcis in OS, ut Μένανδρϑ, *Menandrus*, vel *Menander* : Θύμβρος, *Thymbrus*, vel *Thymber* : Εὐάνδρος, *Evandrus*, vel *Evander*. De quibus plenius dicam, cum ad terminationes secundæ declinationis erit deventum. Similiter *uter*, & *uternus* dixere. Cæcilius in Umbri : *Nunc, uter crescit, non potest celari*. Quid si & *acer*, & *acrus*, huc referamus ? Sanè *acrum*, pro *acrem*, Charifio teste, dixit Cn. Marius Iliad. xv.

Supereff S : ubi videbimus ordine de exeuntibus in AS, ES, IS, OS, VS, vel S impurum, hoc est, quod consona præcedit.

AS,

* apud Charifium in I, & Priscianum in 6.

AS, & ATIS, in adjectivis se offerunt. Vt, *Ardeas*, *Arpinas*, *Capenas*; ex *Ardeatis*, *Arpenatis*, *Capenatis*; quæ tria integrè sic extulit Cato in primo Originum. *Larinus*; & *Mæcenus*, ex *Larinatis*, & *Mæcenatis*: quæ in vetustissimis libris inveniri, ait Priscianus libro de Accentibus. *Ferentinus*, ex *Ferentinatis*, quo usus Titinius *Psaltria*. *Penas*, ex *Penatis*, quomodo dici posse Labeo Antistius putabat, teste Festo. *Summas* ex *summatis*, *infirmas* ex *infirmatis*. Plautus Stichus:

*Ergo oratores populi, summates viri,
Summi accumbent, ego infirmatis infirmus.*

AS & VS concurrere, liquet ex *elephas*, & *elephantus*. Sed imprimis conspirant ES & IS. Vt *apes*, *apis*; *vebes*, *vehis*; *torques*, *torquis*. Glossæ Cyr. Στρεπῶς, *torquis*, *torques*, *tortus*. Similiter *canes* dixerit, & *canis*, ut superius ostensum. Item Probus inter ea, quæ in ES desinunt in singulari, non tantum reponit *rupes*, & *vulpes*, quæ hodieque ita desinunt: sed etiam (ut Pierius * Probi locum corrigit) *puppæ*, *valles*, *apes*; quæ omnes per IS proferunt. Sanè Probi præceptum veteribus libb. confirmatur; in quibus *puppæ*, pro *puppis*, & *valles*, pro *vallis*, non raro scribitur. Vnicum tantum ponam locum ex Maronis undecimo:

*Est curvo amfractu valles, accommoda fraudi,
Armoriamque dolis.*

Felles quoque damnant in singulari: attamen apud Plinium lib. VI natural. histor. in MSS, tum *felis*, tum *felis aurea*, legitur: ac apud Plautum Perf. Sc. IX, leno, à rapacitate hujus animalis, vocatur *felles virginaria*, quod virgines raperet: similiterque apud Aufonium epigr. LXIX legimus, tum *felis* seu *fellis*, tum *felles pullaria* de eo, qui pullos; hoc est, pueros rapere solet:

*Quis Marcus? Felles nuper pullaria dictus,
Corrupt totum qui puerile secus.*

Nec leve pondus huic sententiæ addit, quod Charisius disertim docet, hæc *felis* dici, ut *hæc moles*: ut etsi *felis* non ausim damnare, nec temere tamen usurus sim: quemadmodum neque in masculino usurpare ausim; quamvis Rob. Stephanus in Thesauro suo communis esse generis dicat.

Etiam ES convenit cum VM, sive sit ES quintæ: ut, *diluvies*, *diluvium*; *proluviæ*, *proluvium*; sive ES tertiæ: ut in *tapes*, & *taperum* vidimus: & cum EVS, ut *Perses Persens*, *Achilles Achillens*, *Vlysses Vlyssens*: ex quibus illa in ES ab Æolibus accepta. Nam Æoles pro Ὀδυσσεὺς dicunt Ὀδυσσῆς; unde *Vlysses*: item Πέρων, pro Περ-

Περσεύς : unde apud Livium in accusativī casu & *Perſen*, & *Perſea*, legere est.

Item cum V S : ut, *palumbes*, *palumbus*. Apud Terentium quoque est *Æſchinnus* : at Græcè *Αἰσχίνης*, & nobilis ille Orator Ciceroni, & aliis ſemper *Æſchines*. Num verò ſimiliter *Hercules*, & *Herculus*, dixerint, an genitivus *Herculi* potiùs ſit ab *Herculeus*, meliùs exponam libro ſequenti cap. VII I, & imprimis extremo cap. X.

Item in E S terminata, eliſa vocali, exeunt in B S, vel P S : ut *trabes*, *trabs*; *plebes*, *plebs*; *adipes*, *adeps*; *ſepes*, *ſeps*. Sic ex *ſatrapes* *ſatrapis*, apud Sidonium Carm. II :

Quiſque ſedet ſub rege ſatrapis. ita vinxerat omnes.

Et *nubs* ex *nubes* apud Auſonium in Monofyllabis habes :

— *Iunonia ludificat nubs.*

Ac meminit etiam Beda. Sed reſpuit Servius in X.

Item in X : ut *fax* ex *faces*. *Festus* : *Faces antiqui dicebant, ut fides. Pollux* ex *Polluces*, quod è *Πολυδεύκης*. Varro lib. IV de L. L. *Pollucis à Græcis, in Latinis lateris vet. nomen, quod est, inſcribitur, ut Πολυδεύκης, Polluces, non, ut nunc, Pollux.* Plautus Bacch. act. IV, ſc. VII I :

Caſtor, Polluces, Mærs, Mercurius, Hercules.

Similiter in I S exeuntia, vocali amiſſa, in duas exeunt conſonas. In B S, vel P S, ut *ſcobis*, *ſcobs*; *ſtipis*, *ſtīps*.

In C S, five X, ut hæc *nucis*, *nucris* : quæ poſtea *ἡ συνηρημένη, νυκ, nucis*. In G S, five X : ut hic *regis*, *regeris*, quæ nunc *rex regis*. Dicimus de his ex Charifio lib. ſeq. cap. VI I I. Nec de genitivō huiusmodi mirum, cum, ut Scaliger ad *Festum* obſervat, ſimiliter dixerint, *bovis boveris*, *ſuis ſueris*, *axis axeris*, *lapidis lapideris* : imò & hic *Iovis Ioveris* fortaſſe & *Apellinis Apellinris*, pro *Apollo Apollinis*. In N S, ut *mentis*, *mens*. Ennius :

Iſtic eſt de ſole ſumtus ignis, iſque mentis eſt.

Idem :

Terra corpus, ac mentis ignis eſt.

Item *glans* ex *glandis* : quo Virgilium in recto uſum eſſe in IV Georg. ſuſpicatus eſt Obertus Giſſianus in Indice Lucretiano. Sed ab eo diſſentio. Nempe ei impoſuit Valerius Probus in Catholicis : ubi Varonem ſic ait in recto dicere. Sed locum Poëtæ non apponit. *La-*

* libro, ut *rens* ex *Laurentis*. Ennius in Annal. *
videtur. primo: quod iam Priscianus non exprobat.

Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

Item in R S, ut *concordis*, *concors*; *discordis*, *discors*. *Tiburtis*, *Tiburis*. Prius eſt apud Catonem in primo Originum : *Populus communiter Tibulanus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis, Rutulus*. Poſterius eſt in veteribus Inſcriptionibus : *Senatus populusque Tiburs*. Vel in X : ut *ſenex*,

ex

ex *senecio*, unde *senecio* ; *supellex* ex *suppellectilis*, quod & *supellestile*, unde *supellectilia*.

IS quoque, & E V S, commutantur : ut *Adonis*, *Adomeus* : unde *Adonei* apud Apulejum.

Multa etiam adjectiva nunc in IS exeunt, nunc in V S. Vt *hilaris*, & *hilarus*. Vnde *hilara* apud Plautum Rudente. *Sterilis*, & *sterulus*. Vnde *sterulam*, teste Festo. *Improlis*, & *improlus*, secundum eundem. *Imbecillis*, *imbecillus*. *Manis*, *manus*. A priori est *immanis* : uti & *dii Manes*. *Pronis*, *pronus*. Prius apud Varronem Parmenone. Sed imprimis hoc fit terminatis in ARIS, & ARIVS. Vt *palmaris*, *palmaris*; *vulgaris*, *vulgarius*; *singularis*, *singulariis*; *jocularis*, *jocularius*; *auxiliaris*, *auxiliarius*, aliaque. Satis de IS.

NS nunc est ex IS ; ut *glandis*, *glans* ; de quo actum : nunc etiam convenit cum V S ; ut *opulens*, *opulentus* ; *violens*, *violentus*.

OS interdum quidem concurret cum VM ; ut in *Ilios*, *Ilion* : interdum autem cum V S ; ut, *melos*, *melus* : quemadmodum Nonius probat illo Pacuvii Peribœa : *Thyasianem fremitu concidi melum*. Vbi legere malim, *Thyasianem fremitu concidi melum*. Et hoc Varronis Cato, vel de liberis educandis : *Omnes enim, qui loquuntur, habere debeant quosdam melos*.

V S quandoque mutatur terminatione VR : ut *Ligus*, *Ligur* ; de quo dictum. Sed familiare imprimis, ut commutentur V S, & VM : quorum alia naturam habent adjectivi ; de quibus nihil mirum, si terminationem variant : alia verè sunt substantiva. Prioris generis sunt, *commentarius*, *commentarium*; *effectus*, *effectum*; *eventus*, *eventum*; *intestinus*, de quo Nonius, *intestinum* ; *jussus*, *jussum* ; *suggestus*, *suggestum*; *textus*, *textum* ; *tributus*, *tributum*.

Posterioris modi sunt ea, quæ subjungam, pauculis exceptis ; quæ alterius quidem generis creduntur, cum prioris tamen sint ordinis, ut suis locis dicam.

Absinthium vulgè etiam in usu. *Absinthius* autem dixit Varro Quinquatribus : *Quid medico mihi est opus ? nempe tuo, absinthium ut bibam gravem, & castorem, levemque robur ?* Citat Nonius *. Græci quoque non solum ἀψίνθιον dicunt, sed etiam ἀψίνθος : quod & reperias Apocal. cap. xxviii.

* In Absinthium, & posteriori parte. in Grave.

Acinus, *acinum*. Posteriori præter Catonem de R. R. usus & Columella lib. xii, cap. xxxix : *Passum si ex urva apiana facere volueris, urvam apianam integram legito, acina corrupta purgato, & sæcernuo, Vbi satis corrupta erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium conjicito*. Varronem sic sæpe loqui, observat Nonius.

A a a a

Actus,

Actus, actum : ut *actus Apostolici, & nota Apostolica*. Plin. Iun. . . .
Nunc me *actus rerum modice*, sed tamen *distringit*. Cic. Philip. I.
Ecquid est, quod tam proprie dici possit *actum ejus*, qui *togatus in*
Rep. cum potestate imperioque verſatus est, quam lex?

Ætarius, ætarium, ſi Nonium audimus : qui adducit illud Varro-
nis *γερονῆδος ἀσφάλω* : *Hoc est magnum cenſorem eſſe, ac non ſtudere multis*
ætarios facere. Sed ſi Nonius, ut videtur, idem credit hoc loco *ætari-*
us eſſe, ac ætarium, valde fallitur. Nam Varroni ſermo de iis, quos
cenſores notaſſent, ut delerentur ex albo *ſuæ centuriæ*, ita ut hæc-
entis tantum cives eſſent, quod in legionibus, non ſociorum auxiliis,
militarent, proque capite ſuo tributi nomine penderent æra; unde &
dicebantur *ætarii*.

Ævus, ævum. Lucretius lib. II :

— *Ævum debebunt ſparſa per omnem*

Diſſectare.

Et lib. III :

Non modo non omnem poſſit durare per ævum.

Angiportus virili, & angiportum in neutro dicitur; quemadmodum
Plinius Secundus prodidit in primo artis Grammaticæ, & ex eo Priſci-
anus in VI. Qui de Neutro probat, Terentii loco ex Adelp. Act.
IV, ſc. II, & Phorm. act. V, ſc. VII. Sed hic in Putſchianâ perpe-
ram editum : *In angiportum hunc proximium*. Vbi melius in Aſcenſianâ :
Angiportum hoc. Ac idem Eunuch. Act. V, ſc. II. *In angiportum quod-*
dam deſerunt. Addit Nonius, ſimiliter *angiporta* dicere Plautum Ci-
ſtellariâ, & Ciceronem de Divinatione.

Anſractus & anſractum. Accius Euryface :

Nunc per terras vagus, extorris,

Exturbatus regno atque mari,

Super Oceani ſtagna alta patriſ

Terrarum anſracta reviſam.

Varro itidem Parmenone : *Cavata aurium anſracta*, dixit, teſte No-
nio. Sed de *anſracta* minus mirum : cum naturam ſapiat adjectivo-
rum, ut *fraſtus*. Gloſſ. *Anſractus, ἀεφρός*.

Antidorus, antidorium. *Antidorus* hæc dicere jubet Caper de verbis
dubiis. Ac ſic Gellius lib. XVII, cap. XVI : *Huius regis antidorus cele-*
braſſima eſt, quæ Mithridatius vocatur. Ac ſimiliter Serenus Sammoni-
cus. In recto *antidorum* intelligitur *medicamentum*, vel *pharmacium* :
quod exprimitur in ſecundo Epigrammatum :

Τὸτο * γόρ ἐſτι κακῶν φάρμακον αἰνῆδolon.

Quare & hoc naturam habet adjectivi.

* Quippe
malè hoc
contra eſt
pharmacum
antidorum.

Autumnus, autumnium. Varro * *Ephemeride navali : Etesæ diuinius, & * Apud*
uberius, flaverant, & autumnium ventosum fuerat. Neque B. Cyprianus re-
fugit libro ad Demetrianum : Nec adeo arboreis fetibus autumnia secunda
sunt. Etiam sic dici testatur Charifius lib. I, & Beda de Orthographia.

Baculus, baculum. Ovid. xv Met.

— *baculumque tenens agreste sinistra.*

Silius lib. XIII :

Pastorale Deo baculum.

Festus : Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur. Sic *bacillum*
 apud Afranium Homine ; imò & Tullium lib. II de Fin. *Vt bacillum*
aliud est inflexum & incurvatum, aliud ita natum. Et lib. I de Divinat.
Leuius, id est incurvum, & leviter à summo inflexum bacillum.

Baleus, balteum. Et si aliquod inter hæc duo discrimen è Plinio ad-
 ferat Charifius. Ait enim, illum voluisse in masculino poni pro vin-
 culo ; in neutro pro loris ad ligandum aptis. Sed ut, quod sentio,
 dicam, metuo, ne subtilius, quàm verius, hoc à Plinio scriptum sit.
 Nam quomodo Varro lib. IV de L. L. ait : *Balteum, quod cingulum è*
corio habebant bullatum : ita apud Sidonium est Panegyrico, quem Au-
 themio bis consuli dixit :

Applicat à lævâ surgentem balteus ensem.

Barbitus, barbitum. Aufonius epigr. LII :

Hoc genere, & chordas, & pleitra, & barbita conde.

Philoxeni glossæ : Barbitum (l. barbitum) εἶδ' ὁ ἑργάνω.

Buxus, buxum, de arbore : de quo superius † vidimus.

Calamistrus, calamistrum. Quippe Cicero in Orat. ad Brutum dixit,
Nec calamistri quidem adhibebuntur. Plauti verò est Curculione † :

At ita me volfelle, pecten, speculum, calamistrum meum,

Bene me amassint.

Varronem utroque modo loqui, Sospater observat.

Calcaneus, calcaneum. Auctor Moreti :

Continuis rimis calcanea scissa rigeant.

Candelabrus pro *candelabrum* dici, ostendit Nonius illo Cæciliæ Mo-
 letrice : *Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.* Sed possit, id non
 minus esse à *candelaber.* Quod apud Arnobium in primo : ut postea
 videbimus.

Capillus, capillum. Plautus Mostell.

Vide, capillum satis compositum est commode ?

Casus, caseum, teste Charifio, qui è Pomponii Lenone adfert, *ca-*
seum molle. ac Nonio ; qui adducit hoc Novii Macco : *Pecunia quid ?*
bonum breve, respondi, Sardis veniens caseum. Et istud Plauti Medico

Parasito : (cujus fabulæ & in *Lopades* meminit) *Cum virgis caseum radi potest.* Varro quoque lib. 11 de R. R. cap. 1 ait : *Ad cibum lacte & caseum adhibitum : ad corpus vestitum & pelles attulerunt.*

Census, censum. Cicero in Consulatu suo :

Quorum luxuries fortune censâ peredit.

Sic enim rectè apud Nonium emendant : ubi in MSSis & vet. editt. est , *fortunata censâ peperit.* Sed *census* quoque naturâ est adjectivum ; ut de utroque genere nihil sit mirum.

Cepitius, & cepitium, veteres pro *cepa, & cepe,* dixisse, auctor est Caper, teste Prisciano in VI.

Chirographus, chirographum, huc prope omnes nunc referunt Grammatici. Sed *chirographus* substantivè Latinum non est.

Cingulus, cingulum. Neutrum est apud Varronem lib. IV de L. L. Val. Flaccum lib. VI Arg. & alios. Masculino usus Tullius in Somnio Scipionis : *Cernis terram quibusdam redimitam & circumdatam cingulis, è quibus duos maxime mter se diversos, & cæli verticibus ipsis ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides ; medium autem illum, & maximum, Solis ardore torreri. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo qui insistent, adversa vobis urgent vestigia, nihil ad vestrum genus. hic autem aliter subjectus Aquiloni, quem incolitis, cerne. quam tenui vos parte contingat.* Macrobius similiter in Somn. Scip. lib. 11, cap. V. *Et hi velut duo sunt cingulis, quibus terra redimitur ; sed ambitu breves. Horum uterque habitacionis impatiens, quia torpor ille glacialis nec animali, nec frugi vitam ministrat. Illo enim aere corpus alitur, quo herba nutritur. Medius cingulus, & ideo maximus, æterno adflatu continui caloris ustus, spatium, quod & lato ambitu & prolixius occupavit, nimietate fervoris facit inhabitabile victoris. Tropicis quoque cingulis, & cingulum.* Veteres glossæ Philoxeni : *Cingillus, Στερόφιον, ζώνιον.* Glossæ aliæ ab H. Steph. editæ : *Cingulum, ζωνάριον.* Imò & *cingula* in feminino dixere. Glossæ Philox. *Cingula, ζώνη.* Et gloss. aliæ : *Ζώνη, cingula, balteum, cingulus.* Est & in glossis, primùm Argentorati excusis, posteaque Lugduni cum aliorum glossariis, recufis : *Cingula, ζώνια.* Sed fortasse hoc non alibi, quam in equis usurparunt. Sanè non Perottus solum hoc putabat : verùm & Beda de Orthogr. *Cingula hominum, generis neutri est. Nam & animalium genere feminino has cingulas dicimus.* Atque ita usus Naso lib. 1 de Remedio Amoris :

Aspicias, ut pressos urant iuga prima juvencos,

Et nova velocem cingula lægat equum ?

Et in III :

Nec brevis in rugas cingula pressa suas.

Etiam Calpurnius Ecl. VI.

Clivus, clivum. Cato de Tribunis Militum : *Loca ardua, & cliva depressa.* Addit Nonius hoc Memmii; sed scriptoris, cujus, ut ait, auctoritas sit dubia : *Ille ardua nitens fortuna descendere cliva.*

Clypeus, clypeum. Quamquam in his discrimen posuere. Vt Labienus, qui in virili putavit, scutum; in neutro autem, imaginem significare : quod discrimen Asinius, Livius, & Pomponius, rejecerunt : ut eorum testimoniis comprobatur Charisius lib. 1. Nonius quoque auctor est, Maronem promiscuè pro scuto usurpassè : in masculino quidem, cum ait *, *ardentes clypeos, atque æra micantia cerno* : at in neutro, cum in nono inquit,

Dat tellus gemitum, & clypeum superimponat ingens.

Ac similiter Livius lib. IV de bello Macedonico ait, *clypea argentea decem* : quamquam & hoc de imaginibus accipiant quidam; sed perperam.

Cælus, & cælum dici, auctor Arnobius lib. 1, ut mox liquebit. Pleniusque de hoc cap. seq.

Collus, collum. Virili usi Accius, Cæcilius, Nævius, Lucilius; ut Nonius ostendit. Qui & adducit Catonis hoc in Sercia : *Accipite, si vultis, hoc onus in vestros collos.* Et Varronis Sexagesimâ : *Vi nitens pavonis collus, nihil extrinsecus humens.* Apud Plautum invenias Captivis act. II, sc. II, & act. IV, sc. III. Sed Amphitr. act. I, sc. I. ubi Nonius legit *collus*, nunc *collum* editur.

Compitius pro *compitium* dixit Cæcilius Titthe : *Vbi † adjicientem compitium.* Et Varro lib. III de scenicis Originibus : *Vbi compitius erat aliquis.* † al. Vidi adjacenter.

Corius, coriam. Plautus Pœnulo :

Tres facile corius contrivisti bubulos.

Varro Eumenidibus † : *Nunc corius ulmum tuus depurvit, pergis heia* *. † Aldina, Eudæmonibus. sed perperam. * Al. hera.

Costus, costum. Κόστος Theophrasto Hist. Plan. IX, cap. VIII. Similiter Dioscorides. Hesych. κόστος; γένος δ' ἀρσενικόν. Nam est ei ἐξ ἄνω. Neutrum est Horatio lib. III, od. 1, ubi in recto : *Achæmenium costum.*

Crocus, crocum. Virgil. IV Georg.

— *Crocumque rubentem.*

Alii putant *florem* hic respici, ut sit synthesis. Sed nihil eò recurrere opus, quando & *crocus* in plurativo dixere Ovidius, & Juvenalis. Neutro autem usus est Sallustius Hist. lib. II : *Iter vertit ad Corycum, urbem inclitam, passusque nemore, in quo crocum gignitur.* Plinius lib. XXI, cap. VI. *Crocum sylvestre optimum.*

Cubitus, cubitum. Posteriori Lucilium uti, Nonius docet. Adde illud Plinii lib. VII, cap. XVI : *Invenimus in montanensis Salamiam, Eubhy-*

menis filium, in tria cubita triennio adolevisse. Similiter Plinius cap. v. Sed apud eum pro *Salamiam* est *Salamine*. Imò apud Plinium ipsum in veteri Parmensi * *Salamine*, quod propè accedit, legere est.

* anni
1476.

Culeus, culeum. Varro lib. I de R. R. cap. II : *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viriim cis Arimianum datus est ultra agrum Picentium: in eo agro aliquot foriam in singula jugera, dena culea fiunt.*

Dorsus, dorsum. Plautus Milite Glorioso act. II, sc. IV.

Timeo, quid verum gesserim. ita dorsus totus prurit.

† vers. 457.

Filius & filium dici, probant illo Lucani lib. VI † :

— *Quos non concordia misti*

Alligat ulla fori, blandæque potentia formæ,

Traxerunt torti magicâ vertigine fili.

Sed *torti fili* hic dicitur casu patrio, ac cum *vertigine* sociatur. Inter ea & *filus* dixisse, credo Arnobio in texto.

Fimus, fimium. Plin. lib. XXIV, cap. XIX. *Prodest & fimium gallinaeum.* Et, *Remedium est fimium caballinum.* Ut ignosci debeat Plinio Valeriano sive Empirico; qui similiter usus lib. II cap. XXXV, & XLIX.

Forus, forum. Priori usus Pomponius Petitore, & Lucilius lib. III Sat. Nonio teste; qui & Sallustii hoc citat è primo Histor. *Illium navis forum.* Agnoscit quoque Charisius lib. I. & Isidorus lib. XV, cap. II. Imò hinc Φόρος non semel apud Codinum legas. Est & apud Oppiani scholiastem in II Halieut. Hesychius: Φόρος, ἢ τῶν χρημάτων καὶ ἑσολῆ, ἢ νέον τέλεσμα. Gloss. Phil. *Forum, αγορά, Φοράς.* Vbi planè Φόρος legendum. Atque hinc *fori*. Quo similiter usi posteriores Græci. Hesychius: Φόροι, δημόσιοι ἀπαιτήσεις. Suidas: Φόρος, τὸ πωλητήριον, ὁ πόρος, ἐν ᾧ πωλῶν τὰ ἄνια.

Fretus, fretum. Ennius trochaico hoc:

Crassa pulvis oritur, omnem pervolat celsi fretum.

Novius, ut est in Aldinâ, vel, ut alii, Nævius:

Dubii faventem per fretum introcarrimus.

† vers. 363.

Lucretius lib. VI †:

Nam fretus ipse anni permiscet frigus, & æstus.

Varro Gallo, aut Fundanio: *Inter Italiam & Siciliam qui est fretus, inter Rhegium & Messanam.* A. Gellio quoque observatum lib. XIII, cap. XIX, Ciceronem quinctâ in Verrem dicere: *Per angusto fretu divisa.* Ac plura de eo dicam declinatione quartâ.

Gladus, gladium. Posterius Lucilius usurpat, teste Nonio. Etiam Plautus Calinâ act. V, sc. II:

Sed cum cogito, non habuit gladium. nam esset frigidus.

Quem locum huic probando & Nonius adducit. Gloss. Phil.

Gla-

Gladiæ, ξίφης. Fabius tamen lib. I, cap. v ait : *Gladiæ qui dixerunt, genere exciderunt*. Nempe non sic Cicero loqueretur. Sed antiquarius Varro in VIII de L. L. disertim ait, dici hic *gladius*, & hoc *gladium*. Inque I de R. R. cap. XLVIIII ait, *Herba ea vocatur vagina, uti quæ lateri conditum gladium*.

Helleborus, *helleborum*. Virili *helleboros* Maro III Georg. & Columella lib. x. Neutrum sæpius Plinio lib. xxv, cap. v.

Hyssopus, *hyssopum* : de quo antè vidimus.

Incestus, hujus *incestus*, & hoc *incestum*, *incesti*, de quibus notum.

Intubus, *intubum*. Neutrum est Maroni IV Georg. Ac similiter Columella lib. x verf. III.

— *Torpenti grata palato* *Intubo*.

Virile Pomponio Placentà, Lucilio lib. v, & xxx, ubi ait :

Pulmentariâ, ut intubus, aut alia id genus herba.

Plinio nunc masculinum est, nunc neutrum. Vt lib. xx cap. VIII : *Intubi quoque non extra remedia sunt*. Et mox : *Idem cum vina potus*. Postea verò, *In cibo sumuntur, & illorum collectiones solvet*. Et lib. xix cap. VIII : *Est & erraticum intubum, quod in Ægypto cichorium vocant*.

Ingulus, *jugulum*. Masculino Lucanus lib. III * :

* verf. 743.

— *Ingulismque senilem*

Confodiam.

Neutro Cic. de Fato : *Quod jugula concava non haberet*. Gloss. Philox. *Ingulus & jugulum*, κατὰ κλέεις, σφαιρί.

Lacerius, *lacerium*. Accius Atreo :

— *Concoquit partem vapor*

Flammæ, lacerta tribuit veribus in foros.

Sic eum locum numeris suis apud Nonium reddidimus.

Lectus, *lectum* : ut L. XIX, § Item Celsus, D. de auro arg.

Libus, *libum*. Nigidius de diis apud Nonium : *Deinde surgat, faciat libos quatuor : & infra, libos duos à dextra, & duos devexos*. At Maro Ecl. VI. *Liba*.

Lucrus, *lucrum*. Prius adstruit Nonius isto Plauti Persâ :

Nunc ea narrabo, unde tu pergrandem lucrum facias.

Lupus, *lupinum*. Quod Nonius probat hoc Varronis de R. R. lib. I : *Lacium esse oportet, ubi maceretur lupinum*.

Lutus, *lutum*. Claudius in Annalibus, nempe juxta quosdam codd. lib. IV : (nam in MSSis nonnullis id desideratur) *Pluvia, imbri, lutus erat multus*.

Medimnus, *medimnum*. Lucilius lib. xv :

— *Pluris, quam totum medimnus*.

Cicero

Cicero v Verr. *In jugere Leontini agri medietatum fere tritici feritur.* Et mox : *Vi quot jugera sint, totidem mod. mna decemae debeantur.*

Mundus muliebris, & mundam. Lucilius sat. xvi.

Legavit quidam uxori mundam omne penumque.

Quid mundam? quid non? nam quis dijudicet istaec?

Citat utrumque versum Gellius lib. iv, cap. i : priorem & Nonius Marcellus.

* lib. 2.
ad. II.
† Epod. 13.

Nardus nardum. Priori terminatione Horatius *Asyriam* *, & *Achmeniam* † *nardum* dixit; more Græcorum, quibus *η νάρδος* †. Posteriori Plinius *nardum rusticum* ait lib. xii, cap. xii, & lib. xxi, cap. vi. Imo & idem Horatius,

Nardo peruntum, quale non perfectius

Mex laborabam manus.

Tibullus : *Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo.*

Item : *Illius puro distillent tempora nardo.*

Vbi non herbam, sed unguentum ex ea signari fatis liquet.

Nasus, nasum. Posteriori Lucilius gemino usus loco, ut Nonius docet. Adde his tergeminum Plauti locum. Quorum unus Amphitr. Act. i, sc. i :

Sera, pes, statua, tonsus, oculi, nasum, vel labra.

Alter est Curcul. act. i, sc. ii : *Sarax nasum habet.* Tertius est Menæchmis act. i, sc. ii :

Nam ex isto loco spurcatur nasum odore illutibili.

Nuntius, nuntium. Sed posterius, ut apertè Nonius ait, *apud aliquos non receptæ auctoritatis.* Nimirum classicis *nuncius*, non eum modò, qui nunciat, sed & rem nunciatam significat. Corruptis Plauti, Catulli, aliorumque locis, decepti sunt, qui aliter statuere : ut cognoscent, qui emendatiores inspexerint codices.

Ocimus, ocimum, teste Sosipatro : qui virili Æmilium Macrum usum docet.

† *vers. 18.* *Pagus, pagum.* Sed posterius apud scriptores minoris auctoritatis : in quibus Sidonius carm. xvii †.

Palatus, palatum. Cic. lib. ii de Finibus bon. & mal. *Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.*

Palus, palmum. Varro Flaxtabulis, *ἢ ἰσχυρίων* : *Quid tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales deci?*

* at Nonius.

Pannus, pannum. Novius * Tabellarià : *Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est.* Citat Nonius. Nec alibi, puto, reperias exemplum.

Papyrus, papyrum. De utroque antea vidimus. Tantùm igitur apponam

nam hæc Plinii lib. XIII, cap. XI : *Papyrus nascitur in palustribus Ægypti. Ex mox : Et ipso quidem papyro navigia texunt. Rurium : Nuper & in Emphrat : nascens circa Babylonem papyrus intellectum est. Ac deinde : Preparantur ex eo chartæ.*

Paribulus, paribulum. Licinius * rerum Romanarum lib. XXI : *Deligat ad paribulos ; delignantur & circumferantur, cruci designantur.* Qui locus in Aldina Nonii editione dicitur esse è Lucilii libris rerum humanarum. Sed aliter MSSi, & optima editio Merceri. *Peccatum, peccatus, quartæ.* Quomodo Cicero Verrinà II ait, *manifesto peccatum* : ut Gellius etiam observat lib. XII, cap. XIX.

Peplus, peplum, Plautus in Fragmentis :

Nunquam in urbem venio, nisi cum infertur peplum.

Claudianus de nuptiis Honorii :

— *Peplumque fluentem Allevat.*

Pileus, pileum. Plautus Corniculariâ : *Te obsecro, Lyde, pileum meum, mi sodalis, mea salubritas.* Similiter *pilea* in plurali Perſius, Statius, alii. Festus : *Pilea Castori, & Polluci, dederunt antiqui, quia Lacomes fuerunt, quibus pileatis pugnare mos est.*

Pisillus, pistillum. Novius † Maniâ Medicâ : *Lacrima & addent, cadet pistillus.* Sic MSus Cujacii. Idem Fullonibus : *Festis pestinas* (MSi, *paemas*) *pisillos mihi cantem.* Neutro Munatius (MS. Horatius) *Pistillum grande est.*

Punctus, punctum. Plin. lib. II, cap. LXVII. *Non aliud est terra in universo, quam mundi punctus.* Horat. in Arte : *Omne tulit punctum.* Similiter Seneca proœmio Natur. Quæst. *Punctum est istud, in quo navigatis, in quo bellatis.* Et vetus Poëta apud Porphyriionem, de Sempronio Rufo :

*Ciconiarum Rusus iste conditor,
Ipse est a nobis elegantior Plancus.
Suffragiorum puncta non tulit septem.
Ciconiarum populus ulcus est necem.*

Puteus, puteum. *Puteos* in masculino dixit Maro III Georg. At *putea* in neutro prætulit Varro de Admirandis ad Fundanium focerum : *Secundo de stivis aquis ; ut sion lacus, & staona, & putea, & maria.*

Reticulus, & reticulum. Vnum à retis, alterum à rete. Prius, de quo solo quæstio est, usurpavit Fenestella in Annalibus : *Fascem pectoralis reticulus.*

Rictus, rictum. Cicero de signis apud Nonium : *Vi rictum, mentumque ejus paullo sic attritus.* Idem Nonius Titinium sic loqui docet, & Lucretium in v. Adde iis illud è VI † :

B b b b

— Nafi

* apud Nonium.

† A. Nævius.

† vers. 1192.

— *Nasi primoris acumen*

*Tenuē, cavati oculi, cava tempora, frigida pellis,
Duraque; inhorrebat rictum; frons tensa meabat.*

Rogus, rogam. Afranius Epistolā :

— *Pulcrè hoc incendi rogam.*

Ardet, tenetur, hoc sepulcro sepeliet.

Ita legendum, ubi Aldina *sepelietur*. MSSi *sepeli licet* : perperam syllabā LI geminatā, mox & C adjectā.

Sagus, sagum. Ennius :

— *Tergum igitur sagu' pinguis operat.*

Varro Virgulā divinā : *Cum neque aptam mollis humeris fibulam sagu ferret.* Vbi reponē, *ferret sagus*. Vt sit trochaicum.

Salus, salum. Ennius Hecubā : *Vndaurem salum.*

• Non.

Scutus, scutum. Turpilius Demiurgo * : *Quia non minus res hominum, quam scutus tegit.* Vbi apertior γράμμα, si hominum rescribat.

Semen, seminum. Quod è Plauti Milite probat Priscianus in v.

Sensus, sensum. Cic. lib. III de Orat. *Sensa mentis & consilia sic verbis explicat.*

Sesamis, ut η σέσαιμ. At *sesamus*, ut apud Theophrastum, & Dioscoridem est το σέσαιμον. Ac similiter Columella.

Sestertius, sestertium, addi solet. Sed diversa hic significatio : cum *sestertius* signet duos asses cum semisse : *sestertium* duas minas cum semisse. Mina autem valet centum drachmas, sive denarios : uti denarius decem asses.

Sinus, sinum, pro vase lactis. Priori usus Plautus Curcul. Act. v, sc. II :

Præterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cyathusque.

Neutrum dicitur Maroni in Bucol.

Sinum lactis, & hæc tibi liba, Priape, quotannis

Expectare sai est.

Ac Priscianus in VI monet, similiter extulisse Varronem lib. I de vita pop. Rom. *Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinum.* Sanè hoc loco nihil apertius : Quem etiam adducunt Nonius in *Sinus*, & Servius in Eclog. VII. Sed parùm solidum de Maronis loco : ubi tamen neutrum statuit Priscianus, eumque secutus Erythræus indice Virgiliano, & alii.

Sparus, sparum, teli genus. Virili usus Virgil. XI Æn. & Sallustius in Catilin. Cæteri, ut quisque casus armaverat, *sparos, aut lanceas, alii præcinctas fudes portabant.* Neutrum usurpavit Lucilius in Sat.

Tum spara, tum rumices portantur, tragula parò.

At

At piscis tantum *sparus* : ut dicitur Varroni apud Servium in xi Æn. Isidoro lib. xii Orig. cap. vi. Glossis Cyrilli, ubi est, Σπίρϙ, ἰχθὺς, *cammarus*, *sparus*. Vt Papiam, Iunianum Maium, & alios, mittam.

Spicus, *spicum* : quod vulgatius *spica*. Servius ad illud Virgiliti : QUID VINÆ GRAVIDIS PROCUMBAT ARISTIS (inquit,) *Gravidas aristas periphrasticòs pro spicis posuit*. Dicimus autem & hic *spicus*, & hoc *spicum*. Cicero in *Arato* :

Spicum illustre (al. tenens) ferens insigni corpore virgo.

Sed scire debemus, in usu esse à masculino utrumque numerum : à neutro verò, raro ; & tantum singularem inveniri : nam plurali nusquam lectum est. Pluráque Festus in *Spicum*, & Nonius in eadem voce.

Stadius, stadium, Macrobius lib. i in *Somnium Scipionis*, cap. xv : Centum enim & octoginta stadios non excedit acies contra videmus. Nempè more Græco, qui & σάδιϙ, & σάδιον, dicunt.

Supparus, supparum. Priscianus lib. v : *Supparus*, ἑλωπίον, & hoc *supparum*. Varro lib. iv de L. L. *Alterum*, quod supra, à quo *supparus*. Festus in schedis Farnesianis : *Supparus dicebatur puellare vestimentum lineum, quod & subnucula appellabatur*. Lucanus lib. v :

— *Summaque pandens*

Sipara velorum.

Ac similiter Papinius v Sylv. & Fe-

stus Avienus.

Symbolus, symbolum. Plautus *Pseudolo* * :

P S. — *Epistolam modo hanc intercepti, & symbolum.*

C H. *Symbolum? quem symbolum? P S. qui à milite allatus est modo,*

Ejus seruo, qui hunc ferebat, cum quinque argenti minus,

Tuam qui amicam hinc accersebat; ei os sublevis modo.

Et ead. sc. non multò pòst :

Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minus.

Sic Bacch. †

Eo præsentè homini extemplo ostendit symbolum,

Quem tuæ dederas ad eum ut ferret filio.

NI. *Quid, ubi ei ostendit symbolum? C H. insit dicere,*

Adulterinum, & non eum esse symbolum.

Iustinus lib. ii : *Et cum colloquendi copiam non haberet, quò applicaturi erant, symbolos proponi, & sacris proscribi curat*. At *symbola*, singulo numero, aliud est : nempè quod confertur ad convivium : quomodo Terentius Andriæ ‡ : *Symbolam dedit*. Vnde, qui *symbolam* non dedit, † *asymbolus* * dicitur.

Tergus, terzum. Quod Nonius probat hoc Plauti *Afin. act. ii, sc. ii :*

B b b 2

Habeo,

* act. 2, sc. Dulcia atque amora.

† act. 2, sc. Ibo in Pirraum.

‡ act. 1, sc. 1.

* Phorm. act. 2, sc. 2.

Habeo, opinor, familiarem tergum, ne quæram foris.

In nonnullis tamen MSSis legas *familiare* : ac neutrum metro repugnat.

Theſaurus, & *theſaurum*, dici putant, quia legatur apud Plautum Aululariâ act. II, sc. II.

Credo ego, jam illum inaudiſſe, mihi eſſe theſaurum domi.

Id inhiat, eâ affinitatem hanc obſtinavit gratiâ.

Atqui id ponitur pro *ideo* : quomodo idem Amphit. * ait :

Et id huc revortis, uti me purgarem tibi.

Vt habeant, quo ſe tueantur, Angelomus præfat. in libros regum, & Beda in vita Cudberti : apud quos *theſauria* in pluralivo legas.

Thymus, thymem. Ο θύμῳ Dioscoridi lib. IV, cap. XLIV. At Theophrastus Hiſt. plant. lib. VI, cap. II : Καὶ θύμον † τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν. Et Columella lib. XI, cap. III : *Thymum, & tranſmarina cunila, & ſerpyllum olitoribus ſtudioſè conſervantur.* Plin. lib. XXI, cap. X : *Tranſlatum eſt ex Attica thymum, & vix flore ſætem.* Etiam θύμῳ, θύμων, & θύμιον, dicitur de tuberculo carnoſo, verrucæ inſtar eminente, & colore referente florem thymi. De utraque apud Græcos terminatione, auctor nobis Cornelius Celfus lib. V. Ac Latini quoque utrâque utuntur. Virile eſt apud Plinium lib. XXIII, cap. VII. *Crude groſſi verrucas, & thymos, nitroque ſarinâque addiſis, tollunt.* Neutrum invenias lib. XXXI, cap. X.

Torus, torum. Lapis antiquus : *Julia Firma ſita tremulo, Quæ commu- ne torum ſervavit caſta mariti.* Sunt alia id genus compluria in vet. lapp. quibus non inſiſtam, quia multi ſequioris ſunt ævi, nec exemplum habemus apud priores.

Tributus tributum. Gellius lib. XIII, cap. XIX : *Hic inceſtus, quod admiſſum eſt, & hic tributus, quod tributum nos dicimus, à plerisque veterum dicta ſunt.* Signat Catonem, quem ſic loqui probat Nonius iſtoc ex Originum libris : *Ne prædia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigere- retur.* Eſt & Plauti Epidico act. II, ſc. II :

At tributus cum imperatus eſt, negant pendî poteſſe :

Illis, quibus tributus major penditur, pendî poteſt.

Vadus, vadum. Prius probat Nonius iſto Salluſtii in primo Hiſtor. *Et mox Fuſidius adveniens cum legionibus, poſtquam tantas ſpiras, hanc facilem pugnantibus vadum, cuncta hoſti, quam ſuis, opportunitiora videt.*

Vallus, vallum. Cæſar lib. III belli Civilis : *Erat eo loco ſoſſa pedum XV, & vallus contra hoſtem, in altitudinem pedum X.*

Tibullus lib. el. X : *Non arces, non vallus erat, ſomnumque patetbas
Securus varias dux gregis inter oves.*

Viſcus,

* alt. 3. ſc.
Durare ne-
quco.

† Ac thy-
mum aliud
album, aliud
nigrum.

Viscus, viscum. Plautus Bacch. act. I, sc. XVI :

Viscus merus vestra est blanditia.

Virg. VI Æn.

Quale solet sylvis brumali frigore viscum

Fronde vivere noua.

Uterus, uterum. Posterius usurpant Afranius, & Turpilius ; ut Nonius ostendit. Qui & illud adducit ex Aulularia Act. IV, sc. VII :

Perii, mea nutrix, obsecro te, uterum dolet.

Ac similiter loquitur Appulejus Apologiâ : *O infelix uterum tuum, Pudentilla ! ô sterilitas liberis potior ! ô infans decem menses ! Imò & uer, Nonio testo, dixere pro eo. Cæcilius Umbris : Nunc uer crescit, non potest celari. Vbi rescribe metri causâ :*

— *Nunc uer*

Crescit, non pote celari. —

Vultus, vultum. Ennius :

Aver sabuntur semper vos, vestraque vulta.

Lucretius lib. IV :

Vi patribus patri ; sed quos utriusque figurâ

Esse vides, iuxtim miscentes vultu parentum.

Ex his satis liquet, quanta sit eorum turba, quæ in VM, & VS, desinunt. Et tamen nec sic omnia adduximus.

Etiâ in VS exeuntia efferuntur extrito V : ut *Arabus, Arabs.* Priori sunt usi Plautus in Bacch. Lucilius, Maro VII Æn. & alii. Etiâ in prosâ usi : ut Charisius ostendit illo Cassii, epistolâ, quam de Dolabella scripsit : *Arabi misericordiam erga nos fuerunt.* Item desinunt in x : ut, *abacus, abax.* Sed nativa sunt, *Arabs, abax ;* ex quorum obliquis *Αραβος, Ἀβας,* sunt recti Latini, *Arabus, & abacus.*

Sic *Æthiops, Æthiopus.* Lucilius :

Rhinoceros velut Æthiopus. —

Cappadox, Cappadocus. Columella lib. VI, cap. XVII : *Cappadocus (sal) minus tritus, & immixtus melli.* Et lib. X :

— *Cappadoce servat cognomina gentis.*

Appulejus quoque usus in VIII. *Cilix, Cilicus* : quod Virgilii vet. libb. in Culice habent, sequiturque eos Scaliger. Etiam, ut Græci *γρυψ*, ita *gryps* Latini : ac præterea ex obliquo *γρυψ*, *gryphus*, adsumto spiritu. Ita *gryphis*, pro *gryphibus*, dixit Plinius lib. VII, cap. II.

In T exeuntia etiam in VM exire, ut ab *occipus, occipitum*, superius dictum.

Vti & T concurrere cum C, & E, cognoscimus inde, quòd ex *lacte* fecere, *lact* ; ex *lact*, *lac* : ut vidimus.

B b b b 3

Suffe-

Suffecerint hæc de substantivis, quæ geminam habent terminationem. De cuiusmodi nominibus egregius obversatur memoriæ locus Arnobii lib. primo : *Nomme*, inquit, *aliumbi hæc uaria, aliumbi * dicitis hos uerres? cælus, & cælum? non item filus, & filum? non item crocus, & crocum? non item fretus, & fretum? non item apud uos est positum hoc panis, & hic panis? hic sanguis, hoc sanguen? candelabrum, & jugulum, ratione eadem jugulus, & candelaber?*

* Ita uel
hunc locum
emendat
Lipsius.

Nec ita, solum est comparatum cum substantivis. Similiter enim etiam adjectiva sæpius duplicem habent terminationem. Vt in ER, & IS. Quomodo *campester, equester, pedester, volucer, syluester*, etiam in IS efferuntur. Sic Cicero *equester ordo, & equestris disciplina*. Interea videndum, quid usus magis probarit. Malim *pedestris oratio*, quàm *pedester: campus equestris*, quàm *equester*.

Item in IS, & VS. Vt *exanimus, & exanimis; decliuus, & decliuus*; quod apud Ouid. II Fast.

Ventum erat ad mollem decliuo tramie ripam.

C A P V T X X X V I I.

De iis, quæ diversi generis putantur in singulari, ac plurali. Vt differant balneum, & balnea. Mænala, Massica, similiaque, non esse à rectis masculinis. Eventum, pro eventus; locum, pro locus; porrum, pro porrus; cælum, pro cælus; delicia, & delicies, pro delicum; epula, pro epulum. Petilus. Serviana differentia, inter dapes, & epulas, rejecta. Raster, pro rastrum.

Satis superque actum nobis de iis, quæ in nominativo duas habeant, vel plures terminationes. Cuiusmodi non rarò pro vario exitu genus etiam variant, ac declinationem. Nec propterea *ἀνωμαλίαν* hic statui debere; sed alterius potiùs terminationis redundantiam; liquet ex iis, quæ superius dicebamus. Nunc ad illa accedendum, quæ alius in singulari generis sunt, alius in plurali. Quomodo singulari numero neutrum est *balneum*, sive *balineum* (quod immeritò damnat Caper †) in pluralivo autem tum *balneæ* legitur in muliebri, tum *balnea* in neutro. Nam idem planè sunt *balneæ, & balinea*, etsi à *balineo* differant. *Balincium* enim privatum erat, quod singulo numero efferebant, quia domi uterque sexus eodem balineo uteretur. At *balineæ* sive *balinea* erant publica: & pluralivè proferebatur, quia locus, in quo viri lavabantur, distinctus erat ab eo, in quo se femine lavabant. Vide quæ hoc de veterum more ex antiquis scriptoribus interter alios refert Radulphus Fornerius lib. VI rerum quotidianarum,

† de verbis
dubis.

cap. X.

cap. x. Balinea dici negat Varro. Sed usurpat Horatius.

Mirum autem, quàm pauca sint hujuscemodi, contrà quàm Grammatici existimarunt. Id quò pareat, priùs aliquid dicam de propriis; deinde de communibus.

Montium nomina ajunt in singulari esse masculina; in plurativo neutra: ut *Gargarius*, *Gargara*. Atqui de *Gargaris* facile refellitur; quia Idæ promontorium semper *Gargara* dicitur, vel *Gargarium*; non *Gargarius*. Γάργαρα est apud Lucianum de Dearum judicio ἐν τῷ Γάργαρα. Objectet aliquis *Mænalus*, *Mænala*; *Massicus*, *Massica*; *Taygetus*, *Taygeta*; *Pangæus*, *Pangæa*, & similia. Sed non dubium mihi est, quin pluralia hujusmodi sint à rectis *Mænalism*, *Massicium*, atque ita in aliis. Ac ne solus, contradicendi studio, deserere videar edicta Grammaticorum, ajo eas in hæresi esse magnum Germanicæ mæx columen Ioachimum Camerarium; cujus, etsi recentis scriptoris, tamen integram hac de re *Ἐπιστολῶν* adscribere non pigebit, è commentario ad Ecl. x: *Grammaticis*, inquit, *est hic Mænalus, hæc Mænala, neutri generis in plurali numero: sed esse potest hæc terminatio à nominativo Μαίναλον. Dixerunt enim Græci ὄρεα Μαίναλον, sicut Λύκαιον, & Παρθέσιον. Et Eustathius * ait, terminatione generis in hoc nomine distingui significationem fluvii, & montis: quòd sit ὁ Παρθέσιος fluvius Paphlagoniæ, cujus mentio fit apud Homerum; τὸ παρθέσιον vero mons in Peloponneso.* Ex hiis Cameraarii verbis non difficilis est de similibus conjectatio. Accedamus ad communia.

Eventus, inquit, & *eventi*, & *eventa* facit. At sciant, *eventa* esse ab *eventum*. Lucretius lib. i:

Eventum dici poterit, quodcumque erit actum.

Nihilò melius huc referunt effectus effecti & effecta. Cum dicatur hic effectus & hoc effectum. De nonnullis tamen fatendum recte præcipi. Nam *mons Dindymus* est apud Plinium lib. vi, cap. xxxii. Pro quo *Dindyma* Æn. ix. Sic *Mænalus* de monte Ecl. viii, & x, *Mænala* i Georg.

Locus volunt, & *loci* facere, & *loca*. At ego veteres in recto *locum* dixisse odoratus sum ex isto Varronis lib. viii rerum divinarum: *Sicut locum, in quo figerent candelam, candelabrum appellatur; ita, in quo deum ponerent, delubrum appellatum.* Citat hoc pacto Macrobius lib. iii Sat. cap. iv.

Sibila quoque (quo Ovidium, Cornelium Severum, & Macrum v Theriacòn, usos esse, docet Sosipater lib. i.) omnino est à recto *sibillum*. Nam & *sibilus* dixere, & *sibillum*. *Sibillus* est apud Maronem Ecl. v. Ac similiter locutus Cicero in i de gloria, auctore Charifio

in i.

* In lib. pag. 362. edit. Rom.

in 1. At *Snaue sibilum* dixit Serenus, teste Nonio. Est autem natura sua adjectivum : unde Maroni *ora* *, & *colla* † *sibila*, hoc est, sibilantia. Quando igitur *sibilus* a *sonus* fumitur, *sonus*, vel simile intelligitur.

Sibils tamen, pro *soni sibili*, non aulim dicere, quamdiu non reperi scriptorem classi qui præiret.

Porri, quod à *porrum* esse putant, præeunte Probo in Catholicis, venit à *porrus*; quo usus Cellus lib. IV, cap. VI. & Plinius lib. XIX, cap. VI : ut de Palladio taccam.

Cæli (unde *cælos*, est apud Lucretium lib. II, & Ciceronem quoque in Hortensio eo usum Servius docet) non est à *cælum*, sed *cælus*. Quo *arber* significatur : ut apud Ennium, Sospatro teste, *Cælusque profundus* : nec non Deus ætheris, ut in illo ejuſdem Ennii : *Sauro*, quem *Cæli* genit † : item in antiqua inscriptione inter eas, quas in illo antiquitatis thesauro affinitate nobis, sed studiis magis junctus Ianus Gruterus * edidit.

Cælum verò plurali caret, ut discere est ex Agellii lib. undevicesimo cap. VIII. Cui & Charitius subscribit. Ciceronis est lib. IX, epist. ult. *Ille varo* (seu *varo*, aut *varro*, hoc est, *fuucus*) *te putabat quasi turum, unum cælum esse, an innumerabilia*. Vbi respicit vocem *cælum*, quæ tamen eodem genere *soni* repeti nequit.

Delicias dicimus non à *delicium*; sed à *delicia* : quod, ut monuit Agellius †, apud Plautum † legere est, *Mea voluptas, mea delicia*. Est & apud eundem Rudente * :

Orum ubi erit, tum tibi operam ludo & delicia dabo.

Et Truculento † :

P. H. *At ego ad te ibam. S. T. R. ad me, delicia?*

Solinus quoque ulus cap. XLVII : *Et senatus placuit adeo odorum delicia, ut ea etiam in penalis tenebris intererit*. Est & legere in antiquis lapp. ut illo, qui Romæ fuit in ædibus Marii Mellini : PRO SALUTE IVLIÆ VENERIÆ FILIÆ DOLCISSIMÆ DELICIÆ SVÆ : & altero, qui est Beneventi : P. MARTIVS P. L. PHILODAMVS TECTOR SIBI SVISQVE HIC IVCVNDATA SEPVLTA EST DELICIA EIVS. Quare nec mirum, quod *delicias* quoque dixerit Appulejus lib. de Deo Socratis, & Apolog. I. Nam plurima in A hanc etiam terminationem admittunt : ut, *luxuria, luxuries; materia, materies*; eodemque modo *puerities, amicities, severities, notities*, aliaque nonnulla, vulgò ignota, inveniuntur in vet. libris, & inscriptionibus.

Epulum quoque in singulari esse neutrum tradunt; in plurali autem feminino genere facere *epulas*. Sed *epula* est à recto *epula*. Nam Godscalco

* 2. En.
† 3. Georg.

† al. genuvit.

* pag. 4, num. 12 inscriptionum Gruteri.

† lib. 19, cap. 8.

† Panulo alt. I, sc. 2.

* Sc. Quis est qui notit.

† sc. ultima.

scalco Stewechio assentio, qui in commentario Arnobiano Lucillii versum è XIV fat. ita apud Nonium * corrigendum putat : *Idem epulo* * in epulum. *cibus, atque epulâ Iovis omnipotentis* : ut nempe utrumque, & *epulo*, & *epula*, sint Latini sive sexti casus. Præit hæc in parte, præter Nonium, Paullus Diaconus, cum scribit, *epulam etiam singulariter antiqui posuere*. Ad quem locum Ios. Scaliger scribit : *Non mirum, cum adjective sumatur. Intelligitur enim dapem, & epule dapes. Sic epula oves Varroni*. Imò & P. Victorius apud Varronem lib. II de R. R. cap. primo, se in omnibus manuscriptis hunc in modum reperisse scribit : *Præterea scire oportet, in grege, quot feminas habeat, quæ parere possunt : quot arietes, quot utriusque generis soboles, quot epule sint alienandæ*. Verum hoc quidem loco cum Ios. Scaligero legendum putô, *quot petilæ, hoc est, exiles, macræ, strigose*; quomodo dixit Lucillius † :

Insignis varis est cruribus, atque petilis.

† lib. 12.
apud Nonium in Petilus.

Quod autem in *epula* καὶ ἐπιγονίαν ad *dapes* respici dixi, id mirum videri non debet. Neque enim verum est discrimen illud Servii, & Isidori, ut *dapes* regum sint, *epula* privatorum. Sanè quàm ficulnâ ratione subnixi hoc scripserint uterque; indicio esto, quòd Servius ipse alibi, *dapes* Deorum, *epulas* hominum esse, tradit.

Rastrum in plurali neutrale genus retinet, quia legere est hi *rastri*, & hæc *rastra*. Non tamen desunt, qui ad *rastrum* ablegandos putent, quot quot *rastra* dicere audent. Sanè Stewechius in Commentario ad secundum Vegetii librum : *Mirum, inquit, in tantâ librorum copiâ, præsertim cum pluribus locis hoc nomen rastra apud Vegetium reperiat, nullum esse, qui aliam scripturam præ se ferat*. Et aliquantò post : *Rastrum Latinis scriptores, non rastra scripsisse, pueris cognitum est*. Exciderat Stewechio isthoc Iuvenalis fat. quindecimâ :

*Ast homini ferrum letale incude nefandâ
Produxisse parum est, cum rastra & sarcula tantum
Adsuæti coquere, & marris, ac vomere lassâ
Nescierint primi gladios excudere fabri.*

Ac similiter Cornelius Celsus apud Nonium : *Omnem rastra & adiungunt, & tollunt*.

Fuit autem *rastri* à *rastrum*, *rastra* à *rastrum*. Gloss. Philoxeni : *Raster*, κλειμα. Grammatici, qui à *claustrum* similiter *claustri* & *claustrum* dici putant, plane errant. Et de genere hæctenus. Accedo ad numerum : ubi ea solum persequar, quæ ἀνωμαλίαν habent. Nam universè de numero satis antea † dictum.

† cap. 4.

C A P V T X X X V I I I .

De anomalia numeri, quâ singularis plura, pluralis singulum notat : & quæ ejus anomalias causa. Anomalia altera , quâ nomen alterutro deficit numero. Inquisitum, an propria, itemque nomina metallorum , frumentorum, ac leguminum, item liquidorum, careant plurali. Æribus. Electri significatio gemina. Electra, orichalca. Virgilius à Cornificio derisus, quia hordea diceret. Avenæ pro frumenti vitio. Cur eas steriles appellet Maro. Pices. Ceras. Horti. Multi, & ejus etymon. Musta ætas, virgo, agna.

Anomalia numeri est duplex. Vna eorum nominum , quæ vel in singulari res plures , vel in plurali rem unam significant. Prioris generis sunt ea, quæ Græcis, ut Priscianus etiam monet, *ᾠληθικὰ*, quasi dicas *comprehensiva* ; vulgo autem Collectiva dicuntur : ut *plebs*, *turba*, *manus*, & alia id genus. Posterioris ordinis sunt *literæ* pro epistola, *ædes* pro domo, & similia. In neutris horum causa deficit *ἀνωμαλίας*. Nam in Collectivis multa quidem signantur ; sed collectim, ut in multitudine appareat unitas. Sic *plebes Romana* est unius urbis plebs : *consularis exercitus* est alterutrius consulis. Utrobique multi sunt ; sed ex multis unum. Materialiter multi ; formaliter unum. Contrà in iis fit, quæ plurali unum quid significant. Nam una quidem epistola est, quæ *literarum* nomine signatur ; sed ea verè multis constat literis. *Rostro* itidem unum erant suggestum ante Curiam Hostiliam. Sed illud ex multarum navium rostris factum fuit. *Gabii*, *Philippi*, *Vei*, primò, ut arbitror, dictum de civibus Gabinis, Philippenfisbus, Veientibus : posteaque Vrbi illud nomen datum, quod populi fuerat, populoque aliud quæsitum. Itaque in prima significatione inest multitudo, ob quam pluraliter efferuntur.

Altera anomalia est eorum, quæ alterutro numero deficiunt. Porrò in horum etiam doctrinà lapsi sæpiusculè Grammatici vetustiores , dum alterutro ea numero spoliant, quæ in utroque invenimus. Verùm eorum errores immane quantum novis erroribus accumularunt novelli Grammatici, partim quòd non cogitarent, quæ alterutro tantùm in numero hodie invenimus, ea, secus quàm ab ipsis fit, non privari altero à vetustioribus, quòd tum extarent iis in scriptis, quæ hodie deperierunt : partim quòd homines exiguæ lectionis sui cæteros similes existimarent , eaque in bonis scriptoribus à nemine lecta opinarentur, quæ ipsi, aut nulli, aut oscitantes legissent. Quare fusiùs hæc de re agere animus est ; utut quidam hæc habeant pro affaniis ; cujusmodi hominum generi jure occinamus isthoc Chæremonis :

Περί

Πεὶν γὰρ Φρονεῖν εἶναι, καὶ Φρονεῖν Πηλίσσασθαι*.

Sed tandem ad id, quod polliciti sumus, gradum promoveamus.

De defectivis numero aliæ sunt regulæ generales; aliæ speciales.

Generales sunt quatuor imprimis. Nam primò nomina propria plurali carere ajunt. Dicendum fuerat ea, si singularis sint numeri, plurali carere, ut *Roma*: sin pluralis fuerint, singulo carere, ut *Athene*. Sed & cum usitatè dicamus, *Tullios*, & *Ciccones*, *Cornelios*, & *Scipiones*, vel *Lentulos*, aliaque gentis ac familiæ nomina, quæ *συνωνύμως* de pluribus dicuntur: talia immeritò verè propriis adjecterunt. Sanè propriè propria non sunt; eoque non mirum, si usitatius in plurali usurpentur, quàm prænominia; cujusmodi sunt *Marcus*, *Cneius*, *Titus*, *Sextus*. Imò nec causam video, cur hæc ipsa minùs in plurali à Latinis possint declinari, quàm à Græcis, *Αινείας*, *Χρύσης*, *Αίας*, ac similia. Certè ut rectè dicunt Græci, *Τῶν δύο Αιάντων*, ἑ μὲν *Τελαμών*, ὁ δὲ *Οἰλέ* παῖς ἐγένετο: ita cum Prisciano † dicere non refugiam, *Duorum* † lib. 17. *Ajacum*, hic *Telamoni*, ille *Oilei filius fuit*. Cui levis est Prisciani auctoritas, is Ovidium audiat: cujus hoc *Amorum* lib. II, eleg. I:

Quid pro me Ajaces alter & alter agent?

Atque ita quoque Suetonius in Augusto cap. c: *Duobus Sextis*, *Pompejo*, & *Appuljo* *coff*. Rectius igitur dixissent, propria rarò utroque in numero pro eadem re declinari.

Altera regula est de nominibus metallorum; ut, *aerum*, *argentum*, *plumbum*. Quæ non aliter, quàm singulo numero usurpem. At si quis universè propterea idem statuatur de metallorum nominibus: næ ille imperitiam suam prodatur. Nam quid pervulgatum magis illo *παραομιώδης*:

— *Quid † distent æra lupinis?*

† Horat. lib. I. epist. 7.

Vbi ærei nummi opponuntur auro Comico ex lupinis facto. Acutiùs enim, puto, quàm veriùs, qui pro *æra* legunt *æra*: vel *æra* deducunt ab recto *ærum*; eò quod in glossis vert. * legatur, *Ærum*, ὄροβ. Vnde & Radulphus Fornerius † in iisdem glossis, ubi *ærum* exponitur εἶδ. σίτη, *ærum*, vel *ærum* putat reponendum. Verùm quicquid de eo sit, saltem controversià caret hoc Lucretii libro II:

— *Pernice choreâ*

Armata in numerum pulsarent æribus æra.

Vf & Maro, Ovidius, Plinius, alii multi. Imò in gignendi casu *Caerum equestrium* dixit; & in dandi casu, *de æribus equestribus*; ut ostendit Priscianus lib. VII. Ejusdem est: *Fundum æribus suis entium possidebant*. Arnobius quoque lib. III ait de Curetibus: *Qui occurrâsse perhibentur Iovis æribus aliquando vagitum*.

Electrum etiam pluralem habet, sive pro succino sumatur, qui flavus

C c c c 2

est

* Antiquam sapientiam didicisti contemnere.

* cap. πρι γινε γινε.
† lib. 3 rerum quotidianarum cap. 30.

est cereique coloris arborum succus, ex pineis arboribus defudans, ac paulatim indurefcens; ut docet Ifidorus lib. XVI, cap. VIII: five accipiatur pro auro, in quo quinta est argenti portio; quomodo *electrum* definit Plinius lib. IV, cap. XVI. Id quò pareat, etfi pofterior tantùm significatio hujus fit loci, utriufque tamen exempla dabo. Ovid. Met. II, fab. III.

Ind: flunt lachrymæ, stillatæque fole rigefcunt

De ramis electra novis, quæ lucidius armis

Excipit, & miribus mittit geftanda Latinis.

Martialis lib. VIII, epigr. LI:

Vera minus flavo radiant electra metallo.

Claudianus lib. I de raptu Proferpinæ:

— In celfas furgunt electra columnas.

Et panegyri de VI confulatu Honorii:

— Totifque flunt electra capitulis.

Sed & *orichalca* legimus, itemque *stanna* apud Vitruvium.

Tertius canon est de rebus è terra nascentibus. Verùm quis nescit, arborum & florum nomina huc minimè pertinere? Quodque ad herbarum vocabula, cur reformidem, *carduos*, *urticas*, *molles malvas*, *allium cicutis nocentius*, & trecenta id genus? Nec propterea *triticism*, *ador*, *siligo*, *ruta*, *hyffopus*, *anethum*, *zingiberi*, *piper*, *cannabis*, & similia quædam, in plurali uturpem. Nempe veterum ubique ufus fpectandus. At par, inquit, ratio in *hordecum*, *avena*, *fœnum*. Minimè verò. Nam ne Apulejum adducere necesse habeam, cujus iftoc *, *In afini faciem fœna rodebamus*: quis nescit Maronem † non refugiffe,

Mox ‡ & frumentis labor additus.

Nec refugit

Grandia fæpe quibus mandavimus hordea fulcis.

Derifus quidem ille etiam fuo ævo, ut fcribit inter alios Cledonius, qui ifthoc Cornificii in eum adducit:

Hordea qui dicit, fupereft ut tritica dicas.

Sed quis non majoris faciat judicium Maronianum, quàm pipilos quorundam pipilonum verè dignorum, qui ipfi omni ævo pipulo differantur? Quare ne in prorsà quidem ita loqui dubitavit Mamertinus in panegyrico, quem vulgò appellant Genethlicum Aurelii Maximiani A. *Rumpunt horrea conditæ melfes, & tamen cultura duplicatur.* Sunt qui de *avena* probatum eant hoc ejuſdem Maronis Ecl. v:

Infelix lolium, & fteriles nafcuntur avenæ.

Ita enim omnes habent codd. manuſcripti: at primo Georg. est,

Infelix lolium, & fteriles dominantur avenæ.

Eodem-

* *extremis*
verbu lib. 3
Met.
† Ecl. 5.
‡ 1 Georg.

Eodemque modo, licet $\alpha\gamma\mu\epsilon\tau\alpha\phi\omicron\rho\alpha\nu$, loquitur Tertullianus cap. 1, lib. III aduersus Praxeam: *Frustra uerunt auenæ Praxeanæ.* Et mox: *Auenæ uerò illæ ubique semen excusserant.* Verùm ex huiusmodi locis non consequitur, quod putarunt. Nam nec Maro, nec Afer ille, habuere in animo auenam, quæ est frumenti genus: sed segetis vitium. Scio, Seruium ad priorem Virgiliti locum scribere, *auenas steriles* dici ad discrimen earum, quæ feruntur. Verùm potiùs crediderim, *auenam* hîc esse, quod Græci *εγίλωπας* uocant; Latini autem *auenas* nominant, quòd spicas habeat barbata, spicis auenæ similes, etsi multò maiores. *Steriles* autem dicuntur, quia meti non possunt, eo quòd grana, quæ in summo sunt, priùs maturescant, quàm quæ in imo. Quare potiùs adducere debuerant illud è primo Georg. *Vere fabis satio.* Sed & idem Ecl. II, & I Georg. papauera, atque alibi usurpat *frumenta, fraga, lupini, absinthia, &c.*

Appuleji quoque est, *In asini faciem scena uodebamus.*

Quartus canon est de liquidis: in quibus *pix & cera* omnes reponunt. Dixit tamen Maro lib. III Georg.

Idæaque pices, & pingues unguine ceras.

Plauti quoque est Pcen. * *Obsecro hercle, ut musta loquitur.* Eodem usus B. Hieronymus ad Gaudentium. *Mella crebrum Maroni.* Apud quem & *defruta* legas in IV Georg. Quin & Naso in quarto & decimo operis, quo in nova corpora mutatas formas, vel potiùs corpora in novas formas mutata cecinit, haut dubitavit scribere †:

Tercentum messes, tercentum musta uidere.

* Act. 1.
Sc. Negotii
sibi qu.
† Met. 14.
sub. 4.

Et lib. III Trist. eleg. x:

*Non hîc pampinea dulcis laet uua sub umbra,
Nec ciuulant altos seruida musta lacus.*

Et lib. II Ponti, eleg. IX:

*Nec dabit intonso jugulum caper hostia Baccho,
Musta sub mandato si pede nulla stuant.*

Poëtæ huic quali succedaneam addo auctoritatem Martialis; cujus illud lib. I, epigr. XIX:

*Quid te, Tucca, iuvat vetulo miscere Falerno
In Vaticanis condita musta cadis?*

Et lib. III, epigr. LXXXII:

Vel cœta fumis musta Massilitanis:

prout veteres codices habent; ubi in vulgatis est *Massilianis*, quod metro repugnat. Et lib. VII, epigr. XXVII:

— *Immodici denu bona musta lacus.*

Item lib. Xeniorum epigr. VIII:

*Imbre plebejas Clusinis pulibus ollas ,
 Et sicut in vacuis dulci musta bibas.*

Est & in carmine Ithyphallico :

Cum capiant alii vix sua musta lacus.

Ac ut Poëtas mittam, est Plinii lib. **XXIII** cap. **I** : *Musta naturales habent differentias has, quod sint candida, a. t nigra, aut inter utrumque, aliaque ex quibus vinum fiat, alia ex quibus passum.*

Fortasse tamen hac in parte ficulno inniti argumento judicabimur, quia *mustum* non fit nomen liquidum : sed adjectivum substantivè positum pro vino multo, hoc est, novo. Quippe satis veritabile est, ut ab ἔρα & est ortus, sive hortus ; ita & à μέρα, quo Græci nomine appellant quicquid novellum est, venire *mostum* sive *mustum*. Itaque non modò *mustum vinum* legimus apud Catonem ; sed & *mustam aciem* dixit Nævius ; itémque *mustam virginem*, teste Nonio. Et Priscianus lib. **VI**. citat Catonem Censorium, de *agnâ mustâ pascendâ*. Sed ut *mustum* propriè non fit liquidum nomen : quid tamen eos hoc jurât, quando ipsi inter liquida reponunt : atque è veteribus etiam plurali spoliabat Diomedes ; idémque antea Probum fecisse, discere est è Prisciano. Sed aliis quoque argumentis comprobemus, liquida non destitui pluralivo. Nisus (ut Charisius ait in primo) eleganter & secundùm consuetudinem dici ait, *mella, vina* ; cum in genera recipiuntur ; ut, *Attica mella, Italica vina*. Servius ad illud Ecl. **V** ; *Grandia sepe quibus mandavimus ordea sulcis* ; scribit hunc in modum : *Ordea usurpativè metri causâ dixit. Nam triticum, vinum, hordeum, mel, numeri tantum singularis sunt. Unde plurali in prosa uti non possumus. Vina tamen possumus dicere, Ciceronis exemplo, qui ait in præturâ : Vina, cæteraque, quæ in Asiâ facile comparantur.* Subjicerem & poëtarum aliquot loca, qui *vina* dixerunt ; ut inter alia hoc Ovidii lib. **IV** de Ponto, eleg. **VII** :

Ipse videt rigido stantia vina gelu.

Sed quia de poëtis non æquè dubitatur, ut vel liquet ex Servii loco proximè adducto : magis ad rem præsentem facit, quòd Cicero in **V** Tusculanarum **Q.** dicat, *Tanquam levia quedam vina nihil valent in aqua.* Imò Plinius in pluralivo flectit *vina, vinorum, vinis* : atque adeò nec *villa* pro *vinis* reformidat lib. **XIV**, cap. **I**. *Defruta* est apud Maronem **IV** Georg.

— *Aus igni pinguis multo
 Defruta.*

CAPVT XXXIX.

De masculinis, quæ pluralivo privant. Adipes, & adipibus. Aëribus. *Αέρων*. Aëra, & æthera, in plurali. Auctumnos. Carceres. Clavi *multipluci significatione*. Cruores. Pulveres. Rores. Sales. Situs.

Neque magis è Grammaticorum plebe quemquam iudicem, aut Nesculam ceperim in regulis specialibus de iis, quæ Charisius Sospiter, atque alii, pluralivo deficere arbitrantur. Etli de plerisque verum est, salibus nonnullis destitui. Vt rectius referantur inter *δὴμιον*, *αἰθῆρα*, & his similia, quàm ea, quæ *ἀδῶς* altero numero carent. Ordinem ab iis, quæ generis sunt virilis.

Adeps interdum pluralem habet. Nam, *adipes tenuare*, est apud Fabium lib. II, cap. XI. Sic Plinius lib. XI, cap. XXXVIII, *adipes detrahare*. Et lib. VIII, cap. XXXVI: *Illi sunt adipes medicaminibus apti*. Imò & Columella non *adipes* modò usurpat*; sed & *adipibus*. Vt lib. VI, cap. II. *Corporatura pecudis operari debet esse nervis & masculis robusta, non adipibus obesa*. * lib. 8. cap. 14.

Aër pluralem habere negat Sospiter. Sed non refugit Lucretius in IV:

Aëribus binis quoniam res consistit utraq̃ue.

Et in V: *Aëribus posse alternis a partibus ire.*

Vitruvius quoque lib. I, cap. I ait: *Novisse oportet aëres locorum, qui sunt salubres aut pestilentes*. & ejusdem libri cap. IV: *Nam semper calor cum excoquit, aëribus firmitatem eripit*. Quæ Græcorum imitatione dicuntur. Nam in pluralivo utitur Plutarchus præceptis de valetudine tuendâ, item in Solone. Estque Hippocratis liber, *αἰτὶ ἀέρων, ὑδάτων, καὶ ἰσχυρῶν*. † De aëribus, aquis & locis.

Aether semper singulare, ut ait Charisius. Illi tamen, qui vixerunt, collapsâ Romani sermone puritate, in plurali utuntur; sed genere neutro. Quod & in *aër* fecere. Nempe cum *aëra*, & *æthera* diceretur accusandi casu more Græco, illi hanc terminationem acceperunt, ut neutrorum pluralium. Fit hoc in illo Marj Victoris Massiliensis †: † in Genesin.

Sed quid id est, quod mundus eras, quod sidera & ortus,

Ætheraque, & virtutem pelagus, terræque videntes,

Ni spectator adest?

Quamquam dicere possis, ut *lampas*, & *lampada*; *hebdomas*, & *hebdomada*, extulere: sic & *aether*, ac *æthera*. At res aperta in illo Bedæ in vita Cutperti:

Claustra diu referans credentibus æthera seclis.

Quem locum & superius*, sed paullo aliter, adduximus. Verùm * cap. 26. *æthera*

æthera est apud Bedam. *Æira* verò similiter in plurali dixit Orientius, ut antea vidimus : item Aldhelmus libro de Virginitate.

Almus à Philippo, & aliis, plurali spoliatur. At quid notius, quàm *almus vites* dicere Maronem I I Georg. *almas Musas* Horatium lib. I I I, od. IV. Quomodo & Cicero in Arato dixit, *Nereides almæ*.

Alvus iidem virile, & semper singulare. Sed Plinii est lib. XI X, cap. V. *Sapor (raphani) asper, & medicamenti instar ad elica. ndus alvos*.

Autumnus & *autumnus*, Φθινόπωρον, μελόπωρον, singulare semper, si Charisio credimus. Verùm Poëtæ pluralem non refugiant. Ita Ovidii est I Met.

Perque hyemes, æstusque, & inæquales autumnos.

Carcer, quando locum, in quo servantur noxii, significamus, tantùm * in An. 5. numero singulari usurpatur, si Servio * credimus : *carceres* autem numero tantum plurali dicimus, unde erumpunt quadrigæ. Verùm non modò in posteriori significatione invenitur in singulari : quomodo Servius agnoscit dixisse Maronem I I I Georg.

Nonne vides, cum præcipiti certamine campum

Corripere, ruuntque effusi carcere currus :

ac similiter Ovidius x Met.

Signa tubâ dederant, cum carcere pronus uterque

Emicat, & summam celeri pede libat arenam.

Imo & Cornificius sive alius ad Herennium lib. IV : *Impudentesque illos dicit esse, qui currere coeperunt, ipse intra carcerem stet, &c.*

Et contra in priori ponitur in pluralivo ; ut apud Senecam, *plenus carceres* : & Iulium Firmicum † : *Carcerum squaloribus premium*. De Mario loquitur.

Cæstus, simplici vocali, muliebre est ornamentum, ac plurali, ut puero, non invenias. *Cæstus*, per diphthongum, pugilum est, ac in plurali est crebrum.

Clavus, εν πορφυρά εοδής, ή ο ήλϞ, masculinum est semper singulare : juxta Charisium lib. I, cap. XVII. At legas *clavos ferreos*, apud Cæf. lib. III belli Gallici : *adamantinos* apud Horat. lib. III, od. XXIV : *caligares*, qui militum, apud Plin. lib. IX, cap. XVIII : *pedum clavos*, apud eundem lib. XXI I, cap. XXI I I, ubi de laesere : *Pedum clavos circumscarificatos ferro*. Itidem narium, de quibus idem lib. XXIV, cap. XIV de Lycio : *In naribus clavos, suppurationes*. In veste item duo clavi. Varro lib. II de Analogia : *Siquis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis*. Livius lib. IX : *Tabernæ circa forum clausæ, lati clavi, annuli aurei positi*.

Cruor τὸ λυθρον, singulo solum numero proferri, Charisii opinio est.

Rectius

Rectius Priscianus in v ait *cruciores* dici. Nam Maronis est iv Æn.

— *Atros siccabat veste cruciores.*

Et Val. Flaccus Argonaut. lib. vii :

Τετρα μibi diros servunt infecta cruciores.

Fumus, τὸ ὄνθ' ὅ, ἢ κὸ πρεγς, eidem Sospatro tantum est singulare: Ac similiter Diomedes, & Phocas.

Fumus etiam duntaxat singulo inveniri, à Charisio monitum, & Phoca. Sed, ut alios mittam, Martialis *fumos* dixit lib. ii, epigr. xc, & lib. iv, ep. v, & lib. xiv, ep. cxviii, item *fumis* lib. iiii, ep. lxxxii.

Genius, ἡ τύχη ἐκάστου, ut Sospater interpretatur, & huic, & Diomedi, & Phocæ, semper est singulare. Verum *genios* & *geniis* legas apud Plautum, Censorinum, Festum, alios.

Iubar itidem plurali destituit, Sospatro monitum, qui σέλας ἡλίου exponit.

Limus etiam, ἡ ἰλύς, Charisio, Diomedi, Phocæ, perpetuò est singulare.

Meridies, ut puto, non faciliè invenias in plurali : sed Naso * sic * *lib. i. A. mor. el. 5.*

Ἐπιφροῖτι :

Proveniant medii sic mihi saepe dies.

Meus semper singulare, ait Sospater : idque quia ex iis fit, quæ videri aut tangi nequeunt. Nec sanè *meium*, aut *meibus* legi puto. Sed Maronis est primo Æn. *Solve meus*. Ac similiter usi Ovidius, Seneca, Silius, Valerius Flaccus.

Mundus, quia unicus est, inter ea referri solet, quæ ob rei naturam carent plurali. Atqui ipsius est Ciceronis in primo de Natura Deorum : *Anaximandri opinio est, innumerabiles esse mundos*. Et post eopse libro : *Infininitatem locorum, innumerabilis ætemque mundorum*. Item postea : *Cui igitur non sexcenta millia esse mundorum, sed innumerabilia ausus es dicere?* Et Lucullo, sive iv Academ. Quæst. *Et ais Democritum dicere innumerabiles esse mundos*. Sed *muliebris mundus* in singulari duntaxat invenias.

Muscus solum singulare Charisio, Diomedi, & Prisciano † : qui † in 6. scribunt ἀύολεξεί †, sic dici *herbam*, quæ in parietibus, vel corticibus arborum hæret. † isdem verbis.

Nemo quid mirum si careat plurali, quando ubi nec est unus, dici nequeant plures? Ut verè ex iis sit, quæ naturà careant plurali, non usu duntaxat.

Pallor solum singulare, juxta Charisium. Nimirum, ut ipse ait, eorum nominum more, quæ videri, aut tangi non possunt. Non dubitavit tamen Lucretius lib. iv dicere :

D d d d

Quæ

Quæ contagæ tuâ palloribus omnia pingunt.

Pulvis Charifius, Diomedes, Phocas, Priscianus, semper ajunt singulare. Dixit tamen Horatius lib. Epodôn od. xvii :

Novendiales dissipare pulveres.

Videtur id non occurrisse Prisciano, quando ait : *Pluraliter non utitur, quia autoritas deficit, cui si collibuisse, quomodo cineres, sic pulveres dicere, nihil impediret.* Nisi scriptorum communem, non Poëtarum usum, respexit.

Rores dixit Cicero 1 de Divin.

Cum primum gelidos rores aurora remittit.

Virgilius 1 Georg.

Certatim largos humeris infundere rores.

Et xii Æn. — *Spargit rapida ungula rores*

Sanguineos, mistâque cruor calcatur arenâ.

Est & apud Horatium, *pluvii que rores*, lib. III, od. III.

Ac Silius quoque lib. iv ait :

— *Tetros è sanguine rores.*

Et lib. vii.

Ungula dispersit rores Phaëtonia Phœbo.

Roribus est apud Columellam, & Plinium : uti & Lucanum in vii :

— *Sanguineis stillavit roribus arbor.*

At *rorum*, vel *rorium*, non puto occurrere apud classicum quemquam.

Sal in plurali inveniri negant, nisi cum *facieras* notat : quâ in sententiâ videtur quoque fuisse Charifius. At Columella lib. vii, cap. viii ait : *Adspergitur caseus tritis salibus, ut exsudet acidum liquorem.* Et cum Paullus IC. similiter usurpat, ut supra lib. 1 de Analogia cap. 24, diximus; tum Impp. Arcadius & Honor. I. si quis II. C. De vectigalibus bis utuntur hac voce. Ammianus quoque ait lib. xxiv. *Diacra invaditur civitas, habitatoribus vacua, frumento & salibus nitidis plena.* Apud Vegetium etiam lib. iv, cap. xi, ter legitur *sales* in antiquis quibusdam codd. ut monuit Godsc. Stewech.

Sanguis singulare semper, ait Charifius, ait Phocas. Causam hanc ait Priscianus in v, quia tam singulariter, quam pluraliter prolatum, idem possit significare. Quod ipsum in *pulvis*, & *pax*, fieri ait. Hebræi verò aliter : & eorum imitatione Hellenistæ. Vnde *sanguinum vir* *, & ,

* Psal. 5, 25, 58, 138, &c.

† Psal. 15, 50, 105, &c.

è *sanguinibus* †, legas apud vulgatum interpretem.

lib. II :

Et validi silices, ac duri robora ferri.

Et lib. I :

— *Silicium suffulta cavernis.*

Ovidius quoque lib. ix Met. *rigidi silices*, & III de Arte.

Sunt

Situs in plurali invenias, sive pro positione sumitur, ut cum *terrarum situs, membrorumve*, dicimus: sive pro squalore, qualis senectutis: ut Ovidio VII Met.

— *Demos Asonis esse situs* —.

Sol plurali privat Charisius. At eo non magis, quam *Luna*, destitui, fidem fecerit hoc Claudiani lib. I, in Eutropium *:

— *Visaque polo concurrere Lunas,*

Et geminos Soles mirari desinat orbis.

Quin, *Soles duos visos*, legimus apud Livium †. Nempe tum *Solis* nomine paralia complectimur. At *soles* pro aestu ac diebus dixere Lucretius, Maro, Horatius, Seneca, Stadius ‡, Claudianus *, & quis non Poëtarum? Nec refugit Arnobius. In dativo etiam usus Iuvenalis sat. v:

— *Ruptaque tandem*

Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti.

Item Horat. lib. I Epist. XXI, *Solibus* aptum. Et ablativo, Epist. V, ait aristam assiduis *solibus* ustam.

Sopor, uáporos, solum singulare, ut ait Sospater.

Terror duntaxat plurale eidem. At *discussis terroribus* est apud Lucretium in IV. Et Cicero ipse ad Att. lib. VI, epist. VII. *Baconius miros terrores ad me attulit Casarianos.*

Timor, ut alia quæ videri, aut tangi nequeunt, singulare duntaxat esse, admonet Sospater. At Lucani est in primo, de Druidis:

— *Quos ille timorum*

Maximus haut urget lethi metus.

Et Statii est in V Thebaidos:

— *Hac dubios lethi precor ire timores.*

Vigor, ut alia, quæ nec videantur, nec tangantur, destitui pluralivo, ait Charisius.

Viscus masculinum caret plurali. At à neutro *viscus* est *viscera*.

Vnus pluralem habere, negat Phocas. Quasi non Terentii sit in Andria †:

Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Et Eunucho ‡:

Aderit unà in unis ædibus.

Item Ciceronis pro lege Manilia: *Ab unis hostium copiis bellum geri*. Dici igitur oportuit, non usurpari in plurali, nisi iis jungatur, quæ aut nunquam, aut raro, numero singulo reperiuntur.

* vers. 7.
† lib. 28. &
29. Ut tres
Soles, lib.
41: plures
Soles, apud
Plinium lib.
2, cap. 31.
‡ lib. 2 Sytu.
Surreuino
Pollii.
* lib. I de
raptu Pro-
serpina vers.
120.

† AB. 4.
sc. 1.

‡ AB. 2.
sc. 3.

C A P V T X L.

De femininis, quæ plurali carere volunt. Arenas dici Cæsar negat : sed usque postea Poëtæ prope omnes. Avaritias, biles, benevolentias, caritates. Manertinis emendatus. Servii d. in. io in. er cervicem, & cervices, refellit. Contagiones, culpas, cutes, elegantias, famas, fugas, gazas. Feria, feriorum. Gloriae, gloriarum, glorias. Halex foris, at halex nunquam habere pluralem. Infanias, inimicitias, iras, luculentias, lues, luces, mortes, obliviones, paupertates, paces, perfidias, pernicies, pestes, pestilentias, plebes, prolum, profapias, quætes, sanctitates, soboles, sortes, spes plurali, sterilitates, taliones, tellures, tulfes, vitas.

A Viriibus venio ad feminina, quæ putantur carere plurali.

lib. 19. c. 8. *Arena*, iudicio ipsius Cæsar in libris de Analogia, quemadmodum Agellius * testatur, virtuosè in plurativo usurpatur. Cæsarique subscribit Cornelius Fronto. Poëticæ igitur licentiæ est, vel mutata paullo post consuetudinis Romanæ, quod *arenas* non refugerit Macrobius II Georg.

— Libyci velit æquoris idem

Discre, quam multæ Zephyro turbentur arene.

Et Horatius lib. III, od. IV :

Tentabo & arentes arenas

Litoris Assyrii via or.

Item Propertius lib. III, eleg. II :

Alter remus aquas, alter tibi radat arenas.

Et eleg. XIII :

Qualis & Eurota Pollux, & Castor arenis.

Et lib. IV, eleg. VI :

Gaude, Crasse, nigras, siquid sapis, inter arenas.

Posteaque Ovidius lib. II Amor. eleg. ult.

Ille potest vacuo furari in litore arenas,

Vxorem stulti quisquis amare potest.

1 vers. 693.

Senecæ etiam est Medea f :

— *Serpens Libycis arenis*

Concidit Mopsus.

Quid cæteros persequar ?

Avaritia, aliæque vitiorum nomina, spoliant plurali. Est tamen Ciceronis lib. IV de Fin. bon. & mal. *Nec enim omnes avaritias, si æquè avaritias esse dixerimus, sequitur etiam, ut æquas esse dicamus.*

Barba,

Barba, ὁ πῶγων, femininum semper singulare, ut ait Charisius in primo. Nempe hoc vult, in homine *barbam*; in hircis dici *barbas*. Sed sententiam hanc ipse refellit Charisius: cujus verba adducam in femininis pluralibus, cum de voce dicam *barbarum*.

Benevolentias civitatis individuas exhibere: apud Arnobium legas lib. vi.

Bilis pluralem usurpat Plinius lib. xx, cap. ix: *Biles detrudere non percoctam putant*. De brassica sermo.

Caritates dixit lib. i de Off. *Omnes omnium caritates patria una complexa est*. Ejusque exemplo Claudianus Mamertinus gratiarum actione, quam dixit Iuliano A. *Ceterorum*, inquit, *regum atque Imperatorum caritates admodum raræ, nec unquam diuturnæ fuerunt: in summis enim hominum habitare peccatoribus, subitâ & fortunatâ benevolentia provocatæ, non virtutum admiratione devinctæ*. Vbi pro *fortunata*, non quidem *forte nata*, ut viro longè doctissimo in auctario philologico * vitium fuit: sed *cap. 27. fortunata* legendum arbitror.

Cervix pro colli parte posteriori dicitur tantum singulare: plurale autem pro contumacia. Servius in illud ii Æn.

Ergo age, chære pater, cervici imponere nostræ.

Cervix, cum numero singulari dicitur, collum significat: si plurali utimur, *superbiam ostendimus*. Vt in Verrem: *Frangere cervices*. Locus is Tullii est Verrinâ quintâ. Ac hodièque ita est in veteribus codd. ubi vulgò *cervicem* legas. Prius malim. Cæterum distinctio illa Servii non est assis. Quippe, ut Varro †, & Fabius ‡ docent, primus Hortensius, † lib. 7 c. 9
de l. l.
‡ lib. 8, c. 3-
puta in prosa, *cervicem* dicere ausus est, cum ante semper dicerent *cervices*, sive pro colli parte, sive pro fastu poneretur. Sanè apud Tullium, (ut Catonem & alios, qui antea scripsere prosa, omittam) non nisi plurali invenias.

Contagio privant plurali. At Ciceronis est lib. i de Off. *Contagiones malorum, que ab uno profectæ, manant latius*: lib. ii de Officiis: *Etiam reliquam Græciam evertit contagionibus malorum, que à Lacedæmoniis profectæ, manarunt latius*.

Culpa, ut est apud Charisium, & Diomedem in primo, tantum singulare est. Verum Ciceronis est Verr. vii: *In hoc uno omnes inesse culpas*. Aufonius quoque de suis scriptis:

Palmas, non culpas esse putabo meas.

Vbi *palmas* vocat laudabilia, sive præclare dicta: *culpas* verò ἀσθένεις, sive ea, quibus, ut loquitur Persius, nigrum possis præfigere Theta. Idem ad Theodosium Aug.

Inque tuis culpis tu tibi da veniam.

Cutibus legimus apud Cælium Aurelium lib. i ἡρωίων cap. iv:

Abactum tamen cutibus ad cerebrum, & ejus membranas revocat. Item Arnobius extremo libro secundo : *Pelliculus relevatus, & cutibus.*

Elegantia plurali carere, ait Charisius, & cum eo Diomedes. Quare, si iis standum, non liceat dicere *sermonis Veneres, & elegantias.*

Eloquentia non habere pluralem, ab iisdem proditum est. Quibus hac parte facilius accessero.

Fama nunc omnes penè spoliant plurativo. Plauti etiam tamen est Trinummo : *Famas ferunt.* Sallustius etiam non reformidavit *famas.* Ut cujus sit, *Æqui boni famas petiit.* Cujus imitatione Arnobius ait lib. VII : *Inhonestas vos famas adungere Diis vestris.* Multoque antè Aruntius dixit, *Ingentes esse famas de Regulo.* Non tamen temere hæc vox usurpanda. Nam & M. Seneca epist. 114, Aruntium eo nomine damnat, quòd confectaretur istiusmodi, quæ apud Sallustium rara sunt.

Fames etiam tam à Charisio, quàm Phoca, reponitur inter ea, quæ nonnisi singuli sunt numeri. Martialis divites, quòd sportulà tenui esurire cogerent, *fames* appellat lib. III, epigr. VII.

Quid cogitatis, ô fames amicorum?

Quamquam huic fortasse loco magnopere nitendum non sit, cum & *fames* singuli numeri esse possit, ut sit simile isti, *Sanguis erant lachrymæ* : & illi ; *Domus antra fuerunt.* Nam *domus* hic singulare esse, ostendimus, cum de modulo syllabarum ageremus.

Fides Sospitro semper singulare, non pro Dea modò, memoratæ, præter alios, Ciceroni lib. II de Legg. & Plinio lib. II, cap. VII ; sed etiam, cum communiter accipitur. At pro genere citharæ usitatum est in plurali *fides, & fidibus.*

Fuga etfi singulare semper Charisio videatur, Tacitus tamen non refugit, *Fugas, & exilia.*

Imò Maronis quoque est v *Æneid.*

Impediunt, texuntque fugas.

Galla, ñ xñxis, semper singulare, juxta eundem Charisium, ac Diomedem.

Gaza Tullius, Livius, & ejus temporis scriptores, semper singulari utuntur. At Lucanus lib. II. *Eoasque premunt tentoria gazas.* Et Seneca in Hercule Oeteo * :

Cupit hic gazis implere famem.

† vers. 166. Et Hercule Furente † :

Componit opes gazis inhians.

Claudiani quoque de nuptiis Honorii est *Nobiles gazæ.*

Imò nec refugiunt, qui prosà scripsere. Iustinus lib. XXXVI : *Atticalisque gazas hereditarias populi Romani navibus impostas Romam deportavit.*

vii. Arnobius lib. iv : *Quorum gavis fuerat locupletatus*. Posterioris ævi scriptores ne quidem *gaza gazorum* reformidant. Nam Corripi est, Africani Grammatici, lib. iv de laudibus Iustini Augusti Iunioris :

Gravior Augusti servans pia gaza sacelli.

Sed hoc non magis imitandum, quàm cum *feria feriorum* dixere : unde eodem libro legere est :

Quos illic ludos, quæ feria vulgus habebat.

Gloria qui tantùm singulare esse tradiderunt, facillè refelluntur illo Ciceronis pro Plancio : *Honorum gradus sicutis hominibus, & infimis, sunt pares, gloriæ dispares*. Similiter dixerat Plautus Truculento * : *Ita sunt gloriæ meretricum*. Et Milite † : *Hominem gloriarum pleniorum*. Exemplum etiam secutus Tacitus in III Annalium : *Memorare veteres Gallorum glorias*. Et Gellius lib. i, cap. ii : *Has ille inanes cum flaret glorias*. Ut mittam, qui postea vixere : in his Eumenium, qui in Panegyrico ait, *Gloriarum templa constituere*.

* *lib. 4. §. 5.*
Bitea &
lutea.
† *act. 1. §. 1.*

Halex, & *halec*, quorum illud muliebre, hoc neutrum, utrùm habeant pluralem, quæri solet. Mihi sic videtur, si *halex* etiam piscem notat, nihil causæ esse, quo minùs *haleces* dicamus. Idem visum Cæsari Scaligero, qui Exercitatione ccxxvi, sect. ii, sic loquitur : *Ad insulam maris Bælici, halecum ingentem capi vim, qui ab illis Selgi, à Gallis Haran nominantur*. Sed nec rectè dictum videtur, *halecum*, qui, nisi ἰσὺνθισιν pisces respexerit : nec verum puto, quod *harengos* nostros veterum esse *halecem* existimat. Pluralem nec refugit Ericius Cordus : sed hoc nomine ab aliis culpatus : unde ipse lib. ii Epigr. ad Sextum :

Quod tres haleces dixi, me, Sexte, reprendis.

Credo, qui culpærent, Charisii auctoritate se tuebantur ; cui *allex*, (id exponit ἰχθὺς πτεροειχμὲν & †) est neutrum semper singulare : uti *alec* Diomedii. Verùm *alex* pro pisce est femininum, ut è Martiale * constat : *halec* pro muria, ac liquore gari, neutrum est, ac plurali destituitur, ut pleraque alia liquidorum nomina ; velut, *lac*, *acetum*, *oleum*, *butyrum*, & similia.

† *piscis sub maceratus.*
* *lib. 11.*
ep. 28.

Hara, σφιδός, semper singulare ait Charisius. Sed de anserum haris sic Varro lib. iii de R. R. cap. x. *Faciundum haras quadratas*. Et mox : *Cum sunt inclusi in haras*. Et Columella lib. viii, cap. xiv : *Sub porticibus quadratæ haræ exstruuntur*.

Impuritie. Plauti est Persa act. iii, sc. iii :

— *Trecentis versibus*

Tuas loqui impuritas nemo potest.

Quemadmodum nec idem *infamias* refugit eadem comœdia act.

iii, sc. i :

Nam

*Nam si ad paupertatem admigrans infamie,
Gravior paupertas fit, fides si blestior.*

Inertia plurali caret, juxta Charisium.

Sc. Foras,
foras, lum-
brice.

Insania item, eodem auctore. Plautus tamen ait in *Aulularia* * :

Larvæ hunc, atque intemprie, insani, que agitata senem.

Inimicitia similiter carere eo numero, arbitrantur. Verum ipse est Ciceronis pro Rabirio Posthumo : *Nec me poenitet mortales inimicium, sempiternas amicitias habere.*

† Andr. aët.
3, s. 4.

Ira, *iraem*, *iras*, crebra sunt Maroni : notumque Terentii † illud :

Amantium iræ amoris redintegratio est.

Qui & alibi usus. Ac Livius quoque lib. XL dixit, *destragere iras.*

Iustitie, & *justitias*, frequens admodum est Scripturarum interpreti, & Ecclesiasticis scriptoribus. At non purè locutis. Vnde Charisius semper ait singulare.

Labes, ὄλιθ, non modò idem Charisius ; sed Diomedes etiam, ac Phocas, censent carere plurali. At Ciceronis est in III de Officiis : *Hunc tu quas conscientie labes in animo censes habuisse ? que vulnera ? Imitatus id quoque Arnobius lib. II : Quid fornicarum, & vermium genera in varias labes pernicieque nascuntia ?* Et lib. IV : *Quas labes flagitiorum.* Etiam Gellius usus lib. I, cap. II, & Symmachus lib. VI, ep. VII.

Luculentias verborum dixit Arnobius lib. III.

Luces plurali apud classicos non memini me legere. Sed Prudentii est in passione Laurentii hymn. II :

Et confer alternas lues.

Lux semper singulare, ut ait Charisius in I, ac Phocas in Arte: Verùm *lucēs* apud Sallustium legi, ait Sergius in Edict. II Donati. Similiter Naso VI Fast.

Post septem lucēs Iunius actus erit.

Et lib. II de Ponto, eleg. I :

Tu mihi narraſti, cum multis lucibus ante

Fuderit assiduas nubilus auster aquas.

Et Horatius lib. IV Carm. od. ult.

Nosque & profectis lucibus, & sacris.

Item Martialis lib. X, epigr. LXXII :

Alba leone flammeo calent lucēs.

‡ hymno in
Dianam.
item in Ce-
rere.

* carm. de
cama Bero-
nces.

Quamquam hæc fortasse Charisio non adverbantur, quia *lux*, cum semper singulare, τὸ φῶς interpretatur. At locis memoratis *lucēs*, & *lucibus*, ponitur pro diebus : quomodo & Callimachus † φῶρα usurpat ; Catullus * *lamina*. At Appulei est lib. de Mundo, ubi de Cometis loquitur. *Plerumque lucēs iste repentino oræ, statim occidunt.*

Memo-

Memoriarum veterum libros apud Agellium legas lib. v, cap. v. Vfus & Vitruvius.

Mæstia eidem Charifio femper fingulare.

Mors à multis ejuſdem farinae creditur. At hoc in plurativo admodum eſt frequens, Sylvulam locorum accipe. Ovid. lib. xii *Metamorph.* * — *Totidemque videntur,* † ſub. 10.

Quot vniunt fluctus, ruere atque irrumperè mortes.

Lucanus lib. vii, *tot mortibus.* Et lib. ix, *Libyæ mortes.* Et, — *Parvo cum vulnere mortes.* Item,

— *Medio poſuiſti limite mortes.*

Similiter Silius lib. v, *quas mortes.* Et xiv, *mortisque, fugæque.* Statius † *Genethliaco* Lucani :

Securae procul hinc abiit mortes. † lib. 2
Sylv.

Iuvenal. ſat. i : *Hinc ſubita mortes, atque inſeſtata ſenectus.*

Martialis lib. i, epigr. c :

Mortes hoc tibi quatuor d. derunt.

Lib. iii, epigr. lxiv :

Blandaſque mortes, gaudiūque crudele.

Et epigr. xciii :

Gaudes ducentas nuptiarum poſt mortes.

Claudianus lib. de bello Gildonico † :

— *Es crebras corrupto ſidere mortes.* † verſ. 40.

Auſonius Epigram. ii :

Quam grandes parvo patitur ſub vulnere mortes.

Et eodem : *Coniungit mortes una ſagitta duas.*

Et ne tantum Poetas in medium adducamus, ipſius Ciceronis eſt lib. ii de Finibus : *Præclarae mortes ſunt imperatoriae.* Et Valer. Max. lib. ix, cap. xii : *Sunt & externæ mortes dignæ annotari ; ſive, ut in aliis codd. eſt, admiratione.* Et Petronii, *Mille jam moribus frigida.* Similiter Tacitus lib. xi annal. *Multaſque mortes juffu Meſſallinae paratas.* Et lib. xiv Annal. *Plerique liberorum ac parentum mortes deſebant.* Et paullo poſt : *Sequuntur virorum illuſtrium mortes, Domitii Aſri, & M. S. rutili.* Et xvi Annal. *Obitas pro Rep. mortes.* Item primo Hiſtor. *Et laudatis antiquorum moribus pares exitus.* Et ii Hiſtor. *Vnde crebrae in vulgus mortes.* Et iii Hiſtor. *Omni imagine mortium.* Plinii quoque eſt lib. vii, cap. xliii : *Incuſatae filiorum mortes.* Item lib. xxxix, cap. i : *Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt.* Iuſtinus lib. xii : *Cognitis moribus duorum annulorum regum.* Appulejus Apolog. *Crebrae mortes imperatorum.* Vegetius lib. iv, cap. xlv : *Iner tanta mortium genera, qui acerbiffimus caſus eſt, abſumenda piſcibus inſepulta ſunt corpora.*

Eeee

Nec

Nec ignoravere hoc scriptores Ecclesiastici. Est enim Tertulliani libro de Anima cap. LVII : *Immanus & atroces efficit mortes.* Sulpitius Severus similiter lib. II Historiæ sacræ : *Quin & novæ mortes excogitatae.* Fulgentius lib. de incarnatione & gratiâ Iesu Christi, cap. ultimo : *Cum innumerabiles infidelium mortes obsistant.* Et Iornandes, cujus illud de Gothis : *Martem semper asperriam placavere cultura. nam victimæ ejus mortes fuerunt captivorum.* Hæc tam multa, penè ex omni scriptorum genere, adferenda duxi, ut tandem eos ineptiarum pudeat, qui seculo hoc non aliud norunt, quàm antecedentium errores suis illinere libellis. Sed ad alia adeamus.

Obliviones lividas est apud Horatium in quarto odarum. Sed multò usitatius pro eo est *oblivia*.

Opem pro viribus solum plurale ajunt. At Sallustii est in conjuratione Catilinaria : *Quo mihi rectius esse videtur ingenii, quam virium opibus gloriam querere.* Itaque *opis* seu *opes* pro virtute ac viribus utrumque numerum agnoscit. At *opis* pro auxilio, ut observavit Atteius Philologus, Sallustii præceptor, tantum singulare est : *opes* pro divitiis tantum plurale. Vide & quæ de *opum* vocabulo dicam in femininis pluralibus.

Olivitas singulare quidem Varroni lib. I de R. R. cap. LX, & Inglorio, sive *ὄλιτος*, apud Nonium. Sed Columellæ est lib. I, cap. I : *Largissimis olivitatibus, Liberique vindemiis exuberent.*

Paupertates dixit Varro lib. I de vita pop. Rom. *Quid inter hos Ioves intersit, & eos, qui ex marmore, ebore, auro, nunc fiunt, patet animo advertere, & horum temporum divitias, & illorum paupertates.* Seneca epist. LXXXVII. *Ex malis bonum non fit : ex multis paupertatibus divitiæ fiunt : ergo divitiæ bonum non sunt.*

Pax semper singulare, juxta Charisium in I, Diomedem in I, Phocam in Arte. Sed *paces* apud Plautum non semel invenias. Ut Persâ act. V; sc. I.

Hostibus victis, civibus salvis, re placidâ, pacibus perfectis.

Item Rudente act. I, sc. ult.

Qui sunt, qui à patronâ paces meâ expetessunt.

Itidem Lucretius lib. V dixit, *Ventorum paces.* Cui geminum apud Virgil. I G. *Ventorum prælia.* Horatii est lib. I, epist. III :

Bella quis, & paces longum diffundit in ævum.

Et lib. II ad Augustum :

Hoc paces habuere bonæ —

Sergius quoque in secundam editionem Donati ait, nec Sallustium *paces* reformidare. Sed verba ejus non ponit. Credo signat illud in Iugur-

Iugurthinâ : *Leges, jura, judicia, bella, atque paces, postremo divina & humana omnia penes paucos erant.* Item verba illa, quæ Cleonius ex Sallustio adducit, *Bella atque paces exercebant.*

Perfidia solum singulare, juxta Charisium. Plautus tamen *perfidias* non refugit.

Pernicies in plurali dicere ausus Arnobius in II : cujus verba paullo ante in *Labes* adduximus.

Pestes, aut *pestilentias*, barbarum esse, docent. Atqui (ut de Tertuliano taceam, qui lib. I adversus Marcionem dixit : *Pestibus, aliisque plagis creatoris* : quique lib. de Spectaculis, utrumque, & *pestes, & pestilentias*, usurpat) Columellæ quoque est, *In morbis, & pestibus.* Agellius item lib. I, cap. II ait, *Animorum labes, & pestilentias.* Est & apud Ciceronem lib. V, epist. VIIII : *Sed quedam pestes hominum laude alienâ dolentium.* Et orat. pro Sylla : *Illis inclusis in Rep. pestibus.* Item ex veteri poeta Quæst. Tusc. II :

Perge, aude nate, illachryma patris pestibus : .

Miserere, genes nostras flebunt miseras.

Item apud Senecam in Medea * :

Pestes vocat, quasiamque ferventi crem

Arena Libyæ.

Item,

Æmonius illas contulit pestes Athos.

Etiâ apud Senecam philosophum habes præfatione libri III quæst. Nat. *Non minores fuere pestes mortalium, quam inundatio.*

Vtitur & Staius Papinius Soteriis pro Rutilio Gallico :

Donec letiferas vario medicamine pestes,

Et suspecta mali ruperunt nubila somni.

Itemque Silius lib. quartodecimo :

Et posuere avidæ mortis contagia pestes.

Atque hic etiâ locus, uti & ille è Columella antea adductus, validdè facit contra Obertum Giffanium; qui in indice Lucretiano scribit, *pestem* barbarè usurpari pro morbo pestilentie. Vfus denique Claudianus lib. III de raptu Proserp. † *Innumera pestes Erebi.* Item Prudentius in passione Laurentii, hymn. II.

Committre formas pestium.

Philosophias non didici, est apud Gellium lib. IV, cap. I, & *Democrius philosophias docuit*, apud eundem lib. V, cap. III.

Pigritia, ðxvϞ, plurali caret, ut ait Sospater.

Pituitas pecorum sanare, dixit Plin. lib. XXV, cap. V.

Plebs ajunt carere plurali. Attamen *plebes urbanae* legas L. III Cod.

De feriis. Et Columella de apibus agens lib. ix, cap. xi ait, *duas vel tres alveorum plebes.*

Probum à proles dici, ait Capella in tertio.

Profapias dixit Cato. Vtcunque Charisius in i, neget habere pluralem, & cum eo Diomedes in i. Locus Catonis est in primo Originum: ubi eum *veteres profapias* dixisse ait Nonius: ut quidem habet vetus Mediolanensis editio anni c10 10, & Aldina an. c10 10 xiiii, & aliæ ante Mercerianam, quæ *profapia* habet: quomodo & in nostris est membranis.

* *vers.* 405.

Quæres ferarum, pro latibulis, apud Lucretium exstat in v. *

Rabies, ἡ λύσσα, caret plurali, ut Charisio monitum, & Diomedes in i.

Salubritates dixit Cenlorinus de die Natali cap. xviii: *Quod in eo* (anno Chaldaico) *dixit tempestates, frugumque provenus, ac sterilitates, item morbos salubritatesque provenire.* Scio, vocem *salubritatesque* abesse ab editione tum Eliæ Vineti, tum Ludovici Carrionis. Sed exstat in MSSis. Atque habet quoque Scaliger de Emendat. temporum lib. ii, cap. De periodo Chaldæorum Alexandria. Adde, quod hoc loco elegantem ἀντίθεσιν efficit. Nempe eos, qui præteriere, novitas vocis offendit: cum deterior non sit, quam *valetudines*: quo utitur idem cap. xv.

† *vers.* 51.
Sed Heb. aut.
psal. 18.

Salutes tamen non reperio, præterquam apud Ecclesiasticos. Vt vulgatum interpretem Psalm. xvii †: *Magnificans salutes Regis sui.* Quod imitari non dubitat Marfilii Ficinus. Nec *salutes* modo, sed etiam *salutibus* dicit. Sed aliter classici. Quare Charisium audio, qui negat habere pluralem.

Sanctitas quoque singulo tantum numero usurpem. Etsi apud Arnobium legam lib. v: *Sanctitates querere atque efficere.* Cujusmodi apud eum plura reperias.

Sanies, ὁ λύθος, pluralem non habere, testes Sosipater, & Diomedes.

Sapientia similiter eo numero carere, idem Sosipater auctor est.

Segnitia item.

Situs quoque. De quo & Phocas auctor.

Soboles eodem numero privant. Sed Ciceronis est in iii de Legg. *Censores populi ævitates, soboles, familias, pecuniasque censendo.* Columella lib. v, cap. vi: *Nemo jam serit ex samara, sed ex sobolibus. Samarum* vocat semen ulmi: *soboles*, ramulos novellos. Idem lib. ix, cap. xiv de apibus: *Ne novæ soboles diffugiant.* Nec *sobolibus* idem refugit. Gellius quoque lib. xix, cap. xii: *Soboles vitium revellentem.*

Socordia plurali carere, autores Sosipater, & Diomedes.

Sors non solum pro Dea fortis, quæ Plinio memorata lib. ii, cap. vii; sed

sed etiam cum pro sortitione ponitur, ac presè pro patrimonio sumitur, unde *consortes* * dicimur, creditur carere plurali: quem tum habere duntaxat putatur, cum de sacris sortibus, Deorumque oraculis, est sermo. Sed enim pro sortitione etiam Tullius plurali usus in 11 de Divinat. *Dicendum videtur putas de sortibus. Quid enim fors est? Idem prope modum, quod micære, quod talos jacere.*

Spes verò quòd pluralivo etiam fraudent Grammatici, nescio quid iis in mentem venerit. Vsq̄ue aded multa iis obducere possumus. Certè Plauti est Epid. †

— *Neque, ubi meas colloceam spes,*

Habeo usquam munitionum locum.

Ac Curcul. †

— *Vbi sum spes mea?*

Terent. Adolph. * *In quo nostræ spes opesque omnes sitæ erant.* Ciceronis Catil. III: *Omnes Cæcilie copias, omnes spes atque opes: sive, ut in aliis libris est, spes, opesque.* Et orat. pro T. Annio Milone: *O frustra suscepti mei labores! ô spes fallaces! ô cogitationes inanes meæ! Sallustius quoque: Sin reticeat, non saluti fore; sed se, suaque spes, corrupturum.* Horatii est epist. v, lib. I. *Spes jubet esse ratas.*

† *Act. 4.*
8c. *Si quid est hominis miseriarum.*

† *Act. 2. sc.*
Dare vram mihi.

* *Act. 3.*
sc. 2.

Item epist. xviii ad Lollium:

Cum pulchris tunicis sumet nova consilia, & spes.

Ovidius Met. ix, fab. xi:

— *Et fecit spes nostras cetera caducas?*

Etiam lib. xiii Met. fab. i:

Per spes nunc socias, castraque moenia Troium.

Et Petronius: *Spes quoque suas ambitione donant.* Et Quintilianus †:

O mobiles miserorum spes! Tacitus lib. ii Annal. *Si quos spes meæ, si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga viventem movebat.* Lib. iiii:

Donec m. die l'isoni spes. Item: *Sic coniberi pravæ aliorum spes rebatur.*

Præterea Plinii lib. I, epist. xxi: *Ne spes nostras, si modo non essent inanes, voluntariâ morte desereret.* Et Arnobii lib. I: *Inductæ in spes castas:*

Item: *Spes vanissimas polliceri.* Item, *In tuto esse spes suas.* Lib. II, *Spes bonas.* Item, *Permittamus spes nostras:* atque alibi sæpius. Vegetio quoque eam vocem restituit Stewechius lib. iv, cap. ix. Mitto, quòd Pierius apud Maronem sexto Æneidos, ubi in vulgatis est, — *Per spem surgentis Iuli;* in antiquis omnibus exemplaribus, quotquot nactus fuisset, *spes* legi testatur. Cautius alii, qui solo genitivo, dativo, & ablativo pluralivi, privant. Nec de genitivo habeo, quod obducam. Sed ablativum usurpat Varro in satyra Menippea *ὄν λύρον,*

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Quibus suam deleitet ipse amasiam,

apud Nonium in *Lactare*:

Et aviditatem speribus lactes suis.

Nam *speribus* est *spebus*, à recto *speres* : quo usus Ennius Annali 1, apud Festum in *Speres* :

• al. simul :
quod magis
placet.

*Et semel * effugit speres ita funditus nostras.*

Item XVI Annal.

Spero, si speres quicquam prodesse potest.

Nec *speribus* tantum, sed etiam *spebus* legitur : attamen apud scriptorem haut classicum, Sidonium : cujus hoc lib. III, epist. VI : *Simul & animorum spebus erectis fas est de cetero sperare meliora.* Quare veniam meretur Vincentius Obsopœus, qui, ejus fortasse exemplo, *spebus* usurpat, Hermotimum transferens Luciani. Vti & doctissimus Leunclavius, qui in primo Zosimi libro, πάντων ἀνθρώπων ἰστοίσι, vertit, *universorum hominum spebus.* *Stulticia* singulare semper, juxta Charisium. Sed si Plautus *insanias* usurpat, credo nec *stulticias* refugisset.

Sterilitates Cenforini est cap. XVII. Verba ejus in *Salubritates* posuimus.

Supellex plurali carere, ait Diomedes. Nec repugnat, quòd *supellectilia* dicamus. Est enim hoc à recto *supellectile*.

Tabes quoque, ἡ τικεδών, semper singulare : ut est apud Charisium, & Phocam.

Taliones, imò & *talionum*, est apud Gellium lib. XX, cap. I.

Tellures de diversis continentibus, uti de Asia, & Europa, dici, colligo ex Cornelio Gallo, eo qui Virgilio celebratur Ecl. X. Hujus enim est pentameter iste : *Pro tellures dividit annue duas.*

Gallo tribuit Vibius Sequester libro de Fluminibus in *Hispanis*.

Terra Charisius spoliatur plurali : sed cum pro toto ponitur elemento ; non pro regione ; quomodo dicimus *orbis terrarum*, vel *locum terrarum ultimum*.

Tusses Plinii est lib. XXII, cap. XXV : *Contra deploratas tusses.* Et lib. XXIII, cap. II, *tusses veteres.* Item lib. XXIV, cap. VIII : *Semen juniperi tusses concoquit, & duritias.* Et lib. XXVIII, cap. IV : *Supini cubitus oculis conducunt, ac prona tussibus.*

Valetudines legas apud Cenforinum cap. XV : *Hippocrates quoque, alique medici, in corporum valetudinibus non aliud ostendunt.* Eodem Tacitus utitur lib. VI Annal. ac III Histor. & Tertullianus lib. ad Scapulam.

Vecordia semper singulare, teste Charisio.

Velocitas quoque, juxta eundem.

Vis etiam, eodem auctore. Sed Varronem pluralivo *he vis* dixisse, testis est Probus in Catholicis. De Lucretio, & Sallustio idem ostendam, cap. XLVII.

Vide

Vite admodum frequens. Maro IV Georg.

Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Idem VI Æn.

Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas

Admoneat volitare.

Et paullo pōst :

— *Vitæque, & crimina discit.*

Terent. Adolph. *

Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium

Inbeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.

* *Al. 3,*
sc. 3. in aliis
4.

Cicero etiam sæpius usus. Vt I de Natura Deorum : *Deus hominum commoda vitæque tuetur.* In Lælio : *Serpit per omnium vitas amicitia.* Et IV de Fin. *Duarum vitarum nobis erunt instituta capienda. Quid Appulejum dicam ? Cujus est hoc lib. XI : Nam in eorum vitas, quorum sibi servitium Deæ nostræ majestas vindicavit, non habet locum casus infestus.* Sed imprimis illustrem ea de voce locum reperi Gregorii Turonensis præfatione in librum suum de vita Patrum : *Queritur, inquit, à quibusdam, utrum vitam Sanctorum, an vitas dicere debeamus. Aulus Gellius autem, & complures alii, Philosophorum vitas dicere voluerunt. Nam Plinius aut, in tertio artis Grammaticæ libro, ait, Vitas antiqui cuiuscumque nostrum dixerunt : sed Grammatici pluralem non putant habere. Qui locus Grammaticorum errorem satis refellit, etsi & eos sequi maluerit Turonensis.*

C A P V T X L I.

De neutris, quæ spoliant plurali. Ævis. Cœlus. An cœli in plurali profa oratio admittat. Nefantia pro nefanda. Luta. Macella. Murmura. Sola. Solia.

Idem neutra multa in pluralivo inveniuntur, contrà quàm existimarunt.

Ævum plurali spoliat Phocas in Arte. At dixit Ovidius lib. I de Ponto, eleg. IV :

Persequar ut cunctos, nulli datus omnibus ævis

Tam procul à patria est, horridiorve locus.

Et II Met.

— *Es ævis*

Omnibus ut maneat.

Plinius lib. XIV, cap. I : *Tot ævis incorruptum.* Et lib. XXXV, cap. XIV : *Parices, quos appellant formaceos, ævis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus.*

Allec, ut est apud Diomedem; five, ut apud Charisium, allec, iisdem aucto-

auctoribus, semper est neutrum singulare. Sed puto, Charisium scripsisse *hallex*. Hoc colligo ex ordine literarum, quem in talibus servat. Vtrum verò in plurali *halices*, vel *halica*, liceat dicere, postea videbimus.

Allium singulare semper Diomedes in 1. Quasi non dixerit Maro Ecl. 11. *Allia, serpyllumq; e, herbas contundit olentes.*

Altum pro mari pluralitè usus Maro 11 Æn. *Tranquilla per alta.* Quid mirum? cum natura sit adjectivum, & ut in *altum* intelligitur *mare*, ita *maria* vel *æquora*, in *alta*.

Barabrum semper singulare, ut tradit Charisius. Similiter Diomedes in primo, ubi dicitur esse *locus apud inferos; proprie autem apud Athenienses, in quem noxii precipitabantur.*

Callum, ò τὸ καλόν, semper esse singulare, idem ait Charisius.

Cæli dicere in pluralivo vix autem, quia poetica licentiâ à Lucretio * dictum puto lib. 11 :

* vers.
1095.

Quis pariter cælos omnes convertere.

† apud A-
gelium lib.
19. cap. 8.

Certè ut de Charisio taceam, qui ait, semper esse singulare; ipse Cæsar † scripsit *cælum* ex iis esse, quæ carent numero multitudinis. Cicero quoque idem sensisse videtur; cujus isthoc lib. 1x, epist. ad Pætum: *Ille vero te putabat quæsiturum, unum cælum esset, an innumerabilia.* Nam si *cæli* dici putasset, fortasse dixisset *innumerabiles*. Est autem *cæli* à singulari *cælus*; quomodo antiqui locuti, sive Deum intelligerent, sive locum: ut ostendimus superius †.

‡ cap. 37.

Cænum semper singulare: ut est apud Diomedem in primo, & Phocam in Arte.

Croci plurali caret, ut ait Diomedes lib. 1. Nempe à *crocus* est *croci*, ut apud Ovid. 1v Fast. *Ipsa crocos tenues.* Item Iuvenalem. Sed à *crocum* non est *croca*.

Fas, & *nefas*, videntur olim habuisse pluralem. Lucilius:

Tantalus qui pernas ob facta nefantia luvit.

Vbi *luvit*, pro *lavit*, ut pro *pluit*, *pluvit*, unde *pluvia*: *fluvit*, pro *fluxit*, unde *fluvius*. At *nefantia* à *nefans*, quod postea *nefas*: ut *pregnas*, & *pregnans*.

Gaudium etiam in iis, quæ nec videri, nec tangi possunt, à Charisio reponatur; atque istiusmodi carere dicat plurali, hunc tamen habere ipse agnoscit, propter illud Maronis *:

* Æn. 4.

Laiome tacitum pertentant gaudia pectus.

Gela, ò γέλα, tantum singulare, teste Charisio.

† apud Suetonium de
claris Rhetoribus.

Ingenium semper singulare, juxta Diomedem in primo. Verum Cicero dixit *ingenua*, *ingeniorum*, *ingenus*. Vt pro C. Cornelio: *O ingenia metuenda!* Et epist. ad M. Titinium †: *Continebat doctissimorum hominum*

amto-

auctoritate, qui existimabant, Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse. Pro Archia, ingeniorum acies. Et, ingeniorum celeritas. Et lib. de Con-
folatione : Quorum ingenium & inuenit omnem vitam legibus & institutis*
excellentiam constituuntque habemus. Fabius similiter lib. I, cap. III : Pra-
cox genus ingeniorum. Et lib. III, cap. VII : Monumenta ingeniorum.

* apud La-
 Plantium
 lib. 1, c. 19.

Iubar. Glossæ : Σέλας ἡλίε, *iubar.* Plurale non habet.

Ius, δικαιοσ, singulare solum, ait Phocas. Idem ait Charisius : sic
tamen ut fateatur iura dici, non iurum, vel iurium, & iuribus. Et sanè
iura est pervulgatum. Veteres verò nec iurum, vel iurium, formida-
bant. Ipse enim Charisius citat ex Catonis Originum lib. VII : In-
rum legiturque cultores. Plautus similiter loquitur : imò Vlpianus etiam
dixit iuribus : ut cap. XLVI liquebit.

Iustitium plurali destitui, ait cum Sosipatro Diomedes.

Lechnum, ὁ γεινάλ, caret plurali, ut est apud Charisium, semel &
iterum.

Lutum carere plurali, docet Phocas in Arte. Verùm, ut ait No-
 nius in Lutum : *Apud Ciceronem in epistolis ad Hirrium, lectum est plurali*
numero : Luta & lutum aggerebant. Caper de Orthographia : Lutum
atque macellum singulariter exire memento : licet Memmius, ista macella,
dicas : & Cæsar, Luta.

Macella non refugit Memmius, ut proximè vidimus.

Mare refert Charisius inter semper singularia. Sed addit, in tribus
 solum casibus *maria* inveniri : nec enim *marium, & maribus* dici. Atqui
 Cæsar is est initio quincti de bello Gall. *Naves paullo latiores, quàm qui-*
bus in reliquis utimur maribus. Et cum Curtius lib. VI ait, Mare Ca-
spium dulcius cæteris : quid nisi maribus intelligitur ?

Melos fraudant plurali. At Lucretii est lib. II :

Et cygnea mele, Phœbeaque dædala chordis.

Murmur, ὁ γογγυσμός, pluralem non habet, ut ait Charisius. Sed
murmura legas apud Lucretium, Maronem, Propertium, Ovidium,
 alios : quorum imitatione Gallienus Imperator :

— *Pariter sudare medullis*

Omnibus inter vos. non murmura vestra columbe,

Brachia non edera, non vincant oscula conche.

Pascha hujus loci esse, putat Aldus Manutius. Nec enim dici *pa-*
schata. Atque eum hac parte inter alios sequitur Verrepiæus. Sed *caus-*
am non video, cur chronologis dicere non liceat, tria minimum pa-
schata Christus cum discipulis suis celebrasse. Siquis hinc scrupulus,
is in illo videtur, quòd pascha potius primæ est, ut antea dictum ; eo-
que paschas dici oporteret.

F f f f

Pede

* *Tract. 1.*
cap. 1. de
Etymol.
Nom. p. 18.

*Peda duo dici posse, censeo cum Frischlino * : etsi aliter visum Phocæ.*

Pelagus neutrale, ut ait Caper de verbis dubiis, non habet pluralem. Ac similiter Charisius lib. I, cap. XIV. Atqui ut Græci τὰ πελάγη, ita Lucretii est lib. I :

Propter Atlanteum litus, pelagique severa :

quomodo eum versus optimè ex veteribus libb. (ad quos proximè accedunt membranæ nostræ) edidit Dionysius Lambinus. Et lib. VI.

At pelage multa & late subtracta videmus.

Apud Catul-

† *carm. 64.* lum † quoque — *truculentaque pelage, non pelagi, legendum putat Clariss. Io. Meursius.*

Penum plurali carere, ait Phocas. Nam penora, quod apud Columellam, & Festum, est à penus.

Pus tantum singulare, ut monitum Diomedis in I.

Rudus plurali carere, ajunt Charisius, & Diomedes in primo. Atqui unde rudera, nisi à rudus, dicimus ?

† *I. En.* *Rus carere plurali, Charisius ait : attamen Virgilium † agnoscit dixisse, — Per florea rura. Similiter Horatius, Ovidius, & quis non Poëtarum ?*

* *Finkius &*
Helvicus.

*Sala qui apud Maronem legi ajunt *, planè falluntur.*

Sal neutrum caret plurali. Sed non item sal masculinum. Nam sales, non sala dicitur. A sales igitur est hoc Columellæ lib. VII, cap. VIII : Cascus adspersitur iridis salibus. Quod ostendit hoc Palladii lib. XII, Tit. XXI : Tunc sales frictos calentes addi jubent. Imò ipsius Varronis lib. II, cap. XI : Quin (caseo) adspersi solent sales : melior fossilis, quam marinus.

Scrupulum pluralem non habet, ut idem Charisius semel, & iterum, tradit.

Senium quoque semper ait singulare.

Siler, sinapi, sifer, plurali destitui, idem ait Sosipater.

Sinapi semper esse singulare, Diomedes in primo tradidit.

Sola est frequens admodum. Ennius lib. III :

Tarquinio dedit imperium, simul & sola regni.

Et alibi :

Sed sola terrarum postquam permensa parumper.

Lucretius lib. II :

Nam multis succensa locis ardens sola terræ.

Vbi *solum*, si vera hæc lectio, priori loco de terrâ dicitur, posteriori vero de soleâ ; quomodo & usurpat Plautus Bacchi. †

† *AG. 2. sc.*
lib. in Pi-
tauto.

Qui foccis habeat avro suppectum solum.

Sed

Sed & Catullus, & Cicero, usurpant : illius est in Galliambo :

Eriam recente terre sola sanguine maculans :

ac eodem poematio :

Sed ubi horis aereis, Sol radiantibus oculis

Lustravit æthera album, sola dura, mare ferum :

hujus, pro L. Cornelio Balbo est : *Vos denique, mutæ regiones, imploro,*
& *sola terrarum ultima.* Maro quoque 1 Georg.

— *Arida tantum*

Ne saturare firmo pingui pudeat sola. —

Statii item est in Silvis carm. de equo Domitiani :

Vix sola sufficiunt, infessaque pondere tanto

Subter anbelat humus.

Ita enim legitur in vulgatis : sed manuscriptus Senensis , cujus variantes lectiones nobis ab manu Scalligeri , pro *infessaque* habet *exesaque* : quemadmodum & pro eo, quod proximè sequitur, — *Nec ferro, aut ære laborant*, *Sed genio* : idem MS habet, *Sub genio*. Utrobique vulgatam retineo. Sed alius fortasse melius exculpere tentabit.

Denique *sola* usurpant Nemesianus , & Prudentius lib. II adversus Symmachum ; quorum loca brevitatis causâ prætereo. Nec in prosa refugit Arnobius lib. II : *Excavare alia telluris sola*. Neque istoc numero solum invenitur pro eo, quod calcamus : sed etiam, cum plantam pedis significat. Cic. Tusc. quæst. lib. v, epistola , quam scripsit Anacharsis ad Hannonem : *Mibi amictus est Scythicum regmen , calciamentum solorum callisem, cubile terra, &c.*

Ac similiter usus Martialis lib. x, cap. XXI I :

Ad Parthos procul ite pileatos ,

Et turpes humileque, supplicesque ,

Pictorum sola basiæte regum.

Solia Regum cur minus dici possit , causæ nihil video. Præsertim cum apud Plinium sit lib. XXXIII , cap. XII , *Solis argenteis*. Et lib. XXVI , cap. XIX , pro XIX planè scribendum I. *Quippe in balineis solia temperabantur humano sanguine ad medicinam elephantis*. Etiam lib. XXXV , cap. XII : *Futilibus solis*. Sic enim est in MSSis, & veteri Parmensi. Atque ita jam olim legit Blondus.

Solia igitur rectè dicitur , sive pro loculamento mortuorum fumatur , ut proximè allatis Plinii verbis : sive pro thronis regiis , aliisve magnificis sedilibus , in quibus non plures uno possunt consistere , ut in iis, quæ præmisimus.

Sulfura est apud Maronem III Æn. *Et spumas miscent argenti & sulfura viva.* Et Ovid. III Met. *Ad motas rapiunt vivacia sulfura flammæ.*

F f f 2

Vitus

Virus pluralem non habere, consentiunt Charifius, Diomedes, & Phocas.

Viscum eo carere, Charifio & Phocæ placet.

Vulgus item eo destitui, iidem tradidere. Ninivita contrà adducit ex lib. III de Nat. Deorum *, *Saturiam* maximè colunt vulgi. Sed meliores libri *vulgo*.

* pag. 69.
edit. Ald.

CAPUT XLII

Masculina, que negant habere singularem. Annalem sextum, vel annali sexto. Antes. Artus numero singulari. Cælitem, & cælite. Καὶ γκελλον. Carcerem, & carcere, pro αφετηλια. Falce, de imperii insignibus. Forus. Plauti versus numeris redditus. Grumus. Indiges. Lar. Lemurem. Catulli locus explicatus. Liber, pro filio: libera, pro filia. Unde Baccho nomen Liberi. Κορη eadem ac Libera. Liberalia, & Eleutheria, diversa sunt. Loci, & loca, speciali significatione. Loculi. Loculus. Locelli. Lumbus. Major meus. Manes, pro mani; ni sacres, pro sacri. Nomas. Optimas. Penatis, & Penas. *Vetus signa literæ Π.* Plerus. Primoris, primorem, primore. Procerem. Pugillar. Pugillaria. Quinquatrus, & quinquatria. Quiritem. Sal, pro salibus. Sentis, vel Sentix. Struix. Pulvix. Locuplex. Milex. Singulus. Superus, & inferus Deus. Triplices. Veprem, vepre.

Addamus quoque compluria de iis, quæ singulari deficere voluerunt. Ac primo videndum de masculinis.

Annales cum dicimus, intelligitur libri. Naturâ igitur est adjectivum. Eo minùs mirum, complures dixisse in singulari, *annalis*; ubi similiter intelligitur *liber*. Cicero ad Atticum lib. XII, epist. XXIV: *Quibus consulis Carneades, & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo annali.* Idem libro de claris Oratoribus: *Est igitur apud illum (Ennium) in nono, ut opinor, annali.* Plinius lib. VII Nat. Hist. cap. XXVII: *Quæ Ennius T. Coculium Teucrum, fratremque ejus, præcipuè miratus, propter eos sextum annalem adjecit.* Sæpe etiam sic Gellius. Ut lib. I, cap. VII: *Centesimo quinquagesimo Quadrigarii annali.* Et, *Duodevicesimo annali ejusdem.* Item lib. II, cap. II: *Posuimus igitur verba ipsa Quadrigarii ex annali ejus sexto transcripta.* Et, puto, qui sic loquuntur, non metuissent dicere, *ad estus annalis sextus*, familiaque.

Antes, οἱ εἰχοὶ ἔ ἀμπελων, ἢ ἀμπελων ἀμπελων, masculinum est, ac semper plurale, ut Charifius ait, Diomedes in primo, & Phocas. Sic usi Maro II Georg. & Sidonius lib. VII, epist. VIII. Nec aliter Servius, Festus, vel glossarum auctores. Quare et si, ut à post dicuntur

cuntur *postes*, ita ab *ante* sint *antes*; non tamen ut *postis*, sic *antis* dicere ausim. Nempe quia *postem*, & *poste*, apud Ciceronem, & alios legi: in *antis* hodie deficit auctoritas.

Artus in singulari Poëticum est. Vsurpat Lucanus in sexto *:

* vers. 754

— *Tunc artus palpitat omnis.*

Cælitæ semper plurale est Charisio. Sed *cælitæ* dixit Tertullianus lib. de Pallio, cap. xv: *Ut qui se cælitæ delirârat, sorores prius suas, de- hinc homines deas saluaret.* Quomodo & Ovidius dixerat lib. xv de Ponto, eleg. vi:

*Quale tamen poësi de cælitæ, Brute, recenti,
Vestra procul positus carmen in ora dedi.*

Et lib. eodem, eleg. ix:

*Pervenient istuc & carmina forsitan illa,
Quæ de te emisi cælitæ facta novo.*

Amicus vero noster dum viveret, & quando Dordrechtum diver- tisset, hospes suavissimus, Dominicus Baudius, Poëta idem elegan- tissimus & disertissimus, ne quidem *cæles* refugit, carmine in morbo ad amicos Cæsaroduni Turonum scripto:

*Ut labe purus, integerque criminum,
Summi tribunal sistat ante iudicis,
Mixtus beato cælitæ cæles choro.*

Cancelli semper plurale, juxta Charisium, & Diomedem. Id Cha- risius *κἀγκέλοι* interpretatur. Pro quo & τὰ κἀγκέλα legas apud Etymologici auctorem in Δρύφακτοι. Ac utroque fuerit τῶν κἀγκέ- λων: quod sæpius legas apud Græcos mixobarbaros. Calepinus, ut Latinum, *cancellus* posuit. Perperam, etfi Græcis sit singulare. Nam *κἀγκέλον* est apud Codinum in Originibus Constantinopolitanis; item glossis Basilicorum & alibi.

Cani tantum esse plurale, conveniunt Charisius, Diomedes, Pho- cas. Quid mirum, cum intelligatur *capilli*? Ut naturâ sit adjectivum. *Cani* igitur cum dico, non tam vox est simplex, quam oratio *ἰλαπληκή*. Ac par similitium ratio.

Carceres, ἀφαιρέσια, ἰστανφείσις, ut glossæ interpretantur, singulari carere, apud Diomedem, & Phocam, legas. Sed Ennii est annali primo:

— *Veluti consul ceterum mittere signum
Vole, omnes avidi expectant ad carceris oras:
Quam mox emittat pæctis ex faucibus curvus.*

Ac Maro iplè v Æn.

*Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripimusque, riuinque effusi carcere curvus.*

F f f 3

Et

Et Ovidius x Metam.

Signa sub e dederant, cum carcere pronus uterque Emicat.

Nec Poëtæ solùm uti : (quod Charisius non diffitetur) sed etiam scriptor Rhetoricorum ad Herennium lib. iv : *Quasi si quis ad Olympiacum cursum venerit, & steterit, & emittatur, impudensque illos dicat esse, qui currere cœperint; ipse intra carcerem stet.* Malletm Ninivita hunc locum adduxisset, quàm illud Tullii libro de Senectute : *Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carcerem revocari.* Quippe hic carceres est apud Ciceronem.

* *relia.*

† *Ad. 5,*
sc. 1.

*Casses, τὰ δίκτυα **, plurale tantùm, ut idem Charisius ait, & cum eo Phocas. Seneca tamen Agamemnone † : — *Aper,*

Cum casse virtus, tenuat egressus tamen.

Codicilli strictiori significatione solùm est plurale; quia plures tabellæ junctæ. Natura verò habeat singulare. Nam à *codex* sit *codiculus*; unde *codicillus*.

Fasces dixit Cicero apud Charisium lib. i, ubi hæc ex eo verba citat : *Fasces unum si nactus esses.* Addit verò Charisius : *Per quod intelligimus masculino genere dici, & non esse tantùm plurale.* *Fasce* etiam dixit Maro Ecl. ix, & iii, & iv Georg. Sed hic propriè sumitur. At pro imperii insignibus vix aliter reperias, quam plurali. Quid mirum? quando qui regibus, posteaque consulibus prælati, erant xii; qui proconsulibus & prætoribus seni.

Fines pro limitibus, ac terminis agrorum, regionum, atque imperii, vix aliter reperias, quàm plurali : ut, *ambigere de finibus*, apud Terentium †; *tueri fines suos ab excursionibus*, apud Ciceronem*; *tutor finium Sylvianus*, apud Horatium †, & similia. Ac τὸ μεταφυσικῶν, juris

‡ *Heaut. 3. 1.*

* *pro Dejo-*
taro.

† *Epod. ad. 2.*

‡ *lib. 3.*

fines transcendere, apud Lucretium † : *ingenii fines*, Tullio i de Orat.

Foci pro sedibus patriis plurale est. Nec mirum, cum multi sint. Sic Plautus Amphitr.

Urbes, agrum, aras, focos, seque uti dederent.

Et Cicero iii de Nat. Deor. *Pro aris & focis pugnare.*

Fori, quomodo Charisius ait vocari *in navibus*, quibus nautæ sedentes

remigant, plurale tantùm dicitur eidem Charisio, Diomedii, ac Phocæ.

* *lib. 19. c. 2.*

Ennius tamen apud Isidorum*, ait :

Multa foro ponens, ageaque longa repletur.

Vbi MSSi nostri, *ponis*. Sed *ponens* metrum exigit, atque ita jam olim legit Despauterius. Ennium imitatus Agellius lib. xv, cap. ult. *Stans in summo puppis foro.* Atque hinc glossæ Benedicti : *Κατὰ σπρωμα, forus.*

Freni carere singulari, docent Charisius & Diomedes : utcumque Maro dicat lib. xii :

Ni

Ni frenum accipere, & victi parere farentur.

Nec repugno. Nam à *frenum* est *frena*. At *freni* foret à *frenus*, quod non memini me legere, ne quidem in veterum fragmentis.

Fursures plurale tantum esse, tradunt Diomedes, & Phocas: sed pro capitis vitio. Quomodo Plinius lib. xx, cap. ix, *fursures capitis* dixit. Nam pro crassiori farinae recremento Plautus Captivis ait:

Tum pistores scrophipasci, qui alunt fursure sues.

placet, quod ex vet. libb. *fursuri* emendant: quod pro *fursure* ponitur, ut Cicero dixit — *parti miscetur in una.*

Sed neque sic versus, qui trochaicus esse debet, integer erit, quia sede quinta sic jambus erit. Quare rescribo:

Tum pistores scrophipasci, fursuri qui alunt sues.

Despauterius ait, etiam pro capitis vitio esse singulare: quod probat illo Sereni Sammonici cap. xv:

Additur excussus niveâ similitudine fursur.

Sed nihil certius, quam hic pro farinae sumi purgamento.

Garamas est apud Senecam in Hippolyto *, & Hercule Oeteo †, itemque Claudianum lib. i de laudibus Stiliconis ‡, & alios.

Gemini plurale semper esse ajunt. Hoc quoque à natura erit, non vocis naturâ. Nam duo sint necesse, qui *gemini* dicuntur. Et *fratres* intelligitur, quod quandoque exprimitur. Nec tamen nunquam singulare. Nam Plauti est Menæchmis *: *Geminus est frater tuus.*

Ac similiter loquitur Persa act. iv, sc. vi, & act. v, sc. ii: item *Gemma germana soror*, Milite act. ii, sc. iv, & v.

Grumi, οἱ τῶν ὀρέων λίθοι, carere singulari dicit Charisius. Accius tamen Oenomao † ait:

Quemcumque insiteram grumum, aut præcisum jugum.

Horti, pro locis ad voluptatem confitis, in plurali dicitur: de quo Valla Eleg. lib. iii, cap. ix.

Indigetes in pluralivo solum poni volunt. At Iulii Frontini est libro de Aquæductibus: *Romana Urbs indiges, terrarumque Dea, Cui par est nihil, & nihil secundum.* Etiam Prisciani verba sunt in vi: *Hebeo, hebes; hic, & hæc, & hoc hebes, hebetis: indigeo, indiges; indiges, indigitis.* Vbi Priscianus eos sequitur, qui Deos indigetes ita dictos putant, quia nullius indigeant: quod etiam apud Servium legere est in xi i Æn. & à Petro Crinito probatur lib. i de honesta discipl. cap. ult. Sed veriore nominis causam in Originum libris adducimus.

Inferi plurale semper Charisio, & Diomedii. Nempe quia *Dii* intelligitur. Sed naturâ dici *inferus Deus* postea liquebit.

Lares tantum plurali numero enunciari, Charisii, & Diomedis est opinio.

* AB. 5, vers. 67.
† AB. 3, vers. 110A.
‡ vers. 216.

* sc. ult.

† apud Nonium in Grumum.

opinio. Sed agnoscit tamen Charifius *Lar* dici. Vsurpat Plautus Aulularia , prologo Mercatore act. v, sc. 1. Trinummo act. 1, sc. 11. Item Cic. in Verr. Sallust. in Catil. Horat. lib. 1. Sat. 11. Ovid. in Fastis. Etiam L. Pomponius , Atellanarum Poëta , ut Gellius * vocat, fabulam scripsit , cui nomen *Lar familiaris*. Meminit Priscianus in VI. Imo Horatii est Serm. lib. 1, sat. 11 :

Qui patrium minime donat fundamque larumque.

Vsi & Appulejus, Aufonius, & alii, in his Capella lib. 1 : *Lar celestis, nec non etiam militaris.*

Lemures, *οὐκ ἐλανοὶ δαίμονες*, plurale semper ait Charifius, ac Diomedes.

Lemurem tamen est apud Appulejum de Deo Socratis.

Lendes, *νοῦδες*, virile , ac semper plurale ; ut ait Charifius, ac cum eo Diomedes.

Liberi plurale semper , juxta Charifium, Diomedem, Phocam. At alii *liber* singulari reperiri pro filio , probant illo Catulli de nuptiis Pelei & Thetidos † :

Optavit genitor primævi funera nati,

Liber ut inuuptæ poteretur flore novercæ.

Nempe, ut ἀνὴρ θείος sit , ac genitor quidem dicatur optare mortem filii ; filius autem, ut, patre defuncto, securè possit cum noverca concumbere. Sed potius censeo , *liber* adjectivè accipi , & ad patrem referri : ut *noverca* hic dicatur *ἡ πατρὸς ἐλευθερία*, quæ filio futura sit noverca. Ita sententia erit : Pater de connubio altero juvenulæ cogitans, optat filii mortem , quò liber sit à meru ejus. Sed alia suppetunt exempla.

Quintilianus Declamatione Cæci in limine : *Liberi, ac parentis, non alius mihi videtur adfectus, quam pro verum natura, quo mundus ipse constitutus est.* Etiam Aurelius Victor à Schotto editus similiter locutus.

Item Iustinianus Institut. lib. III, tit. VII : *Et hoc humanitate suggerente concessum, ut si quis in servili constitutus consortio liberum, vel liberum haberit, sive ex libera, sive ex servili conditionis muliere &c.* Item in Cod.

Iustin. l. XXXIII de inoffic. testam. *Siquis suo testamento maximam quidem portionem libero relinquat, minusculam alii, vel aliis de stirpe sua progenitis.* Ac similiter L. VIII, §. IV. Cod. de secundis nuptiis : *Illius etiam patris, qui in sua potestate talem liberum vel liberos habens.* Imò L. XXXIV

Dig. de pactis , ubi Modestini verba in Pandectis Florentinis sic leguntur : *Ius agnationis non posse pacto repudiari, non magis, quam ut quis dicat, nolle suum esse : in vulgatis fuit, liberum esse : quòd Accursius exponit filium.* Quin quòd Dionysius Latinis *Liber* dicitur , sororque ejus *Libera* : id non aliud signare puto, quàm *filium, filiaque*. Sanè apud

Livium

Livium legas lib. III : *Familia ad eadem Cereris, Liberi, Liberæque, veniunt* *vet.* Et Tacitus lib. II Annal. *Libero, Liberæque, & Cereri, juxta Cir-* *cum Max.* At apud Dionysium Halic. pro eo est, *Δήμητρα, καὶ Διονύσου,* *καὶ Κόρυ.* Vti & in veteri inscript. Romæ : DEO BACCHO, CERERI, ET CORÆ SACRATÆ APVD ÆGINAM. Vt igitur Castor & Pollux, *Διόσκουροι,* hoc est, *Διὸς κῆροι* seu *κῆροι, Iovis liberi* : ita Cereris liberi *, *Liber, Liberæque* : hoc est, filius, filiæque. Quomodo apud Pausaniam in Atticis, *Δημητρὸς †, καὶ τῆς παιδὸς, ἀγάλματι.* Vt audiendi non sint, qui Baccho inde nomen Liberi factum censent, quod vino obruti liberiùs loquantur, ut Festus ait : vel quod vinum animum liberet servitio curarum, ut Seneca mavult in fine libri de Tranquillitate vitæ : vel quod sit Liberi soror, ut I. Lipsio visum. Quod si Libero non est nomen à libertate : minùs mirandum, si *Eleutheria* Plauto aliud sint ac *Liberalia*. Nempe *Liberalia* sacra Libero, hoc est, Baccho, qui Liber dictus ratione Cereris matris : at *Ελευθερία* sacra *Διὶ Ελευθερίῳ,* cujus & Plutarchus meminit in Aristide. Ex his factis cognoscimus, veteres singulo numero *liber* dixisse pro filio. Eaque fortasse causa est, cur, licet distributiva numeralia jungantur singulo numero carentibus, Tacitus tamen lib. IV Annalium dicat, *Pellit domo Sejanus uxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat.* Pro, *sernos liberos.*

Loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt, ut Varro † loquitur, tantùm plurale, juxta Charisium. Quod & Plinius firmat lib. XI, cap. xxxvii. Sed perpetuum non est, quod in homine ait *locos* dici, in mutis animantibus *ubiuam.* Nam & in equa sic vocat Columella lib. VI, cap. xxvii. *Deterfis sponsiã femine locis, & admotã equi naribus.* Nisi rectus hic *loca.* Quomodo idem lib. VII, cap. XI de pavonibus ait : *Sæpiusque digitis loca seminarium tentanda sunt : nam in promptu gerunt ova.*

Loculi, in quos pecunia recondideretur, plurale semper putant. Et vix aliter invenias. Varro tamen lib. III de R. R. extremo cap. V : *Quendam deprehensum resserulas conjicientem in loculum.* Charisius quoque eã de re sic scribit lib. I : *Loculos, & locellos pluraliter dici, multi putant, cum sit hic loculus, cujus hypocorisma est hic locellus.* Nam Varro *Retiæ Rusticarum* libro II *loculum* dixit. Et *Cæsar ad Pisonem,* *Locellum tibi signatum remisit.*

Ludi, pro spectaculis publicis, juxta Charisium, & Diomedem, semper est plurale : quomodo *Apollinæres ludos* ait Tullius in Verrinis : *funebres ludos, & gymnicos,* Plinius lib. VII, cap. LVII.

Lambi in plurali longè est usitatus. Nec refugit tamen Martialis singularem lib. XIII, epigr. V :

Gggg

Cera

Cereæ quæ parvo lucet ficedula lumbæ.

Majores, ὡς ἄριστοι, singulari carere, inquit Charisius. Nempe quia multi sunt, à quibus genus ducimus. Etiam de iis dicitur, à quibus hæresis aliqua quasi per manus accepta. Quâ significatione & numero singulo invenitur. Nam ut Gellius lib. XIX, cap. I dixit, *Majores nostri conditores scilicet Stoicæ*: & Appulejus in Apologia, *Iampridem majores meos, Aristotelem dico, & Theophrastum, & Eudemum*: ita idem ille Madaurensis scribit in Floridis, *Major meus Socrates*.

Magistratus οἱ ἀρχοντες in plurali usurpari cum dixisset Charisius: addit, & *magistratum invenimus*. Sic Tullius I Off. *Proprium munus magistratus*. Et consul dicebatur *major magistratus*, teste Festo.

Manes plurale semper ait Diomedes in primo, Phocas in Arte, & Priscianus in v. Appulejus tamen de Deo Socratis ait: *Cum incertum, utrum lar sit, an larva, Deum manem vocant*. Quid mirum? cum naturâ sit adjectivum, ac *bonum* notet. *Manis* enim veteres dixere pro *manus*: ut *porci sacres** pro *sacri*. A *manus* remansit *immanis*. Quemadmodum igitur in *superi*, & *inferi*, ita in *manes* Dii intelligitur. Quod exprimi sæpius solet. Quid enim in antiquis inscriptionibus vulgatus, quam illud, D. M. hoc est; *Dis manibus*?

* Plantæ
rudente
alt. 4. sc. 6.
stem Me-
nachmis alt.
2. sc. 2. &
apud Varro-
nem de R.
R. lib. 2.
cap. 1 & 4.

Menses, pro profluvio, plurimum plurale. Singulari verò usus Plinius lib. XVII, cap. XXVIII: *Privatim autem contra erucas amburi arborum singulis à muliere incitati mensis nudis pedibus recinctâ*. Ita quoque in antiquâ & optimâ editione Parmensi. Quidam tamen libri, *incitatis mensibus*.

Mores, ἠθροί, ἠθροί, à Charisio, & Diomede, refertur inter semper pluralia: verum subjungit prior, *Sed & Mos legimus*. Et certè apud Ciceronem, & alios, passim invenias; ut non sit huic immorandum.

Natales, ab iisdem semper dicitur plurale. Intellige pro generis nobilitate, aut sordibus. Nam pro die natali in singulari est usitatum.

Nomades, & alia quædam populorum nomina, raro legas in singulari. Verum ut *Garamas* apud Senecam esse diximus: ita *Nomas* est apud Martialem lib. VIII, epigr. LV, & lib. IX, epigr. IXXVII.

Nostrates, ἡμετέροι; Charisius refert inter ea, quæ carent plurali. Sed addit: *Hinc quidam singulare dant, nostras nostratis, ut potestas potestatis*. Sic Plinius lib. XV, cap. XXIX dixit, *myrtum sacram nostratam*.

Optimates, οἱ ἀριστοὶ, ὡς ἄριστοι, Glossæ Cyrillo tributæ: *Arigui, optimates. Singularum non habet*. Etiam plurale solum dicitur Charisio, Diomedi, Phocæ. At subdit Charisius: *Invenimus Optimas, & Infimas legimus*. Sic legendum. Prius habes apud Cælium ad Ciceronem †:

† in illis ad
Ars. lib. 10.
op. 11.

Vide, ne, dum pudet te parum optimatam esse, parum diligenter, quod optimum sit,

fit, eligas. Ac ipsius quoque Ciceronis est lib. IX ad Att. ep. VI : *Id mandavi Philotimo, homini fortis ac nimium optimati.*

Pantices, ut arbitror, solum in plurali reperitur. Sic pandendo intestina. Indéque Germanicum *pantzen*, Belgicum *pansen*, Gallicum *pance*, Italicum *pancia* vel *panza*, Hispanicum *pança*.

Penates, πέντες θεοί, plurale solum Charisio, ac Diomed. Sed in eodem *Penate* est apud Livium lib. XXVII. Nempe à nominativo *Penatis* vel *Penas*. De priori sic Priscianus in VII, *Invenitur tamen apud vet. ejus singularis, hic Penatis, hujus Penatis.* At ex *Penatis* alter nominativus *Penas*, ut ex *nostratis*, & *Arpinatis*, *nostras* & *Arpinas*. Festus : *Penatis singulariter, Labeo Antistius posse dici putat, quia pluraliter Penates dicantur; cum patitur proportio etiam Penas dici; ut optimas, primas, Amias.* *Penas* confirmat Dionysius Halicarnassensis lib. I Antiquitatum Romanarum : ubi se in pervertuta ait æde sub Velia conspexisse Deorum Penatium signa, cum inscriptione ΔΕΝΑΣ. Vnde Dionysius colligit, veteres ante inventum Π pro eo usos figura Δ. Sed verisimilius Scaliger inde colligit, Π quondam habuisse figuram, quæ proximè ad Delta accederet. Vide eum in digressionem de Ionicis literis ad Eusebii an. DCXVII.

Plerique, οἱ πλείους, semper plurale, secundum Charisium. *Plerus* tamen dicitur, unde *pleri*; à quo *plerique*, ut à *quis*, *quisque*, & *quisque*. Pacuvius * :

Perire Danaï, plera pars pessumdata est.

Et in Duloreste † :

Pater Achaeos in Capharæis saxis pleros perdidit.

Cato lib. I Orig. *Agrum, quem Volsci habuerunt, campestris plerum Aboriginum fuit.* Sic & *plerum*, pro *plerumque*. P. Sempronius Asellio Historiarum lib. III : *Ve fieri solet plerum, ut in victoria mitior mansuetiorque fiat.* In fragmentis historicorum veterum, ab Aufonio Popma divulgatis, pro *plerum* editum est *plerumque*; sed planè contra Prisciani mentem in quinto : ubi hunc Asellionis locum adducit, ut inde ostendat, veteres sicut *plerus*, & *plera*, sic & *plerum*, sine syllabica ἐπεκτασίω que, dixisse.

Plures, πλείους, idem Charisius semper ait plurale. Nempe *plura* quidem vel *pluria* est à *plus* : verum *plures* non habet genus in singulari, quod respondeat.

Posteri, μετῴγενέστεροι, plurale solum eidem Charisio, ac Diomed. Quid mirum? cum multos signet : nempe omnes, qui post nos erunt, τὰς μετ' ἡμῶν : quomodo *maiores*, οἱ πρὸ ἡμῶν. Alioqui dicitur *postero*, vel *postera die*, ac similia.

Primores inter ea, quæ semper pluralia sunt, reponit Charisius lib. I, Diomedes lib. I, & Phocas in Arte. De eodem sic Servius ad IX Æn. *Genitivus primorum hic est ab eo, quod est hic primus, hi primi; & ab eo quod est primores, sicut hi proceres: quorum nominum nominativus singularis non invenitur, licet dicamus hujus primoris, hujus proceris.* De genitivo primoris quod ait, verissimum est, cum adjectivè sumitur. Vt illo Lucretii lib. VI:

— *Nasi primoris acumen.*

Verùm nihil hic singulare, quando adjectivè alii etiam casus inveniuntur. Silius lib. XI:

His super excisam primori Marte Sagittam.

Nec foli sic Poëtæ loquuntur. Nam Taciti est III Histor. *primori in acie.* Etiam Suetonius in Tiberio: *Adsidebat in parte primori.* Agellius lib. X, cap. XIX: *Si me non fallit, quod in primori pueritiâ legerim.* Et lib. XVI, cap. V: *Annoadverti quosdam haustuquam indoctos viros opinari, vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat.* Quomodo & Cato cap. LI dixerat: *Pullos in terram deprimito, extolloque primorem partem.*

Proceres singulo carere, ajunt Charisius, Diomedes, Phocas. Verùm Juvenalis est lat. VIII:

Agnosco procerem: salve Gæulice.

* *epigr.* 137. *Pugillares* plurale semper Diomedi, ac Phocæ. Aufonii * tamen est, *Bipatens pugillar expedit.*

Vt non debeat barbariei arcessi vulgatus Scripturæ interpres, quod Luc. I, 63, ubi Græcè *πινυλιδιον*, is dicat; *Et postulans pugillarem, scripsit.* Nempe naturâ est adjectivum, & ut in *annales*, *duplices*, *triplices*, ita in *pugillares*, intelligitur libri. *Pugillaria* pro eo dixit Carullus †, & Agellius † intelligendo *schedia*, vel simile. Naturâ igitur æquè habet singularem, ac *annales*. Ac *pugillaria* à *pugillare*; *pugillares* à *pugillaris*. Onomasticon: *Pugillaris, πινυλιδιον.*

† *artm.* 43.
† *lib.* 17.
cap. 9.

Quinquatrus Charisio refertur inter ea, quæ semper pluralia. Quemadmodum & *quinquatres* inter hæc recenset, & quidem inter masculina. Sed *quinquatres* non ausim dicere: et si & apud Priscianum inveniam lib. VII. Apud Diomedem verò etiam *quinquatris* lego. Puto tamen, solum *quinquatrus*, & *quinquatris*, dici posse. Prius est apud Varronem lib. VIII de L. L. Ovidium VI Fast. Plinium lib. XXXV, cap. XI, Festum in *Quinquatrus*. Posterius, apud Tranquillum in Domitiano cap. IV: *Celebrabat & in Albano quocumque Quinquatris Minerve.* Ac similiter Glossæ: *Quinquatris, Πανθηναια.* Vtrumque, *quinquatrum*, *quinquatris*, in gignendi, & dandi casu facit. Cicero tamen ad M. Cælium epist. XII, lib. II earum, quæ ad familiares, ait:

Ita

Ita tumultuosa conciones, ita molestæ Quinquatriis adferebantur. Sed facilis lapsus ex *u* in *ii*: eoque placent, qui legunt, *quinquattus*. Ut ex hoc loco etiam, esse femininum, consequatur: quomodo & Varro in *v* de L. L. ait, *minuscule Quinquattus*. Sanè Cicero nusquam *quinquatriis* dixit: sed *quinquatribus* apud eum legas epist. xxv, lib. xii, & ad Art. epist. ix, lib. ix. Vti & apud Nævium Quinquatribus, Plautum Milite, Horatium lib. ii, epist. ii, Iuvenalem sat. x. Objiciat aliquis Suetonii illud in Augusto cap. lxxi: *Nos, mi Tiberi, Quinquattus satis jucunde egimus.* Sed hic quoque adfentio Casaubono, *quinquattus* ex Memmii & Lislæi cod. reponenti. Aliqua de hac voce etiam dico libro sequenti cap. xv.

Quirites semper esse plurale, tradunt Charisius, Diomedes, Phocas. Sed Poëtæ non refugiunt singularem: ut rectè Sergius in Donati editionem secundam observat ex Horatio: cujus est lib. ii, od. vi:

*Quis te redonavit Quiritem
Dis patriis, Italoque celo?*

Et epist. vi, lib. i:

Ludicra quid, plausus, & amici dona Quiritis?

Est & apud Perfium sat. v:

— *Hæu, steriles veri, quibus una Quiritem*

Vertigo facit!

Sed hoc non temere usurpandum in prosâ. Quippe, ut ad eum loco scribit vetus Scholiastes: *Quiritem singulariter abusive dixit licentiâ Poëtica. Nam sicut pater Conscriptus non dicitur, ita nec Quiritem dicere possumus.* Antiquum nominativum esse *Quiris*, ait Sergius. Nisi legendum, hic *Quiritis*. Nam inconstanter nunc hic *Quiris*, nunc hic *Quiritis*, in eo est exaratum.

Sales dictionis singulo carere numero, à Charisio proditum est, ac Diomede. Sed Plauti est *Casina*:

— *Nec pote quicquam commemorari quod plus satis*

Plusque leporis habeat.

Imò Cicero hoc numero non abstinet. Ut lib. ii de Natura Deorum: *Ita salern istum, quo caret vestra natio, in irridendis nobis molitose consumere.* Et epist. i ad Quintum fratrem: *Dicendi sal facetiæque valuisse.* Et lib. ii de Oratore. *Nullam arcem esse salis.* Et de claris Oratoribus: *Publius Scipio omnes sale facetiisque superabat.* Et alibi* apud eundem.

* Philpp. 2.
& ad
Quint.
Frassem hb.
i. ep. 2.

Senses inter pluralia refert Charisius, ac Phocas. At Columellæ est lib. xi, cap. iiii: *Nos senem canis appellamus.* Idem tamen in plurali *vo* usurpat lib. vi, cap. iiii: *Liberantur antea senibus, &c.* Singularem

G G G G 3

ufur-

usurpat & Prudentius lib. 11 in Symmachum; at novè non *senis* dicit, sed *senix*. Ita enim in vett. codicibus legi, scribit in indice Lucretiano Obertus Giffanius* :

* in *litteramen.*

*Ne frugem segetemque animæ spinosa malorum
Impediat senix scelerum peccamine crebro.*

Ambiguum sanè, num errore librarii ita scriptum sit, an ab auctore. Sanè in multis hæc literas commutarunt. Ita dixere *strues*, & *strux* : unde *struces patinariae* apud Plaut. Menæchmis † : *struces saccae*, apud Livium Andronicum †. Similiter, Prisciano teste, dixere, *Ajax*, & *Ajas*; *pistrix*, & *pistris*. In vett. quoque Philoxeni glossis *pulvis* pro *pulvis* lego, & *follex* pro *folles* sive *folis* : ac in manuscriptis Appuleji codd. est *locuplex* pro *locuples* : *milex* quoque pro *miles* invenio in antiqua inscriptione, quæ Romæ est in Quirinali, in ædibus, quæ quondam fuerat Pomponii Læti* :

† *AB. I. sc. 1. † iste Fello. in Struiccs.*

* pag. 38. num. 7. In-
scriptionum
Gruteria-
narum.

† Ita lapis, pro libens : ut & *max* cortis, pro cohortis; & reddedit, pro reddidit.

DEO SANCTO
APOLLINI PACIFERO
EX VOTO LIBES † SOLVIT
MILEX CORTIS PRÆTORIÆ
CENTVRIA DASI
ÆLIVS C. LIBES VOTVM
REDDEDIT.

† *AB. 4. sc. Nisi quid mihi.*

Singulus habere singularem, negant Charisius, Priscianus, alii. At Plauti est *Cistellaria* † :

Atat, singulum video vestigium.

Nisi *singulum* poni dicas pro *singulorum* : uti Lambinus sentit, qui cum Prisciano negat, *singulum* in singulari antiquitus esse usurpatum. Sed hac parte Nonium potius audio : qui Plauti ita, ut dixi, locum cepit. Etiam adducit geminum Varronis locum. Vnus est Περὶ αὐτῆς lib. 1 : *Tum verò doces historiam necessariam, semel unum singulum esse.* Alter ex Octogesima, Ἐπὶ νομισμάτων : *Hoc erat incommodi, quod nesciebamus, semel unum singulum esse.* Agellius quoque numerum *singulum* pro *singulari* dixit lib. xviii, cap. xiii, & lib. xix, cap. viii. Item Terentianus Maurus :

Seſcuplo vel una vincet alterius ſingulum.

Glossæ Cyrilli : *Enas* & *singulus*. Agnoscit & Papias.

Spiritus pro animi elatione usitatus quidem est in plurali. Ut illo Cic. pro Sylla : *Res geste credo meæ me nimis extulerunt, & mihi nescio, quos spiritus attulerunt.* Non tamen id perpetuum est. Nam ejusdem est ad Quinctum fratrem lib. 1, epist. 11 : *Quid L. Cæcilius, nonne omni ratione placavi ? quem hominem ? quâ irâ ? quo spiritu ?*

Superi,

Superi, & inferi, non aliter quidem, quàm plurali, efferuntur, cum *θεοὶ καὶ αἰετὶς* intelligitur *Dii*. Verùm non propterea dixerim, singulo de-
stitui numero, quia ut pluraliter efferuntur, cum intelligitur *Dii*, ita
singulariter enunciantur, cum additur *Deus*. Vt illo Livii Andronici
apud Priscianum :

Inferus, an superus, tibi fert Deus funera Vlysses?

Triplices carent plurali, cum sumuntur pro pugillaribus trium fo-
liorùm, quos ex ebore, citro, aliàve materià faciebant. Martialis
lib. VII, ep. LII :

Bis senos triplices, & dentiscalpia septem.

Et ep. LXXI : *Nec vani triplices, brevesque mappæ.*

Est verò naturà adjectivum, in quò intelligitur *libelli*. Quomodo &
duplices, & *eborei* dicimus, eàdem voce intellectà.

Vepres plurale semper statuitur à Charisio, Diomede, ac Phoca. At
Ovidii est lib. v Met. fab. x :

Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit

Ora canum.

Caper de Orthographia : *Veper, vel vepres masculinum*. Fortasse pro
veper rescribendum *veprem*. Interèa censéo rectum potius *veper* fuisse,
quàm *vepris*. Et mover, quòd *hunc veprem* dicatur : at illa in ER sæ-
pius *virilia* : illa in IS plurimum sunt feminina. Sanè *veper* non legi-
tur. Grossippus sive Scoppius in Institutionibus Grammaticis ait *, * pag. 172.
Columellam eo uti lib. XI, cap. XII. Sed apud eum est : *Hunc veprem*
manifestum est inveniri non posse. Ac purissimæ hoc Latinitatis auctore
defenditur illud vulgati Scripturarum interpretis Esa. IX, 18 : *Veprem*
& *spinam vorabit*. Et XXVII, 4 : *Quis dabit vine spinam & veprem?*

CAPVT XLIII.

*Femina, quæ existimantur carere singulari. Adem, æde. Levini Torren-
ti lapsus. Alps, Alpe. Ambage. Angustia. Antæ. Antenna. An-
tia. Argutia, & argutiola. Barbam quoque de bestiis, barbas de bo-
mine dici, contra quam Caper, & Servius, censuere. Biga, triga, quadri-
ga. Blanditia. Caulæ. Ceremonia. Compede. Copia, pro exerci-
tu. Cratim. Daps, dapis, dapi, dapem, dape. Decima. Eumenis.
Facetia. Falæ. Fascis, de consulum insigni. Fauce. Feria in plurali.
Fides, & fidicula. Foris, forem, fore. Frugum vox proprie accepta,
quanto luvius paseat, quam frumenta. Gena. Gerra. Gingiva, gingi-
vula, & fortasse gingilla. Grates ex χαίτες. Grossus. Habena. Ille-
cebra. Inducia. Ineptia. Inferum vinum. Calpar. Lactis agnina,
vel*

vel tua. Latebra. Lutinae. Manubiae. Minutia, minuties. Nænia. Naris, nare. *Quod primum Claudiani fuerit poema Latinum.* Nundina Dea. Offucia. Ops. Palea. Præstigia. Quisquilia. Reliquia. Salebra. Scala. Sordis. *Beda emaculatus.* Sors pro oraculo. Symplegas. Vigila. Vindicia.

A Masculinis transeo ad feminina pluralia.

Edem, juxta Servium *, numero singulari de templo tantum dicimus: plurali *Æ* de domibus, *Æ* de templo. Id ipsum Charisius censet, ac Diomedes. Sed Plauti est *Afinaria* Act. 1, Sc. Vnumquodque istorum: — *Ædis nobis arca est, auceps sum ego.*

Attejus Capito in *Conlectaneis*, & ex his Gellius lib. iv, cap. xiv, citant decretum tribunorum; ubi inter alia legitur: *Mamilia ad Tribunos plebei provocavit. apud eos dixit, commissatorem Mancinum ad edes suas venisse: eam sibi recipere non fuisse † in eade sua: sed cum vi irrumperet, lapidibus depulsum.* Varro lib. 1 de vita pop. Rom. apud Nonium: *Hæc ædis, quæ nunc est, multis annis post facta sit.* Curtius quoque usus cum alibi, tum lib. viii: *Excubabant, servatus nocturnis vicibus, proximi foribus ejus ædis, in qua rex acquiescebat.* At pro templo sacrificæ ædibus, nihil usitatus. Nec tamen perpetuum est, quod Lævinus Torrentius in notis ad Horatium putabat, nunquam pro templo usurpari, nisi Dei, cujus templum est, nomen addatur. Nam de Apollinis æde dixit Horatius sat. x, lib. 1: — *Hæc ego ludo,*

Quæ nec in æde sonent certantia, judice Tarpe.

Et alibi: — *Vacuum Romanis vatibus ædem.*

Item Vlpianus IC. l. 1. §. si pecunia in sacculo. D. depositi: *Vel si hoc recusaverit, in æde d. ponendo.* Et mox: *Rem in ædem deponi.* Ibid. §. seq. *Oportere igitur rem deponi in æde aliqua, donec de hereditate judicetur.* Nam in sacris ædibus pecunia ex more deponebatur.

Alpes semper esse plurale, ait Charisius in primo. Sed *Alpem* dici, Lucani duobus, & uno item Juvenalis loco, docet Priscianus. Etiam *Alpis* est apud Silium lib. iv:

— *Equitemque per ardua vestium*

Insulcasse jugo, & fremuisse humisibus Alps.

Sed qui eo pugnet, non attendat hic pluralivè dici *Alpis* pro *Alpes*. At singulare est illo Livii libro xxv: *Ipsi per Taurinos, salusque Iulie Alps, conscenderent.* Ovidii quoque est in iii de Arte:

Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe fera.

Lucani item lib. iii: *Argine nubiferans capro supercivolat Alpem.*

Etiam Dionysius in *Ænyssi* ait:

— *Ex*

* in 2. En.

† sic lego, non ut in Stephanica est, fas non fuisse: vel ut in alius, visum non fuisse. Nam & fas, & visum ab sunt ab antiquis codd.

— Ex ἡ βορείης

Ἀλπιῶν ἐρχόμενῳ.

Etiam, Latinâ imitatione legas in VII Sibyllinorum oraculorum :

Δὲ θεῶν Ἀλπιῶν.

Alpe, apud Claudianum lib. III de laudibus Stiliconis * :

* vers. 286.

Dixit, & extemplo frondosâ fertur ab Alpe.

Sidonius verò Apollinaris non usurpat modò Carmine II, IX, & XVI : sed & lib. V, epist. XVI ait : *Cum primum tetigit Alpe transmisâ Gallie solum.*

Ambage usurpat Ovidius VII Met. fab. XXV :

— *Non longâ ambage morer vos.*

Item lib. VIII, fab. II :

Ducit in errores variarum ambage viarum.

Tacitus lib. VI Annal. *Namque Macroni, non abdiâ ambage, Occidentem ab eo deseri, Orientem spectari exprobravit.* Et Seneca in Oedipo † :

† vers. 216.

Ambage nexâ Delphico mos est Deo

— *Arcana tegere.*

Claudianus lib. de bello Getico ‡ :

‡ vers. 552.

O semper tacitâ sortes ambage malignæ !

Et Prudentius lib. II contra Symmachum :

Instigat bacchantis anus, ambage Sibyllæ.

Angustia, στενωπία, plurale semper Charisio. Sanè eo numero usitatus multò. Plinius tamen *angustia loci*, lib. XIV, cap. I. Et Cicero, ut pro Cæcina *verborum angustias* : ita lib. II de Nat. Deor. ait : *Angustia conclusæ orationis non facile se ipsa mutatur.*

Antæ referri solet inter ea, quæ carent singulari. Plurali crebè uti videas Vitruvium lib. III, cap. I : ut alios mittam. Sed eo, puto, plurale, quia geminæ antæ. Nam sic dicuntur latera ostiorum, Festo teste. Quare culpæ non ausim, qui *dextram*, vel *sinistram antiam*, dixerit.

Antennæ, κίρας πάλαι, plurale solum Charisio, & aliis, statuitur. Sed singulari utuntur Ovid. III Trist. Eleg. IV, & Statius lib. III Sylv. carm. II : imò & Plinius lib. VII, cap. LVI : *Vela*, inquit, *Icarus* : *malum & antennam Dædalus*. De rerum inventoribus fermo est. Item Iulianus l. VI. D. ad legem Rhodiam de jactu : *Navis adversâ tempestate depressa, sicuti fulminis deustis armanentis, & arbore, & antennâ, Hipponem delata est.*

Antice, κόμμι ἀέτονοι τῶν κροτάφων, Charisio duntaxat plurale dicitur. Ac similiter Phocas. Credo naturâ adjectivum ; & intelligi *comæ* : ut plurale solum sit, quia significationi multitudo naturâ inest.

H h h h

Appu-

Appulejus lib. I Floridorum : *Iam primum crines ejus, promissis anuis, promissis capronis, aneventuli, & propenduli.* In glossis Isidori numero singulo legas, *Antia* : sed exponitur, *ferrum in scuto.* Ut hujus loci non sit. Et metuo, ne sequioris ævi.

Ara Charisius, & Diomedes, plurale semper tradunt : sed pro penatibus. Ut cum dicimus, *pro aris, & focus certare.* Nimirum, quia non pro una certatur ara, sed multis. Nam pro una singulo sæpe sumitur. Ut vel Ecl. I :

— *Illius aram*

Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

Argentæ singulari caret, juxta Charisium, & Phocam. Appulejus tamen initio primi Met. *Argentia Nilotici calami.* Gellius quoque usus lib. III, cap. I, & lib. XII, cap. II. Qui & inde format *arguisia* lib. II, cap. VII.

Barbe in bestiis, Flavius Caper, & Servius, ajunt semper plurale. Sed refellit hanc sententiam Charisius Sosipater lib. I, his verbis : *Barbam singulariter in uno homine rectè, pluraliter in pluribus dicitur. Nam & Virgilius * de pluribus ait :*

* lib. 3.
Georg.

Sitruaque impexis induruit horrida barbis.

Errant enim, qui in hominibus, barbam; in hircis, barbas dici putaverunt. Nam hic de hominibus Virgilius loquitur. Quamvis & hircorum dixerit barbas; sed, ut dixi, multorum. Locus Virgilii, quem signat, est ille III Georg.

Nec minus interea barbas, incanaque menta,

Cynipii tondent hirci.

Barbam verò, contra quàm Caper & Servius docent, etiam de mutis dici animantibus, fidem fecerit illud Horatii lib. I Sat. VIII :

Vique lupi barbam variæ cum dente colubræ.

Bigæ, διψιϑ, στωεῖς, *trigæ*, τρίπυϑ, *quadrigæ*, τετράπυϑ, semper pluralia dicuntur Sosipatro, Diomedi, & Phocæ. Nec singulare probat Varro lib. IX, de L. L. Senecæ tamen est in Hercule Oetæo :

Lassa nocturnæ levat ora bigæ.

Et apud Papinium legimus, Epithalamio Stellæ & Violantillæ :

— *Nec si alma per auræ*

Te potius prensâ veheret Tritonia bigâ.

Stat. III Sylv.

— *Olorinaque jubet, conf. dere biga.*

Et lib. I Thebaidos :

Roriferâ gelidum tenuaverat aëra bigâ.

Sed hæc Poëtarum. At è prosæ scriptoribus usus Valerius Max. lib. I,

lib. I, cap. VIII : *Pausanias in capulo gladii quadrigam habuit celatam.* Plinius lib. XXXV, cap. XI : *Eucrides pinxit bigam regis cum victoria.* Ac lib. XXXIV, idem & *quadrigam*, & *quadrigulam* dixit. Suetonius in Tiberio : *Vix unius bigæ adjectione honorari passus est.* Dixit quoque Vlpianus * : *Quadrigæ aut lexicariorum stipulatio una est.* Et Iulius Capitolinus in Gordiano juniore : *Misitheo autem quadriga equorum, & triumphalis curvus.* Et Cassiodorus lib. III Var. ad Faustum de Circensibus : *Biga quasi Lunæ ; quadriga Solis imitatione reperta est.* Ciceronis tamen ævo hæc in prosa locum non habebant, cum non Varro modò lib. IX de L. L. neget dici *biga*, & *quadriga* ; sed Cæsar quoque lib. I de analogiâ negarit, *quadrigas* habere singularem ; ut autor Agellius lib. XIX, cap. VIII : qui tamen addit, Varronem ipsum in Exdemetrico *quadrigam* extulisse. Ac idem docet Sergius in Donati editionem secundam. Sed hoc Poëticæ tribuendum licentiæ.

* I. Scire debemus. D. de verb. obligationibus.

Blanditiæ, *ῥολακίαι*, semper est plurale ; juxta Charisium, Diomedem, & Phocam. *Blanditia* tamen est non apud Plautum Bacchid. modò, & Propertium ; sed etiam Cicronem pro Plancio : *Facilis est illa occasio, & blanditia popularis.* Idem lib. IV de Rep. *In civitate excelsa, atque homine nobili, blanditiam, ostentationem.* Q. Cicero de petitione consulatus : *Quid opus est magnopere blanditiâ ?* Rutilius Lupus, Rhetor Fabio ipso antiquior : *Blanditiâ suâ, quod petisset, à patris mollioribus impetravit.*

Caulæ, *καὶνδραὶ*, plurale tantum esse, docet Charisius.

Ceremoniæ semper plurale ait Charisius, ac Diomedes. At Cicero ait pro Sex. Roscio Amerino : *Perfidia legationis ipsius, ceremoniam polluerunt.* Itidem pro Cornelio Balbo, de Aruspicum responsis, Verrina quincta, & alibi. Item Cæsar lib. VII : *Quod more eorum gravissimâ continetur.* Tacitus lib. IV Annal. *Ephesii Milesisque, hi Apollinis illi Dianæ, ceremoniam occupavisse civitates.* Similiter Suetonius, Gellius, alii. Imò Gellius sic scriptores veteres locutos, clarè ait lib. XIX, cap. VIII.

Compedes, *πέδαι*, tantum esse plurale, judicium est Charitii, Diomedis, ac Phocæ. At eis obduco autoritatem Horatii ter singularem usurpantis, lib. IV Carm. od. XI, lib. Epod. od. IV, & lib. I, epist. III : itemque Juvenalis sat. IV, & Martialis lib. V, epigr. LXXV : imò & Columellæ, cujus illud lib. VIII, cap. II : *Eaque quasi compede cohibentur feri mores.* Extra tamen auferendi casum haut temere reperias.

Copiæ, pro *copiis*, plurale tantum, juxta Charisium. Dixit tamen Plautus Amphitryone † :

Postquam utrinque exitum est maximâ copiâ.

Cn. Pompejum ‡, ac Maronem *, eodem modo locutos esse, ostendit

† Aff. I.
§. I.
‡ lib. 8. ep.
ad Att. epist.
17.
* II. En.

dit P. Victorius castig. in lib. VIIII, epist. ad Atticum, & Giffanius in Observationibus L. L. Est & Cæsari crebrum.

Crates, ἀλίγμαι ἐν φαέδων, inter ea quæ tantum pluralia, retulit Diomedes, & ante eum Charisius lib. I. Sed addit hic, *Et crates dixerunt*. Sanè Plauti est Poenulo: *Sub crates ut sese jubeas supponi*.

* ep. 221.

Atque hinc *craticula*. Ut apud Martialem lib. XIV * lemma est, *Craticula cum veru*: cui subjectum,

Pæva tibi curvâ craticula sudet ofellâ.

Ablativus *crate* est apud Ovid. VIIII Met.

— *Pendere putares*

Pestus, & à spine tantummodo *crate* teneri.

Et Juvenal. sat. XI:

Sicci terga suis raris pendentiæ crate.

Cune tantum pluralia, testibus Charisio, Diomede, ac Phoca. In glossis tamen Philoxeni est: *Cuna*, & *cunabulum*, βαβαλιτήριον. Sed *cune* puto rescribendum.

Daps singulari carere, judicium est non Phocæ modò, sed etiam Charisii: hic tamen addit: *Et hæc daps dixerunt*. Ut apud Catonem de R. R. cap. L in recto: *Vbi daps, profanata comestaque erit*. Et cap. CXXXII: *Daps Iovi assaria pecunia urna vini Iovi caste: profanato sine contagione*. Vbi sic corrigi R. Fornerius: *Daps Iovi assir a pecu vim caste profanato in contagione*. Habes & *daps* in epitome Festi: & Priscianus lib. VII citat ex primo Odyssæ Livianæ:

† Vide Festum.

— *Quæ hæc daps est? quis festus dies.*

Gloss. vett. *Daps*, ἐνώχια. Genitivum *dapis* usurpat Horat. lib. IV, od. IV:

Egit amor dapis, atque pugne.

Et lib. Epod. od. XVII:

Egens benigne Tantalus semper dapis.

Dativum Cato, loco proximè memorato: *Daps ejus rei ergo*. Accusativum ibidem: *Dapem hoc modo fieri oportet*. Item: *Qui dapem facient*. Itidem Livius lib. I, ab v. c. *Tum sacrum factum, adhibitis ad ministrum, dapemque, Potitii ac Pinarii*. Ablativo usus Cato ibidem: *Dape pollicendâ*. Item, *Postea dape factâ*.

Imò & Ovidius v Fast. ait:

Nunc dape, nunc posito mense niuere Lyæo.

Et epist. IX:

Efferus humanâ qui dape parvit equos.

Vide an non & Catulli sit, *mensas dape constructet*.

Decime sæpius, puta *partes*. Sed & *decumam* legas, tum addito substantivo, tum ἀνάψ. Plautus Stichus:

— Vi

— *Vt decimam partem Herculi polliceam.*

Cicero III de Nat. Deor. *Neque Herculi quisquam decimam vocis unquam, si sapiens factus esset.*

Deliciae, ἡ ἀραιάλη, tantum plurativum esse, censent Charisius, Diomedes, Phocas. Sed singulo numero *delicia*, & patrio casu *deliciae*, veteres dixere, ut superius * ostensum.

* cap. 37.

Diræ, κατάραι, plurale solum, ut recte Charisius. *Imprecationes* intelligere videtur, vel *execrationes*.

Singulari tamen numero dixit Maro in XII :

At procul ut Diræ stridorem agnovit & alas.

Divitiæ etiam singulari carere, monitum Diomedis in primo, & Phocæ in Arte.

Dryas est apud Martialem lib. IX, ep. LXII :

Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas.

Epule quoque destitui volunt plurali. Nam *epulum* quidem dici, at non *epula*; unde *epule*. Verum antiquis *epula* fuisse in usu, antea † ostensum.

† cap. 37.

Esquiliae, τόπος ἐν Ρώμῃ, plurale duntaxat, juxta Charisium.

Eumenis singulo numero est apud Statium lib. VIII :

Necessum illum aut truncâ lustraverat obvia taxo

Eumenis, aut furvo Proserpina poste notâras

Cætibz assumptum fumitis.

Excubiae, ἡ φυλακή, Charisio semper plurale; uti & Diomedis.

Exsequiæ, ἐκφορμὴ, plurali solum usurpatur: ut est apud Agellium lib. XIX, cap. VIIII; item Charisium, Diomedem, Phocam.

Exuviae, λάφυρα, Charisio, & Phocæ, refertur inter ea, quæ nesciunt singularem.

Facetiæ, ἰσομιλία, ἰσομῖα, plurale ait Charisius, ac Phocas. Sed Gellius lib. III, cap. III: *Adductus stylo, atque facetiâ sermonis.* Appulejus quoque in Apologia: *Atque ego scio, nonnullos, & cumprimis Elianum istum, facetiæ sibi habere.*

Falæ plurali usurpatur, Ennio Annali XIV, & Plauto Mostell. Nec aliter Festus, & Nonius: unde turres ligneas sic vocari discimus. Etiam Græci plurativè φάλαι, ὄρη, σκοπιαί: teste Hesychio. Sic enim apud eum legendum. Attamen, cum nonnisi plures turres *falas* vocarint; negare non ausim, *falas* dixisse, si unam signarent. Interea auctoritas non suppetit.

Falææ sive *phalææ*, ἰσπορσμία, à Charisio rectè dicitur singulari carere. In glossis tamen Philoxeni est, *Phalæa, Φάλαρα*. Sed *phalææ* scribi debuit. *Φάλαρα* verò, quo Euripides usus, est neutrum plurale.

Fasces, φαῖσδοι τῶν ὑπάτων, plurale semper ait Charisius : addit tamen, Ciceronem dicere, *Fasces unum si nactus esses*.

Fances, φάρυγγες, Charisio semper dicitur plurale. Legere tamen est apud Ovidium in Ibin :

Vique Syracusio præstrictâ fauce Poëtae,

Sic anime laqueo sit via clausa tuæ.

Feria, ἀργείαι, plurale solum Charisio, Diomedi, Phocæ : imò & Agellio lib. XIX, cap. VIII : ubi negat, *ferias* magis singularem habere, quàm *indicias*, *inferias*, *exsequias*. Apud Ecclesiasticos tamen scriptores usitata est *feria* vox singulo numero. Sed ab iis pietatem Christianam discere est ; non castimoniam veteris linguæ Romanæ. Nam prope ejusdem illud monetæ, ac *feria* in plurali : ut apud Corrippum Grammaticum :

Quos illic ludos, quæ feria vulgus habebat !

Fidibus canere, usitatus dicitur. Nec tamen significatione eâ semper est plurale. Poëtæ enim sæpe singulo usurpant. Rectò casu Cicero in Arateis :

Cedit clara fides Cyllenia.

Genitivo, Persius sat. VI :

Atque marem strepitum fidis intendisse Latine.

Ablativo Horat. lib. I, od. XVII :

— *Fide Teiâ*

Dices laborantes in uno.

Item lib. epod. od. XIII :

— *Et fide Cylleneâ*

Levare diris pectora

Sollicitudinibus.

Item Ovid. epistolâ Oenones :

Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit.

Etiâ hinc diminutivum *fidicula* usurpat Cicero lib. II de Nat. Deor. & Gellius lib. I, cap. XI. Onomasticon vetus : *Fidicula*, λυῖος. At *fidicula*, pro tormenti genere, semper est plurale : ut Valla observat Elegantiarum lib. I, cap. V.

Fores, θύραι, plurale tantum dici, ait Charisius, ac Diomedes. At rectum singularem apud Comicos legas. Plautus Aulul. *

Atat foris crepuit. senex ecciam aurum effert foras.

Et Persâ † :

Sed ibi concrepuit foris. quisnam egreditur foras ?

Terentius Adelph. †

— *Quidnam concrepuit foris ?*

* Aul. 3, sc.
Εμορτυμ

† Aul. 3, sc.

2.

† Aul. 2, sc.

3.

Genitivus est apud Ovidium epistolâ Medææ :

Constitit ad geminæ limina prima foris.

Accusativus est apud Plautum Bacchidibus, & alibi non semel.

Item apud Varronem Γερονιδιδασκάλω * :

In quibus Libyssa citrus fasciis cingit forem.

* apud Nonium in Falcia.

Et Ciceronem pro L. Cornelio Balbo : *Aperuit forem scalarium.*

Livius pæne initio lib. XI. : *Tempestat forem ex æde Lunæ, quæ in Aventino est, raptum tulit & in posticis parietibus Cereris templi affixit.* Quem locum quoque adducit vetus Horatii interpres †.

Vfus itidem Plautus Calinâ : *Forem obdo, ne senex me opprimat.* † ad lib. I. sat. 2.

Catullus Epithalamio Iuliæ :

Rafitemque sibi forem.

Ovidius lib. II de Ponto, eleg. II :

Nec rigidam timidis vocibus obde forem.

Idem lib. III Amor. Eleg. VI :

Difficilem moto cardine subde forem.

Appulejus lib. IX : *Iam forem pulsare validius.*

Denique ablativum usurpat Horatius lib. I, sat. II :

Exclusus fore, cùm Longærenus foret inus.

Et Ovid. lib. II Fast. ubi de Regifugio :

— Custos in fore nullus erat.

Appulejus lib. I Met. *Ego verò adductâ fore, pessulisque firmatis.*

Et lib. X : *Obscratâ fore.*

Fortunæ, ὑπαρχοντα, εἰς α, plurale solum, ut cum Charisio prodit

Diomedes. *Fortuna* verò singulo numero aliud est : nempe Dea, vel eventus præter consilium eveniens.

Fruges, κόρποι, carere singulari, docent iidem. Nec ratio obscura, cùm multitudinis significatio insit. Siquidem duo earum genera; frumenta; ut triticum, avena; legumina, ut faba, cicer. Imò & arborum fructus sic vocasse, argumento sit, quòd eas frugiferas nuncupamus.

Genæ, παρειαι, plurale tantum Charisio dicitur, & Phocæ. Sed Plinii est lib. XI, cap. XXXVII : Palpebra in genis utrimque : sed quadrupedi in superiori tantum gena, volucris in inferiore. Et mox : Graviorès alium in inferiore genâ connivent. Et post pauca : Quadrupedes, quæ ova parium, ut testudines, crocodili, (connivent genâ) inferiore tantum. Ac deinde : Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocavere.

Gerræ, ἀλεκτρίνια προσφερόμενα τέχεσιν, quomodo Charisius exponit, plurale tantum, ut idem ait. Vnde pro nugis poni cœperint, docebit Festus. Quâ significatione, itidem est plurale. In Philoxeni tamen glossis : Gerræ, ὀνδαμινός. Sed malim & hic gerræ.

Gingivæ,

Gingivæ, πὶ ἕλα τῶν ὀδόντων, solum plurale traditur Charisio, & Diomedi. Atqui Catulli est *car. xl* :

*Quod quisque mixxit, hoc sibi solet mane
Dentem, atque rissam defricare gingivam.*

Iuvenal. *sat. x* : *Frangendus misero gingivâ parvis inermis.*

Indeque diminutivum *gingivula*, apud Appulejum in *Apologia* :

Complanatorem tumidulæ gingivulæ.

Atque ex *gingivula*, *gingilla*, vel *gingila* : si rectè in glossis Philoxeni; *Gingivæ*, ἕλα, γομοί. *Gingila*, ἕλον ὀδόντων.

Grætes duntaxat pluraliter inveniri, Diomedi monitum. Causa non alia videtur, quàm quia contractum est ex *χάετες*. Charisius : *Hæ grætes*, ἔ *grætes*, *χάετες*. Ac similiter glossæ Philox. & Onomasticon vetus.

Grossi sæpius quidem plurale : singulari interim legas apud Plinium lib. *xiii*, cap. *vii* : *Sed grossus ejus non maturescit.* Imò Macrobius quoque lib. *i* Sat. cap. *xvi*, adducit hæc verba Martii, veteris scriptoris * : *In milibus tor ficorum non videbitis grossum.* Glossæ Philoxeni :

* Fortasse ejusdem, unde Priscianus in sexto c. : Meos hortulos plus sterco, quam holero. Sed ibi vocatur Cn. Marcius. Verum, credo, libratius Martii nomen in vulgatis illud Martii mutari. Argumentum quidem Macrobius rusticum : quod conjectionem nostram juvat. † *Act. i*, sc. 2. ‡ *Act. 2*, sc. 3.

Grassus, ὄλυνθος, ἔ *παχύς*, ἔ *λιπαρός* : ubi confundit *grossus*, quod est ὄλυνθος, & *crassus*, quod est *παχύς*.

Habena quoque legimus. L. Varius :

*Quem non ille finit læ moderator habene,
Quâ velit, ire; sed angusto prius ore coercens,
Insultare docet campis, fingitque morando.*

Adducit Macrobius lib. *vi* Sat. cap. *ix*. Imò ipse est Maronis in *vii* :

— Ille ætus habenâ

Circuatis fertur spatius.

Idus, ἴδοι, plurale solum, ut ait Charisius, Diomedes, Phocas, Priscianus.

Illecebræ, δειλεασμοί, plurale solum Charisio, & Diomedi. Sed Plautus in *Asinaria* ait † :

Atque eccam, illecebra exis tandem.

Et Menæchmis ‡ :

Mundicia illecebra est animo amareum.

Cicero quoque *i* Catil. *Iam verò quanta id nullo unquam homine juvenit is illecebra fuit.* Et pro Milone : *Impunitatis spes, maxima est illecebra peccandi.* Ac similiter Gellius lib. *ii*, cap. *xxix*, lib. *iii*, cap. *v*, lib. *x* cap. *xii*.

Inducias, ἀνακωχή, Charisio solum plurale, ac similiter Diomedes, & Phocas. Sed ut Agellius lib. *xix*, cap. *viii* ait, *inducias nonnunquam scriptores veteres singulari numero appellaverunt.*

Ineptic,

Ineptie, μωπται, tantum plurale; ut ait Charifius. Et longè sanè hoc numero usitatus. Sed ineptia fit, propterea negare etiam singulum numerum habere. Nam Plauti est Mercatore act. I, sc. I :

Ineptia, stultitiaque adeo, & temeritas.

Ita MSSi omnes. Nec versus claudicat, quia ultima in *ineptia* porrecta est ob duas consonas, à quibus vox sequens incipit. Cujusmodi compluria adduxi lib. II artis Grammaticæ, cap. xv. Eodem numero usus Terentius Eunuchus Act. IV, sc. VI :

Vsq̄ue adeo ego illius ferre possūm ineptiam.

Et Adelphi. Act. IV, sc. VII :

Ita me Di ament, ut video ego tuam ineptiam.

Vt de Prudentio taceam; cuius est adversus Symmachum lib. I, *ineptia vulgi*. Et lib. II, *gentilis ineptia*.

Inferie, χομαί, plurale solum esse, ait Gellius lib. XIX, cap. VIII : ac similiter Charifius, Diomedes, Phocas. Puto, naturà esse adjectivum, ut necessariò intelligatur substantivum ejusdem generis; scilicet *res*, vel simile. Inferebant enim sepulchro lac, mel, aquam, vinum, olivas : etiam flores spargebant. Atque ex eo, quòd hæc inferrentur, *inferie* vocabantur. Similiter adjectivè dixere, *inferium vinum* : ut verbis istis, *Mate hocce vino inferio esto*. Quibus utebantur, cum solum calpar inferrent, quod iccirco *inferium vinum* dixere. Alioqui *calpar* latius pateat. Gloss. *Calpar, θυρία ἀπὸ τοῦ χῶν οἴνου*. Item : *Calpar, οἶνος ἐν θυρία*.

Inimicitie plurale tantummodo, juxta Diomedem, & Phocam. Sed *inimicitiam* quoque non semel usurpat Cicero : ut Orat. pro rege Dejotaro : *Parvam inimicitie culpam*. Et secundà investivà in L. Catilinam : *Inimicitiam hominum*. Et IV Tuscul. quæst. *Odisam, inimicitia, discordia*. Et eodem : *Ira, inveterata inimicitia*. Ennius apud Agellium lib. XIX, cap. VIII :

— *Eo ingenio sum ego*

Natus, amicitiam, atque inimicitiam, in frontem promittam gero.

Sic locus is numeris reddendus. Attium usum, docebit Charifius. Etiam Pacuvius Chryse : *Sed cesso inimicitiam integrare*. Et Mart. Capella in quarto : *Namque inscientie scientia contraria, inimicitie amicitia*. Ac leviculam hanc de *inimicitie* vocabulo observationem, nec puduit Collectaneis suis inferere L. Joannem Scoppam lib. I, cap. XIX.

Insidie, ἐνέδραι, plurale solum Charifio, Diomedem, Phocæ.

Kalendæ semper plurale dicitur Sosipatro, Diomedem, Phocæ, Prisciano. Ac similiter glossæ in Cyrilli calce inventæ : *Καλάνδαι, Calendæ : singulare non habet*.

Lactes inter feminina pluralia reponit Diomedes in primo. Idem facit Priscianus in VI : *Hæ lactes, inquit, partes sūnt intestinorum à Græco*

γαλακτῆδες δὲ λέγεται : & servauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulari hæc lactis est. Vbi videmus, Priscianum agnoscere singularem hæc lactis. Quem mox comprobat illo Titinnii in Ferentinati : *Craticula, correbellum, lactis agmina*. Plurali eo in genere usum docet Pomponium in Lare familiari : *Oro te, Basile, per lactes tuas*. De genere tamen scrupulum injicit Valerius Probus in Catholicis, his verbis : *Hi lactes, genere masculino, numero semper plurali*. At mox : *Sunt hæc lactes partes corporis in iunctis pinguisssimæ*. Vbi *hi lactes* rescribendum. Similiter P. Consentius : *Lactes masculinum semper plurali significatus : ut ait Horatius ; Pulmone, & lactibus unctis*. Itaque & Gaspar Scoppius, notis in Institutionibus Grammaticis, sub Paicasi nomine editis, *Lactes* ait falsò credi femininum. Ego in hoc veterum dissensu non Probum sequor, sed Priscianum : neque id, quia hic probatior mihi, sed quia è Pomponio & Titimio comprobatur sententiam suam : quod Probus facere vel non potuit, vel neglexit.

Latebra semper plurale Charisio, & Phocæ. Cicero tamen in tercio de Officiis ait : *Videant, ne quæcunq; latebra perjurio*.

Litera, τὰ γράμματ᾽, perpetuò plurale Charisio statuitur, atque item Diomedii. Poëtis tamen *litera* ponitur pro epistolâ. Vt Ovidio epist. Brif. *Quam legis à rapta Briseide litera venit*.

Et alibi sæpe. Si tanti, Vallam adi lib. 111, cap. vi.

Lutina plurale tantum : ut ait Charisius, juxta codd. MSSos, quos representat Andr. Schottus. Observationum Philologicarum lib. 1, cap. 14. In vulgatis non habes : sed solum, *Latebra*, πηλώμα. In MSSis, *Hæc latebra, μυχοί. Hæc lutina, πηλώμα*. His si standum, ut πηλώμα à πηλός, sic *lutina* fuerit à *λυττω*. Credo *ædes, officina*, vel simile, intelligitur.

Manubia, τὰ ἐκ ζώνων σῦλλα, Charisius, Diomedes, Phocas, plurale tantummodo dicunt. In Augurali tamen disciplina secus videtur. Seneca lib. 11 Nat. Quæst. 1 : *Tertiam manubiam idem Iupiter mittit. De fulmine sermo est*.

Mina Charisius reponit inter semper pluralia. Nempe pro comminatione, vel murore eminentiâ, unde propugnatores hostibus minantur. At singulo *mina* dicitur tum pro c, vel xcv drachmis (priori modo Attici, altero accipere Romani) Rhennius Fannius de Ponderum mamma * altera lacte deficiens : tum ovis † glabro ventre. Imò nec pro comminatione olim eo defecit : si rectè ita Festi locum mutilum supplevit Iosephus Scaliger : *Mina singulariter dici pro eo, quod pluraliter dicitur, Curtius auctor est. Item M. Caso in Suetone : Mina cogi nulla potuit.*

* Festus.
† Varro lib. 2
de R. R.
cap. 2.

Minutia sæpius quidem plurale : sed Senecæ est epist. xci ; *Docet in minutiam frequenter tria redigantur.* Onomasticon vetus : *Minutia*, λεπτόν, σμικρόλον. Imò ut *materia*, *materies* ; *luxuria*, *luxuries* : sic & *minutia*, *minuties* dixere. Appulejus lib. ix : *Ad summam minutiam contere.* Et lib. ix : *Aures enormes repetunt paruitatem pristinam : dentes sacci redeunt ad humanam minutiam.*

Nenia, Νηπία, plurale solum esse, statuunt Charisius, ac Diomedes. Etiam in glossis vert. Græcolatinis legitur : *Εγκώμια νεπῶν, Neniam, singularem non habet.* Verum id falsum esse, evincit hic Varronis * locus lib. iv de vitâ pop. Rom. *Deinde neniam canitari solitam ad tibias, & fides.* Afranium quoque, ac Plautum, eo usos, docet Festus. Usurpant item Fabius, Sidonius, alii. Imò in iisdem glossis alicubi hæc conjunguntur, *epitaphium, neniam, laudatio.*

Nares, juxta Charisium, & Diomedem, est plurativum tantum. Nam genitivo singulari usus Horatius ; cujus est † *naris obesa*, & † *emunctæ naris* : ac Lucanus, cujus * est, *naris aduencæ.* Ablativus est apud Claudianum lib. ii de laudibus Stiliconis :

— *Ceu tenerâ venantem nare molossi.*

Et lib. iii de iisdem :

Hæ pedibus celeres, hæ nare sagaces.

Quin & nominativus est in usu : qui tamen non est *nar*, sed *naris* : ut Charisius ostendit illo Æmilii Macri : *Sancia naris.* Ac similiter Ovid. iii Met. fab. ix :

— *Et lati rictus, & panda loquenti*

Naris erat.

Et lib. vii :

Defluxere comæ, cum quis & naris, & nares.

Etiam pseudo-Ovidius in secundo de vetula :

Nec stillas cerebri naris cava pandit hiatus.

Nar autem fluvii in Sabinis nomen est, & masculinum : ut illo Claudiani ;

Vulturinusque rapax, & Nar vitianus odoro

Sulfure.

Locus est in panegyri de Probinus & Olybrii consulatu †. Quod † *vers. 253.* primum Claudiani poema Latinum fuit ; ut liquet ex epigrammate ad Probinum, cujus initium, *Quem precor inter nos &c.*

Nome, αι νόμω Plutarcho †, nempe appellatione à Latinis acceptâ ; † *in Remulo.* plurale tantum ; juxta Charisium, Phocam, & Priscianum. Naturâ est adjectivum ; ut intelligatur *dies*. Nam etsi propriè *nome* dies unicus, qui proximè vii idus antecedit ; tamen nunc quatuor, nunc sex dies præcedentes ab nonis accipiunt nomen : eaque, ut puto, causa, cur plurativè dixerint *nonas*, non *nonam*. Atque eadem de causa, credo,

credo, & *idus*, & *kalendas*, plurali protulere: nimirum quia etſi unus iduum, unus item calendarum dies foret: tamen & dies, qui antecedunt idus, ab idibus nominantur, & itidem à calendis, qui inter idus, & kalendas interjeſti. Quod ſicuti ratio hæc noſtra non ſatisfacit, is, per me licet, magis veriſimilem excogitet.

Νημε, *φλναρία*, carere ſingulo numero, monitum Charifio, & Diomedii.

Nundine, *ἢ κατ' ἐνάτω πανάγυρις*, ſemper plurale dicitur Gellio lib. XIX, cap. VI II, ac præterea Charifio, Diomedii, Phocæ. In gloſſis tamen vet. *Nundina*, *ἀγορὰ ἢ ἴ ὄντων*. Sed malim, *nundine*. At ſingulari numero potiùs *nundinum* dicitur: ut ex Varrone, & Lucilio, Nonius oſtendit. *Nundina* autem Dea nuncupatà à nono naſcentium die, qui *luſtricus* dicitur. Macrobiùm adi lib. I Saturn. cap. XVI.

Νηπιε, *γάμος*, itidem plurale duntaxat Charifio, Diomedii, Phocæ.

Officiæ non ſemper plurale eſſe, docemur Plautino iſtoc Moſtella-

* Sc. Iam-
pridem oca-
ſtor.

rià*: *Neque cerviſſam, neque molinum, neque ullam aliam officiã.*
Opera pro iis quibus ad opus aliquod utimur, interdum eſt ſingulare. Horat. lib. II ſat. VII:

— *Ocius hinc te*

Ni rapis, accedes opera agro nona Sabino.

Opes ſingularem nescit, juxta Charifium. Sed addit, Virgilium nihilominus dixiſſe I Æn. *Non opis eſt noſtræ Dido*. Atqui hic *opus* non *divitias*; ſed *potestatem*, ſignat: unde Servius, *noſtræ poſſibilitatis*, exponit. Singulare verò *ops*, *opis*, potiùs divitem notat: unde contrarium *inops*. Feſtus: *Ops antiquis dicebatur, quem nunc opulentum dicimus. Ops etiam opem ſive auxilium ferens*: quomodo Accius † de Hercule: *Quorum genitor fertur ops eſſe gentibus*. Sed nihil hoc ad divitiarum ſignificationem. Sunt qui pro divitiis etiam accipi ſingulo numero probent iſtoc Horatii lib. I, Serm. II:

† apud
Priſc. lib. 7.

Dives opis natura ſue.

Vbi ex voce *dives* colligunt, *opis ſue* idem valere, quod *opem ſuarum*. At *opis* hic laxè pro omnibus ſumitur, quibus opitulatur natura: ut nihil aliud ſignet poëta, quàm ſufficere ſibi naturam ad omnia. Nihilominus validius ad hanc rem Ovidii illud lib. I Trift. El. III:

Non aptæ proſugo veſtis, opisve mihi.

Nam & hic laxè ea vox accipitur, non de pecuniis ſolis. Accommodatius hoc antiqui Poëtæ apud Cicer. III Tuſc.,

— *Priami domus*

*Septem altifono cardine templum
Vidi ego te adſtantes ope barbarica.*

Vbi

Vbi opulentia & fastus ejus comes, intelligi videntur. Et contra etiam cum pro auxilio fumitur, in plurativo invenitur. Horat. lib. I epist. x :
— *Donec minor in certamine longo*

Imploravit opes hominis.

Paleas, & paleam, ita distinguunt, quòd *palea* singulari signet cartilaginem de collo gallinacei dependentem : quomodo Varro ait lib. I I I de R. R. cap. IX : *Gallos salaces palea rubra subalbicant.* *Palea* autem pluraliter notent pabulum jumentorum, sive grani folliculum : quà ratione Maro in Georgicis * *leves, & inanes paleas* dixit. Sed in gallo *paleas* quoque ait Columella lib. VI I I, cap. II : *Palea ex rustulo albicanes, quæ velut incane barba dependent.* Et contra de pabulo jumentum dixit Horatius in satyris †, *hornam paleam* : & Virgilius est Georgicòd primo : † lib. 1. & 3 G.
† lib. 2. sat. 6.

At si luxuriâ foliorum exuberat umbra,

Nequicquam pingues paleæ teret arca culmos.

Scio, Servium dicere, Virgilium sic loqui contra artem. Ac rationem hinc addit ; quia quæ à pluribus constant, sunt tantum numeri pluralis, licet abutantur poetæ. At cogitare debuit, Ciceronem quoque in Paradoxis scripsisse : *Auri navem evertat gubernator, an paleæ, in re aliquantum, in gubernatoris inscientiâ nihil interest.* At idem Tullius lib. IV de Fin. *Gubernator aque peccat, si palearum navem evertit, & si auri.* Vt nihil interest, *paleæ*, an *palearum navem*, dicas. Adde quòd ἄνευ ἑσπέρων *paleam aris*, pro ramentis ejus, dicat Plinius lib. XXXIV, cap. XIII.

Partes, pro factione, sæpius plurale. Sic & *prime*, ac *secundæ*; ubi intelligitur *partes*. Vt cum dicitur *primas*, aut *secundas tenere*.

Plagæ, ζῶναι διπλῶν, plurale tantum, ut ait Charisius. Sed apud eum corruptè † *hæc plagæ*, pro *hæc plagæ*, editum est. Idem tradit Diomedes. † in Præfatione.

Præstigiæ refugit plurativum, si Charisium, & Diomedem, audimus. Quintilianus tamen lib. IV, cap. I : *Hujus velut præstigiæ plausum petat.*

Preces, in ἐπίαι, expers esse singularis, censent Charisius, & Diomedes. At ablativum *prece* legas apud Plautum, Horatium, Ovidium, Persium, Senecam : imò apud Ciceronem lib. I de Inventione : *Si prece & observatione humili ac supplici stentur.* Et ad Atticum lib. X, epist. XIV : *Quintus non modo non cum magna prece ad me ; sed acerbissime scripsit.* Similiter Cornificius Rhetoricorum ad Herennium lib. II : *Nec prece, nec pretio, nec gratiâ, nec similitate, à recta via ostendemus deduci oportere.* Terentius nec *preci* refugit Andr. Act. III, sc. IV :

Nihil est preci loci reliquum : jam perturbavi omnia.

Ac similiter Phorm. Act. III, sc. III :

— *Vi nullus locus relinquatur preci.*

Plauti quoque est *precem Captivis* Act. II, sc. I :

Quod antehac pro iure imperitabam tunc, nunc te oro per precem.

Antiquus nominativus fuit *precis*, vel ἡ συγκληψίς , *prex*. Glossæ Græco lat. ad Cyrilli calcem inventæ : Παράκλησις, *objectatio*, *prex*.

Phaleræ semper plurale, ait Diomedes lib. i. Verùm singulo numero Plinius videtur dicere lib. xxxi i i, cap. i : *Quo facto tanta Senavi indignatione exarsit, ut annubos ab se abjectos fuisse in antiquissimis reperiantur animalibus. Falli plerisque, qui tum & equestrem ordinem id fecisse arbitrantur. Est enim adjectivum hoc quoque : sed & phalera posita : propter quæ nomen Equitum adjectivum est.*

Primitivæ, ἀπαιχταί, tantummodo in plurali usurpatur, teste Charisio, Diomede, Phoca. Naturâ esse adjectivum, arguit, quod Ovid. xii Met. * dicat :

* fab. 5.

Ecce rapit mediis flagrantem Rhetus ab aris

Primitivum torrem.

Quare cum *primitivæ* dicitur ἀπαιχτός, *frugum* intelligitur. Postea latius extensa significatio.

Quadrigæ plurale semper dicitur Charisio, & Diomedi. Sed hanc opinionem paullo antè refellebamus, cum de *Βιραγυμ* nomine sermo esset.

Quisquilie, Φρυγάνων χαϊται, σκύβαλα, non habere singularem, dicitur Charisio, Diomedi, Phocæ. Nempe obsoletum est *quisquilie*. Visus Novius † in Togulariâ :

Abi abi, deturbare saxo, homo non quisquilie.

In glossis Philoxeni legas, *Quisquilie*, σκύβαλα. Vtrum hic singulo numero, an plurali ? Sanè & Plinius lib. xvi, cap. vii i i ait, granum ilicis cocciferæ vocari *quisquilium* : si proba est Dalecampii conjectura. Cui antiqua Parmenisi favet. Sed in aliis est *cusculium*. Ut verisimile magis sit, quod maximo Salmasio † visum, esse ex Græco κόσουλιον, quod ἄρα ἔχουσουλίων * : unde similiter κοσουλμάτω, & κοσουλμάπα, *micula pollium præsegetina* ; ut interpretantur Aristophanis scholiastes, Helychius, & Suidas.

Reliquiæ, λείψανα, plurale tantum Charisio, & Phocæ. *Reliquia* tamen in vet. Plauri codd. invenitur Mil. Glor. Act. i, sc. i :

At pedes tibi reliquia erunt, si viderem.

Appuleji etiam est in Apologia :

Conversitorem pridiana reliquia.

Censeo autem, & hoc naturâ esse adjectivum : ut in *reliquia*, res aut pars respiciatur : in *reliquiæ*, res aut partes, vel simile. Movet, quod *reliquus* sit adjectivum. Atqui *relicivæ*, à *relicivum*, quod postea *reliquus*. *Relicivus*, &c., *relicivas* quatuor syllabis ; apud Lucretium legas lib. i, & iv.

Scio

† Ita Fefsi exemplar Farnesianum. Al. Nævius.

† in Plinianis Exercitationibus.
* refecere minutias, qua existant.

Scio *Ἀγέλουσιν* statui. Sed cenfeo, prius dixisse *relicium*, *παραουλάβως*. Ut enim à *pasco pascius*, ab *irriigo irriigius*, à *cædo cædium*: sic à *reliquo*, quod postea *relinquo*, *relicius*.

Retes, *ῥέτια*, juxta Charisium, singularem ignorat. Ut cùm dicimus, *In retes meas incidisti*. Sed fallitur. Nam ut *retia* à *rete*, sic *retes* à *retis*: de quo antea * dictum.

* cap. 29.

Salebras singulum habere numerum, ostendit hoc Ciceronis in v de Fin. *Hæret in salebra*. Similiter Val. Max. lib. vi, Appul. lib. i Met. Apud Papiam quoque est: *Salebra, via inequalis*.

Salina, *ἀλικαί*, pluralè tantùm, juxta Charisium. Sed naturâ est adjectivum, ac respicitur *tabernæ*: ut *vas*, cùm dico *salinum*.

Sarcina, *σποσιδαί*, semper pluralè, eidem Charisio. Quomodo & *sarcinulas* dixere Catullus ad Veranium, Iruenalis sat. vi, & Vlpianus l. xv. §. ult. D. Ex quibus caussis major. Sed singulari dixit Plautus Mostellariâ:

Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.

Propertius lib. iv, el. iiii:

Essem militiæ sarcina fida tuæ.

Cui planè geminum hoc Ovid. epistolâ Briseidos:

Non ego sum classi sarcina magna tuæ.

Scale, *κλίμαξ*, in iis, quibus nonnisi plurali utendum, refertur à Charisio, Diomede, & Phoca. Rectè tamen *scala* dicitur: quod & vidit in lexico suo Phavorinus, cùm ait: *Ἀναβολῆς ἢ ἡ ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων* † *λεγομένη σκάλα*. Usurpat Cajus Iurisc. † *Vel scalam sciens accommodaverit ad ascendendum*. Imo & Cornelius Celsus, cujus est, *Necessaria est scala lignea, quæ crassitudinem duorum digitorum habeat*. Et, *Si brachium deligatum super scalæ gallinariæ gradum posuerit*. Aquilus Romanus: *Malo enim adscensum quam scalam, quam gradiculos ut quidam dixeret*. Quamquam *scalas* malim, cùm Sallustius dixerit in Iugurtha: *Vbi unæ atque alteræ scalæ comminutæ sunt*. Similiterque Cicero, Cæsar, alii.

Scopæ pluralè solum, juxta glossas Philoxeni, ubi legas: *Scopæ*, *σπίρη*, *τῶν* * *αἰεὶ ἀπληθυντικῶς λέγεται*. Imò Diomedes idem tradit, & Servius in illud i Georg.

Nequicquam pingues paleæ teret areæ culmos.

Notandum, inquit, *paleam* dictam numero singulari contra artem. nam ea, quæ ex pluribus consistit, numeri sunt tantum pluralis, secundum artem: ut, cancelli, bigæ, scopæ; licet abutantur poetæ. Etiam Charisius inter plurali carentia retulit: sed addit ille, *Dicimus tamen & scopæ*. Quin & Onomasticon vetus: *Scopæ; σπέρμαθρον. Scoparii, οἱ σπρωταί. Scopula, κρημνάπον*. Postremo hoc utitur Columella lib. xii, cap. xviii: *Deinde peni-*

† *Græci ἀναβολῆς, qua Romanus dicitur scāla.*‡ *In l. Si pignore. §. penult. ff. de furtis.*

* hoc semper pluraliter dicitur.

peniculo detergitur, & ferventissimâ pice infusâ, novo alio rutabulo, & scopulâ picatur. Herbæ inde etiam nomen *scopa regia*. Plinius lib. XXI, cap. VI : *Non levior ei, quam scopam regiam † appellant; quamquam folia ejus olent, non flores.* Gloss. Philox. *Scopa regia*, Σιδερίτη, Βοτάνη. Vbi corrogo, Σιδερίτης. Nam σιδερίτης herba, quæ nonnullis *Achilleum*: ut docet Dioscorides lib. IV, cap. XXXIII, & Plinius lib. XXXV, cap. V. Propriâ vero significatione *scopa* pro *scopæ* non memini me legere apud idoneum quemquam Latinæ linguæ auctorem. Obduci olim solet Suetonii illud in Nerone : *Alterius collo & scopæ deligata.* Sed *ascopera* legendum, monuit Angelus Politianus Miscell. cap. XX.

Sordes carere singulari, ajunt Charisius, & Diomedes. Atqui & *fordis*, & *fordem*, & *forde* dicitur. Plautus *Pœnulo* :

Imò etiam in medio oculo parvam sordis est.

Item Horat. lib. I epist. ad Lollium :

Auriculas citharæ colle. Tâ forde dolentes.

Imò Cicero pro Flacco : *Nullam in re familiari sordem posse proferri.* Et ad Att. lib. I, epist. XIII : *Apud bonos eisdem sumus, quos reliquisti: apud sordem verbis, & fecem, multò melius nunc, quam reliquisti.* Huc pertinet quoque ille Bedæ locus lib. de Orthographia : *Sors sortis, & fors sordis dicitur.* Ambrosius : *Mundet vasa, ne sordis aliqua vini gratiam decoloret.* Hæc Beda. Vbi fortasse legendum, *sors, sortis, & sordis sordis.* Nam Ambrosii locus à Beda productus *sordis* in recto, non *sors*, usurpat. Nec *sors* pro eo dixit quisquam.

Sortes plurale pro oraculis sive Deorum responsis, juxta Diomedem. Appulejus tamen IV Met. ait : *Apollo sic Latinâ sorte respondit.* Et, *Sue conjugi præcepta sortis enodat infastigæ.* Vbi manifestum est, pro oraculo sumi. Ac ne solum sic Appulejum loqui censeas, ipsius Ciceronis est lib. II de Divinat. *Nam cum fors illa edita est opulentissimo regi Asiæ;*

Cræsus Halym penetrans magnam pervertet opum vim: hostium vim sese perversuram putavit; pervertit autem suam. Similiter Ovid. V Fast. *obscuræ sortis ambages.*

Suppetiæ, BonDiciæ, tantum plurale; juxta Charisium, & Diomedem.

Symplegades propterea est plurale, quia geminæ. Sed de unâ sic Seneca Hercule Furente * :

— *Illâ quæ Pontum Scythen*

Symplegas arctas.

Tenebræ, exortia, solum est plurale; ut rectè Charisius, Diomedes, Phocas. Lampridius tamen in Commodio : *Repentina caligo ac tenebræ*

in

* vers.
1209.

in Circo Calendis Ian. oborta. Ita in membranis omnibus reperit Isaac. Casaub.

Trica, τριχόματς, solum plurale Charisio. Idem de *Apinis* iudicandum : quæ Martialis jungit lib. xii, ep. i :

Sunt apinae, tricaeque, & siquid vilius istis.

At *Apina*, & *Trica*, numero singulari, sunt oppida Apuliae, unde *apinis* & *tricus* nomen. Plinius lib. iii, cap. xi : *Arpi* ; aliquando *Argos Hippium*, *Diomede condente*, mox *Argyrippa dictum*. *Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque* : & *urbes duas*, quæ in proverbii ludicrum vertere, *Apinam*, & *Tricam*.

Vigiliae pluraliter dicitur de excubiis nocturnis, cum totæ intelliguntur : at singulariter de parte earum : quomodo apud Cæsarem sæpe legas, *prima*, *secunda*, *tertia*, *quarta*, *vigilia*. Atque ita Cicero Philipp. i : *Quasi in vigilia quadam consulari ac Senatoria*. Et Philipp. vii : *Ut populum Romanum vacuum noctu nostra vigilia redderemus*. Et iii in Catil. *Tertia fere vigilia exacta*. Censorinus similiter, capite de diebus.

Vindiciae solum plurale Charisio. *Vindicia* tamen est in legg. xii Tabb. *Si vindiciam falsam tulit*. Etiam Servius Sulpitius apud Festum ait, *Vindiciam esse, quæ de re controversa est*.

Vires temper pluralia statuit Charisius. Atqui *vires* est à *vis* : cujus antiquus genitivus videtur fuisse *vieris*, ut à *sus fueris*, vel *suris*, unde *surire*. Vel rectus fuerit hæc *viris*, unde postea *vis*. A *viris* autem *vires*. Verum de eo pluribus in triptotis.

Vrbium his nomina addere solent : ut, *Athene*, *Thebae*, *Mycenæ*. Sed, ut monet Priscianus in v : *Inveniuntur in his quaedam singulariter prolata, idem significantia*. Sic *Cyrenas*, & *Cyrenen* dixere ; *Cumas* *Æolidis*, & *Cymam* ; *Thebas*, & *Theben*. Stadius viii *Theb*.

Vive superstes ait, diræque ad mœnia Thebes.

Solus abi.

Imò Virgilii ipsius est in v :

Argolicove mari deprehensus, & urbe Mycena.

Sed fortasse *Mycena* adjectivè hic sumitur pro *Mycenæa*. Plinius lib. xvi, cap. iv : *Fidenam primus irrupisset*. Et Silius Italicus lib. xv :

— *Roma minanti*

Impar Fidene.

At *Fidene* pluraliter Livius, Tacitus, alii.

At *Venetiae* urbs, *Venetia* regio.

C A P V T X L I V .

De neutris, quæ ajunt singulo numero carere. Aplustre. Arbitrium, pro arbitri sententia. Avius. Batualia. Castrum. Γαισός. Genialia. Genitale. Iugum pro cacumine. Iugere pro jugero: & Jugeris pro jugeribus. Ile. Licium. Lumen pro die. Mapali. Multicia tunica. Oblivium. Palear. Pascuum. Tempus capivus. Vadum. Verbere. Vtenfile. *De festorum nominibus.*

Superfunt neutra, quæ nescire pluralem dicuntur. Hæc deinceps exponam.

Æstiva, & hyberna, atque item stativa, ex se adjectiva sunt: atque intelligitur castra, vel loca. Vt naturâ habeant singularem.

Aplustra, vel aplustria, pluraliter dixit Ennius. Vnde in glossis: Aplustra, περίον πλοῖος, ὡς Εννίου. Item Lucretius lib. II, Cicero, & Cæsar in Arateis, Silius in x. Ac similiter ablativo aplustris usus idem Lucretius in IV. Sed singulare aplustre est apud Lucanum lib. III:*

* vers. 586.

— *Grajumque audax aplustre retentat.*

† vers. 672.

Et post aliqua †:

— *At hi tortum validis aplustre lacertis,*

Avulsâque rotant excusso remige sedes.

Arbitria semper esse plurale, Charitii opinio est; non quidem prout simpliciter sumitur pro judicio; sed pro arbitri sententia, quomodo μεσιεία in glossis vertitur. Sic usus M. Tullius in tertio de Officiis †: Q. quidem Scævola, pontifex maximus, summam vim dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, Ex fide bona. At singulo numero aliquanto antè idem dixerat: Reliquorum autem iudiciorum hæc maxime excellent, in arbitrio rei uxorie, Melius, æquius. Similiter loquitur alibi non semel.*

† pag. extrema 65. edit. Ald.
* pag. 64. edit. ejusdem.

Arma, ὄπλα, singularem ignorare, Gellius monet lib. XIX. cap. VII. Nec alter Charitius in primo, Phocas in Arte, & Priscianus in v. In caussa videtur, quod multa hoc nomine contineantur: nempe scutum, gladius, galea, lorica, fustis, lapides: ut Festus docet, & Cajus de verborum significationibus.

Avia, ἀποδα, plurale tantummodo esse, tradidit Sosipater. Verum non magis singulo caret, quàm irrovia, perovia, devia. Quippe Plauti est Aululariâ:

Sylvani lucus extra murum est avius.

Ac similiter Lucretius lib. II:

Avius à vera longè ratione vagaris.

Vti

Vti & eopse libro :

Avius à vera longè ratione recedit.

Et in tertio :

*Quin etiam morbis in corporis avius errat
Sæpe animus.*

Batualia, γυμνασία μονομαχων, solùm plurale, ut Charisius in primo ait. Nempe natura est adjectivum, & intelligitur *exercitia*, vel *certamina*, *Bellaria* non modò, sed *bellarium* etiam dicitur, si Festum audimus.

Bona, υπέρχοντα, tantùm plurale, ut ait Charisius.

Brevia, βραχῆ, solùm plurale, juxta eundem.

Castra, παρεμβολή, plurale semper, ut idem ait Charisius, & Phocas. De voce eadem ita Servius in illud VI ÆN.

Pomerios, Castrumque Inui.

Castrum civitas est. Nam castra numero plurali dicimus : licet legerimus in Plauto, Castrum Pœnorum. Censet igitur Servius, Plautum à *castris* numerum singulum formasse *castrum* : sed usitate *castrum* à *castris* differre, quia illud notet civitatem : unde Maroni *Castrum Inui*, id est, civitas Panos, eo quod *Inuus* (sic apud Servium Danielis, non *Inus* legi debet) sit Pan, cui nomen sit *ab ineundo passim cum omnibus animalibus* : ut ibidem dicitur. Falluntur igitur, qui hoc Maronis loco probare conantur, *castra* habere numerum singulum. Nihilque magis id colligas ex illo Cn. Pompeji ad Domitium Procon. *Cæsarem Firmo progressum in Castrum Truentinum venisse.* Habes in epist. ad Atticum lib. VIII, epist. XVIII. De *castris*, sive *castelli*, *pagi*, *vici*, *oppidi*, *urbis*, *villæ*, discrimine vide sis Aldum de Quæstis lib. III : epist. VII.

Cete, κήτι, singulari caret ; ut ait Charisius. Nam *cetus* quidem dicitur ; sed inde est *ceti*. At *κήτος*, unde *κήτεα κήτι*, est neutrum.

Cibaria, σιτομέτριοι ; singulare nescire, sententia est Sosipatri, & Diomedis. Puta quando accipitur substantivè. Nam adjectivè ait Cicero Tusc. V : *panis cibarius* : Plautus Capt. *res cibaria* : Columella lib. XII, cap. L, *oleum cibarium*.

Comitia plurali tantùm efferre jubet Gellius lib. XIX, cap. VIII : ac similiter Sosipater. Sed intellige pro conventu populi ad creandos magistratus ; unde idem Sosipater *αρχιαιρέσια* interpretatur. Pro loco enim *comitium* est in usu, non modò apud Plautum, Asconium, Gellium ; sed etiam Ciceronem primo de Divinat. & alibi.

Compita non aliter, quàm pluralivè efferimus : sed antiqui etiam *compitium* dixere : uti & *compitus* ; quod ex Cæcilio, & Varrone, superius * ostendimus.

Crepidia, ἀναγνωρισμός, ut quidem interpretatur Charisius, (nempe

K k k k 2

pe

* cap. 36.

pe quia crebrò inde in fabulis fit agnitio) plurale tantùm est ; ut idem ait, ac Diomedes, & Phocas.

Cunabula duntaxat plurale, juxta Diomedem, & Phocam. Glossæ tamen Philoxeni : *Κύνα, & cunabulum, Βαβαλισηιον*. Sed hodie deficiit auctoritas.

Diaria carere singulo, ait Charisius : qui, retentâ voce Latinâ, interpretatur *Διημερα* : nempe quia ea vox posterioribus Græcis in usu : ut videre est Iustiniani Novell. cxxiiii ; inque Constitutionibus Manuëlis Comneni, & Heraclii, atque alibi. Horatius lib. i, epist. xiv :

Κὺμ σίρωις ὀρβανὰ διὰρῖα ῥοδερὲ μαῖρις.

Vbi Lambinus : *Diarium*, inquit, *vicinus est diurnus*. Quod ipsum in Thesauro Rob. Steph. legas. Credo, si Charitii locus ille animo occurrisset. *d.aria* scripissent. Quomodo Cicero quoque ad Art. lib. viii *milium diarius* ait, & Martialis similiter lib. ix, epigr. cix :

— πῦρι γὰρ διὰρῖα ποσύντ.

Sed his locis de pluribus diebus agitur : ut fortasse rectiùs dicatur, *Hodie seruo diarium non dedit* : quàm *diaria*.

Donaria singulari fraudat Charisius. Appulejus tamen in secundo Floridorum inquit : *ibi donarium Deæ perquam opulentum*. Apud Servium etiam in xii legas : *Sacrarium proprie locus est in templo, in quo sacra reponuntur : sicut donarium est, ubi collocantur oblata*. Sed voluit Charisius plurale esse, cum notat dona ipsa, unde *δῶνα ἱματῶ* interpretatur. At Appulejus pro loco usurpat : similiterque Servius exponit. Scio, Valiam Elegantiarum lib. i, cap. vi hoc nomine Servium reprehendere. Sed pro loco usi quoque Maro xii Georg. & Agellius lib. ii, cap. x. Papias : *Donaria proprie dicta, quòd ibi dona reponantur, quæ in templis offerre consueverunt : abusive etiam templa dicuntur*.

Exta semper plurale, auctore cum Phoca, tum Sosipatro ; qui interpretatur *σπάγγα, τὰ κατεπιθήμενα βωμοῖς*.

Flabra pro ventis dixit Maro ii Georg. ac sæpius sic Lucretius, ^{in 2 Georg.} *Etesia flabra*. Eà significatione tantùm esse plurale, tradit Servius *. In glossis tamen Cyrilli est : *Φύσημα, flamen, flatus, flabrum*. Item Papias : *Flabrum, tempestas*.

Fragra non Poëtæ modò, sed Plinius quoque, & alii, non aliter, quàm plurali usurpant. Sed dicere possis, cum sic vocentur exigua quædam mora terrestria, in iis scriptorum locis de pluribus fragis sermonem esse. Equidem puto, si distinctè loquendum esset, dicturos fuisse, *hoc fragrum majus est isto*. Non ejus habemus exemplum. Scio. Sed ista familiaris erant sermonis : cujus sæpe nequit auctor laudari, quia scriptores se ad hujusmodi non demitterent, vel si qui id fecerint,

fecerint, perierunt. Atque idem dictum velim de aliis ejus generis multis, quæ privant singulari, non quia caruerint, sed quoniam nunc auctoritas desit.

Gesa, sive *gasa*, εἰδ' ὁ ἀιγονίς, semper plurale ait Sospater. Sic usi Maro, Propertius, Silius, Stadius, Claudianus. Et ne Poëtas solum dicam, Livius lib. VIII: *Leves autem, qui hastas tantum gesaque gerebant, vocabantur.* Singulo tamen numero legas in historia Iudith c. IX: ἤλπισον ἐν αἰσίδι, & γαίῳ, ἢ τόξῳ, & σφενδόνῃ. *Conzisi fuerit clypeo, gaseo, arcu, & fundâ.* Quamquam hoc fortasse à γαῖος, vel γαῖος, non γαῖον. Sanè γαῖος est apud Pollucem lib. VII, cap. XXXIII, item Hefychium. Sed neutro singulari est apud Festum: *Gesum, grave jaculum.* Vbi lege, *jaculum.* Papias: *Gessum, haste jaculum.* Malim, *haste, jaculum.*

Gemalia, tantum plurale Charisio. Sed hoc ad festa pertinet, de quibus postea. Quippe interpretatur τυχαῖα: at eidem genus exponitur ἡ τύχη ἐκείνα.

Genitale pro *genitalibus* dici, Plinii hoc ostendit lib. XXVII, cap. XI: *Vulpis mascule genitale circumligatum.* Quomodo & idem cap. IX dixerat, *genitale maris:* & lib. XI, cap. XLIV: *Præter genitale, & in hoc maribus tantum:* ac Celsus similiter, *genitale muliebri.*

Intestina, ἐντέρα, singularem non habere, proditum Charisio, ac Diomedii. Videlicet multa sunt intestina. Alioqui de uno dixere in singulo: ut apud Celsum lib. II, cap. I: *Tenuioris intestini morbus, quem ileon nominant.*

Iuga, ἀκρόρατα, seu *summa montium*, non aliter, quam plurali inveniri, Charisio, & Diomedii, traditum. Atqui Maronis est VI *Æn.* *Hoc superate jugum.* Ac similiter Propertius, Ovidius, Stadius, alii. Imò Cæsar ipse in VII de bello Gallico: *Tandem Germani, ab dextro latere summam jugum nati, hostes loco depellunt.*

Jugera, κλέρα, Charisius sic refert inter pluralia tantum, ut continuo addat: *Verum & jugerum dicimus.* Quasi *jugera* possit esse à *jugerum*, cum casu gignendi pluralivo habeat *jugerum*. Nec movet, quòd Priscianus in VI ait, *jugerum* dici pro *jugerorum*. Nam eum refellit, quòd & *jugeribus* legitur. Quare *jugera*, *jugerum*, sit à *juger*, vel, ut Priscianus ait, *jugus*. Ab eo in gignendi casu *jugeris* dixit Pomponius Melius lib. III cap. V: *Plus jugeris spacio sublimis.* Sic enim est in MSSis melioribus, & optimis editionibus: uti illa, Andree Schotti. Ac similiter Tibullus *jugere* dixit lib. II, eleg. III:

Vt multo innumeram jugere pascat ovem.

Vti à *jugerum* contra est in plurali *jugeris*, pro *jugeribus*, apud Varro-
nem lib. I de R. R. cap. X.

K k k k 3

Illa

Ilia in singulari habet *ile*. Onomasticon vetus : *Ile*, κῶλον. Sed in eo errat, quod κῶλον vertit, cūm hoc sit intestinum crassum. At *ili* nomen ab ειλῆς, quod μεϊωνομικῶς quidem morbum intestinorum notat : at propriè est intestinum tenue, ita dictum σοτὶ ἔειλῆν, id est, v. riere, v. v. re. De singulo autem ejus vocabuli numero autor quoque Plinius lib. XI, cap. XXXII. *Ab hoc ventriculo lactes in homine, & ove, per quas labitur cibus ; in cæteris ile.* Variant interim codd. Servius in illud Ecl. VII :

— *Rumpantur ut ilia Codro.*

* Sat. 5.

*Sicut in Æneide dictum est, hoc ile, & hæc ilia facit. Vnde Iuvenalis * ait :*

— *Vis frater ab ipsis*

Ilibus ?

Verūm Iuvenalis is locus non ostendit, *ile* dici in singulari ; sed tantūm declinationem indicat. Addit deinde Servius : *Maryllus monographus contempsit artem ; qui, ad jocum movendum, parafio dixit ; Tu, ut Hector, ab Ilio nunquam.* Quasi nempe *ilia* esset non ab *ile*, sed ab *ilium*.

† Metam. lib. 2.

Iusta, ἔθιμα, plurale semper Charisio, ac Diomedii. Sed et si substantivè sumatur, ut in illo Nasonis †, *Injustaque iusta peregris* : natura tamen est adjectivum ; ac intelligitur *funera* : quæ *iusta* dicuntur, quia jus est ea tribui defunctis. Vnde liquet, naturā suā non carere plurali.

Lamenta plurali legas passim. Et si *lamentum* Papias agnoscit.

Lantia Charisio tantūm plurale. Quomodo usus Livius lib. XXVIII, Appulejus lib. III, Festus, alii.

Licia quoque huc referunt. At *licium* dici, ostendit formula de furtis per lancem liciumque conceptis. Vide Gellium lib. XI, cap. XVI II.

Lumina, pro oculis, vel diebus, plurale est. De priori auctor Charisius. Sed addit, apud Maronem tamen *lumen* pro oculo legi. Nempe pro oculis, *lumina* ; pro oculo, *lumen* dicitur. Ut de oculo Polyphemii Maro III Æn. — *cui lumen ademptum.* Et mox, *Luminis effossi.* — Similiter pro *diebus* quidem plurale est ; ut apud Catullum de comâ Berenices :

Placabis festis luminibus Venerem.

At pro *die* est singulare ; ut cūm apud Ennium sic Creon compellat Medeam, eamque regni sui finibus exire quam primum jubet :

Si te secundo lumine hic offendero,

Moriere.

Hoc est, proximâ die.

Nimirum par ratio est, ac in *lux* pro *die*, & *lucis* pro *diebus*. De quo antè dictum.

Lustra plurale est pro lupanari, vel ferarum latibulis. At usitatum est

est singulari pro spatio quinquennii, vel quadriennii, aut pro lustratione, quæ censu perfecto suovetaurilibus fiebat : unde Censores dicebantur *lustrum condere*.

Magalia, & *mapalia*, Afrorum casæ, Charisio, & Phocæ, semper pluralia : deque priori idem prodit Diomedes. Posteriùs singulari non refugit Valerius Flaccus lib. 11 :

— *Coit è sparso concita mapali*

Agrestum manus.

Mænia, τείχη, αἰκόλια, non aliter, quàm plurali, usurpatur : ut consentiunt Charisius, Diomedes, Phocas, & Priscianus in v.

Mæne tamen Ennii est : Festus : *Mæne* singulariter dixit Ennius : *Apud emporium in campo hostium per mæne*. Sive, ut in chartis est Pomponii Læti : *Pro mæne*.

Mulcicia utut substantivè solum in plurali sumatur, naturâ suâ est adjectivum : eoque puto, non minùs *tunicam mulciciam* dixeris, quàm Flavius Vopiscus in Aureliano *tunicas mulcicias*.

Nutricia item, pro nutricis mercede, est plurale ; sed naturâ adjectivum. Vtitur Vlpianus l. 1. §. penult. D. de var. & extraord.

Oblivia solum plurale existimant. Intellige non adjectivè ; quomodo *verba oblivia* dixit Varro in IV de L. L. hoc est, oblivioni data ; ut singularis in virili sit *oblivius* : sed substantivè pro oblivione ; quâ ratione Maro ait in VI : — *Et longa oblivia ponunt*. Verùm sic quoque in singulari reperio apud Cornelium Tacitum lib. 111 Histor. *Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblvio transmisit*. Rectè igitur glossæ Cyrilli : Ἀθήνη, *oblivium, obliteratio*. Et vetus Onomasticon : *Oblivium, λησμονή, λήθη*.

Olympia, *Pythia*, & similia, naturâ sunt adjectiva ; in quibus intelligitur *certamina*, vel simile.

Orgia, Διονύσια μυστήρια, semper plurale ; ut ait Charisius. Ac similiter Græci semper τὰ ὄργια.

Palaria semper plurale ; ut ait Charisius. Nempe intelligitur *exercitamenta* : uti & cùm dicimus *batualia*. Quæ hoc solum differunt, quòd *batualia* sint congressus duorum ; *palaria* autem, singulare certamen adversus palum. Si tamen Scaligerum in Conjectaneis ad Varronem audimus, non *exercitia*, sed *loca* intelligatur. Censet enim, locum, ubi ad palum certaretur, *palaria* vocatum : *batualia* item locum, ubi batuerent. Sed de *palaribus*, refellitur Charisii verbis ; qui *palaria* exponit, non *ubi*, sed *cum milites ad palum exercentur*. Deque *batualibus* sic Adamantius Martyrius apud Cassiodorum de Orthographia : *Bat in uno tantum reperitur nomine generis neutri pluraliter enunciato, id est, batualia*,

* *malia, quæ vulgo batalia dicuntur. Exercitationes autem militum vel gladiatorum significant.*

* *alb. 4. Palæria fraudant singulari, cùm Seneca in Hippolyto * dicat :*

Musco tenaci pectus, ac palæar vires.

Parentalia Diomedes ait tantum in plurali usurpari. Nimirum *opera*, vel simile intelligitur. Naturà enim est adjectivum ; unde *parentalis labor*, apud Cyprianum sermone de lapsis. Par igitur ratio est ac in *iusta*, ubi eadem ellipsis.

† *1.9. s. 2. ff. de jure Dot.* *Parapherna* semper plurale, ut Græcis τὰ καθ' ἑρπυα : quomodo *Vipianus* † docet vocari, quæ uxor καθ' ἑρπυα, hoc est, *preter dotem*, ad virum defert.

Pascua, si Grammaticos audimus, non habet singularem. Quasi non *viride pasuum*, dicat Varro lib. II de R. R. cap. XI. Ac Columella item lib. VII, cap. I : *In eo rure, quod pasuo caret.* Et cap. XII : *Si ager sine pasuo est.* Pro quo *pasua* in singulari dixere plerique alii veterum : sed imprimis posterioris ævi scriptores : ut Tertullianus Apologetici cap. XXI, Minutius Felix, si recta est doctissimi Meursii emendatio, & Arnobius Junior in Psalm. XXI, & CVI.

Præbia, quasi *prohibia*, tantum plurale. Sic *amoleta*, sive remedia dicuntur, quæ falcinationes prohibent : ut constat ex Varronis lib. VI de L. L. & Verrio apud Festum.

† *lib. 2. c. 4. selt. 33.* *Præcordia* frustra in singulo numero requiras : etsi in veteri vocabulario *præcordium* legere sit : & Pollucis interpres, Rodolphus Gualterus †, *πρεκαρδιον* semel & iterum *præcordium* vertat. Sed Cicero, & Plinius, semper *præcordia* : imò & Poëtæ omnes, etsi iis major licentia. Ut nihil dicam de Charisio, & Diomede ; qui perpetuò plurale esse ajunt.

Rapacia, seu *rapicia*, quomodo dicuntur cauliculi raporum, plurale semper : ut ex Catone, Plinio, atque aliis colligere est. Onomasticon vetus : *Rapacia, γογγυλίδος.*

* *certia dicitur nuptiarum.* *Repotia* tantum plurale. Quo exemplo basilicorum glossæ itidem *ρεπωτια* : sed vulgo legitur *ρεπιτια* : perperam absque dubio, cùm exponatur ibidem, *ἢ ῥεπιτη * τῶν γάμων ἡμῶν.*

Rostra locus in Urbe, ubi concionantur, semper plurale : ut est apud Charisium : quicum consentit Diomedes. Causam superius eam atulimus, quòd locus is foret ex plurimis Antiatium navium rostris constructus.

† *Ecl. 6.* *Serta*, *σέρταιοι, σεφαιώματα*, tantummodo plurali usurpatur : juxta Charisium, Diomedem, Phocam. Sed quid de eo sentire oporteat, optimè exposuit Servius in I Æn. his verbis : *Sertium, & sarta, cùm nihil adjicitur, dicitur : ut hoc loco, (Sertisque recentibus) Item alibi expressius † :*

Serta

Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.

*Si autem SERTOS dixerō, addo FLORES. Si SERTAS, addo, CORONAS: ut Lucanus *;*

* lib. 10.
vers. 164.

Accipiunt sertas nardo florentē coronas.

Spēctacula, θεωρία, Charifius & Diomedes plurale solum dicunt. Plinius tamen in Panegyrico, pantomimorum spectaculum dixit.

Spolia, λάφυρα, Charifius, Diomedes, Phocas, tantummodo vult plurale. Sed subjungit Diomedes, Virgilium spoliū dixisse. Locus est XII ÆN.

— *Validam vi corripit hastam,*

Aëtoris Aurunci spoliū.

Subsellia tantum in plurativo dici ajunt. Et verum hoc, ubi de theatralibus subselliis sermo est universè. Cæteroque Plautus non refugit Captivis †, & Sticho †, imi subsellii virum. Estque ejusdem Sticho act. v, sc. IV: Potius in subsellio Cynicè accipiemur quam in lectis.

† Act. 3.
sc. 1.
† Act. 3.
sc. 2.

*Tempora, πρόταφοι, inter pluralia semper reponit Charifius. Sed agnoscit Virgilium singulari usurpare. Locus est ÆN. IX *:*

* vers. 418.

— *It † hasta Tago per tempus urrumque*

† Al. lit.
Prisc. volat.

Stridens, trajectoque hæsi sepe facta cruore.

Nec sic locutus sine exemplo. Nam Catulli est epithalamio Julię, & Manlii:

*Vsq̄ue diem tremulum morens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.*

Eodem modo locutus Lucretius lib. II †: quamquam Lambinus † vers. 44. pectus corrigit, invitis omnibus libris.

Vada, βεγχία, inter semper pluralia referunt Charifius, & Diomedes. Sed addit Charifius, vadium dixisse Sallustium: Unum haud facilem pugnantis vadium. Verum non is modò sic locutus; sed & Cæsar lib. I belli Gallici: Rhodanus nonnullis vado transiit. Et Livius lib. VI II belli Macedonici: Pontem, quia vado nusquam transiit erat, facere instituit. Et ἔμεγαλον Τερέντιου Andria: Res est in vado.

*Verbera, μάστιγες, plurale solum ait Charifius: item Diomedes. Sed hic addit Virgilium dixisse *:*

* 3 Georg.

— *Illi instant verberē torto,*

Et promi dant lora.

Similiter verberē legas apud Nasonem sæpius; item Lucanum, Statium, Martialem. Imò & in patrio casu verberis dicitur. Quod rectè Phocas ostendit isto Lucani:

Az saxum quaties ingenti verberis ictu

Excutitur.

LIII

Est

Est locus iste ex libris Lucani deperditis. Ex quibus etiam tergeminum locum citat Lactantius sive Lutatius, vetus Papinii interpres. Vlus eodem fuerat Naso lib. XIV Met. Fab. XIX.

*Impavidus conscendit equos Gradivus, & ieta
Verberis increpuit.*

Vinacea plurale est, quando sumitur pro *σπυδύλοις* sive folliculis utæ expresso vino. Adjectivè autem *acutum vinaceum* dicimus. Sic *vinaceæ vine* est apud Varronem lib. III de R. R. cap. XI. *Faleas vinaceas* apud Plinium lib. XVII, cap. XXII.

Viscera, ἀλλάχρα, singulari carere, ajunt Sospater, & Diomedes. Phocas verò tradit in singulari unicum habere casum, *ab hoc viscere*. Ovidius VI Met.

E quibus una trahens hærentia viscere tela.

Sed Charisius quoque meminit genitivi *visceris*. Quin Lucillius, eodem teste, etiam in recto dixit *viscus aprinum*, quod aliis *aprunum*. Et quid apertius illo Lucretii :

Visceribus viscus gigni, semenque creari :

sive, ut legit Charisius, *sanguenque creari*. Neque refugit Suetonius in Vitellio cap. XIII : *Nec temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus, & farræ pene rapta è foco manderet*. Frequens etiam est apud Celsum.

Vitensilia vitatius dicitur in plurale : sed singularem *vitensile* Varro lib. I de R. R. c. II. non refugit. Estque naturâ adjectivum. Onomasticon vetus : *Vitensilis, utilis, χερειδής*.

Zizania, τὰ ζιζάνια, quod & ipsum huc referunt, non alibi, quàm apud Evangelistas, & Theologos, legas. Adhæc singulare τὸ ζιζάνιον agnoscit Suidas.

Addunt his quoque appellationes seu urbium, ut *Susa*, *Attaxata*; seu insularum, ut *Cythera*; seu regionum, ut *Bactra*; seu montium, ut *Acrocetavnia*. Item festorum nomina. Ita singulari carere Phocas ait *Bacchanalia* : *Terminalia, & Vulcanalia*. Diomedes : *Compitalia, Floralia, Saturnalia*, Priscianus : *Neptunalia & Diomedes, & Priscianus* : cuncta verò hæc Charisius, ac præterea *Carmenalia, Corcalia, Liberalia*. Nempe omnium istorum, & hisce similibus, par ratio est. Sunt verò naturâ adjectiva : ac intelligitur *sesta*, vel simile. Ex se igitur singularem habent. Qua de re luculentus est Macrobius locus in primo Saturnalium cap. IV : *Compitalia, inquit, & Bacchanalia, & Agonalia, Vinaliaque, & reliqua his similia festorum dierum nomina sunt, nec singulariter nominantur; aut si singulari numero dixeris, non idem significabis, nisi adjeceris festum : ut Bacchanale festum, Agonale festum, & reliqua; ut jam non positivam sit, sed adjectivam, quod Græci Πρῖστον vocant.*

Hæc-

Haectenus de Numeri anomalia : in qua vidimus, quantopere sapius fallantur Grammatici veteres ; & plurimi juniorum ; etiam eorum, qui in hac Arte aliorum iudicio non sunt aspernandi ; suo verò tanti, ut & caput ad Fabii fornixem possint submittere : ut de Memmio quodam dicebat Crassus *. Interea illud diffiteri non possumus, multa ex his esse, quæ rarò in utroque numero, nec nisi certis casibus, reperiuntur. Qualia & nobis rara esse debent ; nec temere aliis casibus usurpanda, quàm quibus veteres præverunt.

* Cic. lib. 2
de Orat.

CAPVT XLV.

De casibus universè. Variæ casuum appellationes ex Prisciano. Casus interrogandi pro genitivo. Casus Latinus quis dicitur. Esse eam appellationem veterem, est Prisciano omissam. Græcis evidens esse dativum, & ablativum. Male Latinis septimum, & octavum tribui casum. An recto etiam conveniat nomen casus. Ablativus minus sciùt in declinando præmitti præpositionem.

Venio nunc ad Casuum doctrinam : in qua ipsa quoque errores, *Quasi † herba irrigua, succreverunt uberrimè.*

† Plautus
Trin. 1. 1.

Ac primum in eo, quòd Latinis casus senis plures esse contendunt ; Græcis verò plures quinis. De quo antequam agam, dicenda erunt quædam de variis casuum appellationibus. Nam hoc nobis ad prius illud muniet viam. De nominibus verò hisce, propter viri in talibus auctoritatem, laudare testem malo Priscianum : qui eà de re libro v, sic scribit : *Est Rectus, qui & Nominativus dicitur. Per ipsam enim nominatio fit, ut nominetur iste Homerus, ille Virgilius. Rectus autem dicitur, quòd ipse primus natura nascitur, vel positione, & ab eo facta flexione, nascuntur obliqui casus. Genitivus autem, qui & Possessivus, & Paternus appellatur. Genitivus, vel quòd genus per ipsam significamus, ut genus est Priami : vel quòd generalis videtur esse hic casus genitivus, ex quo fere omnes derivationes, & maxime apud Græcos, solent fieri. Possessivus verò, quòd possessionem quoque per eum casum significamus : ut, Priami regnum : unde possessiva quoque per eum casum interpretantur. Quid est enim Priamejum regnum, nisi Priami regnum? Paternus etiam dicitur, quod per eum casum pater demonstratur : ut, Priami filius : unde patronymica pariter in eum resolvuntur. Quid est enim Priamides, nisi Priami filius? Post hunc est Dativus, qui & Commendativum quidam nuncupaverunt : Do homini illam rem : &, commendo homini illam rem. Quarto loco est Accusativus, sive Causativus : Accuso hominem, & in causa hominem facio. Vocativus Salutatorius etiam vocatur : ut, ô Aenea, &, salve Aenea. Ablativus etiam Comparativus : ut, aufero ab Hectorè ; &, fortior Hectorè.*

Hectore. Multas tamen alias quoque, & diversas, unusquisque casus habet significationes: sed à notioribus, & frequentioribus, acceperunt nominationem; sicut in aliis quoque multis hoc invenimus: ut *Paronymica* vocamus, non quod omnia, sed quod pleraque à paribus derivantur. Neutra dicimus verba, non quod solum ea in hac specie inveniuntur, quæ neutram habent significationem, id est, nec activam, nec passivam, absolute dicta: sed quod ex maxima parte. Syllabas nominamus, non quod omnes comprehensione literarum consistens; sed quod pleraque. Sic ergo etiam casus ab aliqua notabiliore significatione sumi nominati. Hactenus Priscianus: qui tamen neque sic omnes casuum appellationes recensuit. Nam, ut mittam alias, Romanorum post Varronem doctissimus, Nigidius Figulus, genitivum appellabat *casum interrogandi*. Verba ejus ex vigesimoquarto commentariorum Grammaticorum adducit Gellius lib. XIII, cap. XXIV.

Nunc videamus de numero casuum apud Græcos, qui uno casu vincuntur à Latinis. Est is casus auferendi, quem iccirco *casum Latinum* appellare possumus; et si nec illud nomen commemoret Priscianus. Sed prævit hac parte nobis Varro ipse; ut ex Diomede, & P. Consentio, cognoscere est. Quare falluntur aliquot viri docti, quibus complacitum, nuperam eam esse appellationem, atque aded insubidam; quia, ut inquirunt, Græci non minus casum sextum agnoscant, quam Latini. Sunt in hac sententia, præter alios, Nicodemus Frischlinus, & Pascasius Grosippus, sive Gaspar Scoppius. Vtrique autem prævit Franciscus Sanctius Brocensis: qui in Paradoxis suis contendit, tot debere statui casus in nominibus; quot sunt casuum officia; nec uni casui (si præpositionum vires excipias) plura posse tribui officia; eoque etiam delirare, qui apud Græcos dativi præpositiones excogitarunt, cum eæ omnes sint ablativi. Verum malim hæc in re adferri Charisio, qui lib. primo Græcos hunc casum habere negat, ut & Diomedes lib. VI, Donatus in edit. XI, Priscianus extremo lib. quinto, & P. Consentius in arte sua. Nec enim à significationis, sed terminationis diversitate, peti debet casuum diversitas; quia in imensum alioqui excresceret eorum numerus. E. G. Genitivus est à genendo, sive gignendo; unde & vocabulum hoc pro nativo usurpat Naso Met. III *:

* *fab. A.*

— *Percussis anguibz isdem*

Forma prior redit, genitruque venit imago.

Attamen Grammaticis genitivo non solum significatur, à quo quis sit genitus, ut, *filius Anchise*: sed & possessio, ut, *villa Ciceronis*. Erit igitur possessivus diversus à genitivo. Itidem dativo quoque ablativo notatur; quia, ut dico, *do tibi*; dico etiam, *adima tibi*. Erit igitur & alter abla-

ablativus. Accusativo non modò utimur crimen aliquod impingentes, sed & laudantes. Proinde fit & laudativus. Vocativo quoque salutamus. Fuerit ergo præter eum & salutativus. At quis non videt, quàm hæc inepta sint? Quare cum dandi auferendique casus apud Græcos neutiquam differant terminatione; contrà quàm fit apud Latinos: non video, quo jure apud Græcos sextum casum introductum eant. Habent quidem Græci casum, quo ablationem, vel causam, instrumentum, modumve signent: sed est is Græcis casus tertius, quem potius dativum, quàm ablativum dixere, quia etsi tum acquisitionem, tum ablationem notet, tamen adquisitio naturà prior est ablatione. Latinorum verò hac parte ratio est dispar, quia terminatio est diversa. Interim ablativum eorum ex Dativo originem ducere certum est. Nam seu declinationem primam spectemus, ut Græcis τῆ κρείττερα, sic Latinis *hac creagra*, & η in a conversâ, à μῦσιν est *musâ*, à προσευχῆ, *prosenchiâ* apud Iuvenalem*: seu secundam consideremus, τῷ Κύρῳ est *hoc Cyro*, τῷ ἀγρῷ, *hoc agro*: seu tertiam, I abit fere in vicinum E, τῷ πατρὶ, *hoc patre*, τῷ Τιτανί, *hoc Titane*. Imo, ut testis est Victorinus, etiam in prima olim similis prorsus fuit dativus & ablativus. Nam ut dativo dixere *huic mensai*, sive ablativo *hac mensai*. Quomodo Latinis etiam quinque tantummodo fuerint casus.

Eadem peccant prodigalitate, qui Latinis septimum donarunt casum, quia ablativus sæpe ponatur absque præpositione; ut cum causam vel instrumentum, vel modum notat. Septimum quoque casum vocant Valerius Probus lib. I artis Gramm. ac Servius interpret. in edit. II Donati. Quin Fabius hujus casus meminit lib. I, cap. IV: *Quærat, inquit, etiam, si sine apud Græcos vis quedam sexti casus, & apud nos quoque septimi. Nam cum dico, bastâ percussi, non utor ablativi naturâ: nec, si idem Græcè dicam, dativi, τῷ δούλῳ*. Hæc ille. Nos Priscianum sequimur, qui hanc de septimo casu sententiam refellit: ut postea parebit.

Multòque minùs suam nobis prodigalitatem probant, qui committuntur nescio quem casum octavum: ut, *It clamor celo*. Vbi quia celo ponitur, pro *ad cælum*, octavum esse casum ajunt. Idem censent de illo Ecl. II:

Hædorumque gregem viridi compellere hibisco:

quod Servius quoque exponit, *ad hibiscum*. Et in isto, *Inferretque Deos Latino*: quod est, in Latino. Cui geminum fuerit hoc Tibulli lib. I, cl. I:

Me mea paupertas vitæ traducat inertî.

hoc est, ad inertem vitam, atque, ut Maro † loquitur, ignobilis otii † Georg. 4. studia. De octavo hoc casu etiam apud Servium, in edit. II Donati, itemque Cleoniam legere est. At plures esse casus non possunt,

quàm à recto cadunt differentes terminationes, diversumque officium constituentes. Id attendit & contendit Priscianus, qui sub exodium lib. v, septimum casum negat, quia septimus *nulla differentiâ vocis in ullo nomine distet à se ipso*. Deinde, ut idem ait, *si præpositiones adiunctæ, vel non, ablativo, mutant ejus vim, accusativo quoque adiunctæ, vel non, debent firmiter manere casum*.

Quæritur præterea, an nominativus quoque rectè proprièque casus dicatur. Sanè si casus ex eo nomen indepti sunt, quòd à recto cadunt: rectus nonnisi κατὰ ῥησικῶς dicetur casus. Sed magis mihi fit verisimile, casus μετὰ ῥησικῶς vocari diversum vocis exitum, quòd in has, vel illas syllabas, nomen, aut verbum, quasi cadat: quod si est, rectus non minùs casus erit, quàm obliqui. Pro hac opinione facit, quòd doctissimus Nigidius Figulus apud Gellium lib. xiii, cap. xxiv, pro eo, quod *nominativum pluralem* vocamus, dicat *casum multitudinis rectum*. Idem eo firmatur, quòd Rhetores ὁμοίως, sive *similiter cadens*, non minùs in rectis statuunt casibus, quàm obliquis. Nec Grammaticis *exspes* minùs est μονόπλευρον, quàm *inficias*.

Neque prætereundum istoc, quamvis percuriet nonnullos rei novitas, haut rectè in flectendis vocibus ablativo præmitti præpositionem A: ut, *à patre*. Nam ut ea necessaria est, cum ablativus ablationem notat: ita solæcismus committitur manifestarius, si adjiciatur, cum notatur instrumentum; ut, *Occidit eum gladio*. Et sanè, quid causæ est, cur magis in ablativo dicant *à patre*, quàm in accusativo, *ad patrem*? Verùm quantumcunque hoc liqueat, non tamen latum unguem à more suo discedunt pædagogi nostri; quibus *

* Horat.
lib. 2. ep. 1.

Nil intra est oleam, nil extra est in nucce duri.

Et hæc quidem generatim de casuum numero dicta sunt, in eorum gratiam, quibus volupe est aures animamque farcire scholicâ hac dape.

C A P V T XLVI.

Vocabula ἀπλῶς, & μονόπλευρα, quàm varîe ab antiquis sumantur. Frux, frugis, frugi, frugem, fruge. Nauco ducere. Mancipi esse *genitivum, contra opinionem Prisciani*. Agræcii in nibilo lapsus. Puris, puri, & pure, à pus. Viri, & viro, à virus. Ablativi chao, & milli. Ruribus. Iurium, juribus. Instar nominandi, & accusandi casus. Instaris. Volup. Gloris.

PORRò videamus de sextuplici genere eorum, quæ casibus deficient. Ea dicuntur ἀπλῶς, μονόπλευρα, διπλῶς, τετραπλῶς, πενταπλῶς, ἑξαπλῶς. Sed appellationibus istis non uno omnes modo utuntur; præ-

præsertim duabus primis. Siquidem Charifio $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$ sunt, quæ non variantur in obliquis; ut *nequam*: $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$, quæ uno tantum casu inveniuntur; ut genitivus *dicis*. Sed Diomedes, Rhemnium Palæmonem secutus, $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$ vocat, quæ Charifius $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$. Nam $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$ definit, quæ à prima sui positione non cadunt; ut *nequam*. Et nomina numerorum indeclinabilia à quatuor usque ad centum. $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$, ut quæ per ablativum tantum enunciantur. Etiam Phocas *cornu*, & similia, in singulari aptota vocat cum Diomede. Imò & Donatus in edit. 11, ubi aptota definit, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur; ut *nequam*, Et nomina numerorum à quatuor usque ad centum. At Priscianus propiùs accedit ad Charifium. Nam $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$ ei sunt, quæ pro omni casu unâ eademque terminatione funguntur. In his, inquit, id est, carentibus declinatione finalium syllabarum, quæ $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$ nominamus, videntur casus fieri non vocis, sed significationis duntaxat. Quibus ex verbis cognoscimus, cur huiusmodi ab aliis vocentur $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$, hoc est, casibus carentia. Nempe quia, ut Priscianus hîc dicit, non fiunt casus vocis, sed significationis duntaxat. Sed Prisciano ipsi aptota aliud sunt; non tamen planè idem, quod Charifio. Nam huic aptota dicuntur, quæcumque habent unum duntaxat casum; five is rectus, five obliquus: unde ei, *dicis causa* $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\iota\omicron\nu$ est. Sed Prisciano aptota propriè vocantur, quæ carent omnibus obliquis. Verba ejus apponam: *Aptota sunt propriè dicenda, quæ nominativum solum habent: ut, hic Iupiter; qui plerumque et vocativus invenitur, et non accipitur etiam pro obliquis; ut Iupiter, Diespiter. Non enim licet eodem pro genitivo, vel alio casu obliquo uti. Ideo autem dixi propriè dicenda, quia invenimur antiqui aptota pro monoptotis, et monoptota pro aptotis posuisse.*

Ex his ita colligimus, etsi omne nomen alicujus sit casus; tamen posse aliquid dici $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\iota\omicron\nu$; vel quia rectum habeat, at non obliquos; ut *Iupiter, expes*; quæ $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$ sunt Prisciano: vel quia unum habeat obliquum, absque recto; ut genitivus *dicis*, accusativus *insicias*; quæ $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$ sunt Charifio: vel quia casus habeat ratione significationis, at non ratione diversæ terminationis; ut *nequam*, & *cornu* in singulari; quæ $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$ sunt Diomedi. $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$ item, five unius casus, dici ea possunt, quæ, etsi significationis ratione declinantur in casus, tamen non mutant terminationem; ut *nequam, cornu*: vel quæ ita unius sunt terminationis, ut ne significationis quidem ratione variantur; ut *dicis, insicias*. Priora Charifio, & Prisciano sunt $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$; posteriora Diomedi. Nos etsi ea, quæ neque terminationis, neque significationis ratione, in casus declinantur, rectiùs putemus $\acute{\alpha}\nu\lambda\iota\zeta$ * dici: nihilominus $\acute{\alpha}\pi\lambda\omega\zeta$ vocabimus *cornu*, & *nequam*: $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\lambda\omega\zeta$ *dicis*, & *insicias*.

* indeclinabilia.

fit

fit Diomedis, quàm Prisciani autoritas : sed quia vulgò ferè ea nomina sic accipi nunc solent. Nempe illud philosophi placet, ut cum vulgo loquamur, sapiamus cum paucis. Quem animum quoque præstabimus in aptorum, & monoptorum exemplis. Multa enim coarcevant vulgò, quæ non machinà, aut ariete ullo, sed vel solius manus impulsu faciliè evertantur.

Ordinem ab aptotis. Quæ duplicia sunt. Nam forma, quam habent, vel omnibus, vel certis calibus est communis. Prioris generis sunt ista : *pondo* plurale, *nequam, tor, totidem, quot, quorquot, aliquos, quicunque*. Item exeuntia in I ; ut, *gummi, simapi* : vel V, ut *cornu, vern* : nisi quòd in patrio casu quoque in VS desinant, ut postea dicitur. Adhæc numeralia à quatuor usque ad centum ; nec non *mille* adjectivum. Præterea nomina literarum ; ut, *alpha, beta*. Quamquam id perpetuum non est, ut superiùs * vidimus. Item quæ ab Hebræis, vel barbaris, accepta : ut, *Adam, Noë, Cham, Abraham*. Etsi & *legas, Ade, Abrahæ* ; quasi à rectis, *Adas, Abrahæ*.

* cap. 12.

Vulgò autem, idque præeuntibus antiquis, hujus esse generis aptota docent, *frugi, nauci, nihili, mancipi*. Sed, ut de singulis ordine dicamus, etsi Charisius *frugi* alicubi malè, & adjectivum, & aptotum statuat : tamen alibi fatetur, esse *τελεγειωλον* ; quia dicamus, *frugis, frugis, frugem, fruge*. Virum *bonæ frugis* dixit Appulejus, & ante eum Agellius. Plautus pro eo non semel usurpat *frugis bonæ*, ut Pseudolo † :

† *As. I. sc. Pseudole, non audi.*‡ *Sc. Quo illic homo ferat :** *As. I. sc. Larem coronâ nostrum.*— *Dem ego virum virum, nunquam eris frugis bonæ.*

Et in Trinummo † :

Is probus est, quem non pœnitet, quàm probus sit, & frugis bonæ.

Accusativum usurpat Plautus eadem Comœdiâ * :

Quin eum restituis, quem ad frugem corrigis ?

Et sc. III :

Certum est ad frugem applicare animum.

Cicero pro M. Cœlio : *Equidem multos & vidi in hac civitate, & audivi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emeruisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut dicitur, recepisse. Lampridius in Helio. Milites se pœnitentes dixerunt, si ad frugem bonam rediret. Laetantius lib. vi de litera Pythagoricâ agens : Si philosophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honestæ artis, quo evadat ad bonam frugem. Quid quod nominativum habeat *frux* ? quem Ennius usurpat *Annal. lib. xvii* :*

Si luci, si nox, si mox, si jam data sit frux.

Et lib. ix :

*Sed quid ego hæc memoro ? dictum factumque facit frux.*Et Ausonius *Idyllio v* :*Ame equidem campis quàm spicea suppeteret frux.*

Atque

Atque ex hoc loco , ac plerisque aliis antè adductis , etiam cognoscere est, *frux* & substantivum esse, & femininum. Erravit igitur Priscianus, cum scribit lib. I : *In I neutra sunt, vel omnis generis : ut hic, & hæc, & hoc frugi, nihili, mancipi, huiusmodi.* Dicimus autem *homo bonæ frugis*, ut *homo non semissis*. At *homo frugi* dicimus, intellectu verbo substantivo, quod exprimitur in simili locutione Ciceronis II Philipp. *Nec tu solvendo eras.* Itémque Livii hoc lib. XXI II : *Ea modo, quæ restringendo igni forent, portantes.* Quæ ἐπιεικῆς sunt. Nam intelligitur *idoneus*, aut simile. Nisi magis placet, *frugi*, extrito S, poni pro *frugis*, more antiquo ; qui in patrio casu dixere itidem, *Herculi, Themistocli, fami.* Sed horum dispar ratio, ut planum faciam libro sequenti. Quare priorem præfero sententiam.

Eundem impingat in errorem, qui eo quòd recentiores Grammaticorum, adjectivum faciant *nauci*, aptotumque ; iccirco, cum dico *homo nauci*, nominativum utrumque esse credat. Nam *nauci non facere*, haut aliter extulit Plautus, quàm alibi dixit, *floci non facere* : ac *nauco ducere* etiam apud Festum inquit Nævius. Voce autem hac signatur fabæ granum, cum se aperit, ut ait Charisius : vel putamen nucis, ut est apud Priscianum in VI.

Idem de *nihili*, & *mancipi*, statuendum ; quorum utrumque est patrii, sive, ut Nigidium vocare diximus, interrogandi casus, ac nomen substantivum. Et *mancipi* quidem per apocopen factum est ex *mancipii*. Malè Priscianus lib. VI dativum scripsit esse à *manceps*. At *nihili* nominativo casu habet *nihilum*, & per apocopen *nihil*. Neutiquam verò adverbium est, quod scripsit Solipater ; aut aptoton, ut alii opinati ; quos vel illud Perfii * in ruborem dabit :

— *Gigni*

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Atque hinc quoque liquet, errare Agrœcium, cum scribit, *Nihil adverbium, nihili nomen est.* Nam utrumque nomen.

Hæc de iis, quæ vel aptota sunt prioris generis, vel falsò esse creduntur. Venio nunc ad alterum eorum genus, quod non omnes, sed certos tantum casus habet, atque iis, quos habet, similiter exit. Ut *fas, nefas, farræ, mella, instar, cere, mele, tempe.* Quæ summum tribus casibus invenias ; nominandi, accusandi, vocandi : ut, *hoc fas est ; per fas, & nefas ; ô fas, & æquum.* Similiâque *hit, frit, hir.* Nisi hoc *hiris* facit, ut censet Priscianus. Valerius Probus, (ut Charisius ex Flavio Capro refert) *Alecto* quoque ἀλωλον, sive, ut ipse loquitur, *μονόλωλον* putabat. Quod si est, in patrio casu non liceat *Alectus* dicere. Vult enim recto quidem, & vocandi casu, dici *Alecto*, ac

M m m m

præ-

* sat. 3.

præterea accusativo, propter Maronis illud, *Lustrificam Alesto*: at cæteris casibus carere.

Vulgò hujus etiam generis faciunt; *pus, virus, chaos*, mille substantivum: quæ tribus illis casibus similiter ajunt exire, nec aliis inveniri. Sed non minùs hic eos ratio, quàm in prioris generis aptotis, fugit. A *pus* enim genitivum format Cornelius Nepos in vita Pomponii Attici: *Subito tanta vis morbi in imum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula puris erumperent.* Celsus lib. v, cap. de igne sacro: *Prodest etiam infra os ulcerum ladi, quò plus puris exeat.* Et cap. de fistulis: *Neque alienum est, si plus puris feratur, vino fistulam eluere.* Similiterque Cælius Aurelianus lib. v tardarum passionum cap. VIII: *Item alius etiam in singula loca ex aliis factam susceptionem puris, quam metalepsim vocaverunt signis explicare conati sunt.* Quare corrui Prisciani illud in VI: *Pus non habet in usu genitivum, ne si puris diceretur, esset, quantum ad eandem scripturam, discuratio, utrum dativus esset pluralis, à purus puris; an genitivus singularis, ab eo quod est pus indeclinabile.* At Valerius Probus in Catholicis non genitivo solum spoliatur; sed etiam dativo, & ablativo. *Pus, inquit, & virus, tres tantum casus recipiunt; & in numero tantummodo singulari declinantur; hoc pus, vel virus; ô pus, vel virus.* Similiter Charisius lib. I, ut de Alcuino, & aliis taceam. Verùm dativum usurpat idem Celsus lib. v, cap. XXVII; quod de furunculo inscribitur: *Cætera si desint, imponi debet primum non pingue emplastrum: deinde, si non expressit, quodlibet puri movendo accommodandum.* Nec multò post ablativo utitur: *Expresso pure, nulla ultra curatio necessaria est.*

Nec super eo audiri Probus, vel alii, in quibus Consentius, debent, quod de *virus* ajunt. Nam inflectit Lucretius lib. II:

— *Tetri primordia viri.*

Et eodem:

— *Contactos perdere viro.*

Apud alium tamen haut fortasse hæc reperias.

Nec majori jure *chaos*, & *mille* substantivum, referunt Grammatici inter aptota certi casus. Nam Maronis est IV Georg.

Atque chao densos divùm numerabat amores.

Vbi Servius, *id est, a chao narrabat crebros amores Deorum.* Pro Deo autem etiam in accusativo *Chao* facit, juxta aliquos; qui legunt apud Nafonem XIV Met. Fab. VIII:

*Et noctem, noctisque Deos, Erebonque, Chaonque,
Convocat.*

Sed de hoc in tertia declinatione plura.

Mille, quod aptoton esse ajunt, in ablativo facit *milli*; ut duobus Lucilii locis ostendit Agellius lib. I, cap. XVI. Unus est:

Tu * *milli nummum pœes uno querere centum.*
 Hunc † *milli passum qui viccrit atque d. obus*
Campanus somipes, succussor † nulli sequetur.

Alter est : * lib. 9.

† lib. 15.

‡ Henric
 Stephani
 editio. Gal-
 liana habet
 subcurfor :
 sed perpe-
 ram.

* Phocas, &
 alii.
 † cap. 38 &
 41.

Apud eundem tamen Agellium lib. III cap. XIV, hæc verba Var-
 ronius leguntur : *Qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit.*
 Ut Varroni videatur plane ἀλλήλοσ fuisse. Nisi & hic *milli* legendum.

Alia etiam sunt, quæ aptota posterioris generis falsò putant : ut
era, maria, rura, iura, ora. Quæ in plurali negant * inveniri extra no-
 minativum, accusativum, & vocativum. Cato tamen *ærum* dixit, &
æribus : quo & usus Arnobius. Cæsar autem *maribus*. Non reponam,
 quæ de iis superiùs † nobis dicta. Plinii quoque est in Epistolis : *Fon-
 tibus, ruribus, & agro.* *Rurum* vel *rurium*, non puto occurrere. At *ju-
 rium* est apud Plaut. Epid. †

*Atque me minoris facio præ illo, qui omnium
 Legum, atque iurium, fictor, conditor, cluet.*

‡ A. B. 3. s.
 Cave præter-
 bites.

Sic Cato apud Sospitrum ; *Iurium* (alii *iurum*) *legumque cultores.*
 Et Ulpianus ad Edictum lib. XXVI : *Quia debita iuribus non est pecunia.*
 hoc est, civili, & prætorio. *Oribus* apud Maronem * legimus, item-
 que Arnobium lib. I : *Belluarum agrestium ritu cruentis oribus mandere.*
 Et lib. II : *In tam sævis, acque horridis oribus, sortem suam fletent.* Et
 lib. V : *Caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Vtitur
 & Nonius, in voce *omn.* Imò & *orium* legi ajunt apud Plinium lib.
 XX, cap. IX. Et sanè in antiquà etiam Parmensì sic editum : *Vitia
 orium, graveolentiamque.* Sed meliùs libri alii, *Vitia carum.* Nempe *na-
 rium*, quod antecessit.

* A. N. 8 &
 10.

Rectiùs huc retulissent *astu*, & *instar*. Prius esse indeclinabile, ut *cor-
 nu*, ait Priscianus in xv. Mallem dixisset, *us fas, & nefas.* Nec enim
 in dativo, vel ablativo, ut *cornu*, ita *astu* etiam dixeris. *Instar* perpe-
 ram adverbium credere, cum idem significet, quod similitudo five
 exemplar. Nominativo usus Cicero de Clar. Orat. *Plato mihi unus
 instar est omnium.* Item Virgilius VI Æn.

Quis strepitus circa comitum? quantum instar in ipso est!

Vbi Servius, *Instar, similitudo, effigies.* Et Ulpianus † : *Si præponatur
 instar quoddam operis.* Vbi vides, & adjectivum neutri generis adscisce-
 re. At accusativo usurpat Cicero Tuscul. Quæst. lib. I : *Terra ad
 universi caeli complexum quasi puncti instar obtinet.* Item Ovid. lib. I I de
 Ponto, el. III : *Instar & hanc vitam mortis habere puta.* Et Iustinus
 lib. XXXVI : *Vallis ad instar castrorum clauditur.* Suetonius in Cæsare :
*Nec patientem (equum) sessoris alterius primus ascendit, & instar pro æde
 Veneris genitricis postea dedicavit.* Item Appul. IX Met. *Iste quoque ad
 M m m m 2. instar*

† De mot
 operis nu-
 tiatione L.
 Stipulatio.

instar infelicissimi sui filii jugulum sibi mistis vitibus contrucidat. Eiusdem est: *Ad instar Solus exornatus.* Qui & alibi sæpe sic loquitur. Non tamen *instar* huius sit loci, si *instans* facit: quod traditum à Valerio Probo in Catholicis. Sed dissentit Charisius in primo. Etiam B. Augustinus de Grammatica: *Instar, quod est similitudo, tres habet casus tantum; nominativum, accusativum, & vocativum: & est numeri tantum singularis.* Vocativum tamen non arbitror inveniri. Verùm sic quoque aptoton fuerit posterioris generis: quia duo erint casus similes, nominativus, & accusativus: quale & *vol-pe*, vel, ut veteres *κατ' ἀνομιαν* dixere, *vol p.* Item *neesse*, vel *necessium*; quorum illud est neutrum à *necessis*, hoc à *necessus*. Vti & referri etiam huc possunt, quæ solo nominativo & vocativo legimus. Quale *exspes*. Item *glos*, nisi Prisciano accedendam, qui *gloris* declinat. Etiam *Iupiter*. Nam *hujus Iovis* est ab *hic Iovis*: de quo postea.

C A P V T XLVII.

De monoptotis. Dicis causâ. Cuicumodi pro cuiuscujusmodi. *Giffanius* refellitur. Alimodi. Incicias. Ad incita, vel incitas, adigi, aut redire. Ingratiis tuis. *Giffanii error geminus. Probi, Phocæ, Charisii, aliorum, lapsus.* Suppetiæ. Astus. Feminis à recto femur. Femina in plurali ab eodem. Impetis. *Prisciani error triplex. Teres inde, utemque impete.* Indigentamenta quid, & unde dicantur. Impetibus. Damnâs. Satiâs, satiâtem, satiâre. *Claudius Verderius reprehensus.* Despicatui, irrisui, ludificatui, & similes dativi. Mactum. *Buchananus leviter notatus. Macti.*

Vidimus de illis, quæ vel omnes, vel minimum tres duosve casus habent, verùm iis non variant terminationem. Nunc accedo ad *μονόπλωτα*, sive ea, quæ unius tantum sunt casus. Ac alia quidem horum sunt gignendi casus, alia accusandi, alia auferendi.

Genitivus solum est *dicis*, teste Charisio. Vt, *dixit*, vel *egit* hec *dicis causâ*; quod est *δίκης ἐνεκα*, sive *λόγῃ χαλεπῇ*. Ita utuntur Cic. Verr. VI, & pro Muræna; Cornelius Nepos in vita Attici; Plinius lib. XXVIII, cap. II; Vlpianus in l. I. §. Excusantur. xxxiv. ff. ad Senatufconsultum Silanianum. Vide de eo & Petrum Victorium Var. Lect. lib. VIII, cap. XXIV; Turnebum Adv. lib. XI, cap. XX; Petrum Pithæum Subsec. lib. II, cap. VIII. Vt Hotomannum, & Iuriconsultorum alios, mittam.

Etiam genitivi solum casus sunt, *hujusmodi, ejusmodi, cuiusmodi*; sed vix *μονόπλωτα* dici merentur, quia in recto dicitur, *hic modus, is modus,* quia

quis modus; ac similiter in cæteris casibus. Hactenus tamen naturam monoportoti induere, quia compositâ voce solum in genitivo utimur; cæteri casus divisim efferuntur. Plus à simplicibus recessit *cuiusmodi*; quod iccirco magis monoportoti nomen meretur. Est verò *cuiusmodi* quoque gignendi casus. Vnde apud Tullium *cuiusmodi*, pro *cujuscujusmodi*, live *cujusmodicumque*. Sed librarii imperiti interdum alterum *cui* omisere, quòd putarent, errore manus in eo esse peccatum. Hoc non attendit doctissimus Obertus Giffanius, in Observationibus L.L. ubi *cuiusmodi* ubique pro *cuiusmodi* rescribendum cenlet. At longè credibilius, librarios passim *cui* alterum omisisse, quàm addidisse. Gellius lib. II, cap. VIII: *Sed Epicurus, cuiusmodi homo est, non inscitia videtur partem illam syllogismi prætermisisse*. Et sanè Petrus Victorius Castigat. in lib. III Cic. ad Att. clarè profitetur, se in MSis suis, ita uti dixi, invenisse. Et Priscianus in XIII, cap. de secunda declinatione, sic scribit: *Cuiusmodi, pro cuiuscujusmodi. Cicero pro Sexto Roscio: Vereor enim, cuiusmodi est Rosci, ne ita hunc videat servare, ut tibi omnino non pepercerim*. Quomodo non modò nuperrima Putschii editio habet; sed etiam Veneta vetus anni MDCCC LXXVI, & antiquissimus noster, optimæque notæ codex MSus. Quemadmodum autem *cuiusmodi*, pro *cujusmodi*, dixere, ita & *alimodi* usurparunt pro *aliusmodi*: cuius rei non alium hoc tempore auctorem laudare possumus, quàm Festum sive Paullum in *Alimodi*.

Μοῦσῶντος solius accusativi casus est *inscias*: undè glossæ Philoxeni itidem accusandi casu ἀρρησιν interpretantur. Nimirum dicimus *ire inscias*, ut *ire exsequias*; qui absque dubio est accusativus ab recto *exsequie*: item *ire suppetias*, quod est à *suppetie*. Planèque censeo in hisce tribus καὶ ἐπιφιν reticere præpositionem A D.

Nec eorum rejicio opinionem, nec penitus improbo, qui *incitas* quoque, vel *incita*, hujus loci existimant. Vt cum dicitur *ad incitas*, vel *ad incitâ redigere* *, vel *adigere* †, aut *deducere* ‡, vel *redire* *. Translatio enim est ab calculorum ludo; ubi *ad incitas redactus* † dicitur, qui amplius calculos movere nequit. Ergo *ad incitas* cum dicitur, intelligitur *fines*, vel *calces*, hoc est, calculos. Nempe *montas*, ut dicerent, quia citari, hoc est moveri amplius non possunt. Nisi *lineas* malis intelligere: de quo alibi ‡. Sed utrumcunque intelligas, etfi *incitas*, & *incita*, eâ significatione, nonnisi accusativo casu apud classicos invenio: tamen naturâ suâ casibus variatur. Cur enim alia ratio sit in *incitus*, cum præpositio negat, quàm cum affirmat? ut *inciti delphini* apud Cic. *vis incita venit*, apud Lucretium. Præsertim quando, ab altera significatione, ut Isidorus * ait, &

* Plantus
Pœnulo, &
Trinummo.

† Lucilius
lib. sat. 15.

‡ Appul. lib.

3 Met.

* Lucilius
lib. sat. 3.

† Isidorus
Orig. lib. 18.

cap. 67.

‡ lib. de stru-
ctura cap. 6.

* lib. 18,
cap. 67.

egentes homines inciti vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat.

9 cap. 43. Movéπλωτο ablativi casus est *ambage* in singulari; de quo antea * dictum. Item *ingratiis*: quod mirum vulgo inter *movéπλωτο* non reponi. Vñus Plautus Catinà:

Vobis inuitis, atque amborum ingratiis.

Et Mercatore:

Tuus pater vult tempore tuam amicam tuis ingratiis.

Vbi adjectivum additum clarè non adverbium, sed nomen esse, ostendit. Eodemque errare liquet Obertum Giffanium, qui Latine dici negavit, *ingratiis tuis*, quo uti videmus Plautum ipsum. Neque, quod idem putavit, *ingratiis*, pro *ingratis*, metri causà dicitur; sed Lucratio contra *ingratis*, pro *ingratiis*, *σμιζήσις* est.

Sunt autem paucissima verè *movéπλωτο*. Nam pleraque, quæ huc referunt, aliis etiam casibus inveniuntur. Hujusmodi sunt accusativi *laterem, dapem, & suppetias*: quorum primum *movéπλωτο* dicitur à Phoca, & Prisciano in quinto, item Consentio: alterum à Probo in Catholicis: tertium à Charisio. Atqui Cicero *latere*; Vitruvius, & Columella etiam, *lauer* dixerunt. Quod & Probus in Arte comprobatur, ut etiam apud Cledonium legatur. Ac apud Charisium quoque est, Varronem id v de L. L. dicere *lauer*, & genitivum esse *laueris*, ablativum *lauerete*. *Dapis, dapi, dapem, dape*, apud Catonem legatur: qui nec *daps* refugit, ut superius † ostensum. *Suppetie* etiam dicitur in recto: ut non modò Diomedes lib. I; sed Charisius ipse alibi agnoscit, ubi *βονθηται* interpretatur. Vñus verò Plautus Amphitr. Act. V, Sc. I:

Non metuo, quin mea uxori late suppetie fient.

Et Epidico Sc. ult.

Quicquid ego male feci, auxilia mihi, & suppetie sunt domi.

Itidem *movéπλωτο* itatuunt ablativi casus, *astu, sponse, verberere, viscere, femine*. Atqui Silius est lib. XVI:

Non ars, aut astus belli, vel dextera decet.

Ac similiter Valer. Flaccus in secundo. Cicero etiam in plurali lib. III de Officiis: *Quorsum hæc? ne intelligas, non placuisse majoribus nostris astus*. Eodemque usi Silius in VII, & Seneca Troadibus.

Sponse, si credimus Servio in II Georg. adverbium est. Sed melius in III Æn. ait esse septimi casus. Sanè per dativum, sive ablativum mavis, exponunt & Glossæ Philoxeni: *Sponse, σπασπιον*. Et Gloss. Cyrilli: *Εκυσία γράμη, sponse*. Aufonius Idyll. V:

Sponse ablativi casus quis rectus erit? spons.

Sed rectus iste non est in usu. Nec propterea est *movéπλωτο*, quæ opinio inter cæteros Probi in Catholicis, item Charisii, Diomedis,

Phocæ:

Phocæ : planèque inveteravit & irroboravit in vulgariis diatribis. Siquidem *suae spontis* dixere Columella lib. IX, cap. IV, & Cornelius Celsus lib. I, cap. I : ut taceam de Varrone, & Gellio. Agnoscit & hunc genitivum P. Consentius.

Non *verberare* solum, sed etiam *verberis* dici : item *viscus*, *visceris*, superius * nobis ostensum.

Femine non esse *μυρόπαιλον*, docemur his Marii Victorini verbis lib. I : *Hoc femur, quamvis nominativo per litteram R dicamus; tamen genitivo feminis, dativo femini, ablativo femine scribitur.* Est igitur *femine* à *femur*; quod & *femoris* facit, (unde *femoralibus* nomen) & *feminis*; unde Tibullus, *Implicuitque femur femini.* Quem locum etiam Charisius citat, atque ista subjungit : *Femini, non femori, quasi sit hoc femur hujus feminis. Femen enim nominativo, ut semen, necdum legimus à veteribus adscriptum.* Caper tamen in libris enucleati sermonis posuit *femen* : sed non apposuit exemplum; ut monet etiam Servius in illud x Æn. — *Magnique femur perstrinxit Achææ.* item illud ejusdem libri : — *Lætus Eripit a femine* : ubi addit, etiam Caprum agnoscere, *femen* non inveniri. Priscianus lib. VI, ait, in raro usu esse. Sed frustra cautus est, si, ut puto, legerit nusquam. Idem in proximo Maronis loco legit *femore*, sed malo *femine*; quomodo citat Charisius. Quemadmodum verò Tibullus obliquum *femini* cum recto *femur* junxit : ita etiam Plautus Milite Glor. † cum prius dixisset, *in femine habet lævum manum* : subdit mox; *Dexterâ digitis rationem computat feriens femur dexteram.* Vfus & Tullius ablativo Verr. VI : *Signum Apollinis pulcherrimum, cujus in femine nomen Myronis inscriptum.* Cæsar is est VII de bell. Gall. *Scipites feminis crassitudine.* Curtius lib. VIII : *Iovis femine Liberum patrem esse celatum.* Plinius similiter lib. XXVIII : *Hic adalligatus femini omnes impetus discutit.* Et mox : *Femina ateri adurique equitatu, notum est.* Atque hæc satis ostendunt, verissimum esse, quod tergemino in loco à Charisio scribitur, *femur* non *femoris* tantum, sed & *feminis* facere. Ab eodem & in plurali *femina* legitur : ut in isthoc Ballionis apud Plautum Pseudolo † :

— *Nempe quod femina summa sustinent.*

ubi malè quidam codd. *sustinet* : ut jam olim monuit G. Canterus lib. VII, cap. XIX.

Viscere tantum singulo numero ablativum habere; Phocæ sententia est. Sed de eo jam vidimus. Idem Phocas ait, *obice* solo inveniri ablativo. Quasi non Plautus Mercatore, *iste obex*, dicat, Plinius Panegyrico, *nullæ obices*, & alii similia.

Alia etiam sunt, quæ perperam monoptota ablativi casus putarint.

Vt.

* cap. 45.

† *Al. 2. Sc. Nisi hercle.*

† *Al. 4. se. Malus & nequam est homo.*

Vt *crate*, & *impete*. Cùm *cratim* sit apud Plautum Pœnulo, ac Charisius quoque in primo *cratem* agnoscat : ut cap. XLIII dicebamus. *Impete* verò, quod glossæ Philoxeni ὀρμηδὸν exponunt, etiam in patrio invenitur. Nam *impetis auctum* est apud Lucretium in VI : *rapidis impetis*, apud Silium Italicum. Imò Onomasticon vetus rectum quoque agnoscit : ut in quo sit, *Impes, impetus*, ὄρμη, βία. Et favet Priscianus in VI : ubi ait, ut ab *hebeo*, *hebes*, est *hebes*, *hebetis*; ab *indigeo*, *indiges*, est *indiges*, *indigetis*; à *terro*, *teris*, est *teres*, *teretis*; à *præpeto*, *præpetis*, est *præpes*, *præpetis* : sic ab *impeto*, *impetis*, esse *impes*, *impetis*. Sed *impes* nusquam legere est. Et *hebeo* est ab *hebes*; *teres* à Græco τέρω, ἡ μεταγενεῶν : *indigetis* verò dicuntur ab *indigito*, quod est ex *indu*. i. in, & *cito*, id est *voco*; ut *indigito* sit *invoco*; unde *indigitamenta*, ἰεργικὰ βιβλία; ut exponitur in vet. glossis. Nempe quia iis continentur Deorum cognomenta, ac preces supplices, quibus superos invocarent. In plurali etiam *impetibus* legas apud Lucretium lib. I :

Quamlibet in partem irudunt res ante ruuntque,
Impetibus crebris.

Sed non minùs hoc videri possit venire ab *impetus*, quàm ab *impes*, vel *impetis*, *impetes*.

In eo quoque peccatum, quòd cùm, ut ego quidem censeo, *μόνο τῶν* omnia vel genitivi casus sint, vel accusativi, vel ablativi : vulgò quædam etiam statuant nominativi, quædam dativi, quædam vocativi.

Nominativi iis monoptota putantur *damnas*, & *saias*. Atqui *damnas* est ex *damnatus*, ἡ συνηρηθῆναι eoque genitivus ejus est *damnari*. Vti, sive integrè dicas *nihilum*, sive κατ' ἄποψηθῆναι *nihil*, genitivus est *nihili*. Itidem *saias* ἡ συνηρηθῆναι ex *saietas* factum, nec aliter quàm *saietas* inflectitur, Charisio teste. Rectiùs igitur dixissent, nominativum esse *saietas*, vel *saias*; sed genitivum *saietatis* tantùm. Quid quod syncopè ista etiam in obliquis invenitur? Nam Lucretii est lib. II :

— *Iam nemo fessus saiare videndi*
Susplicere in cæli dignatur lucida templa.

Et lib. V :

Hæc animos ollis mulcebant, atque jurobant
Cum saiare cibi.

Accusativo etiam usus eopse libro :

— *Ita ad saiarem terra ferarum*

Nunc etiam sciat.

* *Corfione* à
auctoribus.

Quo ex loco simul dilucet ineptia Claudii Verderii *, in Pomponio Melà cuspantis, quòd Britanniam dixerit *ferarum sciatere*.

Satis

Satis comprobavimus, *facias* non esse *μονόπλωτον* : eoque malè hinc colligi, *μονόπλωτε* quædam esse recti casus. Æquè autem falsi in eo, quod aliqua dativi esse casus tradunt. Objectant *ostentui*, quod apud Sallustium * ; *divisui*, quo Livius † utitur; *induti*, quod Tacitus ‡ usurpat. Negant enim hæc alio casu inveniri. Iis sic occurrimus. Primum ipsi agnoscunt, supina *indutum, indutu; divisum, divisu*. At, quicquid est de priori supino, saltem illa in *u* sunt ablativi casus, ut postea ostendemus. Quare si *induti, & indutu; divisui, & divisu*, dicitur; non erunt hæc *μονόπλωτε*. Dixeris, *ostentui* non esse supinum, eoque saltem *ostentui* *μονόπλωτον* fore. Sed cur *ostentu* supinis eximunt? Quid certius, quàm ut *tendo* in supino habet *tensum, & tentum*; unde *extensum, & extentum; intensum, & intantum*: sic etiam compositum ejus *ostendo* habuisse *ostensum, & ostentum*; unde nomen *ostentis*, & verbum *ostentare*. Dixere igitur *ostentui, & ostentu*. Et quid similis huic, quàm compositum aliud *obtentui*? Nam ut *obtentui* ab *obtendo*, ita *ostentui* ab *ostendo*; quod ab antiqua præpositione *obs*, pro *ob*; unde *obstineo, & obstrudo*; de quibus Festus. Atqui, ut Sallustii est oratione Lepidi ad pop. Rom. *Quia secundæ res sunt mirè vitii obtentui*: ita Maronis est in xi: — *Obtentu frontis inumbrat*: & Gellii lib. x, cap. xxii: *Obtentu philosophiæ*. Par ratio in *irrisui, derisui, arbitrari, ludificari, despiciari, frustrari*. Nam ut Plinii * est, *irrisui sumus*: ita Tacitus in primo Annalium ait: *Irrisu, & contumeliis & postremo verberibus insectantur*. Et lib. iii: *Non sine irrisu audientium*. Item Quintil. lib. vi, cap. iii: *A derisu non procul abest risus*. Itidem non *arbitrari* solum dixere: sed etiam *arbitratu meo, vel suo*, apud Ciceronem legas, & apud Vlpianum †, *arbitratu L. Titii*. Imò & *arbitratum* legas apud Plaut. Amph ‡.

* in Jug.
† lib. 3 belli
Maced.
‡ lib. 16
Annal.

* lib. 27.
cap. 5.

† de verb.
signif.
‡ alt. i.
sc. i.

Dedunt se, divina humanaque omnia, urbem, & liberos;
In ditionem atque arbitratum cuncti Thebano populo.

De dativo satis. Denique & vocandi casus *μονόπλωτε* inducunt: quale ajunt esse *maete*. Atqui rectus ejus est *maetus*. Ut ostendit Servius in ix Æn. his verbis: *Quoties rus, aut vinum, super victimam fundebatur, dicebant, Maetus est taurus vino, vel ture: hoc est, cummulata est hostia, & magis aucta. Maete ergo, pro, maetus esto, vocativum pro nominativo posuit Maro: ut Persius **,

* sat. 6.

Stemmata quod Tusco ramum millefimo ducis,
Censorumve tuum vel quod trabeate salutas.

Imò Livius usus putatur accusandi casu lib. xi, ubi sic inducit Porphenam ad Mucium loquentem: *Tu verò abi, inquit, in te magis, quàm in me, hostilia ausus. Iubere me matum te virtute esse, si pro meâ patriâ ista virtus stareet*. Ita enim legendum in Spicilegiis docebat Palmerius: pro quo

N n n n

in

in vulgatis est, *huberem ma. te virtute esse.* Ex cuius sententia, & *ma. tus* legi oportebit lib. IV in verbis dictatoris ad Servium Ahalam, cum Sp. Melium obruncasset: *Ma. tus virtute*, inquit, *C. Servili esto, libera. ta Rep.* Ac monet idem Sallustium quoque dixisse, *ma. ta munera, ma. tas partes, & ma. tum infortunio Chremem.* Equidem ἐπέχω*. Sanè in Livii codd. *ma. te* ubique constanter legitur, non *ma. tus*, vel *ma. tum*. Ut vulgatus loquendi modus videatur, non quidem ratione iustà; sed consuetudine tamen, obtinuisse. Et certè, quod Servius ait, *ma. te* poni pro *ma. tus*, id evidens est ex illo Horatii lib. I, sat. II:

* assensio-
nem retineo.

— *Ma. te*

Virtute esto, inquit, sententia dia. Catonis.

Locutus autem Horatius exemplo Lucilii, cuius illud è Sat. lib. v:

Ma. te, inquam, virtute, simulque his versibus esto.

Et Turpili Boëthuntibus: *Ma. te virtute esto.*

Item Pacuvii Dulorestà:

Ma. te esto virtute, operàque omnique approbo.

Vide Nonium Marcellum cap. IV. Quemadmodum autem in singulari dicitur *ma. te*; ita & in plurali est *ma. ti*; idque tam nominandi, quam vocandi casu. Livius lib. VII: *Ma. ti virtute, inquit Decius, milites Romani este.* Plinius lib. XII, cap. XII in Astrologiæ laudem: *Ma. ti ingenio este celi interpretes, rerumque nature capaces.*

Atque hæc de mono. ptotis tum veris, tum iis quæ falsò huc retulerunt. Quam doctrinam non esse inutilem, argumento est, quòd quandoque viri etiam doctissimi in minutis hisce aberrant. Ut cum egregius poëta Georgius Buchananus lib. v Sphære suæ ita canit:

Ma. te animi heroës seclis melioribus orti.

Sed *ma. ti* fortasse scripserat vir summus: saltem ita debuit. Etiam optimus & doctissimus Abrahamus Ortelius, ubi *Tempe* descripserat, ita definit: *Atque hæc de Tempis.* Quasi *Tempe* non ἀκλιπὼν sit; ut antea dictum. Possum & alia multa adferre, quæ similiter eruditissimis viris exciderint. Sed istis insistere ut illis minùs honorificum, ita nec mihi decorum satis videatur.

C A P V T XLVIII.

De di. ptotis, tri. ptotis, retr. ptotis, & pent. ptotis. Tabi. Servius, Charisius, & vetus glossographus notantur. Dica *ma. te* rejici à Phoca. Repetundæ. Vicis, vici. *Vade* vix adverbium. Fors fortuna. Emendatio summi viri in Varrone rejecta. Siremps, sirempse. An sirempse tantum auferendi casu dixerint. Vis in recto singuli numeri, & accusativo plurali. Plure. Phoca

Phocas lapsus. Ditio, sive dicio non legi. Condicio ex *Servii mente* est dicio componi. Procerem, bilicem, trilicem, septemplicis, decemplexis, falso credi *μονόπλωτος* : quæ minimum sint *τετράπλωτος*. An uti pecudem auream, sic pecus aurea dicatur. Mane, & mani, in ablativo. Frons ex frondis. Nex. Iovis in recto. Vne, sole. Multa veteres non aliâ de causâ in certo casu refugisse, quam quia minus morigeræ essent aurium voluptati.

Sequuntur *διπλωτος*, ut *suppetia, suppetias; impetis, impete* : de quibus *Antea* diximus. Item *tabi, tabo* ; ut rectè docet *Priscianus* in quinto, septimo, & undecimo. Pro genitivo adducit *Lucani* hoc in sexto * : * *vers. 547.*

— *Nigramque per artus*

Stillantibus tabi sanicem, virusque coactum

Sustulit.

Quare fallitur *Servius*, qui *μονόπλωτων* esse scribit ad illud *III Æneidos*, *Et terram tabo maculant*. Idem docet *Charisius* : *Tabo*, inquit, & *pondo, monoptota sunt*. In glossis quoque *Philoxeni* legere est, *Tabo, αἰμαλὴ † τεκρῆ. λυθρῶ. ἐστὶ δὲ μονόπλωτων*. Imò & *Probus* similiter in *Catholicis*.

Hic etiam poscit locum *dica*. *Phocas* quidem negat inveniri in recto. Sed *Ciceronis* est *Verr. IV : Scribitur Heracleio dica*. Longè interea usitatus est in accusativo, *dican scribere †, vel subscribere **, vel *impingere †* ; *διπλω ἐπιόγειν*. Quomodo & in plurali, *dicas sortiri*, ait *Cicero †*.

Quædam verò diptotis falsè accensentur. Vt *repetundarum, & repetundis*. Quomodo legimus, *Lex Julia repetundarum* ; vel, *repetundarum reus* ; vel, *dammatus de repetundis*. Sed rectus est *repetunde*, ac *καθ' ἑαυτῆς pecuniæ* reticetur. Vnde accusandi casu dicitur, *missos legatos ad res repetendas*. Nempe habet *repetunde* omnes casus : sed propterea in accusatione solum genitivum & ablativum invenias, quia verba accusandi (ut nunc sic loquar ex communi opinione, quam suo loco expendam) duos tantummodo hos casus regunt : ut *accusò te negligentia*, vel *de negligentia* ; *proditionis*, vel *de prodicione*. Planè enim his simile *accusatus*, vel *postulatus repetundarum*, vel *de repetundis*.

Etiam *vicem, vice*, diptotis accensent. Sed scrupulum injicit, quòd *Phocas* triptoton facit ; *vicis, vicem, vice* : *Charisius* verò etiam tetrapoton ; *vicis, vici, vicem, vice*. Sed *vici* non memini me legere. *Vicis* regie est apud *Livium* lib. I, & *aliene vicis* lib. III. *Suam cuiusque vicem* eodem libro. Et apud *Brutum* ad *Cic.* lib. II : & *meam & vestram vicem*. Nominativus foret *vicis*, vel *ἡ συνηπιὼ vix*. Sed eum ne *Grammatici* quidem agnoscunt. Non dubium tamen, quin adverbium

bium vix ab hoc fonte promanet. Nam in iis potissimum alternamus vices, quæ ab uno vix ac difficulter fiunt.

Tantummodo etiam *fors*, & *forte*, dici ajunt: ut *fors fortuna*, & *forte fortunâ*. At Varronis est lib. IV de L. L. *Laram, Vestam, Saluam, Fortem Fortunam* *, *Fidem*. Nec enim assentio Scaligero, qui malit: *Fortunam* †, *Fortem, Fidem*. Idem in V de L. L. usus genitivo: *Dies Fortis Fortunæ appellatus à Servio Tullio rege, quod is sanxum Fortis Fortunæ secundam Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense*. Etiam dativus invenitur. Quippe in lapidibus quoque, & nummis antiquis, frequens est hæc inscriptio, **FORTI FORTVNÆ**. Nec Godscalco Stewechio multum repugnem, qui putat, apud Arnobium lib. VII adversus Nationes legi debere: *Cui non minaci Forti se obtulit*. Non, *fortiter*, quod est in vulgatis.

* Ita editio Romana Ant. Augustini.
† Ita editio Aldana.

Triptoton est, *hujus sordis, hanc sordem, hac sorde*. Quamquam & B. Ambrosius dicat *hæc sordis*. Quædam autem tres quidem casus habent, sed sub duplici terminatione: ut in recto, & accusativo, *sandem*; in gignendi casu, *santidem*. *Siremps* quoque, quod, Festo teste, significat, *similis re ipsâ*, in nominativo, & vocativo, *siremps*; in ablativo autem habet *sirempse*. Est hæc sententia Sosipatri. Recto usus Cato in dissuasiōe legis, quæ postea relicta est: *Et præterea rogas, ut quemquam adversus ea, si populus condemnaverit, siremps lex fiet, quasi adversus legem fecisset*. Cujacius quoque monuit, sic legendum apud Senecam epist. XCII: *Vbi verò ad finem mortalitatem ventum est: Discede, inquit, ambitio: omnium, quæ terram premunt, siremps lex esto*. Antea, pro *siremps lex*, ineptè legebatur, *ferè miles*. Sed *sirempse* non videtur ablativi solùm casus esse. Nam Plauti est prologo Amphitryonis:

Sirempse legem jussit esse Inpiter.

Nisi magis placet, *Sirempse lege*: quod magis ex mente fuerit Charisii. At veteres libri, ut verus editio Veneta, quæ cum Pyladæ & aliorum notis prodiit †, ad alterum propius accedit. Quippe ibi legitur:

Similem rem ipse in legem jussit esse Inpiter.

Quamquam nec multum abeunt ab iis, qui corrigunt, *Sirempse in lege*. Quo pacto etiam Charisio sua præceptio constabit.

Vis non tres solùm casus in singulari habet, sed quatuor. Nam & *vis* in genitivo agnoscit Probus in Catholicis, & Sosipater lib. I. Imo reperitur, cum apud Jurisconsultos; tum etiam scriptorem dialogi de Oratoribus, qui Tacitus vulgò existimatus: *Quamquam in magna parte librorum suorum plus vis habeat, quam sanguinis*. Quin in plurali quoque *vis* dicimus, pro *vires*. Lucretius lib. II:

*Et quo quisque * magis vis multas possidet in se,*

* Al. Et quam quidque magis.

Atque

Atque potestates.

Et Sallustius in III Histor *. *Male jam adfectum ad omnes vis con-* * apud
troversiarum. Prisc. in 6.

Τετραπλωτον est *plus*. Recto legas apud Livium, *plus duo millia caesa*; item, *plus trecenta vehicula amissa*. Genitivo apud Cic. *pluris est eloquentia*; item, *pluris aestimare*. Accusativo usus Terentius: *Plus quingentos colaphos infregit mihi*. Ablativo Plautus in Coeco, seu Prædonibus †: † apud Charis. lib. 2.
Plure altero tanto, quanto ejus fundus est velim. Glossæ: *Plure, πλεῖον*. Vt solum desiderentur dativus, & vocativus.

Precis verè tetraphton. Nam *precis, preci, precem, prece* legitur: quemadmodum superius † ostensum. Vt valde erret Phocas, qui numero † cap. 43. singulari tantum in ablativo ait reperiri.

Ditionis terminum, ditioni permittere, in ditionem concedere, & in ditione esse, apud optimos legas scriptores. At rectum non esse in usu, ait Diomedes lib. 1. Etiam Donatus edit. secundâ, & Priscianus lib. XI, inter defectiva referunt. Cleonius itidem, *Hæc ditio non est lecta*. Imò & Servius in illud 1 Æn. *Post alii proceres*; ait, *proceris, & ditionis*, esse ex iis, quæ carent nominativo singulari: sed hoc discrimine, quod utunque in simplici non dicatur *ditio*, in composito tamen ejus dicatur *condicio*. Quæ verba lucem ex eo capiunt, quod aliquanto antè in illud, *Victor ditione tenebat*; *ditione* exponat *potestate*: atque addat, *Omnis enim potestas dictis constat: id est imperio*. Voluit igitur Servius, à *dicendo ditionem* dici; à *condicendo, condicionem*: quia *condicio* sit, cum causam agentes condicunt, sive utrimque addicunt, sic ut illud, quod promittitur, pendeat ab eventu incerto. Sed de *conditionis* vocabulo, quod, uti & *ditio*, per T scribendum, fallitur, cum eo propriè significetur condendi actus; inde ad alia transferatur; ut dicimus in Originum libris.

Proceris quoque Charisio *πρωτοπλωτον* est: imò & Servio, ut proximè dicebamus: & rectius, ut puto, quàm *procerem* aliis est *μονόπλωτον*. Quemadmodum nec dubito, quin *bilicem, & trilicem*, non *μονόπλωτον* sint, ut ajunt; sed minimùm *πρωτοπλωτον*. Etiam *septemplex, & decemplex*, huc potius referam, quàm ad monoptota. Quid quod *decemplex* est apud Varronem: *bilix, & trilix*, in veteribus glossis. Vti illis Philoxeni: *Bilix, (l. bilix) δίπλιτος*. Et aliis Cyrilli: *Τετραπλιτος, trilix*. Quæ verisimile est glossographos non fuisse posituros, nisi apud priores reperissent, aut olim in usu fuisse credidissent.

Videtur & *pecudis* *πρωτοπλωτον*. Nam præter genitivum hunc legitur, *pecundi, pecudem, pecunde*: nominativo autem & vocativo carere. sententia est Charisii lib. 1. *Sunt, inquit, quæ quamvis plurali numero per omnes*

omnes casus declinentur; nominativum tamen singularem, & vocativum non habent: ut *dapes, preces, proceres, pecudes, fruges, fauces, vices, cæteri, plerique, verbera*. Atque is locus valde iis advertatur, qui dici putant, *egregia pecus*. Contra quos superius * disputavimus. Sed in mentem nunc venit, Capru^s, etiam, Prisciano † teste, putare, dici hæc *pecus, pecudus*, & hoc *pecus pecoris*. Ac, ut classicum dem scriptorem, ipsius esse Cæsar^{is} in Auguralibus: *Si sincera pecus erat*. Quod Priscianus citat in VI. Sed scriptorum, qui supersunt, nemo imitari hoc ausus fuit. Ut multò satius videatur eo calu in feminino abstinere. Præsertim cum *ἀναλογία* quoque advertetur. Nam, ut superius etiam dicebamus, feminina potius penultimam producant in obliquis: ut *incus incudus, palus paludus*. At *pecudus* eam corripit. Quid quod Cæsar, qui Augurum res eo tractabat libro, fortasse illud protulit ex veteribus Augurum libris? Quomodo non magis imitari hac parte oporteat, quàm allata à Grammaticis ex Saliaribus Numæ hymnis.

Mirum autem, non retulisse inter *τελεγιῶν τε mane*: quod interdum quidem in adverbium degenerare, negari non debet: ut in illo Ciceronis ad Atticum: *Bene mane hæc scripsi*. Sed naturà suà, primòque nomen est, cujus solus interrogandi ac dandi casus desiderantur. Estque hujus loci, quatenus ablativus in *i* exit: nam, ut similis est is prioribus, apertum erit. Rectum habes apud Persium Sat. III: — *Iam clarum mane fenestras intrat*. Vnde & de vocativo constat. Accusativo usus Martialis lib. I, cap. XVII: *Sed mane totum dormies*. Ablativo Columella lib. VII, cap. XII: *Sub obscuro mane, vel etiam crepusculo*. Et Oppius sive Hirtius de bello Africano: *Præsertim cum milites à mane diei jejuni steterint defatigati*. Nec est, quòd obijcet quisquam, neutra in E ablativum per I facere. Nam, ut infra docebimus, similiter dicitur, *ab hoc mare, & mari*. Imò, ut dixi, non semper per E effertur. Nam veteres, Donato † teste, dicebant, *mane, mari*; ut *vespere, vesperi*; *luce, luci*; *tempore, tempori*. Ita Plautus ait: *A mani usque ad vesperum*. Quo etiam Servius probatum ibat, ablativum esse à recto *mane*.

Dapis, dapi, dapem, dape, dici, satis convenit. Sed veteribus etiam *daps* in usu; ut non ex Livio solum Andronico, sed Catone quoque comprobavimus. Verùm posteriores refugere. Vti & *ops*: quod pro *ἐπιπλοῖα*, ac copià, vel auxilio, Charisius agnoscit, & cum Capro Priscianus semel iterumque. Sed de eo quoque dictum; uti & de *frugis*; quæ non repetam.

Frondis, frondi, frondem, fronde, in usu esse, in confesso est. Sed de nominandi, & vocandi casu, inter cæteros negat Charisius. Cui obducimus hoc Mar. lib. II Georg.

* cap. 32.

† lib. 5.

* Phorm.
alt. I, sc. I.

*Texendæ sepes etiam, & pecus omne tenendum est,
Præcipue diem frons tenera, imprudensque laborum.*

Vbi Servius: *Apud antiquiores singularis nominativus erat frondis. Hodie verò & à fronte, & à fronde, unus est nominativus frons: sicut etiam lens à lente, & à lende, capitis brevioris pediculo.*

Falsò etiam *necis* huc retulere. Nec enim solùm *necis, neci, necem, & necæ*, legas: sed etiam *nex*. Sifenna lib. iv Histor. *Quoniam neque mea nex, neque intercessio, posse videtur illorum demerentem reprimere audaciam.* Imò ipse est Ciceronis in Milonianà: *Insidiatori vero, & latroni, quæ potest adferri injusta nex?* Gloss. *Nex, σφαγή. Multorum civium neces*, Cic. in Catil. *Miscere neces*; Valerius Flacc. 3 Argonaut. *Vltus & Plinius* nom. acc. & vo. casu.

Iovis τειχέωνος est Diomedii. Sed antiquus est nominativus *Iovis*; quo usi Accius, ac Cœcilius: quorum loca adducit Priscianus lib. vi. Item Ennius versibus illis ab Appulejo lib. de Deo Socratis, & Martiano lib. i, adductis, quibus ille Deorum Consentium numerum complexus est:

*Iuno, * Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Idem Appulejus iv Metam. Apollinem sic respondisse ait:

Quem tremis ipse Iovis, quo numina terrificantur.

Quin Iulius Hyginus in Fabulis crebrò usurpat. Vt Fab. LIV: *Hoc præter Promethæum cum sciret nemo, & Iovis vellet cum ea concumbere, Prometheus Iovi pollicetur, se cum præmoniturum.* Et Fab. LXIII: *Iovis in ambrem aureum conversus cum Danaë concubuit.* Et Fab. LXXV: *Iovis ob id fecit, ut septem ætates viveret.* Et Fab. XCII: *Iovis imperat Mercurio, ut deducat eas in Ida monte.* Atque alibi sæpe. Vulgò putant hujus *Iovis* esse ab hic *Iupiter*. Verùm rectè Valerius Probus in Catholicis: *Excipitur unum, quod nominativò solum, & vocativo casu declinatur; hic Iupiter, & Iupiter.* Nam qui declinant, hujus *Iovis*, declinent hic *Phœbus*, hujus *Apolinus*. Sanè ipsum *Iupiter* corruptum ex *Iovis pater*; quomodo & dicimus *Marspiter, Diespiter*. Vide Gellium lib. v, cap. xii.

Περνάτωρ sunt, quæ solo carent vocativo. Cujusmodi esse *Vnus*, quidam veterum putarunt: sed, ut Priscianus ait in quinto, *Caper, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit, hoc usum Catullum, & Plantium. Catullus †:*

*Tu præter omnes une de capillatis,
Cuniculosæ Celtiberiæ fili.*

Plautus in Frrvolariâ:

O amice, ex multis mihi une Cephalio.

* Sive, ut alii, Iuno, Vesta, Ceres, Diana, Minerva, V. M.

† Carm. 38 ad contubernales.

Nec

Nec *solum* eo casu rectè privant. Nam citat Priscianus in quinto ex hymenæo A. Tucidæ (ejus, quem & in apologia laudat Appulejus)

Felix le: tute talibus

Sole amoribus — .

Etiam *omnis, quilibet, quisque*, huc referunt: quæ vocativum habere, in Pronomine ostendemus. Sed omnia si persequar, quid nisi Iliada errorum texam?

Contrà sunt multa Grammaticis intacta, quæ in certo numero, aut casu usurpare non ausif, quia sint duriora. Istiusmodi, teste Cicerone in Topicis, sunt *specierum, & speciebus*: quod nihilominus integrum inflectere vulgò pueritiam docent. Suntque id genus alia, in quibus non Grammaticos canonas, sed usum veterum, & aures quisque suas, nisi Midæ fortè habeat aures, consulere debeat. Vidit hoc quoque vir in Rhetorum lectione multum versatus, nec malè de arte eà meritus, Ludovicus Carbo. Verba ejus non refugiam adscribere è primi de Oratoriâ Elocutione libri disputatione quintâ: *Elegans igitur & exculca oratio horridas, & vaste hiantes voces, refugit, ut aurium voluptati murrigeretur. Ex quibus colligeres, quàm ineptè quidam Grammatici faciunt, dum multa nomina in heterocleis ponunt, quod illis, vel alter numerus, vel aliquis casus desit: quasi omnia declinationum, & conjugationum membra, quibus antiqui scriptores non sunt usi, certo numero comprehendi possint. Nec propterea, quòd illi aliquo casu alicujus nominis non sunt usi, colligere licet, nomen illud altero numero carere: nam dulcedines dices, non dulcedinibus, in quo nullus est gratiæ decor. Ex his autem verbis, quæ durè inflectuntur, nonnulla sunt, quorum usus non est omnino interdictus: eorum verò asperitatem is vitabit, qui loquendi formam mutare noverit.*

FINIS LIBRI PRIMI
D E A N A L O G I A.

GERARDI IOANNIS VOSSII
DE VOCVM ANALOGIA,
ET ANOMALIA,
LIBER SECVNDVS;

sive commentariorum

DE ARTE GRAMMATICA
LIBER QVARTVS;

qui est

DE NOMINVM DECLINATIONE
IN CASVS, NVMEROS, GENERA,
GRADVS, DERIVATA,
ET COMPOSITA.

CAPVT L.

Quàm latè pateat declinationis appellatio. Dividitur ea in naturalem, & voluntariam. Posterior Speciem, & Figuram comprehendit. Prior vel directa est, vel transversa. Transversa in casus inflectitur. Recta in numeros, vel genera, vel gradus. Ea que declinat in casus, & numeros, non quinqueplex est Græcis; sed triplex. De characteristica quinque declinationum apud Latinos. Varronis super hoc sententia adfertur, & refellitur.



Asuum doctrinam declinationes excipiunt: ubi non leviùs peccari solet. Age igitur novas ad lineas, iterumque ad gradum nos accingamus. Ac à nomine ipso ordiamur.

Quod Græcis κλίνω, id Latinis *clinare*; quo Lucretius utitur in 11, & Cicero in Phænomenis. Quodque κλίσις Græcis, id Latine *declinatio*; Varroni etiam *declinatus*; Gellio *inclinatus*, & *inclinamentum*.

Declinatio fit vel intra se, vel extra se. Quà de re sic Varro lib. vii

O O O O

de

de L. L. *Nomina declinantur, aut in earum rerum discrimina; quarum nomina sunt: ut à Terentius, Terentii: aut in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non sunt: ut ab Equo, equito.* Prior declinatus dicitur *naturalis*, quia qui *Terentius* audit, ex natura linguæ Romanæ sciet, in patrio casu *Terentii* esse; in dativo, *Terentio*: quique audit *justitia*, vel *bonitas*, statim hujus *justitiæ*, aut *bonitatis* inflectet. Alter dicitur *voluntarius*, quia etli natura etiam hic spectatur, tamen voluntas magis attenditur. Nam naturâ scire non possum, ab *justus* esse *justitia*; à *bonus*, *bonitas*; à *magnus*, *magnitudo*: item ab *amorem*, *amor* dici; à *doceo*, *doctrina*; à *lego*, *lectio*; ab *audire*, *auditus*. Hac de re sic idem Varro lib. VIII de L. L. *Declinatus verborum & voluntarius, & naturalis esse puto: voluntarios, quibus homines vocabula imposuerint rebus quædam; ut à Romulo Roma, à Tibure Tibertes: naturales, ut ab impositis vocabulis, quæ inclinantur in tempora, aut in casus; ut ab Romulus, Romuli, Romulo, Romulum; & à Dico, dicbam, dixeram.* Vnde liquet, declinationis esse voluntariæ, à *bonus*, *bonitas*; à *magnus*, *magnitudo*. Naturalis esse à *bonus*, *boni*; à *magnus*, *magni*. Nempe voluntaria est omnis nominis impositio. Hoc autem loco intelligitur impositio non prima, ut *pinus*, *equus*: sed ea, quæ ab alio, ut *pietas*, *impius*, *equito*. Speciem enim sive derivationem, & figuram sive compositionem comprehendit. Estque naturalis declinatus non solum nominum, pronominum, & participiorum: sed etiam verborum. Quod liquet ex verbis Varronis allatis; ubi pro exemplo declinatus ejus adducit, *dico, dicebam, dixeram*. Et passim sic loquitur Varro. Loca ea quia obvia, Arnobii potiùs verba apponam è libro secundo: *Quia per casus, & tempora, declinare verba scitis, & nomina.* Ac similiter dixerat Fabius lib. I, cap. VII: *Nomina declinare & verba imprimis pueri sciunt.*

Declinatio nominum naturalis, (idemque de pronomibus & participiis accipi velim) vel recta est, vel transversa. Recta est, cum quid declinatur in casus rectos: transversa, cum in obliquos. Quæ de re sic idem Varro lib. IX de L. L. *Ad hunc quadruplicem formam ordines dirigitur binii; uni transversi, alteri directi; ut in tabula solet, in qua Lutetius ludant. Transversi sunt, qui à recto casu obliqui declinantur; ut albus, albi, albo: directi sunt, qui à recto casu in rectos declinantur: ut albus, alba, album.*

Declinationem directam statuo triplicem. Vna est in numeros; ut, *rex, reges; fortis, fortes; forte, fortia*. Altera est in genera; idque tum in substantivis, ut, *rex, regina; hospes, hospita*: tum in adjectivis, ut, *fortis, forte; doctus, docta, doctum*. Tertia est in gradus; ut, *fortis, fortior, fortissimus; doctus, doctior, doctissimus*. Nam in hisce omnibus casum

casum rectum videmus ; ut, ex Varronis mente, directa declinatio dici debeat.

De tam varia nominum declinatione agere nunc animus est. Ac primum de ea, quæ fit in casus, & numeros; ac sibi quasi peculiare *declinationis* nomen vindicat: ut sæpe genus, & species eodem nomine signantur. Deinde videbimus de declinatione in genera; quæ *Mosis* dici solet. Hinc de declinatione in gradus; quæ *Comparatio* appellatur. Denique de declinatione in derivata, & composita: quæ *Speciei, & Figuræ* nominibus vocari solet.

Declinatio sic peculiariter ac præse dicta, hoc est, ea, quæ in casus & numeros fit, Latinis est quintuplex; Græcis triplex. Ac prima quidem Græcorum sequitur articulum femininum; secunda masculinum, aut neutrum; tertia plurimum ab articulo abit, propèque accedit ad naturam tertiæ Latinorum. Primæ nominativus pluralis exit in AI, ut *Ἀγείδαι, Μῦσαι*: sicut Latinis, *Aridae, Musæ*. Secundæ in OI, ut *ἀδελφοί*, sicut Latinis olim *Adelphæ*: ubi postea I, ut *ἀγροί, αγρι*. Tertiæ in ES, ut *πατέρες*, sicut Latinis *pateres*.

Huic sententiæ à vulgo pleno velo, obversaque resistitur prosà. Ac primò priorum auctoritatem obducunt. Quam non contemno; dummodo eam rationis firmet anchora. Nam absque ea sæpe periculum est, ne ventus navim è portu in mare magnum propellat. Verum, inquit, nec vulgaris opinio ratione est defecta. Diversa enim genitivi terminatio diversas facit declinationes: eoque *Αινείας*, & *μῦσαι* ejusdem esse declinationis non possunt. Nimirum non cogitant, si sola terminatio genitivi, declinationis foret character; jam *Αινείας* & *λόγος* unius futura declinationis, cum ambo desinant in OY. Adde quòd apud Latinos quoque, ut suo loco * dicemus, * *esp. 8.* *Themistocles, Aristoteles*, multa que hujus generis, genitivum in I faciebant; nec propterea secundæ erant: obstabat enim, quòd cæteri casus referrent declinationem nominum tertiæ. Sed quemadmodum hi lapsi, quòd solum genitivum declinationum characteristicam statuerunt: ita in eo decipitur doctissimus Varro †, quòd declinationum discrimina petenda existimet ex diverso ablativi exitu: qui vel A est, ut *mensa*; vel E, ut *lance*; vel I, ut *levi*; vel O, ut *cælo*: vel V, ut *versu*. Duobus enim nominibus displicet hæc sententia. Quippe quintam vulgarem cogitur comprehendere sub ea, quæ vulgò tertia vocatur: adeò ut *pater*, & *dies*, unius Varroni sint declinationis. Præterea ex tertia nostra facit duas, cum ei *pater*, secundæ; *foris*, tertiæ sit. Quis verò non videt, majorem esse convenientiam inter *pater*,

& fortis ; quàm pater , & dies ; eoque hæc potius , quàm illa , diversæ declinationis statui oportere.

Sunt qui septem faciant declinandi formas ; ut Diomedes scribit in primo. Sed hi secundam, quartamque vulgarem, in duas dispeſcunt. Nam alius his declinationis sunt genitivi in *is*, quàm in *i* simplex : hoc est, *Virgilius*, & *ingenium* ; quàm *pater*, & *cælum* : alius item *cornu*, & *golu* ; quàm *portus*, & *porticus*. Quibus refellendis non est, quod immoremur : cum ea, præsertim ratione nominum secundæ, planè sint absurda. Quare hæc generatim de declinationibus dixisse sufficiat.

C A P V T I I.

De quatuor primæ declinationis terminationibus. Latini à nominibus in A S vel E S auferebant S ; E item in A mutabant, unde dicebant, Ænea, Anchisa, Atrida, Apella &c. Ἀντιλογία Servii. Rob. Titius notatus. Latini Græcorum E mutant in A ; unde dicunt, Penelopa, Semela, Circa &c. Latini Græca in E desinentia declinant more Græcorum : unde ablativi, Penelope, Musice, Grammaticæ &c.

IN prima declinatione quatuor sunt terminationes, tum apud Latinos, tum apud Græcos ; A, E, A S, E S. Quæ in A desinunt, partim Latina sunt, partim Græca. Nam fugit eos ratio, qui cuncta in A esse Latina scripserunt ; cum *Musa*, *poëta*, *charta*, aliaque plurima, sint à Græcis. At quæ terminantur in E, A S, vel E S, semper Græca sunt. Nec lætet mihi vetus hæc Inscriptio in agro Sorano :

OPPIA CASSINE MATER FECI FILIÆ,
QVOD ÆQVVM FVERAT FILIA FACERET MIHL

Verùm non arbitror, hoc tanti esse : præsertim cum tam multa peccarint insculptores monumentorum. Sanè Latini quidem, & imprimis vetustiores, abhorruisse videntur à positionibus Græcis ; cum ea, quæ apud hos in A S, vel E S, vel E desinunt, per A efferre consueverint. De prioribus duabus terminationibus, autor locuples Quintilianus lib. I, cap. x : *Nec in A quidem, atque S literas, exire temere masculina Græca nomina recto casu patiebantur. Ideoque & apud Cælium legitur, Pelia Cincinnatus ; & apud Messulam, beneficium Eubia ; & apud Ciceronem, Hermagora. Ne miremur, quod ab antiquorum plerisque Ænea, & Anchisa, sit dictus. Priscianus lib. v : Propria apud Latinos in A terminationia, apud Græcos assumunt S : ut, Cutilina, Sylla, Fimbria, Aquila, Καλλινας, Σόδας, Φιλοθέας, Αχύλας. Contra apud Græcos in A S desinentiæ, vel in E S, apud nos in A terminantur : ut, Μαρτίνας, Σωτίνας, Βυππίνας, Χαρίτας, Τυλάνας, Βαρυεΐδας ; Μαρσύα, Σοφία, Βυρβία, Χερρα,*

Cherea, Turia, Bagrada : *πειρης, κηραλης, Σκυθης, σκυθης, σοφιστης, Μελικερτης, Λεπταστης, Ποιτα, κυβαριστα, Scytha, scripha, sophista, Melicertia, Lepasta. Sallustius in Histor. II : Quem ex Mæsaritania rex Lepasta productionis insimulatum cum custodibus miserat. Idem Priscianus lib. VI : Græca nomina tam fluuioꝝ, quam alioꝝ, in A S apud illos desinentia, quæ in O T faciunt genitiuam Græcum, nostri absque S solent plerumque proferte* : ut, *Marsya, Geta, Cherea, Sofia. Lucanus in III :*

*Qua celer, & relictis descendens Marsya ripis,
Errantem Mæandron adit.*

Hæc verbatim malui Fabio, ac Prisciano adscribere, quàm ad fontem digitum intendere; ne fortasse, cui consulendi otium non est, miretur ab Horatio sat. III, lib. II scribi :

Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur?

Quippe, ut Priscianus quoque disertè ait lib. VII, *Atrida* est vocativus Latinus, à recto *Atrida*, quo usus Propertius *. At si Græcus esset vocativus, uti quidam scripsere, ultima produceretur : pro ut factum in hoc Maronis III Æneidos :

Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Quem in locum ita Servius : *Anchisa vocativus hic non est Latinus. Nam brevis esset A, ut Catilina. Græcus est ergo. De quo valde apud eos quaeritur, quemadmodum exeat ab his nominibus, quæ in E S mittunt nominatiuum. Nam Tydidus, Tydide, facit* : ut †,

— O Danaum fortissime gentis, *Tydide.*

Atrides, cum sit simile, Atrida facit, ut Horatius † :

Nequis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur?

Tale est ergo *Anchisa*. Sanè apud Latinos horum nominum causa manifesta est. Nam nominatiuus ipse in *A* mutatur, & recipit Latinam declinationem : ut *Atrides, Atrida; Scythes, Scytha*. Quo in loco secum pugnat Servius. Nam si *Anchisa* ultimam naturam producit, non est simile alteri illi *Atrida* : sed erit vocativus Doricus, *Αρχίου*, pro *Αρχιον*. Quare dicere oportuerat, esse vocativum Latinum ab *Anchisa*, & *A* produci ob cæsuram. Mirum autem in Putschiana editione hunc locum esse corruptum, qui in prioribus rectè fuerat expressus. Ita enim nunc legitur : *Latina vero proportio in E correptam vult vocativum primæ declinationis, sicut supra dictum est, terminari etiam in Græcis. Unde Horatius in II Serm. Nequis humasse velit Ajacem Atride vetas cur? At in Veneta anni MDCCC LXXVI pro E correptam, A correptam, & pro Atride, Atrida rectè excusum est. Quemadmodum autem Anchisa, & Atrida, dicitur pro Anchises, & Atrides; ita & Scipiadam Horatius dixit pro Scipiadem lib. II, Sat. I :*

O o o o 3

— Et

* lib. 2. eleg. 14, vers. 1.

† Maro I Æn.

‡ lib. 2. sat. 3.

— *Et justum poterat, & dicere sortem*
Scipiadam. Ac similiter Plautus Pœnulo * :

* *Aff. 5. Sc.*
Fuit indies.

— *ô Apella, ô Zeuxis pictor,*
Cur numero estis mortuus ?

Etiam vocativus *Dancia* ultimâ brevi à recto *Dancia* est, cum à *Dancius* esse brevis non possit. Maro x *Æn.*

Vos enim gemini Rutulis cecidistis in arvis,
Dancia Lavide, Thymerque, simillima proles.

Cumque idem dicat iv *Æn.*

— *Non ante Tyro despectus Iarbas :*

Ovidius tamen iii *Fast.*

Et positur captâ Maurus Iarba domo.

Plauto *Amphitr.* est *Pterela* ; qui *Pterelas* Ovidio iiii *Met.* & Statio vi *Theb.* *Marsya* Horatius ait lib. i, sat. vi : & rectè observatum *Dausqueio*, similiter apud Silium in viii rescribendum, ubi vulgò *Martia*. At Latinorum aliis *Marsyas*, uti Græcis *Μαρσύας*.

Porro in iis, quibus Latini non sunt usi, fatius est retinere terminationem Græcam : quomodo *histrionem* malim *hypocriten*, quàm *hypocritam*, dicere : idque Fabio præeunte lib. xi, cap. iiii : *Apud Andronicum hypocriten.* Item malim *equus samphoras*, & *copparias*, quàm *samphora*, aut *copparia*, aut *samphorus*, & *copparius* : quamquam Rober-tus Titius posteriori modo loquatur lib. vii locorum controversorum cap. xx : imò etiam in suis adversus Ivonem Villiomarum, hoc est Iosephum Scaligerum, Assertionibus, tueri id conetur. Et hæc de nominibus in A S, & E S.

Supereft E, ut in veteribus Inscriptionibus, *Hieronice*, pro *Hieronica*. Sic Seneca Herc. Fur.

Meumque vitrix teneat Alcmena locum.

Vbi *Alcmena* legi nequit, cum sit Iambicus trimeter. Sic *Helene* quoque omnino legendum in hoc Martialis lib. ix, epigr. cvi :

Mansisses Helene, Phrygiamque redisset in urbem
Dardanus.

Nymphe in melioribus libris † est apud Nasonem xiv *Metam.* fab. xvii :

— *Inque figurâ*

Capta Dei Nymphe est, & mucina vulnera sensit.

Quod & semel iterumque habes v *Fast.* Vti *Crete* vii *Met.* *He-sione* xi *Met.* Propertii item est † :

Andromedæque, & Hypermnestre sine fraude maritæ.

Maronis, *Evigone*, i *Georg.* *Hermione*, ii *Æn.* *Ilione*, sæpius : & innumera alia.

† est aliter
 Veneta Bernar-din an.
 1436, & nos-ter MSus :
 sic MSs alii, quos sequitur Aldina,
 † lib. 4. el. 7.

Crebrò tamen E à Latinis in A convertitur. Plautus Stichus Act. I, Sc. I, ita orditur:

Credo ego miseram fuisse Penelopam, soror.

Geminum ei Circa, Epidico *:

Abi modo intrò, aq̄ue hanc asserua Circam, Solis filiam.

Eodémq; modo dixit Horatius lib. I, od. XIX, de Glyceræ amore:

Mater sæva Cupidinum,

Thebanaq̄ue jubet me Semela puer.

Ita enim habent libri vet. pro quo vulgati *Semeles*. Idem † inquit: † *lib. I, ep. 2.*

Sirenium voces, & Circa pocula nostri.

Apud Virgilium † quoque est, *Argivæ Helene*: Staius *Tegea*, & † *lib. I Æn.*
Nemea, dixit: & Papinianus (quod non indignum observatione duxit
Scipio Gentilis lib. II *παπέρυ*. cap. IX) usurpat *Penelopa*; quod imita-
tione factum Horatii. Nam ejus est lib. I, epist. II ad Lollium,

Sponsi Penelope.

Terentianus quoque Maurus *Lycamba* dixit pro *Lycambe*. Ita enim lego hos jambos:

Archilochus isto sevit iratus metro

Contra Lycambam, & filias.

Nam *Lycamben*, quomodo in vulgatis * editum est, metro repugnat.

Imò dubitari possit, an E rectè inter terminationes Latinas repouatur, cum Græca in E apud Latinos etiam in singulari retineant declinationem Græcam. De genitivo satis convenit: ut ab *epitome epitomes*, τῆς Ἐπιτομῆς. Sic Ovidio *Thyestes* IV Met. fab. IV: *Circes* IX Met. fab. II: Lucano in IX *Libyes*: Statio item. III Theb. *Pholoës habitator opacæ*: Juvenali sat. VII I, *Menalippes* &c.

* etiam ea, qua casti- ta notisq̄ illustrata à viro erudito Nicolao Bressco.

Planium quoque de accusativis in EN: ut *Thracen*, Lucretii lib. V: *Hermionen* II Æn. Sic quoque Horat. lib. III, od. III:

Secernit Europen ab Afro.

Ovid. IV de Ponto lib. IV. el. V:

Cum gelidam Thracen, & opertum nubibus Æmum.

Martial. lib. XI, ep. XLI:

Formosam Glyceren amat Læpercus.

Sed neque de dativo est, quod aqua hæreat, quasi is apud Latinos per Æ scribatur, ut, *epitome*. Nam rectum quoque est huic *epitome*, τῆς Ἐπιτομῆς. Quod ostendit Probus, cum ait omnino Græcè declinari. De ablativo fidem fecerit ille Diomedis locus in primo: *Quartus* (primæ declinationis modus est) *quoties nominativus, vocativus, & ablativus, sibi congruant: ut Thybe*. Vnde etiam discimus, ablativum esse eundem vocè ac dativum, τῆς Ἐπιτομῆς, hac *epitome*, pro *epitomâ*. De quo ne in subnubilo nobis res sit; facit, quod etiam Priscianus lib. VI I dicitur

disertim scribat, quamvis ablativo careant Græci, tamen in eo Latinos, tum Poëtas, tum Oratores, retinere terminationem dativi Græci, quò hi ablativi significationem exprimere solent. Imò hoc ipsum ex illo Iuvenalis dilucet, sat. II :

— Vos tenui prægnantem stamine fuscum
Penelope melius, levius torquetis Arachne.

Quin & multa id Fabii loca confirmant : ut lib. I, cap. XVI : in *musice* : item, *sine musice* : lib. II, cap. XV : *Excludunt à Rhetoricæ malis* : lib. VIII, cap. I, *Cum de Grammaticæ loqueremur*. Itaque non repugnet, si quis, cum Probo, & Prisciano, tres solum faciat primæ declinationis terminationes ; A, AS, & ES. Quod si quis scrupulus superfit, de solo is fuerit dativo : ut Diomedes silentio suo indicat verbis antea allatis.

C A P V T I I I .

De obliquis nominum primæ declinationis in singulari. Vetus Genitivi terminatio in AI, quæ Ἐ Αἰῶσιον præferunt à Poëtis. In Plautinis aliquot versibus vera lectio defensa. Altera Genitivi terminatio apud veteres, AS ; unde familias in usu remansit. Moneta Latinis dicta Musarum mater, & ratio ejus nominis. Theodori Marculii commentum super Martialis loco rejicitur. Genitivum per AI, dativum per E quidam scribebant, discriminis causâ. Vnæ pro unius, & uni. Quis Marcus ille Tullius à Marco Tullio oratione defensus. Majam, & Majan : Electram, & Electran. Æneam esse ab Ænea ; Ænean, ab Æneas. Charisius leviter emendatus. Propria Græca in ES nunc primam, nunc tertiam sequuntur declinationem : unde Dares hunc Daren, & Daretem ; Æacides hujus Æacidæ, & Æacidis, faci ; Chremes, ô Chreme, & Chremes ; Socrates, ô Socrate, & Socrates. Vocativi Oresta, Æeta, Thyesta. Vocativi Achille, Vlyste, correptâ ultimâ. Nominum in ES ablativi in E desinunt.

Nomina in A apud Latinos duplicem olim in genitivo habuerunt terminationem. Prior erat diphthongus AI, pro quâ posteriores Æ usurparunt. Ita in vet. inscriptionibus legere est, *Agrippinai*, *Antoniai*, *Augustai*, *Bonai Dei*, plurimâque alia ; quæ Grammaticus Inscriptionum antiquarum index facilè suggeret. Ex AI quidem diphthongo Ἐ Αἰῶσιον apud Plautum Aulul. * non dubium, quia *animai* debeat legi, quia alioqui claudicabit versus :

Etiâ me obturat inferiorem gutturem,
Nequid animai forte amissai dormiens ?

* *Al. 2. f.*
Postquam
absonavis
heru.

Pro quo quidam fecere, *Tum ne quid animæ*; illud *tum* de suo malo more appingentes.

Apud eundem eâdem Comœdiâ * vulgò legitur :

Vt bene haberem meæ me filia in nuptiis.

Sed *to meæ* in antiquis codd. deest. Quare non displicet :

Vt bene me haberem filia in nuptiis.

Apud eundem in Milite Glorioso est † :

Magnai reiipublicai gratia.

prout hunc locum citat Marius Victorinus in Orthographiâ. Nam in Camerarianâ est corruptissimè editus. Maro, ut Probus observavit, quater hujusmodi genitivos usurpat. Nam in tertio est, *Aurâi in medio*. In sexto est, — *Aurâi simplicis ignem*. Et septimo,

— *Furit intus aquai.*

Et in nono :

Dives equum, dives pictai vestis, & auri.

Verùm in duobus intermediis aliter quoque legitur in codd. antiquis. Imò Servius scribere non dubitat, cùm à Marone in septimo positum esset, *aquæ vis* (ita à Servio esse scriptum, non *aquæ amnis*, rectè monet Pierius) à Vario, & Tuccâ substitutum esse, *aquai* : quod nullus credo, utut hanc lectionem improbet in indice Erythræus.

Sunt & apud Ciceronem in versu †, *Nepai*, & *Terrai*. Apud Lucretium *, *Triviai*, & *Iphianassai*. Apud Antonium Idyll. VII :

— *Nescivit heras*

Imperium.

Aliâque apud alios.

Scribit Papirianus apud Cassiodorum †, genitivos hujusmodi diæresin pati, ut distinguantur à dativis. Sed hoc cujusmodi sit, parebit, cùm ad nominativum pluralem deventum erit. Cæterum genitivus *ai* etiam invenitur à masculinis in ES : ut à *Geryones*, Γερυόνες. Lucretius lib. v :

Quidve tripeçtora tergemini vis Geryonai.

Geryonæ, Græcis Γερυόνες, quod apud Lucianum ad indoctum multos ementem libros : Θηβαιός † ὄσα & Γερυόνες, καὶ Μεμφίτης ἢ Ἰσιδός † τῆς ἀποκάμυς.

Altera genitivi terminatio erat AS, more Græcorum, exeuntium in *da, ja, pa, &c a* purum. Vnde *familias* pro *familia* remansit in compositis, *pater familias, mater familias, filius familias*. Tale hoc Livii Andronici in Odyssæa :

Atque escas habemus mentionem.

hoc est, *escæ*.

Item :

Mercurius, cumque eo filius Latonas.

pro *Latona*.

Et opere eodem :

Nam diva Monetas filiam docuit.

PPPP

Hoc .

* *Al. 2. sc.*
Volui am-
nam.

† *Al. 1. sc.*
Mibi ad
enarran-
dum.

† lib. 2 de
Nat. Do-
rum, & A-
raçai.

* lib. I. vers.
84. & 85.

† in conlo-
quatiõ de
Orthogra-
phiâ.

† Thebanî
ossa Ge-
ryonæ, &
Memphitæ
Isidis ca-
pillis.

Hoc est, *Moneta*; quomodo à *monendo* vocant Latini, quæ Græcis Μνημοσύνη. Gloss. vett. *Moneta*, Μνημοσύνη. Quare legendum puto, *Nam diva Monetas filia*. Hoc est, *Musa*, quæ Mnemosynes filia. Nempe expressit Livius illud Homericum Odyss. Θ*:

* vers. 481.

† Quoniam ipsos tantum Musa docuit.

‡ ad Emii Annal. lib. 7.

— Οὐνεκ' ἄρα τ' ὀφέει

Οὔμας Μῆσ' ἰδιδάξε. —

Optimus, & doctissimus Paulus Merula † legebat, *Nam diva Monetas filiam*, vel, *divam*. Verùm, ut ex Homericò illo liquet, non *Musa* edocta, sed edocuisse ipsa dicitur. Nævius quoque in primo belli Punicì: *Filii Terras*. Item,

Et venit in mentem hominum fortunas.

Ennius quoque in VII Annalium: — *Dux ipse vias* —.

Attius Phinidis: *Neque ulla curas finis interea datur.*

Nisi exponere placet, quod ad curas. Priscianus in Periegesi:

Dianas fons est, Camerinâ gignitur undâ.

Plauti etiam est, in prologo Amphitryonis:

Amore captus Alcumenas Iupiter.

Et prologo Pœnuli:

Sed nisi molestum est, nomen dare vobis volo

Comœdias.

Nisi *comœdii* magis placet: quod in nonnullis legitur codicibus.

Vtriusque scripturæ jam olim meminit Ioannes Saracenus*.

* notis in Planturum editis Venetiis anno 1518. † lib. II. ep. 91.

At cave credas commento Theodori Marcilii, qui in notis ad libellum de spectaculis, Martiali tributum vulgò, ipsum Martialem, qui alicubi † *terrai*, & *frugiferai* deridet, ut *casca* & *obsoleta*, usum esse putat genitivo *Latiæ*, pro *Latiæ*, sive *Latiæ*. Locus, quem signat, est lib. VIII, epigr. xv:

Dat populus, dat gratus eques, dat terra Senatus,

Et ditant Latiæ tertia dona tribus.

At rectè ejus loci sententiam perspexit doctissimus, & amicissimus Scriverius, vir præclare de poëta hoc meritis. Nempe ut per tertia dona intelligantur dona à tribus ordinibus, senatu, equitibus, & populo, collata in *Latiæ* tribus, hoc est in pauperes tribules, & capitecensos. Quomodo similis sit locus huic Claudiani, Pahegyrico in VI consulum Honorii:

— *Tecum prælargâ vocavit*

Ditandas ad dona tribus.

Est & tertia terminatio in veteribus Inscriptionibus, quàm ab imperitiâ esse arbitror. Nam in iis legere est, *æternes*, pro *æternæ*; *Iulies* *Veranilles*, pro *Iuliæ Veranillæ*; *Victories*, pro *Victoriæ*; ac quædam alia ejus

ejus monetæ; quæ suggeret Grammaticus Gruterianarum Inscriptio-
num Index.

Dativus eorum, quæ genitivum per AI, vel Æ, terminant, si-
milis est genitivo. Nam & *huic terrai* dixere, teste Fabio lib. I, cap.
VI. Quamquam nobiles Grammatici discrimen aliquod hic statuere
sint conati. Eos inter Nigidius Figulus lib. XXIV commentariorum
Grammaticorum; unde ista exscripsit Gellius lib. XIII, cap. XXIV:
Si hujus terrai scribas, I litera sit extrema: si huic terræ, per E scribendum
est. Nempe vult genitivum in AI, dativum in Æ definire: quo-
modo & alii genitivum à nominativo plurali discriminant. Sed meri-
tò hæc sententia est improbata: uti plenius dicemus, cum ad rectum
pluralem deventum erit. Nunc illud solum adversus eam Nigidii sen-
tentiam adferam, quemadmodum apud Græcos omnes dativi exeunt
in I; ut *Διπέρα, μέση, λόγῳ, Μενέλεω, πᾶνι*: ita veteres etiam Lati-
nos terminasse hunc casum semper in I; ut in primâ, *terrai*, de quo
dictum è Fabio: in alterâ, *populoi Romanoi*, de quo postea * è Victori-
no loquar: de cæteris declinationibus res satis est aperta. * cap. 5.

A genitivis, & dativis, vulgò excipi solent nomina (sed pronomina
potius sunt, de quo postea dicetur) quæ nunc in IVS genitivum;
dativum in I faciunt: ut *nullæ rei*, apud Cat. & Plaut. *alteræ, totæ, so-*
læ, in dandi casu apud Terentium: *aliæ*, apud Gellium. Longum esset
loca istæc, & alia, integra apponere. Potius ipsum adi Priscianum
lib. VI. Item Propertium sic, & Tibullum, loqui, docebit Scaliger †.
Vide & Oberti Giffanii indicem Lucretianum in VNÆ, & Scipio-
nem Gentilem lib. I Παρέργ. cap. VII. Omittere interim non possum
verba hæc Marci Tullii Ciceronis: *Hoc judicium sic expectatur, ut non*
omne rei statui, sed omnibus constitui putetur. Qui locus à Prisciano † ad-
ducitur ex orat. pro M. Tullio. Videtur is fuisse M. Tullius Decula,
qui cum Cn. Dolabellâ consul fuit. Duo item alia ex eadem oratione
fragmenta legere est apud Fabium *. Vt mittam Victorinum, Capel-
lam, & Rufinianum, qui etiam aliqua ex ea citant: ac Tacitum, vel
quisquis autor est dialogi de causis corruptæ eloquentiæ, qui & ipse
ejusce orationis meminit. Quod ed adscripsimus, nequis prurigne
quadam sollicitandi lectionem veterem, locum esse corruptum con-
tendat, cum Ciceronem pro M. Tullio, aut *αἰσθῶς* pro Tullio, apud
Quintilianum, Priscianum, atque alios legit.

Accusativus Græcorum in A exeuntium à poetis etiam effertur in
AN: ut indicat Ovidii illud IV Fast.

Majan, & Elestram, Taygetamque Iovi.

Et hoc Statii VII Theb.

P p p p 2

Nam-

Namque ferunt raptam patrius Aeginan ab indis.

Accusativus verò nominum in AS, nunc in M, nunc in N, definit. In M, ut *Anaxagoram*, apud Ciceronem de Nat. Deorum, & Plinium lib. II, cap. LVIII. *Pythagoram* apud Gellium lib. I, cap. I. Quo exemplo & *Aeneam* dixeris. At in N extulit Maro VIII Æneid.

Accipite Aeneas, & tandem arcete periclis.

* vers. 214. Similiter *Aeneas*, versu ita exigente, habes ÆN. IV *, & ÆN. VI †.
† vers. 685. Est & Horatii lib. II, sat. IV :

Pythagoram, Anytique reum, doctumque Platona.

Cùm verò S abjectum est, quomodo à Γέρας, Δεμέας, Πυθίας, Σωσίας, Φαδεσίας, facta sunt *Geta*, *Demea*, *Byrrhia*, *Sofia*, *Phadria*, tantum in M accusativus definit. Itaque apud Terentium haut aliter legimus, quàm *Geam*, *Demeam*, *Byrrhiam*, &c. Quidam tamen negant ab *Aeneas*, aut *Pelias*, venire *Aeneam*, aut *Peliam*. Quin dubitant, an Latini his omnino sint usi. Equidem sicubi ultima in his apud Poëtam elia inveniatur (quod, sic dici, certum fuerit argumentum) non tamen esse censeam ab *Aeneas*, & *Pelias*; sed *Aenea*, & *Pelia*; cùm AN sit ab AS; AM verò ab A: quod ipsum disertim Charisius quoque scribit, ac exemplo *Callie*, & *Seneca* declarat; quorum illud ait iccirco *Callian*, hoc *Senecam* facere. Mirà verò oscitantia inibi ab *Aeneas Aeneam*, pro *Aeneas*, in accusativo dici; contra Charisii ipsius mentem, excusum est: quod de Putschianâ quoque editione dictum velim.

Saltem ab ES, non EM, sed EN dixerò. Quomodo Ovidius epistolâ Penelopes ait:

Respice Laiten, ut jam sua lumina condas.

Sunt autem quædam nomina, quæ apud Græcos, tum primæ, tum tertie sint inclinationis; unde factum, ut licet apud Latinos tertie quoque sint, tamen casus nonnullos forment more nominum primæ declinationis. Græci enim dicunt, Χρέμης, Χρέμης, & Χρέμης, Χρέμης-ῆς: Δάρης, Δάρης, & Δάρης, Δάρης-ῆς, &c. Itaque Virgilius, & *Daren*, & *Dareta*, dicit: illud primæ, hoc tertie accusativus est. Locus uterque est lib. V:

Præcipitæmque Daren ardens agit aequore toto.

Et paulò post:

Sed finem imposuit pugne, fessimque Dareta

Eripuit.

Nam Δάρης est, ut Χρέμης; Δάρης-ῆς, ut πύρρα.

Nec *Æacides* tantum *Æacide* in genitivo facit; sed & *Æacidis*.

† sc. 1.

Seneca Troadibus †:

Ipsâque ad aras majus admissem scelus

Æaci

*Æacidis armis : cùm ferrox sævâ manu
Comâ reflectens, &c.*

Ita legendum, non *Æacida*, versus clamat : etsi satis insolens sit in veris patronymicis, ut tertii in declinando ordinis fiant. Quare de R. Mose Ægyptio potius *librum Maimonida*, quam *Maimonidis* dixerit : etsi nec alterum penitus damnem.

Idem in vocativo videre est. Nam *Drances* in genitivo facit *Drancis*, ex more tertizæ : vocativum *Drance*, more primæ. Rectum habes

ÆN. XI :

Tum senior, semperque odiosus crimine Drances

Insensius juveni Turno. Ac similiter bis terve eodem libro :

Genitivus est lib. XII : — *Nec Drancis dicta refellam.*

Vocativus in XI :

Larga quidem semper, Drance, tibi copia fandi.

Et mox : *Argue tu, Drance, tot quando stragis acervos*

Tenerrorum tua dextra dedit ?

Drance ab *Drances*, ut *Æacide* ab *Æacides* primæ. Ovid. Epist. I. I. I :

Arma cape, Æacide, sed me tamen ante receptâ.

At ab *Æacides* tertizæ foret, ð *Æacides*. Verùm ut *Æacidis* insolens, ita nec temere, ð *Æacides*, puto inveniri. Terentius quoque in vocandi casu nunc *Chreme*, aut *Lache* dicit ; nunc *Chremes*, & *Laches* : hæc tertizæ, illa primæ sunt. *Σωκράτης* etiam licet sit tertizæ, tamen non tantum *Socrates* facit in vocativo ; sed &, quasi primæ declinationis foret, dicitur *Socrate*, more Græcorum, qui dicunt, ð *Σωκράτην*. Cicero in *Protagorâ* apud Priscianum lib. VI : *Quid tu ? unde tandem appares, ð Socrate ? an id quidem dubium non est, quin ab Alcibiade ? Seneca in Agamemn. **

Tuque ð paternis assidens frenis comes,

Condisce, Pylade, patris exemplo fidem.

Imò, quia nomina Græca in *ms* vocativum per A faciunt, Latini quoque eodem utuntur vocativo. Ovidius I Trist. eleg. IV :

Vt foret exemplum veri Phœæus amoris,

Fecerunt furizæ, tristis Orestæ, tuæ.

Seneca in Agamemn. †

Pone jam trepidos metus, Orestæ.

Et paullo post : *Aggrediar, & te, Orestæ, furabor libens.*

Idem in Thyestâ ‡ :

Bonum est, Thyestæ, quòd mala ignoras tuæ.

Val. Flaccus Argonaut. lib. VIII :

Non te, Ætæa pater, generi, aut Sol magne pudebis.

PPPP 3

Mar-

Al. 5.

† Idem.

‡ Al. 4.

Martialis lib. iv. epigr. XLIX :

*Ille magis ludis, qui scribit prandia sævi
Tereos, aut cœnam, crude Thyestæ, tuam.*

Sunt & alia nomina in E S, quæ apud Græcos communiter in eis, sed Doricè in ηs desinunt, & quosdam casus in modum primæ declinationis habent. Nam pro Οδυσσεύς, & Αχιλλεύς, Doricè dictum Οδύσσης, & Αχιλλης : Dores verò & Æoles sequuntur Latini : ac quia nomina primæ in Η Σ apud Græcos Σ in vocativo abjiciunt ; Latini quoque vocativum Græcum imitantur. Ovidius XII Metam. *

* fab. 5.

Armiger ille tui fuerat genitoris, Achille.

Et lib. XIII :

Tuque tuis armis, nos te poteremur Achille.

Et inibi :

*Quæque tui, non tu tantum terroris, Vlyssæ ;
Sed fortes etiam. Seneca Troad. †*

† AB. 3,
sc. 1.

Si vis, Vlyssæ, cogere Andromacham metu.

Iterum † :

Quid agis, Vlyssæ ? Danaidæ credem tibi ?

‡ Idem.

Item * :

— Ad genua accido

* Idem.

Supplex, Vlyssæ ; quamque nullius pedes

Novere dextram, pedibus admoveo tuis.

Posteaque :

*Hic puer hic est terror, Vlyssæ,
Mille carinis. Sequenti item scenâ :*

Lachrymis, Vlyssæ, parva, quam petimus, mora est.

Act. iv, sc. i :

Duc duc, Vlyssæ : nil moror, dominum sequor.

Illud omnino animadversio dignum, iltiusmodi vocativos etiam ultimam corripere, quamvis apud Græcos sit Η. Nam id quidem evincit hic Propertii locus lib. iv, eleg. ultimâ :

*Et Persen proavi simulantem pectus Achillis,
Quique tuas proavus fregit, Achille, domos.*

Itaque videri queat, Achille non esse ex Αχιλλη : sed pro Achillen poni, per apocopen τῷ V.

Ablativus Græcis idem est, qui dativus : quæ & causa est, cur Latinis vel eadem vox sit, vel proximè abeat. Sanè in primâ solum auferitur I : ut τῷ Αινείῳ, & Doricè τῷ Αγγλίσῳ, τῷ Μύσῳ, τῷ Ἐπιτομῷ : Latinis, huic Aineias, huic Anchisai, (quæ postea Aenea, Anchise) hoc Aenea hoc Anchisa : huic Musai, hac Musa : huic epitomai, hac epitoma. Nec mirum, I abjici, cum Latini fere Æoles sequantur, qui in dativis declinationum parasyllabarum I abjiciunt, ut τῷ Αινείῳ, τῷ Μύσῳ, τῷ λόγῳ. Hodie discriminis causa circumflexum vocali imponunt : ut Aeneâ, Musâ. Olim apicem vocali superscribent : teste Fabio lib. i, cap. VII. Vide Scoppium sive Grosppum pag. 50.

Anti-

Antiquissimi autem scripsere HAC MENS AI, teste Victorino. Nempe ut in dativo HVIC MENS AI. Olim enim etiam in singulari eadem erat dativi & ablativi terminatio : ut hodie in plurali. Quare non plures tum Latinis erant casus, quam Græcis : ut diximus cap. XLV, p. 637.

A rectis in e in auferendi etiam casu dici e, antea * ostensum. De iis, quæ in ES exeunt, arguit illud Fabii : *Plato in Sophiste*. Sic Maro

i Æn. *Ipse uno graditur comitatus Achate.*

Ovid. epistolâ Briseidos :

Laïrteque sacus, per quos comitata redirem.

Et lib. III de Ponto, eleg. IV :

Denique tantus amor nobis charissime semper,

Quantus in Æacide, Ætoreideque fuit.

Nec Ovidii illud obstat epistolâ Briseidos :

Si tibi ab Atridâ pretio redimenda fuisssem.

Est enim ab recto *Atrida* ; de quo superius † vidimus. Illud magis † cap. superiori.

mirum, à *Calpe* dici *Calpe* ultimâ brevi. Iuvenalis sat. XIV :

Æquora transiliet, sed longè Calpe relictâ.

Quo nomine culpatur à Scaligero. Sanè ut rectus η *Κάλπη*, ita dativus τῆ *Κάλπη*. Verùm nullus dubito, quin *Calpe* hic tertiæ sit ab hæc *Calpes*, hujus *Calpis*. Quippe Philostrati est lib. V de vita Apollonii Tyanei cap. I : Τὸ ἦ τῷ *Ευρείπης ἀκρωτήριον, ὃ καλεῖται Κάλπις. Ἐκπορὰ promontorium, quod vocatur Calpis.*

CAPVT IV.

De plurali nominum primæ declinationis. De nominativis in AI olim exeuntibus. *Marii Victorini locus emendatus. Æolum mos pro H proferentium AI. Romani genitivos in AI ab Æolibus acceperunt. De dativis in ABVS. Servabus, animabus. Pro abus etiam is optimi scriptores usurpant. Eabus, maniabus, aliæque. In Varrone conjectura.*

DE singulari hæctenus : ad pluralem transeamus. Vt genitivus singularis, ita pluralis quoque nominativus olim definebat in AI. Sed fuere quondam, qui distinguere hos casus conarentur, verùm frustra. Obversatur animo hæc de re illustri locus Velii Longi, quem appono : *Illud etiam adnotandum circa I litteram est, quòd ea, quæ nos per Æ, antiqui per AI scriptaverunt, IVLIAI CLAVDIAI. Sed quidam in hæc quoque scriptioe voluerunt esse differentiam ; ut pluralis quidem numeri nominativus casus per A, & E, scribatur ; genitivus verò singularis per A, & I : hoc quoque argumentantes, quòd diæresis, sive dialæpsis illa dice-*

retur,

retur, à nominativo plurali non fit, sed ex singulari obliquo, cum dicitur, *Aulai in medio* : & *Dives equitem, dives pictas vestis, & auri*. Item, *Rei nostras, faciendai, magnai*. Sed scilicet nihil obstat, quò minus hoc, aut illo modo scribamus in utroque numeros, cum multa alia quoque nobis excogitanda sint, si velimus diversitates scriptiois, ambiguitatem casuum, numerorumque discernere. Hæc Velius. Eandem in sententiam scribit Marius Victorinus lib. 1 : *A E syllabam quidam, more Græcorum, per AI scribunt : ne illud quidem custodientes, quod omnes ferè, qui de Orthographiâ aliquid scriptum reliquerunt, præcipiunt, nomina feminina casu nominativo A finita, numero plurali in Æ exire, ut, Aeliæ : eadem per A, & I scripta, numerum singularem ostendere, ut, hujus Aeliæ : inducti à Poëtis, qui, Pictas vestis, scribere : & quod Græci per I potissimum hanc syllabam scribunt, propter exilitatem literæ : ñ autem, propter naturalem productionem, jungere vocali alteri non possunt. Iota verò, que est brevis, eademque longa, aptior ad hanc structuram visâ est. Quam potestatem apud nos habet & I : quæ est longa, & brevis. Vos igitur sine controversiâ ambiguitatis, & pluralem nominativum, & singularem genitivum, per Æ scribite. Nam qui non potest dignoscere supra scriptarum vocum numeros, & casum, valde est hebes. Hactenus Victorinus. Sed quid sibi vult, cum ait, Græcos genitivum femininorum in A, potissimum per I scribere ? Nam quis nescit, per H imprimis exarari : ut, Μύσος ? Dicat ergo aliquis, pro I reponi debere H ; pro quo I scripserit librarius, vulgari pronuntiatione deceptus. Sed obstat, quòd H non fit vocalis exilis : qualem Victorinus literam esse dicit à Græcis usurpatam. Quare Victorini locum sic emendo : *Propter exilitatem literæ E. H autem &c.* Nempe eo Victorinum respicere puto, quòd Græcorum aliqui, Æoles potissimum, quos Romani imitari solent, in Genitivo pro ñ dicunt AI ; ut pro Μύσος, Μύσος. Hos ait Victorinus post A non exile illud E, sed I subjunxisse : indèque aliquos collegisse, Latinis quoque genitivum rectius per AI, quàm per Æ efferri. Sanè de Æolibus quod dixi, etiam Priscianus docet lib. 1 : *Ponitur, inquit, (diphthongus Æ) pro E longa, ut, οὐλῆν, scæna : & pro A, ut Æσκληπίου, pro Ασκληπίου : in quo Æoles sequimur. Illi enim Νύμφου, pro Νύμφου ; & Φαίον, pro Φαίον, dicunt. Sic iidem Æoles, pro Ησιόδου, dicebant Αισιόδου ; pro ἡμίονου, αἰμίονου ; pro μιμνήσκω, μιμνάσκω ; pro νῆ, νῆι ; atque ita in aliis. Estque id eo magis notandum, quòd hinc ratio paret, cur Latini dicant, *aulai, pictai*. Nam solent potissimum imitari Dores, & Æoles : quorum illi pro Μύσος dicunt Μύσος ; hi, adjecto I, Μύσος : à priori est *Musas*, ut *Latonas, Monetas*, pro *Musa, Latone, Mouete* : à posteriori, rejecto sibilo, est *Musai*, ut *terrai frugiferai*. Ex AI verò posteriores fecere Æ ; uti ex Αἰνείας, *Aeneas*.**

Geni-

Genitivus pluralis in ARVM fit ab Æolico in *άων*, inserto R: *Μαρίων*, *Musarum*. De syncopæ verò, quæ hic fit, res prope nota etiam iis, qui necdum ære lavantur. Possis tamen & dicere, genitivos tales esse à Græcis communibus: ut *Æneidam* ex *Αινειάδων*. Sic *Macetum* ex *Μακετών*. Nam *Μακετία*, *Macedonia*, *Μακετός*, *Macedo*: ut errent, qui *Macedum* scribunt, quasi sit à *Macedo*, pro *Macedonum*.

De dativis pluralibus nominum, quos complexi sunt versu isto Grammatici, *Filia, nata, Dea, liberta, equa, mula, duæ, ambæ*, scribit Valla lib. I Elegant. cap. I. Certè *filiabus* dixit M. Cato apud Priscianum lib. VII; Livius lib. XXIV; Iustinus lib. VII. *Deabus* Cicero Orat. & pro Rabirio, & pro Cornelio; ut Priscianus testis est. *Equabus* est apud Palladium, mense Martio, Titulo XIII. *Libertabus* apud Modestinum L. CV. D. de verbor. significatione. Et in antiquâ inscriptione Romæ in Nuccionum vineâ, viâ Nomentanâ ad portam*: ET SIBI, ET SVIS LIBERIS, LIBERTABVSQVE, POSTERISQVE. Et hæc quidem agnoscit Vallengis; uti & *natabus*, & *mulabus*. De *mulabus* insignem locum vide apud Charisium. At præter ea & alia sunt. Mitto *raptabus*, *puellabus*, *paucabus*: quibus Gellius usus, ut Solipater ait lib. I, cap. de Analogia. Dixit similiter Scævola l. prædia maritima D. de fundo instructo, *Relictis conservabus*. *Famulabus* usurpat Beda lib. IV Historiæ Eccles. gentis Anglorum cap. XXI. Seneca declamatione II, lib. II: *Quædam se maritorum amore regis ardentibus miscuerunt: quædam animabus suis (ita habent meliores notæ codices) redemerunt maritorum suorum salutem sollicitudine brevi*. Discriminis causâ hæc usurpari, Solipater monet: atque idem innuit Priscianus.

Nonnulla verò ex his veteres quoque aliter extulere. Varro lib. tertio de re Rust. *Vi his Diis Heluconæ atque Olympum attribuerunt homines. Diis dixit pro deabus*. Idem lib. II de R. R. *equis dixit pro equabus*. Sed, inquit, *ex his equis qui nati pulli, non plus triennium vivunt*. Eodémque modo locutus Plinius lib. XI, cap. XLI: *Tenuissimum lac camelis, mox equis, crassissimum asinæ*. Scipio Gentilis lib. I *περίπυ*. cap. VI eundem loquendi modum observat in Vlpiano †; *cujus est, equis feruque carum*. Ennius in Andromeda † usurpat *filiis*, pro *filiabus*: *Filiis propter te objecta innocens sum Nerei*. Sic enim numeris is versus reddendus, ut trochaicus sit. Nisi malis;

Filiis te propter objecta innocens sum Nerei.

Item Plautus Pœnulo*:

O mi here salve, Hanno, insperatissime

Mihi misique filius salve.

Q q q q

Et

* pag. 155.
Inscript.
Gruter.

† l. de usu
aqua. D. de
extrarod.
cognitor. lib.
‡ apud Prisc.
lib. 7.

* Ath. 5, sc.
9.

* *Act. 4. sc.*
Ita me Di
bene ament.
 † *fab. 4.*

Et Sticho * :

Sed ego ibo intro, & gratulabor vestrum adventum filius.

Quin Ovid. similiter *x i i i* Met. † *natis dixit, pro nasabus.*

Effugiunt, quò quæque potest : Eubœa duabus ,

Et totidem natus Andros fraternæ petita est.

Itidem pro *asinabus*, quo utuntur Jurisconsulti, *asinis* dixit Plinius lib. *x i*, cap. *x i* : *Asinis mammæ a sætu dolent.* Imò sunt, qui parùm tu-
 tò usurpari dativos in *A B V S* existiment, quia Priscianus de iis
 lib. *v i i* agens, dicat, vetustissimos non esse imitandos. Verùm hoc
 intelligendum de *eabus*, quo Cassium Heminam *i v* Annal. differentiæ
 causâ, usum esse dixerat : ac de similibus ; ut *habus*, *illabus*, *dextrabus*.
 Item de *raptibus*, *captibus*, *puellibus*, *pudicibus* ; quæ Cn. Gellium in
 historiis posuisse docet Sosipater lib. *i*. Adhæc fortasse de *maniabus*,
 si eo usûs Varro Cato de liberis educandis : *Hiscæ Maniabus lacte fit*,
non vino ; Cuminæ, propter cunas ; Ruminæ, propter ruminam, &c. Ita legit
 Iosèphus Scaliger †, cùm apud Nonium pro *maniabus* sit *manibus*.
 Tamen nulla necessitas extorlit Varroni, cur *Maniabus*, quàm *Manis*
 mallet. Sed cogitemus, eundem Gellium etiam in nonagesimo septi-
 mo *portabus*, & mox *deabus* dixisse : ut ibidem * est apud Sosipatrum.
 Imò fortasse nec *Deabus* necessarium fuit. Nam potuere à recto plu-
 rali *Deæ* facere *Deis* ; à recto *Dii*, *Diis*. Et sanè verisimile sit, Varro-
 nem † pro *deabus*, quo Ciceronem uti diximus ; non *diis* scripsisse, sed
deis : in quo facilis fuit librariis lapsus. Si tamen opus sit distinctione
 sexus, *abus* præfertur. Vt Tullio in Rabirio, quemadmodum dixi :
Cæterisque Diis Deabusque pacem peto. Et in veteri inscriptione Auxumi :
DIVIS, DIVABVSQVE LVCI SABVLLI. Nempe ut
 Demosthenes : *Θεοῖς ἐυχόμενοι πᾶσι καὶ πατρῷσι.*

‡ *Ad Festum*
in Mania.

* *cap. de a-*
nalogia.

† *lib. 3 de*
R. R.

C A P V T V.

Terminationes secundæ declinationis in Latinis. Veteres pro VM, OM ;
proque VS, OS extulere. Teucrus, & Teucer ; Euandrus, &
Euander ; Tymbrus, Tymber ; prosperus, prosper ; puerus, puer ;
puellus. IR, & VR, non sunt integræ terminationes, sed passæ apocopen.
Genitivus per apocopen abijcients ultimam vocalem. Latini antiquitus dat-
ivis in O apponebant I ; more Græco ; ut Magestro, pro Magistrò. In
Accusativo pro VM veteres OM scribebant. Chorus alme. Phocæ
notatus. Puere. Ausonius fortè emendatus : Deæ, pro Deus. Geni, &
manuari, in vocandi casu. Manuor. Filie, pro filius. Pompei, Vul-
tei. Cai, Mai. Cajus trifillabum. Cæsaris Scaligeri sententia de natura
literæ

literæ I in Pompei disyllabo, & Huic, ac Cui monosyllabis, refellitur.
Diepristini, diecraftini, diequinti, diequinti, pro diepristino, diecraftino, diequarto, atque ita in aliis.

Secundæ declinationis terminationes, partim Græcæ sunt; ut, OS, SON, EVS: partim Latinæ; ex quibus usitatiores sunt, ER, VS, VM. De nominibus exeuntibus in terminationem Græcam, seorsum postea dicemus. Nunc ea persequemur, quæ propria sunt Latinorum. Ex quibus terminatio ER, & VS, facta est ex Græca OS: ut, ἀγρός, *ager*; Κύριος, *Cyrus*; ἀλάβαστρος, *alabaſter*; σμάραγδος, *smaragdus*. Terminatio verò VM respondet Græcæ ON; ut σύμβολον, *symbolon*; ἰδωλον, *idolum*. Vnde & veteres pro VM usurpabant OM. Plautus prologo Pseudoli:

Nam bona bonis ferri reor æquom maxime.

Similiterque etiam pro VS dixere OS in merè Latinis. Sanè Comici frequentant. Plautus *Perfâ* *:

Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos,
Quasi matres semper edere alienum cibum.

* *Al. I. sc.*
Veterem at-
que anti-
quum.

Apud Maronem quoque III Æneid. in antiquis exemplaribus legitur,
Ardnos inde Acragas.

Sed hujusmodi non defendam in Latinis Augustæi ævi: etsi & alia ejus generis extare apud antiquos, sciam: & sciant, quotquot veteres manu exaratos codices diligentius tractarunt.

Sunt autem quædam, quæ simul in ER, & VS desinunt: ut *Leander, & Leandrus*; quod apud Ovidium, ut Græcè Λέανδρος: *Meleager, & Meleagrus*, à Μελέαγρος, unde *Meleagron* VII Metam. Sic *Tencr, & Tencrus*; *Euander, & Euandrus*. Maro III Æn.

Tencrus Rhæteas primum est advectus ad oras.

Idem in VIII:

Rex Euandrus ait, non hæc sollemnia nobis.

Et eodem:

Tum pater Euandrus dextram complexus euntis.

At in X:

— *Pallas, Euander, in ipsiſ*

Omnia sunt oculis.

Ita loca istæc adducit quoque Priscianus in VI. Idemque in VII simile esse docet *Tymbre, & Tymbrus*. Maro in X:

Dancia Laride, Tymbreque similima proles.

Et,

Nam tibi, Tymbre, caput Euandrius abstulit ensis.

Qui vocativus est à *Tymbrus*. Sic *Anaximander, & Anaximandrus*. Vtroque usus Seneca lib. II Nat. Quæst. cap. XVIII, & XIX. *Anti-*

paer. Antipurus : quorum posterius in veteri Inscriptione. *Cassander*, *Cassandrus*, quo usus Ovidius lib. II de Ponto, & Censorinus cap. XVIIII : etiam Silius in VII :

Qualis Meon: à passim Mæandrus in orâ.

Ita plerique MSSi. Unde in accusandi casu Lucanus in III :

Errantem Mæandron adit.

Terpandrus, II Æn. Apud

Iustinum lib. V : *Pisandrus dæx patriæ relictus.*

Meleagrus est apud Ovidium VIII Met.

Etiam appellativa quædam utrâque terminatione efferuntur : eaque partim adjectiva, partim substantiva. Adjectiva, ut *super*, *superus*; *infer*, *inferus*. De quibus postea. Item *prosper*, & *prosperus*. Priori usus Cæsar Domitianus in senatu pro se * : *Ut prosper dicendi successus ostenderet auditorum benevolentia crescere dicentium facultatem.* Alterum usurpat Tullius † in VI de Rep. *Deinde est hominum generi prosperus, & salutaris.* Viderur autem *prosper* ex *prosperus* factum esse κατ' ὁμοίωσιν. Vti & *puer* à *puerus*; quo usus Afranius in Incendio, Cæcilius in *Vmbris*, & Plautus aliquoties ‡ : indeque est *puellus*; ut à *puera*, *puella*. Glossæ, *Puera, παιδίσκη. Puelli* quidem voce usi Plautus in *Lenonibus* geminis, Lucilius, & Varro in *Sat.* *Puera* dixit Livius in *Odyss.* Item Varro *fat. væ victis*, & lib. II de *vita pop. Rom.* Singulorum loca adducunt partim Nonius in *Puera*, partim Priscianus lib. VI; ad quos satis fit digitorum intendisse.

Quædam tamen in VS potius facta sunt à rectis in ER. Ut ab *Iber*, *Iberis*, Græcè Ἰβηρῶν, est *Iberus*. Nempe ut ab ἐλέφας, cuius obliquus est ἐλέφαντος, fit *elephantus*; & à γρύψ, γρυπός, *gryphus*. Priscianus in VI, atque iterum in VII, ait, *Iber Iberi* dici de Hispano; *Iber Iberis* de gente juxta Colchos : atque addit, similiter Græcos distinguere. Sed negligunt id discrimen veteres. Claudianus in primo de laudibus Stiliconis :

— *Mistis hic Colchus Iberis.*

non *Iberibus.* Et

Strabo in XI ait, Asiaticos Ἰβηρας * ὁμωνύμως τοῖς ἑσπερίοις καλεῖσθαι. Vt utrique sint Ἰβηρες. Nec fluvius solum *Iberus*, sed & *iber* vocatur. Vtroque enim modo Lucano dicitur. Strabo quoque de eo in XII : ἑλὸς † Ἰβηρῶν : & Ἰβηρίων ‡ Ἰβηρῶν.

Plerique omnes hodie inter terminationes secundæ ponunt *IR*, ut *vir*, & *VR*, ut *fat. vr*. Sed propriè inter terminationes reponi non debent, quia in integris locum non habent. Sanè *vir* κατ' ὁμοίωσιν factum à *virus*; unde *viræ Querquetulane*, teste Festo; ut apud Hebræos ab וִיבִי, וִיבִי, *ischa*. Quod iccirco Genes. II. 23. *vira*, transtulit sacer Iunius; idque præeunte quodammodo jam barbaro illo

* Apud Prisc. in 6.

† Idem.

‡ Mercat. ad. 5. sc. 2. Pers. ad. 5. sc. 1. Pseud. ad. 1. sc. Exite, agite, sic, ignavi.

* Iberos eodem nomine vocari, ac Occidentales Iberi.

† Intra Iberem.

‡ juxta Iberem.

illo seculo Nicolao Lyra. *Satur* est ex *satvrus*; à quo *saivra* in femi-
no est apud Terentium Hecyrâ *. Quod si cæ quoque terminatio-
nes, quæ præcisionem passæ sunt, secundæ fuerint inclinationis; etiam
L addi debebat. Nam eodem modo factum est *nihil è nihilum*, teste
Prisciano: qui & agnoscit, componi hoc ab *ne*, & *hilum*: unde Lu-
cilius in XIV:

— *Hilo non rectis' vivas.*

Quod si rectè terminatio L sub integrâ VM comprehenditur,
puta *nihil* sub *nihilum*: quid causæ est, cur non pariter IR, & VR,
subjiciatur terminationi VS? Quin dubitari possit, an L tertiæ quo-
que principalis terminatio sit. Nam *animal*, *cervical*, *sal*, *tribunal*, facta
sunt ex *animale*, *cervicale*, *sale*, *tribunale*. Ennius, ut superiori etiam li-
bro dicebamus:

Cæruleum spumas sale confertâ rare pulsum.

Genitivus in hac declinatione definit in I; uti & nominativus plu-
ralis: inter quos tamen aliqui hoc olim discriminis statuerunt, quòd
genitivus per I; pluralis nominativus per EI scriberetur: ut dice-
mus, quando ad pluralem erit deventum.

Controversati olim Grammatici de genitivis, ac vocativis, nomi-
num in IVS, unicône I, an geminato, scribi deberent. Sanè Te-
rentius Scaurus, & Val. Probus, existimantur, in vocativo quoque
geminio I utendum. Hodie Charisii obtinuit sententia, ut genitivus
geminio; at vocativos, ad genitivorum discrimen, simplici I profes-
ramus. Ut hujus *Antonii*, ò *Antoni*, non *Antonii*: ut aliqui dicebant,
cujus causam mox exponam. Par ratio genitivorum à rectis in *ium*.
Tum tamen ferè simplici quoque I scribebantur, cùm metrum id
exigere videretur: ut Ecl. I,

— *Nec cura peculî.*

Ferè inquam, quia neque defunt codd. antiqui, quibus, in hujus-
modi locis quoque, utrumque II exprimatur: ut in illo Lucretiano
lib. VI:

Nec ratio remedii communis certa dabatur.

Et apud Ovidium Pont. lib. II, el. II:

Sacrificii genus est, sic instituere priores.

Sic utrobique est in nostris, & aliorum, optimæ notæ MSSis.
Neque existimandum, id imperitiâ factum esse. Nam quemadmo-
dum, qui in hujusmodi locis simplici utebantur I, indicabant, duo
II per *συναιρεσιν* in unum coaluisse: quomodo nempe Græcis ex
τῶ συνήπτι fit *σύνηπτι*: ita qui geminum ponebant, volebant in pro-
nunciando fieri *συνίτησιν*; quo pacto & *alveo* spondeus est apud Ma-
ronem †; & ‡, *Oenotrii*, molossus: *Oenotrii coluere viri*. Nam Græcè † *An. 6.*
‡ *Anecd.*

est *Οινώρεϊ* & per *ω*. Vide quæ fuse de genitivis hujusmodi scribit Pierius ad illud Ecl. 1 : *Pauperis & euguri* : & hoc 1 *Æn.*

*Hic tamen ille urbem Patavi, sedeque locavit
Tencrorum.*

Item ad Iosephum Castalionem Variarum Lectionum cap. 11 : ubi contra Prisciani sententiam docet, non id semper metri causâ fieri : quippe quod etiam in solutâ oratione habeat locum ; uti liquet ex inscriptionibus antiquis. Sanè & in *mancipi*, pro *mancipii*, vulgò id obtinet.

Genitivi novem, qui in *IVS* efferuntur, olim quoque per *I* inflectebantur, instar aliorum. Terent. Andria Act. 1, sc. 111 : *Tam iners, tam nulli consilii*. Qua de re vide eos scriptores, ad quos in primâ remissimus. Tantùm hoc loco monebo, cum *unius Dei* dicamus ; similiter à *trinunus*, novâ, sed aptâ voce, dicendum esse, non *trinuni*, ut quidam loquuntur, sed *trinunius Dei* : quamquam & *trinuni* utcumque excusari possit per archaïsmum, ut simile sit illi, quo *neutri generis* dicitur à Grammaticis.

Dativus definit in *O*. Sed uti Græci dativis in *Ω* exeuntibus adscribunt *I*, ut *Λ Ο Γ Ω Ι* : ita & Romani olim *I* ad latus appingebant. Marius Victorinus lib. 1 : *Dativus autem casibus apud nos iuxta apponebatur I ; ut antea vobis dixisse memini, cum POPVLO I ROMANO I, pro, populo, solitos priores scribere ostenderem*. Et eodem libro : *Significaveram, prius quàm Græcis inter vocales repertæ sunt H, & Ω, vicem earum tam apud illos, quàm apud nos, expleße E, & O : O etiam scribi solitum, pro syllabâ ΟΥ : E autem, pro E, & I : easdemque & O, & E, quoties accepissent in finem iōtæ, dativum casum apud utroque significare : & harum scriptio- num exempla non solum ex libris veteribus, sed etiam ex peritorum quorundam scriptio- nibus, ut CAMELOI, CAPROI*. Hactenus Victorinus.

In Accusativo pro *VM* antiqui dixerunt *OM* : ut *avos, avom* ; quod & Terentius Scaurus approbat penè initio libelli de Orthographia. Similia sunt *equom, servom* ; de quibus eundem inibi dissertantem vide.

De vocativo sunt, quæ scrupulum injicere possint. Nam Sidonius Carm. 211, quod est in Burgum Pontii Leontii, scribere non dubitat :

— *Najadas istic
Nereidum chorus aime doce.*

Ac ne vel licentiæ id Poëticæ tribuas, vel ævo, quo vixit : ecce etiam Phocas nos in prorsâ potiùs jubet proferre, *felicissime populus*, quàm *popule*. Dicit enim disertim, multa in *VS* potiùs servare *VS* in vocativo, quàm in *E* mutent ; ejusque rei exempla ponit *populus*, &

& *lucus*. Verùm Ciceronis est *, *Quantum te, popule Romane, de me fellis opinio!* Quodque ad illud Lucani lib. II: *Degener ô populus: cogitandum ô quoque nominativo jungi; ut in illo Terentii in Phorm. † O vir fortis, atque amicus.* Neque tamen repugnem, si vel Græcissimum statuas (nam Atticè vocandi casus est recto similis) vel si Antiprofin casuum, sive Enallagen esse dicas cum Linacro. Sic sanè Livius lib. I, ab V. C. *Audi Iupiter, audi pater patrare populi Albani, audi tu populus Albanus.* Similiter loquitur Lucretius lib. I:

*Quod superest vacuas auris mihi, Memmius, & te
Semotum à curis adhibe veram ad rationem.*

Quam lectionem frustra, & invitis codd. omnibus, sollicitat Lam- binus: uti dictum libri hujus cap. IV. His adde illud calcatum Perſii sat. I: *Vos ô patrius sanguis.* Et Horatii in Arte: *Vos ô Pompilius sanguis.* Atque illud ipsius Maronis I Æn.

Adſis lætiæ Bacchus dator —.

Et VIII Æneid.

Corniger Heſperidum fluvius regnator aquarum.

Scio, Cledonium in arte suâ scribere, antiquè à Marone dictum *fluvius*. Sed antiqui etiam vocativum à nominativo distinguebant, ut vel indicio est illud Cœciliï, apud Priscianum lib. VI:

— *Age age, puere,*

Duce me ad patrias fines decoratum opipare.

Et hoc Afranii apud eundem:

O puere, puere, sine me prospicere mihi.

Fortasse Græcissimus, sive enallage quoque videatur in isthoc Aufonii carm. XIX, in profess. Burdigal.

Nec te Marcello genitus Marcelle ſilebo.

quomodo Elias Vinetus, & Ios. Scaliger, ediderunt, aliique post- modo expresserunt. Verùm legendum *genitum*; cùm, ut lemma indi- cat, agatur de Marcello, Marcelli filio. Nam si cum *Marcelle* conve- niret, vel utrumque nominativi, vel utrumque vocativi terminatione extulisset. Nec tamen nimis pertendam: quia *genitus Marcelle*, dicere poterat, ut Sidonius, *chorus alme*.

Quemadmodum verò Nominativus pro Vocativo, ita & Vocati- vus interdum ponitur pro Nominativo; nempe more Macedonum, & Theſſalorum, ut ait Priscianus; vel Æolum, & Bæotorum; quod Eustathius indicat. Virgilius II Æn.

— *Quibus Hector ab oris*

Expectare venis?

Pro, Expectatus.

Et apud Perſ. Sat. III:

Gen-

*Stemmata quod Thusco rannum millesime ducis,
Censoremve tuum vel quod trabecare salutas.*

Pro, trabecatus.

Propertius lib. II, eleg. XV:

Lectule deliciis facte beate meis.

* libri præcedenti in cōsp. uti.

Sic *Maie esto*: de quo antea * dictum. Et apud Aufonium: *His opibus conijse times*. Nec interea diffidentium, quodammodo in talibus locum etiam esse vocativo: imprimis in Maronis loco allato.

† lib. præcedenti cap. uti.

Vne, & *sōle* dici, indicat Diomedes, quando ait pro sex casibus sextuplicem esse exitum. Priori Catullum, & Plautum uti, altero Tucidam, superius † ostendimus. Ut sanctè quidem, si mysterium spectes; at si *σύνθεσιν*, inscitè dicatur, *Sancta Trinitas, unus Deus, miserevere nobis*. Sed *unus*, & *sōlus*, verius sunt pronomina: de quibus suo loco.

Pro *Deus*, ὁ θεός, quod Atticum, legitur quidem, ὁ *Dee*, sed non apud alios, quàm Ecclesiasticos scriptores: uti Tertullianum sub finem lib. primi adversus Marcionem: *Gratus esses, ὁ Dee hæretice, si esses in dispositionem creatoris*. Et apud Prudentium in Hamartigenia:

† Matth. c. 27, v. 46.

O Dee omnipotens. Et ibidem: — *O Dee Christe*. Ut Græcis, ὁ θεὸς †.

Omne appellativum in IVS, IE facere ajunt. Itaque juxta eos dicendum fit, ὁ *genie*. At aliud nos docet Tibullus; cujus isthoc, lib. IV, el. v:

Magne Geni, cape thura libens —.

Ac Laberius à *manuarius* (sic furem vocat; quomodo & *manur*, pro *furor*, usurpat) in vocativo dixit *manuari*, non *manuarie*. *Manuari*, inquit, *peridorem perdidisti*. Citat Gellius lib. XVI, cap. VII. Sunt verò hujusmodi κατὰ ἰσοπληθίω facta ex *filie*, *genie*, *manuarie*: quomodo primum

* apud Priscianum lib. 7.

mitus loquebantur. Livius Andronicus in *Odyssea* *: *Pater noster Saturni filie*. Propria in IVS similiter olim in E definebant. Quod probat Priscianus illo Livii Andronici in *Odyssea*: *Neque enim te oblitus sum, Lærtie noster*. Et hoc Livii, vel Lævii, in *Sereno* †: *Cura nunc Lærtie velle* †, *para ire Ithacam*. Sed præterquam, quòd dicere liceat,

† MSus noster Priscianus, Sinerus, Veneta vetus anni 1476, Sireno: ne suscipere legendum Sirene.

† Etiam Veneta vetus, Cura. Sed MSus, Cissæ.

esse vocativum Græcum Λαέρτιε: ne *Lærtie* quidem tam proprium est, quàm adjectivum è proprio formatum: qualia & *Delie*, *Tyrinthie*, & similia apud Statium, & alios. Mallem igitur, vel prænomen apposuisset, vel saltem gentis, aut familiæ proprium. Nam prisca illi dixere sine dubio, tum *Spurie*, *Numerie*, *Publie*: tum *Iulie*, *Horatie*, *Tullie*. Postea hæc simili ἰσοπληθίω per I extulerunt. Nec ratio obscura est. Nam in vocando brevitati studemus: unde est, quòd ut *fili* pro *filie*; sic *Anoni*, *Virgili*, *Amili*, dixere, pro *Anomie*, *Virgilie*, *Amilie*. Quorum exemplo Erasmus *Eusebi*, quàm *Eusebie*, mavult.

Primum

Primum illud E tenuiter admodum proferri solet : postea penitus est absorptum ; accentu tamen in eadem syllabâ, quâ ante erat , reservata : ut lib. I I ostendimus. Quod autem dicebam, E tenuiter admodum proferri solere ; id ex eo quoque colligas, quòd, ut extulere *here*, & *heri* : ita *Antonie*, & *Antonii* ; *Emilie*, & *Emilii*. Atque inde est, quòd (ut verbo antea monui) Terentius Scaurus, ò *Antonii*, ò *Emilii*, in *singulari vocativo & dicendum, & scribendum esse*, contendat. Quodque Valerius Probus in Arte tradat, ut vocativus & nominativus, pari syllabarum numero scribantur ; etiam ò *Mercurii* per duo II esse exarandum. Et subscribit quoque horum sententiæ Aldus Manutius lib. I artis Grammat. Nec ignorarunt illi, Horatium dicere lib. I, od. x :

Mercuri, facunde nepos Atlantis.

Item od. xxv :

Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili.

Sed putarunt, hic esse *ἄσπρον*. Solùm dissensus est, num decisum fit E, an I. Græcis hic est E : & sæpe à Latinis E exprimitur. Videmus tamen, Scaurum, & Valerium malle, I esse hic recisum. Nempe quando exprimebatur ultima vocalis, raptim aded efferebatur, ut vix discerni posset, E, an I sonaret.

Cæterùm non illa solùm per I terminantur, quæ I vocale habent ante VS ; sed idem fit in *Pompejus*, *Vulcejus*, & similibus : ubi non vocalis, sed consona antecedit : liquidem, juxta eos, I inter duas vocales constitutum duplex consona fit. Mihi in his etiam I vocale esse videtur : quippe quod ad præcedentem pertineat syllabam, ut secunda in *Pompeius*, & *Vulceius*, sit diphthongus EI. Quare quid mirum, si ut ab *Antonius*, & *Virgilius*, detracto VS, fit vocativus ; ita hoc ipsum fiat in *Pompeius*, & *Vulceius*. Horat. od. VII, lib. I :

Pompei meorum prime sodalium.

Et epist. VII, lib. I :

Durus ait, Vulcei, nimis attentusque videris.

Idem videre est in disyllabis : sed hæc vocativos formant in nominativis *Μαίανον* diphthongi passis. Itaque *Cai*, *Mai*, dicimus à trisyllabis *Caius*, & *Maius*. Martialis lib. x, epigr. xvi :

Si donare vocas promittere, nec dare, Cai.

Ausonius de mensibus :

Maja Dea, an major, Mai, te fecerit ætas,

Ambigo : sed mensi est auctor uterque bonus.

Hujusmodi autem in recto interdum trisyllaba fieri, indicat hoc Martialis lib. XI, epigr. xxxiv :

Caius hanc lucem gemmâ mihi Iulius albâ

Signat.

Et mox :

Caius ut fiat, Iulius, & Proculus.

R I I I

Esti

Et si verò timide à magno Scaligero dissentire soleam : tamen in eo accommodare assensum non possum, quòd in vocativis *Pompei, Vulci,* & similibus, I pro consono habeat cap. XII de caussis L. L. Movet eum, quòd idem sit I, ac est in *Pompeius, Vulcejus*. Quo argumento ibidem colligit, in *Hinc, & Cui* dissyllabis, I esse consonum, quia idem sit I, ac in genitivis *Hujus, & Cujus* ; ubi, Grammaticorum consensu, I consonum judicatur. Sed sanè sunt ista parùm firma, si verum est, quòd paullo antè dicebam, secundam in *Pompeius, & Vulcius*, esse diphthongum. Atque ut id non esset, quid apertius est, quàm I consonum interdum transire in naturam vocalis ; ac vicissim I vocale in consonam degenerare ? Argumento fuerit illud Maronis Æn. 1 :

Iulus a magno demissim nomen Iulo.

Et Scaliger ipse, capite quo dixi, fatetur I A M, nunc monosyllabon esse, nunc dissyllabon. Vti in prologo Afinarix :

Hoc facite sultis spectatores nunc iam.

Nam trimeter est. Et cur id minus fiat in I, quàm V consono ?

* lib. 1. el. 7
 & 10.
 † epod. ad.
 13.

Atqui *syllaba* Horatio * trium, *dissolvo* Tibullo † quatuor syllabarum est, ubi V consona fit vocalis. Item cum à *lavo*, vel *lavatum*, fit *lanius* : à *caveo*, vel *cavatum*, *cantus* : ab *averruncare*, *avuncare*, unde Dii *Avunci*, *ἄντιοι ἰσοτόπαιοι*, & *Avunci*, Italiae populus : de quibus in libris Originum.

Nomina in ER, quæ Græcè exeunt in *βρος, θεος, vel χος*, ea vocativum quandoque formant in E. Nempe ut à *Tymber* est *ὁ Tymber* : sic à *Tymbrus* est *ὁ Tymbre*. De utroque ex Marone paullo antè vidimus. Ac dicebamus, similiter apud Maronem gemino in loco *Euandrus* legi. Vnde idem Maro *Euandre* format XI Æn. Item à *Leandrus* *Leandre* est apud Ovid. epist. Heris. Propertii quoque est lib. XII, el. xx :

Librorumque tuos, docte Menandre, sales.

Meleagre est apud Martialem, vel alium, libello de spectaculis epigr. xv. Item Valerium Flaccum lib. 1. Vulgo ajunt, hujusmodi vocativos *ἢ μείαθεον* fieri : puta RE, pro ER reponendo. Quibus credere : mus, nisi apertum esset, nos vocativos hocce mutuari à Græcis, qui dicunt *ὁ Ευανδρος, ὁ Ευανδρε, ὁ Μελέαγρος, ὁ Μελέαγρε*, & ita in aliis.

Puere Plauto, & aliis, est ab antiquo *puernus* ; de quo antea vidimus.

A *Panthus*, est *Panthu*. Nempe ex *Πάνθη*, *Πάνθης*, fit *Πάνθης*, Πάνθη. II Æn.

Quo res summa loco, Panthu ?

Rectus est paullo antè :

Ecce autem Panthus telis elapsus Achivium.

De ablativo res plana est. Nisi quòd antiqui in quibusdam E, vel I, pro

pro O dixere : ut Macrobius docet lib. 1 Saturnal. cap. 14. Nempe in istis, *diepristini*, pro *diepristino* ; pro quo posteriores *pridie* maluerunt. Item *diecraftini*, pro *diecraftino* ; *die quarti*, *die quinti*, *die noni*, vel *diequarte*, *diequinte*, *die nono*, pro *die craftino*, *die quarto*, *die quinto*, *die nono*. Pomponius in Atellanâ, cui Mævix nomen :

Dies hic sextus, cum nihil egi : die quarte moriar fame.

Vbi *dies*, & *die*, ἡ ἡμέρα efferenda, cum sit trochaicus.

Cato in Originibus de Maharbale, Hannibali suadente, ut Romam quamprimum iretur : *Igitur Dictatorem Carthaginensium magister Equitum monuit : Mute mecum Romam equitatum ; diequinti in Capitolio coena cocta erit.* Idemque est apud Cælium lib. 11 Histor. Etiam Prætor

Compitalium ferias, more majorum, concipere his verbis solet : **DIENONI. POPVLO. ROMANO. QVIRITIBVS. COMPITALIA. ERVNT. QVANDO. CONCEPTA. FOVERINT. N.** Hoc solum discriminis observabant, quod per O ista enunciarent, cum de transacto esset sermo : per E, vel I, cum de futuro. Fortasse tamen, cum per secundam, vel tertiam vocalem efferuntur, rectius adverbia censeantur. Saltem hoc Macrobius * velle videtur, cum ait, veteres modò *diequinti*, modo *diequinte*, pro *adverbio copulativè* dixisse.

* lib. 5 Sat. cap. 4.

CAPVT. VI.

Pluralis nominativus per EI à quibusdam scribi solet antiquitus, ut à genitivo in I differret. Lucilii de eo versus emendati apud Velium Longum. Iacobi Ceratini sive Hornani error. Superior Lucilii sententia ex Fabio, Velio, & Scauro refellitur. In quorum nominum genitivis syncope imprimis habeat locum apud oratores. *Bosii*, & *Hottomanni* in Cicerone emendatio rejecta. *Faba*, nomen *Mimi* apud Tullium. *Servii*, & *Macrobi* lapsus. Duo, & ambo, pro duos, & ambos. Veterum loci multi ignorantia ejus rei à librariis corrupti. Duo, pro duas.

Pluralis nominativus in masculinis ac femininis eodem modo exit, ac genitivus singularis. Sed antiquiores eo distinxere, quòd singularis genitivus in I simplex, nominativus pluralis in EI exiret. Meminare hujus rei complures Grammatici, eosque inter Marius Victorinus. Sed eorum nunc verba omittemus, quando hac ipsa de re suppetunt verba Nigidii Figuli, vigesimo commentariorum Grammaticorum : unde eos exscripsit Gellius lib. tertiodecimo, cap. xxiv. Sunt autem istiusmodi : *Si hujus amici, vel hujus magni scribas ; unum I facito extremam : sin verò hi magnei, hi amicei, casu multitudinis recto ; tum*

Rrrr 2

ante

ante I scribendum erit E : atque id ipsum facis in similibus. Secutus in eo Nigidius Lucilium in IX fat. Verius ejus adscribam, prout eos emendabat Iosephus Scaliger Castigat. in Catullum :

Iam PVEREI venere : E postremum facio, atque I,

Vi plures pueri fiant. I si faci' solium

PVPILLI, PVERI, LVCEILI ; hoc uniu' fiet.

Hoc ILLI factum est uni : tenne hoc facies I.

Hæc ILLEI fecere : addes E, ut pinguis fiat.

MEILE hominum, duo MEILIA, utem huic utroque opu', MEILES,

MEILITIAM. tennes I, PILAM quâ ludium. PILVM

Quo pinso, tennes I. plura hæc fecerit. PEILA

Quæ jacimus, addes E, PEILA, ut plenius fiat.

Versu tamen quinto malim :

Hæc ILLEI fecere : addes E, ut pinguis fiat.

quomodo hic versus legitur apud Velium Longum. Nunquam enim eliditur vox tota, utcumque unius sit literæ : quales à, è, i, ô. Aliæ interim aliquot mendæ commissæ in Velio : ut de hiatibus taceam. Nam sic apud eum legitur vulgò :

Iam PVEREI VENERE. E postremum facio atque I.

*Vi plures * faciant. I si faci' solium*

*Pupilli, * * hoc pueri uniu' fiat.*

Secundo versu scribendum : *Vi PVEREI plures fiant* : quomodo legitur apud Quintilianum lib. I, cap. VII ; quo de Orthographiâ tractat. *Pupilli* autem claudere versus secundum non potest, cum primam producat. Versu igitur tertio legendum, *Pupilli, pueri, Lucili, hoc uniu' fiet* : quomodo in melioribus Charifii Sospatri * codd. versus hic scriptus invenitur. Porrò cum Lucilius, distinguendi causâ, aliter jubeat scribere singulum genitivum, aliter nominativum pluralem : liquere arbitror, nullum fuisse in pronunciando discrimen. Alioqui enim nihil hoc præcepto fuisset opus. Pronunciabant autem utrobique non I, sed EI. Nam & *bini* in plurativo, & imperativum *βινε*, eodem modo efferebant : ut videre est ex eruditâ Ciceronis epistolâ ad Pætum. Fallitur Iacobus Ceratinus †, Batavus, cum libello ad Erasmum eo ex loco colligit, veteres Græcos EI protulisse, ut nos I longum. Nam, ut primo Grammatici hujus operis libro dictum, Latini veteres EI sonabant. Quærat fortasse aliquis, an discrimen illud, quod inter I, & EI statuit Lucilius, debeat à nobis observari. Verùm hoc, ut utar verbis Quintilianii †, *Cum supervacuum est, quia I, tam longa, quam bre-*

* lib. I.

† lib. de pronunciatione lingua Græcæ.

‡ loco autè memorato.

vis, naturam habet : eam incommodum aliquando. Nam, inquit, in iis, quæ proximam ab ultima literam E habebunt, & I longâ terminabuntur, illam rationem sequentes, utemur E geminâ : qualia sunt hæc, *atreci, argenteci, & similia*. idque iis præcipue, qui ad lectorem instruentur, etiam impeditur. Fabio subscribit quoque Velius Longus. Cùm enim Lucilii verlus commemorasset, Hoc, inquit, mihi videtur supervacua esse observationis. Nam si omnino in scribendo discernenda casuum, numerorumque ambiguitas est : quid faciemus in his nominibus, quorum scriptio discrimen non admittit? ut *edes, sedes, nubes*; cùm & una, & plures, eodem modo dicantur, & scribantur? quid, cùm dicimus *gestus, fluctus, portus*; cùm & genitivus singularis, & nominativus, & accusativus, & vocativus pluralis, eodem modo scribantur? Quid denique in his, quæ ambiguitatem habent inter nomina, & verba; *rotas, rotat; feras, ferat*? Nam * hæc rotæ tam rotas faciunt, quam roto, rotas, rotat; & *fero, feras, ferat*. Sic nec aliter scribitur *amor*; & ex nomine facit *amoris*, & ex verbo *amaris*. Satis ergo collectum, quædam per E & I non debere scribi; sed tantum per I; cùm apud Græcos quoque ex veteri illâ consuetudine inveniantur nomina, quæ per I scribantur, quamvis productè enuntientur. Denique Fabio, Velioque, adstipulatur quoque Terentius Scaurus.

* Ita hunc locum emendo.

Græcis nominativus nominum in OS tertiæ, cui secunda Latino-rum respondet, definit in OI; ut *αἰελοῖ*: unde Terentii comœdia inscribitur, ADELPHOE. *Bolce* apud Plinium in gemmis lib. XXXVI, cap. x. Sic in carmine Saliari fuit, PILVMNOE P O PLOE, & FASCINOE, pro quo postea EI maluerunt, *Pilvannei populæ, & fascinei*: nempe ut, *Captivi, ameici*, pro *Captivi, amici*.

Dû pro Dei est ex Divi; ut *audivit ex audivit*. Par ratio in Divis pro Divis. Nisi magis placet, ut ab *is*, est *ei, & ii*; *eis, & iis*: sic à Deus esse Dei, & Divi; Deis & Divis. Dei & Deis minùs sunt obvia. Sed apud Varronem est in IV de L. L. *Hi Dei, cœlum, & terra*. Et mox: *A quo Dei ducti, qui inde*. Lucani quoque est in I: *Inferni venere Dei*. Ac Priscianus quoque in VII citat ex secundo Lucani, *Celique Deis*. Ac similiter alibi idem, secundùm optimos codd.

Frequens est in genitivo plurali syncope: in quibus Nonius Marcellus † accusativum poni ait pro genitivo. Sed quod bene sensit, male expressit. Neque enim magis hic accusativus est, quàm in primâ: ubi *Eneadum* similiter dicimus pro *Eneadarum*. Exempla ejus syncope in hac declinatione multa legimus apud Maronem: ut *Achivum, Argivum, Danaum, Deum, divum, equum, Graivum, magnanimum, socium, Tencrium, virum*, & quædam hujusmodi alia. Nec parciores in talibus alii poetæ. Ac ne Comici quidem ab iis abstinent. Nam Plauti est Menæchmis: *Avortit prædam ab hostibus nostrum salute socium*. Vbi

† Cap. de numeris & casibus.

& in nomine, & pronomine, factum vides. Idem Poenulo: *Ecquid meministi tuorum parentum nomina?* Et Trinummo: *Vi rem patriam & gloria majorum fœderum meum.* Terentius prologo Heaut.

— *Quamobrem omnes vos oratos volo,*

Ne plus iniquum possit, quam æquum oratio.

Imò nec abstinet Cicero, cujus est pro Vareno; *Deum fide*: pro Muræna; *Præfatus fabrum*: Verrinà tertià; *Pro sepultura liberum*: & ibidem; *Liberum nostrorum*. Ac in veteri formula similiter erat; LIBERVM QVÆRENDVM GRATIA. Cujus geminum exemplum vide apud Festum in *Quæfere*. Sed inprimis, & Cicero, & alii, hujusmodi syncope utuntur in nominibus rei nummarie, quæque mensuram, vel numerum significant: uti etiam Priscianus monet in VII. Ita dixit Tullius pro Cluentio: *Milibus quadragenis nummum*. Item Verrinà III: *Sesterium vices quingenta millia*. Et in IV Verr. *Quadringenta millia modium*. Et in Frumentaria: *Tritici septies medimnum ex Nymphonis arationibus tollit*. Idem Verr. IV: *Pueri annorum sennum septenumque denum*. Quomodo & scriptor ad Herennium dixit lib. III: *Pedum tricenum*. Varro lib. I de vita populi Rom. *Quaternism digitum tabellis*. Livius lib. xxx: *Hordei trecenta millia modiam*. p. 330. Quare non in quibusvis nominibus hac syncope utendum: sed veterum usum attendemus. Sanè, puto, non dixisset Tullius, *imium* pro *imorum*: quamquam doctissimus Simo Bosius credat, epist. XVI, lib. I ad Att. scripsisse *fabum imium*, pro *imorum*: quod mihi quidem verisimile non fit. Sed neque placet summi viri Hortomanni sententia, legentis *fabam nummum*: verùm rectum est, *Fabam mimum*; quod nomen erat mimi, tum temporis notissimi.

Quæritur, an syncope hæc etiam in neutris habeat locum. Negat id Plinius, teste Servio in illud II Æn. *Huc delecta virum sortiti corpora*. *Virum*, inquit; pro *virorum*: *quâ figurâ & in prosa utimur*. Dicit sane Plinius in naturali historia, *hoc in neutro non esse faciendum*: scilicet propter casuum similitudinem, ni forte nimia metri necessitas cogat. Vbi sine dubio verba illa, in naturali historia, sunt ab inepto homine infarta. Nihil enim tale Plinius in historia naturali. Sed certissimum putamus, hoc Plinium scripsisse in libris DVBII SERMONIS. Scio virum eruditum*, ut alibi etiam diximus, putare, libros illos fuisse *Ἐπιγραμματισμένους λόγους*, sive, ut Latini etiam vocant, de sermone figurato; cum nempe latenter ejus rei injicitur suspicio, quam apertè nolumus dicere. Sed valde fallitur. Planè enim opus fuit Grammaticum; ut in quo quæreret, *gibber*, an *gibbus*, *clipeum*, an *clipeus*, *baleum*, an *baleus*, dici oporteret; similiaque, ut ex Solipatro Charisio cognoscimus.

Nempe

* Daniel Heinsius in asino suo.

Nempe de his ambigi solet etiam ab eruditis, quomodo dicere, & scribere oporteret. Sic dubitatum, an in neutris quoque genitivus pluralis syncopen patiatur. Negat Plinius, quia, inquit, dubium foret, utrùm quid esset singuli numeri, an genitivus pluralis. Ennius tamen in primo annali dixit:

Horrida Romuleum certamina pango duellum.

Ac *verbum*, pro *verborum*, non refugit Plautus Bacchidibus *, Rudente †, Truculento ‡. Imò *studium* pro *studiorum* dixit Sallustius. Etiam *triginta mille talentum auri*, apud Curtium legas libro v in oratione Parmenionis. Sed hæc rara. Verissimum enim est, quod Plinius scribit, facile ex casuum similitudine dubium oboriri. Quod quandoque etiam in masculinis usu venit. Ut in illo Licinii Calvi apud Servium II Æn. & Macrobius lib. III Saturn. cap. III:

Pollentemque Deum Venerem.

Qui locus etiam doctissimis hominibus imposuit. Nam veteres ipsi Venerem hic Deum vocari putarunt. Atqui *Deum pollentem*, dixit, ut, *Vini pollens* ait Plautus Curcul. * quâ ratione dicitur *potens Cypri*, *sybarum, maris*, & similia.

Dubitari etiam possit, utrùm *Deum* sit factum ex *Deorum*; an integre dicatur, instar Græci θεῶν. Vti & in primâ, an non *Æneadum* sit, ut *Αινειάδων*. *Orum* fieri videtur ex Ionico ac poetico duali οἶν: ut λόγων, pro λόγων. Quomodo *aurum* ex αἶων in prima fieri, superius diximus.

Dativus Græcè exit in οἷς; ut θεοῖς: quo exemplo fortasse & Latini dixere *Deos*. Nam OI abit in OE. Saltem hinc ab *olus* seu *ollus*, pro *ille*, est dativus & ablativus *oloes*, pro *olis*, seu *ollis*, hoc est, *illis*. Paullus è Festo: *Ab oloes dicebant pro Ab illis*. *Antiqui enim literam non geminabant*. Facileque Scaligero assentio, cum apud Festum, ubi in schedis Fulvii Ursini est, *Privocloes, id est, privois, singularis*: pro *privocloes*, rescribit *privoes*: ut veteres pro *priveis*, seu *privois* dixere. Credo esse è carmine Saliari: ubi similiter *Pilummo poploe*, pro, *Pilummei poplei*: ut antea ex Festo diximus. Mirum verò, aliqua secundæ in dativo hoc plurali per BV S. efferrî, quasi tertiæ forent. Ut *generibus*, pro *generis*. Quomodo, Nonio teste, Attius ait in Alcmazone:

— *Qui ducat, cum socerum videt,*

In generibus tantam esse impietatem? —

Sic numeris locus reddendus. Num statuemus, etiam *genus generis*, pro *genus generi* dixisse? Nempe ut simile sit istis, *vulturus* (quomodo aliqui apud Ennium legunt) *vulturi*, & *vultur vulturis*: *jugerum jugeri*, & *juger, jugeris*. Legitur quoque *pannibus*, pro *pannis*: ut olim vidca-

* *Att. 4. sc.*
Meamne
hic Menestoe-
che.

† *Att. 3. sc.*
Meamne ius
anicam.
‡ *Att. 2.*
sc. 8.

* *Att. 4. sc.*
Flos veteris
vini.

videatur etiam fuisse quartæ : ut dicam cap. xx. Nec *mannibus*, pro *mannis*, refugit Hieronymus in Ecclesiasten cap. x : *Dignitate perflati vias publicas manibus iterunt*, quos vulgo *burichos* vocant. Credo, ætate Hieronymi, ut *diacones*, & *diaconibus* : ita *mannes*, & *mannibus* dicere. Nec optimo etiam ævo refugerint *colones*, pro *coloni*, si vera est conjectura Cuiacii libro xxvi, cap. xiii ; ubi Sallustium in Catilina putat scripsisse : *Cum libertis, & colombibus*. Imò & in oratione L. Philippi : *Lepidus latro cum colombibus*. Ajuat à *coloni*, *panni*, *manni*, non minus venire posse *colombibus*, *pannibus*, *mannibus*, quàm à *quis* est *quibus*. Sed non cogitant, rectum esse *quis* ; unde ablativus *qui*, ut à *fortis* *forti* ; nominativus pluralis *ques*, ut *fortes* ; dativus *quibus*, ut *fortibus*. Sed de eo pluribus postea *.

* lib. 4 de Analog. cap. 6.

Accusativus pluralis Græce in *us*, Doricè in *us*, quod Latini imitantur : τῶς θεῶς, Doricè θεῶς, Latinè *Deos*.

Quod ad accusativum pluralem nominum *ambo* & *duo* (quæ tamen non nomina mihi, sed pronomina videntur) Charisius autor est, antiquos indifferenter dixisse *duos*, & *ambos* ; itémque *duo*, & *ambo* ; idque Græcorum exemplo, qui τῶς δύο, καὶ τῶς ἀμφω dicunt. Hoc ipsum exemplis firmat Marius Corradus †, atque addit, nescire se, an multò plura inveniantur. Nos inveniri scimus. Hac propter compluria, non quidem omnia ; sed tamen, quæ occurrebant, congesimus. Dixit Maro xi Æn.

† lib. 4 de L. L. pag. 155.

• Si duo præterea tales *Idæa tulisset*

Terra viros.

Idem xv Georg.

Verùm ubi ductores acie revocaveris ambo.

Ita enim & Charisius legit, & in vett. plerisque codd. scriptum invenitur. Eclogà quoque vi habent codd. antiqui :

— *Spe carminis ambo*

Luserat.

Quomodo & Servius legit. Sic enim ibi scribit : *Ambo versasse, ut alibi † : Verùm ubi ductores acie revocaveris ambo.*

Et *, — *Eminus ambo Imbrasidas* —. Et †, *Craterasque duo statuerunt.*

Cum hodie sub eadem significatione amobos, & duos, dicamus. Est & Plauti *Amphit. †*

Erroris ambo ego illos, & dementiæ,

Complebo.

Item Pseudolo * :

Eadem duo greges virgarum inde ulnearum adegero.

Et Terentii *Adelphis † :*

Tu illos duo olim pro re tollebas † tuâ.

Vbi Helenius Acro * : *Dna*, inquit, pro *duos*. At hodie in vulgatis, etiam MSSis nostris, & veteri Tarvisinâ †, legitur *duos*. Cicero quoque

‡ 4 Georg.

* 12 Æn.

† Ecl. 5. Vi-
de Pierium
in hunc lo-
cum.

‡ Alb. 1. sc.
bene prospe-
raque.

* Alb. 1. sc.
Pseudolo, non
audis.

† Alb. 5.

sc. 3.

‡ Al. tole-

rabas.

* teste Che-

rifo lib. 1.

7 anni

1477.

que scripsit lib. VII, epist. XXV : *Præter duo nos loquitur isto modo nemo.* Ita inuenio quoque in MSSis. Apud eundem in epistolâ ad Appium * olim , ut è Prisciano discimus, legebatur : *Duo enim duorum æratum plerimi facio, Cn. Pompejum, filia tue socerum, & Marcum Brutum, generum tuum.* At hic quoque locus hodie corruptus †. Itidem epist. XIX, lib. IV ad Att. *duo consulares*, in casu incusativo in omnibus suis codicibus fere reperisse ait Malaspina : pro quo in vulgatis itidem substitutum *duos*. Apud Livium etiam ait Pierius ‡ in vetusto codice legi in calce lib. III ab v. c : *Prælium fuit, quale inter fidentes sibi met ambo exercitus, veteris perpetuæque alterum gloriæ, alterum nuper novâ victoriâ elatum.* Apud Martialem quoque lib. V, epigr. XXXIX, similiter in antiquis est :

— *Elysiûm possidet ambo nemus.*

Pro quo corruptè in vulgatis, *possidet umbra nemus*. Censorinus de die natali, in scito Tribunitio cap. XIX : *Prætor urbanus, qui nunc est, quique posthac fuerit, duo lictores apud se habeset.* Ita è veteribus membr. legit Stewechius ; qui & Flavio Vegetio bis eam vocem restituit, lib. II, cap. VI, & lib. III, cap. XV. Dixit itidem Vlpianus : *Dicendum erit post SC. ambo teneri.* Terentianus quoque Maurus ait :

Hexametros tradit genitos duo prima vetustas :

Herous ille est, hunc vocant Iambicum.

Item Prudentius in *Strophiæot* :

— *Panes juberet, & duo pisces*

Apponi.

Scipio Gentilis lib. I *πεπέπυον* cap. VI, annotavit, muliebri etiam genere accipi in illis Paulli IC * . *Triavia similiter numerata facit personas triginta duo.* Imò Contius monuit, pro genitivo quoque poni in illis Scævola † verbis : *Duo millium ascetorum*, pro *duorum*. Fortasse & illi Paulli loco antè à nobis adducto simile quis esse existimet Plautinum hoc in *Mostellariâ* ‡ :

Alexandrum magnum, atque Agathoclem, ajunt maximas

Duo res gessisse.

Sed hic *duo* respicit regeꝝ duos. Nam sequitur : *Quid mihi fiet tertio,*

Qui solus facio facinora immortalia ?

Vt iis sit accensendum, ubi *duo* pro *duos* ponitur.

* lib. 3.
epist. 4.

† etiam in
MSSis, quos
consultamus.

‡ In Ecl. 6.

* l. 10. s. 17.
de grad.

† l. ult. s. 2.
De legat. 2.

‡ Act. 3. sc.
Meliur anno
hoc.

C A P V T V I I

Nominativi secundæ in OS brevis, vel longum desinentes. Lotus pro tibia è loto. Scorpius, pro scorpius. Androgeo, pro Androgei. Terentianus Maurus emendatus, rejectâ conjecturâ Lapsii. Probi sententia improbat. Pelei, & Orphei, pro Peleo, & Orpheo. Πέλοω Æolicum, pro Περόω. Hymenæa pro hymenæum barbarè à Stigelio, atque aliis, dici. Rectène Alcianus baltea dixerit. Visini Velii lapsus, balteon usurpavit. Quâ ratione vel Orpheon, pro Orphea, aut Orpheum: vel Androgeona, pro Androgeum, vel Androgeon, veteres dicant. Mino, Mionis, pro Minos, Minois. Accusativi Atho, Athon, Athona, & Athonem. Atho item pro Athoni, & Athone. Servius notat.

E Gimus de declinatione nominum exeuntium in ER, VS, & VM. Tum autem de pluralivis, seu dualibus anomalis, *ambo*, & *duo*. Nunc, uti nos facturos receperamus, seorsum tractandum de terminationibus Græcis. Sunt istæ, OΣ, & ON, in lingua communi; pro quibus Atticè ponitur ΩΣ, & ΩΝ. Sanè Latini in Græcis Græcam sæpe terminationem retinent; ut *Rhodos, Delos, Sestos, Tenedos*, & similia. Estque Latinorum OS, vel ex Græco OΣ, quod corripitur; vel ex ΩΣ, quod producitur. Breve igitur Lucilio*:

* in Horat. lib. 1. ed. 7.

Carpathium Rhodos in pelagus inclinat aperta.

Ac similiter Horat. lib. 1, epist. XI: *Incolunt Rhodos, & Mytilene.*

† *fab. 10. Ovid. XIV Metam. †*

— Postquam alta cremata est

Ilios, & Danaas paverunt Pergama flammæ.

Martialis lib. VIII, epigr. LI:

Palladius tenero lotos ab ore sonat.

Vbi lotus *πελωρονικῶς* notat tibiam è loto; cujus & Athenæus meminit quarto *δειπνοσοφίς*. Quin Maro quoque 1 Georg. scripsit:

— Ipse tibi jam brachia contrahit ardens

Scorpius, & cæli justâ plus parte relinquit.

‡ lib. 3. cap. de syllabis naturalibus.

Quo loco Probus † ostendit, nominativum in OS corripitur in nonnullis: ac Pierius quoque ad hunc locum monet, se scorpius invenisse in codice Romano. Similia sunt, *Ismaros, aut Rhodope*. Et, *Neritos ardua saxis*. Item, *Omnis eo terrore Ægyptos, & Indi*: quomodo hæc loca jam olim adduxit Probus*. Suntque sexcenta id genus in vet. & optimæ notæ codd. quæ in vulgatis scribuntur per VS. Nec dubium, quin sic Maro in Græcis expresserit. Minus apertum de Latinis: ut cum 11 Æn. in cod. Romano semel iterumque legitur *parvos Inlus.*

* Ibidem.

Iulus. Nam cui non magis verisimile fiat, saltem scripturum potius fuisse, *parvus Iulus*? Sanè *parvus* constanter in nostris, & aliorum MSSis, invenimus. Et hæc quidem de OS brevi.

At producit idem 11 Æneid.

*Primus se Danaüm magnâ comitante caservâ
Androgeos offert nobis.*

Etsi incertum planè, an ita scripserit Maro, cùm in antiquis codd. ut Pierius testatur, & ipsi de MSSis nostris testari possumus, legatur *Androgeus*, ut ob triemimerim producatur ultima. Sed *Androgeos* magis placet. Hujus genitivum Atticum idem usurpat v1 Æneid.

In foribus letum Androgeo.

Quam lectionem confirmant Charisius, Servius, Priscianus, alii. Itaque haut movet me, quòd membranæ nostræ habeant *Androgei*: quod Probus * rejicit, ac Græcæ declinationis ignorantia à librariis manasse putat. Quidam adducunt & alterum locum è 11 Æneid.

* lib. 1. cap.
de syllabis
naturalibus.

— *Comantem*

Androgeo galeam, clypeique insigne decorum

Induitur.

Verùm Charisius hic legit *Androgei*. Atque ita vetera Maronis exemplaria: ut partim ex Pierio, partim ex MSSis nostris cognovimus. Nihilo magis adsentio Probo, cùm, ubi nunc †, — *Portusque* † *Chaonios*, legit, *Chaonio*, ac Græcum esse genitivum ait, pro *Chaonii*. Ex Probo tamen ita Virgilium esse castigandum ac interpretandum, censet Andreas Schottus lib. 11 Observationum Humanarum, cap. 1.

† *Æn.* 3.

Terminatio genitivi à rectis in OS est V: unde in frontispicio Terentianarum fabularum, ubi MSSi nostri, & vetus editio Tarvisinæ †, *Menandri*, & *Apollodori*; in vetustissimis, ut illo optimæ notæ † codice Bembino, atque aliis, quos Faërnus secutus, legitur, GRÆCA APOLLODORV. CA MENANDRV. Nam V posuere pro OV. Sic Fannius in Periegesi:

Pro merito Graji Crui dixere metopen.

Κεῖς μέτωπον. Terentianus Maurus:

Græca diphthongus OY literis tamen nostris vacat.

Sola vocalis quod V complet hunc satis sonum.

Priori versu vel postrema in *diphthongus* producitur ob cæsuram; vel corrigendum; *Græca literis diphthongus OY tamen nostris vacat*. Posteriori quoque, ut itidem trochaicus sit, legam:

Sola vocalis quod hunc V compleat satis sonum.

Malim hæc, quàm, quod Lipsio * visum, ut priori versu OY fit

* de pronun-
ciatione
L.L. cap. 10.

S fff 2

difyl-

disyllabon, quomodo diphthongus non erit: posteriori pro V scribatur VV, quo pacto vocalis non erit; contra quam de utroque pronunciat Terentianus.

O N quoque I facit: ut, *Pelion, Pelii*. Pro quo contractè *Peli* dicitur. Catullus de nuptiis Thet. & Pel.

Quor...m post abitum princeps è vertice Pelii.

Dativus in huiusmodi semper in O exit. Virgil. 1 Georg. — *Impone* *Pelio Ossam*. Quid mirum? Cum etiam Græcè desinat in Ω: ut λóγω, ac Æolice λóγω, absque ιώτ.

At in Accusativo pro VM sæpe accipiunt O N, more Græcorum. Itaque Terentianus Maurus, cum prius dixisset,

Spondeos autem si sequetur creticiem: subijcit mox,

Spondeon, aut qui dactylo est contrarius.

Et ne Grammaticos solum sic loqui putes, dixit Horatius lib. 1, od. VII:

Las.dibunt alii claram Rhodon, aut Mytilenam.

Ovid. VIII Met. *Dædalon*. Idem in XIII:

*Quod Thebæ cecidere meum est: me credite Lesbion,
Me Tenedon, Chrysenque, & Cyllan, Apollinis urbes,
Et Syron cepisse.*

Juvenalis sat. II:

Siquis Aristotelem similem, vel Pittacon emit.

Martialis nihil penè frequentius. Vt lib. IV, epig. XLIX:

*Aut puero liquidas aptarem Dædalon alas,
Pascentem Siculas aut Polyphemon oves.*

Et lib. VI, epigr. XIII:

A te Iuno petas ceston, & ipsa Venus.

Item lib. VIII, epigr. XLIV:

Ædemque Martis, & colosson Augusti.

Et ejusdem libri, epigr. LXIII:

*Thestylon Aulus amat, sed nec minus ardet Alexin.
Forsitan & nostrum sic Hyacinthon amat.*

Item lib. IX, epigr. XCI:

Infamem nimio calore Cypron

Obsæves.

Et similia apud eundem.

Nec addere his alia opus, quæ se offerunt, postquam & nominativorum, & accusativorum talium ingentem ex variis copiam congestit industria doctissimi Dausqueji in Orthographicis lib. I, sect. V.

Diximus de Græcis in OS. Similiter verò Latini retinent interdum O N Græcorum in recto, & accusandi casu. Horatius lib. III, od. III:

— *Iliou, Iliou.*

Ovidius

Ovidius v Fastorum :

Pelion & Amonia mons est obuersus in austris :

Summa virent pinus : cætera quercus habet.

Martialis lib. x, epigr. LXI :

Hic festinatâ requiescit Erotion umbrâ.

Terentianus Maurus :

Vt tale colon esset

Iunctum tribus trochæis.

Est & Græca terminatio E V S, quâ quæ desinunt, apud Græcos quidem sunt tertiæ, quam vulgò quinctam appellant : at apud Latinos secundæ sunt declinationis. Ita Propertius * ait :

— *Aut jejunia Phinei.*

Similiter Orphei, & Ὀρφαίσεον, Orpheus; ab *Vlyssæus, Vlyssæi*, & per syncopen *Vlyssæi*. De cuiusmodi genitivis plura dicemus in genitivis tertiæ declinationis. Nec secundam tamen ubique sequuntur. Nam excipi debet vocativus, qui Græcorum more semper in E V desinit : quamvis Probus, sed adversante Prisciano, velit *Penthee*, & *Tydee*, posse dici : & apud Maronem IV Georg. (ubi vulgò, & in nostris etiam MSSis, est *Proten*) more Attico in quibusdam codicibus, *Proteus* legi Pierius testetur :

Scis, Proteus : scis ipse.

Quæ imitanda non sunt. Livius lib. XXXIX : *Oportuit autem, Perseus ; si proditor ego patris regni eram*, &c. Ovidius VII Metam. †

— *Te, maxime Thesem,*

Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri.

Quod ad cæteros casus nominum in E V S, interdum quoque in iis omnibus Græca retinetur terminatio.

Genitivo, ut apud Nasonem IV Fastorum :

Alia jacet vasti super ora Typhoëos Aëna,

Cujus anhelatus ignibus ardet humus.

Certissimæque est Iosephi Scaligeri emendatio apud Manilium le-
gentis lib. I :

— *Quam Perseos armis*

Excipit, & sociat sibi — .

Apud Statium quoque II Silvar.

Longos Orpheos exiit dolores.

Ab communi Ὀρφέος, non Attico Ὀρφέως. Sic I Theb.

— *Magnique Phoroneos incluta fama.*

A communi Ὀρφέως. Et XI Theb. legas,

— *Prometheus artes.*

Item, *Peleos*, apud Mar-

tialem lib. II, ep. LXIV.

§§§§ 3

Dativo,

* Carm. 65.
De nuptiis
Pelei & The-
tidæ.

Dativo, ut apud Catullum * :

*Nulla domus tales unquam contexit amores,
Nullus amor tali conjunxit fœdere amantes,
Qualis adest Theidæ, qualis concordia Pelei.*

Et Maronem Ecl. IV :

*Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus : huic mater quamvis, atque huic pater adsit :
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.*

Orphei dixit, pro Orpheo. Dubium autem est, num Orphei hoc loco scribi debeat, ut dactylus sit (nam Græci dativi corripiunt ultimam) an Orpheus, ut sit spondeus, sive Orphi ; quia Græcorum ei mutatur in I longum. Sanè & Orphei, & Orphi, in veteribus codd. legi, tradit Pierius, ac utrumque in MSSis nostris invenimus. Apud eundem Maronem IV Georg.

Inferias Orphei lethæa papavera mittes.

Quamquam hic, Pierio teste, in Romano codice sit Orpheo : ut sit *σωιδης* similis, atque in illo quintæ Æneid.

*Hæc læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto, Mnestheoque, Gyan superare morantem.*

Vbi tamen è contrario in antiquis codd. *Mnesthei*, pro *Mnestheo*, scribi, ex eodem Pierio didici. Et videtur ita fuisse in uno è MSSis nostris : sed, ex liturâ liquet, recentioremanum mutasse.

Accusativo : ut apud Maronem in VI :

— *Quid Thebesa magnum ?*

Quid memorem Alcidem ?

Pro quo Cicero in III de Nat. Deor. dicit *Theseum*. Qui & Romanis *Piræum* potiùs, quàm *Piræca*, dicendum putat † à recto Περσεύς. *Achillea* est apud Lucanum lib. X †. Manilii est in II :

Persea, & Andromedæ pœnas, matremque dolentem.

Imò Livius quoque lib. XLV : *Legatos eodem & ad vos, & ad Persea, misimus*. Alibi etiam apud eum passim *Persea* legas : pro quo lib. XL *Perseum* usurpat : *Perseum filium*, inquit, *cum modicâ manu misit*. At *Persea* est à recto *Persea* : ut Græci & Πέρσω dicunt, & Περσία : hoc à Περσεύς ; illud à Πέρσης ; non solum quatenus Πέρσης linguâ fumitur communi, & aliquem ex Perfide significat : sed etiam ut Æolicè capitur pro Περσεύς : quomodo iidem Æoles Αχιλλεύς, dicunt pro Αχιλλεύς, Οδύσεύς, pro Οδυσσεύς : unde Latinis *Achilles*, & *Vlysses*. Ut falsatur Cæsar Scaliger, cum Latinos *Achilles*, & *Vlysses*, fecisse putat ex Αχιλλεύς, & Οδυσσεύς, extrito Τ. Vide eum de caussis L. L. c. XXVII.

Satis verò mirari nequeo viros eruditos, ab *hymeneus*, quasi id quoque

† lib. 7 ad
Aet. epist. 3.
† vers. 523.

quoque in diphthongum E V desineret, in accusandi casu dicere *hymenæa*, pro *hymenæum*. Ita enim apud Stigelium legimus :

Gratulor ergo tibi felicem hymenæa, Sabine.

Ac similiter dixerat Elysius Calentius :

Audis tædiserum pueros hymenæa canentes.

Et Lotichius postea :

— *Ad sponsæ thalamos hymenæa canamus.*

Nisi hic malis esse accusativum pluralem, tanquam ab adjectivo *hymenæus, a, um*.

Quemadmodum autem Græca nomina tertiæ contractorum per E in obliquis communiter efferuntur; ut βασιλέῃ, & Ionicè per H, ut βασιλῆῃ: ita Latini, eos secuti, penultimam in accusativo, nunc corripunt, nunc producant. Certè corripit Maro IX Æneid.

— *Et amicam Cretea Musis,*

*Cretea Musarum comitem, cui carmina semper,
Et citharæ cordi.*

At producit I Æneid.

Ilionea petit dextrâ, lævâque Serestrum.

Et III Æneid.

*Fama volat, pulsum regnis cecidisse paternis
Idomeneæ ducem, desertiæque litora Creteæ.*

Quæritur, rectène Andreas Alciatus dixerit Emblem. CLXVI I :

*Baltea Priamides, rigidum Telamonius enses,
Instrumenta suæ cepit uterque necis.*

Quem verum valde exagitant H. Stephanus de abusu L. Gr. & Cl. Minos notis in Alciatum. Sanè si singulo numero *Baltea* protulit, peccavit; cum non dicatur Græcè βαλπέυς, vel etiam βάλπευς accentu Æolum & Dorum more retracto; unde βάλπεα foret; sed Romanum sit vocabulum à Tuscis acceptum, ut Sosipater tradidit ex Varronis XVIIII rerum humanarum. Verùm quid si statuatim, *baltea* hic per syncdochen numeri poni pro *balteum*: quomodo *cingula* dicere potuit pro *cingulum*? Certè in recto, & *balteus*, & *balteum*, dici, ex Varrone, Plinioque, jam olim Grammaticis * est observatum. * Charis.

Sed ut *baltea* hic, pro *balteum*; ita *balteon* pro eodem posuit Vrsinus lib. I. Velius vir doctissimus, versu istoc de laboribus Herculis ex Anthologia Græcorum expresso :

Balteon arripui, Thracisque armenta cecidi.

Quod facile excusaretur, si Græcè βάλπεῖ diceretur. Nunc Romanum vocabulum est, ut monuimus. Quare nec pro eo fecerit illud Nafonis in Ibin :

Diri-

*Diripiāntque tuos infans unguibus artus
Sisymoniaē matres, Orpheon * esse rati.*

* Ita con-
stanter
MSSi. &
edit. vett.
in his Veneti
Bernardini
an. 1486.

Quod ipsum planè novum est; cum neque Græca, neque Latina ferretur declinatio. Non Græca, quia *Orpheæ* dicendum esset: non Latina, quia hi dicerent *Orpheum*. Nec simile est, ac *Dædalon, Patacon, Polyphemon, Cypron*, ac similia, quæ antea vidimus. Nam hæc omnino Græca sunt. Itaque non defuere, qui apud Ovidium legendum putarent:

— *Orpheæ te esse rati.*

quomodo apud Martialem est lib. x, epigr. xix:

Illic Orpheæ protinus videbis.

Verùm nihil mutandum. Nam interdum Latini Græcas voces, Latinâ donatas terminatione, eâ Græcorum declinatione inclinant, quâ apud eos isthæc continetur terminatio. Ita pro *Androgeos*, quod est secundæ, vel, ut vulgè loquuntur, quartæ parisyllabæ; dicunt in recto *Androgeō*, ac genitivum faciunt *Androgeonis*: in accusativo verò interdum neque dicunt *Androgeon*, qui est accusativus ab *Androgeos*; neque *Androgeonem*, qui accusativus est Latinus ab *Androgeō*; sed *Androgeona*, quæ à Latina nominativi terminatione est Græca accusativi terminatio. Accusativum hunc usurpat Propertius lib. ii, eleg. i:

Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis,

Restituit parvis Androgeona sociis.

Eodem igitur modo pro *Orpheus*, quod tertiæ est, sive, ut loquuntur, quintæ, dicunt *Orpheos*; ac quasi nomen secundæ esset in VS, cui apud Græcos respondet OΣ; ut à λόγος quarto casu est λόγον, ita dicunt *Orpheon*, velut ab *Orpheos*. Nec mirum, Latinos pro *Androgeos* dicere *Androgeō*: quandoquidem Latini in Atticis declinationis parisyllabæ abjiciunt Σ, atque ea in Latinorum modum inclinant. Ita pro *Minos* (quod & ipsum ab Atticis, ut *Androgeos*, inflectitur) Latini *Mino* dicunt. Vnde Sallust. v Histor. † *Dædalum ex Sicilia profectum, quò Minonis iram atque opes fugeret*. Itidem dicunt pro *Athos*, *Atho*. Livius lib. xlii: *Nec minus quam in altum magnitudine Atho mons excurrebat*. Sic Cicero III de Republ. apud Priscianum lib. vi: *Quid ergo illa sibi vult absurda exceptio, nisi quis Athonem pro monumento vult funditus efficere? Quis enim est Athos, aut Olympus tantus?* Ab *Atho* dixit *Athonem*, pro quo *Athona* quoque usurpet Poëta: alii pro eo ab *Athos*, dixerunt, vel *Athon*, vel, juxta Articos veteres, *Atho*. Maro I Georg.

Aut Atho, aut Rhodopen.

Quod expressum ex illo Theocriti Idyll. vii: Η Αθω, ἢ Ροδόπαι. Herodotus pro eo non semel posuit τὸν Αθων. Verùm apud Maronem *Athon* (quomodo in Aldinis, atque aliis quibusque optimis codd. legitur)

† Apud Prisc. in 6.

legitur) locum habere nequit; quandoquidem *Athos*, & *Athos*, posteriorem producant. Emendandus etiam Valerius Flaccus in primo: ubi & in ea, quæ cum Carrionis scholiis, & altera, quæ cum ejus castigationibus prædiit, legitur hoc pacto:

Aut Athos, aut Rhodopen, aut mœstæ mœnia Pise.

At dixit Val. Maximus, lib. I, cap. VI de prodigiis: *Eodem montem Athos vix tandem transgresso*. Plinius lib. VII, cap. II: *Qui Athos montem incolunt*. Livius lib. V, decad. V: *Portus ad Toronem ac montem Atho*. Græcam quoque terminationem Latinæ prætulit Mela, cum *Atho* in dativo dixit lib. II: *Atho monti Lemnos obversa*. Eodemque modo locutus Livius libro XLV: *Sub Atho monte*. Nam idem est Græcis ablativus, ac dativus. At Cicero huc quoque Latinam maluit terminationem, cum II de finibus ait, *Athone perfosso*. Servius putat, *Athos* etiam in nominativo dici. Nam ad illud XII Æneid.

Quantus Athos, aut quantus Eryx:

scribit *Athos* legendum, metri gratiâ. Ac de metro quidem falsus, cum Græcè sit Ἀθως per ω. Interim & Græci Ἀθων dicunt, ac in antiquis codd. ex Servii præscripto *Athos* legitur. De secunda nominum flexione hætenus.

CAPVT VIII.

De tertia declinatione. Terminationes nominativi. Volturis, pro vultur. Paris, pro par. Ostenditur in casuum formatione non tantam esse ἀνωμαλίαν, quam putarunt. Præceps, hujus præcipis; at præcipes, hujus præcipitis: iter anceps, hujus ancipis; sed ancipes, hujus ancipitis. Iter, iteris; sed itiner itineris. Impuber, impuberis; sed impubes, impubis. Hæc supellectilis. Lapidum, regerum, nucrum. Lapi. Senecis.

Tertia declinatio apud Latinos comprehendit omnes terminationes, quas cæteræ declinationes habent, præter VM & V: ac multas insuper proprias obtinet; aded quidem, ut Priscianus putet, esse ei terminationes septuaginta octo, vel paulò plures. Verùm ei quoque diversæ sunt terminationes, quæ solo differunt tempore: ut *salus*, & *corpus*.

Nonnullæ verd terminationum passæ sunt, aut ἄνωμαλῶς, aut ἀνωμαλίῳ. *Vlac*, pro lacte; *animal*, & *vestigal*, ex animale & vestigale; *mellis*, & *fellis*, à rectis hoc melle, hoc felle; *plebs*, & *trabs*, ex plebes, & trabes; *fors*, & *mens*, ex sortis, & mentis; *vultur*, & *par*, ex vulturis, & paris. Illo Ennius usus in hoc calcato, *Volturis* (nisi *volturus malis*) in

T t t t

jlviv

Sylvius miserum mandebat hemonem. Hoc est apud Artam in Socru : *Ad hanc fortunam accessit ei fortuna paris.* Plurâque hujusmodi attulimus in Generum doctrina.

In Genitivis Latinis non tanta est, quàm putarunt, ἀνωμαλία. Nam quod ajunt, ἀνωμαλίαν esse, si similitum non fuerit similis ratio, id quidem verum est : sed & verum est, multa vulgò similia statui, quæ istiusmodi non sint. Sanè vulgò *princeps*, & *præceps*, volunt ἀνωμαλίαν arguere, quòd unum *principis*, alterum non *principis*, sed *præcipis* faciat. Et ad Gordium hunc nodum opus alicui videbitur Tenediâ secuti ; non mihi : neque effugium quæram cum Rhemnio Palæmone, qui, ut dissimilia esse ostendat, hunc in modum scribit : *Princeps*, inquit, quòd *primus capiat dicitur est*, & *venit à capiendo*. *Præceps* vero à *capitis* significatione dicitur, quòd *præbeat caput*. Quàm enim haut rectam Palæmon insittat viam, argumento est, quod & *anceps*, quod à *capiendo* esse manifestum est, *ancipitis* faciat. Vera solutio ex eo petenda, quòd olim dictum fuit *præceps*, & *anceps*, & *præcipis*, & *ancipes* : atque à *præceps*, & *anceps*, genitivus fuit *præcipis*, & *ancipis* : at à *præcipis*, & *ancipes*, fuit *præcipitis*, & *ancipitis*. Plautus Rudent. *

* *Act. 3. sc.*
Nunc id est.

† *Act. 4. sc.*
Scrio edepol.

Qui sceleratus sacerdotem animum præcipem.

Reppulit.

Item in eadem † :

Post altrinsecus est securicula ancipes, item aurea

Literata : ibi matris nomen in securicula †.

Sed & ejusdem in Commorientibus est : *Saliam in puteum præceps.* Et *præcipe casu* dixit Livius in Ione, ut docet Priscianus lib. vi.

Multa quoque alia adtexunt ad evertendam ἀναλογίαν : verum argumenta eorum non sunt à Deâ Suadâ. Iuvat id in plusculis ostendere, etsi scio non defore, qui hoc totum, ut illepidum tricosumque averferentur. Cur, inquiunt, *halec*, *halecis* facit : *lac* non *lacio*, sed *lactis* ? Itidem cur *carcer* *carceris* habet : at *iter*, non *iteris*, sed *itineris* ? Verum sciant, *lactis* esse à *lacte*, quo usus inter alios Ennius apud Nonium :

Sic mulier erubuit, ceu lacte & purpura mixta.

Versus est heroicus, quia in *mulier* secunda vocalis absorbetur, quod antiquis haut insolens. Vel potius, quia in optimis etiam membranis nostris est, *Et si mulier erubuit*, unius solum literæ traiectione legamus :

— *Et si*

Erubuit mulier ceu lacte, & purpura mixta.

Iter autem non facit *iteris*, sed *iteris* ; at *itineris* est ab *itiner*, ut testatur Priscianus ; qui inibi laudat illud Plauti Mercatore † :

‡ *Act. 5. sc.*
Divum atque hominum.

— *Quin tu ergo itiner exsequi memum me finis ?*

Et hoc Nævii in Lycurgo : *Ignoti iteris sumus. tunc scis.* Vide & Nonium.

nium. Et quæ de *iteris*, ac *itiner*, diximus in Originum libris. Tantùm addo, *itiner* quoque legi in epistola Æardulfi, Hrofsensis Ecclesiæ antistitis, quæ à Nicolao Serrario edita unà cum epistolis S. Winfrid Bonifacii. *Puberem*, & *impuberem* (utroque utitur Tullius) idem Nonius docet esse à *puber*, & *impuber*. At *impubis Iuli*, quod usurpat Maro *, est ab *impubes*, vel potiùs ab *impubis*, cùm Ennius dixerit, *impube* * § *En.*
corpus. Imò ne illud quidem satis certum, an *puber*, & *impuber* dicatur. Nam ut à *Ceres Cereris* : sic non minùs à *pubes*, & *impubes*, deflexerit *puberis*, & *impuberis*. Fusè de eo vidimus libro superiori cap. xxxvi.

Sanguinis est à *sanguen*, quo usus Ennius, itemque Lucretius. Neque mirum, *conjugis* in genitivo dici ; cùm rectus sit *conjux*, nempe à *jugo*. At fallitur Priscianus, qui à *conjungendo* dictum putat *conjunx* ; sed N abjici in obliquis, ut genitivus differat à secundâ personâ verbi *conjungo*.

Supellestilis est à nominativo antiquo *supellestilis*. Quod Priscianus probat illo Catonis adversus Tiberium Sempronium : *Si possit actio* (puto legendum, *auctio*) *fieri de artibus tuis, quasi supellestilis solet*. Sed non video, cur non cohæreant *auctio supellestilis*. *Anienis* est ab antiquo *Anien*. Cato † : *Non minus quam quindecim millibus Anien abest*. † *Contra Ver-*
Vide, quæ dicta libro præcedenti cap. xxxiv. Alioqui videri etiam *apud Prisco*
posset, *Anienis* dici pro *Anionis*, ut veteres *benus* dixere pro *bcnus*, *elus* in 6.
pro *olus*, *homo* pro *homo*, & similia. *Cineris* est à *ciner*, Prisciano teste, ut *vomeris* à *vomer*, *pulveris* à *pulver* : similitèque *cucumeris*, & *cucumeres*, à *cucumer* : etsi *cinis*, *vomis*, *pulvis*, *cucumis*, sint in usu. A *cucumis* quidem *cucumim*, & ablativum *cucumi* apud Plinium legas. Vt autem ab istis in *er* est genitivus *eris* : sic credo à *lapider* dixere *lapideris*. Etsi cum eo contendere nolim, qui ab *is* putet quoque esse *eris* ; ut *cinis cineris* : eoque ab *lapis* obliquò esse rectum *lapidis*, indeque *lapideris*. *Lapiderum*, pro *lapidum*, ut *regerum* pro *regum*, dixit Gellius : & Cælius *nucurum*, pro *nucum*, teste Charisio. Nempe à rectis *reger*, & *nucur*, vel *regis*, & *nucis* : unde *rex*, & *nux* postea. Etiam à *lapis* dixere hujus *lapis*. Ennius xv Annal. *Occumbunt multi letho ferroque, lapique*.

Carnis est à recto hæc *carnis*. Eo Livius Andronicus in Odyssæa usus : ut diximus alibi † ex Prisciano. Qui addit, similiter legi apud † *lib. super-*
Livium Patavinum lib. xxv r ab V. C. *Larimeque instaurata, quod Lar-* *riori cap. 35.*
ventibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat.

Far non *faris* facit, ut *par paris*, *Nar Naris* ; sed *farris* : idque ut à verbo *faris* differat, quemadmodum Priscianus ait in v, & vi.

Lar facere *Lartis*, à Charisio quidem in x, & Prisciano in v, proditum est : nempe propter Ovidii illud in epigrammatis :

Larte ferox cæso Cossus opima tulit.

Sed etſi vulgò apud Tullium *Lar* legatur : tamen veriſimilius eſt, *Lartis* venire à recto *Lars* ; qui apud Livium, & Aufonium. Nempe ut dicimus *Mars*, *Martis* : *pars*, *paris*.

Iovis non eſt à *Iupiter* ; ſed à recto *Iovis*, de quo dictum libro ſuperiori cap. XLVIII. At *Iupiter*, ut Cæſellio Vindici placuit, facere debuit, *Iupiteris*, vel *Iupitris*. Atque addit Prifcianus, ſic apud veteres inveniri, *Marspiteris*, & *Marspūtris*, *Diespiteris*, & *Diespūtris*, imò & *accipiteris*, *accipūtris*. Vbi mirum, tantum Grammaticum *accipiter* recenſere inter ea, quæ à *pauer* derivantur. Interea fanè credamus Prifciano, *accipiter* olim quoque *accipiteris* feciſſe. At hodie parum tutò uſurpes : cum *accipitris* tantum reperiamus. De genitivis autem nominum *Marspiter*, & *Diespiter*, dicam lib. ſeq. cap. xx.

Jecur ait Soſipater facere *jecoris*, & *jecinoris*. Addit tamen, alios *jecinoris* flectere à recto *jecinor*. Prifcianus pro eo dicit *jecinus*. Puto *jecinor* eſſe nativum magis. Nam ut ab *iter* eſt *uiner*, à *fruor fruimſcor fruimſcor* : ſic à *jecur* prius fuiſſe *jecinor* : pro quo poſtea & *jecinus* dicere potuerè, cum P, & S ſæpe adeo commutentur. Omnino igitur ἀναλογία dicta, *jecoris* quidem eſt à *jecur*, *jecinoris* autem à *jecinor* : niſi malis, *jecinoris* à *jecinor* ; ut vulgo ea vox apud Plinium * ſcribitur. Et E, atque O, facile commutantur : ut *benus*, *bonus*. Sed malim *jecinor*, propter ἀναλογίαν, & veterum Grammaticorum autoritatem.

* lib. 31.
cap. 8.

Hepar *hepatis* facere, nihil mirum, cum Græcè ſit ἡπαρ ἥπατος : ut δέλεαρ, δελείας & Φρέαρ, Φρέας &.

A Græcis quoque accepimus genitivos in *antis* à rectis in *as*. Ut *adamantis*, *gigantis*, & propria *Atlantis*, *Calchantis*, *Pallantis*, *Evanis*. Maro x Æn. *Nec non Evantem Phrygiam, Paridiſque Mimaia.* At adjectivum *evantem* eſt ab *evans*, quaſi ab *evare* : quod eſt ἐνοὶ canare, vel *evan* acclamare. Ita Maro vi Æn.

— *Evanter orgia circum*

Ducebat Phrygias.

Et Propertius lib. II, eleg. III :

Egit ut evantes dux Ariadna choros.

Simois Simoentis facit. Ovid. epiſt. I :

Hac ibat Simois, hic eſt Sigeia tellus.

Virgil. I Æn.

— *Simoentis ad undam.*

Quid mirum ? cum Græcè ſit Σιμόεις, Σιμόεντις. Simile, *Pyrois* *Pyroentis*, ut Πυρόεις, Πυρόεντις.

Etiam dixere *Amathus Amathumis*, *Opus Opuntis*. Ovid. x Metam. fab. x :

— *Gravidamque Amathumia metallis.*

Idem

Idem I de Ponto el. IV :

Cæde puer factâ Parroclius Opuntâ reliquit.

Nempe ex Ἀμαθῶεις Ἀμαθῶς, ex Ἀμαθῶεντῶ Ἀμαθῶντῶ. Item ex Ὀπίης Ὀπῆς, ex Ὀπίεντῶ Ὀπῆντα.

Semis quæritur sitne ἀκλίον : an genitivum *semissis* ex se formet : quod censent Sospater in I, & Priscianus in VI. Quibus posterius placet, ajunt, *semis* esse ex *semius*, eoque ut *as* facit *assis*, sic *semis* facere *semissis*. Sed *semis* non est ex *semias*, verum ex ἡμιον : ut ostendimus libro superiori cap. XXI. Apud vulgatum interpretem legas accusativum *semis*, & *semissem*. Locus est Exodi XX, 10 : *Longitudo habeat duos, & semis cubitos* : *altitudo cubituum similiter ac semissem*. Sed veteres, quantum recordeo, non usurpant *semis*, nisi in recto. Cæteros casus mutantur à *semissis* : ut *semissem impendere semisse emere*; & fortasse etiam *homo semissis*, ut *homo nihili*. Video esse, qui censent, vocem *semis*, vel *semit* solum in compositione reperiri : ut *semicinctium*, *sembella*, *sestertius*, *selibra*. Sed ipsius est Varronis lib. IV de L. L. *Dispondius, & semis, antiquus sestertius est*. Et mox : *Sembella, quod sit libellæ dimidium, quod semis assis*. Horatius quoque epist. ad Pison.

— *Redit uncia, quid sit ?*

Semis. — Vfus & Cornelius Celsus : adhæc Scribonius cap. CCLXVI. Item Festus, qui docet, ut dixi, ex ἡμιον fieri κατ' αἰφάρεσιν.

Serapis, & *Isis*, more Græco *Serapidis*, & *Isidis*. Sed Varro, Tullius, & Cincius, (Sospatro teste) etiam dixere hujus *Serapis*, hujus *Isis*. *Thetis* quoque *Thetidos* facit Horatio. Et tamen hujus *Thetis* dixisse, colligit Priscianus ex eo, quod Plautus dicat Epidico act. I, sc. I :

— *Tum ille prognatus Theti*

Sine perdat : alia apportabunt eis Nerei filia.

Nempe *Thetidos* à Græcis ; hujus *Thetis*, Latinorum more.

Gliris est à recto hic *gliris* : quo Catonem in Originibus usum, testis Sospater.

Similiter dixere hæc *liris*, hujus *liris*, unde *lis* *liris*. Hic *Quiritis* hujus *Quiritis* : unde hic *Quiris*, *Quiritis*. Hic *Sammis*, hujus *Sammis*, unde hic *Sammis*. A masculino *Sammis* in neutro hoc *Sammite* dixit Nævius in carmine de bello Punico, teste Prisciano in VI, & VII.

Etiam *Dis*, sive divitem, sive Plutonem notet, contractum est, vel ex *dives*, unde *u* extrito *dies*, posteaque *dis* : vel ex recto hic *Ditis*, hujus *Ditis*, unde *Dis Ditis*. Glossæ vett. *Ditis pater*, Πλάτων. Petronius :

Hæc inter sedes Ditis pater extulit ora.

Ac Comelius Severus similiter in *Ætna*, si standum Scaligeri conjecturæ.

Minos, & similia, quæ gignendi casu Græcè per *ōs* definiunt, Latine habent *ois*, more Græco. Ut in Ciri, — *Minois amores*. Et ibidem:

Essent qui generum Minoa auctoribus exis.

Sallustius tamen, more Latino, *Minois* format. Vti Priscianus probat illo ex v Histor. *Dadulum ex Sicilia profectum, quo Minonis nam atque opes fugeret*. Quid mirum? quando & ἰοσοναλα quartæ simplicium declinant per O, ONIS: ut *Androgeo*, *Androgeonis*: *zitho Athonis*: ut vidimus cap. præcedenti.

Monoceros, & *Rhinoceros*, *oris* faciunt, more Græco: unde *monocerotem* Plinius lib. VIII, cap. XXI: *Rhinocerotis*, Martialis lib. I, ep. IV. Ac *Chryseros*, Χρυσέριος, similiter inflectitur, ut Priscianus ait in VI. Sed *Ægoceros*, Αἰγαιέριος, qui Latinis *Capricornus*, sequitur secundam. Vnde

* vers. 213. Germanicus in Arateis *:

Cum sedem Ægoceri Cythereius attingit ignis.

Et Lucanus in X:

Ægoceron, Cancrumque tener.

Compotis, *impotis*, genitivi, sunt à rectis *compotis*, *impotis*, quæ à *pois*. Nam à *compos*, & *impos*, integris, genitivi flecterentur penultimâ longâ. *Bos*, *bovis*, ex Æolicis βῶς, βοῶς, pro βῆς, βοῆς. *Sanguis* olim fecit hujus *sanguis*, ut *panis*, hujus *panis*. Sic *Catonem* declinasse, auctor *Solipater*. At genitivus *sanguinis* est à recto *sanguen*; quo *Ennius* usus. Imò & *Attius*, *Lucretius*, *Varro*, ac *Tullius*, ut *Nonius* ostendit. Ex quibus *Lucretii* verba jam adduximus libro superiori cap. xxxvi. Ab obliquo *sanguinis* à *sanguen* fuit rectus hic *sanguinis*, unde accusativus *sanguinem*. Ac puto, & prius hujus *pectinis* fuisse ab hic *pectins*; unde hunc *pectinem*. Nam alioqui potius in accusativo esset hoc *sanguen*, hoc *pe'ten*; ut hoc *gramen*, *flumen*, & similia, quæ genitivum per *inis* formant. Et quid si similiter dicamus, ex hoc *pollen* esse hujus *pollinis*, inde hic *pollinis*, & concisè hic *pollis*, hujus *pollinis*. Vidimus de eo libro præcedenti cap. xxix. *Nix* *nivis* ex hæc *ninguis*, hujus *ninguis*: quod à *ninguo*, ut à *duco*, & *voco*, hic *ducis*, hæc *vocis*, & per *syncopen dux*, *vox*. Hujus *senis*, contractum ex *senicis*; quod teste *Charisio*, à *senex*; ut *verticis*, à *vertex*. Genitivum *senicis* usurpavit *Plautus* *Cistellariâ*, ut monitum *Prisciano*. Indeque *senecio*, & *senectus*, quasi *senecitus*. Atque ex his quidem facilis est conjectatio de sexcentis aliis, quæ nobis fugitiva ademit oblivio. A Latinis nunc genitivis ad Græcos accedo.

CAPVT IX.

Genitivi in OS exeuntes. Cur Panos, quàm Panis; Panas, quàm Panes, malint Poëtae. Male in genitivis à quibusdam dici Adonis, Ianthis, clematis, pro Adonidis, Ianthidis, clematidis. Genitivi propriorum in es exeunt quandoque in I: ut Aristoteli, Themistochli. Videri hæc potius esse à rectis in EVS. Vt genitivi Achilli, Vlyssæi, Simonidei, Mosi. Genitivi in VS, vel OS, ut Calypsius, vel Calypsius. A Phoca defensam de Didois, & Didoi. In Varrone vera lectio indicata: vulgaris etiam in Martiale defensa.

IN Græcis non rarò Græca retinetur terminatio. Vnde Martialis, sive alius de Spectaculis libelli auctor, epigr. IIII:

Et quem supremæ Tethyos unda ferit.

Maro item Ecl. IIII:

— Cum Daphnidos arcum Fregisti.

Quomodo Valerius Probus legit. Vbi in tribus nostris membranceis codd. *Daphnidis* invenimus. At in iisdem constanter erat *Panos* in VIII Æneid.

Parrhasio dictum Panos de more Lycei.

Quin Phocas à *Pan* Græco more tantùm *Panos* dicendum putat, ut distinguatur proprium à communi. Certè *Panos* prætulit Virgilius *, cum scripsit, — *Panos de more Lycei*. Eandem ob causam * 8. *En.* in plurativo *Panas*, quàm *Panes*, malim; præsertim cum & Ausonius Idyll. IX dicat:

Capripedes agitat cum leta protervia Panas.

Imprimis autem OS retinent in iis, quæ genitivum apud Græcos faciunt in DOS. Ovidius I Metamorph. fab. XI:

Nec superum rector mala tanta Phoronidos ultra

Ferre potest.

Et I Trist. — *Custos Erymanthidos irasc.*

Statius II Thebaidos:

— Immites citius Busyridos arat.

Lucanus in II:

Hinc me vi. florem gelidas ad Phasidos undas

Aratos habet.

Sic *Pallados* est apud Martialem lib. IV, epigr. LIII. Et est talium densa adeò feget apud Poëtas, ut isti pluribus immorari non alius sit, quàm & suo otio abutentis, & alieno.

Illud potius operæ sit monere, viros etiam eruditissimos quandoque in

in eo peccare : quòd genitivos declinationis hujus, quæ imparisyllaba est apud Græcos, ἰσοσυλλαβῶς inclinēt. Vt Poëta Italus, cum dixit :

Lux mea luce meæ caræ dependet Ianthidis.

pro *Ianthidos*, vel *Ianthidis*. Quomodo & in obliquis aliis peccari solet. Vt in dativo ab eodem :

Dum Venus exstincto flens oscula figit Adoni.

Pro *Adonidi*. Item in Ablativo : ut cum magnus Desiderius, *De clemati Ægyptiâ*, pro *clematide* scripsit. Similis sit error, hujus *Bryaxis* pro *Bryaxidis*, vel *Bryaxidos*. Plinius lib. xxxvi, cap. v : *Sunt in Gmido & alia signa marmorea illustrium artificum, Liber pater Bryaxidis, & alter Scopæ &c.* A quo acculandi calus *Bryaxin*. Vnde aliquanto post : *Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin, & Timotheum, & Liocharem : de quibus simul dicendum est, quia simul cælaverunt Mausoleum.* Multi volunt, rectum esse *Bryax* ; inde obliquum, *Bryaxis*. Sed refellit eos idem Plinius lib. xxxiv, cap. vii : *Hos decorum quinque colossos fecit Bryaxis.* Et cap. seq. *Bryaxis Æsculapium, & Seleucum fecit.*

In iis tamen, quæ Græcè Genitivum formant per O S purum, genitivus possit esse isosyllabus. Nam ab hæc *poësis* dixeris hujus *poësis* ; ab *emphasis*, vel *ellipsis*, hujus *emphasis*, vel *ellipsis*. Vt triplex in talibus sit terminatio. Quippe præter hanc Latinam est duplex Græca. Vt enim Græci dicunt *πίησις*, & *πίησεως*, *ἑλλείψις*, & *ἑλλείψεως* ; ita Latini quoque *poësis*, & *poëseos*, *ellipsis*, & *ellipseos*. Atque ita in *emphasis*, *phrasis*, *metamorphosis*, & aliis.

Nec illud observatione indignum, Genitivos priorum in ES apud veteres sæpe habere terminationem secundæ. Ita Attius dixit : *Inclutis Achilli armis vesci* : ubi *Achilli* est *Achillis* ; *vesci* verò, *visi* ; quomodo Lucretius dixit *vesci loquelâ*, Maro *vesci aurâ æthereâ*, Cicero *vesci voluptatibus*. Servius quoque ad I Æneid. — *Acris Oroni*, pro *Oronis*, à Marone dictum ait : nempe ad vitandam *καταφωvίαν*. De genitivis hujusmodi ita Priscianus lib. vi : *Frequentissime veteres dativum proferebant pro genitivo, Aristotelis, Demostheni, Thucydidi, Euripidi ; pro Aristotelis, Demosthenis, Thucydidis, Euripidis, ponentes. Virg. in I Æn.*

Præcipue pius Aeneas nunc acris Oroni,

Nunc Amici casum gemit.

Idem in eodem :

Troas, reliquias Danaum atque inmitis Achilli.

In II :

— *Quis talia fando*

Myrmidonum, Dolopumve, aut auri miles Ulyssi,

Temperet à lachrymis ?

Terenius in Heaut. Archonidis filiam, pro Archonidis. Cicero in IV Verriarum : In Timarchidi potestate sociorum populi Romani antiquissimorum,
atque

aque amicissimorum liberos, matres familias, bona, fortunâsque omnes fuisse. Idem in eod. dativum similiter protulit, Neque in præsentia Timarchidi, quid respondeat, habuit. Et magis secundam tertiam ea profert nominatissimi auctores. Idem in Arato :

— Sub pedibus profert finita Bootis, pro Bootis.

Hactenus Priscianus; cui & Charilius subscripsit, adducto illo Salustii primo è Histor. *Bellum Persi Macedonicum*, & isthoc à Prisciano quoque è Marone * citato : *Immūis Achilli*; & hoc ejusdem poetæ †, *Pellacis Vlyssi*. Idemque Plinio observatum ait lib. VII dubii sermonis, *Herculi*, pro *Herculis*; ut *Vlyxi*, pro *Vlyxis*, olim dici coeptum. Varro quoque in VII de L. L. *Herculi*, & *Herculis clava*, utrumque in consuetudine. De *Vlyssi* tamen, & *Achilli*, ambigi possit, num genitivi prisca sint, (quamquam hoc etiam senserit Quinctilianus lib. I, cap. v.) an verò I longum ex diphthongo ei factum sit. Nam & dicitur *Achilles*, & *Vlyssi*, quæ Ἐσωάριεσιν sunt ex *Achillei*, & *Vlysei*, ab *Achillens*, & *Vlyssens*. In cujusmodi nominativus EVS quandoque patitur diæresin. Ut apud Ovid. XII Met.

Non ea Tydides, non audeo Oileus Ajax.

Et apud Maronem in Culice Orpheus fit disyllabon :

— Tantum non Orpheus Hebrum

Restantem tenuit ripis.

Et postea :

Pœnaque respectus, & nunc manet Orpheus in te.

Eo minùs mirandum est, Ἀχίλλεος hanc obtinere etiam in gignendi casu. Ita Horatius Epod. od. XVII :

Heu, pervicacis ad pedes Achillei.

Et ibidem : Laboriosi remiges Vlysei.

Item I Carm. od. VI :

Nec cursus duplicis per mare Vlysei.

Sic apud Aufonium in elogio Citarii Siculi :

Concedat Cei Musa Simonidei.

Quasi à Σιμωνιδεὺς, more Tarentinorum, pro Σιμωνιδης. Similiter Catullus epigr. LVI, *Herculi* sive *Herculei* ex *Herculei* dixit, si stamus emendatione Scaligeri. Nempe ab *Herculeus*, ut Ηρακλεὺς pro Ηρακλῆς. Imò & in dandi casu *Tantaleo*, à Τανταλῆος, pro Τάνταλος, Propertius dixit lib. IV, eleg. ult.

Fallax Tantaleo corripere liquor.

At σωάριεσιν habes lib. I, epist. ad Numicium :

— Remigium vitiosum Ithacensis Vlysses

Sic Virgilius Æneid. III :

Sum patriâ ex Ithacâ, comes infelicis Vlysses.

V u u u

Et

Et Ovid. Met. XIV:

*Hic quoque substiteras post cædia longa laborum
Noricius Macareus, comes experientis Ulyssæ.*

Imò in illo ipso Maronis loco, à Prisciano antè adducto,

Trois reliquias Danaùm, atque immittis Achilli, Achille, non *Achilli*, Pierio testante, scriptum fuit in codice illo oblongo, quem delicias suas vocabat Pomponius Lætus. Sed enim, dixerit aliquis, cætera, quæ apud Priscianum, ac Charisium, adduntur loca, abunde indicare, genitivos nominum propriorum tertiæ apud veteres etiam in I desuisse. Vti cam apud Plautum legimus*, *Senis hujus uxor Periple. lomeni*, pro *Periple. lomenis*: apud Ciceronem ipsum, *filia Verri*, pro *Verris*. Quin lib. IX, epistolarum ad Att. † legimus: *Et Lucei consilia, ac Theophrasti, persequamur*. Et XIII libro ‡ etiam in vulgatis: *Ariarathes, Ariobarzani filius*, pro *Ariobarzani*. Et lib. eodem*: *Non vides ipsam Aristoteli discipulum?* pro *Aristotelis*. Sed & lib. V ad Metellum †, ubi in vulgatis est, *Themistoclis fuga*, vetera exemplaria exhibent *Themistocli*; quemadmodum monet doctissimus P. Victorius castigat. in Ciceronem. Itidem nonnulli codd. Cornelii Nepotis habent in *Themistocle*; *Neocli filius*. Ac putabat Lambinus eundem, ubi de regibus acturum promittit, *Xerxi* pro *Xerxis* dicere. Verba Nepotis sunt, *Xerxi maxime est illustre*. Sed nihil impedit, quo minus hic dandi esse casum credamus. Apertius illud Perfii sat. IV:

— *Di: hoc, magni pupille Pericli.*

Sed quomodo *Pericli, Aristoteli*, & familia, ab recto ES inflectantur? Planè eò inclinat animus, ut credam, quemadmodum *Æoles* extulere pro *Σιμωνιδης, Σιμωνιδεύς*, unde *Simonidei*: ita & *Περικλέους* dixisse, & *Αριστοτέλους*: unde *Periclei, Periclei, Pericli; Aristotelei, Aristotelei, Aristoteli*. Sic & dixere *Μωυσῆς, & Μωυσεύς*. Ab illo est hujus *Moyssi*; ab hoc *Moysei, Moyset, Moyssi*. Quo genitivo usus Tertullianus lib. I adversus Marcionem †: *Nec enim si aliquando posterior Moyset, primus videretur in templo literarum suarum Deum mundi dedicasse; ideo a Pentateucho natales agnitionis supputabuntur; cum totus Moyssi stylus notitiam creatoris non insinuat, sed à primordio enarret, à paradiso, & Adam, non ab Egypto, & Moyse, recensendam. Denique major popularitas generis humani, ne nominis quidem Moyssi compotes, nec in instrumenti, Deum Moyssi tamen norum. Et pauculis interjectis: Nec hoc ullis Moyssi libris debent. Idem lib. II adversus eundem: Qui Christum non agnoscitis in personâ Moyssi figuratum. Et tamen in dativo mox subjicit: Sed sufficit, si & Moyssi proprie donatus est populus ad præsens. Eodem modo loquitur Sulpitius Severus lib. I hist. sac. & plures alii. Pluscula etiam de hujusmodi genitivi puerum me legere memini in Erythræi indice Virgiliano, voce Ulyssi.*

Porro

* Milit.
Glor. aff. 4.
sc. Voluptas
est quod
agat.
† epist. 1.
‡ ep. 2.
* ep. 28.
† epist. 12.

‡ cap. 10.

Porro præter hæc genitivi terminationes, est & quædam in VS à nominibus Græcis in Ω exeuntibus, & in genitivo Ο Ο Σ in Ο Τ Σ contrahentibus. Hujusmodi sunt *Calypsus*, *Mantus*, *Didus*, *Sapphus*, *Coryttus*, pro *Calypsonis*, *Mantonis*, *Didonis*, *Sapphonis*, *Coryttonis*. Virgil. x Æn.

*Ille etiam patrius asmen ciet Ocnus ab oris
Fatidica Mantus, & Tusci filius amnis.*

Ovidius epist. Sapphus :

An nisi legisses auctoris nomina Sapphus.

Et in 1 operis de Arte sua :

Non mihi sunt visæ Clío, Clíusque sorores.

Varro Cosmotoryne :

Didus atque suum misceri sanguine sanguen.

Quamquam nec defunt, qui præferant *Mantos*, *Didos*, atque ita in

aliis. Adscribam hæc de re illustrem locum Ioviani Pontani in Actio *: * fol. 109. edit. Aldina.
Audvi non semel, & quidem persanctè jurantem, eruditum apprimè & observantem vetustatis hominem, se complures codices, & Horatii, & Ovidii, & aliorum poetarum, legisse penè vetustate ipsa consumtos, in usque scriptum observasse, non Clíus, sed Clíós; non Didus, sed Didós; non Eratus, sed Eratós; quod prisca illis temporibus majores nostri genitivis casibus Græco more his in nominibus minime uterentur: cum qui Græcè sunt, Didoos, Eratoos, Clíoos, contraherent in O productum, Didos, Eratos, Clíos; qui casus Atticè sunt, Didus, Eratus, Clíus. At nunc quis est è literatoribus adeo compositis moribus, quin ora sinisque ipsos impudenter conspuat, ubi quem aliter locutum senserit?

Vsitatiùs tamen istiusmodi nomina Latinorum more inflectuntur; ut Priscianus lib. VI ostendit auctoritate Accii, Pacuvii, Plauti, Livii, & Ennii. Eadem de re ita Fabius lib. I, cap. X: *Nunc recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare; quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Neque enim tam Calypsonem dixerim, ut Iunonem; quamquam secutus antiquos C. Cæsar utitur hæc ratione declinandi. Sed auctoritatem consuetudo superavit. Phocam quoque si audimus, non Didois, aut Didoni, dicere liceat. Scribit enim: O litera finita propria sunt generis feminini, quæ translata in Latinam linguam nihilominus Græcam declinationem obtinent; ut Dido, Mantus, Erato, Calypso, Themisto. Declinantur enim hoc modo; hæc Dido, Didois, Didoi, Didoe, ab hæc Didoi. Erant enim, qui Didonis, aut Mantonis, genitivum dicunt: & vocis asperitas, & veterum auctoritas, ejusmodi declinationem repudiant. Verum Phocæ jure adversatur Sergius, qui in Donat. edit. II scribit, Dido; & Mantus, Græcè, & Latinè, declinari: ut Dido, Didois; & Dido, Didonis;*

Vuuu 2

Mantus,

Manto, Mantois; & Manto, Mantonis. Et Priscianus lib. VII ostendit, hujusmodi, Latinorum more, inflecti posse, quia Pacuvius, & Livius, dixerint, *Calypsonem*; Accius, & Plautus, *Ioni*; Ennius,

— *Pænos Didone oriundos.*

Non desunt autem viri eruditi, qui etiam nomina in ES, quæ Græcis sunt primæ contractorum formæ, in VS facere putant genitivum: ut *Demosthenus*, quia Græce est *Δημοσθένης*. Ita *Cleanthus* pro *Cleanthis* dixisse censent Varronem Satirâ Menippæâ, Longè fugit, qui suos fugit: *Si ad hunc charactera Cleanthus conveniet, cave attingeris hominem.* Sed puto, Varronem scripsisse Græcè, *χαρᾶκτῆρα Κλεάνθους*. Etiam in antiquissimo codice reperit præstantissimus vir P. Scriverius:

Solus Praxitelus manus, Scopæve.

Sed unius libri tanta non est mihi autoritas, ut mutare quicquam auserim, vel velim: præsertim cum nullo idoneo auctore probetur, sic veteres locutos: atque ut id fecisset Varro antiquarius, non tamen locum haberet in Martiale, qui verbis utebatur receptis in vulgus: denique ut alibi ita loqui voluisset, hic tamen non fecisset. Nam cur quæsió, ubi dicere posset, *Solus Praxitelus manus*, ibi tribus vocibus in VS exeuntibus mallet, *Solus Praxitelus manus*? qui numerus minis est concinnus.

C A P V T X.

Dispar quantitas ultimæ in Latinis, Græcisque Dativis. Dativi pro I quandoque olim accipiebant E. Accusativi tertiæ in Latinis pro EM habentes IM. Ravim, Cucumim, Cannabim. Flavii Capri error. Clavim, Aqualim, Cutim, Prælepim, Strigilim, Sementim, Lentim. In Græcis accusativi desinentes vel in A, aut EM, ut Hectora, & Hectorem: vel IN, aut IM, ut Charybdin, & Charybdim: vel in TN, ut Capyn: vel in O, ut Dido: vel in VN, aut VM, ut Didun, aut Didum. Vocativi Græci à nominativo venientes, abjecto S.

Dativus in I definit, non in Latinis modò, sed etiam Græcis, hoc solùm discrimine, quòd I in Latinis producitur, ut *Parri*: in Græcis corripitur, ut *Palladi*: uti ostensum, cum de modulo syllabarum in Græcis ageremus*.

* lib. 2 de arte Grammatica. qui est de syllabis, cap. 34. & an. 1481. 31 in Excursu pœt.

Antiqui videntur Dativos interdum per E extulisse. Catullus Carm. LXII: *Quæ tibi sene serviet.* Quomodo emendat Ios. Scaliger, pro quo in veteri Regiensi f editum est: *Quæ tibi sine sine serviet.* Simile verò ait Scaliger esse illud Lucillii apud Nonium †:

Esurieme leoni ex ore excelsperè prædam.

Et

Et Propertii istud * :

Si placet, insultet, Lygdame, morte meæ.

Ejusdem est lib. IV, eleg. VII :

*Et quoscunque meo fecisti nomine versus,
Vre mihi : laudes desine habere meas.*

Vt sententia sit, quas laudes meo nomini, hoc est, mihi, scripsisti, eas flammis des peto. Est & Ovidii VI Fast.

In qua par facies nobilitate fuit.

Multaque hujus generis observavi : sed pleraque eorum jam concessit Aufonius Popma lib. I de usu antiquæ locutionis cap. IX. Quæ non reponam. Nec in obscuro mihi videtur, cur ita fiat. Solùm cogitemus, quod antè diximus, Græcis etiam dativi & ablativi vocem esse eandem : tum illud item, vicinum admodum sonum esse vocalium E, & I ; unde *heri*, & *here* dixerunt ; *benevolus*, & *benivolus* ; *leber*, & *mæcester* prius, quæ postea *liber*, & *magister*, & sexcenta id genus. Vt nihil mirandum sit, si ut ablativi innumeri in E & I exeunt ; ita in dativis quandoque terminationem E & I confuderint poëtæ.

Accusativus in plerisque pro EM habet IM. Quomodo tria hæc definunt, *febris*, *tussis*, *sitis* : ut Plinium scripsisse, autor est Charisius. Sed *febris*, nunc *febrem*, nunc *febrim* facit : *tussis* † verò, & *sitis* ‡, tantum per IM inveniuntur. Vti & *vis*, *pelvis* *, *bnris* †, *amussis* ‡, *ravis*, *cucumis*, *cannabis*. De tribus postremis (quæ plerique omittunt) laudabo autores. Plautus Aulul. *

Vbi siquid poscam, ad ravim poscam prius,

Quam quicquam detur.

Ejusdem Comici est :

Expurgabo hercle omnia ad rancam ravim.

Qui locus à Nonio adducitur è Plauti *Cistellaria* ; ut quidem non in Aldinâ modò, & illâ Iunii, ac Merceri, sed & membranarum nostris invenimus. Verùm frustra ibi hodie quæras. Vt dubium non sit, quin pro *Cistellariâ* legi debeat *Clitellaria*, quæ aliter *Astraba*. Nam *dispa* EN, *clitella*. *Astrabæ* meminere Varro, Probus, Gellius, Festus, Nonius. *Clitellariæ* imprimis Nonius ; sed vox in *Cistellaria* corrumpi solet. De *ravis* satis. De aliis nunc auctores laudemus. Plinius lib. XX, cap. I : *Cucumim* vocant. Et ibidem : *Cucumim silvestrem*. Varro lib. I de R. R. cap. XXXIII : *Sic ubi cannabim, linum, juncum, spartum* &c. Atque hinc obiter liquet error Capri de verbis dubiis scribentis : *Cannabe hoc, non cannabis*. Nam à recto *cannabe* in quarto casu *hoc cannabe* foret : uti à *cannabes*, *cannabis*, *cannabem* ; quod non memini me legere. Vti nec *securem* ; sed tantum *securim*. At tum EM, tum IM habent, *clavis*,

V u u u 3

aqua

* lib. 3, el. 5.
Sed vulgo
legitur.
morte
mea.

† Catull.
c. m. 45.
Propert. lib.
4, el. 5. Plin.
lib. 20, cap.
4, 5, & ali-
bi.
‡ Maro ecl.
1, & Mar-
tial. sape.
* Laberius,
& Cæcilius.

apud Non.
in Pelvis.
† Maro I
Georg.
‡ Gell. lib. 1,
cap. 4, &
Varro apud
Non.
* Al. 2, se.
Tace nunc.

* lib. 2. el. 4. ut nunc codices habent: sed Charisius clavim istic legit.
 † Al. 2. sc. Jupiter supremus.
 ‡ Al. 2. sc. Date viam mihi noti atque ignoti.

aqualis, turris, navis, puppis, restis. *Clavem* est apud Tibullum *: at *clavim* dixit Plautus Mottell. †

— *clavim mihi harunce adium Laconicam*

Iam jubefferri intus.

Sed & *aqualim* est apud Plautum Curcul. † *Turrem* quoque dixit Maro Æneid. II: *Turrem in præcipiti stantem.*

Ita enim legit Charisius. At alibi videtur scripsisse *turrim* per I: ut

& Charisius innuit, & Pierius ex antiquis codicibus observavit. *Navim* quoque v. Æneid. in antiquis codd. legi, idem prodit: quamquam Varro apud Charisium *navem* per E proferre jubeat. *Puppim*,

& *restim*, usitatiùs dicitur. Sed tamen per E M quoque efferuntur.

Puppem enim est apud Lucanum *, & Statium †: *restem* est apud Plin.

lib. XVII, cap. x. Etiam *cutem* invenias, & *cutim*. Illud est apud Celsum lib. I, cap. IV, & Cælium Aurelianum lib. I *ῥοπιον*, cap. I. Hoc legas apud Quintilianum lib. x, cap. II. *Sufficiat imaginem virtutis effingere, & solam, ut sic dixerim, cutim.* Appulejus in Apolog. *Pectoris enim primorem cutim vitiligine insponit.* Etiam à recto *præsepis*, *præsepim* dixit Plautus Curculione †: *Quin recipere se huc visum ad præsepim suam.* Ita legit Nonius, pro quo in multis *ad præsepe suum*: quæ lectio numeris adversatur. *Srigilim* etiam fuit apud Lucilium *: usûsque eopse modo Nonius † Grammaticus. *Sementim* dixit Cato ‡. Item *lentim*; quo & usus Varro *. Et *gummim*, seu *cummim* est apud Catonem de R. R. *Cummim pridie in aquam infundito.* Sic & *sinapim* dicit Columella. In hujusmodi autem accusativis imprimis sonitum vocis, quam *ἔμφωνίαν* vocant, attendebant: ut Probus Valerius ait apud Agellium lib. XIII, cap. XIX.

Et hæc tum Latina sunt, tum communia. Videamus de Græcis, quæ fere propria sunt. In his Græcam non rarè terminationem servant Latini: ut *Hectora*, *Amaryllida*, *Gnosida* &c. Quæritur igitur, an & *Ajaca* similiter proferri possit. Id verò negamus, quia Græcè ab *Ἀίας* sit *Ἀϊάξ*, Latine ab *Ajaxis*, *Ajacem*. Itidem *Ajacen* pro his nec Græcum sit, nec Latinum. Apud Alciatum tamen editum est embi. CLXVII:

Bellorum cepisse ferunt monumenta vicissim

Scutiferum Ajacen, Hectoraque Iliacum.

Video ita scribi ad vitandum hiatum. Sed satiùs sit *Ajacem* rescribere, ut *synalœpha* negligatur, quod sæpe faciunt poëtæ. Nempe non est utendum illis in A, nisi in planè Græcis. quale non est Ajax, cum Græcè sit *Ἀίας*. Ita dixit Petronius: *Neque Platona, neque Demosthenem, ad hoc genus exercitationis accessisse.* Imprimis verò gaudent iis Poëtæ. Martialis lib. x, epigr. XIX:

Raptum

Raptum quæ Phryga pertulit Tonanti.

Sic idem Martialis, *elephanta, Babylona, Rhinoceros, giganta, Rhetora.*

Difficulter tamen inuenias accusativos huiusmodi à masculinis definentibus in IS. Quid mirum? quando Græcis etiam frequentiora sunt, Πάρις, Οσίρις, Αδώνις, Αμν, quàm Πάριδα, Οσίριδα, Αδώνιδα, Αμνδα. In femininis verò passim occurrunt. Sic Maro dixit *Amaryllida, & Phyllida*. Et Staius Epithalamio Stellæ & Violantillæ :

— *Si curvo (ita legendum ex MS Senensi, pro quo in vulgatis est, securo) in litore Naxi*

Theséum iuxta foret hæc conspecta cubile,

Gnosida desertam profugus liquisset & Euan.

Sed multò usitatissimi sunt accusativi Græci in IN : ut, *Daphnim, Charybdin, &c.* Ovidius in IV de Ponto, eleg. x ad Albinovanum :

Nec potes infestis conferre Charybdin Acheis.

Ter licet epotes, ter vomat ille fretum.

Est tamen, cum & à Græcis in IS Latini suos formant accusativos per EM ; ut *Paridem* : quamquam Henricus Stephanus, libello de Abusu linguæ Græcæ, tradat, *Parin* dici debere : aliumque accusativum ad eum usque diem oculos suos fugisse, tam apud Latinos, quàm Græcos, agnoscat. Sed ipsius Maronis est in quinto :

Solus qui Paridem suetus contendere contra.

Et Iuvenalis sat. VI * :

Vique magis stupeas, ludos, Paridemque reliquit.

* vers. 84.

Vfus & declamator vetus in epistolâ nomine Ciceronis ad Octavianum scriptâ.

Ac similiter dixit Tranquillus in fine libri VI. Persius quoque sat. I †, ait,

† vers. 124.

Iratem Eupolidem prægrandi, cum sene palles.

Accusativi verò per IM longè sunt usitatiores : ut *Charybdim, Syrtim, Memphim, &c.* Cicero III de Oratore : *Deinde videndum est, ne longè simile sit ductum. Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim : Charybdim bonorum, voraginem potius.* Tacitus IV Histor. *Sedem, ex quâ transieris, Memphim perhibent.* Apud Maronem Ecl. II. alios codices *Daphnim*, alios *Daphnim* habere, scribit Pierius. Idem in cod. Romano, *Alexim*, versu ultimo legi ait. Sunt & apud Maronem, *Thyrism, Parim, Irim* : quæ tamen per N quoque scripta inveniuntur in aliis codd. IX Æneid.

Irim de celo misit Saturnia Iuno.

Lucanus *Isim* itidem dixit lib. VIII :

Nos in templa tuam Romana recepimus Isim.

Martialis lib. XII, epigr. LII :

Ab

Absolvit Phrygium vestra rapina Paris.

In accusativis nominum in IS, vel YS, quandoque etiam labi cernas doctissimos viros; dum ea, quæ tantum per A, aut per IN duntaxat, efferuntur, non satis distinguunt ab iis, quæ utramque habent terminationem. Per A tantummodo à Græcis; à Latinis solum per A, vel EM, terminantur ὄζυωνα: ut Λαῖς, Λαῖδα, Λαῖδα • *Lais, Laidos, Laida, vel Laidem*: non *Lain*; quod video viro docto excidisse. Sic Θεβαῖς, Θεβαῖδα • *Thebais, Thebaida, vel Thebaidem*: non *Thebain*; quo & ipso utitur nonnemo in notis, quibus Papinium * illustravit. Simile χλαμύς, χλαμύδα • *chlamys, chlamydos, chlamyda, vel chlamydem*: non *chlamyn*. Dispar ratio Barytonorum in IS, & YS, non purè declinatorum: cujusmodi quarto casu in A, & N, exeunt. Vt Μαῖωπς, Μαῖωπδα, & Μαῖωπν • *Meotis, Meotida, Meotidem, Meotim, & Meotin*. Sic non tantum *Serapidem* dicimus, quod apud Tertullianum in Apologetico; sed &, *Serapim, Isimque*, apud Tullium legas in III de Nat. Deorum; & *Serapin*, apud Martialem lib. IX, ep. xxx. Simile quoque, *Paris, Paridem, Parim, vel Parin*: ut antè vidimus. Purè verò declinata, seu illa barytona, seu oxytona fuerint, N habent, non A. Vt *genesis*, hujus *genesios*, vel *genesis*, *genesin* vel *genesim*. *Apocalypsis*, *apocalypsis*, vel *apocalypsis*, *apocalypsin*, vel *apocalypsim*.

Nomina fluviurum in IS exeuntia per IM efferuntur; sive Latina, sive à Græcis, aut barbaris, accepta. Ita apud Maronem legas, *Tiberim* †, *Tivrim* †, *Ararim* *, *Tigrim* †, *Fabarim* †, *Athesim* *. Apud eundem †, & Horatium †, ac Senecam, *Tanaim*. Similiaque, *Ligerim, Batim, Halym*. Cæsar lib. VII de bello Gallico: *Cum ad flumen Ligerim venisset*. Plin. lib. IV, cap. XVIII: *Flumen clarum Ligerim*. Livius lib. XXVIII: *Cum hæc ad Batim fluviurum geruntur*. Ac similiter Hirtius de bello Alexandrino: item de Hispaniensi. Cicero in secundo de Divinat.

Cræsus Halym penetrans magnam pervertet opium vim.

Vbi tamen in antiquissima omnium Ciceronis editione, *Halym* invenio, more Græco. At magis insolens, quod Martialis *Betin* dixit lib. IX, epigr. LXII:

Qua dives placidum Corduba Betin amat.

Nempe metri gratiâ Græcos imitatur in voce non Græcâ. In prorsâ igitur *Betim* dicendum. Ita Germaniæ fluviurum *Albim*, vocamus. In versu tamen puto, *Albin* non minus, quàm *Betin* permittitur. Etiam alia exeunt in IM. Vt *Syrin* apud Lucanum †: *Leucaspim* †, & *Opim* * Maroni.

Atque hæc propria. At in communibus etiam hanc terminationem reperias. Nec ignoro esse, qui Græca tantum per *in*, non per *im*, petunt

* Bernartius in Theb. Papin. p. 146.

† 7 *En.*

‡ 8 *En.*

† *Ecl.* I.

† *ibid.*

‡ 7 & 9 *En.*

* *ibidem.*

† 4 *Georg.*

& 12 *En.*

† *ed.* 10.

lib. 3, *ed.* 15.

lib. 4, *sat.* 1,

lib. 1.

* *Agemem.*

† *lib.* I & 8.

‡ 6 *En.*

* 11 *En.*

putent efferri. Sed Plauti est Rudente *, *magydarim*. Vti & Plinii * *lib. 3, §. 2.*
lib. XIX, cap. III. Nempe ut *μαγυδαειν* Theophrastus Hist. Plant.
lib. VI, cap. II, & Dioscorides lib. III, cap. XCIV. Simileque
mephitim. Maro in VII :

— *Secundamque exhalat opaca mephitim.*

Item *tigrim*. Nam ut à *tigris*, *trigridis*, est *trigrida*, vel *tigridem*; ita à *ti-
gris*, hujus *tigris*, est *tigrim*, vel *tigrin*. Vt IX ÆN.

Insanamem voluti pecora inter inertia tigrim.

Par ratio in *phrenitim*. Vt apud Cælium Aurelium in proloquio
libri de morbis acutis : *Phrenitidem esse alienationem mentis celerem*. Et
cap. I, lib. I : *Secundum nos itaque declivitate atque pronæ ægritudinis in
phrenitim sanum recte nuncupatur*. Et initio cap. III : *Intelligimus phreni-
tim ex toto signorum concursu*. Et alibi sæpe.

Vt *Αθως τὸν Αθω*, ita & Latinis. Maro I Georg.

Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia cælo

Dejicit.

Sed hoc ad secundam pertinet. In tertiâ verò dicitur, *Atho, Atho-
nis*. Quemadmodum superius † exposuimus.

Nomina in Y S sæpius in Y N desinunt : ut *Capyn*, *Tehyn*, *Co-
tyñ* &c. Maro I ÆN. † cap. 7.

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caiici.

Martialis lib. IX, epigr. CIV :

Si cupis Alcideæ cognoscere facta prioris,

Disce, Libyn domuit, aurea poma tulit.

Et lib. X, epigr. LI :

Ismarum pellex Attica plorat Ilyn.

Quod & apud Senecam est in Agamemnone † :

Ilyn in varios modulata sonos.

Sic *Erymys*, *Erymyn*, non *Erymya*.

Nomina quartæ contractorum faciunt apud Latinos accusativum
quoque per O. Maro ÆN. IV :

Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,

Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido

Sæpe vocaturum.

Et manifestius illo ejusdem in VII : *Lutificam Aleto*. Et apud Var-
ronem Sat. Menipp. Age modo : *Argo citremem*. Item apud Ovi-
dium, epistolâ Didus ad Æneam :

Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido.

Simileque hoc Sillii lib. VIII :

Tæque suam Dido, ser cum clamore vocâras.

X x x x

Est

Est & apud Ovidium lib. IV de Ponto, eleg. X :

*An grave sex annis pulchram fovisse Calypso,
Æquoreæque suis concubuisse Deæ?*

Et apud Martialem lib. VII, epigr. LXVIII :

*Carmina fugentem Sappho laudavit * amatrix.*

* al. lauda-
rix.

Ovid. epist. Med.

Cur unquam Colchi Magnetida vidimus Argo?

Dido quoque *Didum* facit. Ita Atteius Philologus, teste Charisio, edidit librum, cum inscriptione hujusmodi: *An Didum amaverit Æneas*. Vbi tamen quidam legunt, *Didum*, per M: quod & in nonnullis Maronis codicibus invenimus. Malim ego *Didum*. Nam Iones accusativos quartæ contractorum per *uv* efferunt. Itaque pro τὴν Σαπφῶα, Σαπφῶ, vel Σαπφῶ, dicunt Σαπφῶν. Sic Διδῶα, Διδῶ, vel Διδῶ, & Ionicè Διδῶν. Nec Latinam terminationem respuo. Nam et si & in genitivo *Didus*, & in accusativo *Dido*, vel *Didum* dicatur: tamen cur non illic *Didonis*, hic *Didonem* dicere liceat, cum in dandi casu *Didoni*, in ablativo *Didone* cogamur uti? Vt si velim dicere Herodotus ἐν Κλιῶ, non possum aliter, quàm in *Clione*. Quomodo & Ennius dixit, — *Pænos Didone oriundos*. Pluribus de hoc Henricus Stephanus Appendicis suæ ad Varronem de analogia cap. XXIV.

De accusativo fati diximus. Nunc præcipua de vocandi casu adferemus. Vbi ordine videbimus de terminatione Græca in Α Σ, Η Σ, Ι Σ, Τ Σ, Ο Τ Σ: ac postremò etiam de propriis in Ω.

Propria in Α Σ, Græcè flexa per Ν Τ Ο Σ, definiunt in Α. Virgil. XI Æn.

Non hæc, ô Palla, dederas promissa parenti.

Seneca Troade :

Effare, Calcha, nosque consilio rege.

Nisi magis placet, ut dicitur *Æneas*, *Ænea*, ô *Ænea*: sic dici *Calchas*, *Calcha*, ô *Calcha*. Sanè *Calchas* olim primæ; unde cum *Calcha*, pro cum *Calchante*, apud Plautum Menæchmis †. Sed *Pallas* non meminimus me legere in prima. Eo lubentiùs iis astipulor, qui & *Calcha* tertiarum putant. Nec obstat, quòd Græci vocativos formant ablativo Τ Ο Σ: ut Δίας, Διανῶ, ὦ Διαν. Nam poetice dicitur ὦ Δία. Sic ὦ Θέα, ὦ Λαοδάμα, ὦ Πολυδάμα. Simile igitur fuerit *Calcha*.

Propria in Η Σ, quando Græcis sunt quintæ, sive Latinis tertiarum, faciunt vocativum in Ε Σ: ut ô *Socrates*, ô *Chremes*. Sic vetus Poëta apud Ciceronem III de Orat.

— *Vive Vlyses, dum licet.*

Nec obstat, quòd etiam dicatur, ô *Socrate* †, ô *Chreme* *. Sunt enim illa

† AB. c. f. Nimis stultice.

‡ Cic. in Prologora.
* Terent.

illa primi ordinis : ut *ô Achille, Ulyffe* : de quibus in prima vidimus. Solum hic adferam locum Prisciani in VI : *Ne moréris, siquando a iud Latinos legeris, ô Socrate. Nam Attici propria nomina primæ declinationis contra lorism, ut Σωκράτης, accusandi & vocandi casu instar nominum primæ declinationis declinant, τ Σωκράτην, ô Σωκράτη.*

Verùm unde est vocativus *Hercule*, pro *Hercules*? Vt apud Plautum Rudente * :

*Sed ô Palemon, sancte Nepeuni comes,
Quisque, Hercule, illi socius esse diceris.*

Nec dubium, quin *hercle* sit ex *Hercule*. Nempe vocativus est in adverbium degenerans. Credat aliquis, esse ab *Herculus*, quia in gloss. vet. sit *Herculus*, Ηερακλῆς. Non desunt etiam, qui eo illud firmatum eant, quòd *Herculi* in patrio casu dicatur pro *Herculis*. Quomodo apud Plautum in MSSis legas eadem comœdià † :

Iam hoc Herculi est, Veneris sanum quod fuit.

Sed sic versus, qui senarius esse debet, claudicabit : eoque vel *Herculis* retinendum, ut *jam hoc* sit jambus ; *Herculis* verò pedem constituat secundum : vel si *Herculi* magis placet, post *Herculi, hercle*, librarii incurià exciderit ; quod Iano Grutero nostro non displicuit. Sed quicquid est de Plautino hoc loco ; *Herculi* pro *Herculis* dici, ex Varone, & Plinio, antea ostensum nobis. Verùm addebamus, ab Ηερακλῆς esse *Herculeus*, inde *Herculei, Herculei, Herculi*. Quare & puto, *hercule* esse κατ' ἄποκρῆν ex Ηερακλεῦ. Vel, si malis, simili apocope dixeris esse ab Ηερακλες.

In propriis nominum in IS, more Græco abjicitur S. Vt *Mæri, & D. phni*, apud Maronem IX Ecl. Et X Æn. *Iri decus cæli*. Sic *pæri, Tyndari, Thai* : quod apud Martialem. Sed apud Terentium sæpe *ô Thai* ; sive more Atticorum, sive Latinorum ; ut, *ô civis*. Ac similiter idem Comicus, *ô Mysis*.

A *Simois* quoque est *Simois*, ut Græcis, Σιμόεις, ô Σιμόει : cui simile *χαελες, ô χαελεῖ*.

Etiam S abjiciunt propria in VS, & TΣ. In VS, ut *Melampri*. In YS, ut *Capy, Coty*.

Sed de *Melampri* scrupulum injicit, quòd πῆς, unde *Μελάμπυς*, faciat *ô πῆς*. Verùm non semper composita sequuntur flexionem simplicis. Et ajunt Grammatici, *ô πῆς* dici, ne confundatur cum adverbio πῆ. Quæ ratio cessat in compositis, ubi nihil periculi ab ὁμωνυμίᾳ. Denique alia propriorum, quàm communium ratio est. *Melampus* autem nomen est proprium ejus, qui Proetides furore liberavit. Quod vocabulum *Melampri* facere, ostendit hoc Statii Papinii in III Theb.

Xxxx 2

— Illust,

* A.B. 1. f. 2.

† Rud. act. 3. f. 5.

— *Illam, venerande Melampus,*

Qui cadit, agnosco.

Græca in O quartæ contractorum, etsi Græcè habeant O I, ut ὦ Ἀχιλῆος, Latinè tamen in O semper desinunt: ut, ὦ Dido, ὦ Sappho; sive id more fiat Latino, sive Attico.

CAPVT XI.

Ablativi in I tantum desinentes. Capye, & Capy; Atye, & Aty. Dores in talium genitivo, & dativo auferre OS, & I. Iulii Cæsaris sententia refellitur de ablativis neutrorum in E. Præneste, Reate, & similia propria, casu auferendi. Mare, pro mari. Gaulape in casu sexto. Hac retis, unde ablativus rete. Laqueare, eoque casu. Tricuspis, & cognominis, in E formant ablativum. Memoris, pro memor. Affinis, rivalis, & similia, pro adjectivis habenda. Item bipennis, annalis, triremis, & quedam alia. Familiare, ædile, patruele, sodale, rivale, trireme, natale, volucre, casu sexto. Nimirum lapsus. Ablativi cæleste, bimestre, letale. Senecæ tragico lux. Ablativi humile, incolume, contubernale, nobile, Vestale. Plinius, & Charisius, refelluntur; qui nomen in IS ablativos in E, de homine; in I, de re existimant dici. Propria in E solum formare hunc casum. Iuvenalis, pro juvenilis. Prisciani, & juniorum lapsus, credendum October, similiaque, ex imber componi. Faber, Mulciber, tuber, unde veniam. Non omnia, quorum accusativus in im vel in exit, ablativum in I facere. Bæte, site, cannabe, Arare. Canali, strigili. Plure. Alvarez refellitur.

A Vocativo nunc vocor ad auferendi casum: qui vel E est, vel I: si exceperis in Y S exeuntia, quæ in E, vel Y exeunt. Ut Capys, Cappye, vel Capy: Atye, Atye, vel Aty. Livius lib. I: Latino Alba ortus, Albâ Atye, Aty Capys, Capy Capetus. At idem lib. xxxvii: Capriam ab duce eorum Capye appellatam. Similiter lib. xlii: Ipse cum Cotye Thessalonicam est profectus. Nempe Capye dicitur, more Latino, quibus dativus Cappy: imò & Græcis τῷ Κάπυι, linguâ communi. At Capy, exemplo Dorum, quibus illa in Y S declinantur ἰουσιδάβως: ὁ Κάπυς & Κάπυ, pro Κάπυο, τῷ Κάπυι, pro Κάπυι.

De nominibus in I solum terminatis, quatuor se offerunt canones. Quorum primus est de neutris in E, A L, & A R. De illis in E, sic Charisius in I: *Omnium nominum, quæ sunt neutri generis, & in E terminantur, ait Plinius, Cæsarem scisse, eosdem esse ablativos, quales sunt dativi singulares.* Sed quod magnus ille Cæsar generatim sciscebat, restringi oportet ad communia live appellativa in E: cubile, ab hoc cubili: *aplustre*.

stre, ab hoc *aplustri*. In propriis enim secus reperias. Vt *Præneste*. Maro in VIII :

— *Præneste sub ipsa.*

Scio, Servium putare, esse hoc à recto *Prænestis* : atque id colligere ex eo, quia alioqui dicendum esset, *sub Prænesti ipso*. Verùm de genere non tanti est, quia *ipsa* dicitur *ἡ συνήθειον*, respiciendo ad generale vocabulum, quod est *ἡ πόλις*. Nec majoris est momenti, quod de terminatione E objectant. Nam semper in ablativo *Præneste* dicitur, nunquam *Prænesti*. Horat. lib. I, epist. II :

Trojani belli scriptorem, maxime Lolli,
Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi.

Ac similiter Cicero epist. II, lib. XII ad Att. *Ludi interea Præneste*, Livius lib. III de bello Punico : *Statua ejus indicio fuit Præneste in foro stantia*. Item Juvenalis sat. III. Qua de re & diximus libro superiori * . Sic *Cære, Reate, Bibracte*. Livius lib. I : *Cære, opulento tum oppido imperitans*. Lib. V : *Reate saxum ingens visum volitare*. Cæsar lib. I de bello Gallico : *A Bibracte, oppido Æduorum longe maximo ac copiosissimo*. Nam id esse à *Bibracte*, indicio est, quòd mox subjicit : *Iter ab Helvetiis avertit, ac Bibracte ire contendit*. Parque ratio in *Nepete, Soracte*, ac propriis aliis.

Imò in communibus quoque sive appellativis canona hunc sæpe transfiliunt antiqui. Nam Ovidius *mare* quoque in ablativo dixit lib. V Trist. elcg. II :

Exiguum pleno de mare demat aque.

Et Ponti lib. IV, el. VI :

— *Euxino de mare vertet iter.*

Item in Ibin :

— *Frondes ut siquis in Idæ,*

Et summam Libyco de mare carpat aquam.

Imò & Varro Atacinus † antè dixerat :

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

De Africâ sermonem fuisse, apparet. Item Terentius Varro lib. XI I Antiq. Hum. *Ab Erythraeo mare orti*. Et in Fundanio : *In mare aquam arri*. In plurimis quoque Plauti codd. Cistell. I, I. legitur, *Tranquillo mare*, non *mar*. Ejuſdem est Mil. Glor. ‡

Maris cassiâ hercle isthoc ego oculo'ntor minus.

Nam si à mare abstinuissem, tamquam hoc uterer.

Quo loco luditur ambiguitate pronunciationis, quia Pleusides *amare* intelligebat : at à *mare* intelligi volebat à satuo milite. Hanc ejus loci sententiam esse monuit I. Lipsius, & ante eum Cælius, sed Secundus : atque aded tertius potiùs. Nam etsi primum id se observasse scribat Antonius Muretus lib. III Var. Lect. cap. XVII : tamen

X x x 3

ne

† Apud
Charisium.

‡ AB 4 Sc.
Si alium alio
palla.

ne is quidem, quod hîc se jactet adversus Cælium Curionem magnopere habet, cum eâ super re, ante seculum & amplius, contenderit Vgoletus cum Saraceno, & Baptistâ Pio. Quæri possit, an non similiter oratores, & historici loquantur. Sanè in plerisque codd. apud Curtium lib. v legas: *Medus a mare ad meridiem versus, minor annis eo, quem accipit, evehitur.* Sed vera lectio est, *ad mare*, ut est in Aldina, & ea, quam Hadrianus Iunius recensuit.

Indè quædam non aliter, quàm per E, efferuntur: ut *gausape*. Quod in recto pariter, & in auferendi casu usurpat Plin. lib. viii, cap. xlvi. Rectus est his verbis: *Antiquus enim torus è stramento erat, qualiter etiam nunc in castris gausape.* Sententia est, Olim torus è stramine, nunc torus villosa gauſapa; ut vocat Martialis lib. xiv, epigr. cxxxviii:

Nobilis villosa tegam tibi gausapa citrum.

Ablativus est paulò post: *Nam tunica, læci clavi in modum, gausape texti nunc primum incipit.* Dixeris, ablativum *gausape* esse à recto *gausapis*. Verùm obstat, quòd hæc *gausapis* non legatur: sed hæc *gausapa*, & hoc *gausape*, vel *gausapum*; ut monstratum libro superiori*.

* cap. 35.

Contra sunt alia, quæ frustra excipiant. Ut *rete*: quod ablativo etiam in E exire, comprobant partim illo Plauti in *Perla* †: *Albo rete aliena oppugnare bona*: (qua de allegoriâ Ivo Villiomarus, sive Ios. Scaliger adversus Titium ‡) partim Ovidii istoc in v *Fastorum*:

‡ lib. 10.
cap. 23.

Cur tibi pro Libycis clauduntur rete læenis

Imbelles capreae, sollicitusque lepus?

* *Alf. 4. Sc.
Hæu mane.*

Verùm ablativus iste est à recto *retis*, quo usus Plautus *Rudente**:

Non vides referre me viduum retem sine squamosu pecu.

Ita enim legit Priscianus. Et certè paulò post subjicit Plautus:

Vbi demisi retem, atque hamum, quicquid hæsit, extraho.

Sic, uti superius ostensum, *præsepis*, & *præsepe*, dixerunt. Ab illo ablativus *præsepe* erit: ab hoc autem, *præsepi*.

† Lucret.
lib. 1.
‡ Varro apud
Charisium
lib. 1.

A neutris in A E, (quæ per apocopen facta ex *ale*; ut *animal* ex *animale* †; *auctumnal* ‡ ex *auctummale*) abit *sal*, quod *sate* facit. Sed hoc excipi, eo minùs mirandum, quia sæpius virile est, quàm neutrum. Ut mittam, quòd penultimam corripit, contra quàm fit in *animali*, & similibus.

De neutris in A R ita Charisius in primo: *Plinius ait, inter cætera etiam istud Cæsarem dedisse præceptum, quòd neutra nomina A R nominativo clausa, per I dativum ablativumque singulares ostendant. Inbar tamen, & far, ab hac regula dissidere. Nam huic jubari dicimus: ab hoc jubare dicendum est. Sicut Maro*, It portis jubare exorto. Ut huic fari, & ab hoc fare.*

* 4. Sc.

farre. Mallem Cæsar dixisset, neutra in *ar* habere I, si penultimam naturâ producunt: ut *hoc calcari, hoc torculari*. Nam si ea sit positione longa, habere E; ut *far, farre*: item si ea fuerit brevis: quale non solum est *jubar*, ut Cæsar putasse videtur; sed & *nectar, & hepar*; quæ iccirco faciunt, *nectare, & hepare*. Eoque nec *lucari, sed lucare* dicendum.

Imò quandoque etiam Poëtæ E dicunt, ubi penultima naturâ est longa. Vt à recto *laquear hoc laqueare*. Maro in Culice:

— *Si nitor auri*

Sub laqueare domus animum non tangit avarum.

Alter canon est de adjectivis in IS, & ER: ut *fortis, hoc forti; acer hoc auri*. Quæ quid mirum, ablativum facere per E, quando neutra eorum in E desinat: eoque juxta canonâ primum requirunt I? Si enim neutrum in E non desinat, nec ablativus in I terminabitur. Vt in *tricuspis*. Ovid. 1 Met.

— *Positoque tricuspide telo*

Mulcet aquas rector pelagi.

Item in *cognominis*. Maro in VI:

— *Gaudet cognomine terrâ.*

Quod temere mutarunt: aded ut Pierius scribat, se in antiquis omnibus exemplaribus, quæ potuerit nancisci, *terræ* invenisse: quomodo *cognomine* non adjectivum fuerit, sed substantivum.

Ad adjectiva in IS rectè à Prisciano * etiam referuntur *memor, & immemor*: quippe eò auferendi casu in I exeunt, quia recto olim *memoris, & immemoris*, dicebatur. Cæcilius Epiclero:

Itane Antipho (est †) inventus profluvîâ fide?

Itane est immemoris? itane est madidâ memoriâ?

† Est versus
caussa ad-
didimus, quem
senarium esse
convenit.

Etiam huc pertinent adjectiva quædam in *is* substantivè usurpata. Vt sunt, *affinis, rivalis, familiaris*. Cicero lib. 1 de Oratore: *Ita si de re militari dicendum huic erit Sulpicio, quæret à C. Mario affini nostro, & cum acceperit, ita pronuntiabit, ut ipsi Mario penè hic melius, quàm ipse ille, scire videatur*. Lib. III ad Quintum fratrem: *Pompejus planè se negat velle: antea ipse inibi non negabat. Hirtius autor fore videtur. O dii quam ineptus! quam se ipse amans sine rivali!* Horat. in Arte:

Quin sine rivali teque, & tua, solus amares.

Cic. lib. 11 de Divinat. In *Æsopo familiari tuo*. Item initio Philipp. 11: *An ego non venirem contra alicuium pro familiari, & necessario meo?* Brutus ad Cæsarem: *A Sceptio, familiari meo*. Eadem ratio in *conubernalis, popularis, etiam sodalis*, quod ab unâ *sedenda*, naturâque adjectivum. Cic. 11 de Orat. *Pro meo sodali*. Item *ædilis*. Plinius lib. VI 11, cap. XLVIII. *A M. Pomponio, & diti plebis*.

Nec

Nec in iis id solum habet locum, quæ de homine dicuntur : sed etiam, ubi respicitur res. Vt in *bipennis* ; ubi *securis*, aut simile intelligitur. Maro lib. XI :

— *Ferro sonat alta bipenni*

Fraxinus, evertunt ætas ad sidera pinus.

Vbi *ferro bipenni* dixit, ut Varro *securus bipennem*. In *annali* intelligitur *liber*. Ablativo usus Cicero lib. XII ad Att. epist. XXIV : *Quibus consiliis Carneades*, & ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo *annali*. Idem in Bruto : *Est igitur sic apud illum (Q. Ennium) in nono, ut opinor, annali*. Similiter Cornelius Nepos in vita Annibalis, & Agellius lib. VI, cap. IX, & lib. XI, cap. XIV. Varro per E I, *annales* : ut Charisius probat istoc ex lib. VI epistolarum Quæst. *Eclogas ex Annalei descriptas*.

Sic *biremis*, *triremis*, *quadriremis*, & similia, ubi intelligitur *navis*. Suetonius in Tiberio * : *Triremi usque ad proximos naumachiae hortos subvectus est*. Eodemque modo Horat. lib. III, od. I. *Quadriremi* est apud Tullium Verr. V : *quingueremi*, Verr. VI. In *Natalis* intelligitur *dies*. Cicero lib. II de Divinat. *Chaldeis in prædictione, & in notatione cujusque vite ex natali die minimè esse credendum*. Similiter lib. VII ad Att. epist. V, & lib. IX ad eundem, epist. IV.

Cæterum, quia hujusmodi quoddammodo naturam substantivorum induere : inde est, quod more substantivorum etiam in E formant ablativum. P. Rutilius lib. III de vita sua † : *Pro L. familiare veniebam*. Varro ad Neronem : *A Lare familiare*. Idem in II de Originibus Scenicis : *A Claudio Pulchro ædile*. Citat Charisius : atque addit, similiter *ædile* scripsisse P. Rutilium lib. V de vita sua. Cornelius Nepos, lib. XVI illustrium virorum ‡ : *A fratre patruæ*. Plinius lib. II, epist. XIII : *Quid enim aut illo fidelis amico, aut sodale jucundius ?* Et ne de lectione hæc ambigat quisquam, Martialis quoque est lib. I, epigr. CVII :

*Inserponis aquam subinde, Ruse,
Et si cogaris a sodale, raram
Dilui bibis unctam Falerni.*

Ovid. I Amorum, eleg. VIII :

Ne securus amet, nullo rivale cæueto.

Et de remed. amoris, lib. II :

Hunc quoque, quo quondam nimium rivale dolebas.

Similiter in iis, quæ de rebus dicuntur. Vt apud Cæsarem lib. II de bello civili est : *Appulsæque ad proximum litus trireme constratæ, & in litore relictæ*. Pro *triremi*. Et apud Lucanum lib. VII, *natale, pro natalis* :

— *Gemes*

— *Genes Mars iste futuras*

Obruet, & populos ævi venientis in orbem

Erepto natale feret.

Item *volucres pro volucris*. Plinius lib. IX, cap. VII, de delphino :
Ocius volucres, ocius telo.

Imò & adjectiva, quæ non usurpantur substantivè, apud Poëtas
ablativum faciunt per E. Quod Ninivita, & alii plerique, adstructum
eunt illo Ovidii in III Fastorum :

Annæ perenne latens Anna Percuna vocor.

Sed *perenne* hic est adverbium, ut Columellæ quoque lib. XII, cap.
XVIII : nempe ut *æternum* crebrò fumi solet. Accommodatius illud
XV Metam. Fab. L :

— *Et finem, specie cælesti resumâ,*

Luctibus imposuit.

Et epistolâ Paridis :

Hoc mihi (nam recolo) fore, ut à cælesti sagittâ

Figar, erat verax vaticinata soror.

Et in IV Fast.

Exiâque de porcâ cruda bimestre tenet.

Sic *letale ferro*, pro *letali*, dictum puto à Senecâ, extremo Hercule Fur.

Letale ferro pectus impresso induam.

Nam ut *inducere se veste* dicimus : ita & *inducere pectus ferro letali*. Si-
mile est Nafonis hoc lib. II de Am. El. x :

Induat adversis contraria pectora telis

Miles, & æternum sanguine nomen emat.

Charisius quoque in primo citat ex L. Pomponii Cœna : *Ex humile*
rege. Et ex ejuldem Ephebis : *Incolume illo*. Et è Macho milite : *Cum*
contubernale pugnavi.

Imò & oratores atque historici sic extulere. M. Cicero lib. II de
Gloria : *Quo stante, & incolume*. Et libro de jure civili : *Aliquo excellenti*
ac nobile viro. Quod & Plinius asserit, teste Charisio. Nepos lib. II
Exemplorum : *A virgine Vestale*. Sallustius in primo Histor. itidem
auferendi casu ait *agreste*. Quæ veterum loca Charisio debemus.

Quin idem Charisius, quoties de homine sermo est, jubet omnia
ejusmodi in ablativo per E efferre. Atque ait, iccirco Pomponium
dicere : *Ex humile rege*. De re dicturum fuisse, *Ex humili re*. Eoque ar-
chaïsmum statuit in illo Catulli, *impotente amore*. Qui non sit, si dixe-
ro, *impotente muliere*. Et eandem fuisse ait sententiam Plinii in libris
Dubii sermonis. Atqui, ut ipse monet Charisius, Ciceronis est in Ora-
tore : *Ab hoc forti viro*. Et lib. II de Divinatione : *In Æsopo, familiari*

Y y y

110.

2uo. Item Bruti ad Cæfarem : *A Sceptio, familiari meo.* Atque idem è Poëtis apertius. Ut Horatio lib. III, od. v :

Incolami Iove, & urbe Româ. Et lib. I, sat. v :

Qui locus à fortis Diomede est conditus olim.

Propria tamen tantùm faciunt E, teste Prisciano. Cicero pro Fundanio : *Non modò hoc à Julio Annale, sed vix mehercule à Quinto Mutone factum probari potest.* Pro Cn. Plancio : *Confiteor summa in Læterensè ornamenta esse.* Similiter ad famil. epist. XI, lib. X. Martialis lib. VII, epigr. XXIII :

Cum Iuvenale meo quæ me committere tentas,

Quid non audebis, perfida lingua, loqui ?

Nam veteres *juvenalis* dixerere pro *juvenilis*. Quomodo, si Sospitrum audimus, Maro dixit in quinto :

Et mihi quæ fuerint juvenali in corpore vires.

Eadem ratio in *Cerealis, Vitalis, Natalis, Nobilis, Celeris, Apollinaris, & similibus.* Ut minùs probem, quod cum vulgo vir summus *, nisi librarii hunc lapsum credere malumus, è *Martiali* dicat. Nempe de propriis Plinio, & Charisio, credo : utcunque secus de iis sentiam, quæ appellativè de hominibus dicuntur. Sed cætera persequamur.

* prefat. in
Anthonym
Græcam
Martialis.

† lib. I.
epist. II.
‡ sat. 14.
* lib. 2. ep.
85. & lib.
4. epigr. 19.
& lib. 5.
epigr. 18.
31. 51.

Post ista novum canona constituunt de nominibus mensium, quæ in I terminantur : ut *Sextili mense*, apud Horatium † : *medio Septembri* apud Iuvenalem ‡ : hoc *Decembri*, apud Martialem * sæpius. Porrò, quæ tertium faciunt, primo, vel secundo saltem ordine poterant comprehendendi. Nam sunt adjectiva in IS, vel ER desinentia : ut *Aprilis, Quintilis, Sextilis, September, vel Septembris; October, vel Octobris*, atque ita in aliis. Nam olim & hæc quæ nunc in *ber* exeunt, in *is* desinebant. Eaque vera est ratio, cur casus in Latinis in I terminetur. Cato de sacrificio commisso apud Prisc. lib. VI : *Mense Octobri fecimus : Novembris reliquus erat.* Vnde etiam liquet, hæc adjectiva esse : uti & cum dicimus, *Kalendas Octobres, Nonas Novembres, Idus Decembres.* Minimè verò dicitur *September*, quasi *septimus imber*; *October*, quasi *octavus imber* : sed, uti *lis* in *Aprilis, Quintilis, Sextilis* : ita *ber*, & *bris* in *September, & Septembris; October, & Octobris*, vocis tantùm productio est. Quod si alia etiam hujus generis desiderant : *faber* est ex *faciber*, à *facio*; *Mulciber*, à *mulco*, quia mulcet ac molliat ferrum; *tuber* est à *tumeo* : atque ita in aliis; quæ satis docent, *ber* duntaxat esse *ωαπέλανον*, sive productionem vocis.

† Lucræ.
lib. 4.
‡ Cic. lib. 2
ad Q. Fra-
vrem epist.
10.
* Plin. lib.
20. cap. 9.
† Cic. in
Mil. & Ho-
rat. lib. 2,
sat. 3.

Quartus superest canon, quo in I exire præcipitur, quæ accusativum faciunt per *im* : ut *vis, vim, vi; russis, russim, russi* †; *securis, securim, securi* ‡; *cucumis, cucumim, cucumi* *; *Tybetis, Tyberim, Tyberi* †; *Ligeris,*

Lige-

Ligeris, Ligeri *. Ac similiter *tigri* †, *Hierapoli* †, *Neapoli* *, *Tanai* †, *Athesi* †, *Charybdi* *, *hæresi* †, *Eleusi* †, *gevesi* *, aliaque id genus.

Nec tamen existimandum, perpetuum esse, quod de huiusmodi nominibus traditum est. Nam excipi debent, quæ in genitivo crescunt. Sic à *Theris* dicimus, non *Thetidem* modò; sed etiam *Thetium*, & *Thetin*. In ablativo tamen *Thetide* potiùs, quàm *Theti*, dicendum: etfi apud Plautum Epidico † legatur, *Thesi prognatus*. Sic *Daphnis*, *Daphnim*, *Daphnide* †, non *Daphni*: quia dandi casus est *Daphnidi*, non *Daphni*. Item *iris*, *iridis*, *iridem*, vel *irim*, *iride*, non *iri*. *Eris*, *eridem*, vel *erin*, *eride*, non *eri*.

Imò in iis etiam E invenias, quæ non crescunt in obliquis. Nam à *Betis*, *Betim* dicimus. Tamen ut Plinius *Beti*, lib. XII, cap. I: ita Livius lib. XXVIII, *Superato Bete anni*. A *sitis* est *sitim*, & *siti*: unde Cicero † Tusc. *Siti enectus Tanualus*. Boëthius tamen libro tertio de consolatione philosophiæ carm. XII:

*Et longâ site perditus
Spernit flumina Tanualus.*

Cannabis facit *cannabim*, unde *cannabi*. Plin. lib. XIX, cap. V: *Præferunt è cannabi fimes*. At Persii est sat. V:

— *Tibi totâ cannabe fulso*

Coena sit in transiro.

Ac fortasse aliquis etiam huc referat, quòd *Araris* quoque *Arare* facit, licet accusativus sit *Ararim* *. Cæsar lib. I de bello Gallico: *Pontem in Arare faciendum curat*. Et eodem: *Eo autem frumento, quod flumine Arare navibus subvexerat, propterea minus uti poterat, quòd iter ab Arare Helvetii averterant*. Sed *Araris* quidem *Arari* facit: *Arare* autem est ab *Arar*. Nam non Græcis modò *Αραρ* † dicitur: sed & Cæsari lib. I de bello Gallico: *Flumen est Arar, quod per fines Aduornum, & Sequanorum, in Rhodanum influit*. Ac similiter Lucanus in VI:

— *Rhodanumque morantem*

Præcipitavit Arar.

Præter ea verò, quæ hæcenus adduximus, alia etiam sunt, quæ tantummodo in I exeant: uti *canalis*, & *strigilis*. Nam Fabii est lib. XI, cap. III: *Pleniore tamen hæc canali fluum*. Plinius lib. XXIV, cap. XI, circa finem: *Nec alibi, quam in canali deponere*. *Strigili* verò dixit Horat. I & Serm. sat. VII, uti & Plinius lib. XXIX, cap. ult. *Deinde cum opus sit, strigili temperatâ infundere*. Quid mirum; quandò accusativum, uti offensum, per IM efferunt? A *mulgile*, vel *mulgil*, Plinius etiam *mulgili*; sed Charisius *mulgile* mavult. Sunt qui Plinium in Historia naturali dicant *mulgili* usurpare lib. IX, cap. XVII. Sed solum legas in lemmate

Y y y 2

capi-

capitis. Mirum autem Alvarez iis, quæ tantum I faciunt, Plus annumerare. Nam Plauti est in Cæco, aut Prædonibus: *Plure altero tanto, quanto ejus fundus est, velim.* Lucilii est: *Plure foras (f. foris) vend. ut.* Ciceronis ipsius est: *Plure venit.* Quæ tria loca Charisius adducit lib. II, uti & posteriora duo lib. I.

C A P U T X I I.

De Ablativis tum secundâ, tum tertiâ vocali terminatis. Excentia in NS non semper sexio cas. desinere in E, contra sententiam Verrii Flacci. Refutatur discrimen, quod Charisius statuit inter ablativos E, & I. Servii error de ablativis in NS. Æs, ferrum, rostrum tridens. Paris pro par. Frischlinus refellitur, quod genitiva in AS semper ablativum in I facere putavit. Comparativi in OR ap. d. antiquos neutri. s quoque generis erant. Ab Ausonio Propria recedunt in Lucili loco. Avi, & Civi, in ablativo. Prisciani querula de librarius. Fini, pro fine. Furfuri, pro fuffure. In Plauto levicula correctio. Fusti. Fustim. Igni. Imbri. Cicero apud Prisc. leviter emendatus. Labi, luci, mugili, navi, nepti, occipiti, orbi. Charisius corrigitur. Ovi, parti, postti, sordi, sorti, sterco-ri, strigili, supellectili, ungui, in casu sexto. Antiqui in ablativo noctu dixere, pro nocte.

DE facientibus ablativum per E, & I simul, quinque canones concinnant. Quorum primus est de adjectivis omnis generis unâ terminatione. Ut *vetus felix, duplex.* Horat. lib. II, sat. II:

Et nux ornabat mensas cum duplici ficu.

At lib. I, epist. XVI I:

— *Quem duplici panno sapientia velat.*

Charisius idem firmat illo Bibaculi: *Duplici togâ involutus.* Ac deinde subjungit: *Vnde quidam errant, qui X literâ nominativo singulari finita nomina ablativo E tantummodo putant claudi: cum, Mendaci animo, &, Artifici ingenio, &, Atroci vultu, ait Plinius, recte dicamus.* Qui locus absque dubio ex Plinii libris Dubii sermonis. Sic Horatius * quidem, *supplice vitâ:* & Tibullus †, — *Quæ plurima voce peregi Supplice.* At Sallustius in bello Catil. *voce supplici:* ut Priscianus quoque legit in VII. Non audiendus verò idem Charisius, cum monet, hujusmodi adjectiva, si de homine dicantur, habere E; si de re, facere I. Vnde dicere jubet, *A veloce honoratus: à veloci verò equo superatus.* Atqui ipse adducit hoc Varronis lib. III de actionibus scenicis (sic legendum ‡)

Vetere vino. Sanè Varronis est,

Qui vino utuntur veteri, sapientes puto.

Alia-

* lib. 3, ed.
14.
† lib. I,
et. II.

‡ ubi vulgo
scenis.

Aliâque his similia postea adducemus.

Expendenda nunc nobis sententia Verrii Flacci, antiqui & nobilissimi Grammatici; qui, ut Augusti nepotes doceret, quotannis ab eo centena accepit sestertia *. Hic † volebat, ablativum nominum adjectivorum ac participiorum in NS terminatorum, desinere in E. Nec quin crebrò sic desinat, dubitandum. Nam dixit P. Rutilius ‡ de vita sua lib. II; *Animo constante. Cæsar epist. ad Cic. * Neque pro cauto, & diligente se castris continuit.* Catullus †:

Illum deprenit impotente amore.

Varro † lib. III de rebus urbanis: *Spartaco innocente coniecto.* Imò ablativi absolute positi semper sic exeunt. Ovid. I Fast. *Quo feriente, cadit.* Sic, *regnante Komulo; pugnante Cæsare: non regnanti, aut pugnanti.* Sed quod Charilius putabat utcumque non ponantur absolute, nihiloominus semper in E claudii, id minimè verum est. Nam dixit Cicero pro Archia: *Excellenti animo ac viritate.* Varro in III de R. R. *Candenti ferro.* Idem in I de gente pop. Rom. * *In terra conimenti.* Cæsar lib. III de bello civili: *Qui cum essent ex conimenti visi.* Afinius Pollio ad Cæs. † *Primo insequenti die.* Ac similia apud alios.

Mirum verò est Servii supercilium, improbantis illud; quòd Maro *tridentis* dicat. Sic enim scribit in illud †, *Magnaque emota tridentis: † 2 En. Omnia in NS exentia, aut participia sunt, aut nomina. Sed si participia sunt, ablativum & in I, & in E mittunt, pro nostro arbitrio. Juvenalis*: * sat. 15. — Nec ardenti decoxit abeno. Contra †: — Semperque ardente camino. Si vero nomina fuerint, in E tantummodo exent. Si autem eadem sint & nomina, & participia, ut, amans; cum nomina fuerint, omni modo in E mittunt: cum participia, licenter mittuntur. Ergo quia tridens nomen est, tridente debuit dicere. Sane in nominibus, quæ & propria esse possunt, & appellativa, ut liberalis, felix, juvenilis, ablativus a proprio in E exit; ab appellativo in I. Hæc Servius. Sed quod negat nomina in NS claudere ablativum in I, id vel eo facilè refellitur, quòd apud Maronem, Horatium, atque alios, tot in locis legas *ingenti, recenti, & similia.* Nec *tridens* solum loco memorato facit *tridentis*; sed etiam apud Valerium Flaccum lib. I Argonaut.*

— *Volat immixtis cava pinus habenis,
Infunditque falæm, & spumas vomit ære tridentis.*

Planèque geminum illud Arnobii in III: *Atque ita tollitur & removetur è medio Stygii fratres Iovis, Olympii germanus, tridentis armatus ferro.* Nempe *tridens* hic sumitur adjectivè: quomodo & Maro dixit quinto †, & octavo * *Æneidos*: utrobique enim hunc versum habes:

Convulsam remis rostrisque tridentibus æquor.

YYYY 3

• Quippe

* Sueton.
de illustr.
grammat.
† Charisius.
‡ apud Char.
ris.
* ibidem.
† epigr. 36.

† apud Sest.
pat.

* apud Char.
ris. in I.
† ibidem.

* sat. 15.
† idem sat.
14.

† vers. 143.
* vers. 690.

Quippe si legamus *stridentibus*, quod reperimus in nostris, aliorumque MSSis, erit quartâ fede amphimacer. *Rostrum* autem *tridens* vocat trifulcum; quale ad hostiles naves prouendas est accommodatus. Scio interim, & alias esse aliorum hoc de loco conjecturas: quas apud Io. Pierium vide.

Imò *tridens* tum quoque, cùm substantivè sumitur, utramque vocalem admittit. Ovid. I Met.

Ipse tridentis suo terram percussit.

Maro I Æn.

*Detrudunt naves scopulo: levat ipse tridentis,
Et vastas aperit Syrtis, & temperat aquor.*

Nempe hoc inde est, quia etsi hic substantivum sit, tamen naturâ est adjectivum: ac cum substantivè sumitur, καὶ τὸ ἐπιρρητικὸν respicitur ad certi generis substantivum: quod loca ex Marone, Valerio Flacco, & Arnobio adducta, satis ostendunt. Atque idem etiam Prisciani iudicium est in VII; ubi pro hac sententia adfert, quòd & *tridens hasta*, & *telum tridens* legatur: quæ planè docent esse adjectivum.

Etiam utramque terminationem admittit *locuples*. *Locuplete* dixit Horatius lib. II, sat. VI, & Perf. sat. V. Cicero autem lib. III de Orat. *In omni locupletis oratione*. Et in Frumentariâ: *In provincia locupletis ac referta*. Sic *divite*, & *diviti*. Horatii enim est *divite spe**, *linguâ †*, *venâ ‡*. Plinii autem lib. III, cap. I, *diviti cultu*. *Vigil*, & *artifex* non in E tantum desinere, indicat hoc Iuvenalis sat. XIII:

Præterea laseris vigili cum febre dolorem.

Et Statii illud lib. I Achill.

*Qualiter artificis victurae pollice cere
Accipiunt formas.*

Vt Priscianus ibi legit: ubi nunc *artificis*. De *uber*, & *degener*, malè negant, cùm Curtii sit lib. III: *Vberi & pingui solo*. Et Senecæ Hercule Furente:

Et omne quicquid uberi cingit solo.

Ac Lucani lib. IV:

Si me degeneri stravissent fata sub hoste.

Sed *pauper hospes*, *fospes*, tantùm in E inveniuntur, teste Prisciano*. *Par* adjectivum potius *pari* facit. Lucanus in IX:

Ergo pari voto gessisti bella juvenens.

Par substantivum, pro *socio*, vel *sociâ*, facit *pare*, Ovidio III, & IV Fast. Composita ejus, adjectivè sumta, utramque habent terminationem. Martialis lib. VI, epigr. LXXVIII:

— *Atlas cum compare malo.*

Sed

* lib. 1. ep. 15.
† lib. 2. ep. 2.
‡ in Arto.

* lib. 7.

Sed usitatius dicitur *impari*, *dispari*. Itaque ad illud Maronis Ecl. VIII, *Numero Deus impare gaudet* : sic scribit Servius, *Impare autem propter metrum. Nam ab hoc impari dicimus. Nec ratio obscura est, quando olim in IS desinebant. Atta in Socru* : Ad hanc fortunam accessit ei fortuna paris.*

* apud Priscian. in 7.

Memor tantum memori facit. Cujus causa est, quod olim dixere, hic & haec *memoris*, & hoc *memore* : teste Capro, & Prisciano. Postiores quovis genere *memor* dixere, etiam neutro ; ut Maro in IV Æn.

— *Item siquod non aequo sedere amantes*

Curae numen habes, iustumque memorque precatur.

Quod si Nicodemum Frischlinum † audimus, barbarissimum committere docet Priscianus lib. VII, cum ait, dici quoque, *Arpinate*, vel *Arpinati villâ* ; *Carpinate*, vel *Carpinati bello*. Atqui per I quoque efferi hujusmodi ablativos, indicat locus ille Marci Ciceronis epist. IV, lib. XI ad Att. *De Frusinati, si modo futuri sumus, erit mihi res opportunâ. Fundum Frusinatem ait sibi opportunum fore, seque de ejus redemptione cogitare. Hâc enim lege vendiderat, ut redimere posset. Lambinus quoque putat, Alerinati debere scribi in illo Ciceronis pro A. Cluentio : C. & L. Fabricii fratres gemini fuerunt ex municipio Alerinati, homines inter se, cum formâ, tum moribus similes. Interea fateor, me non videre, quid hic mutatione ullâ sit opus ; praesertim, cum E sit usitatus. Vnde idem Cicero pro Varreno, apud Priscianum in VII : E municipio Fulginate. Et in eadem apud eundem inibi : In praefectura Fulginate. Item Livius lib. VIII : In Capenate agro. Val. Max. lib. VI, cap. IX : Ex illo Mario, tam humili Arpinate ‡. Plin. lib. II, cap. CIII : In Atinate campo fluvius mensus. Et post pauca : In Casinate fluvius appellatur Scatebra. Et mox : In agro Pitinate trans Apenninum fluvius. Martialis lib. III, epigr. LVIII :*

*Fert ille ceris cana cum suis mella,
Metamque lactis Sassinatæ de sibus.*

Vidimus de canone primo. Alter est de comparativis in OR, & VS. Ut *major* : unde Fabius prologo lib. XII : *Licet majori, quam unquam, mole premar.* At Virgilius est in X :

Mox illos sua fata manent majore sub hoste.

Imò Plinius tradidit, comparativos per E finire oportere ; eoque *nobilior* esse dicendum. Sed Charisius obducit illi hoc Cælii : *Publicatos quippe fastos omnes, & libros à Fulvio Nobiliori scripta retulisse.* Sed in propriis, quale hîc *Nobilior*, E magis obtinet. In appellativis verò promiscuè E, vel I, usurpatur. Hujus rei causam optime observat Priscianus in VII. Nam quid mirum, si instar adjectivorum unius termina-

† disputationis Grammaticae propositio XVII.

‡ Ita, inter alios, MSSus amicissimi Guilielmi Noemsi. In nonnullis tamen MSSis legitur Arpini, ut notatum Pighio, & ab eo editum.

minationis in E, & I, forment casum sextum; cum olim quoque unius fuerint terminationis? Quod Priscianus his docet exemplis. Valerius Antias in VI Annal. *Hoc senatusconsultum prior factum est.* Cassius Hemina Annalem suum quartum hoc titulo inscripfit: *Bellum Punicum posterior.* Claudius in VII Annal. *Qui prior bellum, quod cum his gestum erat, meminissent.* Idem in eodem: *Vbi decreverunt, commemorans Graccho factus prior Pompejanum non esse servatum.*

Tertius canon est de verbalibus in TRI X: quæ substantivè quidem accepta E tantum habent; ut *nutrix, nutrice; natrix, natrice; obstetrix, obstetricæ*: adjectivè autem sumta in E, & I, exeunt: ut, *victrix, victrice, & victrici.* Ovid. I Fast.

Victima, quæ dextrâ cecidit victrice, vocatur.

Lucanus lib. I:

In sua victrici conversum viscera ferro.

Iustinus in V: *Alcibiades cum classè victrici Asiam vastat.*

Par ratio in *victrix*, Prisciano teste. Quid mirum? cum utrumque fit adjectivum unius terminationis. Nam in neutro etiam usurpari, ostendit Lucani locus adductus. Atque idem in primo inquit, *victricia signa.* Statius quoque in V Thebaidos ait:

— *Potuitne victricia Grajis*

Virginibus dare tela pater?

Sed de plurali plerique non diffitentur. Verùm negant cum Prisciano *, se linguali numero unquam hoc *victrix* legisse. Etiam Iosephus Scaliger epistolâ III, quæ est ad Mamertum Patissonum, ait, stolidi esse ingenii, putare, *victrix* genus dici, ut *victricia arma.* Respicit autem illud Maronis III Æn.

Res Agamemnonias, victriciâque arma secuti.

Quem ad locum ita Servius: *Omnia nomina à verbo venientia, cum in OR exeunt, masculina sunt, ut Vctor: cum in TRI X feminina sunt; ut Victrix. Neutra verò non faciunt, nisi tantum ex numero plurali: ut Victricia.* Sed hoc non semper observari, indicat Lucani illud, quod vidimus, *victrici ferro.* Quomodo & Claudianus dixit, *victrix solum*: quod insolens esse loquendi genus, idem Scaliger ait, ad Sphæram barbaricam Manilii. Similiter tamen Minutius Felix, *victrix tropæum.* Quare potius dixerim, *victor* quidem masculino; *victrix* autem feminino dici genere, & neutro. Nam in masculino *victrix triumphus*, quod est apud Vigilium Martyrem, probare non possum. Sed minori sermonis curæ hoc tribuendum, vel ætati, quâ vixit.

Quartus canon præcipit de iis, quæ accusativum formant per EM, & IM. Nam etsi ablativus fiat non ab accusativo, sed dativo, qui-

* lib. 7.

quicum & voce convenit sæpe : tamen ea hic est cognatio , ac similitudo accusativi, & ablativi, ut alter ex altero cognoscatur. Itaque ut tantum *patrem* dicimus per E, sic solum etiam *patre* obtinet : ut tantum *vim* per I, sic duntaxat *vi* : ut per e, & i, *puppem*, & *puppim* ; sic ablativo *puppe*, & *puppi*. Maro III ÆN.

Stans celsa in puppi.

Lucanus in II :

Raptâ puppe minor subducta est montibus Argo.

Atque ut *febrim*, & *febrim* ; sic *febre*, & *febri*. Prius est apud Iuven. sat. x :

Febre caret solâ.

Et sat. XIII :

Præterea lateris vigili cum febro dolorem.

At sæpius sic Martialis. Alterum apud Ciceronem habes ad Atticum lib. VI, epist. IX : *Scripturas te Romam venisse cum febre*. Et alibi apud eum semper. Ut *turrem*, & *turrim* ; sic *turre*, & *turri*. Iuven. sat. VI :

Hannibal, & stantes Collinâ turre mariti.

Et sic dicendum ajebat Plinius in libris suis Dubii Sermonis : ut ex Charisio cognoscere est. At Cicero in quinta Tuscul. quæst. *Dionysius concionari ex turri altâ solebat*. Ut *clavem*, & *clavim* ; sic *clave*, & *clavi*. Iuvenal. sat. xv :

— *Atque unâ portarum clave teneri.*

Varro lib. I de R. R. cap. XXI : *Quæ non possunt esse sub clavi*.

Incertus Poëta in Moreto :

Et referat clausâ, quæ prævidet, ostia, clavi.

Ut *navem*, & *navim* ; sic *nave*, & *navi*. Horat. lib. II, epist. II :

Nave ferar magnâ.

At Cicero in Vatin. *Mercatores è navi egredientes terrere*. Ac similiter Terentius, Prisciano quoque teste. Sed de eo mox pluribus. Etiam ut *strigilem*, & *strigilim* dixere ; sic, *strigile*, & *strigili*. *Strigile* probat Plinius Secundus libro Sermonis dubii, ut Charisius auctor nobis. Posterius est apud Horatium lib. II, sat. VII :

— *An hic peccat, sub noctem qui puer uvam*

Furtivâ mutat strigili ?

Putant quoque, ut *restem*, & *restim* ; sic *reste*, & *resti* dixisse. Prius quidem Iuvenalis usurpat sat. III :

— *Nec reste movendus.*

Et Martialis lib. V, epigr. LXIV :

Putris & abruptâ fascia reste jacet.

Interea tutius *strigili* per I ; *reste* per E usurpatur.

Quinto canone completi student cætera substantiva facientia E,

Z z z z

& I.

& I. Sed plufcula ab iis prætereuntur. Vtraque fecundùm literarum ordinem digeremus.

Affinitati. Venulejus L. xxxix de injuriis : *Nifi ita conjunctus est affinitati.*

Alipedi. Valerius Flaccus lib. v :

Atque hanc alipedi pulfantem corpora curru.

Nifi hoc malis referre inter adjectiva, quia cum *curru* conjungitur.

Anni rejicitur à Frifchlinò in Propofitionibus Grammaticis. At agnofcit Charifius : atque ufus eo Maro I Georg.

Atque illum in præceps pronò rapit ulveus anni.

Quomodo in vet. noftris membranis invenimus, inque fuis exftare obfervavit Pierius. Sed & Charifius, ac Prifcianus, fic legère. Itidem in cunctis Horatii codd. exaratum lib. I, fat. x :

— *rapido ferventius anni* *Ingenium.*

At per E legitur apud Tacitum lib. II Hiftor. *Et eras infula annie medio.* Imò quid apertius illo Horatii lib. IV, od. VI :

Phæbe, qui Xantho lavis annie crines.

Similiter Lucanus in VI ; Martialis non femel ; Claudianus quoque * *verf. 497.* panegyri de VI confultatu Honorii * :

— *Et pronas puppes nunc annie fecundo,*

Nunc redeunte veheb.

† In propofit. Grammas.

‡ lib. I. epif. 17 ad Scævam.

* uti Venetâ anni 1478.

Anguis rejicit idem Frifchlinus † : fed Prifcianus id probat illo Horatii ‡ :

— *Cane pejus, & anguis.*

Attamen hodie in optimis quibusque libris eft *angue*, etiam editionibus antiquis *. Et fanè *angue* dixit Lævius, five, ut vulgo putant, Livius Andronicus :

Cujus ut amplexu tortâ caput angue revinctum.

Item Propertius lib. III, el. IV :

Tifiphones atro fi furit angue caput.

† *verf. 486.*

Et Statius in III Thebaidos † :

Angue ter excuffo.

Assi huc refert Aufonius Popma lib. I de ufu antiqui fermonis, cap. IX : ubi hoc probat illo Lucilii apud Charifium lib. I : *Assi duas ficos.* Sed vel *Affiduas* fcripfit Lucilius, prout apud Charifium legitur vulgò : vel, quod Francisco Duzæ placebat, *Assè duas ficos.* Vt fimile fit ifti Martialis in IX, epigr. LX :

Assè duos calices ermit, & ipfe tulit.

Avi etiam dici, auctor Varro lib. VII de L. L. Sic, Charifio teftè, Cicero de auguriis : *Omnibus avi incertâ.* Etiam Horatius lib. I Carminum od. XVI :

— *Malâ*

— *Malâ ducis avi domum,*

Quam multo repetet Græcia milite.

Quid mirum? quando & *avim* Nævius dixerit. Sæpicule autem hic ablativus apud Plautum est corruptus. Interea *ave* etiam dici, auctores sunt Varro in II de Analogia, & Priscianus in VII. Et sanè, *ave sinistra*, apud eundem Varronem legas lib. VI de L. E.

Cavi, & *cane*, auferendi casu dixisse veteres, Charifius * indicat. * 66. 1. Sed tutius vocali E claudimus.

Civi. Plautus Perfa †:

Summe probus? sum lepidus civis? qui Atticam hodie civitatem

Maximam majorem feci, atque auxi civi feminâ.

Sed & Ciceronis est lib. VII ad Att. epist. III: *Vi nunc in uno civi res ad resistendum sit.* Et lib. XIV ad eundem, epist. XI: *De clarissimo civi.* Utrobique ferè in vulgatis legitur *cive*: sed in cunctis prope antiquis codd. *civi* scriptum est: ut monuit Leonardus Malaspina. Complura loca alia adducit Priscianus in VII: sed quæ suâ quoque ætate ab imperitis corrupta fuisse conqueratur. *Cive* autem liquidò est apud Juvenalem sat. x †:

— *Quid illo cive misisset*

Natura in terris, quid Roma beatus nunquam?

Classi. Maro VIII Æn.

Advectum Æneam classi, victosque Penates
Inferre.

Colli. Lucretius lib. II *:

Nam sepe in colli sondentes pabula læta

Lanigeræ reptant pecudes. Ac mox:

Et veluti in viridi candor consistere colli.

Fine vulgatus est: ac sic dicere jussit Plinius Secundus libro III Dubii sermonis: ut Charifius est testis †. Sed *fini* est apud Agellium lib. I, cap. III; & lib. VII, cap. III; & lib. XIII, cap. XIX. Papi-
nianus quoque usus aliquoties: quod primus observavit Duarenus. Imò multò ante Hir-
tium † ita scripsisse, censet Scipio Gentilis lib. I Πάρις, cap. XXVII.

Manilii quoque est lib. I:

Fini cum visis pariter sua fila moventem.

Terentianus etiam Maurus:

Quem tantum in fini suam heroica metra.

Item: *Namque referre nihil, sit quali syllaba fini.*

Fursari. Plautus Capt. Act. IV, Sc. II:

Tum pictores scrophipasci, qui alunt fursari sues.

Z z z z

Vbj

† Act. 4. Sc.
Cui homini.

† vers. 378.

* vers. 317.

† lib. I, cap.
de anal. in
Amni.

† de bello
Alexandri-
no.

Vbi malim, trajectis vocibus, *Furfuri qui alium sues*. Ut fit Trochaeus; quales versus proximè antecedunt, ac sequuntur.

† *All. 2. sc.*
Quid hoc est
negotii.

† *All. 4. Sc.*

2. *Heaut. act.*

5. *sc. 1.*

† *Menach.*

5. 7.

Fusti suspectum est Emanueli Alvarez. At Plautus Afinarià * ait :

Nihil est : tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum.

Et Capt. † *Fusti plectito*, live, ut est in plerisque MSSis, *fusti pectro* : quomodo Terentius † dixit, *depexum dare* : & Plautus * alibi, *pectere os pignis*. In vet. quoque libris legitur apud Valerium Max. lib. VI, cap. III : *Ignatius Metellas uxorem, quod vinum bibisset, fusti percussam in eremit*. Nili cum Stephano Pighio malis, *fustim in eremit* : ut *fustim* adverbium sit; quemadmodum *mucronatim*, atque alia. Sanè *fustim* in MSSis reperio. Etiam Taciti est in Annal. *Fusti caput ejus affixit*. Et Appukeji IV Met. *Fusti occumbere*.

† I *Geor.*

† 4 *Æn.*

Igni probat Priscianus gemino Maronis † loco : sed utrobique ea vox versum claudit. Proinde certius apertiusque Horatii illud lib. I, od. xxxiv :

— *Namque Diespiter*

Igni corusco nubila dividens.

Ignis est apud Maronem Æn. VIII :

— *Commisit igne tenebris.*

Similiter Iuvenalis sat. xv :

Et minor igne rogi.

Lucani † etiam similem locum Priscianus adducit. Imò sic potius dicendum Plinius * ajebat.

† *lib. 1.*

vers. 50.

* *libri ser-*

monii dubii,

est Charisso

lib. 1.

† *Apud*

Prisc. in 7.

nempe ex

Verrina 6.

† *an. 1476.*

Imbri. Cicero de signis † : *Cum esset vincetus nudus in aère, ut imbri, in frigore*. Quomodo ab Helia Putschio editum. Sed lege, *in imbri*, prout est in vet. membranarum nostris, & veteri editione Venetâ †. Idem Tullius in Frumentariâ, sive Verrina v : *Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumentum in arca corrumpi patiebatur*. Maro I *Geor.*

Nec minus est imbri soles, & aperta serena

Prosperere.

Stadius I *Theb.*

— *Imbri ventoque rigentes.*

Varronis quoque est : *Non querenda bensini, qui virtutem habet, penna in imbri*.

At Horatius lib. I, epist. XI :

— *Romam petit, imbre, lutoque*

Adpersus.

Martial. lib. XI, epigr. xcvi :

Et puerum prohibes divitis imbre lacus.

Labi. Lucretius lib. v :

Nec novitas cibi, nec labi corporis ulla.

Lapidi.

Lapidi. Lucretius lib. I :

Cum lapidi lapidem terimus. —

Vbi tamen membranæ nostræ, *Cum lapidi in lapidem terimus.*

Luci. Idem lib. IV :

— In luci quæ poterit res

Accidere ad speciem, quadrata nisi ejus imago?

Melli. Sammonicus Serenus :

Aut pice cum melli, nitrum, sulfureque, & aceturum.

Messi factâ, apud Varronem, in primo de R. R. Vbi tamen *messe* in nonnullis.

Monti. Varro lib. VIII de L. L. *Qui dicit hoc monti, & hoc fonti, cum alii dicant, hoc monte, & hoc fonte: sic alia, quæ duobus modis dicuntur.*

Mugili probant è Plinii lib. IX, cap. XVII. Cujus inscriptio est, *De mugili.* Sed in ipso Plinio non invenias.

Navi dixit Cicero de suppliciis : *Quò enim tibi navi opus fuit? Et Terentius Andr. **

— Navi fractâ ad Andrum ejectus est.

* *act. 5. sc. 4.*

Et Heaut. †

— E navi egredientem illico

† *act. 1. sc. 2.*

Abduxit ad cenam.

In Hecyra ‡ :

‡ *act. 3. sc. 4.*

Dies triginta, aut plus eo, in navi sui.

Virgilius per E extulit in quinto :

At mediâ Mnestheus incedens nave per ipsos

Hortatur socios.

Atque ita potius dicere Plinius Secundus libris Sermonis dubii jussit, ut auctor Charisius.

Nepti approbat Priscianus : sed veterem non laudat auctorem, quem neque nos invenimus.

Occipiti. Pers. sat. I :

Vos ô patritius sanguis, quos vivere fas est

Occipiti ceco, posticæ occurrite samæ.

Ausonius epigr. XII, de occasione :

— Sed heus tu.

Occipiti calvo es. —

Orbi. Lucretius lib. II :

Cui similis toto terrarum non sit in orbi.

Ita est in veteribus membranæ nostris : quod & de duobus codd. suis testatur Lambinus. Sic idem lib. V :

Pectora, terrarum qui in orbi sancta tuetur.

Sic eadem membranæ ; nec aliter vel Lambinus, vel Giffanius excudit. Etfi in editione Florentinâ à Petro Candido ante seculum recentitâ *, corruptè orbis legatur. Varro lib. III de R. R. cap. V : * *an. 1512.*

Z z z z 3

Aquâ

Aquâ calidâ, & frigidâ ex orbi ligneo. Et cap. XVI : *In orbi rotundo ostendunt.* Charisii * etiam de hoc verba adscribamus : *Orbi, inquit, pro orbe, apud Cic. de Rep. lib. V : Orbi terrarum comprehensos. Sed & P. Rutilius de vitâ suâ quinto : Ex orbi terrarum. Et frequenter Satura ita locutus, ut Plinius Sermonis dubii lib. VII notat : quia consuetudo melior, inquit, quæ facit ex orbe non sine ratione in nomine juri dominis.* Quæ extrema verba corrupta sunt. Fortean scripsit Charisius : *Quæ facit orbi, non sine ratione, a nomine orbis.* Extrema vox dominis corrupta est ex omnis, pertinetque ad versum sequentem : ubi sic legi debet : *Omnis vel omnes.* Sallustius in *Carilina* : *Omnes homines, P. C. qui de rebus dubiis consultant &c.*

Ovi. Varro lib. VII de L. L. *Nam sine reprehensione vulgò alii dicunt in singulari hac ovi, & hac avi : alii hac ove, & ave.* Aghoscit & Sospiter in I, & Priscianus in VII.

Parti. Plautus *Menæchmis* † :

Nequeo, quæ loquuntur, exaudire clanculum :
Satur nunc loquuntur de me, & de parti meâ.

Lucretius lib. I :

Nam quacunque prius de parti corpora cesse
Constitues. Item lib. III :

Vt sensus alios in parti quemque suâ scit

Dissolvi. Et in VI :

Praeterea magni ex parti mare montis ad ejus

Radices frangit fluctus. Et mox :

Ille ex æstiferâ parti venit annis ab Austro.

Cicero in versibus *Arateis* :

— *Parti miscetur in unâ.*

Quamquam Hyginus lib. IV, hunc in modum citet :

Ortus ubi, atque obitus, parte admiscetur in unâ.

Imò & plerique Ciceronis codd. habent,

— *Partem admiscetur in unam.*

Raptaque de dextro robusta repagula postâ

Ossibus illigit medicæ cervicis.

At Lucanus in V dixit :

— *Tum poste recluso.*

Sordi. Lucretius lib. VI :

Visceribus cæcis prope jam, sordisque sepultris.

Sorti quoque rectum. Nec ut ita sentiam, movet me Plautinum
illud *Casina* † :

Si non impetravit, etiam specula in sorti restat mihi.

Nam Gruterus legit, *in sortem* † *st mihi* : quæ lectio proximè accedit
ad

† *Al. 2. Se.*
Qui illum
Dis omnes
Deaque per-
dat.

ad codd. MSS, in quibus est, *infortita est mihi*. At incorruptus est locus iste eâdem Comœdiâ * :

— *Equidem tamen*

Sorti sum victus.

Stercori sæpe est in Pandectis Florentinis : ac Appulejum ita esse locutum, putat Gaspar Schoppius lib. iv. Susp. Lect. epist. xii.

Suppellectili. Cic. Verr. vi : *In instrumento ac supellectili C. Verris*. Est & titulus in Digestis, *De suppellectili legata*.

Vecti. Terent. Eun. Act. iv, sc. vii :

— *In medium huc agmen cum vecti, Donax.*

Tu Simalio, in sinistrum cornu; tu Syrisce, in dexterum.

De veste testis Priscianus in vii. Sed auctorem non laudat.

Ungui est apud Horat. lib. iii, od. vi :

De tenero meditatatur ungui.

Et lib. i, epist. xix :

— *acuto ne fecer ungui.*

Dixeris, ex clausula versus minùs liquere : quia fortasse aliter scripserat Poëta, sanè potuit, cum metrum non repugnet. Primum sic occurritur, constanter ita esse in MSSis, & editionibus antiquis. Præterea Charisius testis est, scripserit ita Licinium Calvum in poemate : *Vaga candida nympa quod fecer ungui*. *Ungue* autem est apud Propert. lib. iii, eleg. ult.

Ungue meam morso sæpe querere fidem.

Et Ovidium, epistolâ Phædræ ad Hippolytum :

Est aliquid plenis pomaria carpere rivis,

Et tenui primam deligere ungue rosam.

Martialem item, cum alibi, tum lib. iix, epigr. xxxiii :

An magis astuti derasa est ungue ministri.

In hujusmodi Poëtæ metri rationem habent. At in prosa veteres præcipuè sonum, & judicium aurium, attendebant : ut superius diximus, cum de accusativis ageremus.

Cæterum antiquiores & alia per I extulerunt : unde in usu remanere nomina adverbialiter usurpata, *vesperi*, & *tempori* : simileque est *luci* ; de quo dictum.

Illud quoque addamus, veteres etiam pro E in quibusdam dixisse V : ut *noctu*, *diu* ; quæ nunc quidem adverbialiter sumuntur, (uti *casu*, *forte fortuna*, similiaque) primum verò ablativi nominum fuerunt : quemadmodum Macrobius lib. i Saturn. cap. iv, luculentis hisce testibus probat. Ennius t :

*Quæ Galli furrim noctu summa arcis adorti
Mœnia concubiâ, vigilisque repente cruentant.*

* *Att. 2. sc.*
Si nunc me
suspendam.

† *lib. 7. An.*
nal.

Vbi

Vbi & *quâ noctu*, & *noctu concubiâ* dicit. Sic idem in x :

Hac noctu filo pendebit Erruria tota.

Item Claudius Quadrigarius Annali III : *Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti.*

Græca in Y S ablativum faciunt integrè in E ; ut *Caye, Atye, Erinnye* : & κατ' ἄσπερον in Y ; ut *Capry, Aty, Erinny*. Vtriusque ex Livio supra adduximus exempla. Ex quibus liquet, rectum esse : *Legi in suppositio Dictye Cretensi*, vel *Dicty*. *Capria condita à Caprye*, vel *Capry*. Sunt qui in ablativo ἀναλόγως magis putent dici, *Capry, Aty, Dicty* ; quia in accusativo sit *Capryn, Atyn, Dictyn* : unde ablativos formant, abjecto N. Verùm ablativi non fiunt ab accusativo, sed dativo : quicum voce conveniunt apud Græcos ; apud Latinos verò in secundâ. Itaque etfi Græci Πάειν dicant, & Æolicè Πάειδα, ac Latini item *Parin, & Paridem* : tamen quia dativo solum est *Paridi*, ablativo etiam solum est *Paride*. Similiter igitur non si accusativus sit *Capryn, Atyn*, eò ablativus sit *Capry, Aty* : sed quia dativus est *Capryi, Atyi*, ablativus ἀναλόγως erit *Caprye, Atye*. *Capry* vero, *Aty*, & similia, ex ablativis illis in E per ἄσπερον fiunt.

Quæstio una superest de *chaos* ; quod cùm quintæ sit apud Græcos, tertiæ fuerit apud Latinos : unde colligunt, ex χάος χάος in genitivo dicendum *chaüs* : ex dativo χάει χάει, esse dativum *chai*, & ablativum *chae*, vel *chai*. Sed longè aliter est. Nam ablativum per O format. Virgil. IV Georg.

Atque Chao densos divinum narrabat amores.

Ovid. XIII Metam.

*Et noctem, noctisque deos, Ereboque, Chaoque
Evocat.*

Lactantius similiter lib. I Instit. Div. cap. V : *Hesiodus non à Deo conditore sumens exordium, sed à chao : quod est rudis inordinatæque materiae confusa congeries*. Nimirum ut Græci dicunt, τὸ ἔλεος, ἔλεος ἔλεος, & ὁ ἔλεος ἔλεος ; τὸ σκότος, σκότος ; & ὁ σκότος, σκότος : ita & Latini interdum in talibus mutant declinationem. Vt cùm Græcis sit ἑρεβος, ἐρεβος, Maro tamen flectit, *Erebus, Erebi* : item à κῆπος, κήπος, Plinius dicit, *cerus, ceri*. Simile igitur est, χάος, χάος, & Latine, *chaos, chai* : unde ablativus *chao*. Idem de *melos* dictum velim. Græcis est μέλος, μέλεος. At Latine non tantum, *dulce melos* ; sed etiam, *dulcis melus*. Vnde, Nonio teste, Pacuvius in singulari accusativo *melum* : ac in plurali Accius, & Varro, *melos* dixere. Quorum exemplo Lactantius, vel alius, hymno de resurrectione ait :

Fitque repercusso dulcior aura melo.

Et

Et discipulus anonymus in vita præceptoris sui S. Eugendi abbatis, ait in prologo : *Dum melo delectatur, aut muscis.*

Imò & Terentianus *melorum*, & Capella *melis* usurpant.

CAPVT XIII.

De nominatio plurali, qui & in EIS, vel IS desinit. Hospita in plurali. Gaulapa. Aplustra, vel aplustria. Majoria cur non dicantur. Bicornor, & bicorporus. Tripectorus. Ossuum, & ossum, pro os. Ossuarium, & ollæ ossuaræ.

SEquitur pluralis, cujus nominativus in masculinis, & femininis est SES, ac quandoque etiam EIS, vel IS. Ac primùm in iis, quæ Græcis in eis contrahuntur. Ut *Syrteis*, vel *Syrtis*; *Tralleis*, vel *Trallis*; *Sardeis*, vel *Sardis*; *Alpeis*, vel *Alpis*. Auctor Priscianus, qui huic probando adducit illud Horatii in primo epistolarum :

Smyrna quid, & Colophon? quid Cræsi regia Sardis?

Nec in hujusmodi solùm hoc locum habet, sed etiam penitus Latinis. De quo auctor nobis Varro in VII de L. L. *Nam sine*, inquit, *reprehensione vulgo alii dicunt in singulari, hac ovi, & avi: alii hac ove, & ave. In multitudinis, hæ puppeis, resteis, & hæ puppes, restes.* In quibus autem terminatio EIS, vel IS habeat imprimis locum, cognoscere ex iis erit, quæ postea de accusativis dicemus.

In neutris, si ablativus singularis exit in E, nominativus pluralis erit A impurum. Sin terminetur ablativus in I, nominativus hîc erit IA. Vnde *hospes, sospes, pauper*, quæ in auferendi casu tantùm habent *hospite, sospite, paupere*, faciunt *hospita, sospita, paupera*. Maro III ÆN.

— *Quo tutior hospita lustris*

Æquora.

Stattus IV Theb.

— *Iterum hospita pandam*

Flumina.

Et I Achill.

— *Hospita sacra*

Discutiam turbæ securus.

Sed *pauper* quidem *paupera* facit: at *locuples, locupletia*; *dives, prius divitia*, unde *ἄ κωνωνῶν dis, ditia*. Nempe ob diversam ablativi terminationem.

Similiter *gausape*, quia in ablativo est *gausape*, ut ostensum antea * ex Lucilio, & Horatio; in plurali non *gausapia* facit, sed *gausapa*: ut ex Ovidio, Persio, Martiale, ibidem comprobatum. Nihil igitur opus recurrere ad *gausapum*: quo unus est usus Cassius Severus.

Excipiunt vulgò *aplustre*, cujus ablativus *aplustri*, pluralis tamen &

A a a a a

aplus-

* Libri superioris c. 38.

aplustra, & *aplustria*. Nimirum non vident, *aplustra* esse à recto *aplustrium*: quod Lucretius usurpat lib. IV *:

Navigia, aplustris fractis, obruiet undis.

Aplustris, inquit, non *aplustribus*. Inde igitur *aplustra*. Lucretius lib. † vers. 555. II †:

Per terrarum omnis oras fluctantia aplustra.

Cicero in Arato:

Navibus absumis fluitantia querere aplustra.

† lib. 3. At ab *aplustre* (quo Lucanus †, & Iuvenalis * utuntur) *aplustria* dixit Cæsar Germanicus in Arateis:

* sat. 10.

Fulgent Argœ stellis aplustria puppis.

Et Silius Italicus lib. x:

— *Laceroque aplustria velo.*

† pte. 337
in script.
Gruer.

Vetus tamen, etsi *veteri* dicitur, *vetera* facit. Ac similiter comparativi: ut *majora*: etsi *majoria* pro eo legas in veteri inscriptione †. Sic *meliora*, *minorora*. Causa, cur hæc excipiantur, est ista, quod usitatiores essent ablativi, *vetere*, *majori*, *meliori*, & similes. Quod aded verum est, ut Charisius propterea negarit, dici, *veteri*, *majori*, *meliori*; in quo eum ratio fugit. At comparativus *plus*, *plura*, & *pluraria* facit; unde *complusura*, & *complusaria*. Gellium vide lib. v, cap. XXI; Charisium lib. I, & Priscianum in III, & VII.

Vulgo, præter comparativos, etiam excipiunt *bicorpor*, *tricorpor*, *tripector*: quæ in ablativo ajunt habere I; ac in plurali nihilominus facere *bicorpora*, *tricorpora*, *tripectora*. Nec negare possumus, hæc in OR exire: quando Accius † *tricorpor* dixit; vetus poëta apud Tullium *, *bicorporum*; Maro † *tricorporis*. Verùm negamus sic solum dixisse. Nam etiam in VS exisle, arguit illud Lucretii in v:

Quippe tripectora tergemini vis Geryonai.

† Eriphylla.
apud Prisc.
in 6.

* lib. 2 Tusc.
quest.

† 6 En.

† Prudentium
lib. 2 ad ver-
sus Symmaco-
abum.

Ac similiter pro *unicolor*, & *versicolor*, *unicolorus*, & *versicolorus* †, legere est. *Bicorpora* igitur, & *tricorpora* fuerint à *bicorporus*, & *tricorporus*.

Pro *ossa* quoque *ossua* dicimus: verùm id hujus loci non est. Neque enim venit ab *os*, quod tertix est; sed ab *ossium*, quod secundæ est; vel ab *ossu*, quod Charisius * quartæ esse ait, ut *genus*. Testatur B. Augustinus in Psalm. CLVIII †, *ossua* pro *ossa* à Grammaticis sui seculi convitiis excipi solere. Quod injuria sanè ab iis factum. Nam apud Terentium quoque legere est Eunuchus †:

Viden' ossium, & cibis quid faciat alienus?

* lib. I.

† al.

ex IIII,

sed non in-

venio istic.

† Act. 3.

† 2.

† fol. 106.

† seqq.

* In Indice

Lucret. voce

ossus.

† an. 1476.

† lib. 1.

Quo de versu Palmerius in Spicilegiis †. At fallitur cum Carolo Langio Obertus Giffanius *, qui divisim legit, *os sumum*. Nihilò rectiùs in vulgatis *otium*: quamquam ita quoque MSSi nostri, & editio vetus Tarvisina †. Vñ voce *ossium* & alii. Nam (ut Charisium † mittam) qui

qui è Plinio sic Varronem loqui docet : ut etiam Attinum, & Pacu-
vium * præteream, citat Priscianus è Gellii lib. xxx : *Calvariaque ejus*
ipsum ossum expurgaverunt inauraveruntque. Qui tamen locus fortasse
non Gellii, sed Cœlii est, cum Caper libello de Orthographiâ scribat,
Cœlium, & Varronem dixisse *calvaria* : quod in loco adducto factum
vidimus. In notis quoque Tyronis, ac Senecæ, reperias †. Quare nec † pag. 96.
imperitiâ factum, cum in antiquo marmore Romæ legere est :

Sed quod ego hæc cerno, mea sunt hic ossua in olla

Condita. Viri hospes, dum licet, atque vale.

Aliæ quoque inscriptiones usurpant ; ut illa Romæ in viâ Carpen-
si † : *Ossua posita sunt.* Et in alterâ Romanâ *, *Hic super ossua, cinerisque*
tuos. Sed & *ossuarium* †, & *olle ossuarie* †, in iisdem invenitur.

† Inscript.
Gruter. pag.
575.
* *ibid.* pag.
375.
† pag. 915.
‡ pag. 626.

CAPVT XIV.

Expenduntur sex canones de genitivis in IVM. Vigilium, hospitium, car-
nificium. *Syncope in genitivis participiorum in NS.* Sontum, Veronen-
sum, marum. Principium, pro principum. *Nebrissenfis error.* Panium
Cæsar, panum *Verrius, neutrum Charisius probabat.* Volucrum, & volu-
crium. Cladum, mensum. Vtilitatum, civitatum, hæreditatum.
Marius Victorinus refellit. Paludium, Fornacium. *De monosyllaborum*
genitivis ne quidem inter veteres convénit. Crucium. Murum, pro mu-
rium, apud unum Tullium. *Trogus à Plinio, & Chariso, immerito reprehen-*
sus, quod parium, & imparium dixerit. Iurium, laudium, fraudium, ex-
tispicium, meretricium, hominium, servitutium, compedium, judi-
cium, virtutum. *Festorum nomina genitivum formabant per orum, &*
ium. *Rectus singularis* milliarium, torcularium, lupanarium. Vulga-
rius, singularis. Alis, pro alius. Vectigaliorum, anciliorum, sponla-
liorum, viridiorum. Conclavium, pro conclave. Poëmatorum, ana-
lemmatorum, parapegmatum, tetrantorum. Tetrans.

Accedamus ad genitivum, qui nunc in VM, nunc in IVM fini-
tur. Ac sextuplicia quidem IVM facere dicuntur. Primum ea,
quæ in ablativo singulari habent I tantum, vel E, & I simul. Quem
canona apud Sospatrum legas in primo, & Priscianum in VII. Ad
eum refer gentilia in AS. Ut *Arpinatium*, apud Ciceronem ad Att.
lib. IV, epist. VII : *Fidenatium*, apud Livium lib. IV sæpius : similiaque
sunt *Capenatium, nostracium, vestracium.* Nam hujusmodi quoque ablati-
vum in I faciunt : cujus causam hanc adduximus, quod integrè prius
dixerint, hic & hæc *Arpinatis, nostratis, atque ita in cæteris.* Ac propter
ea & ab *optimas*, quod prius fuit *optimatis*, in ablativo fuit *optimatis.* Ut
A a a a 2 geni-

* in Alci-
brade.
† Ath. I.
sc. 2.

genitivus sit *optimatum*, quod Ciceroni crebrum. At *optimatum* ὀπτιματων dicit Cornelius Nepos * : similéque *summatum* apud Plautum Pseudolo †. Hanc naturam gentilium in AS imitantur quandoque non gentilia, ac ne adjectiva quidem, nec ablativum in I exeuntia. Ut *militas*, *civitas*. Sed de his canone quarto commodiùs dicitur. Hic potiùs videamus, quæ à superiori canone excipiantur. Cujusmodi sunt comparativi : ut *meliori*, *meliorum*. Neque id mirum, quando in ablativo E usitatus, quàm i foret. Contrà comparativus *plus* tantum habet *plurium* : nempe quia in recto etiam est *pluria*. Similiter *compluria*, & *complurium* dicitur ; etsi Plinius apud Charisium præferat *complurum*. Sed nonnisi cum I veteres videntur extulisse.

Nec comparativi solùm eximendi ; sed alia quoque itidem ablativo in I terminata. Ut, *veteri*, *veterum* ; *inopi*, *inopum*. Simile *memorum*, apud Maronem in XII ; *divitum*, Horatio lib. III, od. XI, & XVI ; *mulgum* Plinio lib. IX, cap. XVII ; *strigilum*, apud eundem lib. XXXI, cap. XI. Adhæc ablativos quidem in I, genitivos tamen in VM impurum claudunt, *uber*, *puber*, *impuber*, *degener*, *congener*, *compos*, *impos*, *bicorpor*, *tricorpor*. At *vigil* non ausim huc referre. Nam substantivè acceptum ablativum facit *vigile* : unde genitivus *vigilum*, itidem sumtus substantivè, apud Maronem in IX. At à *vigili aure*, quod apud Papi-
nium, metuo ne potiùs *vigilum aurium* dicatur. Præsertim cum & substantivè *præfecti vigilum* legatur L. unica. C. de officio præfecti *vigilum*. Fortasse & *hospes* adjectivè olim *hospiti* fecit ; atque inde genitivus *hospitium* ; quomodo in Ætna † legimus, *hospitium furviorum*. Imò in Pacuvii versu ex Ilionâ, apud Nonium in *Cluët*, ubi in plerisque editis, ac nostro etiam MSo legitur :

† vof. 128.

Sed hæc cluëntur hospitum infidelissimi :

in MSis aliis est *hospitum* : atque ita vett. edirt. ut Mediolanensis anni cxcxc : & Veneta Pincii, quæ quadriennio eam antecessit.

Quædam tamen *ium* refugiunt ; ut à *facio* composita. Sic ab *artifex*, quod adjectivè acceptum *artifice* vel *artifici* facit ; unde *artifici pollice* apud Statium ; in genitivo non *artificium pollicum*, sed *artificium* dixerit. Simile *opifici manu* ; non *opificum manuum*, sed *opificum*. Et verisimile est, id fieri, ut differat à rectis *artificium*, & *opificum*. Idem locum habeat in *carnifex* : quod adjectivè sumitur sæpius : unde *carnifices pedes* Silio lib. I : *carnifices epulas*, apud Claudianum in bello Gildonico. Quare sextus casus sit, *carnifice*, vel *carnifici manu* : genitivus tamen *carnificum manuum* ; ut differat à recto *carnificium*. Quomodo *carnificium cribrum* multæ habent editiones Plauti Mostell. act. I, sc. I. Nisi cum Scoppio * malis, *carnificium* esse genitivum, pro *carnificum*. Sed in libris

* Ab. 5 su-
p. 128.
q. 5.

libris plerisque est *carnificium* ; in aliis , *carnificum* ; quod in melioris est notæ MSSis ; nec minùs placet.

Cæterùm in multis eorum , quæ ut ablativum per *i* , ita genitivum per *ium* faciunt , non rarè syncope invenitur. Ac imprimis id fit in genitivis participiorum : quomodo apud Maronem legere est , *cadentium* , *faventium* , *ferentium* , *loquentium* , *monentium* , *navantium* , *potentium* , *precantium* , *quadrupedantium* , *recusantium* , *rudentium* , *sequentium* , *silentium* , *venientium*. Nec in solis participiis invenitur. Nam & Statii est **III** Theb.

— *Æternique fontium*

Supplicia.

Et , ne sic quoque contineam me terminatis in **NS** ; *agrestum* pro *agrestium* habes **I** Georg. *cælestum* pro *cælestium* est **VII** Æn. Et Catulli est * :

Flos Veronensium depereunt juvenum.

* Carm. 103
d. Calo, &
Quintio.

Ita enim emendant juniores. Sed in antiquis editionibus *Veronensium* reperio ; ut pro syncope possis *συνίζησιν* statuere ; qualis in *abvearia* , *femistum* , & aliis id genus.

Contrà sunt quædam , in quibus vix syncopen invenias. Ut in neutris **E** finitis. In his enim raram esse , testatur Priscianus in **VII** , & Servius in **XI** Æn. ubi ait , propterea non dici , *animalum* , pro *animalium*. Durius sanè illud Nævii in bello suo Punico : *Neptunum* , *regnatorem marum*. Quod nemo dixerit orator.

Nec minùs insolens syncope in plerisque adjectivis trium generum sub unâ terminatione. Nec enim , quia dicitur *arocce* , & *aroci* ; *felice* , & *felici* : eò etiam *arocum* , & *felicum* , legas. Neque diffictor , *locupletium* dici , & *locupletum*. Sed fortasse hic nulla syncope. Nam tam à *locuplete* fit *locupletum* , quàm à *locupleti* *locupletium* : ut ad Att. lib. **VII** , epist. **VII** : *In pecuniis locupletium*.

Alter canon genitivorum in **IVM** est de substantivis in duas consonas finitis. Nec temere restringo ad substantiva. Nam & *prudens* , *demens* , *amans* , *concors* , & similia , duabus consonis clauduntur , inque genitivo *ium* faciunt : sed cùm eorum ablativus terminetur in **I** , ad superiorem canona pertinent , ut eorum ratione hoc canone nihil fuerit opus. Sed opus eo fuit propter substantivorum illa , quæ in geminam consonantem exeunt , inque ablativo terminantur secundâ vocali , non tertiâ. Cujusmodi sunt , *mons* , *monce* , *montium* ; *fontis* , *fontis* , *fontium* ; *pars* , *parce* , *partium* ; item *ars* , *gens* , *dens* , *stirps* , *verbs* , *trabs* , & alia. Quin hæc quoque excluderis , si canona concipias de solis substantivis dissyllabis , & polysyllabis. Quæ enim proximè memoravi , monosyllaba sunt , eoque universa sexto canone , qui de monosyllabis est , comprehenduntur. At propria sunt hujus loci , *cohors* , *cohortium* , quod apud

A a a a 3

Cæsa-

* lib. I.

† lib. 7.

Cæsarem in secundo de bello civili; *parens, parentium*, apud Horatium lib. III, od. XXIV; imò & Ciceronem, teste Charifio *, & Prisciano †. Item multa adjectiva substantivè usurpata. Vt *serpens, serpente, serpentium*; *bidens, bidente, bidentium*. Horatius epod. carm. I:

*Vt assidens implumbibus pullis avis
Serpentium allapsus timet.*

Et lib. III, od. XXIV:

Tentare multa cæde bidentium.

Sic *infantium, adolescentium, rudentium, torrentium*. Cujusmodi substantivè accepta, ablativum per E formant.

Cæterum ab hoc canone excipi oportet, *calebs, princeps, confors, hiems, senex*. Et à *capio* derivata; ut, *forceps*, quod à candenti ferro capiendo, quasi *ferriceps*; *maniceps*, quod ex *maniceps*; *municipes*, quod à munere capiendo; *particeps*, ubi origo aperta; & *princeps*, quod ex *primiceps*. Ac pleraque horum differentiæ causâ sic proferri videntur. Nam recti sunt, *mancipium, municipium, principium*, ut mittam grammaticorum *participium*. *Principium* tamen pro *principum* est apud Iustinum lib. I: ut observat Bongarsius. Ac Cuiacius monet, similiter locutum Licinium tit. de Stupratoribus.

Præterea à canone secundo excipiuntur Græca omnia; quæ ut Græce in *ov*, ita Latinè in *um* exeunt impurum. Vt sunt, *Arabs, Æthiops, Cyclops, chalybs, gryps, lynx, sphinx, phalanx*. Eoque valde fallitur Nebriscensis, cum *lynx* putat facere *lynrium*.

Quod verò diximus de exeuntibus in duas consonas, id non accommodandum quibusvis in X terminatis. Nam, ut ex Plinio Charifius ait, dicimus, *silicium, silicium*. Idem citat ex Hortensio pro C. Rabirio: *Cicatricum mearum*. Atque addit, *Hoc emendatè dicitur est. Radix tamen radicium, & cervix cervicium*, facit: ut Plinium quidem tradidisse, idem auctor est. Verùm Fabianus de animalibus: *Radicum genera*. Et Hyginus de agricultura lib. II: *Ab extremis radicum partibus*. Citat Charifius, & addit, *magis hoc cum ratione dicitur*. Ex scriptoribus rei rusticæ, qui exstant, Varro quidem *radicium* habet in primo, & tertio: at *radicum* est apud Columellam lib. III, cap. XVIIII. De monosyllabis in X terminatis canone sexto dicemus.

Tertius canon comprehendit nomina non crescentia in obliquis, quorum rectus exit in ES: ut *nubes, nubis, nubium*; apud Horatium lib. IV, od. II: vel in IS, ut *piscis*, hujus *piscis, piscium*; apud eundem lib. I, od. II. Eoque refer & Græca ex secunda contractorum: ut *syris*, hujus *syris, syrium*, apud Plinium lib. V, cap. IV: *diæcesis*, hujus *diæcesis, diæcesium*, apud Ciceronem lib. III ad famil. epist. VIIII, & lib.

lib. v ad Att. ep. ult. Vel in ER, ut *venter, ventrium*, apud Plin. lib. IX, cap. L. ac similia, *urium, & linrium*; etiam *imbrium*, apud Horat. lib. III, od. XXVII. Sed hoc non minùs ad primum canona refertur, quia ablativus in *i* exit.

Ab hoc canone excipiuntur *vates, vatium; canis, canum; panis, panum*. Sed de tertio hoc dissentiunt veteres. Charisium audiamus in primo: *Panium Cæsar de analogia libro secundo dici debere ait. Sed Verrius contra. Nam i detractâ panum ait dici debere. Neutrum autem puto posse dici, quia de iis est nominibus, quæ cum pondere, numero, mensurâque consent, semper sint singularia.* Sed Verrius etiam Priscianus assentit in VII. Charisii verò argumentum & in se admodum est infirmum, & eo minoris ponderis, quia *panes* in plurali dixit Varro in vita populi Romani*: & apud Martialem lib. XII, epigr. XLVII lemma est, *panes Picentini*. Etiam excipiunt composita ab *oleo, indoles, suboles, proles*; quod *prolum* facere, ait Martianus Capella in tertio. Sed tria hæc rarè in pluralivo invenias: qua de re diximus † in femininis singulari solùm, aut vix aliter, usurpatis. *Iuvenis* quoque *juvenum* facit. *Volucris, volucrum, & volucrium*. De quo sic Charisius in primo: *Volucrium, Cicero de finibus moralium & bonorum; nec non & Fabianus Naturalium causarum libro II, & III. Volucrum, Mæcenas in dialogo II, & consuetudo, ut ait Plinius.* Sanè *volucrium* etiam ait Varro lib. I Rei Rust. cap. XXXVIII: *Stercus optimum volucrium*. At *volucrum* cùm Maro, & Martialis; tum Plinius lib. X, cap. LXI: *Volucrum animal parit vespertilio tantum*. Itemque alibi †. Etiam *apum, & apium*, dicitur. Prius est apud Columellam lib. IX, cap. III, & IX, & Plin. lib. XI, cap. VII, & IX. Altero usus Varro lib. III rei R. cap. XVI, Columella lib. IX, cap. III, VI, & XI. Itidem Ovidius Met. XV:

Mellisferarum apium sine membris corpora nasci.

Iuvenalis sat. XIII:

Examenque apium longâ considerit uvâ.

Et Boëthius de Consol. philos. lib. III, metro VII:

Apiumque par volantum.

Crebra autem est syncope in iis, quæ ad tertium canona pertinent. Ut apud Silium lib. I:

Turbine mox servo venientum haut infcia cladum.

Et in IV: *Exoritur rabies cædum, ac vix tela furori Sufficiunt.*

Sic *mensum*, pro *mensum*, apud Ovid. v Fast. & VIII Met. fab. II, & Senecam act. IV Theb. Ut mittam Lactantium, vel alium, sed gentilem, in Phœnice, Honorium Fortunatum, ac juniorum poetarum alios.

* apud Nonum.

† lib. superior cap. 42.

‡ ut lib. 3. c. 11.

alios. Nec, qui profa utuntur, his penitus abstinent. Nam, Prisciano teste, Cicero pro Sextio dixit: *Venerarum sedum, templorumque causa*. Et ut potissimum insistam memorato *mensium* vocabulo, apud Censorinum in MSS codd. quos Carrion secutus, cap. xx legitur, *duodecim mensium*: & rursum, *decem mensium*: item, *extremis partibus mensium*: & cap. xx. *mensium genera duo*: item semel iterumque, *mensium nomina*, & alibi item: quibus omnibus locis corruptè ab Elià Vineto *mensium* editum est. Quin Paullus quoque I. C. lib. singulari de Cognitionibus ait: *Vbi lex duorum mensium fecerit mentionem*. L. cr. D. de divers. reg. juris antiqui. Ita enim in multis codicibus ibi legere est. Imò Brissonius Παρέγων libro singulari, observat, sic plurimum legi in juris libris: semper verò in codice Theodosiano.

Ad quartum canona pertinent polysyllaba in AS: ut *militas, civitas, hereditas*. Livius lib. XLV: *Responsum ab Senatu est, Rhodios neque utilitatum Græciæ, neque curâ impensarum pop. Romani, sed pro Perseo legationem eam misisse*. Ibidem: *Tam civitatum, quam singulorum hominum mores sunt*. Item, *Prædam Epiri civitatum*, dixit. Charisius quoque citat ex Cornuti, ejus qui Perfi præceptor fuit, lib. x de Virgilio ad Silium Italicum: *Iamque exemplo tuo etiam principes civitatum, & poetæ incipient similia fingere*. Ac similiter Porcius Cato apud Diomedem in primo: *Leges nervos esse civitatum*. Ita enim in melioribus libris legitur. Et Iustinus initio lib. IX: *Sollicitatus paucarum civitatum direptione*. Censorinus quoque cap. xx libri de die natali: *Diversarum civitatum conferens tempora*. Ita in MS codice legitur, ac rectè à Carrione editum: pro quo Vinetus *civitatum*; credo, quia alterum illud librariorum esse errorem suspicabatur. Atqui saltem ejus meminisset, quod scribit Varro lib. II de Analog. *Quod in patrio casu dispariter dicuntur civitatum, parentium; & civitatum, & parentium*. Iustinus lib. III: *Communia civitatum auxilia*. Ac similiter inscriptiones veteres, una Tordæ ad Boarium: CIVITATIVM VOLMERII ET PETOVII CVRATORI: altera Firmi in Piceno: DANVVII ET CIVITATIVM DVARVM. Parque in aliis ratio est. Vellejus lib. II: *Qui favore omnium hominum, etatis, ordinum, exceptus sit*. Iustinus lib. XIII: *Calamitatum necessitas fuit*. Et lib. XVII: *Opesque affinitatum auxilio magnas paravit*. Hereditatum est in Pandectis; itemque in veteri inscriptione prope Farfarum fluvium in Sabinis. Etiam facultatum, & hereditatum, in iisdem Digestis legas. Ob tam multa hæc, miror Marium Victorinum scribere libro I*: *In eo, quod est amans, adjicienda est I litera in genitivo plurali, siquando sunt participia, aut ex participiis figurata: ex nominibus autem nusquam, ut etas,*

* extremo
capituli de
orthogr.

et. as, & similia. Negat igitur, dici *atatum*, *civitatium*, *utilitatum*, & similia; planè contra præstantium scriptorum mentem.

Præter polysyllaba in AS alia quoque ad canona quartum pertinent. Ut *palus*, & *formax*. Columella lib. III, cap. IX: *Ex limo concretarum paludium emergere*. At Mela lib. III, cap. III: *Paludium Suevia, Mæsia, & Melsiagum maxime*. Plinius lib. xxxiv, cap. x: *Camæris lateribusque formacium est*. Et alibi sæpe. At idem quoque *formacium* dixit lib. xxxv, cap. xiv. Referunt huc quoque, quæ in genitivo habent *itis*, penultimâ longâ. Ut *Sammium*, apud Livium in VII: *Quirium*, apud eundem in x, & Horatium lib. I, od. I. Sed hæc olim in recto habuere, hic *Quiritis*, *Sammis*: eoque ad canona tertium liceat referre. Vti & *caro*, *carnium*. Nam olim fuit hæc *carnis*, hujus *carnis*.

Quintus canon est pluralium tantum. Sed de his ex ἀναλογία iudicium faciendum. Nam *manes*, facit *manium*; quia singularis esset *manis*, hujus *manis*, unde *immanis*; ut ad tertium canona pertineat. Sic ex *foris*, harum *forum*. Nam syncope est in *forum*; quo usus Plautus Curcul. act. I, sc. III. Item *vires*, *virium*; quia rectus *vis* ex *viris*, itidem per syncopen. At *tres*, *trium*, ut τρεῖς, τριῶν. Excipiunt *procerum*, *Lucerum*, *Celerum*. Sed recti eorum sunt, *procer*, *Lucer*, *Celer*. Ut similia sint, ac *carcer*, *carcerum*. Vnde de cæteris facilis conjectura.

Sextus canon est de monosyllabis, non omnibus, sed plerisque. Nam *os* facit *ossium*; at *flos*, *florum*: *nox*, habet *noctium*; sed *vox*, *vocum*: *mus* item *murium*; at *thus*, *thurium*. Ob hanc varietatem veteres non statuere de monosyllabis certum canona. Itaque Charisius ostendit, fuisse olim de multis dubitatum. Quod illa pertinent: *Pacium*, *an pacium*; & *lucium*, *an lucum*, dubitari etiam nunc ait Plinius: *quoniam nec finitionem ullam in monosyllabis, inquit, Grammatici tentaverunt. nam ut fax, sex, nux, crux; rex, lex, sine I genitivo plurali sunt dicenda: ita contra nox, falx, arx, lanx, cum i pronuncianda sunt*. Cæterum de totâ hac re, ita statuo. Monosyllaborum alia sunt Græca, alia Latina. In prioribus est VM impurum. Nam ut Græci Φρυγῶν, Θρακῶν; ita nos *Phrygum*, *Thracum*. In Latinis attenditur terminatio. Si ante X finale præcedat consona, iudicium de iis faciendum ex canone secundo: quo traditur, duabus consonis clausa facere *ium*. Quod Charisius pronunciat de tribus illis, *falx*, *arx*, *lanx*. Ac par ratio in *calx*, *merx*. At eorum, ubi ante X vocalis ponitur, aliqua habent *ium*: ut *nox*, *nix*, *fauz*, *crux*. *Faucium* crebrum est Plinio*. *Crucium* est apud Tertullianum in Apologetico: utcunq; Charisius *crucium* dicere præcipiat. *Trucium* etiam dicitur. Sed hoc ad primum quoque canona pertinet.

B b b b b

tinet,

*lib. 21, cap. 21, l. 22. c. 9
l. 26. c. 4

tinet, cùm ablativus sit *truci*. At longè plura habent *um* impurum : ut *rex, lex, grex*, inusitatum *prex, vox, dux*, inusitatum *frux*, unde *frugum*; *nux*, unde *nucum*, Plinio lib. xv, cap. XXI I. Quædam etiam non temere in genitivo plurali reperias : ut *pax, fax, fex, pix, lux*. Fortasse nec *plebs* : etsi Prudentii sit in Romano :

Scribas & ipsas, & coronam plebisum.

Hæc de finitis in X.

Exeuntia in liquidam variant. *Mel, fel, sol*, destituuntur genitivo plurali. *Ren, venum* facit Plinio lib. XIX, cap. II, III, & alibi sæpe. A *par* est *parium* : etsi aliter Charisio visum; de quo mox dicam. Item

* lib. 2 de
Leg. 3.
de Nat.
Deor.
† lib. 28, cap.
ult.
‡ arm. 34.
* lib. 1. sat.
8.

Lar habet *Larium*; quod apud Ciceronem *, & Plinium † : apud Varronem tamen lib. VIII de L. L. vulgò legitur, *Mariam, matrem Larium*. *Fur* facit *furum* apud Catullum ‡, & Horatium *.

Etiam trisyllabos habent genitivos quædam in AS : ut *as affium, mas marium, vas vadium*. In ES, ut *bes bessium*. In IS, ut *lis lissium*, apud Horat. lib. III, od. XIV; *glis glirium* apud Plautum, teste Nonio; *dis, disium; vis, virium*. In OS, ut *cos, coctum; dos, dotium*, apud Iurifconsultos; *os, ossium*; nam *ossium* apud Appulejum $\alpha\sigma\sigma\eta\mu\alpha$ factum. Quare ad instar *ossium*, si necessitas jussit, *orium* potius, quàm *orum* dixerò. Plura de hoc dicam libb. de Vitiis Sermonis tom. 2. In VS, velut *mius, murium* : ut apud Plinium lib. x, cap. XLV, *murium fetus*. Ac similiter idem lib. XI, cap. XXXVI, & alibi. Cicero tamen, Charisio teste, in II de Nat. Deorum scripsit : *Nec enim homines murum, aut formicarum causâ, frumentum condunt*. Sed solus ita locutus esse Tullius videtur; & fortasse semel duntaxat. Ideo sic de eo apud eundem Charisium Plinius in sexto Dubii sermonis (Murium Cicero) pro *murum* : *quoniam non ut fures, furum, & mugilum, & celerum dicimus; ita murum censere debemus*. Addit deinde hanc discriminis causam, quia *murium* sit à recto in S : *furum* sit à recto in R. Atqui, inquit Plinius : *Quæcumque R littera nominativo singulari sunt terminata, oportet ea genitivo plurali VM, non IVM recipere*. Hinc colligebat Plinius, *par* quoque facere *parum*, & ejus composita *imparum, comparum, disparum*. En verba : *Itaque Trogum de animalibus libro x, Parium numerorum, & imparium, non recte dixisse: sed parum, & imparium*. Miror tam levi argumento à Plinio, & Charisio, damnari Trogum. Nec enim verum est, omnia in R exeuntia facere VM; sed substantiva duntaxat, quæque ablativo habent E : ut *salax, salare, salarium; cadaver, cadavere, cadaverium; arbor, arbore, arborum; turtur, turture, turturum*. At adjectiva, vel alia etiam in ablativo habentia I, finiuntur in IVM : ut, *calcar, calcari, calcarium; par, pari* (hoc enim usitatus esse

esse diximus *) *parium* : velut *impari*, *imparium*. Vt mittam, quòd veteres * *cap. sup.*
hic *paris*, hujus *paris* dixere : unde *parium*, iuxta canonem secundum.

Alia verò sunt monosyllaba literà S clausa, quæ habent VM impurum. In ES, ut *pes*, *pedum*. Cujus exemplum & composita sequuntur. Cicero pro Domo suâ : *Hoc ministro omnium, non bipedium solum, sed etiam quadrupedum neq. iussu*. In OS, ut *mos*, *morum*; *flor*, *florum*. In VS, ut, *thus*, *thurum*; de quo auctor Charisius : *crus*, *crurium*; quod legas apud Maronem in III Georg. & XI Æn. Senecam epist. xcv, & Appulejum, lib. IX, ex Lipsii † restitutione, *ἄ τμήσιν crurium* † de cruce lib. 2, c. 24. † apud Charis. in I. * art. 2. sc. 4.
ait *fragium*, pro *crurifragium*. *Iurum* ait Cato in VII Originum † : *Iurum, legumque*. Plautus tamen *iurium* dixit Epidico *. Sed utrumque insolens. Vnde Charisius : *Namero plurali tantummodo per nominativum, & accusativum, & vocativum declinatur : ut maria, rursæ, aræ, jura*. Potius tamen dicendum *iurum*, quàm *iurium*; *rurum*, quàm *rurium*; *erum*, quàm *erium*. At dispar ratio in *maria* : quod addit Charisius. Quid mirum ? cum *mare* sit dissyllabum, priora autem monosyllaba : priora item ablativum in E faciant, *mare* in I.

Vnum monosyllabum habet. O ante VM : *bos*, *bonum*, sive *ἄ οὐνοπιῶν* ex *bovium*, sive ex Græco *βοῶν*. Duo habent V, *fus*, *sumum*; *grus*, *gruum*. Vtrumque apud Plinium, & rei rusticæ scriptores.

Laus facit *laudum*. Virgil. III Georg.

Tantus amor laudum, tantæ est victoria curæ.

Atque ita veteres semper : ut non sequendus sit Sidonius Apollinarius, carmine XXI de Narbone :

Nam quod carmine pro tuo rependo,

Hoc centesima laudum tuarum est.

Muretus tamen Philippica II reperit in codice MSo, atque ita etiam in Philippicarum suarum editione expressit : *Se æmulum mearum laudum existuisse*. Mihi unicus codex non tanti sit, ut sequi auserim.

Sic *fraus*, *fraudum* : etsi Appulejus *fraudium* dicat, cum alibi, tum lib. v Met. *Facinorose mulieres, destructis gladiis fraudium, simplicis puellæ paventes cogitationes invadunt*.

Imò Carolus Langius in sua Officiorum Ciceronis editione lib. I I sic expressit. *Fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium*. Ac in annotationibus monet simile esse *fraudium* Philipp. I I de quo dictum.

Sex quos canones ponunt excussimus. Sed præter ista invenias nonnulla per *ium* prolata; attamen haut temere imitanda; pleraque etiam controversa. Accius Medea * :

Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit.

Scio, *extispicium* scribere cum alios, tum H. Stephanum in Col-

B b b b 2

lectione

* apud Non. in Extispices.

lectione fragmentorum Poëticorum. Sed *extispicium* est in nostris membranis, aliorumque MSSis, & editione Aldinâ, & antiquiore hac Mediolanensi. Eamque lectionem etiam Hadr. Junius, & Mercerus expressere. Itidem Plauti est *Casmâ* * :

* *alb. 3. c. 3.*

Non maroniarum officium est, sed meretricium.

† *lib. 5 An-
tiquarum
Lectionum,
cap. 1.*

Vt quidem eum locum princeps restituit Lipsius †. Eodemque modo Bacchidibus loqui Pistoclerum, observat Duza in quæstionibus Plautinis lib. I I, cap. xx. Est & apud Sallustium Iugurthâ: *Neque quisquam hominum satis placebat. Hominum* quidem, pro *hominum*, le reperisse in fideli exemplari, cum annotatione in margine, quæ omnem mendæ suspicionem tollat, scribit Iosephus Scaliger ad Ætnam Severi. *Servitutum*, & *compeditum*, dixit Plautus Perfa, act. I I I, sc. Curate isthuc intus. Quamquam pro *servitutum*, quomodo & Scaliger, ac Colerus legunt, corruptè edi soleat, *servitricium*. *Indicium*, pro *judicium*, in membranis Vegetii esse, scribit Godscalcus Stewechius: quod ipsum est L. I I. C. De officio comitis sacri palatii; & in L. nulli. C. de officio Rectoris provinciæ. Paullini est epist. I ad Aufonium:

Magister hic virtutum.

Fortasse autem & hujus quodammodo generis sit, quod Lucretius lib. VI, & Maro VIII Æn. *alictum* dicant. Nempe ἀρχαῖος pro *alictum*, uti hoc pro *alictum*. Veteres enim pro I frequentabant V: unde illa, *optumus, maxumus*. Alii in *alictum* V inferi dicunt per epenthesein. Sed seu I, seu V interponatur, epenthesis erit.

‡ *lib. I Sat.
cap. 4.*

Quædam etiam nomina tertiæ facere dicuntur genitivum in *orum*. Nam, ut Charifius ait lib. I, & Phocas in Arte, non solum dicitur, *Saturnalisum, Lupercalisum, Floralisum, Compitalium, Terminalium, Liberalium*: sed etiam, *Saturnaliorum, Lupercaliorum*, atque ita in cæteris festorum nominibus. Quod ita esse, probat Macrobius ‡ auctoritate Sallustii, Masurii, Verrii Flacci, Iulii Modesti, & Valerii Antiatii. Ac similia habet Nonius Marcellus, cap. de mutata declinatione, & Priscianus in septimo. Quæritur igitur, utrùm hæc sint declinationis tertiæ, an secundæ. Communis est opinio, ad tertiam pertinere. Et pro hac sententia sunt duo ista. Primum quod in recto singulari dicitur, *Agonalis, Furinalis, Floralis*: unde Ovidio *, *festum Florale: Furinales ferie* †, & *Agonales dies* ‡ Varroni: atque ita in aliis. Deinde quod dativus in *bus* terminetur: ut illo Martialis *:

* *lib. 4 Fast.*

† *lib. 4 de*

L. L.

‡ *lib. 5 de*

L. L.

* *lib. 6. ep.*

24.

Saturnalibus ambulat toratus.

Sic apud Ciceronem, Iuvenalem, alios est, *Quinquartia, Quinquartium, Quinquartibus*. Sed corrumpit hæc sententia, si dicatur, duos fuisse rectos singulares; in E unum, alterum in V M: à rectis *Florale, Agonale*,

nale, Saturnale, esse horum *Floralium, Agonalium, Saturnalium*: à rectis *Floralium, Agonalium, Saturnalium*, esse *Floraliorum, Agonaliorum, Saturnaliorum*. Dixeris, rectos in ALIVM non esse in usu. Sed sufficit, si fuerint: quod ἀνωλογία verisimile facit. Par enim ratio videtur, ac in *alvearium, & alveariorum*: at illud ab *alvear*, vel *alveare*; hoc ab *alvearium*; quorum utrumque apud Varronem in libris de R. R. Item apud Iurifconsultos non solum *exemplar*, sed etiam hoc *exemplarium* * legas. Ab illo sit horum *exemplarium*; ab altero, *exemplariorum*. Et Cicero nunc *milliare* †, nunc *milliarium* dicit: ut in Bruto; *Cum plebes prope ripam Anienis ad tertium milliarium confedisset*. Nec *torcular* solum, vel *torcular* dicitur, sed & *torcularium*: ut apud Catonem de R. R. cap. XVIII: *Torcularium si edificare voles*. Item *lupanar, & lupanarium*: ut L. XLIII. D. de ritu nupt. *Quæ in lupanario se prostituit*. Et L. XXVII. D. de hered. petit. *A lupanario perceptæ pensiones*. Sic *vulgaris, & vulgaris*: ut apud Agellium lib. XVI, cap. v, *vulgariam traditionem*. Item, *singularis, & singularis*; quo Turpilius utitur apud Nonium. Etiam *alis* veteres dixere pro *alins*. Vt Catullus de coma Beronices:

Anne bonum oblita es facinus, quod regium adeptæ es

Conjugium? quod non fortior aut sit alis?

Ex his verò etiam statuere liceat de similibus genitivis. Qualis est *vectigalium*: quo frequenter pro *vectigalium* est usus Macrobius. Nec tantum id dictum velim de iis, quæ in *ale* vel *al*, exeunt: sed aliis quoque; quale est *ancilium*, pro *ancilium*, apud Horatium lib. III, od. v:

Ancilium nominis, & togæ,

Oblitus.

Adhæc *sponsalium*, pro *sponsalium*, apud Suetonium in Augusto, cap. LIII. Item *viridiorum*, pro *viridium*, apud Macrobius †. Et *conclavium*, pro *conclavium*, apud Vitruvium lib. VII, cap. v. Posteriùs à *conclave*; unde *conclavibus* apud eundem lib. VII, cap. v. Alterum à recto *conclavium*: quo usus Plautus Aulul. Act. III, sc. II. Sic *man-tele* & *mantelium*.

Neutra quoque in MA, à Græcis venientia, utramque terminationem admittunt. Nam, ut autor est Charifius lib. I, dicimus *poëmatium, & poëmatiorum*; *diadematum, & diadematorum*; *diplomatium, & diplomatiorum*; *ceromatium, & ceromatiorum*. Idem eopse libro ait, Varronem assidue dicere *poëmatiorum*, ac Ciceronem quoque pro Gallio sic locutum. Sed & Q. Lælius ex principibus Grammaticis librum suum sic inscripisse, *De vitii virtutibusque poëmatiorum*. Et Accium similiter dicere Didascaliorum nono: *Nam quam varia sint genera poëmatiorum, Babi, quamque longè ab aliis distincta, nosce*. Alia quoque in

* L. 47. ff. de leg. 2. item l. 10. ff. de testam. aper. † Cic. ad Att. lib. 6. epist. 1.

† lib. I Sat. cap. 4.

MA similiter excuntia apud Vitruvium invenias : ut lib. IX, cap. IV : *Umbrarum enim aequinoctialium magnitudinibus designantur analemmaorum formae*. Pro, *analemmaorum*. Et ejusdem libri, cap. VII : *Hipparchus, Aratus, ceterique ex Astrologiae parapegmatum disciplinis invenerunt. Pro parapegmatum*.

Mirum verò, quòd Vitruvius etiam *tetrantorum* dixerit. Sic enim scribit lib. III, cap. ultimo : *In singulis tetrantorum actionibus*. pro, *tetrantum*. Est verò à *tetrans*, quod idem ac *quadrans* : atque ut à *quatuor*, *quadrans*, sic à τετρας * *tetrans* factum est. Est enim *tetrans* idem quod τετραπύραλον. Et sanè Vitruvius ipse *tetrantibus* in dandi casu ait lib. X, cap. XI : *In capitibus circino dividuntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor*. Festus quoque in *Naucum* ait, *glossematorum* scriptores : & voce *Ocrem* citat *Attejum Philologum* in libro *glossematorum*.

Mirum quoque, quòd & *olerorum* pro *olerum* dixere, ut Nonius ostendit illo Lucilii fat. XV :

Tintimabulum abest hinc, firpiculeque olerorum.

Vt verisimile sit, non solum dixisse *olus*, *oleris* ; sed etiam *olcr*, vel *olrus*, *oleri*.

De Græca terminatione *ôn*, res nota : ut Varronis *hebdomadôn libri*, apud Nonium : *epigrammatôn* apud Martialem. Similiaque *metamorphosôn*, *harsesôn*.

C A P V T X V.

De dativis pluralibus. Antiquitus in BOS exhibant. Babus, & subus. Quinquatrus, & quinquatria. Quinquatribus, & quinquatriis. Neutra in MA dativos per IS efferre ; nec recte tales pro obsoletis à Riccobono haberi. Græci dativi, & ablativi, Latinis etiam in SIN terminati. Boëthuntes Turpili.

Veteres in dativo, & ablativo plurali, BOS pro BVS usurparunt : unde *navebos*, pro *navibus*, legere est in columnâ rostratâ C. Duillii. Nempe O pro V eo extulere sæculo : unde & *consol*, & *ollorum*, & *captom*, inibi legitur, & apud Comicos *servos*, *Davos*, *lexcentâque* hujusmodi.

Bobus, & *bubus*, contracta sunt ex *bovibus* : quod integrè, sed præter morem veterem, in farragine epistolarum S. Winfrid cognomento Bonifacii, aliorumque à Serrario editarum, usurpatur epistolâ centesimâ. *Bobus* est apud Horat. od. II, lib. Epod. ubi tamen *libri* alii *bubus* ; unde *babulcus* : sed hoc, contrâ quam in *bubus* fit, primam corripit : uti apud Maronem Ecl. X :

Venit

Venit & opilia, tardi venere bubulci.

Ita legendum docet Pierius : etsi pro *opilio* quidam codd. habent *opilio* ; & pro *bubulci*, *subulci* : quod ipsum est à *subus* : id autem ex *subus* factum ξ συγκλιω ; ut à *bovibus*, *bobus*. *Subus* integrè dixit Cicero in v de Fin. ac similiter editum apud Varronem lib. 1 de R. R. cap. xxxvi. In MSo tamen *subus* reperit Giffanius. Eo usus Lucretius lib. vi :

*Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne
Vnguenum. nam fetigeris subus acre venenum est.*

*At contra nobis cœnum teterrima cum sit
Spurcities, eadem subus hæc jucunda videtur.*

Sive, ut Lambinus edidit ;

— *subus hæc res munda videtur.*

nampe insertâ syllabâ *Res*. Sanè in nostris etiam membranis est, *subus hæc munda videtur*. Vulgatam tamen immeritò exagitat Lambinus. *Subus* etiam est apud Varronem lib. 1 de R. R. cap. xxxviii. *Bubus*, ac *subus*, ut *fiam pingues*. Vbi, uti & lib. 11, *subus* in veteribus libris se reperisse, fatetur P. Victorius. Est & *subus* apud Festum in *Sucula*. Cæterùm in allato Lucretii loco *subus* ex *subus* fit ξ συγκλιω : alioqui enim princeps syllaba produceretur ; ut in *bubus* sive *bobus* Lucretio *, & Horatio †. Aulonius etiam in *bobus* priorem corripit ; ubi itidem $\sigma\upsilon\kappa\lambda\iota\omega$, non $\sigma\omega\acute{\alpha}\rho\epsilon\sigma\iota\varsigma$: quæ syllabam facit porrectam.

* lib. 6.

† epod. od. 2.

Quinquaribus, & *quinquatrius* dicitur. Posteriori usus Cicero ad famil. lib. 11, epist. xii, & Augustus in epistolis, Suetonio auctore *. Si Diomedem audimus, fuerit hoc à recto *Quinquatria*. Sed potius censeo, esse à *Quinquatria*, *quinquatriorum* : quem genitivum Priscianus agnoscit in septimo. Nempe ut *Saturnalia*, *Saturnaliorum* dixere ; de quo superius actum. At *quinquaribus* vel est à *quinquatria*, *quinquatrium* ; ut *Saturnalia*, *Saturnaliuum*, *Saturnalibus* : vel à *quinquatus*, ut à *fructus*, *fructibus*. Nam festum hoc & *Quinquatria*, & *Quinquatus* vocabatur : ut ex Varrone †, Cicerone ‡, Ovidio *, Gellio †, Festo ‡, & aliis constat. Imo *quinquatus* etiam dixisse, auctores nobis Sosipater, & Priscianus. Sed uti eo non ausim ut dixi lib. 1 de Analogia cap. xlii.

* in Augusto, cap. 70.

† lib. 5 de

L. L.

‡ ad Anticum lib. 90

ep. 15

* 6 F. ff.

† lib. 2. c. 21.

‡ in Quinquatus.

Neutra in M A duplicem habent terminationem : unam *ἀναλόγως*, in A T I B V S ; ut *poëmatibus* Ciceroni lib. 111 de Offic. *diplomatibus* Suetonio in Augusto, cap. 6. alteram verò in A T I S, ad modum primæ & secundæ declinationis ; ut *poëmatis* Plauto in *Afinariâ*. Simileque *schematis* ; quo exemplo utitur Diomedes in primo. Antonius tamen Riccobonus, in paraphrasi Rhetoricorum Aristotelis *, eos,

* lib. 2. c. 22.

qui

qui *enthymematis* audent dicere pro *enthymematibus*, pari putat jure posse usurpare *enthymema*, *enthymemæ*, & *enthymematum*, *enthymemati*. Ac rectè videt illa in M A utroque hoc modo inflecti solere. Si enim primum inclinandi ordinem spectes; Pomponii est in Satyra, *Diademam dedit*. Plauti in prologo Amphitry. *Cum servuli schema*. Sive consideres alteram feriem inclinandi; *diplomatatum*, *ceromatatum*, & alia, veteres dixere, ut superius ostensum. Verùm enimvero, quod Riccobonus credidit, jam rancidæ hæc & obsoletæ esse antiquitatis, id verò mihi aliter videtur. Sive enim primam declinationem attendas, sive secundam; invenias & quædam ejusmodi, apud mediis, & labentis ævi scriptores; quæ ostendunt, neutrum penitus obsolevisse. De primo, mitto Appulejum dixisse, *candidam diademam*, & *diematibus explicatas*: insistamus ævo Julii, & Augusti: Laberii est in Cancro, *Pythagoream dogmam doctus*. Ac ne Poëticum hoc dicas, Vitruvii est lib. IX, cap. III, *ad facomam peudere*: quo de loco dictum nobis lib. I Oratoriarum institutionum, cap. I. Etiam proximi huic ævi scriptor Tranquillus ait in Tiberio, cap. XLIII: *Ne cui in operâ edenda exemplar impetratæ schemæ deesset*. De secunda declinatione, fidem fecerint Varro*, atque ipse Cicero†: qui *poëmatatum*, pro *poëmatum* dixere. Verùm fanè, ut obsolevisset casus alii, nihil tamen prohibet, quo minus mediis etiam optimique ævi scriptores certis in numeris, aut casibus, inclinationem retinuerint antiquam. De dativo quidem in T I S exeunte id certissimum mihi videtur. Nec enim esse inter ea, quæ squalle senioque sunt oblitterata; argumento est, quòd (Prisciani verbis utor è lib. VII) *Cicero frequenter in Verrinis torumatis dicit, & peripetasmatis, & emblematis*. In libro de signis ‡: *Nunc de peripetasmatis, quemadmodum te expedias, non habes*. Idem in eodem: *Scapha cum emblematis*. Idem* ad Herennium in IV: *De orationibus aut poëmatibus; quamvis neutro genere hoc ubique ille profert*. Hactenus Priscianus; cui de voce *peripetasmatis*, etiam subscribit Cledonius. Imò Ciceronis quoque est Philipp. II: *Conchyliatis Cn. Pompeji peristromatis*. Sed & Varro nem itidem lib. IV de utilitate sermonis, *ænigmatibus* dixisse pro *ænigmatibus*, scribit Charisius lib. I. Atque idem auctor est nobis, Varro nem inscripsisse librum suum *de poëmatibus*: & Annæum Florum ad Hadrianum Cæsarem scribere, *Poëmatibus delector*. Gellius lib. XVII, cap. XXI: *Poëmatibus claxum*. Similiter Plinius lib. XXIX, cap. VI: *Glaucomatis medentur*. Lib. XXI, cap. I: *Emplastris etiam maxime albis, & malagmatis miscent*. Et ejusdem libri cap. X: *Carcinomatis cum æva Taminiæ*. Etiam Appulejus lib. XI Met. *Tunc cuncti populi tam religiosi, quam profani, vartos onustas aromatis, & hujuscemodi supplicius, certatim congerunt*.

Quin,

* Charisius.
† pro Gallie.
teste Charisio
lib. I.

‡ sive Verr.
6.

* vel potius
Cornificius.

Quin, ut idem Charisius ibidem innuit, existimabat Plinius *, rectius dici *enigmatiſis*, & *peripetaſmatiſis*, quàm *enigmatibus*, & *peripetaſmatibus*, quia prius illud tum uſitatius eſt, tum ſuauius. Equidem neminem hominem, non dico ſurdà, & jacenti, ſed exploratâ aure eſſe ſcio, cui non *peripetaſmatiſis*, & *enthymematiſis*, iucundius conſpectiuſque ad aurem ſit: at inſuauius imperfectiuſque, *enthymematibus*, & *peripetaſmatibus*. Quare etſi in patrio ſingulariſ casu dicamus *enthymematiſis*, & *peripetaſmatiſis*: tamen, quicquid dicat Riccobonus, neutiquam reformidabimus iis uti in pluraliſ casu dandi, & auferendi.

Nec ea hic eſt ἀνωμαλία, quam exiſtimant vulgo. Nam huiuſmodi dativi non veniunt à nominibus tertiæ in MA exeuntibus: ſed à nominibus ſecundæ inde Latino more deflexis in MATVM. Nam ποιήματα videntur Latini *poëmatum* dixiſſe; unde dativus *poëmatiſis*: pro παῖςρωμα, *peristromatum*, unde dativus *peristromatiſis*, atque ita in aliis. Imò Græcorum hic Latini ſequuntur exemplum. Æoles enim, quorum à ſermone Latinus proficiſcitur, pro terminatione MA dicunt MATON: ut ex Euthathio diſcere eſt. Qui in Iliad. B † hunc è ſcriptore veteri ſenarium adducit:

Μὴ καὶ γελᾷτε ποῖς ἐμοῖς παθημάτων. Pro παθήμασι.

Atque idem monet in Odyſſ. ζ †: & addit, ſimiliter ab Ætolis γερώνοιſ dici pro ποῖς γέρονſi.

Interdum quoque utuntur Poëtæ dativis & ablativis Græcorum in SIN: cujuſ rei ARCA SIN exemplum ponit Martianus Capella. Ac geminum ei hoc Propertii lib. I, eleg. xx*:

Non minor Ausoniis eſt amor in Dryadibus.

Ταῖſ Δρυάδων †. Et eadem poſt:

Ah dolor ibat Hylas, ibat Hamadryadibus.

Hoc eſt, Hamadryadibus. Iterum eadem:

Grata domus nymphis humida Thyriadibus.

Sequor autem hiſ in locis certiffimam emendationem Scaligeri †, ac Lipſii *. At qui proſà ſcribere, non aliter id faciunt, quàm in quibus locum non haberet inflexio Latina. Varro Parmenone †: *In arguementiſ Cæciliuſ palmam poſcit, in etheſin Terentiuſ, in ſermonibus Plantiuſ*. Plinius ſermonis dubii lib. VII de Varrone †: *Quam maxime vicina Græco Græcè dixit, ut nec ſchematiſ quidem dicat, ſed ſchematiſin*. Turpilium tamen cum fabulæ ſuæ nomen fecerit βοῦθηβύλεſ, Noniuſ paſſim citat poëtam hunc in *Boëthuntibus*, pro *Boëthūſi*. Vulgò *boëtonibus*, corruptiuſque *boëtonibus*, vel *boëthonibus*, vel *boëthonibus* exaratum. Sed in membris noſtris *boëthuntibus*, ut ſolus deſiat ſpirituſ, inuenio.

* in libri
Dubis ſermonuſ.

† pag. 279.
edit. Rom.

† pag. 1761.

* cujuſ iniſtium. Hoc pro continuo. † Dryadibus.

† caſtigatiombuſ in Propertii elegiam memoratam. * lib. I Antiq. Leſt. cap. 4. † apud Nonium in Poſcere. † apud Chariffimum lib. I.

C A P V T X V I.

De Accusativo, quando in ES, quando item in IS desinat, quatuor Prisciani canones adducti: & Valeris Probi de huiusmodi accusativis iudicium. Mala spina refellitur. Plinius item refutatur. Qui Græcæ terminationis genitivi in OS utantur, & accusativi singularis in A, & pluralis in AS. Erinnyas, pro Erinnyas.

Accusativos hodie non aliter, quàm per ES, efferimus, qui olim plerumque per IS, rarius per ES, finiri solent. Quare, ut veterum vestigiis hac etiam parte insistamus, pretium fore puto, si ea in medium adducam, & expendam, quæ hanc in rem legere est apud antiquos. Sunt autem istiusmodi:

Quorum genitivus pluralis desinit in VM impurum, eorum accusativi literis ES clauduntur: ut, *purium, patres*: quorum autem genitivus exit in IVM, eorum accusativi finiuntur in EIS, vel IS: ut *montium, monteis, vel montis*. Adfert hunc canonem etiam Servius in illud I Æn. *Treis Notus abreptus in saxa lucentia torquet*. Asperum similiter tradidisse, indicat Charilius cap. de Analogia, in voce *Omnēs*. Sed Varro, ut ex Plinio Charisius scribit, *exemplis hanc regulam constare tenuerit istiusmodi: falcium falces, non falceis facti: nec has merces, nec hos axeis, lintreis, ventreis, stirpeis, urbeis, corbeis, vecteis, nepteis*. Addidit deinde Plinius: *Et tamen manus dat* (Varro) *premissæ regulæ ridiculæ, ut exceptis his nominibus valeat regula*. Videmus, ut regula superius adlata vocetur ridicula: &, licet Varro putarit, eam locum semper habere, si duntaxat decem istæ vocabula exceperis; Plinii tamen, ac Charilii etiam iudicio, multò plura eximi oportere. Priscianus igitur operæ se facturum existimavit, si de tota hac re traderet accuratius. Itaque ex illis, quæ *im* habent in genitivo, quadruplicia nomina in *eis* vel *is* terminare præcipit. Primus canon est istiusmodi: *Omnium quæ tam nominativum, quam genitivum similem habent, eorum accusativus raro in ES, frequenter in IS solet terminari*. *Ut, hic & hæc omnis, huius omnis, hos & hæc omnis*. Hæc istis illustrat exemplis. Sallustius in *Catil. Omnis homines, qui sese student*. Terentius in *Andriâ: Omnis nos gaudere*. Virgilius in III Georg.

— *Aquas dulcis, & frondea semper*

Tecta petunt.

Item I Æn.

Quoque magis fessas optem dimittere navis.

Idem in eodem:

Munerique in navis ternos aptare juvencos.

Inque

Inque allato Sallustii loco etiam *omnis* legit Charisius. Et ita constanter MSSi nostri. Iuxta igitur canonem illum, quia dicitur, hic *funis*, hujus *funis*; in plurali etiam hos *funis*, aut *funois*, dici oportebit. Sed nec omnes de eo convenisse, arguit Sospiter*; qui Plinium ait negare, hos *funis* posse dici: errareque eos, qui omnia in recto, & genitivo singulari, similiter exeuntia, & plurali genitivo *ium* habentia, in EIS, vel IS, putant terminari.

* cap. de analogia in voce Funes.

Alter Prisciani canon est talis: *Similiter faciunt accusativum ejusdem formæ (EIS, vel IS) semper pluralia. Vt, hi manes, horum manuum, hos manes, vel hi manis, vel manis.* Exempla hæc addit. Virgil. IV ÆN.

Id cinerem, aut manis credis curare sepultos?

Et III ÆN. *Tris adeo incertos cœcâ caligine soles
Erramus pelaga.*

Tertius ei canon est: *In ER quoque desinentia, quæ in I terminant ablativum, similiter faciunt accusativum pluralem plerumque per IS, raro per ES. Vt acer, ab acris, hos & has acris.* Exempla deinde hæc adducit. Virgilius in XI:

— *metuensque moneret,*

Acris esse viros.

In XII: — *sparsisque salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.* In IX:

Cum fremis ad caulas ventos perpeffus & imbris.

In IV ÆN. — *Et celeris defer mea dicta per auræ.*

Horat. lib. I, epist. ult.

Me quæter undenos sciat implevisse decembris.

Quartus, idemque ultimus canon Prisciano est iste: *Similiter faciunt accusativum in NS, vel RS terminata. Vt, hic fons, hos fonteis, vel fontis: hic, & hæc, & hoc iners, hos & has inertes, vel inertis: hæc pars, has parteis, vel partis.* Exempla apud eum sunt istiusmodi. Terentius Heautont. †

† act. I, sc. 2.

Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias.

Virgil. II Georg.

Ag gredior sanctos ausus recludere fomis. In VI ÆN.

Hic locus est, partis ubi se via pandit in ambas.

Et II: — *Penitusque cavernas*

Ingentis, uterumque armato milite complent.

Item in IV: — *Mactant lectas de more bidemis.*

Simile feriens: unde Stilo, Charisio teste, putabat, *feriementis* facere debere; ut *docementis, saltamentis.*

Post hosce quatuor canones addit hoc Priscianus; quæ ad eos per-

tinent, raro exire in ES, utcunque genitivus desinat in IVM: ut in AS, vel X terminata. Nam etli *civitarium*, *felicitium*, *audacium*, dicatur; non temere tamen reperiri, *civitateis*, vel *civitatis*; *feliceis*, vel *felicis*; *audaceis*, vel *audacis*. Pauca tamen esse agnoscit, quæ in IS inveniuntur. Vt apud Maronem IV Georg.

— Deinde *tenacis*

Suspendunt ceræ.

Nec *lis*, vel *plus*, regulis superioribus continentur. Fatetur tamen Priscianus apud Ciceronem in Frumentaria legi: *Sedasti etiam litis illorum*. Et Horatium lib. I, epist. xx.

Cum tibi sol tepidus pluvius admoverit aures.

Ac similiter in composito ejus *compluris*. Ter. Phorm. Act. III, sc. II:

Ego te compluris adversum inveni in meum menses tali.

Cicero pro Cornelio I: *Quæ intermissa compluris annos.*

Imò quædam etiam in genitivo clausa VM impuro, inventa olim in accusativo finita in EIS. Charifius: *Ferocior, tanquam peior, melior, ait Stilo in EIS accusativo posse proferri, ferocioreis*. Idem mox ex Plinio addit, Cæcilium *faciolioreis*, & *sanctiolioreis* dicere. Nimirum existimo, nec in illis solis, quæ Priscianus suis regulis complexus; nec iis semper, EIS, vel IS, sonare: sed veteres attendisse soni jucunditatem; proque eo ES, EIS, vel IS dixisse. Estque eadem mens Valerii Probi: de quo sic Gellius lib. XIII, cap. XIX: *Tum is, qui quæsierat, Quonam modo, inquit, vis aurem meam interrogem? & Probum ait respondiisse, quo suam Virgilius percunctatus est, qui diversis in locis VRBES, & VRBIS dixit, arbitrio consilioque usus aures. Nam in primo Georgicon, quem ego, inquit librum manu ipsius (Virgilii) correctum legi, VRBIS per i litteram scripsit. Verba è versibus ejus hæc sunt:*

— *Urbisne invifere, Cæsar,*

Terrarumque velis curam.

Verte enim, & muta, ut, VRBES, dicas; insubidius nescio quid facies, & pinguius. Contra in tertio Aeneidos VRBES dixit per E litteram:

Centum urbes habitant magnas.

Hic item muta, ut VRBIS dicas; nimis exilis vox erit, & exsanguis. Tanta quippe juncturæ differentia est in consonantiâ vocum proximarum. Postquam hæc, & alia, de Probo retulit Gellius, ista subjungit: Nos aliud quoque postea consimiliter à Virgilio duplici modo scriptum invenimus. Nam & TRES, & TRIS, posuit, eodem in loco, eâ judicii subtilitate, ut, si aliter dixeris, mutaverisque, & aliquid tamen aures habeas, sentias suavitatem sonus claudere. Versus ex decimo hi sunt:

Tres quoque Threicio Boreæ de gente supremâ,

Et

Et tris quos Idas pater, & patria Ismara mittit.

Tres illic, tris hic. pensacula utrumque, & moderare. reperies s. o quodque in loco sonare amplissimè.

Quærat aliquis, num, uti refert, *urbes, an urbis; tres, an tris*, dicas: itidem interfit, num *urbeis, an urbis, treis, an tris* sones. Multis ita videtur, qui iccirco digladiantur, *plurisie, an pluris; omnis, an omneis*, dicere oporteat. Sed hi manifesti sunt ineptiarum, quia olim I longum sonuit, vel planè vel prope eodem modo, ac Græcum EI; qua de re libro primo artis Grammaticæ satis diximus. Non venit hoc in mentem Leonardo Malaspina; qui agnoscit, Latinos esse usos diphthongo EI; at non Ciceronis, Varronique ævo; sed tum tantum, cum AI quoque uterentur pro Æ. Hæc quippe vel eo redarguantur, quòd Cicero Latinorum *bini* sonuisse dicat, ut Græcum βινυ. Sic enim scribit*: *Cum terni loquimur, nihil flagitii est; cum bini, obscenum*. Meliora, sed non hujus loci sunt, quæ idem Malaspina fusè aded disputat de terminatione ES, & IS. Vide eum in epist. III, lib. IV ad Att.

* lib. 9,
epist. ad P.
tum.

Satis de accusativis in EIS, vel IS terminatis. Est præterea terminatio accusativi AS, sed in Græcis; imprimis in propriis, ut *Cyclopas, heroas*. Interdum & communibus. Nam ut Græci à τῶν τῶν τῶν dicunt, ita & Maro ait lib. IX Æneid.

Multa virum solido argento perfecta relinquunt

Armique, craterasque simul, pulchrosque tapetas.

Spisse verò hæc in re erravit Charisius, Nam is, cum dixisset apud Maronem †, — *tapetibus altis*, legi à *tapete*: subjicit hæc verba: *Sed & † 9 Æn. masculino genere dicit, — pistosque tapetas: cujus nominativum faciunt quidam hic tapes, qui facit hos tapetas: quod ego, quia nusquam scriptum puto, nequaquam probo*. Sanè cogitare debuerat, τῶν τῶν esse Græcis usitatum. Et unde alioqui sit Maronianum illud, — *Pulchrosque tapetas*, five, ut legit Charisius, *Pistosque tapetas*; aut hoc Statii lib. I Theb. — *Altisque inferre tapetas*? Videtur autem Plinius hujusmodi accusativos refugisse. Nam ad vocem *Titanas*, Charisio teste, hæc annotavit: *Nec Pæanas accusativo, rectè dicimus. Nullum enim nomen accusativo plurali in AS venit, nisi quod nominativo plurali in Æ sonabit*. Quare, si Plinium audimus, non possimus dicere *heroas, Cyclopas*, & similia. Nec enim in recto plurali *heroe* dicimus, sed *heroës*; nec *Cyclopæ*, sed *Cyclopes*. Sed si accusativis hisce pluralibus in AS uti non licet, nec licebit singularibus in A; ut *heroa, Cyclopa*. Imò nec genitivis in OS, ut *Pallados, Meotidos*. Par enim Græcorum hîc omnium ratio videtur, cum ubique Latina suppetat terminatio. Paucis iccirco de his tribus expediam.

Genitivis singularibus in OS utuntur Poëtæ, idque nullâ sæpe metri

Ccccc 3

ne-

necessitate compulsi : ut in *Meotidos*, *Athamantidos*, *Colchidos*, & similibus. Sed in prosâ hæc potius per IS efferruntur : ut apud Plinium in *Meotidos*, *Athamantidos*, *Colchidos*. Vti & à Comicis, ac plurimum etiam Lyricis, & Bucolicis. Vt *Thaidis*, prologo Eunuchi ; *Phyllidis*, Maroni Ecl. v, & VII, & Horatio lib. II, od. IV.

Epici etiam, ac tragici, & elegiaci, ac reliquis prope poetarum grex, *Thaida*, *Agamemnona*, & similia, dicunt : oratores, ac comici, *Thaidem*, *Agamemnonem*. Sic *Propontida* Catullus ; *Propontidem*, Plinius * : *Lacedæmona* Ovidius † ; *Lacedæmonem* Cicero † : Horatius *Agamemnona* * ; *Agamemnonem* idem Cicero † : *Agathoclea* Aufonius † ; *Agathoclem*, Iustinus *.

Accusativis verò pluralibus in AS utuntur & poëtae, & oratores : quomodo *Cycloas* apud Tullium, & *Aethiopus* †, legimus : *Cycladas* apud Plinium †, & *Phœnicas* *. Sic *Arabas* dixit Ovid. x Met. fab. IX ; *Thracas*, Stadius III Theb. *Heroas*, Sulpitia in Sat. In epistolis tamen, & orationibus, præfertur Latina terminatio.

Quia verò de Græcis accusativis orsi sumus dicere, nec illud prætereundum, esse etiam, cum desinant in YS : ut has *Erimys*, quod contractum ex *Erimyas*, sive *Erimyas*. Græcè *Ἐριμύας*, & *Ἐριμῦς*, quomodo *Iliad.* I, legimus †, — *συχεράς δ' ἐπεκίχλετ' Ἐριμῦς* †.

Et apud Hesiodum in *Theogon.* *

— *πίσιλο δ' Ἐριμῦς πατρὸς ἐοῖο* †.

Vtitur è Latinis Seneca in *Oedipo* † :

Et tecum Erinys pronubas thalami trahas.

Ita enim eo loco legendum, non *Erinnes*, ut Delrio edidit : quod nec Græcum, nec Latinum : neque *Erimyas*, quod probum, at metro repugnat.

C A P V T X V I I.

De quarta declinatione, & unde ea proflexerit. Valerius Probus, & Diomedes, peperam corripit putane ultimam nominativi, accusativi, & vocativi in V. Recti tonitrus, gelus, cornus : artu, sexu, pecu : cornum, gelum, verum. Hic fretus, hujus fretus, hoc fretu. Ossu. Peccatu. Genitivi geli, tumulti, fructi, adventi, senati, & similes. Etiam domi esse ab hoc loquendi more. H. Stephanus refellit. Genitivi anuis, rituis, partuis, senatuis, fructuis, domuis, graduis. Senatus ἐτυμον, superque eo spissus error Prisciani.

Quarta quæ dicitur declinatio mihi non tam nova declinatio videtur, quàm ἀνωμαλία quædam tertiæ, ex crasi, syncope, vel apocope

* lib. 2. cap. 97. & lib. II. c. 37. † epist. I. † lib. 2 de Nat. Deor. * lib. 4. od. 9. † lib. I de divinat. † epigr. 8. * lib. 2 de divinat. † ibid. † lib. 2. cap. 87. * lib. 3. cap. I. † vers. 454. † actus vero invocabat Furias. * vers. 472. † ulciscetur autem Furias patri sui. † alt. 3. vers. 644.

cope proveniens. Vt *fructus, fructus*, & per crasin *fructūs; fructui*, & per apocopen *fructu; fructuem*, sed hoc exolevit, at per syncopen *fructum; ò fructus*; hoc *fructue*, pro quo per crasin *fructu*. Hi & hos *fructus*, & ò *fructus, fructus*. Horum *fructuum, ἀναλόγως*. Vt enim à *paris* est *parum, is* in *um* converso, sic à *fructus, fructuum*. Dativo, & ablativo, *fructibus*, ut *paribus*. Verùm hæc planiora fient ex iis, quæ deinceps dicemus.

Terminationes hujus declinationis sunt duæ, VS, & V. Sed illa in V toto singulari ἀκλιτῆ * sunt: in plurali autem tertiam sequuntur. Si tamen veterum plerosque audimus, sic ἀκλιτῆ sunt, ut interea quantitatitatis sit discrimen. Nam Valerius Probus in Catholicis, & Diomedes lib. I, tradunt, in nominandi, accusandi, & vocandi casu, V esse correptum: porrectum autem in genitivo, accusativo, & ablativo. Sed hanc sententiam refellit eo Priscianus, quod Maro, Naso, poetarum cæteri, V toto singulari producant. Diximus hac de re quoque Rei Grammaticæ lib. II, qui de syllabis est, cap. XXVII.

Aliqui inclinant *cornu*, hujus *cornus*; *genu*, hujus *genus*; atque ita in cæteris. Nec obliquos hujusmodi reperiri inficio. Verùm sunt isti, non à rectis in V, sed in VS. Nam nomina ejusmodi olim utramque habebant terminationem. Vt *tomiru, tomirus*: quod apud Ovid. II Met. Lucanum in VII, Plin. lib. VIII, cap. XLVII.

Gelu, gelus. Afranius in Epist. †

— *Quis tu es ventoso in loco
Sol:atus, intempestâ nocte, sub dio
Aperto capite, silicem cum frangat gelus?*

Attius in Prometheo:

— *Tam profusus flamine hiberno gelus.*

Genu, & genus. Cicero in Arato:

Quæ genus ad lævum Nixi delapsa refedit.

Et sæpius ibidem.

Cornu, cornus, teste Prisc. in VII. Posteriori utitur Celsus lib. VI, & Plinius lib. XXVII, cap. XI; quorum uterque *cervini cornus* dixit: tum Lucanus lib. VII:

— *Cornus tibi cæra sinistra,*

Lentule.

Plinius lib. XXXVII, cap. X: *Hammonis cornu inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas austro colore arietini cornus effigiem reddens.*

Monet Priscianus, *Capricornus* non sequi naturam simplicis; quia in secundâ utatur Cicero in Arateis. Quid mirum? cùm non signet *cornu caprini*, sed caprum cornutum; quomodo & Græcis dicitur ἀιγοκέρας.

Contrà

* indeclinabilia.

† apud Nonium.

Contrà itidem quædam hodie in VS solùm efferuntur, quæ olim terminabantur in V. Tale pro *artus, artu*; unde *artua* Plauto, ut superius * ostensum: ab *artua* autem *d:artuare*, apud eundem †: quod Nonius interpretatur, quasi per artus concidere.

* libri præcedenti. c. p. 35.

† Captivus

All. 3. sc. 4

et 5.

‡ in Sexus.

Pro *sexus* quoque *sexus* in usû fuit; si Scaligerum audimus; qui sic apud Festum legit †, & in Sallustii, ac Silennæ locis, apud Nonium. Proque eo est *ἀναλογία* aliorum, ubi VS masculinum, V neutrum. Sed dubiam hanc conjecturam reddit, quòd non modò in membranis nostris, & vet. Nonii editt. illà etiam Merceri, *sexus* dicitur quandoque esse neutrum: sed apud Plautum quoque sit *virile sexus*. Alii verò legunt *virile secus*. Plufcula de eo diximus lib. præcedenti, cap. xxxi.

Addunt & *pecus, pecu*. Sed hujus aliquanto alia ratio est; quia *pecus*, non quartæ est, sed tertiæ. De *pecu* interea non repugnandum, quando id Charisius agnoscit lib. i, & Phocas in Arte. Imò usûs Plaut. Mercat. *

* alt. 2. sc.

Amice amici operam

dedit.

— Non didici bajulare,

Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutrire.

Itidem Livius lib. xxxv: *In agris passim inundatis pecua ablata*. Solinus cap. xxv de Britannia ait: *Ita pabulosa, ut pecua, nisi interdum à pastibus arceantur, ad periculum agat satietas*. Plura loca adferunt Nonius Marcellus in *Pecua*, & Priscianus lib. vi. In his illud Hostilii lib. i Anna-
lium: *Sæpe greges pecunum ex hibernis pastibus pulsi.*

Atque ex Festo discere est, etiam Catonem *pecunum* dixisse. Verba ejus attulimus libri præcedentis cap. xxxi i.

Quin nomina quædam in V, non in VS solùm; sed in VM etiam desinunt. Nam pro *cornu*, non *cornus* modò, de quo vidimus; sed etiam *cornum* dicitur. Eo utitur Ovidius Met. v †:

† fab. 6.

Oppositoque genu curvavit flexile cornum.

Quamquam in vulgatis, etiam MSo nostro, & editt. vet. sit *cornu*. Sed Priscianus *cornum* legit: uti & in secundo ejus operis: *Dextra tenet cornum.*

Nec pro *gelu* duntaxat *gelus* reperias, de quo antea dictum; sed *gelum* quoque, ut Priscianus testatur. Ac cenfeo respexisse illud Lucretii in vi †, prout in nostris etiam membranibus legitur:

‡ vers. 877.

— *Quasi sæpe gelum, quod continet in se,*

Mittit, et exsolvit glaciem, nervosque remittit.

Scio, Giffanium velle, *gelum* esse accusandi casum à recto *gelus*. Sed obstat, quòd subjicitur non *quem*, verùm *quod*. Mirum interea, non meminisse hujus terminationis Nonium Marcellum. At non item liquet, utrum à *gelus*, an *gelum* sit, sive Catonis lib. i i Originum: *Qui*

asma

aquatium & *lignatum* videntur ire, *securim* acque *solum ferunt*, *gelum crassum* excidunt, cum loco *colligatum auferunt*. Etiam genitivum *geli*, apud Lucretium reperias lib. v, & vi.

Simileque est *verus*, & *verum*. Plautus Rudente * :

* lib. 5. 8e.

Namque quidem hoc vere natum est verum : ita in manibus consensescit. 2.

Rubiginosum *veru* (quod antiquè *verum* vocat) confert floribus vernis, & in manu consensescentibus.

Quædam etiam in V exeunt, & VM; non item VS. Vt pro os dixere *offum*, & *offu* : unde *ossa*, & *offua*; de quo & antea † dictum.

† libro superiori cap. 13.

Ανωλόγως autem *ossa* ab os, ut *ora* ab os : vel ab *offum*; ut *casta*, *lassa*, à *castum*, *lassum*. *Offua* verò ab *offu*, ut *cornua*, à *cornu*; *genua*, à *genu*.

Alia item sunt, quæ non in V quidem exeant; sed in VS quartæ, & VM secundæ. Vt *fretus*, *fretum*. *Fretus* in recto dixere Lucretius, & Varro : ut superius † ostensum. Hinc genitivus hujus *fretus*. Mef-

† libro precedenti, cap. 36.

falla contra Antonii literas : *Augustiæ fretus*. Porcius Licinius : *Salsi fretus*. Citat utrumque Charisius *.

* lib. 1. cap. de analogia

Accusativo, *omnem fretum*, Ennius : *faventem fretum*, Nævius. Verba utriusque adduximus ibidem. Ablativo *fretu*, pro *freto*, Lucretius lib. 1 :

*Angustoque fretu rapidum mare dividit undas
Italiæ terrarum oras à sinibus ejus.*

Imò Charisius † ait, Ciceronem quoque dixisse, *Gabiano fretu* : & † ibid. Augustum ad Antonium, *Fretu recessi*.

Similia *anfractum*, *anfractus*; *censum*, *census*; *rictum*, *rictus*; *sensum*, *sensus*. Quæ ibidem veterum auctoritate comprobavimus. Viderique hujus loci possit & illud Ciceronis Act. 11 in Verrem : *Manifesto peccatu*, pro *peccato*. Sed hujusmodi, qualia etiam *arbitratu*, *permisso*, *obecnitu*, rarò cunctis casibus declinantur.

Vti autem illa in VM tantum sunt secundæ; ita à rectis in VS, tum genitivi veniunt in I, more secundæ; tum in IS, more tertix. Vt, *fructus*, hujus *fructi*, & *fructus*. Vtrumque exemplis adstruemus. Genitivis in I esse usum Lucretium, gemino loco probat Nonius. Prior est lib. v † :

† vers. 206.

Affidiusque geli cursu mortalibus adfert.

Alter est lib. vi * :

* vers. 155.

*Denique sæpe geli multus fragor, atque ruina
Grandinis.*

Similiter Terentius Andriæ † :

† act. 2. sc. 2.

-- In edibus

Nihil ornati, nihil tumulti.

Ejusdem est in Adelph. †

† act. 5. sc. 4.

D d d d d

Nunc

*Nunc exactâ ætate hoc fructi pro labore ab iis fero ,
Odium.*

Quomodo & citat Charisius, & Helenium Acronem, veterem Terentii interpretem, legisse, satis indicat, quando addit, & alterum * *Æt. 1. sc.* esse genitivum *fructus*. Idem Comicus in Phormione * :
3.

Parvem ut extimescam, ubi ejus adventi veni in mentem.

Sic dicere, *quæsti, victi, æsti, senati, sumti, exerciti, adspecti, lucti, salti, parti, gemiti, flucti, piscati, strepiti, porti, soni* : de quibus omnibus vide Nonium. Estque apud Ciceronem quoque is Archaismus. Certè Sospater docet nos, apud eum Divinatione in Verrem legendum esse, *Beneficio senati, populi, que Romani* : & Malaspina autor est, libros suos in secundâ ad Brutum epistolâ earum, quæ seorsim editæ, magno consensu habere : *Neque senatum, neque senati ducem*. Cumque apud Terentium † legatur, *domi focique*, dubium non est, quin sint genitivi adverbialiter positi ; ne quis fidem habeat H. Stephano, qui in Pseudocicerone ‡ *domi* potius dativum esse existimat *ἔσθ' οὐρανῶν* ex *domi* factum.

Altera prisca genitivi terminatio est in IS : ut *annis*, pro *annu*. Terentius Heaut. *
* *Æt. 2. sc. 3.*
Annis.

Mediocriter vestitam veste lugubri.

Ejus annis causâ, opinor, quæ erat mortua :

quomodo Priscianus quoque legit lib. VII.

† apud Non. Similiter Varro † Cato sive de liberis educandis : *Eam nutricem oportet esse adolescentem. Annis enim, ut sanguis deterior, sic lac. Lac enim, ut quidam dicunt physici, sanguinis spuma.*

‡ Ibid. *Quæstus*. Novius ‡ :

Per deam sanctam Lavernam, quæ cultrix quæstus sit.

Vbi, ut trochaicus sit, rescribo, *quæ sit cultrix quæstus*.

* apud Non. Varro * Cato, sive de lib. educ. *Nam liberti quæstus causâ diribebant suas res pueris.*

† Ibid. *Gradus* †. Idem Varro de vita populi Rom. lib. II : *Multa præditi pudore, & pudicitia adolescenterum vixerunt, cum majore parte ejus gradus, & ætatis, stipendia facerent*. Ita is locus legendus videtur. In membranis nostris pro *vixerunt* est *dixerunt* : pro *ætatis* autem, *ad te*.

Fluctus, æquè ac *domus*, & *Senatus*, dixisse, indicat hoc Gellii lib. IV, cap. XVI : *M. Varronem, & P. Nigidium, viros Romani generis doctissimos, comperimus non aliter locutos esse, & scripsisse, quam Senatus, & Domus, & Fluctus ; qui est patrius casus.*

Ritus pro *ritus*, Varro Cato, sive de liberis educandis : *Itaque domus ritus vestri, qui per Diem Fidium jurare volt, prodire solet in compluvium.*

Partus,

Partnis, pro *partus*. Varro Andabatis * :

Candidam lacte è papilla cum fluit signum putane

Partnis, quod hic sequatur mulierem è partu liquor.

* apud eundem Non.

Senatus, pro *senatus* : unde *Senatusconsulto* apud Sisennam in tertio Histor. teste Nonio ; ubi in nostris membranæ, unius literæ defectu, *senatisconsulto*. Sanè veteres *fructus*, & *senatus*, dixisse, etiam, Charisio teste, Helenius Acro annotavit in Adelpbos Terentii. Assentio quoque Andreæ Schotto †, qui Sisennæ locum è tertio Historiarum sic emendat : *Senatus auctoritate saga induunt*. Vbi vulgo apud Nonium † editum est, *Senatus auctoritate sagaria nunc*. Quomodo & in membranæ nostris invenimus. Sisennam autem *senatus* pro *senatus* dixisse, Nonio dictum in *Senati*.

† lib. 3 Nedor. Cicer. cap 9. † in Saga, capite de genere vestimentorum:

Fructus verò probat Nonius ex Varronis *ταφῆ Μενίππυ* : *Aliquot Romæ sunt, qui cellas vinarias fructus causa fecerunt*. Et hoc ejusdem Meleagro : *Quæro, utrum fructus, an delectationis causa : fructus, ut vendaris*. Ita nostræ etiam membranæ. Credo, præcesserat, *habeatis*, vel simile : ut sententia sit, num hortos habeatis solum delectationis causa, an etiam utilitatis : ac utilitatis quidem, ut fructus vendendo, rem faciatis : at voluptatis ergo, ut duntaxat oculos pascatis.

Domus, pro *domus*. Varro *ταφῆ Μενίππυ* : *Perrexit in interiores partes domus*.

Victus, pro *victus*. Varro de vita populi Romani, lib. primo : *Primum de re familiari, ac partibus ; secundo de victus consuetudine primigeniâ ; tertio de disciplinis priscis necessariis vitæ*.

Gradus, pro *gradus*. Varro de vita populi Romani libro secundo : *Multo præditi pudore, & pudicitia adolescentæ dixerunt, cum majore parte ejus gradus ad te stipendia facerem*. Quæ Varronis huic rei comprobandæ Nonius adducit. Quin, Agellio teste, Varro, ex quo ista afferrebamus, atque item Nigidius Figulus, Romanorum omnium doctissimi, non aliter quàm *senatus*, *domus*, *fructus*, scribere solent.

Nec omnes tamen genitivum extulere per *us* : quin Augustus Cæsar pro *us*, *os* malebat. Vnde de autographis ejus literis sic in vitâ illius Tranquillus cap. LXXXVI I : *Item (ponit) sumus, pro sumus : & domos genitivo casu singulari, pro domus*. *Nec unquam aliter hæc duo ; nequis mendam magis, quam consuetudinem putet*. Marius Victorinus de Orthographia : *Divus Augustus genitivo casu hujus domos meæ, per O ; non, ut nos, per V literam, scripsit*.

Porro ex hisce fiunt genitivi usitati, *senatus*, *domus*, *fructus* ; non quidem per apocopen, quia sic corripentur, uti ante apocopen ; sed per crasin, ut arguit ultima porrecta. Nugatur Priscianus, cum

D d d d 2

scribit,

scribit, *senatus* genitivum facere *hujus senatus*, quia componatur è *natu*, quod quartæ est. Siquidem simplex est; sed derivatum à *senex*. Ovid. v. Fast.

Nec nisi post annos patuit tunc curia seros:

Nomen & ætatis mite Senatus habet.

Florus lib. I, cap. I: *Ut consilium Reip. penes senes esset, qui ab auctoritate, Patres; ab ætate, Senatus vocabantur.*

C A P V T X V I I I.

Dativi singulares in VI unde veniant, & ut I recidatur, more Æolum, qui idem prætereunt, si duabus is casus excat vocalibus. Nec solos Poetas sic loqui, sed & pedestris orationis scriptores. Error Prisciani, Nonii, & Stewechii. Gelo, auferendi casu. Impete. Genitivi plurales per syncopen prolati. Artibus, pro artubus. Artitus. Duxæ emendatiuncula rejecta. Attius verius, qui vulgò Aëtius, vel Accius. Ejus locus emendatus. Servius defensus. Poetas heroibus non apponere carnes elixas; sed duntaxat hominibus offeris, & improbis.

A Genitivis in VIS veniunt dativi in VI: ut, *senatus, domus, fluctus*, atque ita in aliis. Cæsar tamen in lib. de Analogia, hunc dandi casum sine I literâ efferendum putat: quomodo apud Lucilium est *viçtu*, & *anu*; pro *viçtuis*, & *anus*: apud Virgilium, tum *viçtu*, tum *metu*, *conçubitu*, *adspçtu*; pro *metuis*, *conçubitu*, *aspcctuis*. *Viaque mancipio nulli datur, omnibus usu*, pro *usui*. Sententia est, non ad possidendum, sed duntaxat utendum. Ac ne Poetas solum hoc pacto locutos putes, Ciceronis est: *Quibus subito impetu, ac latrociniis paricidarum resistat*. Et apud Varronem legimus lib. IV de L. L. *Prætor dictus, qui præret jure, & exercitu*. In antiquis quoque Vegetii codd. legitur lib. I, cap. IX: *Sed & crasis præcipue adsuæfaciendi*. Vide Gellium lib. IV, cap. XVI, Priscianum lib. VII, & Nonium Marcellum. Godscalcus Stewechius* putabat, cum eodem Marcello, in locis Varronis, Vegetii, ac similibus, dativum pro ablativo poni. Id mihi neutiquam verisimile fit. Omnino enim, ut ex *senatus* per crasin fit *senatus*; ita ex *senatus* per apocopen fit *senatu*. In quo ipso, more suo, Romani imitantur Æoles; qui auferunt è dativis I subscriptum. Nam, ut antea monitum nobis, dicunt *Δινεία, μέση, λόγω*, pro *Δινεία, μέση, λόγω*. Quorum exemplo Latini in secundâ non jam ex *Κύρω, ἀγρῶ*, *Cyroi, agro*, (qui scribendi mos exolevit) sed neglecto I, *Cyro, agro*, scribunt: inque quartâ hac similiter non tantum dicunt, *senatus, metui, adspçtuis*; sed etiam

* ad Veget. lib. I, cap. 9.

† ad. I. f. 1.

Vestitu nimio indulges : nimium ineptus es.

Lucilius, Gellio * teste, similiter, *Anu noceo*, pro *anni* : item,

Quod sumentum atque epulas victu præponis honesto.

* lib. 4. c. 16.

Lucretius lib. III :

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usfu.

pro usfu.

E Virgilio quoque geminum locum † adducit Gellius †. Ac simili- † *Georg. 4.*
liter I Æn. *Parce metu, Cytherea.* † *Æn. 6.*

Nec soli sic Poëtæ loquuntur. Nam, ut Gellius * ait, *Cajus Cæsar, gravis auctor linguæ Latinæ, in Anticatoe : Vnius arrogantia, superbia, dominaturque. Item in Dolabellam act. III : Ibi isti, quorum in adibus fanisque posita & honori erant, & ornata. In libris quoque analogicis omnia istiusmodi sine I literâ dicenda censet.* Et sanè in commentariis Belli Gallici, ac civilis, nunquam aliter loquitur. Ut manifestus sit error Prisciani, qui credebat, solos sic loqui Poëtæ. Ac ne Cæsa rem unum in ea hæresi fuisse credas : etiam apud Sallustium, in bello Iugurthino, quidam habent MSSi : *Non se luxu atque inertia corrumpendum dedit.* Taciti quoque est in III Annal. *Luxu propior.* Et XIV : *Cruciatu, aut præmio, cuncta pervia esse.* Nonius verò, cum ait, in his ablativum poni pro dativo, quod bene fenfit, malè expressit. Nam ut *domino*, & *forti*, sic *victu*, & *fructu*, tum dandi casus sunt, tum auferendi : sed in auferendi casu recifum E ; in illo dandi, ablatum I. Quippe ut dicimus, *parris, patri, patrem, patre* : ita foret hujus *senatus*, unde *Senatus ; senatus*, & per apocopen *senatu ; senatuem*, ex quo *senatum*, per syncopen ; *senatue*, & per apocopen *senatu*. Ex quibus solùm *senatus*, & *senatu* leguntur : non item *senatuem*, & *senatue*.

* *ibid.*

* *ibid.*

Videas esse, qui tradant, è contrario finitis in V quandoque addi I. Quomodo apud Martianum Capellam † legas, ex aliquorum sententia pro *cornu*, *genu*, dici quoque *cornui*, *genui*. Equidem fateor, aliquos *cornui*, & *genui* dixisse : sed sunt ista à rectis *cornus*, *genus* ; unde *cornuis*, *cornui* ; *genuis*, *genui*.

† lib. 3, cap. de analogia.

Itidem à genitivo *corni*, *gemi*, quidam videntur formasse dativos, *cornu*, *geno* ; quod conjicio ex ablativis ejus terminationis. Nonius enim testis, Varronem Sesiuiulysse in ablativo dixisse, *patri gelo*. Ac similiter Giffanius putat, Lucretium lib. I extulisse, *concurso*, pro *concurso* ; & lib. IV, *culto*, pro *cultu* ; & Ciceronem in Lælio, *senato*, pro *senatu*. Vide indicem Giffanii in *concurso*, & imprimis in *culto*. Sed hujusmodi, quæ unius, & alterius, si fortè, codicis fide nituntur, uti non temere damnem, ita nec imiter. Atque ut certum sit, sic veteres scripsisse : non inde colligendum, ablativos quartâ etiam in O exiisse, sed potius statuendum, quædam nomina olim, tum secundæ fuisse, tum quar-

D d d d 3

tæ ;

tæ ; sive terminatione diversâ ; ut , *fretus* , *fretum* ; *anfractus* , *anfractum* ; de qualibus dictum cap. XVII : sive diversâ , ut *laurus* , *lauri* , & *laurus* ; de quibus agam cap. xx.

Volunt Grammatici , unum esse nomen quartæ , quod ablativo desinat quoque in E. Nam *impetus* facere hoc *impetu* , vel *impete*. Ut , *vasto impete* apud Ovidium III Met. & Statium VII Theb. Et , *magno impete* , apud Lævium , Poëtam veterem , teste Gellio lib. XIX , cap. VII. Verùm *impete* non est ab *impetus* ; sed , ut Priscianus tradit , ab *impes*. Quod tamen exolevit. Sed genitivus *impetis* semel iterumque est apud Lucretium : qua de re actum libro præcedenti * .

* cap. 47.

Pluralis nominativus , accusativus , & vocativus , contrahuntur ex obsoletis in *uis*. Nam ut à *parris* , *patres* , sic à *fructus* , *fructus* : ex utroque autem *fructus* , posteriori ob crasin porrectâ , uti antea etiam dictum nobis.

Genitivus ἀναλόγως in *uum*. Nam ut *parris* , *parium* ; sic *fructus* , *fructuum*. Sed ex *fructus* est *fructus* per crasin : at ex *fructuum* est *fructum* per syncopen. Sic *currum* , pro *curruum* , est VI Æn. *navium* , pro *navium* , in XII. Martialis quoque est lib. II , epigr. V :

Sed duo sunt , quæ nos distinguunt millia passum. pro *passuum*.

Nisi magis placet , in talibus V retineri ; sed in dimetiendo versu quasi absorberi ἔσθωκεφώνησιν.

Dativus pluralis desinit in *ibus* ; in nonnullis verò , *ibus* : quod differentiæ causâ fieri , putant Diomedes in I , Priscianus in VII , atque alii. Ut in *arcus* , *arius* , *partus*. Alioqui enim eundem fore ajunt dativum ab *ars* , & *arcus* ; ab *ars* , & *artus* ; à *ars* , & *partus*. Discrimen hoc observare etiam jubet Curtius Valerianus apud Cassiodorum † , item Caper de Verbis dubiis , & Beda de Orthogr. atque alii. Sed veteres omnino videntur illud in pronuncians neglexisse. Est eâ de re egregius locus Velii Longi : *Nonnulli etiam varîè , modò per V , modò per I , scripserunt Artibus : ut cum juxta significationem Artus essent , ut Arcus , & Partus ; V litera in dativo servaretur : si verò essent Artes , ut Arces , & Partes , tunc iidem illi casus per I literam scriberentur. Mihi videtur nimis rusticana enuntiatio futura , si per V extulerimus : ita tamen existimo enuntians , ut nec nimis I litera exilis sit , nec V literam scripseris enuntians sono cum nimis pleno : ac meminimus , artis ὀρθοπειίας esse , ut sive hæc , sive illâ literâ , scripseris , enuntians sonum temperes. Eadem sententia est Terentii Scauri , qui inter alia ait : Si distinctionis causâ ratio corruptitur , CAVEAS quoque. Quare non accentu , aut literâ I mutamus ; cum & verbum & nomen significetur , & in hoc TECTIS , cum & nomen , & participium sit , & in similibus. Ergo vox scribenda , quomodo & sonat : nemo autem*

† In Conle-
taneis de
Orthog.

autem unquam tam insulse per V, ARTVBVS, dixerit. Est pro Scauro locus Festi, ita scribentis: *Artius, bonis & stratis artibus.* Vbi *artibus* est ab *artus*: etsi aliter ceperit Philoxenus, qui *artitus*, quasi ab *arte* sit, interpretatur, *πάντεχνος, δαίδαλος*. Duza apud Festum *artibus* legere iubet per V. Sed nihil mutatione opus: ut paret ex iis, quæ diximus. Valla * etiam putabat, à *quæstus* esse *quæstibus*: sed à *questus*, *questibus*. Quod in vet. libb. non observatur, ubi & *questibus* legitur. Attamen alia sunt, quæ per *ubus* efferantur, non differentia, sed *ἰσφουρίας* causa. Quod nos Servius docet in illud I I I Georg. *Ipsi in defossis specubus*: *Artis*, inquit, *suerat Specibus*, quia *quarta* declinatio in *Dativo*, & *Ablativo* pluralibus *V* in *I* vertit, & *ua* facit *dativum* pluralem: ut ab hoc *fluctu*, his *fluctibus*. Sed quia pinguis sonat, & melius, *specubus* dicimus. *Vnum* tamen nomen est, quod aliter non dicimus: ut *Tribubus*. Nam *Tribibus* nemo dicit. *Specubus* dicere etiam iubet Priscianus. Nec minùs de *tribubus* apertum. Vel etiam de *lacubus*: quo utitur Ovid. in IV Factorum †: *Pramia de lacubus proxima musta tuis.*

* lib. 3, cap. 12.

† vers. 886.

Nec differentia attenditur in *genubus*. Sed hoc per V, & I, promiscuè scribitur. Apud Maronem, & Horatium, per I exaratum: quod Plinius, & Charisius, maluerunt; ut de Capella † taceam. At apud Ovid. in epistolis est:

† lib. 3, cap. de analogia.

*Victa precor, genubusque tuis regalia tendo
Brachia.*

Et Senecam in Hippolyto *:

* vers. 664.

— *Ea supplex jacet*

Allapsa genubus.

Apud Cæsarem in I I I de bello civili, nunc *portubus*, nunc *portibus* editum videas. Sed in MSSis est *portubus* per V. A *pecu*, non *pecibus* dixeris, sed *pecubus*: quod apud Lucretium in VI. *Verubus*, an *veribus*, scribi debeat, nec Grammatici, nec MSSi veteres consentiunt. Per i probabat Plinius lib. VI dubii sermonis; ut Charisius testatur in primo. Ac invenias non rarè in libb. veteribus, item in inscriptione antiqua à Pierio adducta in illud I Æn.

Pars in frustra secant, veribusque trememina figunt.

Sed *verubus* per V maluit Rhemnius Palæmon. Atque id in libris vulgariis reperias passim. Duo è plurimis adduxisse loca suffecerit. Citat Nonius ex Atreo Accii, sive Actii, sive Attii (omnibus enim hisce modis scribitur ea vox; sed postremum probant marmora, & numismata; tum item Dio, & Victorinus) *Concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus, lacerta in focos.* Quem locum sic emendo, & numeris restituo:

— *Con-*

— *Concoquit partem vapor*

Flammæ, lacerta tribuit veribus in foco.

Vbi tamen nostræ Nonii membranæ veribus per I. Alter est Ovidii locus VI Met.

— *Pars inde carvis exultat ahemis,*

Pars veribus stridit.

Attii verba sunt de Atreo; Ovidii, de Itylo, sive Iry. Vtróque loco (ut obiter hoc addam) non assarum modò, sed elixarum etiam carni-um mentio fit: atque eo nonnulli Servium erroris evincere conan-
 * *In illud, Athena lo- cant alii.*
 † *elixæ & assa.*
 ‡ *Thyeste*
Al. 4, vers. 766.
 tur: ut qui in I Æn. * neget, heroës elixis esse carnibus usos. Sed parum validus est hic aries, quo nobilem Grammaticum percellere conantur. Vtrobique enim describuntur epulæ hominum scelerato- rum, humanisque carnibus vescentium: quomodo Euripides quoque in Cyclope ait, parata esse Polyphemo ἰφθαῖνὴ ὀπτὰ τ: similiterque Ovidius I Met. de Lycaone scribit:

Atque ita semineces partim ferventibus artus

Mollis aquis, partim subjecto torrui igni.

Idemque confirmatur loco Senecæ ‡, in descriptione epularum, quas Atreus Thyesti apposuit ex membris occisi Tantali, & Plifthe- nis. Hactenus de declinatione quarta.

C A P V T X I X.

De quinta declinatione. Vnde ea ortum ducat. Genitivi ejus in II, ut per- nicii, luxurii, dii. Item in ES, ut rabies, dies. Item in E, ut acie, requie, die, facie. Spebus. Facierum. An specierum, & specie- bus, quæ Cicero Latina esse negat, liceat usurpare. Vt differant species, & forma.

Quinta quoque declinatio fluxisse è tertiâ videtur. Sanè non mul- tum ab illâ abire, clarè cognoscer, qui comparationem inter eas instituire volet. Quare, quid mirum, si nonnulla simul sint tertiæ, & quintæ? uti *plebes*, & *quies*; de quibus postea dicam.

Terminatio Nominativi unica est, ES. Sed quod pauci attendisse videntur, genitivus quadrifariam profertur: ut vel hinc liqueat, ter- minationem genitivi solam, ne apud Latinos quidem, declinationis esse characteristicam.

Prima, & vulgatissima hujus declinationis terminatio est EI. Cui non est quod immoremur. Nam cur penultimam habeat porrectam, dictum nobis lib. XI rei Grammaticæ*, cum de syllabarum modu- lo ageremus.

Altera terminatio ejus est II; sed quando nominativus exit in ES purum;

* cap. 13.

ES purum ; ut *perniciēs*, *pernicii* : vel I impurum, quando nominativus clauditur ES impuro ; ut *fames*, *fami* : simileque sit *fides*, *fidi*. Hæc exemplis sunt comprobanda. Cicero pro S. Roscio : *Quorum nihil pernicii causâ drvino consilio, sed vi ipsâ, & magnitudine rerum, factum putamus.* Ita legit Agellius lib. IX, cap. XIV. Solipater verò lib. I legit *perniciēs* ; de cuiusmodi genitivis post dicam. Idem Cicero in Lælio : *Dirimi tamen interdum contentione luxurii.* Ita ex vet. libris emendat Giffanius * . Virgilius r Æn. *Munera, lætitiãque dii.* Siquidem *dii* legit C. Iulius Romanus in libello de analogiã ; cuius rei Solipater meminit. Scribit & Agellius †, imperitiores quidem legere, *Munera lætitiãque Dei* : verùm à Virgilio *dii*, pro *dici*, scriptum esse : atque inibi adducit M. Catonis, Lucilii, Silenar, Pacuvii, Cn. Matii, & C. Gracchi exempla ; quibus itidem *fami*, *pernicii*, *progenis*, *acii*, & *luxurii*, pro *famei* (nam & *fams* apud veteres quinctar fuit, ut alibi ‡ diximus) *pernicii*, *progeniei*, *aciei*, *speciei*, & *luxuriei*, usurparunt. Servius quoque ad eum, quem adducebamus, Maronis locum, adfert geminum è Plauti Mercatore * :

*Vidi ego facere amatores, qui aut nocti, aut dii,
Aut Soli, aut Lunæ, miserias narrant suas.*

Sed in vulgatis Plauti codd. *die* legitur corruptè. Nonius etiam Marcellus Pacuvium *progenii* dixisse ostendit. Et certè multò suavius est *progenii*, quàm alterum isthoc : unde Fabius lib. I : *Nec multum, inquit, refert, nulla hæc, an prædura sint. Nam quid progenies genisivo singulari, quid spes plurali faciet ?* Quibus verbis negat, *progenies*, aut *sperum* auribus satisfacere. Obertus quoque Giffanius ex vet. cod. legit apud Cornelium Nepotem in vitâ Thrasylbuli : *Quæ quidem res, & illis contentmentibus pernicii, & huic despecto saluti fuit.* Quemadmodum autem ab *Achilleus*, *Vlyssens*, sunt genitivi *Achillei*, *Vlyssæi* ; hinc per synæresin *Achille*, *Vlyssæi* ; ex his, abeunte *ei* in *i* longum, *Achilli*, *Vlyssi* ; ut superius dictum : ita ex *progeniei*, & *pernicii*, fuit *progenies*, *perniciēs* ; hinc verò *progenii*, *pernicii*.

Tertiã genitivi terminatio est ES : unde Plautus Persã act. II, sc. II :

Neque tippulæ levius pondus est, quàm fides lenonia.

Scio, in vulgatis esse *lenonia*. Sed alterum placuit Lambino, & Duxar. Nec est hoc nodum in scirpo quærere, cum multò sit venustius, & faciliè Æ in A abeat. Et similiter Lucretius dixit lib. IV :

*Et stimuli subsunt, qui instigant lædere id ipsum
Quodcumque est, rabies unde illæ hæc germina surgunt.*

Scribit quoque Agellius †, affirmasse Cæsellium, à Cicerone in oratione pro Sextio *dies* positum fuisse pro *dici* : seque impensã operã

E e e e

con-

* In indicia
Lucretia.
voce effi-
gia.
† lib. 9,
cap. 14.

‡ lib. secundò
artis
grammaticæ,
qui de
syllabis est,
cap. 25.
* Alc. I.
Sc. I.

† lib. 9,
cap. 14.

conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Cæsellius ait, scripta hæc verba invenisse: *Equites vero daturos illius dies pœnas.* Addit ibidem, eod se adduci, ut facile iis credat, qui scriperunt, se inspexisse idiographum Virgiliti librum, inque eo invenisse:

Libri dies, somnique, pares ubi fecerit horas.

Hodie tamen in nullis Virgiliti codd. antiquis hanc lectionem inveniri arbitror. Imò jam olim Priscianus *die* legit, nec ullam genitivi *dies* mentionem facit. Quare & Henricus Stephanus suspicatur in Pseudocicerone suo, aut Cæsellium, & Agellium, usos esse exemplaribus corruptis (posse enim multis comprobari argumentis, sæpe fideliores ad nos pervenisse codices, quàm interdum fuerint, quibus multi antiquiores nobis utebantur) aut, quod hoc quidem in loco magis ei verisimile sit, Ciceronem ita loqui, quia referat, non sua, sed consulis

* antiquorum more loquentis.

† *ἀρχαίων ἢ ἑλισσίων* * verba.
Quarta postremaque genitivi terminatio est E; ut apud Sallustium in primo Histor. *Dubitavit acie pars.* Item: *At inde nullâ munitionis, aut requie, morâ processit ad oppidum.* Vtrumque locum citat Priscianus lib. septimo: qui & apud Virgilium legit, *Munera lætitiâque die.* Et sanè in aliquot Maronis codd. MSS ita hodièque invenitur. Multoque ita legere agnoscit Servius. Nec pauci tamen *dii* habent: quo de genitivo antè dixi. At multò plurimi, imò omnes ferè vetustiores, nec *dii*, nec *die*, sed *Dei* præferunt; ut intelligatur Bacchus, qui paulò post *davor lætitiæ* appellatur: ac lectio hæc maximè placet Pierio. Meminere ejus quoque Servius, ac Agellius: sed hic eam tamquam imperitorum rejicit, ac Agellio hæc in parte subscribit Erythræus in Indice suo. Interim si *die* legamus cum Prisciano, simile fuerit isti Plautino Amphit. †

† *Ab. I. s. I.*

Ita statim stant signa, neque nox quoquam concedit die.

Et huic Sallustiano in Iugurtha: *Vix decimâ parte die reliquâ:* ac ibidem: *Et jam die vesper erat:* & isti Aufonii, carmine de Rosa, olim Maroni tributo:

Ad primos radios interitura die.

Sunt & alia id genus apud alios. Nam dixit Ovidius III Met. fab. VIII: *Prima fide, vocisque rata tentamina sumsit.*

Sic est in plerisque MSSis, ubi in membranis nostris *fidem*: quod & in vulgatis. VI Met. fab. de Tereo:

Vique fide pignus dextras utrisque poposcit.

Agellius quoque lib. VII, cap. IX, citat ex Lucilii satyris:

— *Primum facie quòd honestas Accedit.*

Ita is locus corrigendus. Imò Cæsar, lib. II de analogia, *hujus die, & hu-*

& huius specie, dicendum putavit : quod me movet, ut nolim damnare illud Horatii * :

* lib. 3
carm. od. 7.

Constantis juvenem fide :

quamquam H. Stephanus in Pseudocicerone neget, sibi verisimile videri, ita scripsisse Horatium, quia numeri quoque ferant,

Constanti juvenem fide.

Et hæc de quadruplici genitivi terminatione. Vnde liquet, veteres dixisse, *speciei, specii, species, & specie* : *diei, dii, dies, & die* : atque ita in aliis, quando nominativus exit in *es* purum. At *fidei, fidi, fides, fide* : & ita in aliis venientibus à recto exeunte in *ES* impurum.

In dativo etiam apocope locum habet. Lucilius lib. VII :

Ætati facieque tuæ.

Horatius lib. I, sat. III :

Prodiderit commissæ fide.

pro *fidei*.

Nempe more Æolum, qui è dativo auferunt I, si A, H, vel Ò præcesserit. More item Latinorum in quartâ, ubi *metu* dicitur, pro *metui*, ut antea monitum nobis.

Quod ad cæteros casus, ii sequuntur paradigma *res*, aut *dies*. Sed pleraque omnia destituuntur genitivo, dativo, & ablativo plurali. Aldus excipit istoc versiculo comprehensa : *Res, speciesque, dies, facies, spes, progeniesque*. Antiqui tamen aliqua ex his non refugere iis casibus, quos excipiunt. Est enim Catonis Censorii, oratione quam scripsit, uti præda in publicum referatur : *Miror audere, atque religionem non tenere, statuas Deorum, exempla earum facierum, signa domi pro suppellectile statuere.*

Varro quoque à *speres*, (unde *spes* $\alpha\sigma\gamma\kappa\epsilon\pi\lambda\omega$ factum) *speribus* dixit fatyrâ Menippeâ ; ut antea † monitum. Ut mittam, quod *spebus* sit apud Sidonium Apollinarem lib. III, epist. VI : item Victorem Vticentem, & scriptores Ecclesiasticos : etiam tripartitæ Historiæ conditorem ; apud quem lib. III, cap. II legas : *Cum soleant languentes huiusmodi spebus aures accommodare. Specierum, & speciebus*, dici an possit, video dubitari. Negat id Tullius ; cujus hæc sunt verba in Topicis : *In divisione formæ sunt, quas Græci idéas vocant : nostri, si qui hæc forte tractant, species appellant : non pessime id quidem, sed inutiliter ad imitandos casus in dicendo. Nolim enim, ne, si Latine quidem dici possit, specierum & speciebus dicere ; & sæpe his casibus utendum est : at formis, & formarum, velim.* Hæc Tullius.

* lib. superioris, cap. 42.

Attamen ex antiquioribus Cælius Aurelianus dicere non dubitavit lib. I $\chi\epsilon\omicron\nu\iota\omega\nu$, cap. v. *Nec aliarum specierum errore fallantur*. Si ve, ut in aliis codd. est : *Et in illorum speciebus*. E recentioribus quoque Iul. Scaliger, vir cum antiquitate componendus, lib. I de Cauffis L. L. cap. III, dicere non veretur : *Necessario fatebimur suapte naturâ species esse illas post genus. Siquidem genus materia quasi quædam specierum*

E e e e z

est.

est. Et meritò sanè cùm Medicis, tum imprimis Dialecticis, ac Philosophis nostris, Ciceronem hìc sequi religio est. Siquidem his *species* longè aliud est, quàm *forma*. Quippe illo significatur totum, quod vocant *ens completum*: hoc verò est pars essentiæ potissima; unde philosophis dicitur λόγος ἡ ἐπίσις. Cæterùm extra etiam versiculum illum, quem diximus, quædam iis casibus invenias: sed in scriptoribus minimè classicis; ut *acierum* apud Servium. Quod non temere usurpem. Vti nec *superficierum*: etsi à simplici *facies, facierum* dicat Cato, ut antea vidimus. Mirum autem, veteres quosdam maluisse genitivos nonnullos per EVM, quàm per ERVM, efferre. Eà de re sic Sosipater lib. I: *Quare specierum pluralem genitivum non similiter observabis, sicut in die, & meridie, per RVM; sed per VM syllabam; ut, specierum, materium, luxurierum.* Idem Diomedes lib. I refert iisdem verbis; ac subdit: *Sed consuetudo RVM effert, ut Specierum.*

C A P V T XX.

De iis, quæ declinationem variant vel in eodem numero, vel in diversis. Calchæ, & Calchantis: Euphrates, æ, & is: Ganges, æ, & is. Πάλυπος, & πάλυπε, & πάλυπε, & πάλυπος. Cyma, diadema, dogma, facoma, schema, syrma, olim erant primæ. Sequestri, & sequestris; cancri, & canceris; Mulcibri, & Mulcibris. Gibberis, pro gibberri, reje~~ctum~~. Gallinæ gibberæ. Cur Antipater, Antipatri; Semipater, Semipatris faciat. Arci, sive arqui, pro arcus. Cibus, casu patrio. Colo, & colu. Corno, & cornu. Domorum, domus, domu. Umbrosæ fagus. Aëriæ platanus. Fastus, & fasti. *Lucanus contra Servium defensus.* Humu. Lauros, & laurus. Lectus in patrio casu. Pannibus, pro pannis. Pomponius apud Nonium correctus. Pinus, & pinos. Quercorum, pro quercuum. Somnu, pro somnu. Sonu, pro sono. Succus, pro succi, & succuum, pro succorum. Sufurru. Ventu. Versi, versis, pro versus, versibus. *Laberius, & Valerius, apud Priscianum emendati.* Vulgus, pro vulgi. Vulgu. Sinus pro notione diversâ diversæ est declinationis. In Servio levicula correctio. A. penus non dici peni, contra quam Charisius putavit. Prisciani geminus error. Acus refectæ. Rectus plebes: atque inde plebei, & plebi, pro plebis. Quie, pro quiete. Requiem, & quietem substantivè. Quietem, inquietem, quietem, pro quietum, inquietum, quietum. Vasum, pro vas. Valibus. Juger, vel jugus.

QVæ hætenus diximus, ferè pertinent ad voces unius declinationis. Subjicere his Grammatici solent tractationem eorum, quæ de-

declinatione variant. Quare, necubi industria nostra meritò desideretur, de hac etiam parte aliquid dicemus.

Quinque sunt classes eorum, quæ ab eodem recto obliquos formant diversæ declinationis. Prima est illorum, quæ declinationis sunt primæ, ac tertiæ. Vti quædam in AS: quale *Calchas*, à quo ut *Calchænis* dixit Maro secundo magni operis: ita *Calchæ* quoque rectum esse docemur illo Plauti in Menæchmis*: *Novissim tu illum? ME. No- vi cum Calcha simul.*

* *Ab. 5.*
Sc. Nimis
Bulæ.

Item quædam in ES: ut *Thucydide*, & *Thucydidis*, *Mithridatæ* (sive *Mithradatæ*: utrumque enim in vet. monumentis legitur) & *Mithridatis*: ac par ratio est in *Oromes*, *Tigranes*, *Heracledes*, *Timarchides*, *Æetes*, *Herodes*, *Euripides*: uti de omnibus hisce testatur, ac de plerisque probat in sexto Priscianus. Et ista sunt virilia nomina: quibus addere potes *Bootes*. Nam *huic booti*, est apud Cic. II de Nat. Deor. At Iuvenalis est sat. v: — *Pigri sarraca bootæ.*

At in aliis quoque id locum habet: ut nominibus fluviorum. Nam *Euphrates*, & *Ganges*, non tantum faciunt hujus *Euphratis*, & *Gangis*: sed *Euphratæ* etiam, & *Gangæ*. Ab *Euphrates* tertiæ, Plinius *Euphratis* dixit lib. VI, cap. xxv, xxvi, & xxviii. Ab *Euphrates* primæ est hoc Lucani in x†:

† vers. 33.

Persarum Euphraten, Indorum sanguine Gangem.

Et in viii †:

† vers. 358.

Signaque ab Euphrate cum Crassis capta sequuntur.

Nimirum, ut Strabo Ἐυφρατίης, Ἐυφρατίου, dicit in x. Itidem *Ganges*, *Gangis*, inflectit Plinius lib. VI, cap. xvii, xix, xx. At à *Ganges*, *Gangæ*, est hoc Papinii in i Thebaidos*:

* vers. 676.

Quique bibit Gangem, aut Nigrum occasibus intrat.

Nempe ut ὁ Γάγγης, ἡ Γάγγις, Straboni in xv.

Idem videas in compositis à πῦς: non omnibus quidem; nam à *tripus* tantum est *tripodis*; ab *Antipus*, *Antipodis*: ac licet Græcis πολύπους, πολύπυς faciat, & πολύπους, πολυπόδιον, Latini tamen *polyppi* potius dicunt, more secundæ: ut *polyppi*, Catoni de R. R. cap. clvii; *polypos* apud Plautum Aulul. act. II, sc. II; *polyporum*, & *polyppis*, Plinio lib. ix, cap. xx, xxix, xxx, & alibi. Verum utramque flexionem videas in *Oedipus*. Ita *Oedipo* ait Plautus Pcen. act. I, sc. III; *Oedipum* Cicero lib. de Fato. At *Oedipodis* dicere jubet Valerius Probus in Catholicis, ac Priscianus in VI: atque ait Seneca in *Oedipo* †:

† vers. 1003.

Lux te refugit, vultus Oedipodem hic decet.

Sic *Melampus*, *Melampi*, & *Melampodis*. Nec tamen exempla in obliquis facile invenias. Melampe in vocandi casu Statium dicere

E e e e 3

alibi

alibi ostendit. Id est à melampus tertiæ. Nam alioqui esset Melampe. In causa est, quòd Græci non solùm dicant, ὁ Οἰδιπύς, & Οἰδιπὸς; sed etiam ὁ Οἰδιπὸς, & Οἰδιπύς: quod Atticum. Sic δῖπύς, & δῖπὸς, & δῖπύς: item accusativo, ἄ δῖπὸδα, & ἄ δῖπύς.

Adhæc Græca quædam in MA olim etiam primæ erant, quæ nunc tantum tertiæ. Vt *cyma*, *cymæ*, quod ostendit Nonius: *diadema candida*, Appulejo x Met. ubi tamen *candidum* membranæ nostræ, quas munificentia Clarissimi collegæ nostri Caspari Barlæi debemus: *dogmam* apud Laberium in Cancro: *glaucomam*, Plauto Trinummo; *sacomam* Vitruvio lib. IX, cap. III: *schema*, in auferendi casu, Plauto semel iterumque: *syрма* eodem casu, apud Valerium Phormione.

Alterâ classis comprehendit ea, quæ secundæ sunt, tertiæque: ut Græca in E V S. Velut *Typhoeus*, *Typhoei*, & *Typhoeos*: *Perseus*, *Persei*, & *Persecos*: de quibus dictum antea. Sic, in Latinis, *sequester*, in secundâ usurpat Plautus Nidulariâ; cuius est, *Haut fugio sequestrum*; Virgiliûsque in XI, cum ait: — *Et pace sequestrâ*. At id etiam esse tertiæ, docet illud apud Tullium II Verrin. *Aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicii*.

Olim etiam & *cancer*, *cancri*, ut *culter*, *cultri*; & *cancer*, *canceris*, ut *cicer*, *ciceris*, dixere; Prisciano teste in V, & VI. Lucretius lib. V: *Canceris ut verrat metas se ad solstitiales*. Vbi de cancro sidere sermonem esse, satis est apertum. At pro morbo similiter usus Arnobius lib. I adversus nationes: *Illi haut aliter contumaciam canceris sævi ad subeundam cicatricem circumscriptis conagationibus compulerunt*. Danſqueius p. 73 ait *Canonem similito dixisse canceres pro cancri*.

* Vbi MSS. *Mulciber*, tum *Mulciberi*, vel *Mulcibri* facit: tum *Mulciberis*, ut apud Ovidium in secundo de Arte:

*Mulciberis * capti Marsque Venusque dolis.*

Mulcibri ex veteri poëta est apud Tullium †: *Mulcibero* apud Martianum Capellam ‡. Sic *glomus*, *glomi*, & *glomeris*: modo Erasmo stantidum, qui αἰγῶν αἰγῶνιδες vertit bonorum *glomi*. *Sine lini glomere* dixit Plinius lib. xxxvi, cap. xiiii. Et omnino in tertia tutius usurpes. At malè plerique, in his etiam Rob. Stephanus *, huc referant *gibbus*: quod non *gibbi*, tantum; sed *gibberis* etiam facere arbitrantur. Adferunt pro se è Iuvenali: *Attritus gibbere nasus*. Sed nusquam apud eum hic locus extat: satyra solùm VI ista leguntur:

Attritus galeâ, mediusque in naribus ingens

Gibbus, & acre malum semper stillantis ocelli.

Certè *gibber*, sive substantivum, sive adiectivum, tantum secundæ est. Varro lib. II de R. R. cap. V: *Sint compressis malis, subsmissive, gibberis*

* Vbi MSS. plerique, etiam noster, *Mulciberis*: atque ita Aldus edidit. Sed alii MSSi *Mulciberis*, & editio Veneta anni 1506: atque id prætulit Casellius in Stro-mateo, teste Prisciano in 6.
† lib. 2 Tusculanæ.
‡ lib. 6.
* in Thes. L. L.

beri spinâ leviter remissâ. Et lib. III, cap. IX: Gallinæ Africanæ sunt variae, grandes, gibberæ. Itidem Plinius lib. X, cap. XXVI ait: Gallinarum genus gibberum.

Composita verò ex pater, diversimodè se habent. Sunt quæ secundam sequuntur: ut planè Græca; quale *Anipater*, *Anipatri*; ut Græcis ὀ Ανιπατρῆς, & Ἀνιπατρῆς. Item *Sospater*, *Sospatri*; ut ὀ Σωσιπατρῆς, & Σωσιπατρῆς. At Latina sunt tertiæ; quale *Sempater*; quod apud Ovidium in *Fastis*. Vnde inscriptio veteris carminis: *Ad Sanctum Sempatrem*. Par ratio in *Marspiter*, *Diespiter*.

Ad tertiam classẽ pertinent, quæ sunt declinationis secundæ & quartæ. Vt sunt ea, quæ deinceps congessimus.

Arcus quartæ est sæpius: unde *arcu* Horatio lib. I, od. XXII, & XXIX, & alibi. At in secundâ utitur apud Nonium Varro in IV de vita populi Romani, ad Pomponium Atticum: *Eoque pecuniam magnam consumsisset, quòd arci, quos summo opere fecerat, festi pondere, diu facti, celeriter corruissent*. Item de cœlesti arcu Lucretius in VI *:

* vers. 525.

Tum color in nigris existit nubibus arqui.

Imo & Cicero lib. III de Nat. Deor. *Cur autem arqui species non in Deorum numero reponatur*. In plurali tamen solum hi *arcus*, & hos *arcus* dicimus. Nominativo usus Plinius lib. XVII cap. XXXV: *Arcus cum sunt duplices, pluviam nunciant*. Accusativo lib. II, cap. LIX: *Arcus vocamus extra miraculum frequentes, & extra ostentum*. Similiter Vitruvius lib. IX, cap. IV. *Aquæ vapores à fontibus ad nubes, per arcus excitari*.

Cibus nunc solum secundæ est; olim autem quartæ etiam fuit: unde Plautus *Captivis* act. IV, sc. II:

Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.

Vbi *cibus* esse casum patrium, docet Priscianus in sexto. *Palmerius* tamen credidit, *commeatus cibus* per appositionem dici ad discrimen cibi, qui non est *commeatus*.

Colus, *coli*, & *colus*. Quemadmodum ait Charisius in primo. Secundæ etiam esse, ait Priscianus in quinto: & in sexto probat eo, quòd Maro in VII Æn. *colo* dicat, pro quo Statius VI Theb. *colu*. Et sanè extra istæc quæ dixi, semper videtur quartæ. Vnde Statius III Theb.

— *Nigræque sororum*

Intavere colus.

Hæ coli dicere non amsim.

Cornus, *corni*, & *cornus*. Statius, *Cornu depressus Achivâ*. At Serenus Sammonicus, *cornu*.

Domus. Vnde hujus *domus*, & olim *domi*. Quomodo dicimus, *domi*

mi militiaeque : & cùm certis adjectivis ; ut, *domi nostrae*, vel *alienae*. At *vetus domi meae* non dicitur. In dandi casu usus Cato antiquè de R. R. cap. cxxxiv , & duobus sequentibus : *Domo familiaeque meae*. Imò nec refugit Horatius lib. I, epist. x :

Ponendaeque domo quaerenda est area primum.

At Cicero , *domus suae* , & *domus alienae*. Sic *domorum*. Donatus in Eun. act. IV, sc. VII : *Fortiter pugnant, qui sunt memores domorum*. Item *domos*. Plinius lib. VII , cap. LVI : *Domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius*. Sed secunda caret vocandi casu singulari ; nominandi, dandi, & auferendi plurali. Similiter quarta destituitur singuli numeri ablativo. Plautus tamen *δῆχαιζων domus* usurpat Milite Glor. act. II, sc. I :

Ait sese Athenas fugere ex hac domus.

Imò, si Popmæ credimus lib. I Antiq. Lect. cap. IX , Livii sit lib. I : *Domus profugus*. Crebrum etiam tum in Digestis , ut observat Brissolinus Παρέργων libro : tum in antiquis inscriptionibus, ut Gruterianus earum index ostendit.

Fagus quoque, pro *faeos*, juxta nonnullos II Georg. dixit Maro : ac in Culice , *Vmbrosae fagus*. Et eodem carmine : *Aeriae platanus*. Sic enim legit Scaliger ex vet. membranis, pro quo in vulgatis *platanus*.

Fastus quoque secundæ , & quartæ olim declinationis fuit. Malè enim id negat Servius in III Æn. Vbi scribere non veretur , errore Lucani prolatum esse *fastibus*, cum ait in x :

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Et video esse viros eruditos (in his Henricum Brucaëm Belgam in catalogo eorum , qui in Astrologia floruerunt , quem subjecit tribus libris de motu primo) qui legant

Nec meus Eudoxi fastis superabitur annus.

Ac meminit quoque ejusce lectionis Iacobus Severtius Theologus Parisiensis præfatione in Orbem Catoptricum , sive Mappam Mundi. Sed non dubitandum, quin aliter scripserit Lucanus.

Lucanum itaque imitatus Sidonius Apollinaris ad Majorianum Augustum :

Sic, lustro imperii perennis acto ,

Quinquennalia fastibus dicentur.

Ita emendat Ios. Scaliger lib. V de emendatione temporum. Verùm quia doctissimus Savaro , non in vulgatis modò codd. sed & in vetustis , ac codd. manuscriptis , se *fastibus* reperisse ait : age vocem hanc aliorum quoque scriptorum autoritate defensemus. Ac primò Horatii, apud quem III Carm. od. XVII, olim, Prisciano * teste, legebatur ,

— *Et nepotem*

* In 6.

Per memores genus omne fastus.

Atque apud Claudianum in nonnullis manu exaratis, idque Cuai-
cio approbante, sic legitur lib. I in Eutropium * :

Inter Arimbei fastus, & nomen herile

Servus erit.

* vers. 478.

Quod si utrobique in libris aliis *fastos* legi prætexent : at quid fa-
cient Varroni ? è cujus Ephemeride Priscianus ipse citat : *Postea hono-
ris virtutum causâ Iulii Cæsaris, qui fastus correxit, mensis Iulius appellatus
est. Quid item Columellæ ?* cujus est in IX, cap. XIV : *Verum in hac
ruris disciplina sequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquiorumque fastus astro-
logorum.* Ita etiam editum à Rob. Stephano, ut cæteros præteream.
Interea agnoscimus, in secundâ multò esse usitatus ; quomodo Silius
lib. VIIII ait :

Marcellum fastis labem suffragia cæca

Addiderant.

Et Ovidius inscripsit *Fastorum*, non *Fastuum* libros. Ac probat id
quoque Agræcius : *Fastus*, inquit, *de superbia, & facit genitivum fa-
stuum : fastus de libris, & facit fastorum.* Eadem legas apud Bedam de
Orthogr. Nempe utriusque *fastus* singulare est : quomodo & Philoxe-
nus fortasse usus, in cujus glossis exponitur *ἡμερολόγιον.*

Ficus, hujus *fici*, & *ficus*, pro arbore & fructu ; de quo antea dictum †.

† lib. præced.
cap. 14.

Humus, unde *humu*, pro *humo* : ut Nonius ostendit illo Varronis
sat. quæ inscribitur *Pranfus paratus* :

Contra coæctus cervus latracu canum

Fertur bisulcis unguis nitens humu.

Et *τηφῆ Μενίπῳ* : *In pavimento non audes facere lacunam : at in humis
calceos facis elixos.* Popma lib. I Antiq. locut. cap. IX addit è Virgilio :

Pressit humo nitens.

Laurus, *lauri*, & *laurus*. Vnde Horatius lib. II, od. VII, *Sub lauru
meâ.* At similiter Plinius, & Tacitus. At Virgilio est lib. III Æn. †

† vers. 360.

Qui tripodas, Clari lauros, qui sidera sentis.

Et Ecl. VIII : — *Incende bitumine lauros.*

Item Ecl. II :

Et vos, ô lauri, carpam.

Quem ad locum ita Servius : *Licet Horatius dixerit, Depone sub lauru
meâ : melius tamen est juxta secundam formam inflectere. Nam melius sonas.
Adi & Pierium ad Ecl. VIII. Idem Servius in x Æn. negat lauribus
dici ob asperitatem.*

Lectus olim pro *lecti*, *lectus* habuit. Plautus Amphitr. act. I, sc. ult.

Præus abis, quàm lectus, ubi jacuisti, concaluit locus.

FFFF

Palmie-

Palmerio tamen placebat, *lectum locum* dici per appositionem, quia non omnis locus est lectus. Sed patrium esse calum, cenſet Prifcianus in VI : atque addit, fimiliter loqui Cornificium in primo de cœnis Deorum : *Ipsis verò ad Cereris memorie renovandæ gratiam lectus ſternuntur.*

Pannus olim quartæ. Vnde Ennius in Protreptico, *pannibus*, teſte Charifo in primo. Ac Nonius idem probat illo L. Pomponii Mac- cis geminis :

Bono animo es, video : eripiſti primiter de pannibus.

Ita membranæ noſtræ : non, ut in plerifque editum, *eripiſti*. Ge- nuina autem lectio, ut puto, eſt,

— *Erepiſti primiter de pannibus.*

Nempe *ἔρριπταις* eripiſti, pro erepiſti.

Pinus. Virgil. in X :

Nos ſimus Idææ ſacro de vertice pinus.

At Ecloga VIII :

— *pinofque loquentes.*

* apud
Prifc. in 6.

Quercus, querci, & quercus. Cicero in Chorographia * : *Ibi quercu- rum rami ad terram jacent, ut ſues, quaſi capræ ex ramis glande veſcantur.*

Senatus, ſenatus, & ſenatus. Quinctilianus lib. I, cap. VI : *Quid de alius ducam, cum Senatus, ſenatus, ſenatus ; an Senatus, ſenari, ſenato ſaciat, incertum ſit ? Senari* crebrum Salluſtius : ac ſic Plautus Caſinâ dixerat, *Senari columen*. De *Senato* non æquè apertum. Ciceronis locus è Læ- lio adfertur : *Hoc tamen verè licet dicere, P. Scipioni, ex multis diebus, quos in vita celeberrimos letiſſimoſque viderit, illum diem clariſſimum fuiſſe, cum Senato dimiſſo domum reductus ad veſperam eſt à patribus conſcriptis, à populi Rom. ſociis, & Latinis, pridie quàm exceſſit è vita.* Vbi *Senatu* eſt in innu- meris MSSis, etiam naſcentis typographiæ editionibus, quas con- ſului. Sed *Senato* reperit in codice veteri Giffanius : ut cap. XVIIII dixi. Etiam Carolus Langius in optimo ſe id codice conſpexiſſe te- ſtatur. Adhæc Ianus Guilielmus apud Livium lib. III ſimiliter in optimo & vetuſtiſſimo codice invenit : *Vi ſiquis memorem libertatis vo- cem, aut in Senato, aut in populo miſiſſet.* Nec dubitabat Guilielmus, quin ita ſcripſerint & Cicero, & Livius.

Somnus. Varro lib. I de R. R. cap. II : *Æſtivo die ſi non diſſinderem meo inſitio ſomnu, vivere non poſſem.* Sic in optimis ſuis MSSis legi, re- fert Petrus Victorius.

Sonus, ſoni, & ſonus. Siſenna lib. III Hiſtor. *Postquam in ſonu ſigno- riam prælium magno cum clamore virorum commiſſum eſt. Quo Nonius offendit, ſonu dixiſſe, pro ſono.* Andreas Schottus lib. IV Nodorum Ciceronis cap. IX, ubi vulgo eſt apud Nonium ; *Soni, & ſonus, pro ſo- nus,*

nus, & sonus; ait in Complutensi codice à se inspecto legi; Soniti, & sonus, pro sonitus & sono. Popma lib. I Antiq. Locut. cap. IX, addit hoc Varronis de R. R. *In sonu sonorum prælium commissum.* Sed in nostris membranis est soni, & sonus. Et quomodocumque legas; verum est, dixisse veteres, sonus, soni; & sonus, hujus sonus.

Succus omnino secundæ est, quo tamen in quartâ usus Appulejus lib. IX: *Ad instar scoparum in amarum cænos succus cariem exolescunt.* Item lib. X: *Coquus sapidissimus nutrimentis succum pulmenta vapore molliat.*

Susurrus, hujus susurri, & susurrus. Appulejus lib. III Floridorum: *Tibia questu delectabilior, & fistula susurru jucundior, & buccina significare longinquior.* Ita quoque est in membranis nostris.

Ventus, venti, & ventus. Plautus Cistell. act. I, sc. I:

— *Qui secundo veniu vectus est*

Tranquillo mari.

Ita adducit Sosipater lib. I.

Versus quoque, ut classicis quartæ, ita præcis secundæ erat. Lælius in Polymetris: *Ommes sunt denis syllabus versi.* Vbi pro *sunt denis* lego, *videmus*: ut Phalæcios signet, qui aliter *Hendecasyllabi*. Lævio verò, non Livio Andronico (uti in sua fragmentorum collectione Rob. Stephanus) tribuimus hunc versum; secuti in eo fidem, tum antiquæ Prisciani editionis Venetæ anni MDCCCCLXXVI: tum imprimis codicis nostri MSi optimæ notæ. Puto autem eundem esse, qui erotopægnia, & polymetra, & de poëmatorum virtutibus ac vitiis scripsit. In quo si verum video, *Lælius* rescribi debet apud Charisium in primo; ubi legitur vulgo: *Lælius ex principibus grammaticis, qui librum suum ita inscripsit: De vitiis virtutibusque poëmatorum.* Quamquam nihil etiam impedit, quo minus diversos dicamus. Ad *versi* vocabulum redeamus. Similiter Laberius in Lacu Averno:

Versorum, non numerorum, numero studuimus.

Ita emendo ex iisdem membranis: ubi vulgò *numerum numero*, & sententiâ, & metro claudicante. Item Valerius Phormione:

Quid hic cum tragicis versis, & symmâ facit?

Vbi in Purfchianâ editione *versibus*: atque ad eò & veteri Venetâ *. * an. 1476. Sed *versis* hic quoque in membranis nostris invenimus. Et sine dubio hæc vera lectio est.

Vulgus, hujus vulgi, & vulgus. Ut ostendit Charisius illo Varronis lib. XV Antiquitatum rerum Humanarum: *Vulgus rumorem.* Et in no- no Hebdomadum: *A vulgu condemnaretur.* Nisi rectus sit *vulgu*.

Sed tamen quædam sunt, quæ minùs circumspèctè ad hanc classem retulerunt. Tale est *sinus*; quod quidem inclinationis est secundæ, &

F f f f f 2

quartæ;

quartæ; sed variatâ significatione. Nam pro vase, secundæ; pro gremio, quartæ est. Quod ad locum Attæ in Megalensibus: *Nempe ad mensam, ubi sermo de sinu solet oboriri* (quomodo is locus in Servio Petri Danielis * editus est) pro *sinu* omnino *sino* legi debet.

* Ad Ecl. 7. verba ista, Sinum la-
cui, & hac
se l. P. 9.

Neque à recto *penus*, quamvis id Charisius, & Cledonius, faciant secundæ & quartæ declinandi formæ, *penne* in vocandi casu dixerim. Nam patrius casus *peni*, quod utriusque imposuisse judico, est à recto *penum*; quod Phocas jure agnoscit; ut, quo Afranius apud Priscianum, Terentiûsque †, utantur. Multò minùs *speci*, aut *speco*, à *specus* dici posse existimo; quomodo tamen loqui docent Grammatici nostri.

† Eunuch. all. 2. sc. 3.

Priscianus lib. VI, ut *manus* est quartæ, ita & dici vult, *hic centimanus, hujus centimanus*. Subdit deinde isthoc Horatii è III Carm. od. IV:

*Tëstis mearum centimanus Gyges
Sententiarum notus.*

Verùm *centimanus* hîc esse recti casus, nemo non videt. Idem cùm dixisset *sibilus* in genitivo facere hujus *sibilus*; hunc subjicit locum Siffennæ è XII Histor. *Procul sibilus significare consuli cepit*. Sed hîc quoque *sibilus* est nominativus. Ut nihil uterque locus ad rem faciat.

Quartus ordo eorum est, quæ sunt tertix, & quartæ; ut *specus, specoris*, & *specus* hujus *specus*; unde ablativus *specu*. A *penus, penoris*; unde † lib. 12. c. 4. *penora* apud Columellam †: & *penus*, hujus *penus*; unde ablativus *penu*. Ab *acus* item tum *aceris* dicitur; tum hujus *acus*; ut apud Columellam * lib. 2. c. 9. *lam* *, *Acus ressecta*.

† lib. 3 &
15 Ann. &
4 Hist.

Quintâ classis habet ea, quæ sunt tertix, & quintæ. Ut *plebes*; quomodo integrè pro *plebs* Tacitus † læpe, & alii, loquuntur. Ab eo non *plebis* solùm patrio casu legimus: sed etiam *plebei*; ut apud Varronem lib. IV de L. L. Tacitum lib. VI Annal. semel iterumque, Gellium lib. VII, cap. XIX, ubi in decreto de Scipione legas, *Tribunus plebei*: & cap. XI, ejusdem libri, ubi in editione H. Stephani excusum *plebi*: rectè, quia *plebi* ex *plebei*, ut *fami* ex *famei*, *pornicium* ex *porniciei*; de quo antea satis dictum.

† Apud Priscianum in 6.

* Ibidem.

† apud Prisc. lib. 7.

Quies etiam non tertix solùm est, de quo nemo ambigit; sed quartæ quoque; ut docemur isthoc Afranii in Emancipato †: *Sollicito corde corpus nunc potitur quie*. Et hoc Nævii in Protefilaodamia *: *Complexa somno corpora operiuntur, ac suavi quie dicantur*. Vbi malim, *quie rigantur*. Idem cognoscere est ex composito *requies*: quod in quinta invenias passim. Ut illo Sallustii I Histor. †: *At inde nulla munitionis, aut requie mora processit ad oppidum*. Vbi *requie* pro *requies* ponitur, Prisciano teste. Sexto casu usus Maro IV Æn.

Tempus inane peto, sparsum, requiemque furori.

At etiam in tertia usus Tullius, si rectè in vet. quibusdam libris scriptum est dialogo de senectute: *Quid ego vitium sacus, ortus, incrementa commemorem? satiari delectatione non possim; ut mea senectutis requiem oblectamentumque noscatis.* Quomodo & Priscianus legit in VI. Idem ad Hostilium similiter hoc usus; teste Charisio. Et I de Fin. *Et ad dolores ita paratus est, ut meminerit, maximos morte finire, parvos multa habere intervalla requietis.* Et lib. I, epist. XV ad Att. *Ita sum destitutus, ut tantum requiesis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Cicerone consumisistis.*

Imò & *quies, inquietus, requies*, adjectivè olim in tertiâ usurpabant. De primo testis Priscianus, qui adfert illud Nævii lib. I I I Belli Punici: *Iamque ejus mentem fortuna fecerat quietem: & hoc Licinii Macri è I Annal. Non minimo opere milites quietes volebam esse. Inquietem pro inquietum Sallustius dixit I I Histor. * Quia corpore & lingua percitum, & inquietem, nomine histrionis vix sani, Barbulejum appellabant.* Appulejus similiter, *inquieti procacitate. Requies pro requietus* in recto usus Maro in Cullice, si Scaligeri placet emendatio:

Quolibet ut requies victu contentus abundet.

Sunt qui classibus quatuor à nobis commemoratis etiam quintam adjungant. Hanc esse ajunt eorum, quæ sunt primæ, & quintæ. Sed hujusmodi pro variâ terminatione variant declinationem. Vti *materia, materies; luxuria, luxuries; & alia id genus, de quibus vidimus libro antecedenti †:*

† eab. 35.

Et hujusmodi quidem sunt, quæ in eodem numero variant declinationem. At præter hæc alia esse, tradunt Grammatici, quæ sub eadem terminatione pro diverso numero declinationem habeant diversam. Vti *vas*, quod Priscianus lib. VII in singulari tertiæ, in plurali secundæ esse docet. Sed *vasorum, & vasis*, sunt à nominativo *vasum*; quem & Caper † agnoscit. Vfus Cato apud Gellium lib. XIII, cap. XXI: † *Neque mihi edificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est in manu pretiosum.* Pictor lib. XVI: *Polubrum sinistra manu teneto, dextera vasum cum aquâ.* Plautus Truculento Act. I, sc. I:

† de verbis dubin.

*Aut aurum perit, aut conscissa pallula est,
Aut emta ancilla, aut aliquod vasum argenteum,
Aut versum abenemum aliquod, aut lectus dapilis, &c.*

Lucretius lib. VI: — *Rareque facit lateramina vasi:*

quomodo hunc quoque locum citat Martianus Capella lib. III: quo loco ambi à quibusdam ait, num *vas*, an *vasum* dici debeat. *Vasibus pro vasis* dixit Cornelius Severus in Ætina: — *Cavis cunctis vasibus læsis.*

At *vasis* Cæsar lib. III de bello Civili : *Et noctu, neque conclamationis vasis, flumen transsit.*

Neque rectius alii *jugerum* in singulari secundæ, in plurali tertiæ esse ajunt. Nam *jugerum*, & *jugeribus*, sunt à nominativo *juger*. Tibullus lib. II, eleg. III :

Vt multo innumeram jugere pascat ovem.

Mela lib. III, cap. v : *Plus jugeris spatio sublimis.* Quin neque *jugerum* plurali caret, cum Varro lib. I de re Rust. cap. x, in dativo plurali *jugeris* dixerit. Idem docet Priscianus lib. VII, nisi quod *jugere* putet esse à *jugus jugeris* : de quo haut multum repugnem.

Sunt etiam composita ex duabus vocibus, quæ utrimque declinata aliam priori, aliam posteriori voce, declinationem sequantur. Vt *respublica*, & *rosmarinus*; quorum illud partim quintam, partim primam; hoc tertiam, & secundam sequitur declinationem.

Sed quæ utrimque, quæ ex altera duntaxat parte declinentur, non tam est manifestum, quam Grammaticis multis vitum fuit. Quare de re tota accuratius dicendum. Componuntur alia ex duobus rectis : ut *respublica*, *jusjurandum* : alia ex recto, & obliquo : ut *paterfamilias*, *materfamilias* : alia ex obliquo, & recto, ut *Senatusconsultum*, *jurisperitus triumphator*. Ex qua parte est obliquus, nulla est variatio calus; sed tantum, ex parte recti. Ita tantum dicimus *materfamilias*, & plurali *matresfamilias*, vel variato etiam numero, casuque servato; *mauresfamiliarum* : unde *mauresfamiliarum* est apud Columellam lib. XII, cap. I. Nec tamen ad hoc, ut utrimque aliquid casibus varietur, sufficit vocem ex duabus rectis componi. Nam præterea necesse est, ut sit ex duobus integris. Nam *Marspiter*, ut Varro lib. VIII de L. L. ait, *Marspiteris* facit. Cujus rei, quam aliam adferemus causam, quam quia posterior pars vocis non integra sit, sed corrupta? Atque idem de *Diespiter* dixerit. Nam & hoc *Diespiteris* facere, ibidem docet Varro. Et Priscianus ait, apud veteres inveniri, *Marspiteris* & *Marspiteris*; *Diespiteris* & *Diespiteris*. Sed de *Diespiter* non æquè contendero : quia videri id possit non esse ex duobus rectis. Gellius * enim censet, sic dici quasi *diei* & *lucis pater*. Sed de *Marspiter* secus est, quod idem ac *Marspater*. At si integer sit uterque rectus, uterque etiam inflectitur. Quod & refer *rosmarinus*. Quid mirum? quando ut dicitur *respublica*, vel *publica res*; ita *ros marinus*, vel *marinus ros*, quod apud Horatium lib. III, od. XXIII :

Parvos coronantem marino

Rore Deos, fragilique myrto.

Atque *marinum rorem* limiliter ad eum locum ait vetus interpres.

Quare

* lib. 5. c. 12.

Quare inflectemus, *rosifmarini*, *rosimarino*, & ita deinceps. Dixeris, inveniri & *rosmarinum* acculandi casu: ut apud Plinium lib. XIX, cap. XII: *Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant.* Sed facillè occurritur. Nam rectus nuuc est *rosmarinus*, qui facit *rosifmarini*: nunc *rosmarinum*, qui *rosifmarini* facit, quia est ex recto & obliquo. Nam qui *marinum* ros dicat, *σλοικίζη*: quia *ros* non solùm virile est pro nocturno humore, quem serenitatis tenuitas spargit, ut eum describit Apulejus*: sed etiam pro planta, quæ Virgilio II Georgicò *ros*, ut Turnebus observat Advers. lib. XIII, cap. XXI: item *rosmaris* Ovidio lib. III de arte †: Horatio *marinus ros*, ut vidimus: *rosifmarinus* passim, † vers. 690. ac plurativè etiam *rosifmarini* Virgilio in Culice:

Liliæque & roses, Nonacria intra, marini.

Rosmarinum autem in recto etiam dici, fidem fecerit Plinius lib. XVII, cap. XIII: *Isdem modis rosmarinum scribitur.* Et lib. XXIV, cap. XI: *Est & rosmarinum.* Vbi & *ἀρωῶς* rorem vocat. Paulò enim post ait: *Quæ ex rore supradicto nascitur.* Sic quidem optimi quique libri: non *rosmarino*. Tamen *olusatrum* non tantùm *olerisatri* facit; quod apud Columellam lib. XI, cap. III: sed etiam *olusatrum*; quomodo Plinius lib. XIX, cap. XII ait: *Radicem habet olusatrum, nihil à thure differentem.* Vulgò similiter à *iusjurandum* dicunt, *iusjurandi*, *iusjurando*. Ac Cæsar's se, & Taciti locis tuentur. Sed metuo ne loca omnia, quæ adferunt, sint corrupta.

De *leopardi* nomine parum laboro, quia antiquissimi, apud quos legas, videntur Diocletiani demum temporibus vixisse. Nili quòd Festi ætas non satis aperta; qui & ipse vocem eam habet in *Bigen-ya*. Antiqui vocant *pardos*, & *pamtheras*: item *Africanas* & *Libycas feras*. Plinius sic *λεopardός* lib. VIII, cap. XVI, uti & Solinus cap. XL, *leonum genus ex pardis generatum.* Sed si voce eà inflexà omnino utendum, non *leones pardos*, sed *leopardos* dicam cum Lampridio in Heliogabalo, Capitolino in Gordianis, Vopisco in Probo. De *alteruter*, quia verius pronomen est, libro dicam de Analogia IV, cap. VII.

CAPVT XXI.

A recta declinatione acceditur ad transversam: quæ motionem, & comparationem comprehendit. Prior, pro prius; posterior, pro posterius; potis, pro pote; & pote, pro potis. *Adjectiva in ER, genere muliebri: quæ nunc per is potius effertur.* Paupera. Celerissimus. Pauper lorum quod Iuvenali. Arpinate, Sarfinate, & similia, non rectè in neutro usurpantur, pro Arpinas, Sarfinas, cuius &c. *Substantiva adjectivè sumpta*
maoruri

moveri adjectivorum more. De Persis loco à Britannico, & Casaubono recessissim. Substantiva substantivè posita moventur de genere virili in muliebri. Colubra. Antistita. Lea. Caupona, caupa, copa, cupa, eadem significatione. Straba.

HActenus diximus de declinatione rectâ, quæ fit in casus, & κατ' ἰξοχλῶ sibi declinationis nomen vindicavit. Sequitur transversa, ut Varro eam vocat in tertio de Analogia. Hæc partim fit in genera, & *Motio* dicitur; partim in gradus, & *Comparatio* nominatur. *Motio* tum substantivis inest, tum adjectivis; sed primariò, & propriè magis adjectivis; de quibus iccirco priori loco agendum.

Adjectivorum alia moventur unâ terminatione: ut, *concors, par, & similia*; in his *infans*, ut argumento est illud Ovidii in Ibin:

Gutturæque imbuerunt infantia lacte canino.

Alia duabus; ut positivi in *IS*, quorum neutrum in *E*; quale, *fortis, forte*: item comparativi in *OR*, in quibus neutrum in *VS*: ut, *melior, melius*.

Alia tribus; ubi feminina in *A*, neutra in *VM*; ut, *probus, dexter, satur*: quod κατ' ἄδουρηπλῶ ex *saturus*. Interdum & neutra in *D*; ut in provocabilis, *aliud, illud, quid*; cujus & femininum in *Æ*; ut in Pronomine dicemus.

Iuxta priscos comparativi in *OR*, quos secundi ordinis faciebamus, primi erant. Vnde apud Valerium Antiatem vi *Annal.* *Hoc senatusconsultum prior factum est.* Et Cassius Hemina *Annalem* suum quartum hoc titulo inscripsit: *Bellum Punicum posterior.* Geminum quoque Claudii è ix *Annal.* locum vide apud Priscianum lib. vii.

Nec quod de adjectivis in *IS* diximus, in *potis, & pote*, est perpetuum. Nam etsi non negamus, *potis* plurimum masculino, aut muliebri; *pote* autem sæpius in neutro usurpari: sunt tamen & loca non pauca, in quibus secus fiat. Verissimum enim est, quod ad Catullum monuit Muretus, *potis*, pro *pote*, accipi in isto Lucretii lib. v:

Nec potis est cerni, quia cassam lumine fertur.

* lib. 2, el. 1.

Et contra *pote*, pro *potis*, dixit Propertius*:

Quâ pote, quisque in eâ conerit arte diem.

Catullus utrumque modum habet. Nam *potis*, pro *pote*, ponitur in isto †:

Qui potis est? inquis. quod amarem injuria talis

Cogit amare magis, sed bene velle minus.

† ad Lerbiam Carm.

73.

‡ de Acme & Septimo Carm. 46.

Græcè, πῶς αἶν τῆ το δυνατὸν εἶν. At *pote* pro *potis* usurpat, cum ait †:

Quantum qui pote plurimum perire.

Hujusce rei ignoratio ansam præbuit multis locis depravandis. Nam ubi

ubi vet. membranæ habent *potis est*, in codicibus vulgatis, quia nomen neutrum antecessit, *potis* editum est. Id minimum duodecim locis ab Arnobio factum esse, docet Carrio lib. 11 Emendat. cap. xvii.

Quædam, ut dupliciter desinunt, sic bifariam movent. Ut *hic acer, hæc acris, hoc acre*. Et, *hic & hæc acris, & hoc acre*. Sic *saluber, & salubris; alacer, & alacris*. Afconius in Verr. 11: *Alacris, sive alacer, (utrumque enim dicimus) dicitur is, qui intentus est sensibus universis, cui omnes sensus in loco quisque suo vegeti sunt, & intenti.*

Nimirum adjectiva quædam tertiæ declinationis in ER exeuntia, nunc femininum fere in IS, neutrum per E faciunt: olim autem in feminino etiam ER retinebant. Sic Nævius dixit in carmine de bello Punico: *Fames acer augetur hostibus*. Et Ennius in xv1: *Æstatem auctumnus sequitur, post acer hyems* —. Pro quo *acris hyems* maluit Horatius od. 1v, lib. 1: *Pauper in muliebri usus Terentius Andr.* *

* Al. 4.
sc. 5.

Potius, quam in patria honeste pauper vivere.

Pro quo *paupera* dixit Plautus Vidulariæ: *Paupera hæc res est. Uberis, vel ubera*, non memini me legere in recto feminino: sed citat Priscianus è Catone in secundo Originum: *Itaque res uber fuit, antequam vastassent legiones. Celer se habet, ut celer*. Nam *celeris* de femina dixit Naso viii Met.

— *Prædâque potius nefandâ,*

Fert secum spoliis celeris.

Neutrum est apud Terentium Phormione †:

Nullus es, Geta, nisi jam aliquod tibi consilium celere repperis.

Ac ut à *celer* est superlativus *celerrimus*; ita à *celeris* (quo etiam M. Catonem de re militari, & Cæcilium in Epifatomo, usos, docet Priscianus in vi1) venit *celerissimus*: ut apud Cn. Manlium, sive Mattium in Iliade:

— *Celerissimus advolat Hector.*

Et Ennius in Annal.

Exin per terras postquam celerissimus rumor.

Ad adjectiva unius terminationis etiam pertinent *divus, teres, memor, uber, hebes, sospes*, & quædam alia: quæ rarius quidem, attamen interdum reperiuntur in genere neutro: quomodo Naso 1v Trist. dixit: *Divitis ingenii: teretia non refugit Agellius †*; uti nec Maro in vi1, *re-* † lib. 7.
res flagellam: idemque 1v Æn. dixit: *Nimem iustumque, memorque,* cap. 14.
pauperis ævi: ac Iuvenal. sat. v:

Vel nodus tantum, & signum de paupere loro.

Vbi *pauper lorum* vocat corrigiam illam, à qua dependebat bulla pue-

G g g g

rorum,

rorum, pauperum quidem, sed tamen ingenuorum, & hoc ingenuitatis signum gestantium: ut annotavit vetus ejus poetæ scholiastes.

Non scinel verò in genere motionèque adjectivorum cursum est extra veritatis curriculum. Certè multi Priscianum, Rhemnium Palæmonem, aliosque secuti, ajunt, dici, hic & hæc *Arpinas*, aut *Sarfinas*, & hoc *Arpinate*, aut *Sarfinate*. Et fortasse si id inficiemur, nonnemini, cui à tantis nominibus pendere sollempne sit, Lamix turres, somniæque narrare videbimur. Attamen, nihil pensi habentes, quid dicant plebeji judicii homines, asserimus, *Arpinate municipium, bellum Capenate*, similiaque, esse vel *ὄλοικα*, vel obsoleta. Nam Cicero epist. XIII, lib. XVI ad Att. dixit: *O casum mirificum!* v. Id. cum ante lucem de *Sinuessa*

* v. c. Tirenium.

† longam navigationem ingrediens.

no surrexissim, venissimque diluculo ad Pontem Tivertium*, qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter *Arpinas*, obviam mihi sit tabellarius, qui me offendit *δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα* †. Apud Livium lib. v legimus: *Cornelius Faliscum bellum; Valerio, ac Servilio, Capenas sorte evenit*. Et lib. VIII: *Eodem anno bellum Privernas sorte initum est*. Lucilii quoque est, *oleum Gassinæ*. Causa erroris est, quòd olim dixerint, *Arpinatis, Sarfinatis*; è quibus *Arpinas*, & *Sarfinas*, facta esse, ideoque ea circumflecti in ultimâ, rectè docent. Cato in Originibus apud Priscianum lib. VII: *Siquis mortuus est Arpinatis, ejus heredes sacra non sequuntur*. Ejusdem est, *lucus Capenatis*. Est & Plauti Menæchmis †:

† act. 2. sc. Nulla est voluptas.
* act. 3. sc. Melius anno loci.

Capenatis. Est & Plauti Menæchmis †:

Rogant cuius sit. quid ei nomen fiet. Et Mostell. *

Quid? Sarfinatis ecqua est, si Vmbriam non habes?

q. d. quomodo ulla sit *Sarfinas*, si tibi non sit umbra, cum *Sarfina* sit *Vmbria* civitas?

Verùm etfi antiquè istæc in *ATIS* desierunt, non tamen iccirco neutra in *ATE* efferenda; quia cum terminatione genus quoque immutarunt, atque è communibus omnis esse generis coeperunt; quemadmodum argumento est, quòd veterum nemo neutra per *ATE*, sed omnes per *AS* efferant.

Interdum autem fit, ut & substantiva adjectivorum naturam capiant; eoque terminationem quoque mutent, instar adjectivorum. Sic Virgilius † dixit, *Arcadium magistrum*; & †, *laticem Lyæum*; pro *Arcadico*, & *Lyæio*. Horatius*: *Medum flumen*, & †, *Sulpicia horrea*. Persius Sat. I, *heroas sensus*: quod, ut observavit Casaubonus, affine est illi prope *ἠδρακεκινδωθιμένω* veteris scriptoris dicto apud Eustathium, *ἀνθρηπον ἦθθ*. Apud Sophoclem quoque, Apollonium, & alios, *ἑσπερ* legas pro *ἑσπέρι*: ac similiter apud Plin. lib. XIX, cap. XII, *hora matutina, atque vespera*. Et, *Matutinum tempus, atque vespertinum*, pro *vespertina*, & *vespertinum*. Par ratio fortassis in terra Italia, pro Ita-

lica;

† Geor. 4. † I. En. * lib. 2. od. 9. † lib. 4. Carm. od. 12.

lica; terra Hispania, pro Hispanica. Qua de re dixi aliquid lib. superiori cap. XI I : pleniùsque agam libro de Structura cap. II. Etiam præcedenti libro * huc referebam ex Horatio, *Metaurum flumen*, & * cap. 12. *flumen Rhenum* : pro *Metaurinum*, & *Rhenanum*. Aliis tamen placet, veteres, ut *nardus*, *nardum*; *jugulus*, *jugulum*; *cingulus*, *cingulum*, similiaque : ita & *Metaurus*, *Metaurum*; *Rhenus*, *Rhenum*, dixisse. Quibus faciliè adsentirem, si *Metaurum*, & *Rhenum*, uspiam, nisi addito *flumen*, invenirentur. Et profectò, quis *annis Metaurum*, vel *Rhenum*, dicere ausit? Putabat Britannicus, imò & maximus Casaubonus †, similiter Persium *Rhenos* dicere pro *Rhenanos*, hoc est Germanos, Rheni accolas. Persii locus est sat. VI :

— *Missa est à Cæsare laurus*

*Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris
Frigidus excutitur cinis : ac jam postibus arma,
Iam chlamydes regum, jam lutea gausapa capitis,
Essedæque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos.*

Sed verisimilius est, eò respicere poëtam, quòd & fluminum picturæ præferrentur in triumphis : uti Rheni in triumpho de Germanis. Accommodatius exemplum, quòd eadem satyrà dicat, *Ligus ora*, pro *Ligustica*, & *juvenes jocos*, pro *juveniles*. Gruterum etiam si audimus, Seneca lib. V de Beneficiis cap. XXIV, dixit, *machera Hispania*. Sed melius codices alii, *Hispana*. At multa prioris generis apud Arnobium. In Codice ‡ quoque Iustiniani legit Stewechius, *dies autumnos* pro *autumnales*. Plura si voles, adi Ianum Guiljelmium in Plautinis, Palmerium in Spicilegiis, Stewechium ad primum Arnobii, Meursium ad Lycophronem, plurésque alios : quos in re vulgatà laudare piget.

† comment.
in Persii sat.
III.

‡ l. Omnes
dies. De se-
riis.

Sed hæc quidem substantiva sunt, verùm adjectivè accepta. At motio etiam est substantivorum, quæ suam retinent naturam : cujusmodi solùm moventur de virili genere in muliebri. Ut *rex*, *regina*; *ribicen*, *ribicina*; *fidicen*, *fidicina*; *hospes*, *hospita*; *sospes*, *sospita*; ut *sospita Iuno* : *cliens*, *cliens*, de quo superiùs * dictum; *flamen*, *flaminea*; quo Trogus usus, libro XXI I, teste Prisciano † : *coluber*, *colubra*, quod non apud Lucilium modò, Turpilium, & Varronem, de quibus Nonius auctor : sed etiam Ovidium in Ibin :

Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.

* lib. super-
riori, cap.
de genere
communis.
† lib. 7.

Quædam autem etsi quandoque eadem terminatione dicantur de utroque sexu; habent tamen & propriam feminis terminationem. Tale est *antistes*. Nam de femina eo usus Valerius Maximus lib. I, cap. I : *Ne Deæ vetusti ritus perita deesset antistes*. At propriè hæc *antistita*. Plautus Rud. act. III, sc. II : *Veneri, Veneræque antistitæ*. Imò

G g g g g 2

Ci-

Cicero Verr. VI : *Sacerdotes Cereris , atque illius sani amfistita.* Sic enim Ciceronem scripſiſſe , auctor eſt Gellius lib. XIII , cap. XIX. Ovid. lib. XIII Met. fab. II :

— *Tractiſque comis amfistita Phœbi*

Non profecturas tendebat ad æthera palmas.

Cornelius Severus * :

Stabat apud ſacras antiſtita numinis aras.

A *cliens* eſſe *cliens*a, diximus lib. I de Analogia cap. xv.

* Apud
Charſiſium
lib. I.

† Lucrot.
lib. 5.

Olim & *leo* utriuſque generis fuit : ſed poſtea in feminino *lea* † , & imprimis *leena* prætulere. *Leena* eſt Græca terminatio , *λέαινα* : ut *draco*, *dracæna*, ex *δέγων*, *δέγωναινα*. At *lea* terminatio eſt Latina : ut *leno*, *lena*. Juvenalis ſat. II :

Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

Sic *caupo*, *caupona*. Quod tam mulierem , quàm tabernam ſignat , Prifciano teſte in VI ; qui id comprobatur illo Lucilii in III :

Caupona hic tamen una Syra.

Pro quo Maro in Copà :

Copa Syriſca caput Grajâ redimita mitellâ.

Nempe à *caupo*, *caupa*, &c., an in o converſo, *copa* : ut à *caurus*, *cornus* ; à *cautes*, *cotes*. Nec *caupa* ſolum, ſed & *cupa*. Vt Tullio in Piſonianâ : *Panis, & vinum, de proſola, & cupa*. Vt à *fraudo*, *deſtrudo* ; ſic ex *caupa*, *cupa*. Etiam à *ſtrabs* eſſe *ſtraba*, oſtendit idem Prifcianus iſto Varronis de numiſmatis : *Non hæc res de Venere præiâ ſtrabam facit* ἐπερόφουλον †.

C A P V T XXII.

Comparatio non eſt ſolus Nominis affectio. Si naturam vocabulorum ſive ſignificationem ſpectes, omnia comparari poſſunt, quæ incrementum vel intentionem admittunt : ſin uſum, ea ſolum per gradus declinabimus, in quibus verterem præſt autoritas. Vnde ſit, quod etiam, quæ locum ſignificant, comparabilia ſunt. Saturnii lapſus. Avλόταλ@, ipliſſimus, patriſſimus, pumilior, cinædior. Subſtantivè poſitum Meritiſſimum.

Accedo ad Comparationem : de qua ſimiliter examinabimus, quæ à Grammaticis traduntur. Auſpicabimur autem à diſceptatione iſtâ, cui Comparatio accidat primò. Sanè non primò competere Nomini, clarè arguit, quòd etiam convenit participiis, & adverbiis : ut *honoratus*, *honoratiſſimus* ; *ſæpe*, *ſæpius* : quæ de re pluribus in utraque hac claſſe dicemus. Non igitur Nomini, ſed Voci accidit primò. Porrò quæritur, num omni accidat Nomini, an ſoli adjectivo : item num omni adjectivo, an iſti ſoli, quod incrementum , aut qualitatem ſignat : ac deni-

denique an omni adjectivo, quod incrementi, aut qualitatis significationem habet. De hoc ita statuimus, sola adjectiva comparari, at non omnia; verùm duntaxat, quæ incrementum, aut qualitatem notant: imò nec hæc universè, sed tantùm, quæ usus veterum per gradus declinavit. Nam *cicior*, *optimus*, *claudus*, *canorus*, *egenus*, *crispus*, *balbus*, *almus*, & multa alia, magis, & minùs, admittunt; quorum tamen comparativi, & superlativi, non inveniuntur.

At enim, inquiunt nonnulli, *exterior*, *citerior*, *interior*, *anterior*, aliæque hujusmodi, in usu sunt: & tamen locum designant; qui, siquidem à philosopho * rectè definitur, *extremitas corporis continentis immobilis primo*; neque incrementum recipere potest, neque intentionem. At horum ratione, uti dicebamus, fit omnis comparatio, ut, quæ eo carent, nec comparari posse videantur. Solvit hunc nodum Augustinus Saturnius; qui lib. IX, cap. XI duo in hisce considerare jubet, locum, & intervallum; hujus ratione comparationem institui, non illius; qui cum substantia sit, magis aut minus neutiquam admittit. Optimè cætera Saturnius: unum hoc incommodè, cum rationem ex eo petit, quòd locus substantia sit. Nam corporibus omnibus accidere, tum locum, tum tempus, tantùm iis ignorable esse potest, qui in sophistarum cœno potius, quàm limpidis Aristotelis fontibus, didicerint philosophari.

Verùm nec desunt, qui velint, non ea solùm, quæ in concreto (ut loquimur vulgò) quantitatem, aut qualitatem significant, (in cujusmodi propriè incrementum, intentioque, spectatur) sed etiam substantias ipsas comparationem admittere. Id eo adstruere conantur, quòd, quemadmodum Aristophanes ab *ἀντὶς* dicit *ἀντιότατος*, ita ab *ipse* apud Plautum in Trinummo † legere sit *ipissimus*. Sed mirandum, viris doctissimis non venisse in mentem, summam esse Plauti audaciam in fingendis novis vocabulis; nec talia in exemplum trahi debere. Adferunt iidem è Pœnulo ‡:

— *M. I. Vin' appellem hunc Punicè?*

A. G. An scis? M. I. nullus me est hodie Pœnus Pœnior.

Item *, — *A. G. ô patrue mi parvissime.*

P. O. E. Quid est, fratris mei gnate? mi gnate, quid vis? expedi.

tum autem Catulli † esse *cinædior*, Appuleji ‡ *pumilior*, Agellii * *Plautinissimus*. Verùm cogitare debuerunt, & *pumilior* quantitatem, & *Plautinissimus* qualitatem signare; cætera autem de moribus dici; uti agnosceret, qui ea curatè ad judicii lancem expenderit. Adde quòd, si ea quoque morari oportet, quæ novè finguntur à Plauto; valido argumento commonstrare possim, nec substantiva comparationem planè

G g g g g 3

aver-

* lib. 4
quæritur
in pœnulo.

† Scena:
Hic ego
dies nomen
Trinummo
fariam.
‡ *A. G. 5. se.*
Sin' tu
dine.

* *A. G. 5. se.*
Fuit hodie
operapre-
cium.

† epigr. 10.
‡ lib. 5 *Me-*
tam.

* lib. 3,
cap. 3.

averfari. Nam à *meritum* legimus *meritiffimum*, pro maximo merito. Plautus Afinarià act. III, fc. III :

Meritiffimo ejus, quæ volet, faciemus, qui hocce amoris

Noftrorū difpulfos compulit.

Vbi *meritiffimum* omnino fubftantivè accipi, ex cafu addito manifefiffimum eft. Sed hujufmodi, quemadmodum dicebamus, cùm profecta fint à licentià poëtica, præjudicare non poffunt Grammaticorum definitionibus ac regulis, quando concordant cum Romanorum in loquendo confuetudine.

C A P V T X X I I I.

Positivi, comparativi, fuperlativi nomina parum eſſe idonea; potuiſſeque aptiora excogitari. Vulgaris, & comparativi, & fuperlativi definitio refellitur, meliorque adfertur. Ratio Scaligeri de Superlativo rejecta. B. B. F. F. M. M. ſimiliaque, fuperlativum ſignificant in Inſcriptionibus antiquis. Comparativus interdum minus ſignificat, quàm poſitivus. Prifcianus contra Vallam deſenſus. Vallæ de Prifciano, Volaterrani de Valla judicium. Comparativi quandoque ponuntur pro poſitivo. Eſt & cùm plus ſignificent fuperlativo. Unde ea loquendi ratio originem traxerit.

VIdimus univerſè, quibus accidat comparatio. Nunc de tribus ejus gradibus agamus. Vbi primùm ſe quæſtio offert, quæ de poſitivi, comparativi, ac fuperlativi, tum nomine, tum definitione inſtituitur. *Positivum* quidem haut rectè appellant, cum & ponat comparativus, atque aded etiam fuperlativus, qui Græcis iccirco à πρῆτον dicitur πρῆτονός. Nihilò accommodatius eſt nomen *comparativi* gradus, cum & iis nominibus adverbiifque inſtituatur comparatio, quæ hujufce gradus non ſunt. Talia ſunt *ſimilis, diſſimilis, geminus*; & inter adverbia, *æquè, ſimiliter*, aliaque. Quin comparatio non minùs fuperlativo fit, quàm comparativo. *Æquè* enim comparatio fuerit, ſi de Varrone, Nigidio, ac Cicerone, dicam; *Varro horum doctiſſimus*: quàm ſi de ſolis, Varrone, ac Nigidio, dixerò; *horum Varro doctior*. Nec ſatisfacit *fuperlativi* vox, quando comparativus quoque ſuperlationem indicat, quàm fuperlativi nomen requirit. Quippe cùm dico, *Varro Nigidio fuit doctior*, eruditionem Varronis ſuper Nigidianam efferò.

Quæras fortalle, quando vulgata damnamus nomina, ecqua ipſi meliora eorum in locum ſubſtituere poſſimus. Poſſumus ſanè; eoque faciliùs, quia prævit hac parte Cæſar Scaliger; qui poſitivum putat debuiſſe appellari αἰπίον ſive *indefinitum*: pro *comparativo* item malit

αἰπίον

ὑπερβληνός seu *superativus* : ac pro *superlativo* censet Græcè dici potuisse *ἄρροφληνός* : Latine verò excogitandum fuisse nomen quoppium , quo extremus notaretur excessus. Vel sane ex antiquis sequamur Quintilianum ; qui pro *positivo* dicit *absolutum*. Nam lib. ix, cap. i i i ait : *Vimur vulgò & comparativis pro absolutis, ut cum se quis infirmiore esse dixerit*. Similiterque appellat Valerius Probus lib. i Grammat. Inf. cap. de Adverb. Video & esse, qui *simplicem* vocent : quos inter minutiarum hujusmodi non incuriosus Henricus Stephanus , Animadversionibus in librum Corinthi de dialectis, tmemate XLIX.

Quæritur præterea, rectène comparativum dixerint significare *magis* supra positivum : superlativum supra eum signare *multum*, sive *valde*. Sanè non diffitear, ita hos casus quandoque exponi ; idque exemplo antiquorum , qui positivis etiam comparabilibus interdum *magis*, aut *valde* addunt. Ut apud Maronem IV ÆN.

— *O luce magis dilecta sorori.*

Et apud Ovidium I I Met.

— *Petræque magis pellucida gemmâ.*

Et alibi : *Quid magis est durum saxo? quid mollius undâ?*

Ac longè etiam crebriora sunt exempla , ubi pro superlativo ponatur positivus cum *valde*, aut *longè*. Sed quòd iccirco putarunt , gradus eos per *magis*, ac *valde*, rectè definiri ; id longè aliter est. Nec enim cum dico , *Titius est nemine popularium inhumanior* ; vel , *nullo nostri indoctior* : interpretari possis , *magis inhumanus, quam nemo popularium; magis indoctus, quam nullus nostri*. Præterea ipsum *magis* comparativum esse non negabunt. At quomodo id *magis* significabit supra positivum ? Nam si *magis*, quia comparativum est, supra positivum *magis* significat : hoc ipsum *magis*, quod supra positivum significatur, comparativum quoque erit ; eoque & ipsum in aliud *magis* resolvetur, atque istoc in aliud, atque aliud ; quo nihil insulsum *magis* dici, aut cogitari potest. Quanto itaque rectius vir humanæ divinitatis, Iulius Scaliger, cui comparativus est *species dictionis excessum significans ad alterum relatum* ?

Nec superlativus, (siquidem naturam ejus, usumque spectare malumus, quam abusum) supra positivum significat *valde* ; sed extremum excessum. Idem nobiscum sentit Scaliger ; sed invalidus mihi aries videtur, quo vulgarjam conatur evertere opinionem. *Valde*, inquit, est *valide* : ergo *validissimus* est *valide validus*. Putâtque vir summus, id planè esse inficetum. At cur deterius sit *valide validus*, pro admodum valido, hoc est, validissimo, quam *parcè parcus*, pro parcissimo ; *miserè miser*, pro miserrimo : cujusmodi loquendi modus frequens est apud Plautum ? Verùm inquit, *valide validus*, est *bis validus* : superlativus autem

autem notat *ter validus* : atque id quoque lingua terræ Galliæ testatum facit, quæ superlativos per *ter*, & positivum *ωεραεγ'ε'ε'ε'*. Equidem de superlativo dixerim, quod in ænigmate de Termino dixit Marcus Varro apud Agellium * ,

* lib. 12.
cap. 6.

Semel minus sine, an bis minus sit, haud scio,

An utriusque eorum †.

† Ita ver-
sum hunc
pravo male
talo fultum
restitui debe-
re arbitror.

Nec multùm referre puto, utrùm hanc, an illam sequamur sententiam. Interim si lubeat cum Scaligero terram reciprocare, nec argumenta defiant, quibus comprobetur, omnino magis verisimile esse, superlativis bis *magis* significari. Nam, ut alia mittam, non parùm hanc sententiam juvat, quòd superlativi in antiquis inscriptionibus, positivi geminatione exprimi soleant. Ita B B. in iis notat *bene bene*, hoc est, optimè. Item B B. *bonis bonis*, hoc est, optimis, & F F. P P. F F. *fortissimi, piissimi, felicissimi*. Item L L. *libentissimi*, M M. *meritissimo* : etiam *malus malus*, hoc est, pessimus. Inscriptiones ipsas siquis fortè requirat, commonstrabit eas syllabus sive elenchus Grammaticus : qui, uti cæteri Gruterianæ illius editionis indices, non iudicio eruditioneque minori, quàm labore est confectus.

Sed spinosam, atque inutilem hanc quæstionem, bisne, an *ter* magis positivo fuerit superlativus, missam faciamus : ac illud potius dicamus, quæ propria, quæ item *καταχρηστική*, & comparativi, & superlativi, acceptio esse soleat. Propriè quidem quid comparativus no-ter, antea diximus. Sed interdum minus significat, quàm positivus. *Iuvenior* enim esse comparativum per imminutionem, scripsit ipse Varro, ut autor est Servius in v *Æn*. Estque simile, cùm quis se infirmiorrem esse dicit. Scio, Quinctilianum lib. ix, cap. 111 statuere, hîc comparativum poni pro absoluto. Sed falli eum, nemo negaverit, qui cogitavit causam, cur, qui se infirmiorrem dicit, non item dixerit, se esse infirmum. Omnino enim hic quoque aliqua comparatio est. Ut in illo Maronis i *Æn*.

Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitentes.

Hoc est, non quidem admodum tristis ; sed tamen solito tristior. Ergo, si absolute spectes, *tristior est subtristis*, vel *ex parte tristis*, ut Priscianus rectè explicat. Hic quoque, more suo, pro Quinctiliano contra Priscianum stat Valla : sed valida est ratio, quam antè adferebamus. Sæpe enim fit, ut qui alterutro horum utitur, non fuerit altero ufusus. E. G. *audaciorrem*, hoc est, audaculum quempiam dixerò, quem *audacem* non dixerò. Hæc ratio est, cur & *paullo*, vel simile adverbium interdum addatur, ad pleniùs exprimendum absoluti imminutionem. Ita dixit Terentius † ,

† Eun. Act.
2, sc. 3.

Sigma

Siqua est habitior paxillo, pugilem esse ajunt.

Habet autem hæc imminutio quoque in adverbii locum; ut cùm Ovidius * ait :

Durius incedit, fac ambulet.

* lib. I de
Remedio
Amoris.

Vbi *durius* est *duriuscule*.

Hæc eo lubentius pro Prisciano contra Vallam attulimus, quia is perpetuus est in tuendo Fabio, fugillando Prisciano; aded quidem, ut nec lib. primo in Bartholomæum Facium scribere dubitarit, Priscianum vix idoneum esse, qui sit Quintilianus, velut Agamemnonis, aut Ajacis, aut Diomedis, aut Hectoris auriga; plusque hunc artis Grammaticæ, dum oratore instituit, per transennam aperuisse, quàm ex suo ingenio illum omnibus suis libris, omni suo studio, omni suâ ætate. Quare rectè de eo Raphaël Volaterranus lib. XXI : *Quintilianus*, inquit, *imprimis admirator, simul & imitator; maledicus alioque in omnes.*

Interea tamen agnoscimus, comparativum tam adverbiorum, quàm nominum, pro positivo accipi posse. Ita cùm *ocius* redire aliquem jubemus, non aliud dicimus, quàm si uteremur inusitato adverbio *ociter*. Cùm item dicimus, aliquid à compluribus traditum, quid aliud intelligimus, quàm à multis? Nec imminutio locum habet in illo Fabii de Ilocrate lib. III : *Eoque jam seniore (octavum enim & nonagesimum implevit annum) pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artem oratoriam cepit.* Eodémque modo dixit Maro de Priamo II Æn.

Arma dis senior desueta tremantibus ævo

Circumdat nequiquam humeris.

Nam quo pacto minùs significet, quàm *senex*, cùm humeri ejus ævo tremere dicantur? Nec aliter accipio illud ejusdem † :

Et ferrugineâ subvectat corpora cymbâ

Iam senior : sed cruda Deo, viridisque senectus.

† 6 Æn.

Vt sententia sit, id in eo fuisse admirabile, quod, cùm jam tot annorum esset, tamen corpore esset aded vegeto. Quare non assentio Servio, qui ad hunc de Charonte locum ita scribit: *Aut pro positivo posuit, aut, ut diximus, Senior est, vivens senex, ut Junior intra juvenem est. Quam rem è Varrone confirmat etiam Plinius.* Qui locus lucem capit ab iis, quæ idem hæc de re tradit ad V Æn. cùm ait : *Secundum Varronem junior, & senior, comparativi sunt per diminutionem. Hinc est, Iam senior; sed cruda Deo viridisque senectus. Additum enim hoc est ad exprimendum, quid sit Senior. Et Ovidius, Inter juvenemque senemque. Et reverà non convenit, hunc satus senem accipi, qui & vincere potest, & uno ictu tantum necare.* Hæc Servius. Verùm eo, si fortè, unum hoc effecerit, *senior* quinto Æneidos imminutionem significare. At nihil illa ad locum de Priamo,

H h h h h

aut

aut Charonte, aut eum, quem è Fabio adducebamus. Quare meritò triplicem statuimus usum comparativi; ut vel plus, vel minus, vel tantundem ac positivus significet.

Quid si autem dicamus, comparativum interdum plus, non positivo tantum, sed ipso etiam significare superlativo? Scio hoc *καὶ ἄλλοτε* videri. Quippe, ut ait Seneca epist. LXVII: *Maximo non est incrementum.* Et ibidem inquit: *Crescere posse, imperfectæ rei signum est.* Et alibi: *In summum producta incrementi non habent locum.* Attamen si usum attenderimus, optimorum scriptorum; fatendum erit, interdum comparativos majorem habere significationem superlativo. Ita enim Cicero dixit pro M. Marcello: *Maximas tibi omnes gratias agimus C. Cæsar, majores etiam habemus.* Et lib. II Tusc. quæst. *Hoc igitur tibi propono: amplitudinem, & quasi quandam exaggerationem quam alijssimam animi, quæ maxime eminet contemnendis & despiciendis doloribus; unam esse omnium rem pulcherrimam, eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum captans, se tantum ipsa delectet.* Idem lib. III Off. *Scias, te quidem mihi esse charissimum; sed multo fore chariorem, si talibus monumentis præceptisque letabere.* Marcus Seneca lib. III Controv. *Viro fortissimo sum fortior.* Plinius in Panegyri. *Meliorum optimo genuit.* Causa & origo hujusce locutionis videtur fuisse istiusmodi. Cùm primò ei superlativum tribuissent, quod tum temporis summum judicaretur; postea autem aliud excedere animadvertissent: satius visum fuit, loquendi genere reservato, aliud excogitare, quod superlativum excederet, quàm eripere semel donata, eoque optimo jure possessa. E. G. Hortensius habitus Romanorum eloquentissimus: at tempus venit, quo, superstitè ipso Hortensio, gloria hæc penes Ciceronem fuit. Quid ergo? Hortensiusne nullà culpâ suâ fraudabitur elogio viri eloquentissimi, quod mercedis loco à civibus, de quibus optimè erat meritum, reportâret, & jam diu, donationis vi, jure optimo possederat? Minimè verò: potius comminiscendum fuit quippiam, quo & semel donata Hortensio relinquerentur, & Tullius tamen honore debito à gratis civibus non fraudaretur. Id autem erat, si Hortensio quidem concederetur nomen eloquentissimi: sed Tullius diceretur eloquentior eloquentissimo: nempe non *ἀριστερός* eloquentissimo; neque enim erat eloquentior se ipso; sed eloquentissimo aliorum. Et istiusmodi quidem fortassis hujusce rei initium fuit. Sed, ut nihil in suis primordiis consistit, potest, nullâ etiam opinionis immutatione factâ, coepit hoc loquendi genus *καὶ ἄλλοτε* usurpari.

Ex his, quæ de comparativo diximus, non difficile erit, certi aliquid statuere de superlativo. Nam ex iis nulli obscurum esse potest, superlativo

tivo notari propriè cæterorum excessum. Neque enim *κελεύς* * *doctif* * *proprii*.
simus vocari possit, nisi qui vel *ἀπλωτός* † omnibus antistat; quomodo † *simpliçiter*.
dixerim, Aristotelem fuisse omnium philosophorum *Φιλοσοφώτατον*:
vel qui omnes in suo superet genere; ut si Boëthium vocem philoso-
phorum inter Romanos doctissimum, atque inter Arabas Averroëm:
vel denique, qui ut nec suo in genere excedat cæteros, tamen omnes
rei expleverit numeros, de quâ sermo est; aut saltem superiorem
agnoscat neminem: quo pacto, si complures eodem tempore uno in
studio exsuperent cæteros, ac inter sese de eruditione certent; quivis
eorum meritò dicetur doctissimus. Si horuncce fuerit nihil, superla-
tivus locum non habebit; cum si propriè loqui amamus, doctissimus
esse non possit, qui & *ἀπλωτός*, & suo in genere alios habeat superio-
res. Quod verò aliter utimur vulgò superlativis, is fortasse initio abu-
sus veriùs dici potuit. Postquam verò semel ea significatio recepta
fuit in vulgus, sapientibus quoque eâ potiùs utendum fuit, quàm con-
suetudini repugnandum. Itaque nec Maro † reformidat dicere, † *Æn.* 1.

— *Danaüm fortissime genis*

Tydide.

Atqui non erat Diomedes fortior Achille. Verùm superlativus hic
non significat Diomedem toto suo genere esse præstabiliorem: sed
unum esse ex iis, qui cæteris præstant. Charisius quoque Sosipa-
ter * tradit, ex Terentii Scauri sententiâ, cum Maro ait, *Troje* * *lib. 2, cap*
qui primus ab oris, non primum dici Æneam, eò quòd anteverterit, *de Adverbio*
in Primus.
quotquot in Italiam venère; sed quia unus fuerit è primis. Verba
Scauri fuere ista lib. x. Comment. in artem Poëticam: *Non quia an-*
te omnes; sed ante quem nemo est. Et addidit: *Quo genere plures primi ac-*
cipi possunt.

Atque hæc caussa est, ut antea diximus, cur superlativum auxerint
per comparativum. Præterea verò superlativi excessum judicarunt
particulis *multo, longè, per, quàm, perquam*. Sed de eo, in quo à multis
Grammaticorum multiplex error committitur, commodiùs dicemus,
cum de Adverbiis, cæterisque particulis, agendum erit.

C A P V T XXIV.

De Comparativis in LIMVS desinentibus. A Mario Corrado, & Lau-
rentio Valla, discessim. Imbecillimus, & imbecillissimus, dici. *Vnde*
veniant, melior, optimus; pejor, pessimus; nequior, nequissimus:
major, maximus; minor, minimus. Deus Majus, Dea Maja. Iugi
etymon, & verbi jugo. Claudius Verderius reprehensus. Plus, & plures,

H h h h h 2

non

non esse positivum, ut *Asinius*, & aliqui juniorum credant. Unde sint plus, & plurimus. Multissimus au *Ciceronianum* sit. *Bembi* in eo lapsus.

Quæ hæcenus diximus, universè magis spectant naturam eorum, quæ comparantur. Nunc persequemur ea, quæ ad singulorum gradus pertinent. In quibus hunc ordinem servabimus, ut prius agamus de integris, quàm defectivis: prius de istis, quæ canona sequuntur, exinde de anomalis. Integra appello, quæ tres gradus habent. Canona verò sequuntur, quorum comparativus formatur à casu in I addito OR, ut *doctior*: & superlativus desinit in SIMVS, ut *doctissimus*, aut RIMVS, ut *nigerrimus*. Addunt plerique LIMVS: de quo calcatum illud,

Dant tibi quinque LIMVS, quæ signat dictio FAGVS.

Quinque ista sunt, *Facilis, Agilis, Gracilis, Humilis, Similis*. Sed *Agilissimus, & Gracillimus*, quæ & Priscianus lib. III, cap. de superlativo, ac Marius Corradus * agnoscunt, non memini me legere apud probatos scriptores. Quemadmodum nec *docillimus* à *docilis*: quod Valla probat lib. VI *Elegantiarum*, cap. XXVI. Quare tutius multò sequemur nobilem Grammaticum, Solipatrum Charisium; apud quem hæc verba reperimus cap. de Adverbio: *Agilis, docilis, superlativo S geminant; efficiuntque agilissimus, docilissimus: unde agilissime, docilissime. Pro agilissimus verò, aut docillimus, locum hîc jure suo sibi vindicat imbecillimus*: quod Seneca usurpat; non quidem Consolatione ad Marciam †, ubi in melioribus libris est, *corpus imbecillum, non imbecillimum*, prout citant: sed epist. LXXXV, ubi sic loquitur philosophus: *Quantulum autem sapienti damus, si imbecillimis fortior est, & maestissimis letior, & effrenatissimis moderator, & humillimis major?* Tamen rectum quoque est *imbecillissimus*: quod Celsus usurpat lib. II, cap. XVIII: *Ovum durum valentissimæ materiæ est: molle, vel forbile, imbecillissimæ.*

Imprimis autem negotium facessunt anomala, non quasi lateat in obscuro, quomodo varientur per gradus; sed quia plurima sunt, quæ vel aliunde, quam credidere, descendant; vel ob syncopen, aliudve grammaticum schema, quadam anomalæ speciei parùm peritis imponant. Hujusmodi sunt comparativi, & superlativi, adjectivorum *bonus, malus, magnus, parvus, multus, vetus*. De quibus ordine dicemus.

Melior fortasse ex *magis*, & *velim*, factum videatur. Nam cum *bonum* significet id, quod volumus; unde philosophus † *bonum* definit, quod omnia appetunt: vix potuit, cum inter duo bona comparatio institueretur, ei quod præferremus, vox imponi accommodatior, quam exinde, quòd illud *mavelis*: unde *mavelior* esset, pro quo dicitur *melior*.

Cur

* lib. 3 de
L. L. cap.
125.

† cap. II.

† lib. I Eth.
Nicom. 6. 1.

Cur enim hoc etymon durius, quàm *malo ex malo*, hoc *ex magis volo*? Sed in *malo* est crasis, unde prior porrecta: in *melior* syncope, unde prior correpta. Vel cum aliis originem arcessamus è magna Græcia. Tarentini enim pro *ἀμείνων ἀμείνων* dixere: unde καὶ ἀφαιρέσειν *menior*, & N in L converso, *meior*; quomodo à *νύμφη limfa*. *Optimus* absque dubio est ab *opto*, quasi dicas *optatissimus*. A quo non multùm abit Terentius Scaurus, cum ab *optione* deducit. *Pejor* fortasse fuit *pejior* à *pejsum*; unde & *pejissimus*. Quo verò jure *pejor* statuitur comparativus positivus *malus*: eodem & *nequior* erit ejusdem comparativus. Et sanè Sospater Charitius non dubitat hoc ejus comparativum appellare cap. de Adverbio, ubi ait: *Lautè, malè, & bone, in comparationis dissimiles sunt. Facit enim lautus, lautior, lautissimus: malus autem, nequior; bonus, melior.* Sed *nequior ἀναλόγως* est à *nequam*, vel antiquo *nequus*, quod in glossis Cyrilli exponitur ἀχρεῖς, *spicus*: unde & femininum *nequa*, apud Charisium lib. I. Vtrum verò sit ex *ne*, & *equus*, vel *ne* & *queo*, an *ne* & *quam*, vel *quicquam*, quod Varro lib. 9 de L. L. voluit; non satis est apertum. *Major* prius fuit *magior*, unde remansit adverbium *magis*: *magior* autem est à *magnior*, exirità liquidà. Vel, quòd nec minus placet, *major* est ab antiquo positivo *majus*, à quo *majestas* pro magnitudine, & Iupiter dictus *Deus Majus*; Terra *Dea Maja*; ut lib. I, cap. XI I testatur Macrobius, scriptor, nisi quà plagii nomine malè audit, non *malus*. Vel, quòd maximè omnium adlubescit, *major* est à *μείζων*. Nam Latini Z, quo ipsi carebant, in I consonum convertebant: quomodo & à *ζεύγω*, & *ζεύγος*, dixere *jugo*, & *jugum*. *Maximus* è *magnissimus* καὶ συγκρατῶ fieri, scribit Terentius Scaurus de Orthographia. *Minor*, & *minimus*, sunt à *miner*, vel potius à *minus*, à quo verbum *minuo*. Est verò *minus*, sive *miner*, à *μινός*, quod Atticum est pro *μικρός*, ut scribit Eustathius*. Sanè à *μινός* quoque est *μινός*, hoc est, *imminuo*. Sed pro *minor* etiam *parvior ἀναλόγως* legitur. Vti apud Pontium, Cypriani diaconum, in ejus vita: *A quo Christiani mollioris affectus circa amissionem suorum, aut, quod magis est, fidei parvioris, consolarentur spe futurorum.* Sed hoc demus ætati, qua vixit. At *parvissimus*, pro *minimus*, etiam Lucretius dixit lib. I. Neque me fugit, Claudium Verderium in variorum scriptorum censurà scribere, minus in eo Latine Poëtam loqui. Sed in hoc, & aliis multis, censori huic opus est censori. Est enim Lucretius optimus Latinitatis auctor. Et locutus hoc pacto etiam Varro ipse ἐν ἐγκυμίων, in descriptione pueri formosi:

At rictus oris candidi parvissimus.

Quare nihil mirandum, si hoc pacto etiam loquantur Vegetius, Boëthius,

H h h h h 3

thius,

* in II. A.
pag. 116.
ed. i. Rom. &
H. B. p. 273.

thius, Festus, Acro, & tot alii juniorum : in his anonymus, qui vitam Abrahami Eremitæ ab Ephrem diacono scriptam vertit : item qui transtulit vitam sanctorum Epicteti presbyteri, & Astionis monachi.

Plura, ac *pluria*, omnino est comparativus ; quamquam Afinius Capito absolutum, hoc est, positivum esse, existimavit ; ut discimus ex Agellio lib. v, cap. xxi. Nec *complures* rectè comparativus esse negatur. Nam refellit eos illud Terentii Heautontimor. *

* Att. I. sc.
I.

— *Agrum in his regionibus*

Meliozem, neque pretii majoris, nemo habet :

Servos complures : proinde quasi nemo fiet,

Ita tute attentè illorum officia fungere.

Quo ipso veterum sententiam quoque diluit Iulius Scaliger lib. iv de caussis L. I. cap. ci.

Sunt qui *plures* quidem, & *plura*, & *complures*, adjectivum esse agnoscant ; at non item *plus*. Hos inter Antonius Caucius, qui *multus* vult carere comparativo, quia (verbis ejus utar) *plus*, & *genitivus plaris, naturam adjectivi non habent*. Mihi secus videtur. Nam cum dico *pluris*

† Att. 2. sc.
Ne expectetis, spectatores.

emi, subintelligo *pretii* : ut cum Plautus ait Truculento † :

Pluris est oculatus testis unus, intelligit *fidei*.

Par ratio, cum in ablativo usurpatur : ut apud Plautum in Cæco † :

Plure altero tanto, quam ejus fundus est.

† Apud Charistum, & Priscianum.

Lucilius :

Plure foras vendunt —

* Ibidem.

Ciceronis * quoque est, *Plure venit*. Nam *pretio*, aut simile, in his intelligendum. Id ita esse, comprobari quoque potest diminutivo *plusculus*. Nam non tantum *plusculum temporis*, sed & *plusculum tempus* Latine dicitur. Plautus Persa † :

† att. 1. sc. 1.

TO. Mihi quidem tu jam eras mortuus, quia te non visitavi.

S. A. Negotium edepol fuit. TO. ferreum sarrasse. S. A. plusculum annum

Fui praeferratus apud molas tribunus vapularis.

Est autem *plus* à πλεον, converso N in S, quomodo & à πειν est *prius*. A *plus* vero est *plurimus*. Nempe à casu in I exeunte. Fortasse verò, ut à *parvus*, *parvissimus*, ita & à *multus*, *multissimus* Latine dicitur. Nam adferunt è Ciceronis epistol. ii, lib. xi ad Att. *Literas tuas accepi prid. Non Febr. eoque ipso die ex testamento crevi hereditatem. Ex multissimis & miserimis curis est una levata, si, ut scribis, ista hereditas fidem & famam meam tueri potest, quam quidem te intelligo etiam sine hereditate tuis opibus defensionum fuisse.* Ita hic locus concipitur in editione Badii Ascensii : quam secutus Petrus Bembus, *multissimus*, ut puram putam Ciceronianam vocem usurpare nequitiam reformidat. Sed jure

jure eâ voce se usurum negat Ioannes Sambucus Pannonius de Imitatione dialogo III *. Omnino enim pro *multissimis*, apud Tullium * pag. litera I. 3. 4. *multis meis* legi debet: ut meliores editiones comprobant, ac Henricus quoque Stephanus censet in Pseudocicerone suo †. *Veterrimus est* † pag. 38. à veter. Ennius apud Priscianum lib. III:

Cum veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo.

Attius in Hecubâ, apud eundem lib. VI:

Veter fatorum terminus sic jesserat.

Eodemque modo legere est apud Varronem lib. VI de L. L. OLLA VETER ARBOR: indeque *veterior* dixit Cato in libris Origin. & Plautus Bacchidibus, teste Prisciano, eodem lib.

CAPVT XXV.

De comparatione compositorum ex dico, volo, facio. Benevolens. Malevolens. Beneticientia. Beneficientissimus. Beneficissimus, munificior, magnificior, magnificentissimus, mirificissimus, Attius apud Priscianam emendatus. Confidentiloquius. Mendaciloquius. Deterius, & Potius, quos habeant positivos. Positivi super, & superus; infer, & inferus; exter, & exterus; & fortè inter, & interus; item nuper, & nuperus; poster, vel potterus, citer, similiaque. Priscianus refellitur.

Composita pleraque à dico, volo, facio, quamquam in VS definant; tamen comparativos, & superlativos, formant ab antiquis participiis in NS. Sic *benevolentior* dicimus à *benevolens*; quo utitur Plautus Trinummo †:

C A. — Cujâ vox prope me sonat?

M E. Tui benevolentis, si ita es, ut ego volo:

Sin aliter es, inimici atque irati tibi.

Et sc. Quo illic homo foras se:

Deum virtute habemus, & qui nosmet utamur, pater,

Et aliis qui comitati sumus benevolentibus.

Item Sc. Sta illico, noli adversari:

An id est sapere, ut qui beneficium à benevolente repudies?

Et in Truculento *:

Si ecastor hic homo sinapi vititit, non censcam

Tam esse tristem posse: at pol hero benevolens ut is est suo!

Idem Stichus †:

Venales logi sunt illi, quos negabam vendere.

Illico & meo malo est, quod malevolentes gaudeant.

† Act. I. Sc. Larem coronâ nostrum.

* act. 2. sc. 2.

† Sc. Quisnam obsecro has frangit fores?

Et

* *Vri Caf.*
AE. 2, Sc.
Si nunc me
fufpendam.

Et alibi paffim *.

Similiter veteres dixere *beneficiens* : unde *beneficientia*, pro *beneficentia* ferè in vet. invenitur libb. ut Carolus Langius in 1 de Off. annotavit. Hinc igitur *beneficientior*, & *beneficientiffimus* : quod in Lælio legitur, itemque in MSSis Senecæ exemplaribus, testante eodem Langio. Sed vulgò *συγκριτω*, extritâ tertiâ vocali, *beneficientior*, & *beneficientiffimus* scribimus. Vti & à *munificiens*, *magnificiens*, & *mirificiens* ; *munificentior*, *magnificentior*, & *mirificentior* ; *munificentiffimus*, *magnificentiffimus*, & *mirificentiffimus*, dicimus ; etfi *ἀναλογία* I exigat ante E.

Porro veteres hos etiam gradus formarunt à positivis in V S. Quod Priscianus triplici testimonio comprobat. Vnum est Marci Catonis contra Thermum : *De Ptolemæo rege optimo atque beneficentissimo*. Quomodo & *magnificior*, & *munificior*, eundem Catonem dixisse, auctor est Festus Pompejus †. Alter locus est Terentii in Phormione : *Quidnam arbitrare nescio, atqui mirificissimus*. Vbi *mirificissimum* scribe. Locus enim est Act. v, Sc. Vbi sic legitur : *G. Facinus audivi. P. Quod? G. Quodnam arbitrare? A. nescio. G. atqui mirificissimum*. Tertius locus est Attii in ix *Διδασκαλικῶν* : *Et magnificissime excellentissimeque honore*. Ita editum Putschianâ. Sed vel *excellensissime* lege, ut est in veteri Venetâ ; vel potiùs *excelsissime*, prout est in membranâ nostris.

† In Magnificior, & Mirificior.

Quæritur de compositis à *loquor*, utrùm per *ior*, an *entior*, inflectantur. Sanè Plautus in Trinummio † dicere non dubitavit :

‡ *AE. 1, Sc.*
*Larem cor-
 nâ.*

*Nil est profecto stultius, neque stolidius,
 Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
 Neque confidentiloquius, neque perjurius,
 Quam urbani assidui cives ; quos scurras vocant.*

Sed referunt hæc, nec præter morem suum, fingit Plautus. Qui, credo, nec reformidasset *mendaciloquentius*, aut *confidentiloquentius*. Sunt enim paris monetæ. Et à *loquor* composita non in V S tantùm, sed etiam NS defuisse, Tullii illud argumento est in VII ad Att. ep. XIX. *Breviloquentem jam me tempus ipsum facit*. Lucretius quoque in I, & IV : *Suaviloquenti carmine dixit*. Interea à comparativis, & superlativis ejusmodi, satius sit abstinere, ubi veterum desideratur auctoritas.

Ad *ἀνόμαλα* quoque referunt comparativos, ac superlativos, quæ Verbum habere volunt pro positivo. Istiusmodi sunt *deterior*, & *deterimus*, ab obsoleto *deter*. Id autem à *detero* derivari fatemur, cum deteriora sint, quæ magis detrita. At non iccirco *detero* ex se comparativum format, quod putavit Priscianus. Nec rectiùs à Verbo *potior* esse volunt comparativum *potior*, & superlativum *potissimus* ; quæ sunt à *potis*.

Nam,

Nam, cæteris paribus, id potiùs facimus, quod magis facere potes sumus. Atque hinc quoque liquet, quæ propria ac prima sit hujus vocis significatio. Nam idem notat, quod possibilium. Favet hujus sententiæ Priscianus lib. xv. cùm ait: *Pote ab eo, quod est potis, nascitur, hic & hæc potis, & hoc pote.* Vnde Persius: *Qui pote? vis dicam? nugaris, tum tibi Calve. id est, quomodo possibile est? Ab eo avtem, quod est, hic & hæc potis, & hoc pote, sit comparativum, hic & hæc potior, & hoc potius, & superlativum potissimum: ex quibus etiam adverbia potius & potissime.*

Æquè ridiculè putarunt Augustinus Saturnius *, Marius Corradus †, atque alii, præpositiones, aut adverbia, positivos esse nominum comparativorum, aut superlativorum. Scio, magnam eorum catervam adduci, in quibus id usu venire non aspernandi scripserint autores. Sed ab veritatis studium professis, rationibus omnia putari debent. Quare si illa nomina non prætexantur, quorum magnum apud multos pondus esse solet: tantam reperiemus rationum, quibus fuere subnixi, levitatem, ut videar mihi universum earum agmen uno difflaturus spiritu. Atque idem sentiet mecum, qui plerorumque omnium positivos ejusdem classis existare sciat apud scriptores antiquos. Istiusmodi sunt *superus, inferus*; itémque *super*, & *infer*; *exterus*, & *exter*; *nuper*, sive *nuperus*, quod approbat Caper, ut Priscianus scribit in quartodecimo. Atque ita in aliis. Loca veterum omnem animis scrupulum evellent. Livius Andronicus, vel, ut alii † malunt, Lævius in Odyssæa *:

Inferus, an superus, tibi fert Deus funera Vlysses?

Cato de R. R. cap. cxlix: *Prato irriquo, ubi super inferque vicinus permittet, tum decedito.* Lucretius quoque lib. i dixit, *super ignis, hoc est, cælestis.* Et apud Varronem est lib. iv de L. L. *Cæli dicuntur loca supera, & ea Deorum: terræ loca infera, & ea hominum.* Atque aded apud ipsum Ciceronem lib. ii de Nat. Deorum: *Spectatores rerum superarum, & cælestium.* Et primo Tuscul. Quæst. *Supera, inferaque omnia.* Et quid magis obvium, quàm *mare superum, & inferum? Nuperimus*, ut Caper, Prisciano teste, observavit, est à *nuperus*: cujus accusativus est apud Plautum Capt. act. iij, sc. v:

Recens captum hominem, nuperum, & novitium.

Et fortasse apud Terentium Heautont. † legi debet:

Quamquam hæc inter nos nupera notitia admodum est.

Nec enim id minùs placet, quàm ut *nuper* legatur, ac vel cum *notitia*, vel cum *admodum* cohæreat. *Postera aurora*, dixit Maro iv Æn. *postera dies*, Sallustius in Jugurtha. Gloss. Εξολυγος, *Exter, extraneus, externus.* Sunt qui Ennium usum putant. Sic enim legunt in secundo Annalium:

Ecquis exter erat Romæ regnare quadratæ.

* lib. 9, cap. 2. & 3.
† lib. 3 de L. L. p. 119.

‡ Ivo Villiomarus ad-versus Titium l. 6. c. 17.
* apud Prisc. lib. 3.

† ad. I. sc. I.

Lucretii est libro II : *res externa*. Apud Cic. in II Catil. *Externus hostis, atque longinquus*. Quamquam hinc aliqui malint *externus*. Apud eundem pro Fontejo, & Divinat. in Q. Cæcilium legas, *externa nationes, & gentes* : &c, *externa regna*, apud Maronem IV Æn. *Mundi externa*, apud Plinium lib. I : *Exter bonos*, apud Statium XII Theb. Scio esse, qui censeant, *exstet* hic scribi oportere. Sed *exter* jam olim legit Priscianus, & è junioribus Pierius ad IV Æn. Tertullianus opusculo de Iona :

Conclusus, neque tinctus aquis maris intus exter.

Etsi Franciscus Iuretus hunc locum censeat corruptum. Imp. Aradius & Honor. C. de Iudæis & cælic. *Nemo externus religionis Iudæorum Iudæis pretia statuet, cum venalia proponunt*. Paullinus ad Cytherium de eodem propheta :

*Nam liber undis, intra mare, & exter maris,
Natat in natante belluâ.*

* *Advers.
lib. 43, cap.
14.*

Sic legendus is locus, copulâ & insertâ, quod & Barthio * monitum. Posterioribus enim temporibus posterior in *intra* corripit solet. Idem Paullinus :

Nunc illo nobis exter & vester manet:

Item : *Permixtus Sodomæ testis, sed moribus exter.*

† *collectio
Gruteriana
pag. 115.
‡ pag. 1168.*

Etiam in Christianis inscriptionibus habes, *exterum † corpus*. Item, — *luxit ‡ peregrinus, & exter*. Quod si recta est Iosephi Scaligeri emendatio, Cornelius Severus, sive quisquis auctor poematis de Ætæna, similiter dixit, *interus, vel inter*. Verba ejus inferius adferam. Neque cum *peniorem partem domus* Appulejus dixit in I Hermagoræ : aut Plautus in Persa, *Arabiam penicillissimam* : id est ab adverbio *penius*, quod Priscianus ait : sed nomine *penitus*, unde *penitis faucibus* apud Plautum Afinar. act. I, sc. I, *penus a flamma* apud Catullum Carm. in nupt. Iulæ.

Uls quoque, & *cis*, dixere veteres, pro *ultra*, & *citra*, teste Festo in *Citimus*, & Agellio lib. XII, cap. XII. Declinant verò, *cis, citis; uls, ultis* : quo præter Varronem usus Pomponius De origine Iuris : *Ulsis Tiberim*. Quamquam fortasse comparativi, & superlativi, non tam sunt ab *uls*, vel *cis*, quàm ab *ulter*, & *citer* : quod etiam Priscianus probat in XIV. Sanè dixit Cato de agnâ pascendâ : *Citer ager alligatus ad sacra erit*. Afranium quoque in Patellâ eo usum, scribit Aruntius, teste Prisciano. Negat tamen Priscianus, hinc fieri *citimus*, ut hæc ejus verba indicant : *Ab adverbis sive præpositionibus venientia desinunt hæc : extra, exterior, extremus ; supra, superior, supremus ; post, posterior, postremus. Ex quo apparet, neque a supera, neque a postero, fieri comparativos, sive superlativos ; sicut neque ab infero, infernus, quod solum in simus desinit ; sed ab adverbio infra,*

inse-

inferior, infimus. Nam si essent à nominibus, supero, postero, infero, servassent regulam in VS terminantium secundæ declinationis, quæ in finibus proferunt superlativum, & facerent superissimus, & inferissimus, &c. Verùm perquam frigida est hæc Prisciani ratio. Nam citimus & συνηπιω factum è ceterimus; supremus, & infimus, eodem modo sunt ex superissimus, & inferissimus; extimus ab exterrimus, atque ita in aliis, de quo mox pluribus dicemus. At, inquit, saltem, ut Priscianus ait, prior est à pridem, dem abjecto, & pri correpto. Minimè verò. Nam nimis diffidet horum significatio, cùm illud dicatur de tempore tantùm; hoc quoque respiciat naturam, ordinem, dignitatem: ut ex hypothesi categoriarum Aristotelis notum est. Par enim Græci πρῶτον, & Latini prius ratio est. Teinde non prior est à pridem; sed obsoleto prius; à quo ipso, adjectione syllabæ DEM, venit pridem; ut ab is, idem; à tantum, tantumdem. Prius autem est à πρῶν, v in s mutato.

Unus præterea scrupulus restat. Nam & summus vir, Iulius Scaliger*, agnoscit, ab adverbis venire nomina superlativa; quia Cato Nepsus†, Prisciano‡ teste, dixerit, *propter diem atque sæpissimam discordiam fuisse*. Verùm causam non video, cur *sæpissimus* minus ab obsoleto *sæpis* vel *sæpus* esse possit, quàm *deterior*, à *deter*: quod et si nusquam legamus, tamen non ab Augustino Saturnio modò, sed ab ipso quoque agnoscitur Scaligero*. Interea demus sanè his, *sæpissimam* à *sæpe* descendere: at quomodo hinc exterebrabunt, *citimus*, *extimus*, *supremus*, similiæque, ab adverbis, aut præpositionibus, declinari, quorum nomina positiva apud classicos scriptores inveniuntur? Arbitror hisce telis tam ineptæ sententiæ autores ac fautores nullo negotio de statu suo dejici posse.

Sed quia nullum pertinacius est hominum genus Grammaticis, non abeundum è pugna, priusquam & arma omnia eripuerimus, quibus se tueri solent. *Propior*, inquit, & *proximus*, aliunde esse non possunt, quàm à *prope*. Ratione quoque eà hoc telum amentant, quòd *propior*, & *proximus*, eundem, quem præpositio *prope*, casum regat. Et sanè de casu quod ajunt, manifestius est, quàm ut negari à quoquam possit. Nam Sallustii est: *In colle Imurtha ipse propior montem cum omni equitatu suos collocat*. Legimus item apud Plautum Pcenulo †:

G I. *Quis pulcrat? M I. qui te proximus est.*

Denique Livius quoque dixit lib. xxxv: *Læonicus ager proximus fines Megalopolitanarum est*. Verùm hoc est in aëra jaculari, cùm similitudine fructuræ non consequatur alterum alterius esse originem, ac fontem. At Achaicum istoc telum, quod adversus eorum libramus opinionem. Nam necesse est ea, quæ planè diversæ sint classis, etiam essentiâ dif-

* lib. 9.
cap. 3.
† De actionibus ad populum, no lex sua abrogatur.
‡ lib. 3 cap. de Comparat.
* ibidem.

† a. 5.
sc. 3.

ferre. At comparativus excessum notat positivi sui, manente essentia. Quare vel utrumque nomen, vel utrumque præpositionem esse, necesse est. Idem de aliis omnibus dictum velim. Itaque verbum non addam, sed ad ulteriora capesso gradum. Sunt enim præter hosce comparativos, & superlativos, alii etiam, qui planè ἀναλόγως formantur, licet ob syncopen, quam patiuntur, ἀνώμαλοι videantur.

* lib. 9.

cap. 11 in
editione Re-
gicæsi anni
1498. Sed
junior est
in Stephani-
ca.

† alt. 5.

‡ alt. 5. sc.

ultima.

* alt. 1.

f. 1.

† pag. 160.

a. edit.

Ald.

Ita *junior* est ex *juvenior*; quod est in nonnullis Columellæ * libris. Dixeriſ esse à *junis*, propter illud in glossis MSSis, *Junis, vé*⊙. Sed vel *juvenis* legendum, vel error est glossographi. *Ditior* est ex *divitior*, quod Plautus usurpat Aulul. † & Pseud. † Lucretius lib. v. Terentius Phorm. * Cicero lib. III de Orat. † Martialis lib. I, ep. LXXVII, & lib. IV, epigr. LIV, & lib. v, epigr. XLI, & Calpurnius Ecl. III. Eodémque modo *divitiſſimus* dixit Sidonius lib. IV, epist. III. Imò & hæc ipsa vox à Carolo Langio in vet. libris apud Ciceronem reperta lib. II de Officiis, eademque rectè legitur in antiquis Cornelii Nepotis codd. in vitâ Phocionis. *Imus* quoque est ex *infimus*. ac *summus* ex *supremus*: quod etiam notavit Cælar Scaliger com. in Theoph. de Plant. Quin ipsum *infimus*, & *supremus*, ἕ συγκροτῶ facta sunt; ut infra ostendemus. At vanum est discrimen, quod Cornelius Fronto ponit inter *imium*, & *infimum*. *Imium*, inquit, *summo* responder: *infimum*, *in* infra *humum*. *Maturrimus*, quod & apud Cæsarem invenitur I de bello Gall. & Tacit. XII Annal. est è *maturrissimus*; quo usus autor ad Herennium lib. IV: & Columella lib. IV, cap. XXIX, & lib. XI, cap. XII, at neutquam *maturrimus* venit ab obsoleto *maturr*, quod sentire videtur Priscianus. A *maturrissimus* *maturrissimè* dixit M. Cato Orat. dierum dictarum de Consulatu suo: & Cicero pro Cæcinna: item Columella. A *maturrimus* *maturrimè* usurpat idem Cato ibidem, & Sallustius in primo Historiarum: imo & Cicero de Oratore. Vide Charisium cap. de Adverbio.

Fortasse & eodem modo *postumus* olim fecere ex *posterrimus*: à quo *posterrimè*, pro *postremo*, Felto in *Rumenuſſim*, restituit Iosephus Scaliger. Sanè à Marone VI Æn. *postumam prolem*, non eam, quæ nata humato patre; sed quæ postremo nata loco, parente superſtite, cenſet Cæſellius Vindex apud Agellium †. Scio, Cæſellium reſelli, cum à Gellio lib. II; tum Francisco Luſino lib. I, cap. IV: ubi novam planè interpretationem adfert. Scio & Ianum Parrhaſium Apollinari ſubſcribere epist. xxxiv. Verùm Cæſellii ſententiam confirmat, quod Appulejus dicat *postuma ſpes*. Et apud Tertullianum lib. contra Gnoſticos, de ſcorpio legitur: *Cauda erit, quodcumque de postumo corporis propagatur, & verberat*. Eodémque modo apud Sidonium lib. III, epist. XII legimus,

‡ lib. 2.

cap. 16.

mus, *tempore postumo*, hoc est, postremo. Et lib. iv, epist. xxix, *postuma laus*. Item lib. viii, epist. v, *etas postuma*. Et in Panegyrico Aviti :

Sunt alii, per quos se postuma jactet origo.

Citat quoque Savaro ex glossis manuscriptis Isidori : *Postumus, ultimus, necessarius*. Nec Græci $\omega\beta\delta\gamma\mu\theta$, sed $\omega\beta\delta\gamma\mu$ scribunt. Sunt & alia multa pro Cæsellio adducta à Guiljelmo Cantero lib. ii Var. Lect. cap. x. Cuiacium quoque hac de voce adi lib. iii Observat. cap. iv. Turnebum lib. xviii Advers. cap. i, & lib. x, cap. xxiii. Labinum in Aulul. Plauti act. ii, sc. i, & Barnabam Brissonium lib. xiv de verborum significationibus.

Ex Prisciani vero judicio, etiam *dextimus*, & *sinistimus*, superlativi sunt, facti ex *dexterrimus*, & *sinisterrimus* : nempe quâ ratione, *citimus*, & *extimus*, ex *citerrimus*, & *exterrimus*, fiunt. Etiam pro sua sententia adferunt, quod *honestimus calor*, pro *honestissimus*, legatur. Sed, ut putamus, *dextimus*, & *sinistimus*, omnino sunt positivi, ut cum è Festo cognoscimus, tum è Nonio, qui *dextimam viam* interpretatur, *dextram*. Sed & confirmat hanc sententiam illud Sallustii Iugurth. *Sylla cum equitatu apud dextimos ; in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus, & sagittariis.*

CAPVT XXVI.

De defectivis. Intera, *non ocyus, scribendum*. *Xenophonis Equivoca Anni commentum*. *Habitus omnes gradus habet*. *Superlativi gignentes ex se novos comparativos, & superlativos*. *Pessimissimus*. *Extremior, extremissimus*. *Postremius, minimissimus, proximior*.

Sunt verò etiam quædam, quæ vel positivo careant, vel comparativo, vel superlativo. Primi generis est *prior, primus*. Atque huc quoque referuntur, *deterior, deterrimus ; potior, potissimus*. Sed illud est ab antiquo *deter* ; hoc à *potis*, ut diximus supra. *Interior, intimus*, videntur esse ab *inter*, vel *interus* : quomodo Scaliger credit Cornelium Severum in Ætna dixisse :

— *Virtutis vasa intera vertice sacro.*

Vbi in veteribus libris *vasa vitrea*, unde *omnia* fecere. Quod si oblectorum etiam habenda est ratio, *ulterior*, & *ultimus*, similiter videntur esse ab *ulterus*, vel *ulter*. Quomodo Cato * ait, *super, inferque vicinus*. Et quid si *propior*, ac *proximus*, itidem dicamus esse ab obsoleto *propis*, & *propus* ? Si item ire licet extra linguam Latinam ; nec *ocior*, & *ocissimus* omnino careant positivo, cum sint ab $\omega\kappa\upsilon\varsigma$, cujus comparativus est $\omega\kappa\iota\lambda\omega\upsilon$ per I ; eaque ratio est, cur *ocius*, & *ocissimus* per I scribantur. Falluntur itaque viri docti, qui Y malunt, quia dicamus $\omega\kappa\upsilon\varsigma$ per T.

Comparativo destituuntur *nuper* sive *nuperus*, *nuperrimus*; *sacer*, *sacerrimus*; *invitus*, *invitissimus*: & quædam alia, etsi non tanto numero, quàm creditum vulgo.

Superlativum non agnoscunt, *adolescens*, *juvenis*, *senex*. Nam putidum, quod aliquando objectarunt de Xenophonte, qui Æquivocorum libellum sic auspiceretur: *Saturni dicuntur familiarium nobilium regum, qui urbes condiderunt, sensissimi*. Quasi Xenophon quisquam Latine scripserit, vel Æquivocorum horumce auctor sit alius ab illo impostore non indocto, Ioanne Annio, Viterbiensi monacho. Similia sunt, *ingens*, *satius*, *dexter*, *sinister*. Nam *dextimus*, & *sinistimus*, potius positivi videntur. A *supinus*, *supinior* legas apud Martialem*: ab *infinitus*, *infinitior* apud Tullium †: à *dives*, *divitior* apud eundem ‡, atque etiam Martialem*, Plautum †. Verùm à *dis* non solum est *divior*; sed *divitissimus* quoque. Etiam *taciturnus*, & *salutaris*, hujus sunt loci.

* lib. 2,
ep. 6.
‡ in Topic.
† lib. 3 de
Orat.
* lib. 1, ep.
77.
† Pseud. all.
§, sc. 2.
‡ all. 2,
sc. 3.

Anterior verò in comparativo solum invenitur: etsi fortasse olim fuerit *anterus*, vel *anter*; ut *posterus* dixerunt.

Volunt & simile esse *habitor*: quo usus Terentius Eunucho †:

Siqua est habitior paulò, fragilem esse ajunt.

hoc est, pinguior, ut exponit Verrius Flaccus. Verùm & positivo, & superlativo, usus est Agellius lib. iv, cap. ult. *Censores*, inquit, *P. Scipio Nasica*, & *M. Pomilius*, cum equitum censum agerent, equum nimis strigosum & male habitum; sed equitem ejus uberrimum & habitissimum viderunt.

Interdum verò superlativa fiunt positiva, sive fixa; & quia induerunt positivi naturam, alios ex se comparativos, aut superlativos gignunt. Hujusmodi erit *pestimissimus*; si sana est lectio illa Senecæ epist. LXXXI: *Minimum ex nequitia, levissimumque, ad alios redundat: quod pestimum ex illa est, & (ut ita dicam) pestimissimum, domi remanet, & premit habenem*. Sanè ita legit Pincianus, assentientibus nonnullis manu exaratis codd. Verùm Iustus Lipsius mavult, *spississimum*, atque existimat, Senecam sic præfari, (ut ita dicam) non quia vox inusitata; sed quia metaphora durior videri poterat. Sed suppetunt alia non pauca, de quibus ambigat nemo. Nam, ut Xenophon* ab *ἴσχαλος* dixit *ἰσχάτωτος*: ita dixit Appulejus † Met. *Siquid est novissimo extremius*. Et de Deo Socratis: *Nulum animal in terris postremius homine*. Ac in Apologià: *Puer cum adulescentulis postremissimis inter scorta convivium agebat*. Ac ne solum Appulejum ad partes advocemus, eandem vocem legere est oratione C. Gracchi apud Agellium lib. xv, cap. xii, & apud Tertullianum in ingressu ipso libri de cultu feminarum: quemadmodum & *extremissimus* usurpat cap. xix Apologetici. Apud Arnobium quoque lib. v legimus, *minimissimus dignitorum*. Sed & *proximus*, cum pro vicino, aut cognato, sumi-

* lib. 2
EΞΙΣΧΑΤΩΤΟΣ.

fumitur, format ex se comparativum *proximior*. Seneca epist. CVIII * : * al. 109. Ita tamen, ut quorum abstinentiam interrupti, modum servem, & quidem abstinentiæ proximior, nescio an difficiliorem. Item l. I. D. unde cognati, legimus : Siquis proximior cognatus nasci speretur, in eâ conditione est, ut dici debeat, obstare cum sequentibus. Præterea lib. I. Instit. Tit. De capitis deminutione §. ult. legimus : Cum ad agnatos tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiores gradu sunt. Est & similis locus lib. III, Tit. de legitimâ agnat. tutel. Dixit quoque Vegetius lib. I. Rei Militaris, cap. xx. Proximior dextra sit, quæ plagam possit inferre. Quin nonnulli Ciceronem quoque ita ajunt locutum. Adferunt autem ex epist. XI, lib. I ad Att. Proximius Pompejum sedebam. Sed legendum, Proximius Pompejo : quomodo à Prisciano citatur, ac in optimis edit. excusum est : vel proximè Pompejo, quomodo, Diomedem secutus, legit Lambinus.

CAPVT XXVII.

De adjectivo incomparabili. Comparativi, & superlativi multi adjectivorum exeuntium in VS, vel IS primum. Comparativi, & superlativi, à Plauto novè ficti. Retriores partes.

SVperest videamus de adjectivis, quæ non variantur per gradus. STalia sunt gentilia, ut *Romanus*, *Spartanus* : possessiva, ut *patrius*, *Euandrius* : numeralia, ut *primus*, *decimus* : materialia, ut *aureus*, *æneus* : diminutiva : ut *aureolus*, *nasutus* : interrogativa, ut *qualis*, *quantus* : temporis significativa, ut *hesternus*, *crastinus* : participialia in *us*, ut, *amandus*, *reuerendus* : desinentia in *undus*, ut *errabundus*, *moribundus* : *tremebundior* tamen est apud Columellam lib. x. Candidus effœtæ *tremebundior* ubere porcæ. in *plex* exeuntia, ut *duplex*, *triplex*. Excipe *simplex*, & *multiplex*. Desinentia in *mus*, ut *bimus*, *legimus*. In *ivus*, verbalia puta : nam *festivissimus* est apud Terent. Adelpis. ut *fugitivus*, *de liberativus*. Composita à *fero*, & *gero*, ut *frugifer*, *leisifer*, *armiger*, *corniger*. Item hæc adjectiva, *almus*, *balbus*, *canorus*, *canus*, *cicny*, *claudus*, *compos*, *crispus*, *degener*, *dispar*, *egenus*, *exos*, *geminus*, *hodiernus*, *impos*, *magnumimus*, *mediocris*, *memor*, *mirus*, *mutus*, *mutilus*, *optimus*, *preditus*, *silvester*, *vetulus*, *unicus* : atque alia, sed pauca, ut *puto*, in quibus per particulas *excessus*, (uti sunt *magis*, *valde*, & *maximè*) supplemus comparativorum, & superlativorum defectum.

Huc etiam à Grammaticis referuntur nomina, quæ vocalem habent ante VS. Sed istiusmodi, quanquam rariùs ex se comparativum aut superlativum formant ; idque ut fugiatur nimius vocalium concursus : non

non tamen semper necesse habemus in iis uti periphrasticâ comparatione, quæ fit per *magis*, & *minus*. Quod, ut liqueat, literarum ordine de præcipuis dicam.

Arduius, & *arduissimus*, dixit Cato. Ut apud Priscianum in III: *Quod iter longius arduiusque erat a curia*. Idem ad populum, de triumpho: *Asperissimo, atque arduissimo aditu*.

Affiduosiores usurpat Varro lib. II de R. R. cap. IX. *Affiduosissime* est apud Ciceronem in Bruto. Sueton. in Galba: *vasa ærea affiduosissimi usus*. Ovidii est *barbariora* lib. 3 de Ponto el. 2: *Columellæ* lib. 2 cap. 3. *crispissimi*: Plauti Curcul. act. I, sc. 2, *parissimus*.

Egregius quoque ex sese augetur. Quomodo Pacuvius in Medo dixit, *Mulier egregiissimâ formâ*. Imò comparativo ejus usus ipse Iuvenalis sat. X:

Egregius cœnat, meliusque miserrimus horum.

Vbi *egregius*, pro *egregiis*, poni, & Priscianus testatur, & sententia clamat. Eodemque modo antè dixerat Lucretius lib. IV:

*Nam nihil egregius est, quam res discernere apertas
A dubiis.*

Exiguus est apud Vlpianum in fin. legis. Si ita sit adscriptum, De Legat. I, eodemque modo pars *exiguissima* legimus, cum apud Ovid. epist. XIV, tum Plinium lib. VII, epist. ad Geminium.

Idoneior, non memini me legere, nisi apud scriptores collapsæ jam Latinitatis. Vti Petrum Damianum epistolâ ad Gislerium in undecimo Baronii Annalium tomo. Et Salmasius in Tert. de Pall. p. 178.

Industriior varii dixerere. Vti Plautus Mostell. act. I, sc. II:

Quo neque industriior de juventute erat.

* apud Prisc. lib. 3. M. Cato in oratione, nequis iterum consul fiat *: *Imperator laudem capit, exercitum meliorem, & industriiorem, facit*. C. Gracchus contra Æmilium Tuberonem †: *Vtrum inimicorum meorum factio, an magis solitudo patriæ, te impulit, ut in me industriior sis, quam in te?*

† ibidem.

Injurius etiam comparativus videtur. Duza quidem apud Plautum legit Cistell. act. I, sc. I: *Nihil amore injurius est*, Hoc est, injurius, si ve injuriosus.

‡ apud Prisc. lib. 3. *Innoxius*, vel *innoxius* comparativo dixit Cato ‡ de Ptolemæo minore, de Thermi quæstione: *Quantoque suam vitam superiorem atque amplioriorem, atque antiquiorem animum, inducent esse, quam innoxiiorem*.

Necessarius quoque est comparativus, saltem apud labantis ævi scriptores. Sic lanè usus vetus interpres I Cor. XII, 22: *Quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt*. Imò & Tertullianus lib. I ad-

ad-

adversus Marcionem : *Quibus utique necessarius, quæ Deus, & quidem melior, quo necessarius, latere non debuit.* Quo etiam usus libro de habitu muliebri, cap. v, & lib. de patientia, cap. xi. Vti & in neutro, *necessarius lumen*, dixit in quarto adversus Marcionem. Et libro de carne Christi cap. vii, *Necessarius aliquid.* Ambrosius quoque lib. i Offic. cap. xviii, *membra necessaria*, retinuit è veteri interprete. Vbi perperam in Basileensi * editum, *necessaria*.

* an. 1555.

Piissimi de voce ita Cicero Philipp. xiii : *Tu porro ne pios quidem, sed piissimos quæris ; & quod verbum omnino nullum in lingua Latinâ est, id ; propter tuam divinam pietatem, novum inducis.* Verum non tanta fuit apud posteros Ciceronis autoritas, ut, quia is reprehenderat, eâ abstinerent. Nam, ut de Appulejo, & Hieronymo, nihil dicam ; ut item veterem lapidem ab Hieronymo Mercuriali † citatum, & tot alios, qui in Gruterianis inscriptionibus obvii sunt, præteream : sanè usurpatur ea vox à Seneca Rhetore lib. v, Controvers. xxvii, L. Seneca consolatur ad Polyb. cap. xxvi : Curtio lib. ix, & Quintiliano Declamat. vi.

† lib. 3 de arte Gymnastica, c. 12.

Perpetuior, & perpetuissimus, probat Priscianus in iii, hoc Catonis de Macedonia liberanda : *Idque perpetuius, atque firmitus repit.* Et in Thermum : *Sed à benefactis, atque ab optimis artibus, fugit quam maximâ fugelâ, perpetuissimo curriculo.*

Srenuus quoque hujus generis est. Plauti enim est Epid. Act. iii, Sc. Cave : *Nam strenuori deterior si prædicat suas pugnas, de illius ore sunt sordide.* Et Lucilii in xvi ad Fundium :

Fundi, delectat virtus te, villicu' paullo

Srenuor si evaserit.

Vbi pro *evaserat* (ut in Putschianâ Prisciani editione, & in Lucilii fragmentis à Duza editis legitur) rescripti *evaseris* ; secutus, cum nostras Prisciani membranas, tum veterem editionem Venetam. *Srenuissimus* similiter dixit Sallustius, in Catil. & Sallustii imitator Cornelius Tacitus lib. iv. Hist.

Tenuis quoque comparari negant ; quod imprimis insulsum videtur. Nam apud Ciceronem † legimus : *Tenuiorum, & non occupatorum amicorum, est ista assiduitas : quorum copia bonis & beneficiis deesse non solet.* Item * : *Cum majores nostri tantâ diligentia prudentiaque fuerint, ut omnia omnium non modo tantarum rerum, sed etiam tenuissimarum, jura statuerint, persecutique sint.*

† orat. pro L. Murana.

* Orat. pro A. Cæcinnâ.

Vacuissimus est apud Ovidium lib. iii de Ponto, eleg. i :

Nec rursus jubeo, dum sit vacuissima, quæras :

Corporis ad cultum vix vacat illa sui.

K k k k k

De

De iis, quæ vocalem ante VS, vel IS, habent, fatis diximus.

Nec comparativum, nec superlativum habent, *manicus, mutilus, crispus, compos, impos, excos, exlex, prædictus, medius, hodiernus, omnipotens, geminus, pax, duplex triplex*: aliæque id genus permulta, magnam partem alibi à nobis relata. Quædam tamen huc referri solent, undè comparativus vel superlativus apud bonos scriptores inveniatur. Sic *styl-vestrior* est apud Plinium lib. XVI, cap. XXVI. *Opimior*, apud Agellium lib. V, cap. XIV. Excipiunt etiam composita à *præ*. *Præclarissimus* tamen bis legas in Miloniana. Et in Oratore est, Thucydides *præfractor*: et si *fractior* non dicatur. Sed hoc minus mirandum: quia significatio est mutata. Nam aliud notat *fractus* in *fractior*, aliud in *præfractor*.

Multa autem multi comparativos, ac superlativos, habere existimant, quia legantur apud Plautum. Sed non omnia Plautina albâ lineâ signare convenit, cùm tam multa coningat, quæ nunquam recipit sermo Romanus. Et arduum quidem nobis de singulis asseverare, cùm tot deperierint antiqui scriptores, qui fortasse aliqua eorum, quæ nova nobis videntur, usurparint ante Plautum. Sed tamen, quibus perspectus est genius Plautinus, non difficulter coniectant, quæ Plautinæ sint monetæ. Quis enim ambigat, quin ab eo sit *verberabilissimus*, pro, maximè verberibus digno? quomodo loquitur Aululariâ, Sc. Foras, foras. Idem Pœnulo * dixit, *spissigradissimus*: & Menæchmis †, *exclusissimus*: & Catinâ ‡, *occississimus*. Cui geminum est Curcione *, *parissimus*, pro gemino ac simili prorsus: & , quod eadem concediâ usurpat, *ostium oculissimum*: quomodo non modò in antiquis editionibus invenire est; sed jam olim legit Festus: Mirum interim in omnibus Palatinis esse, *occlusissimum*, & fatis convenit sententiæ. Vide quæ ex Grætero Taubertianus: ut audiendi non sint, qui *occlusissimum* legendum autumant. Idem quoque in comparativis facit. Ita Bacchidibus † dixit,

Confessoriam foricinâ nemiâ.

Ac fortasse etiam ab eo *tacitus* per gradus variatur. Nam scripserunt ac juvit Pœnulo †:

Tacitus tibi resistam, quam quod dictum est male mulieri.

Ita emendant Camerarius, & Iosephus Scaliger; pro quo vulgò quidem legitur, *tacitus*: at in veteribus codicibus, *citius* reperitur. Sed potius censeo *tacitus* scripserunt Plautum, ac subintelligi *magis*; ut *μαῖον* apud Græcos solet.

Multò minus in exemplum trahi debent, quæ sequioris sunt seculi. Istiusmodi est *retior*; quod legitur apud veterem Iuvenalis interpretationem, qui in sat. XI * scribit, *pygargum* ita dici, quod *albas* habeat *retior*

* *Alf. 3. Sc.*
Ita me Di-
amora.

† *Alf. 4. Sc.*
Quis hic me
quirit.

‡ *Alf. 3. Sc.*
Nulla sum,
nulla sum.

* *Alf. 2. Sc.*
Ita pra vir-
go.

† *Alf. 4. Sc.*
De oratore.

‡ *Alf. 4. Sc.*
Satis spectan-
tem est.

* *verf. 138.*

res partes, hoc est, ὁμοῖδ' ἰδία μέρη. Sed interpretis hujus non magnopere nobis habenda est ratio, quando certis indicis eum vixisse constat post tempora Constantini Magni. Video tamen Lipsium non refugisse *retiora.*

Sunt & alia hujus farinae apud ejusdem ævi ac sequentium scriptores. Verùm ea coacervare haut visum, quia nemini ignotum esse potest, quo loco haberi debeant, quæ irrepsere post divisionem aut ruinam imperii Romani.

CAPVT XXVIII.

Nomina non à nominibus tantùm derivari, vel verbis: sed etiam pronominibus, adverbis, & præpositionibus. Patronymica sic dici a specie nobiliori. Romanos, qui penè mille post Ilium deletum annis vixere, Iliensium nepotes vocari. Priscianus emendatus. Num Homerus patronymica etiam è matribus, vel avus formet, præterquam iis, qui ex Iove prognati. Masculina in Des desinere, ac sex modis formari. Priscianus iterum corrigatur. Ionica, & Æolica terminatio patronymici virilis. Feminina exire trisariam, ac quomodo plurimum formentur. Amazonis quâ ratione tertiam corripiat. Patronymicorum forma tributa iis, quæ à loco petuntur: item librorum titulis.

VIdimus de nominum declinatione naturali; ut Varro * vocat: * *lib. 7 de L. L.* quæ est in casus, numeros, genera, & gradus. Superest, ut idem appellat, voluntaria, quæ est nominis ex alio nomine impositio, ac speciem, sive derivationem, & figuram, seu compositionem complectitur. De utraque nunc agendum nobis, non universè, quomodo & hæc, & illa, omnium est classium communis: sed particulatim, quatenus in nominibus spectatur; non omnibus quidem, cùm nomina etiam sint primigenia; sed iis solùm, quæ aliunde originem ducunt. Fusè de derivatis Priscianus in v. Eum adi.

Derivantur nomina, vel à nominibus, ut *justitia* à *justus*: vel à pronominibus, ut *alienus* ab *alius*, similiterque *qualitas*, *quantitas*, *solido*, à *qualis*, *quantus*, *solus*, quæ pronomina esse, alibi † ostendimus: vel à verbis, ut *victor* à *vinco*: vel à participiis, ut *doctus*, *sapiens*, & similia, quæ abjectione temporis è participiis in nomina degenerant; vel ab adverbis, ut *crastinus*, à *cras*; *hodiernus*, ab *hodie*: vel à præpositionibus, ut *propinquus*, à *prope*; *contrarius*, à *contra*.

Quæ à nominibus veniunt, dividuntur vulgo in patronymica, gentilia, possessiva, diminutiva, & denominativa.

Patronymicorum vox quibusdam nimium videtur angusta. Nam, inquit, *Æacides* pro Achille non est à patre, sed avo *Æaco*; eoque

νεπέως non πατρωνυμικόν, sed παππωνυμικόν est. Verùm patris nomine etiam avus continetur; uti avi nomine majores universi, utcunque multas etiam distent seculis. Itaque & Romani dicuntur *Æneade*; nempe eo pacto, quo Æneas diceretur eorum pater, vel avus. Quomodo loqui inter cæteros non dubitavit Iustinus lib. xxxi, ubi sermo est de mutua Ilienſium & Romanorum gratulatione, tum factà, cum exercitus Romanus, L. & P. Scipionibus ducentibus, Hellespontum transfuisset ad bellum gerendum cum Antiocho rege. Verba Iustini sunt: *Invocabat Ilienſes, nepotes suos*, (hoc est suæ gentis, majorum quippe suorum nepotes) *Occidente & Africâ domitâ, Asiam, ut avorum regnum, vindicare*. Ecce veteres Ilienſes vocat avos; præterit temporis Romanos nuncupat nepotes. Atqui contigit ea gratulatio anno Vibis **DLXIII**. Conditaque Vrbs annis ccccxxx post captum Ilium: ut quos nepotes vocat Iustinus, prope mille annis abfuerint ab Ilienſibus, quibus avorum tribuit nomen.

Nec ab avis solum paternis, sed etiam maternis, fit denominatio. Quomodo Mercurius, Majæ filius, facundus nepos Atlantis, ut eum Horatius vocat *Atlantides* Nafoni dicitur 1 Met. quomodo item ibidem Epaphus, filius Iûs, quæ Inachi filia fuit, *Inachides* nominatur. Corrigendus verò Priscianus lib. 11, apud quem in Helix Putſchii editione sic legitur: *Inachides, Iovis filius Epaphus, quæ filia fuit Inachi*. Vbi in antiquâ Venetâ pro *Iovis* est **IOIS**; in membranis verò nostris optime **IOYS** legitur.

Imò patronymica etiam veniunt à matribus, fratribus, & regibus sive conditoribus. A matribus, quomodo Æsculapius Nafoni * dicitur *Coronides*, quia illi Larissæ Coronis mater fuit: quomodo item à Rhea Sylvia, quæ & *Iliæ* dicta est, Romulus *Iliades* † vocatur. A fratribus, ut à Phaetonte dictæ *Phæsonides*, pro quo *Phæsoniades* per epenthesin dixit Maro in Eclogis. A regibus, ut apud Maronem *Theſide* ‡, & *Cecropide* *, pro Atheniensibus; *Romulide* †, pro Romanis. Imò & ab illustribus posteris fit denominatio. Ut *Ægide*, majores *Ægei*; & fortasse *Timodemide*, majores Timodemi, apud Pindarum Nem. od. 11, quæ in honorem Timodemi. Scholiastes tamen vetus: *Τιμοδημίδα, Φερίστια, ὅτιν ὁι πέρωνοι & Τιμοδήμω*.

Cum verò laxè aded attenditur patronymicorum appellatio, manifesta est ejus vocabuli *κατάχρησις*. Nec propterea comminisci opus aliud nomen: quando philosophis non est insolens, à præcipua specie nomen generi imponere.

Sed de Homero non satis est apertum, an etiam à matribus, vel avis ipsis, formet patronymica, præterquam in iis, quæ à Iove originem ducant.

* 15 Met.

† Ovid. 14 Met.

‡ 4 Georg.

* 6 Æn.

† 8 Æn.

ducant. Si veteres Grammaticos audimus, in his solis id sibi permittit. Quomodo ab Æacus, & Dardanus, qui ex Iove nati, format *Λαοιδης*, & *Δαρδανιδης*. Obducunt aliqui illud Iliad. A * :

* vers. 749.

Καὶ † νύ κεν Ἀκτόρῳ Μολίονε παῖδ' αἰλοῦπαζα.

† Et sanè Ἀκτόρονες, Μολιόνες ἕβερως, intersecissim.

Vbi *Moliones* dici creduntur à matre Molione, Moli filia. Sed contra contendunt alii, μόλιονε híc valere idem ac πολυμοιθί, efféque id nomen *Ἰππο* & *Ἰ* μαχίω μόλισηως. Itidem objectant, Homero in hymnis, & Poëtarum aliis, Apollinem dici *Ληπιδίω*. Sed oggerunt his, non de Poëtis aliis se loqui, sed Homero; nec de aliis operibus, quàm Iliade, ac Odyssea; quia, an hymni sint Homeri ipsius, non satis convenit.

Ex patronymicis virilis sunt generis, quæ in DES desinunt. Hæc vel veniunt à nominibus primæ, vel secundæ, vel tertiæ. In prima quædam derivantur ab nominibus exeuntibus in A purum, vel AS. Et hæc terminantur in ADES, ut *Iliæ*, *Iliades*; *Æneas*, *Æneades*. Quandoque etiam in IDES, ut ab *Αἰνέας*, *Aemides*. Vt IX ÆN.

Sit satis, Ænide, telis impune Numanum

Oppetuisse tuis.

Alia derivantur à nominibus terminatis in A impurum, vel E, aut ES. Ab A, clauduntur syllabâ IDES. Vt *Philyra*, *Philyrides*. Ab E habent IADES: ut *Acrifone*, *Acrifoniades*. In ES quoque impurum nunc ADES accipit, ut *Butes*, *Butades*; *Hippotes*, *Hippotades*; nunc IDES, ut, *Corinetes*, *Corinetides*; nunc IADES, ut *Anchises*, *Anchisiades*.

In secundâ verò, vel veniunt à nominibus finitis in VS purum; qualia casui in I adjiçuntur DES; ut *Priamus*, *Priami*, *Priamides*; *Nestor*, *Nestori*, *Nestorides*: vel ab exeuntibus in IVS, & hæc casui in I apponunt ADES; ut *Menætius*, *Menæti*, *Menætiades*: vel à nominibus in EVS, quæ casui in I addunt DES, sed pro EI diphthongo Latini habent I: ut *Theſeus*, *Theſei*, *Theſides*; *Promethæus*, *Promethæi*, *Promethides*: ut I Met.

Inde Promethides placidis Epimethida dictis.

Item *Peleus*, *Pelei*, *Pelides*: pro quo & Poëtica epenthesi *Peliades* dicitur.

In tertiâ, casui in I apponitur DES: ut, *Thestor*, *Thestori*, *Thestoridaes*. Sic à *Scipio*, *Scipionides* foret, & per epenthesin *Scipionades*: pro quo Maro per syncopen dixit *Scipiades*. Vel ἀναλόγως erit à *Scipius*; quod mavult Priscianus lib. II: *Virgilius secundum Græcam formam Scipiadas dixit Ἰππο* & *Ἰ* Σκίπιο, cum *Scipionides* dicere debuit. Ita rectè legitur, cum in antiquâ Venetâ, tum etiam in membranarum nostris. Helias

Kkkkk 3

Put-

Putfchius refcripfit $\lambda\alpha\pi\acute{\iota}$ ξ $\Sigma\kappa\iota\pi\acute{\iota}\omega\upsilon\alpha$. Quod probare non poffum. Nam quæ à nominibus quindæ fiunt, mutant O S in I Δ Η Σ. Vt ὁ Πηλεὺς, ξ Πηλέ α , ὁ Πηλεΐδης, & crasi Πηλείδης: ὁ Ηετίων, ξ Ηετίων α , ὁ Ηελωνίδης, & $\kappa\acute{\epsilon}$ συγκαπῶ Ηελίδης. Sic ὁ Σκιπίων ξ Σκιπίων α , ὁ Σκιπιωνίδης. *Scipiade* igitur non fit à nomine tertiæ, sed secundæ: nempe ut ab Ηλι α , verfo O S in Α Δ Η Σ, fit Ηλιάδης: fic à Σκιπ α , eaple mutatione, fiat Σκιπιάδης.

Porro Iones pro I Δ Η Σ, vel I Α Δ Η Σ, dicunt I Ω Ν: unde ab *Iapetus*, pro *Iapetionides*, quo ufus Ovidius IV Met. de Atlante loquens, etiam dicitur *Iapetion*; item ab *Oedipode*, pro *Oedipodiades*, *Oedipodion*. *Æoles* verò pro I Δ Η Σ habent Α Δ Ι Ο Σ: quomodo *Hiræ* filius pro *Ἰρίδης*, *Ἰρίάδι α* . Ita dictus *Pittacus*, VI I sapientum unus, ut ait *Prifcianus* in II. Sed *Laërtius*, in ejus vitâ, fic vocatum ait *Pittaci* parentem. Atque hæc de terminatione *Patronymicorum* virili.

Muliebria verò definunt in A S, I S, N E. Priora illa plurimùm veniunt à masculinis in D E S, abjecto D E: ut ab *Iliades*, *Ilias*; à *Peliades*, *Pelias*; à *Dardanides*, *Dardanis*; ab *Inachides*, *Inachis*. Ac fimiliter ab *Ἀμαζών* fit *Ἀμαζωνίδης*, unde *ἀναλόγως* femininum, ἡ *Ἀμαζωνίς*, five $\kappa\acute{\epsilon}$ συγκαπῶ *Ἀμαζονίς*: qua in re Græcorum exemplum fecutus *Maro* I *Æn*.

Ducit Amazonidum lunatis agmina pelvis.

Nempe tertiam corripuit, & *patronymicum* posuit pro primitivo; quale *Scipiades* pro *Scipione*.

Sed quorum masculina veniunt à primitivis in E V S, hæc penultimam efferunt per E porrectum: ut *Thesens*, *Thesides*, *Thesens*: *Chryses*, *Chryfides*, *Chryseis*. Item *Nereus*, *Nerides*, *Nereis*, penultimâ ancipiti. Etiam à *Michaël* juniores formarunt *Michaëlis*, cujus genitivus *Michaëlidos*, vel *Michaëlidis*. Nomen hoc inter alias fuit *Caroli* VI *Galliarum* Regis filix, *Philipp*. Bono *Burgundiæ* Duci nuptæ.

Patronymica, quæ in N E definunt, formantur ex genitivo finguli numeri, addito N E; sed E I mutatur in I longum: ut *Nerei*, *Nerine*; *Adrasti*, *Adrastine*. Quod si nominativus definat in I V S, pro I N E dicitur I O N E: ut *Acrisius*, *Acrifone*.

Interdum autem *patronymici* terminatio aptatur etiam appellationibus iis, quæ à loco petuntur, five ubi quis natus, five ubi educatus, & versari soleat. Nec ratio est obscura, quia locus hujusmodi est instar parentis. Vt *Troas*, *Cyclas*, *Ias*, *Thessalis*, *Colchis*, *Æmonis*, *Mændis*, *Libyftis*, *Parrhasis*, *Sithonis*, *Tritonis*, *Sarmatis*, &c. Sic *Venus*, *Cyprius*, à *Cypro*: unde & $\kappa\upsilon\pi\rho\gamma\acute{\epsilon}\nu\epsilon\iota\alpha$, & $\kappa\upsilon\pi\rho\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\varsigma$ vocatur. Item

Mulæ

Mufæ *Aonides*, à monte Aone; & *Aganippides*, à fonte Aganippe: ac par ratio in *Sicelides*, *Pimpleides*, *Pierides*.

Hanc formam etiam sequuntur quædam nomina librorum ab argumento petita. Sic *Ilias*, mulier ex Ilio. Sed Homerus ita inscripsit libros de rebus ad Ilium gestis. Similiter à persona, quam celebrat Poëta. Vt ab *Ἡρακλῆς*, vir *Heraclides*, mulier dicitur *Heracleis*. At Poëta incertus opus suum de Hercule inscripsit *Ἡρακλῆϊδα*: ut testis Aristoteles libro de Arte Poëtica. A Theleo vir *Thefides*, mulier *Thefeis*. Sed *Ἐπιθῆδα* vocavit suum poëma Diphilus, ut est apud Pindari scholiastem, atque alios. Ab *Alexio* fuerit *Alexides*, femina *Alexias*. Sed Annæ Comnenæ historia de gestis patris sui Alexii Comneni ab ea *Ἀλεξιάς* est vocata. Similiter Latini. Ab *Aenea* vir *Aeneades*, mulier *Aeneis*. At Maronis quoque divinum opus *Aeneis* nuncupatum. Ab *Achilles* vir *Achillides*, femina *Achilleis*. Verùm hoc quoque nomen est poëmatis Statiani. A *Bryfes* similiter est *Bryfides*, & *Bryfeis*. Sed *Bryfeida* quoque scripsit L. Attius, Pacuvii *ὀμόχρον**: unde ^{* aequalis.} Persius sat. 1:

*Est nunc Bryfeis quem venosus liber Atti,
Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiope.*

Ita legi debere, facile adfentio doctiss. Casaubono.

CAPVT XXIX.

Terminationes gentilium, possessivorum, diminutivorum. Mulionius potius, quam mulionicus, dicendum. Græculi qui sint. Nomina in aster nunc diminutionem, nunc imitationem, nunc neutrum significant. Reselluntur, qui domicula, pro domuncula, dicere jubent. In *O* exenim diminutiva *ὀινολόγος* desunt in *VNCVLVS*. Non venire diminutiva ab omnibus nominibus. Tabula, fabula, macula, unde deriventur. Diminutiva non semper sequuntur genus primitivum. Vngula non est diminutivum, quod *Diomedes* credidit. Nec rectius a scutum deduxit scutella, cum veteres dixerint scuta in muliebri genere. Eiusdem, & aliorum error, *pistrilla* a *pistrinum* deducuntur, quod est à *pistrina*. *Charisii* locus emendatus. *Priscianus* notatus. *Qualus*, & *qualum*; *quafillus*, & *quafillum*, dicebatur. *Glandium*, & *glandula*, quid sint, & unde dicantur. *Ensicula*. *Beta-ceus*, & *malvaceus*, quâ occasione *ἑπιθετικῶς* capi cœperint. *Diminutiva diminutivorum.* *Diminutivis* additum *parvus*, vel *minutus*.

TRanseo ad GENTILIA, quæ has terminationes habent:

A, ut *Persa*, *Galata*, *Sybarita*: ac feminina, *Lacena*, *Crossa*, *Threissa*, vel *Threjsia*, *Phœnissa*, *Libyssa*.

O, ut

O, ut *Macedo, Saxo*.

AN, vel ON, ut *Acarnan, Ion, Lacon, qui & Laco*.

AR, ER, IR, VR: ut *Car, Afer, Trevir, Ligor*.

AS, ut *Arcas*: ac similiter *Arpinas, Ardeas*; quæ priùs *Arpinatis, Ardearis*. Item feminina, ut *Troas, vel Troias*, apud Persium fat. 1.

ES, ut *Cres, Magnes*. Vt *Cres Epimenides* apud Cicer. 1 de divinat.

IS, ut *Atheniensis, Sannus*, qui antea *Sannus*. Item hæc feminina, *Sybaritis, Spartiatis, Achæis, Scythis, Æthiopsis, Libyftis*, ut *Libyftidos m- fæ*, v *Æn.* nisi *Libyftidos* cum nonnullis malis.

VS, præeunte Æ, ut *Achæus, Iudæus*; à *Saba, Sabæus*; item *Thebæus*, apud Hyginum, pro *Thebanus*; VS præcedente C, ut *Hebruscus, Atticus*: IACVS, ut *Corinthiacus, Peloponnesiacus*: VS post I, *Ægyptius, Corinthius*; post L, ut *Italus, Siculus*; N, ut *Romanus, Germanus*; O, ut *Cons, Argous*; R, ut *Syrus*; V consonum, ut *Achivus, Argivus*.

TA, TES, masculina, & TIS muliebre. Hic *Spartiana*, vel *Spartiatis*, & hæc *Spartiatis*: *Sybarita, & Sybarites*, & hæc *Sybaritis*. Itidem hic *Epirotes*, vel *Epirota*.

TANVS, ut à *Tauromenium, Ταυρομενίτης*, unde *Tauromenitanus*; ut à *Νεάπολις, Νεαπολίτης, Neapolitanus*. Sic à *Gadibus, Gaduanus*; à *Drepanum, Drepanianus*.

BS, NS, PS, RS; ut *Arabs, Libs, Laurents, Picens, Æthiops, Camers, Tiburs*.

X, ut *Thrax, Cilix, Cappadox, Phryx*.

POSSESSIVA ἀναλόγως terminantur in IS, vel VS. In IS trifariam.

LIS, ut *herilis, senilis*.

RIS, ut *puellaris*, ac, B præeunte, *muliebris*.

SIS, sive ENSIS, ut *castrensis, hortensis*.

In VS multifariam exeunt. Præcipuæ formæ sunt istæ:

EVS, E brevi, ut *Herculeus, Romuleus, Cæsareus, Tartareus*. E longo, ut *Phœbeus, Sophocleus, Aristoteleus, gynecium*: cuiusmodi Græcè scribuntur per EI.

IVS, ut *Euandrius, patrius, mulionius*. Quomodo Cicero pro Sextio, *Mulioniam penulam* dixit. Sic legendum, non *mulionicam*, ut editum est apud Priscianum in 11.

NVS, ut *paterius, montanus, hybernus, formicinus, Pompejanus*, ut cum dicimus, *Pompejanus miles*, aut *domus Pompejana*. Sic ab *Anio Anienus*, ut apud Maronem*, *Aniena fluena*.

Est & terminatio CVS; idque vel præeunte A brevi, ut *Cypriacus*,

ens, *Bebryacus*; vel I breui, ut *Italicus*, *Creticus*; vel Y breui, quale unum esse ait Priscianus, nempe *Libycus*; ubi Y ex principali nomine *Libya* acceptum. Sed hæc terminatio CVS vix in aliis, quàm Græcis, invenitur. Et *aicus* quidem fit ex *ens*: ut *Achaicus* ab *Achæns*; *Bardæicus* à *Bardæns*. Vt *cuculli Bardæici*, apud Capitolinum in Pertinace; à *Bardæis*, Illyridis populo. Similisque formatio etiam extra possessiva obtinet: ut ab $\delta\rho\chi\alpha\acute{\iota}\sigma\tau\omicron$, *archaicus*.

Possessiva non solent jungi adscendentibus. Itaque *Hæctoreus* quidem *frater*, aut *seruus* dicimus: at non *Hæctoreus pater*. Priscianus lib. iv.

Interdum autem eadem est forma gentilium, ac possessorum. Ita gentile est *civis Romanus*; possessivum, *ager Romanus*.

DIMINVTIVA quæ sint, vox ipsa indicio est. Huiusmodi est à *Græcus*, *Græculus*. Ita dicebatur per contemptum, non quisquis impensè Græcis literis studeret (quod viro erudito visum fuit) sed qui in simul mores Græcorum haberet. Nec enim *Græculus* est, qui Græcis $\phi\iota\lambda\acute{\epsilon}\lambda\omega$ *; sed quem $\kappa\epsilon\lambda\theta\upsilon\alpha\sigma\mu\acute{\omicron}\nu$ † dicebant $\epsilon\lambda\lambda\omega\iota\sigma\tau\omega$. Ita Hadrianus, auctore Spartiano, & Iulianus, Ammiano ‡ teste, *Græculi* dicebantur.

* *Amen*
studiorum
Græcorum.
† per irrisio-
nem.
‡ ib. 17.

Diminutiva plurimùm exeunt in LVS, LA, LVM. Ac alia quidem O habent apte L; ut *filiolus*, *filiola*, *negoriolus*: alia V; ut *adolescenculus*, *adolescencula*, *columbulus*, *tantulus*, *tantula*, *tantulum*: alia in *allus* terminantur; ut *varus*, *vallus*: vel *ellus*, ut *cultellus*, *pagella*, *flagellum*, *bellus* à *benus*, unde *bene*: vel in *illus*, ut *pugillus*, ex *pugnis*; *mamilla*, à *mamma*; *furca*, *furcilla*; *arvina*, *arvilla*; *hira*, *hilla*; *vasculum*, *vascillum*; *oscillum*, *oscillium*, $\sigma\mu\alpha\tau\iota\omega\nu$ ludicrum; *villium*, à *vinum*; *sigillum*, à *signum*. Sic *ovilla*, & *suilla* caro, ab *ovina*, & *suina*, juxta Priscianum. Vel in *ullus*; ut ab *unus*, *unulus*, *ullus*. Sic *homœullus*; item *satullus*, apud Varronem. Item *pallus*, ex antiquo *puernus*; *rullus*, ex *ruvulus*, à *ruere*. Vel in *culus*, ut *fosculus*, *lepusculus*, *matricula*, *bucula*, *fulcula*, *nubecula*, *cruscillum*, *mellicillum*, quod apud Plautum.

Præterea exeunt in IO; ut *senex*, *senecio*; *pusus*, *pusio*; homuncio ab antiquo *homonis* pro *hominis*. Nempe ex *homonicio* $\kappa\epsilon\sigma\upsilon\gamma\eta\sigma\pi\iota\omega$ est *homonicio*, five *homonicio*.

Vel *eus*, ut *equus*, *equulus*, *equuleus*; *hinnus*, *hinnulus*, *hinnuleus*; *araneus*, *araneolus*.

Est & Græca terminatio ISCVS: ut *Syrus*, *Syriscus*, *Pan*, *Paniscus*, *calathus*, *calathiscus*, apud Catullum. Item *mas*, *mariscus*; *scortum*, *scortiscum*; de quibus maximus Salmasius in Exercitationibus Plinianis ad Solinum *.

* pag. 1127.

Quæritur, an etiam nomina in ASTER diminutiva sint. Vbi distin-

stinctione opus. Sunt quæ diminutionem, sunt quæ imitationem, sunt quæ neutrum significant. Neutrum notat *apiastrum*, cui ideo ab apibus nomen, quia eò gaudent. Sed *surdaster*, & *recalvaster*, denotant diminutionem nominum, à quibus derivantur. Sic *philosophaster*, *poëta-ster*, *parasitaster*. At *Antoniaster*, *Fulvaster*, & similia, quæ à propriis veniunt, imitationem significant: ut falsus sit Priscianus, qui & illa *ἑπιουριστικῶς* sive blandimenti causâ sic efferi putavit. De *parasitaster* sunt, qui dissentiant. Si inquirunt diminutionem notaret, non diceret Terentius *, *parasitaster parvulus*. Sed acutè occurrit Scaliger cap. xcv de caussis L. L. *Parvulus*, inquit, *significat corporis quantitatem ætate imperfectam, ut sit diminutio corporis: ac parasitaster est ætis diminutio, ut sit is, qui hanc magna cum re parasitatur*. Atque, ut ibidem observat, hanc derivationis formam accepimus à Græcis, qui dicunt *φιλιππίζειν*, *ἀλιουίδειν*: his autem simile sit *ᾠδῆσιτάζειν*, unde *ᾠδῆσιτῆσις*, & Σ in P, more Æolum converso, *ᾠδῆσιτῆσις*.

* Adel. añ.
5, sc. 2.

† notū in
glossas vest.

Præterea quæritur, an etiam diminutiva exeant in VNCVLVS, vel VNCVLA. Sanè doctissimus vir, Bonaventura Vulcanius †, ait *ἀναλογίαν* requirere *icula*, vel *ucula*. Eoque non *domuncula*, sed *domucula*, vel *domicula*, jubet dicere. Nempe quia (ut Prisciani verbis utar) *quarta declinationis nomina faciunt diminutivum VS, vel V, nominativi in I convertendo: ut versus, versiculus; artus, articulus; fluctus, flucticulus; annus, ancicula; cornu, corniculum; genu, geniculum*. Sed cogitare oportuerat, quod ibidem subjungit Priscianus, excipi *acus, aculeus; & domus, domuncula*. Præterea *domuncula* disertim scribitur in Pandectis Florentinis Lib. XLVII. Tit. XII. Leg. III: *Si in sepulchro non habitet, sed domunculam ibi habeat servus: noxale iudicium erit dandum, si modo habere posse videtur*.

Similis quæstio est, num *homunculus*, & *homuncio*; an *homuniculus*, & *homunicio*, dici debeat. Pro posteriori scribendi modo est, quod Petrus Victorius in Ciceronis codice Mediceo, quem omnium probatissimum fuisse iudicat, in epistola Servii Sulpicii ad Ciceronem pro *homunculi* disertim scriptum reperit *homuniculi*. *Hæc, nos homuniculi quid indignamur?* Item quod in optimo illo Terentii codice, cujus antiquitatem tantopere laudat Politianus, similiter scriptum erat in Eunuchō †: *Ego homunicio non facerem?* Quemadmodum idem Victorius testatur Castigationibus in Ciceronem †, ac præterea Faërnus notis in Terentium. Imò videtur hæc scribendi ratio *ἀναλογία* posse comprobari. Nam ut ab *ignis*, est *igni*, unde *igniculus*; à *venter*, *ventri*, unde *ventriculus*: sic ab *homo* est *homini* (pro quo veteres *homuni*, imò & *hemioni*, ut apud Ennium) indèque erit *homuniculus*, sive *homuniculus*: ut item ex multorum opinione est à *senex*, *seni*, *senicio*, pro quo *senecio* dicimus: ita

† añ. 3.
sc. 5.
† in lib. 4.
epist. ad Sca-
nium.

ab

ab *homo*, *hominis*, est *homonicio*, sive *homuncio*. Hæc faciunt, ut non impro-
 bem *homunculus*, vel *hominicio*. Tamen *homunculus*, & *homonicio* malim.
 Nam ut sanè *homonicio*, & *homunculus*, integra sint, nihil prohibet altera
 ex iis $\tau\eta$ συνηρηω esse efficta. Præterea Priscianus difertim probat
homunculus, & *homonicio*, tetrasyllaba. Adhæc in codd. MSSis vix alter
 invenias. Denique *ἀναλογία* magis pro hac sententiâ facit. Nam in
 O definitia mutant vocalem extimam in *unculus*: ut *leno*, *lenunculus*,
 apud Plautum *Pœnulo*; *gurgulio*, *gurguliumculus*, apud eundem *Ruden-*
te; *lolligo*, *lolliguncula*, *Calina*; *offensio*, *offensiumcula*, apud Cicer. pro *Plan-*
cio; *carbo*, *carbunculus*, apud scriptorem ad *Herennium* lib. III; *virgo*,
virguncula, apud *Juvenal.* sat. II; *tyro*, *tyrunculus*, apud eundem sat.
 III; item *ratio*, *ratuncula*: *caro*, *caruncula*, apud *Varronem* in *Anda-*
bata: *Sed quidvis potius homo, quam caruncula nostra.* *parque ratio in leo,*
leunculus; *larro*, *larunculus*; atque aliis.

De diminutivis ita *Diomedes* lib. I: *Memuisse debemus, quod non*
omnia diminutiones faciunt. Quædam enim singularia sunt, quæ non inveniunt
comparationem: tanquam cæsum, mare, & similia. Sunt etiam quasi dimin-
tiva, quorum origo non cernitur: ut fabula, macula, tabula. Vbi rectè *Dio-*
medes, non esse ista diminutiva, sed quasi diminutiva. Nam etsi *tabula*
 fortasse sit, ab obsoleto *taba*, hoc autem à $\tau\alpha\beta\alpha$: tamen in *macula* &
fabula diminutio est nulla. Sed est *macula* potius à $\mu\alpha\kappa\upsilon\lambda\alpha$, quod est *ma-*
culavit; *fabula* autem eâ formâ venit à *fari*, quâ *latibulum* est à *latere*, *pa-*
tibulum; à *patere*, & similia. Sequitur apud *Diomedem*: *Sunt item, quæ*
non servant genera, quæ ex nominibus primæ positionis acceperunt: ut scutium,
scutella; pistrinum, pistrilla; canis, canicula; rana, ranunculus; unguis, ungula,
unguicula. Quem locum expendemus. Vti & illa, quæ de hoc, &
Charisius, & *Priscianus*, scripserunt. Ac primò non diffitemur, dimi-
 nutiva quædam non servare genus primæ positionis. Vti *scamillus*, à
scammum. Nam *Vitruvius* lib. III, cap. III dixit: *Per scamillos impa-*
res. Item *ranunculus*, quod apud *Ciceronem* *epist.* ad *Trebat.* & in
 libb. de *divinatione* legitur. Quamquam istis quidem locis adjecti-
 vum non additur. Adhæc ab *eruvia*, *eruvilla*. Nam *eruvillam* dixit *Varro*,
 ut *Nonius* ostendit. Item *panicula* à *panus*: quod *Priscianus* pro exem-
 plo ponit. *Panus* enim virile esse ostendit *Lucilius* in VIII:

— *Modo stet rectus subtermine panus.*

At *Plauti* est *Mil. act.* I, sc. I:

Quasi venens folia, aut paniculam rectoriam.

Et fortasse ejusmodi quoque sunt, *majusculus*, *minusculus*, *plusculus*, *ce-*
leriusculus; à comparativis neutris, *majus*, *minus*, *plus*, *celerius*. Etsi hic non
 decet, quod obducere possis. Nam videntur quædam in virili genere à

* cap. 24.
huius libri.

veteribus fuisse usurpata : unde *Denu Majus*, de quo antea * dictum. Verum sanè, ut non inviti demus, quædam diminutiva recedere à genere primogenii ; tamen Diomedis exempla id minimè evincunt. Nam, ut ab *ungula* ordiamur, non est hoc ab *unguis* ; sed ejusdem ambo originis sunt. Solent enim Romani ab obliquis Græcorum formare suos rectos. Unde ab *ὄνυχ*, fecere *unguis* ; ab *ὄνυχα κεντα*, & ex eo *ungula*. Ab *unguis* verò est diminutivum *unguiculus* : unde quod Græci dicunt *ὄνο τῶ ἀπλωῶν ἐνύχων*, id Ciceroni epist. ad Lentulum est, à *tenetis unguiculis*. Atque, ut daremus Diomedes, ab *unguis* dici *ungula* ; non tamen diminutivum foret, sed ἀπλωῶς denominativum ; quemadmodum verisimilius statuit Priscianus lib. III : *Anguis, anguilla ; unguis, unguila facit : quæ tamen si formam habere videntur diminutivi ; significatione tamen non sunt diminutiva*. Et post multa : *Anguis, anguilla ; unguis, unguila ; nubes, nubulum ; magis denominativa sunt existimanda, quam diminutiva : quippe non habent diminutivorum significationem, sed formam tantum*. *Scutella* verò non est à *scutum*, uti Diomedes putat ; sed à *scutula*, quod à *scuta*, quo in singulo numero usus Lucilius in VI † : *Scutam ligneolam cerebro infixit*. Nec *pistrilla* est à *pisstrinum* ; unde non Diomedes tantum deducit, verum & Charisius, & Priscianus ; sed est à *pisstrina*. Terentius Adelph. act. IV, sc. II : *Apud ipsam lucum est pistrilla*. Vbi sic Donatus : *Veteres absolviè dicebant pisstrinam, ut sutrinam, & medicinam, ad tabernam referentes*. Nam *pisstrino pisstrina non convenit*. Imò Charisius ipse alibi docet, Lucilium *pisstrinam* dixisse : *Pisstrinum*, inquit, *in neutro dicitur ; sed Lucilius XVI femininè extulit : Media è pisstrina ad tabernam referens, ut Caupona dicitur*. Nam & Terentius diminutivè *pisstrillam* dixit, *Pisstrilla erat quedam*. Ita vulgo is Charisii locus legitur. Et sanè etiam Iosephus Scaliger in Conjectaneis tanquam è XVI Lucilii adducit hæc verba, *Media à pisstrina ad tabernam referens*. In quo planè fallitur. Nam locus Charisii sic interstingui debet : *Lucilius XVI femininè extulit ; Media è pisstrina ; ad tabernam referens, ut caupona dicitur*. Nempe idem dicit Charisius, quod Donatus, *pisstrina* in feminino dici, quia vox ea ad tabernam refertur ; quomodo & *sutrina*, & *caupona* dicitur in fem. Quare Lucilii solum verba sunt ista, *Media è pisstrina*. Ad quæ respexit Varro in IV de L. L. cum ait : *Pilum, quod eo far pinsunt : id ubi sit, Pisstrinum. L. & S. inter se sepe commutant. Inde Lucili, Pisstrina, & pisstrix*. Nam voluit Lucilii meminisse, quia *pisstrime* is insolenti voce usus esset. Superest apud Diomedem *canicula*, quod quidem à *canis* venit : sed hoc non minus in feminino, quam masculino, invenitur apud antiquos. Vti apud Ennium :

Tamidem quasi facta canes sine dentibus latrat.

Et

Et Lucilius in primo * :

Irritata canes, quam homo, quod planius dicit.

* Apud
Charisium
lib. 1. De-
nat. in A-
delph. 2. 4.
& Non. in
Irritare.

Expendamus nunc ista, quæ Priscianus adiecit. Tale est hic *dies*, hæc *diecula*. Sed cum dies etiam femininum sit, de hoc idem, ac de *canis*, iudicium esto. Adfert quoque *acus*, *aculeus* : sed *aculeus* denominativum, non diminutivum est. Addit idem *hic qualus*, *hoc quasillum*. Sed hac etiam parte fallitur. Nam non tantum *qualus* dixere veteres, sed etiam *qualum*; nec tantum *quasillum*, sed etiam *quasillus*. *Qualum* est apud Catonem de R. R. cap. XI : *Corbular Amerinas XX, quala sataria VII, alveos XL*. *Quasillus* est apud Festum Pompejum : *Calachos*, inquit, *Græci*; nos dicimus *quasillos*. Ergo à *qualus* erit *quasillus*; à *qualum*, *quasillum*. Idem Priscianus ex Probo, ut ait (etiam Charisium addere potuit) huc refert *hoc glandium*, *hæc glandula* : quo significari dicit partem intestinorum. Plinius lib. XI, cap. xxxvii : *Tonsillæ*, inquit, *in homine*; in *sue*, *glandulae*. Sed & *glandium*, & *glandula*, ejusdem originis sunt : nec à *glandium*, sed à *glans*, unde & *glandium* nomen accepit, *glandula* *κατορπισκῶς* dicitur. Addit quoque Priscianus, *ensis*, *ensiculus*, & *ensicula*. Et videtur idem scripsisse Charisius, etsi apud eum nunc in Putschianâ quoque editione *ensiculus* tantum legatur. Sed vellem alteruter de *ensicula* idoneum laudasset auctorem : uti de *ensiculus* à Charisio factum, de quo nemo dubitat. Denique tam apud Charisium, quam Priscianum, legas à *beta*, & *malva*, *κατορπισκῶς* dici, *hic betaceus*, *hic malvaceus*. Quod non fit nisi per *κατὰ ἔθνη*. Propriè enim, ac primò, materiam signant : quomodo autem factum sit, ut pro minuta beta, aut malva, accipi cœperint ; fatis ingeniosè explicat Turnebus lib. XI Advers. cap. III. Nam ait *betaceus* absolutè dici, cum pes intelligatur : ac parem esse *malvacei* rationem : sed postea, substantivo tacito, in substantiva migrasse, & pro minuta beta, vel malva, cœpisse usurpari. Pedis betacei meminit Varro lib. V de L. L. & de R. R. lib. I, cap. II, & Apicius lib. III, cap. I. Sed de diminutivis, quæ genus mutare dicuntur, fatis dictum. Nunc cætera de iisdem persequamur.

Sunt diminutiva quædam, quæ ab altero diminutivo descendant : ut à *cista*, *cistula*, unde *cistella* (à quo *Cistellaria* Plauti) ex hoc *cistellula* apud eundem Plautum. Sic à *puer* est *puerulus*, unde *puellus*, ex quo *puellulus*. *Vinguellula*, quod apud Diomedem est, ab *unguella* venit, hoc ab *ungula*. Quod si Diomedem audimus, ulterius etiam procedere licet, cum *ungula* dici putet, quasi *unguicula*; uti vidimus. Etiam hic processus in adverbis locum habet. Nam *pauçillulum* est à *pauçillum* : *pauçillum* vel à *pauçillum* venit, quod à *pauçillum*; vel (quando major inter C & X, quam L & X affinitas est) à *panculum*,

LIII 3

quod

quod à *paucum*. Quare, ut *multum*, ita *paucum*, adverbialiter dixisse veteres, vel hinc colligas.

Interdum etiam diminutio geminatur, addito nomine *parvus*, vel simili. Terent. Andr. act. II, sc. II : *Olera*, & *pisciculos minutos*. Ad quem locum Donatus ait : *Sufficeret diminutivè pisciculos dixisse*. Cicero item præfat. Paradox. dixit, *minutis interrogatiunculis*.

CAPUT XXX.

Terminationes denominativorum substantivorum, plurimorumque nominum origines.

Sequuntur denominativa; quomodo, nomine generis, vocantur, quæ à nomine derivantur, nec ad quatuor priores classes pertinent. Horum terminationes nunc exponam. Ac primùm in substantivis.

A purum, præcedente E, ut *cavus*, *cavea*, *vinum*, *vinea*. Præeunte I, *gratus*, *grati*, *gratia*; *justus*, *justi*, *justitia*; *victor*, *victori*, *victoria*; *sapiens*, *sapienti*, *sapientia*. Quo exemplo à *seniens*, esset, *seniencia*: pro quo, eliso I, *sententia* dicitur. Præeunte V, ut à *noctu*, *noctua*.

A C A, vide inferiùs sub syllaba C A.

A C V M, ut *merum*, *meracum*. Sed utrumque hoc naturà est adjectivum, quia intelligitur *vinum*.

A L, ut *cervix*, *cervical*; *anima*, *animal*; *vestus*, *vestigal*; *bacchæ*, *bacchanal*. Verùm ista etiam propriè sunt adjectiva. Intègrè enim dicitur, hic & hæc *animalis*, & hoc *animale*, ut *ναῖς ζῴωντων animal*. Par ratio in cæteris.

A R E, vel A R, ut *lumen*, *luminare*; à *calce*, *calcar*; *cochlea*, *cochlear*, & per apocopen, *cochlear*; *altus*, *altare*, & simili apocope apud Prudentium *ἄλτι τεφάνων*, *altar*.

A R I V M, ut *armarium*, ubi arma reponuntur; *vivarium*, ubi animalia adservantur viva; *collarium*, quod in collo est; *mensarium*, quod in mensa sit; *palmarium*, quod in palma est, hoc est, laude, ut Priscianus exponit. *Aviarium*, in quo aves. Sic *violarium*, *rosarium*, *viridarium*, *plantarium*, *pomarium*. Sunt verò & ista naturà suà adjectiva, à masculinis in *arius*: ut *jumentarius*, *argentarius*; quæ ipsa quoque substantivè sumuntur, ut *vir* intelligatur.

A S, ut *primus*, *primas*; *summus*, *summas*. Sic *optimas*, *magnas*.

A T A, vide in C A.

A T O R item in T O R.

A T R V S, vel A T R E; ut à *quinque*, *quinguarvius*, & *quinguarre*: unde *quinguarria*.

ATVS,

ATVS, ut *reus, reatus*; *senex, sive senes, senatus*.

BRVM, ut *candela, candelabrum, &c.*, si Varronem * audimus; *Dens, delubrum*. Sed hoc potius verbale est, ac locum signat, ubi religiosè deluerent se in lacu, quò se à criminibus purgarent.

* lib. 8 rerum divin. apud Macrobr.

BRIVM, ut *manus, manubrium*; *ludus, ludibrium*: nisi hoc verbale esse malis à *ludo*.

BVLA, & BVLVUM; ut *pestis, pestibula*, quod in vett. Iustiniani † libris extare, monent Cuiacius ‡, & Casaubonus *; *desidia, desidiabulum*; si rectè sic MSSi codices Plauti Bacch. act. III, sc. I, de quo postea. Item à *concilium, conciliabulum*; à *thure, thuribulum*; à *Vesta, vestibulum*; nisi illud verbale à *concilio*; hoc autem conflatur à *ve, &c stabulum*; de quo Gellius lib. XVI, cap. v.

† l. permit. C. de adul. act.

‡ lib. 16 Obsequat. cap. 24.

* lib. I de satyrica poesi cap. 3.

CA, præcedente interdum quidem I longo; ut à *lectus, lecti, lectica*; *lorum, lori, lorica*: interdum vero V longo; ut à *lacte, lactuca*: sæpissime autem A longo; ut à *verbena, verbenaca*; à *lingua, lingula, lingulaca*; à *porta, portula, portulaca*, nempe quia folia ejus portularum habeant figuram: à *scandala, scandulaca*; à *pastinum, pastinaca*, sive sumatur pro herba pastinum referente, sive pro pisce telum instar pastini habente: à *securicula* item *securicaca*; quæ corruptè *securidaca*, cum ut Græcis dicitur *πελεκύς*, ita Latinis etiam à securi nomen acceperit. Verùm doctissimus Turnebus lib. VI II Adv. cap. XXI II, per T scribere hæc jubet, *portulaca, verbenata, pastinata*, atque ita in aliis. Quod eo minùs damno, quia in libris plerisque veteribus sic exaratum invenias, & *arus* terminatio est vulgaris eorum, quæ habitum, vel aliud adjunctum significant; ut *tunicatus, segmentatus, barbatus, ansatus, &c* similia.

CIA, ut *fiducia, à fidus*. Nisi verbale putes à *fido*.

CILIVM, ut à *domus, domicilium*. Quamquam nec displicet, ut quasi *domicolium* dicatur, quia incolitur.

CINIVM, ut à *leno, lenocinium*; à *tyro, tyrocinium*; à *patronus, patrocinium*.

CVLVM, ut a *taberna, tabernaculum*.

CVS, vel CA, ut fortasse à *rudis, ridicca*.

DO, præeunte E longo, ut à *dulce, dulcedo*; à *grave, gravedo*; vel I longo, ut *formido, à formis*, id est spectris, vel à *formus*, id est calidus, quia præ metu sæpe æstuant homines ac sudant: vel præcedente V longo, ut à *testa, testudo*.

DOS, ut *sacer, sacerdos*.

EDO, vide DO.

EIVS, vide LEIVS.

E LA,

ELA, inferiùs in LA.

ERNA, ut *cavum*, *caverna*; *λάκη*, ut *vestem* notat, *lacerna*; *taberna*, à *taba*, unde *tabula*. Etiam à *βασιον*, quod à *βάζω*, *basterna*; de quo τ *ωάνυ* Salmasium adi in Lampridium.

ERVM, ut *jugum*, *jugerum*.

ES, ut ab *equo*, *eques*; à *pede*, *pedes*.

ETVM, ut à *pomus*, *pomectum*; à *dymus*, *dymectum*; à *myrtus*, *myr-
* compre-
hensiva.* *retum*: familiaeque, quæ quia aliquid continent, *ἑλεκτικὰ* * dicuntur. In hujusmodi crebra est syncope, ut *frutex*, *fruticetum*, *fructum*; *carex*, *caricetum*, *caricium*; *salix*, *salicetum*, *salictum*; à *filix*, *filictum*; ab *arbor*, *arborescens*, *arborescens*, tunc *arborescens*.

GAMA, ut à *fale*, *falgama*, quia *fale* condita.

GO, præcedente A, ut à *carrus*, *carrago*, munimentum ex carris; à *farre*, *farrago*. Cujusmodi sæpe significant similitudinem, ut in femina *virago*; in plantis, à *lappa*, *lappago*; à *cunila*, *cunilago*; à *cirro*, *cirrago*.
† *caligo*. Præcedente I, ut à *calis*, id est lignis, *caligo*. Nisi malis esse ab *αίχλος* †. Præcedente V, ut *lana*, *lanugo*; *albus*, *albugo*; *salsus*, *salsugo*; *ferrum*, *ferrugo*; ab *ære*, *ærugo*.

IA, ut à *maier*, *materia*.

ILA in terminatione CA antea vidimus.

IDO, vide DO.

IES, ut *pauper*, *pauperies*; *mater*, *materies*; *barbarus*, *barbaries*.

INIVM, ut *vaccinium*, à *vacca*; à *muccus*, *muccinum*, quod apud
‡ *bb. 2.* *Arnobium* †.

INVS, ut *Sol*, *Solinus* proprium, *sal*, *salinum*. Videntur natura esse adjectiva.

IO, ut *tabella*, *tabellio*; *pufus*, *pufio*; *pumilus*, *pumilio*; *libellus*, *libellio*.

ITIVM, ut *capillus*, *capillitium*; *sodalis*, *sodalitium*; *avis*, *avitium*; *lana*, *lanitium*; *seruus*, *servitium*. Nam si esset à supino *servitum*, antepenultimam produceret.

ITVS, ut à *mare*, *maritus*.

IVM, ut à *conjugæ*, *conjugium*; à *præcone*, *præconium*. Sic *hospitium*, *magisterium*, ubi E insertum.

LA, ut à *cliente*, *clientela*; à *parente*, *parentela*.

LAGO, ut *salsus*, *salsi*, *salsilago*, *άλμη*; *mucus*, *muci*, *mucilago*; *caro*, *carni*, *carnilago*, & mutatione literæ, *carilago*, quod inter carnem, & ossa, mediæ est naturæ.

LCVS, ut à *bubus*, *bubulcus*; à *subus*, *subulcus*.

LE, ut *hasta*, *hastile*; *equus*, *equile*; *ovus*, *ovile*.

LEIVS, ut à *lege*, *leguleius*.

LENA,

LENA, ut *cansus, cantilena.*

LIGO, ut *vinum, vitiligo; nudus, udiligo, uligo; fumus, fumiligo, fuligo*, per syncopen.

LIS, vide ALIS.

LIVM, ut *pecus, peculium.*

MENTVM, ut *puls, pulmentum.*

MONIA, vel MONIVM, ut *castus, castimonia; sanctus, sanctimonia; cerus, id est, sanctus, cerimonia.* Item à *patre, patrimonium, à matre, matrimonium, à teste, testimonium.* Ac similiter à *merce mercimonium* nomen, à *mendico, mendicimonium*: A *mæcho* etiam, *mæchimonium*, apud Laberium, pro *μοιχεία*.

NA, vel NVM, præeunte I, ut *piscis, piscina; à sale, salinum*: vel præcedente O, ut à *matre, matrona*; ab *anno, armona.* Sed hujusmodi vel omnia, vel prope omnia, naturâ suâ sunt adjectiva, utcunque substantivorum induerint naturam.

NAR, ut à *lupa*, hoc est meretrice, *lupanar.* Sed hoc quoque propriè est adjectivum ex *lupanare, κατ' ἄποψη*.

NIVS, ut *Calpus, Calpurnius*; S in R abeunte.

NVS, vel NÀ, ut à *veter*, pro *vetus, veterinus*; à *membra, membrana*; à *tribu, tribunus.* Puto *ἔξ στυγνπλω* sic dici à *extrito.* Ut pro *vulturinus, vulturinus.*

O purum, ut *alea, aleo; talis, talio.*

O impurum, ut à *capite, capito; nasus, naso; nebula, nebulo; gerra, congerro; aquila, aquilo* ventus.

ONA, vel ONAS, vide in NA, vel NAS.

OR, ut *album, albor; nigrum, nigror.*

ORIVM, ut *portus, portorium.*

RA, ut *ensor, censora; prætor, prætura.* Nisi hæc malis verbalia à *censu, & prætu*; quomodo à *positu, positura, à jactu, jactura.* Sic *prætura* sit ex *prætura*, ut *prætor* ex *prætor.*

RIA, vel RIES, ut *luxus, luxuria, vel luxuries.*

RIVM, vide in ARIVM, & ORIVM.

STAS vide TAS.

TA, ut *rubus, rubera; vindex, vindicis, vindicita, vindicta; senecta* item ex *senecita*, quod ab antiquo genitivo *senecis*, unde & *Seneca*, & *senecio.*

TAS, ut *auctor, auctoritas; potis, potestas; majus, majestas; Venus, venustas; ævum, ævitas*, ex quo *ætas*; *neesse, necessitas; facile, facilitas*, ex quo *facultas; volupe, voluptas*, ex quo *voluptas.*

TELA, ut fortè à *mus, mustela.* Vide LA.

TELA, ut *mater, matertera.*

M m m m m

TIA,

TIA, ut *justi, justitia; avari, avaritia; segni, segnitia; pigri, pigritia; primi, primitiæ.*

TIES, ut *cani, canities; spurci, spurcities.* Sic *scabrities, mundities, segnities, & alia.*

TILIO, ut *vesperilio.*

TIMVS, ut *adis, aditimus.* Sed videtur naturâ adjectivum, ut intelligatur *vir.*

TIS, ut à *semen, sementis.*

TIVM, ut *calvus, calvitium.*

TOLIVM, ut à *caput* Capitolium; non à capite Toli, quod apud Arnobium legas lib. VI.

TOR, præcedente A longo, ut *senex, senator*: vel I brevi, ut *olus, olitor; funda, funditor.*

TORIVM, ut *terra, territorium*: non à terrendis hostibus; quod est apud Siculum Flaccum.

TRVM, ut *talus, taletrum, seu talitrum*, quod fiat digitorum talis, hoc est, quadratis officulis.

TVDO, ut *habitus, habitudo; beatus, beatitudo.*

TVLLIVM, ut *medius, meditullium.*

TVM, ut *veru, verutum.* Simileque volunt *arbos, arbutum.* Sed contractum hoc ex *arbofctum*, ut diximus.

TVS, præeunte A longo, ut à *senibus, senatus*; à *magistris, magistratus.* ut in **ATVS** dictum. Præmisso I brevi, at per syncopen eliso, ut à *viro, virtus, virtus*; à *senex, senicio, senectus, senectus.* A *liberi* quoque *libertus*, i ejecto.

VDO, vide **DO**.

VLCVS, vide **LCVS**.

VNVS, vel **VNA**, vide **NVS**.

VRA, vide **RA**.

VRNIVS, vide **NIVS**.

C A P V T X X X I.

Quomodo terminentur adjectiva denominativa, & Origines variorum nominum.

HÆc de denominativorum illis, quæ sunt substantiva. Venio ad adjectiva: quæ his modis clauduntur:

ALIS, ut *anima, animalis; vita, vitalis; Mercurius, Mercurialis; Martius, Martialis.*

ANEVS, ut *momentum, momentaneus*; malim tamen *momentarius*; forum circumforaneus.

ANVS, ut *Marius, Marianus; Pompejus, Pompejanus; Tullius, Tullianus; sol, solanus, ex quo subolanus; lux, lucanus, unde antelucanus; homo,*

mo, humanus, non ab *humus*, quod apud Priscianum legere est. A *Priscus* quoque *Priscianus*, vel potius à *Priscius*; ut Priscianus ipse ait, cui de suo sanè nomine credamus; præsertim cum faveat *ἀνωλογία*.

ARIS, ut *peculium, peculiaris*; *familia, familiaris*.

ARIVS, ut ab *ostium, ostiarius*; ab *ordine, ordinarius*; à *primus, primarius*; à *topium, topiarius*; à *plenus, plenarius*; à *planus, planarius*: unde *Planaria* insula, quia plana foret, teste Plinio lib. III, cap. VI. Sic lex *agraria, frumentaria, stataria*; *cella vinaria, &c.*

Sæpe verò eadem & in *aneus*, & *areus* exeunt: ut à *momentum*, non tantum *momentaneus*, sed & *momentarius* dicimus. Et contrà à *proles*, non modò *proletarius*; sed etiam *proletaneus*: ut observat Giffanius Indice Lucretiano.

ATICVS, ut à *pulvere, pulveraticus*: à *federe, federaticus*, quod in Novellis Iustiniani. Nec ab similia, quæ ab exeuntibus in A terminationem in *aticus* formant, de quibus in terminatione *ticus*.

ATILIS, ut *saxatilis, fluviatilis*.

BER, vel BRIS, ut à *salus, saluber, vel salubris*; à *septem, septem-ber*, ab *october*, non ut nugantur, quasi *septimus*, vel *octavus imber*. At à *pubes, puber*, pro *pubeber*.

CER, ut ab *ala, alacer* deducunt. Solùm quantitas diversa scrupulum injicit.

CEVS, ut *charta, chartaceus*; *beta, betaceus*; quæ & diminutiva, uti dictum*. Item *ilex, ilicens*. Papin. VI Theb. *Ormique, ili-* * cap. 29.
ceæque trabes.

CIDVS, ut *ros, roscidus*.

CINVS, ut *dura, duracinus*.

CRIS, ut à *medio, mediocris*.

CVS, ut *civis, civicus*; *hostis, hosticus*; *modus, modicus*; *villa, villicus*, quod natura est adjectivum: *cælum, cælicus*; *astrum, astricus*; *terrum, terricus*; *gens, genicus*; ut *more gentico*, apud Tacitum VI Annal. *salus* pro *saltatio*, *salticus*, ut apud Tertullianum, adversus Gnosticos cap. VIII, *puellæ salticæ*, pro *saltatricis*. Sic ab *Afro, Africus*, unde *Africa*, puta terra: à *fabro, fabricus*, unde *fabrica*; hoc est, *fabrilis*, puta *domus*. Nisi verbale malis à *fabrico*: de quo postea.

DAM, ut *quis, quidam*. De quo in provocabulis.

DEM, ut *is, idem*; *tantum, tantuandem*.

DICVS, ut à *Threæ, Threëdicus*, apud Ciceronem Philipp. II.

DVS, ut *Salmacis, Salmacidus*. Sic *herba, herbidus*; *fumus, fumidus*; *gravis, gravidus*; nisi verbalia malis esse ab *herbeo, fumo, gravo*, vel *gravo*, unde *gravefco*.

ENSIS, ut *circus, circensis*; non à circuitu ensium, quod nobilis ait Grammaticus*.

* Serv. in
3 En.

ENVS, ut ab *alius, alienus*; à *socius, socienus*; à *dubius, dubienus*; & fortasse à *porca, porcilena*, quod est in vet. codd. Plaut. Mil. act. IV, sc. II.

ERVS, ut à *quercu, quercerus*: unde Lucilio, *quercuera febris*: à *lana, lanerism*, de quo Festus.

EVS, ut ab *aurum, aureus*; à *ferrum, ferreus*, ab *offe, offens*. Similiaque *vitreus, cereus, luteus*.

GINEVS, ut à *ferrum, ferrugineus*.

GINVS, ut *fabā, fabaginus*: unde *fabaginum arcus* apud Catonem cap. LIV.

GNVS, ut *malus, malignus*; *bonus, benignus*. Veteres enim pro *bonus* dixerunt *benus*; unde *bene*, & ex *benulus, bellus*. Item ab *abies, abiegnus*; ab *ilex, ilignus*. Maro III Georg.

Currentem ilignus potare canalibus undam.

† ad. 4. sc. 2. Terentius Adelph. †

Lectulos in sole ilignis pedibus faciendos dedit.

Ita in Bembino codice erat, ut monet Faërnus. At *iligneis* est in † an. 1477. Tarvisina † veteri edit. item MSSis nostris. Atque ita quoque apud Priscianum lib. II, tum in membranis nostris exaratum, tum in veteri Venetâ * excusum. *Iligneus* verò $\kappa\epsilon\ \sigma\upsilon\gamma\eta\gamma\eta\omega$ sit, pro *iligneus*, ut à *ferrum, ferrugineus*.

ICEVS, vide CEVS.

ICIVS, pro quo vulgò ITIVS, sed contra auctoritatem Prisciani, & lapidum, nummorumque, ac MSSorum melioris notæ: ut à *patre, patricius*; à *tribunus, tribunicius*; à *crata, craticius*; à *latere, latericius*; à *sarmentum, sarmenticius*; à *stramen, stramenticius*; à *cementum, cementicius*; à *novus, novicius*. Etiam *pigneraticius, commentaticius, conducticinus, translativus, seneraticius, fictivus, adscriptivus, deditivus, instivus, adventivus*, similiaque, hujus loci videntur. Possis tamen ea & verba dicere. Sed censeo *ἀμείωνος* venire à nominibus, vel participiis; nempe à casu in I, addito CIVS.

IDVS, vide DVS.

ILIS, interdum *i* brevi, ut ab *homo, humilis*; à *pari, parilis*, & à *dapis, sive daps, dapsilis*. Sæpius verò *i* longo, ut à *cive, civilis*; à *viro, virilis*; ab *æde, ædilis*. ILVS, vide LVS.

INVS, vide TINVS.

IVS, ut *noxa, noxius*; *quæstor, quæstorius*; *cenfor, cenforius*; *cursor, cursorius*. Item *Iulus, Iulius*; *cæcus, cæculus, Cæcilius*; unde *cæcilia serpens*
Colu-

Columellæ *, quæ Plinio † *cæca serpens*; Isidoro ‡ *cæcula*; Græcis *φύλαινα* liter *φύλαινα*.

* lib. 6. c. 16.
† lib. 9. c. 51.
‡ lib. 12. c. 4.

I V V S, ut *furtum, furtivus; festum, festivus*.

L E N S, ut à *vi, violens*; ab *ope, opulens*.

L E N T V S, ut à *formo, somnolentus*. Sed hoc parum Latinum: cum optimi scriptores malint *somniculosus*: de quo in libro de Vitiis Sermonis. Aptiora sunt ab *escâ, esculentus*; à *potu, potulentus*; à *vino, violentus*; à *corpore, corpulentus*; à *temetum, temetulentus*; & per syncopen, *temulentus*; à *jusculum, jusculemus, pro jusculemulus*.

L I S præcedente *a, e, i*, vel *u*; ut à *vita, vitalis*; à *fide, fidelis*; à *seruo, servilis*; à *tribus, tribulus*. De *aliis, & ilis, &* antea dictum.

L V S, ut *nubes, nubilus*.

M N I S, ut ab Osco *sollus, sollemnis*.

N A R I V S, ut deducunt à *merces, mercenarius*; à *centum, centenarius*. Sed, puto, *mercenarius* mutatione unius literæ est ex *mercedarius*: quod apud Isidorum legas in glossis. Nec *centenarius* à *centum*, sed *centenus*.

N V S, præcedente *A*, ut *primus, primanus; decimus, decumanus*: præeunte *E*, ut *septem, septenus; centum, centenus*; terra, *terrenus*: I antecedente, seu longo, ut *vicus, vicinus; adulter, adulterinus*; seu brevi, ut *tartarus, tartarinus*. Ut illo veteris Poëtæ * :

* apud Var-
ronem in 6
de L. L.

Corpore tartarino prognata Paluda virago.

Sic *byssinus, amethystinus, adamantinus, crystallinus, cedrinus, faginus*. In qualibus & syncope occurrit. Ut *quercus, quercinus, quernus; corylus, corylinus, coryllus*; *ficus, ficulinus, ficulus*; *populus, populinus, populus*; ut apud Plautum Casinâ, *Populna fors*. I longo, ut *ensor, censor, censorinus*, proprium; & in communibus, sive appellativis, *lepus, leporinus*; *formica, formicinus*; ut apud Plautum Menæchmis, *formicinum gradum*; *hirundo, hirundinus*; ut apud eundem Menæchmis, *Hirundinum nidum*. Apud Priscianum lib. 11 legas: *Macer, Macrinus; libertus, libertinus; dives, divinus*. Corrige, *divus, divinus*. Saltem sic scribere debuit.

O S V S, ut *gula, gulosus; piscis, piscosus; lachryma, lachrymosus; acinus, acinosus*. Sic *lapidosus, morosus, suspiciosus, ebriosus, rimosus*; multaque id genus alia à Barthio congesta Adversariorum lib. xxxv, cap. ix.

O X, ut *vena, venox*.

R I S, vide A R I S.

R I V S, vide A R I V S.

R N V S, ut *tacitus, taciturnus*; ab ablativis *diu, nocturne, diurnus, nocturnus*; à *mensis, mensurnus*; quæ tria Cicero in primo de Inventio-

M m m m m 3

ne

ne jungit : *Pars quedam æternitatis , cum alicujus annui , mensis , diurni , nocturnive spatii certâ significatione.* Ab hyeme similiter esset *hyemernus* ; pro quo *hybernus* dicitur. Nisi cum nonnullis deducere malis ab *imber*, ejectione M. Sed prius longè verisimilius.

STINVS, vide TINVS. STIS, ut *caelum , cœlestis* ; *ager , agrestis.*

STRIS, ut *campus , campestris* ; à *pede , pedestris.*

SVS, vide OSVS.

TARIVS, ut *proles , proletarius.* Quod & *proletaneus*, ut antea dictum.

TERNVS, ut *alter , alternus* ; *acer arbor , acernus* ; *ævum , æviter-nus*, quo Varro usus, ut Priscianus docet, atque inde *æternus*, $\tau\eta\ \sigma\upsilon\gamma\text{-}\kappa\omicron\pi\lambda\omega$, ut *ætas ex ævitas.*

TICVS, ut ab *aqua , aquaticus* ; à *via , viaticus* ; à *favilla , favillai-cus* ; à *scena , scenaticus* ; à *familia , familiaricus*, unde *sella familiarica*, apud eundem : à *silva , sylvaticus* ; ut *mus sylvaticus*, apud Plinium lib. xxx, cap. ix. Etiam à *balnea , balneaticum*, pretium, quod pro lotionem in balneis perfolvebatur. Gloss. *Balneaticum*, $\beta\alpha\lambda\lambda\alpha\eta\iota\kappa\acute{o}\nu$. A *Martiâ* pecuniâ, *Martiatium*. Priscianus lib. ult. qui est de primis versibus xi i libb. Æn. *Solemus etiam Martiatium , Martiatica , Martiatium dicere : unde stipendia militum Martiatica dicuntur.* Etiam à *catbedra , catbedratium* legas, apud Pelagium epistolis ad Cresconium.

TIMVS, ut à *mari , maritimus* ; à *lege , legimus* ; à *sine , finitimus* ; ubi *timus* esse productionem vocis, etiam Tullius ait in Topicis. Simile ab *æde , editimus*. Sed hoc, etsi naturâ adjectivum, substantivè sumitur. Ineptè autem Charisius, *editimus*, quasi *ædis intimus*. Simile est à *claustris , claustritimus*. Vfus Lævius in Protefilaodamia, teste Gellio lib. xii, cap. x ; ubi sic ait vocari, *qui claustris januæ præesset.*

TINVS, ut *vesper , vespertinus* ; à *vesper , vespertinus* ; à *pariete pa-rietinus* ; unde *parietinæ*, supple *ruinæ*. Item ab *ariete , arietinus* ; ut *arietinum oraculum*, pro illo Iovis Ammonis, cujus caput cum arietis cornibus erat. Item præeunte S, ut *medius , five media , mediastinus* ; non à *medio stando*, vel *tenendo*, ut ait Priscianus in xi.

TRVVS, ut *mensis , mensitrusus*, ex quo *mensitrusus*.

TVMVS, ut à *quotus , quotimus*, $\pi\omicron\sigma\acute{o}\varsigma$; *medius , mediotimus*, quod & *medioximus*.

TVS, five A præeunte, ut à *corde , cordatus* ; *tunica , tunicatus* : à *rens , reatus* : five I, ut *ovus , ovitus* ; *ignis , ignitus* : five V, ut *nasus , nasutus* ; *astus , astutus* ; five consonâ S, ut *moles , molestus* ; *honus , honestus* ; *modus , modestus* ; *ius , justus* ; *Venus , venustus* ; *vetus , vetustus* ;

fides,

fides, fidustus, teste Festo; item ab augur, vel augurium, augustus.

VNDVS, ut à *jaco, jucundus*. Nisi verbale à *jutum*, quod verius puto, ut inferius dicam.

VS, præcedente consonâ, & ante eam vel præeunte V puro, I, ut *septem, septimus; decem, decimus; sive O*, ut *decor, decorus; honor, honorus; & ab antiquo sonor, sonorus: vel præeunte V puro, ut annus, annuus.*

VS post V vocale, vide in VS.

VS post V consonum, vide IVVS.

XVMVS, ut *medius, medioximus.*

Ex his denominativa materialia desinunt in EVS, ACEVS, ICIVS, & INVS. EVS, ut *arens, buxens.*

ACEVS, ut *rosaceus, argillaceus.*

ITIVS, ut *laticinus, sarmenicus.*

INVS, ut *amygdalinus*. Ac simile est *acernus*, pro *acernus*. Sed abit, *abiagnus*, pro *abiagnus*.

Quædam duplicem habent terminationem: ut, *arundineus, & arundinaceus; eboræus, & eburnus*, quod ex *eborinus: ficulnus, & ficulneus: populus, & populinus.*

CAPVT XXXII.

Verbalium substantivorum varie terminationes, utraque in multis origo ostenditur.

Verbalium terminationes itidem variant. Illas Substantivorum primùm referemus.

A, ut *scribo, scriba; suadeo, suada; fugio, fuga; strigo, pro stringo, striga; cæno, cæna; curo, cura; accolo, accola; advenio, advena; à pertigo, pro pertingo, pertica, ut eadem Belgis recte à reiken, hoc est, extendere. Similiter fortasse à fabrico, fabrica; & à tego, toga; nisi hoc à τήγω, ut σολή, à σήλω. Item à supino, ut fossum, fossa.*

A CA, ut *cloaca, sive cluaca, à cluo, sive colluo.*

AR, ut *subligo, subligar; & si veterum multos audimus, à cæsum, Cæsar.*

ARIVS, vel ARIVM, ut ab *auclum, auclarium; ab inventum, inventarium*. Sed naturâ hæc adjectivis accensentur.

AVER, ut *cadō, cadaver; & fortasse à papo, papaver, quia pueris papandum, hoc est in papa comedendum daretur.*

BER, ut *facio, faber; tumeo, tuber; glubo, vel γλαίφω**, unde γλα-^{* scalp.} φερὸν, *glaber; luo, liber, quia reluitur, sive deglubitur. Propriè enim* ^{† scriptura perpositum.} *liber,*

liber, quod inter corticem, & lignum. *Suo*, *suber*, quia calceis insuitur. Vulcanus quoque *Mulciber*, à *mulco*, quia mulcet, hoc est, molliat ac feriat ferrum.

B R A, ut *dolo*, *dolabra*; *lateo*, *latebra*; *salio*, *salebra*; *scateo*, *scatebra*; *tereo*, *terebra*; *verio*, *verebra*: & per syncopen *finio*, *fibra*.

B R I S, ut ab *anculo*, sive *anclo*, hoc est, ministro, *anclabris mensa*. Sed verius hoc adjectivum, ut cap. proximo liquebit.

B R O, ut *crabro*, à *craceo*, hoc est, gracilis fum.

B R V M, ut *ventilo*, *ventilabrum*; *cerno*, *cribrum*; *prohibeo*, *proebrium*, sive *probrum*; *polluo*, *pollubrium*; *volutatum*, *volutabrum*, *sto*, sive *staium*, *stabrum*; *deluo*, *delubrum*, ubi se sacrâ deluerent aquâ, uti dictum*.

* cap. 30.

B V L A, ut à *tereo*, *tritum*, *tribula*; à *fari*, *fatum*, *fabula*; à *flecto*, *flectibula*; à *mando*, *mandibula*; à *verro*, *verribula*.

B V L V M, ut *despolio*, *despoliabilem*; quo, ex mente Nonii, usus Plautus Bacch. act. III, sc. I. Nam in vulgatis est *desidiabilem*, quod denominativum sit à *desidia*. Sic *exoro*, *exorabilem*; *paceo*, *pacibilem*; *lateo*, *latibilem*; *infundo*, *infundibilem*; *ruo*, vel *rutum*, *rutabilem*, instrumentum ad ruendum, *ruo*, unde *pasco*, *pabilem*; *sedeo*, *sessibilem*, quod usurpat Plautus Pœnulo act. I, sc. II; *sto*, *stabulum*; & credo, similiter *prosto*, *prostabilem*; *suscito*, *suscitabilem*; quo usus Varro ἐν τῷ λήρασι:

Phonascus adstem, vocis suscitabilem,

Cantantiumque gallus gallinacens.

Item *tintino*, quod à *tinnio*, *tintinabilem*: *venor*, *venabilem*.

C E R, vel **C R I S**, ut *volo*, *volucer*, *volucris*; quomodo Belgis **blug** à **bliegen**. Sic à *ludo*, *ludicer*, vel *ludicris*.

C I A, ut *fiducia*, à *fido*; nisi potius à *fidus*.

C L A, vide in **V L A**.

C R V M, ut *simulacrum*, *simulacrum*; *ambulatium*, *ambulatium*; *lavacrum*, *lavacrum*; *lucrum*, *lucrum*; *involutum*, *involutum*; *sepulcrum*, *sepulcrum*; *polium*, *polium*; *fulcrum*, *fulcrum*.

C V L A, ut *subucula*, à *subuo*, quod est, sub alio induo; nempe à *sub*, & *duo*, eliso **D**, ut in *exuo*, pro *exduo*. Insubidè Marcellus Donatus †, *subucula*, quia *sub culo* nectatur.

† Diuicidas.
in Pollonem.

C V L V M, præcedente **A**, ut *gubernio*, *gubernaculum*; *signo*, *signaculum*; *habito*, *habitaculum*; *ieno*, *ieniaculum*; *specto*, *spectaculum*; *oro*, *oraculum*; *pio*, *piaculum*; *noto*, *notaculum*; quo utitur Minutius Felix; *resino*, *resinaculum*: ab *umbro*, (non ab *umbra*) *umbraculum*. Prævio **I**, ut *perpendo*, *perpendiculum*; *veho*, *vehiculum*; *curro*, *curriculum*; *cubo*, *cubiculum*; *redimio*, *redimiculum*. Eriam post **O**, ut *parans*, vel *pians*, *poculum*.

Item

Item post consonam, ut *fero, ferculum*; *operio, operculum*. Sed puto hic
 i elifum per syncopen.

CVS, ut *foveo, focus*; *pudet, sive pudicum, pudicus*.

DO, antecedente E longo, ut *torpeo, torpedo*; *cupio, cupedo*; *uro, uredo*. Vel I longo, ut *cupio, cupido*; *libet, libido*. Vel V longo, ut *valeo, valitum*, & olim *valetum, valetudo*, vel *valitudo*. *Dulcedo, rauceo, rubedo*, ut à *dulceo, rauceo, rubeo*, ita & à *dulcis, rancus, ruber*, possis deducere.

EDO, vide DO.

ELA, vide LA.

EN, ut *pecto, pecten*; *unguo, unguen*.

ENO, ut *tollo, tolleno, sive tolno, à tolo, unde retuli, & tolero*.

ENTVM, ut *unguo, unguentum*. Sed fortasse cum ut illa in *men, & mentum*, duplicem fere habent terminationem; ita *unguen, & unguentum* dicamus: potius per syncopen hæc efferuntur, pro *unguimen, & unguimentum*. Quomodo autem *men, & mentum*, sæpe vocem producant, paulò post dicemus.

ER, ut *scalpo, scalper, unde scalpellus*.

ERNA, ut à *supino latum, lacerna*, quia fert lucernam; à *luceo, lucerna*, utcunque variet quantitas.

ES, ut *trameo, trames*; *cædo, cædes*; *tego, tegetes*; *veho, vehes*; *nubo, nubes*; *anctio, anctistes*; *luo, lues*; *struo, strues*; *sepio, sepes*; *pago*, (unde *pepigi, & pagina*) *compages*; *tudo*, (unde *tandi*) *tudes*; à *rupo*, pro *rum-po*, (unde *rupi*) *rupes*; à *rabio, rabies*; ab *acno, acies*, V in I abeunte; ab *esurio, esuries*; à *præsideo, præsides, & ἡ οὐρανῶν, præses*.

ETAS, vide TAS.

ETVM, vide TVM.

EVS, ut *abigo, abigenus*.

EX, ut *apio, apex, & fortè à rumo, rumex*. Vide X.

GO, præcedente A, ut *vorò, vorago*; ab *imitor, imitago, & per syncopen imago*. Præeunte I, ut *prurio, prurigo*; *uro, urigo*; *verto, vertigo*; *rubeo, rubigo*; *scaturio, scaturigo*; *orior, origo*; *impeto, impetigo*.

IA, ut *furia, à furo*; *arregia, ἡ οὐλῶν*, ab *arrego*; *lacrima, à lacino*, quod & *lancino, λανκῶ*.

ICIVS, ut à *profeco, proficere*. Sed naturà est adjectivum.

IDO, vide DO.

IES, ut à *facio, facies*; à *fero, series*; à *scabo, scabies*; à *progeno* pro *progigno, progenies*; ab *eluevo, pro eluo, eluvies*; à *proluvo* itidem *proluvies*; à *figo, pro fingo, unde figura, effigies*.

IL, ut à *vigilo, vigil*; à *pugno, pugil*; nisi à *πύξ, unde πύξινος*.

ILE, ut à *cubo, cubile*; à *sedeo, sedile*.

Nnnnn

INA,

INA, vide NA.

INIVM, ut *scrutor*, *scrutinium*, Appulejo in IX.

* Prisc.
lib. 8.

IO, sive à præfenti, ut *lego*, *legio*; *ludo*, *ludio*; *occido*, *occidio*; *interneco*, *internecio*; *opinor*, quod olim *opino**, *opinio*: ab *allervo*, pro *alluo*; *alluvio*: sive à *supino*, ut *fricatum*, *fricatio*; *frictum*, *frictio*; *præstatum*, *præstatio*; *questum*, *questio*; *ratum*, *ratio*; *flexum*, *flexio*; *itum*, *itio*; *reditum*, *reditio*; *ambitum*, *ambitio*. A *suspiciatum* similiter esset *suspiciatio*, pro quo per syncopen dicitur *suspicio*, antepenultimâ longâ, ut defectus syllabæ moduli incremento quodammodo compenletur.

IS, ut à *meto*, *messum*, *messis*; à *metior*, *mensum*, *mensis*, nisi à Græco *μῆς*; à *consulo*, *consulus*, & per apocopen *consul*; à *præfilo*, *præfulis*, unde simili apocope *præful*.

IVM, ut *incendo*, *incendium*; *ædifico*, *ædificium*; *obsono*, *obsonium*, vel ex Græco *ὀψώνιον*; *consulo*, *consilium*; *litigo*, *litigium*; *excido*, *excidium*: *judico*, *judicium*, nisi malis esse à *judex*. A *supino* autem, ut *solor*, *solatum*, *solacium*; ab *inco*, *initium*, *initium*; ab *exco*, *exitum*, *exitium*.

IVS, ut *genius*, à *geno*, hoc est, *gigno*.

IX, ut *appendo*, *appendix*; *offendo*, *offendix*; de quo Festus.

LA, præcedente E longo, ut *suadeo*, *suadela*; *candeo*, *candela*; *medeor*, *medela*. Etiam à *supinis*, ut *sutem*, *sutela*; *corruptum*, *corruptela*; *tutor*, *tutum*, *tutela*. Eoque exemplo, ubi priores *cautio*, posteriores *caustela*, à *cautum*: Tertullianus etiam à *peccatum*, *peccatela*. Item præcedente V brevi, sive à præfenti, ut *rego*, *regula*; *tego*, *regula*; sive à *supino*, ut *claudio*, *clausum*, *clausula*.

LVM, ut *jacio*, *jaculum*; *capio*, *capulum*; *specio*, *speculum*; *cingo*, *cingulum*; *vincio*, *vinculum*; *amicio*, *amiculum*; *premo*, *prelum*, seu *prelum*; *sequor*, *seculum*, quia notat temporum seriem.

LVS, ut *capio*, *capulus*; *cingulo*, *cingulus*.

MEN, præcedente A longo, ut hæc à *supino* venientia, *puto*, *putatum*, *putamen*; *foro* *foratum*, *foramen*; *flo*, *flacum*, *flamen*, pro *flavi*; *sterno*, *stratum*, *stramen*; *gravor*, *gravatum*, *gravamen*; *letor*, *letatum*, *letamen*, *pedarum*, *pedamen*. Præcedente I brevi, ut *rego*, *regimen*; *specio*, *specimen*. Sed i breve sæpius exteritur, ut *ago*, *agimen*; *tego*, *teginen*, *teginen*. Præcedente I longo, ut *farcio*, *farcimen*; *vieo*, *vimen*; *discerno*, *discrimen*, pro *discrimen*, à *discruium*. Nisi ut à *κρίνω* *crimen*, sic à *Ἀγχερίνω* *discrimen*. Præcedente O longo, ut à *notum*, *nomen*. V longo, ut *albeo*, *albumen*; *lego*, *legumen*. Et per syncopen, *lucco*, *lucimen*, *lumen*; *fluo*, *flumen*, *flumen*.

MENTVM post A, ut *juratum*, *juramentum*; *incitatum*, *incitamentum*; *sacratum*, *sacramentum*; non quasi sacratio mentis; *testatum*, *testamentum*, non quasi testatio mentis: etiam in tertiâ, ut *rasum*, *razoentum*;

pro

pro quo & Plautus *ramenta* * : *pedarum, pedamentum*. Item præcedente I brevi, ut *alitur, alimentum*. Sed I hoc quandoque exteritur : ut à *frago*, (unde *frigi, & fragilis*) *fragimentum, fragmentum*; *augeo, augmentum, augmentum*; *seco, secimentum, segmentum*. Præcedente I longo, ut *nutritum, nutritivum*; *munium, munimentum*. V brevi, ut *monium, monimentum, & monumentum*; *doceo, documentum*; *tego, regumentum*. V longo, ut, *juvo, jutium, jumentum*; *induo, indutium, indumentum*.

Quædam autem utramque habent terminationem. Quomodo dicitur, *calciamen, & calciamentum*; *fundamen, & fundamentum*; *tormen, & tormentum*; *medicamen, & medicamentum*; *momen, & momentum*; *fragmen, & fragmentum*; *indumen, & indumentum*. Rufinus in translatione Iosephi lib. XVII : *Quando civitatem intrabat, indumibus utebatur*.

MNIA, ut à *calvo*, hoc est, frustror, *calumnia* : nempe à supino *calutum*, juxta Priscianum.

MNVS, ut à *verto, Vertumnus*, ab *auctu, auctumnus*.

MONIA, ut *alimonia, querimonia*. Quæ satis liquet venire à præfenti, non supino. Quare & *parcimonia* malim, quàm *parsimonia*.

N, ut *fidicen, tibicen* : quæ verbalibus accensimus, ratione partis posterioris. Sed, puto, integrè priùs, *fidicinis, tibicinis*.

NA, five præeunte E longo, ut *habeo, habena*; *lanio, lanicna*; *transco, transfena, seu transfenna*, quia per eam visus transeat : five I longo, ut *rapio, rapina*; *sodio, sodina*; *rno, ruina*; *colo, culina*; *argo, angina* : five I brevi, ut à *pago*, (unde *pepigi*) *pagina*; & à *pateo, patina*, nisi potius à *πατήνη*.

NTAS, ut *volo, voluntas*. Sed priùs, credo, *voluntas*, unde *voluntas* : ut à *volupe, voluptas, voluptas*.

NVM, ut à *facu* oraculorum, *fanum*. Et similiter à *rego, regnum* : quod contractum è *reginum*.

NVS, ut *facio, facinus*; *colo, colonus*; à *venio*, ut putant, *Venus*.

O, ut *cedo, casum, cæso*. Quædam verbalia in O planè conveniunt cum verbis; ut *calcitro, comedo, verbero, lanio, anticambulo, formido*. R verò abjiciunt prædo, *larco, epulo*; quæ à deponentibus veniunt.

OR, five à præfenti, ut *amor, calor, canor, clangor, decor, fragor, furor, rubor, sonor, sopor, sudor, tenor, terror, timor, vigor* : five à supino, ut *arator, orator, messor, potor, potator, quæstor, fossor, victor*. Fortasse & à præterito : ut ab *uxxi, unxor*, & postea *uxor* : quia mariti postes ungeret. Nisi ab *αὐξω auxcor*, & inde *uxor*, vel à præterito *auxi* : quia domum augeat liberis.

ORIVM, ut *diverto, diversum, diversorium*; *tendo, tentum, tentorium*; *adjuvo, adjutum, adjutorium*. Etiam à *prominco ἀναλόγως* sit *prominitum*,

indeque *prominitorum*, pro quo per syncopen *promuntorium*: non *promuntorium*, ut vulgò scribitur, contra auctoritatem veterum codd.

OX, ut à *volvo, volvox*, vermis, qui aliter *volucra*, & *convolvulus*.

PLVM, ut ab *eximo*, sive *exentem, exemplum*, quia ex turba aliorum eximitur.

RA, ut *pateo, patera*.

RINA, ut *doceo, doctum, doctrina*; *molo, molitum, moletrina*.

RINVM, ut *pinso, pistrum, pistrinum*; *texo, textum, texturinum*.

RIX, ut *victum, victor, vitrix*. Vide X.

RVM, ut *aro, aratum, aratum*; *rno, rucum, rucum*; *fulgeo, fulgillum, fulgetrum*; *scalpo, scalptum, scalptum*; *rado, rasum, rastum*; *mulgeo, mulctum, mulctum*; *claudio, clausum, claustrum*; *tondeo, tonsum, tonsurum*, unde *constrina*; *video, visum, vitrum*; *veritum, veretrum*; *hausum, haustum*; *clausum, claustrum*.

RVS, RV, & RVVM, ut à *tonitum, tonitrus, tonitru*, & *tonitruum*.

SCA, ut ab *ἔσκα, esca*; à *ἠόσα, posca*: & fortè à *noceo, nosca*, ac per *μεταστον nosca*, sive *noxia*.

SIO, vel SIVS, ut *amo, amasio, amasius*.

SO, ut ab *ago* volunt esse *agaso*. Sed est hoc à Tarentinis.

STAS, ut ab *egeo, egestas*.

STRVM, ut *monco, monitum, monstrum*; *fluo, fluitum, pro fluxum, flustrum*.

STVM, ut à *frando*, sive *frudo, frustum*, quia frudatur totum.

TA, ut *moneo, moneta*, de Iunone, Mnemosyne, & pecunia.

TAS, ut *satio, satietas*.

TRVM, vide RVM.

TVM, ut *vireo, viretum*; *acco, acetum*; *oleo, oleum*.

VER, vide AVER.

VL, ut *consulo, consul*; *praesilio, praesul*. Sed κατ' ἀπικρίτην, *puto, ex consulis, praesulis*.

VLA, ut *rabo, vel rabio, rabula*. Etiam ab *assequar* similiter *assecula*, ex quo *assecla*.

VM, ut *freno, frenum*; *signo, signum*; *guberna, gubernum*; *visio, βδία, visum, βδίσμα*.

VR, ut *fulgeo, fulgur*.

VS, ut *mergo, mergus*; *salio, Salius*; *impeto, impetum, ἔπιφορά*.

VLTVS, *tumco tumultus*, non quasi *timor*, aut etiam *tumor multus*.

VLVS, vel VLVM, ut *tumco, tumulus*; *specio, specularem*.

VRA, ut à *cessu, censura*; à *positu, positura*; à *mensu, mensura*; à *nati,*

natiu, natura; à *figo*, pro *fungo*, *figura*. Sic *jaçtura, impostura, mercatura, celatura, genitura*, alia, quædam etiam minus obvia, ex parte Giffanio memorata Indice Lucretiano, in *Dispositura*.

V S, à præfenti, ut *sono, sonus*; *gusto, gustus*; *mergo, mergus*; *condo, condus*; *promo, promus*; *arceo, arcus*; *decer, decus*; *sibilo, sibilus*; *coquo, coquus*; *gero, gerus*, pro quo in usu *gerulus*. A *supino*, ut à *latratum, latratu*; à *crepitum, crepitu*; ab *habutum, habitus*; à *nexum, nexu*; à *visum, visus*; ab *ortum, ortus*; ab *accedo, & excedo, accessus, & excessus*; ab *abscedo, abscessus*; & similia.

X, à præfenti, ut *verro, vertex*; *lateo, latex*; *illicio, illex*; *pellicio, pellex*; *lego, lex*; *rego, rex*; *struo, strux*; *tumeo, tumix*, vel *tumex*; *duco, dux*; *traduco, tradux*; *luceo, lux*; *conjugo, conjux*; *arceo, arx*. Item feminina, quorum masculina in T O R exeunt: ut *altrix*; *ultrix, genitrix*. Quæ veniunt à supinis.

CAPVT XXXIII.

Verbalium adjectivorum terminaciones, & multorum origines. Currax, crepax, cadax. Verbalium in BILIS alia solum active, alia passive, alia utroque modo accipi. Eoque defensus Boethius, quod risibilis, hinnibilis, dicat de iis, qui rideant, vel hinniant. Alebris. Verbalia in BVNDVS non significan: similitudinem, ut putarunt; sed idem notant, quod participia, unde descendunt. Impeteius, satireius, utensibilitas.

Adjectiva verbalia definunt hoc pacto:

A L I S, ut à *penetrando*, *penetralis*: quomodo *penetræ sacrificium* legimus apud Festum.

A R I S, ut *speculor, specularis lapis*, per quem viderent.

A R I V S, ut ab *admittendo*, *admissarius*; à *ferendo*, *ferentarius*; à *sedendo*, *sedentarius*.

A T I C V S, ut *erro, erraticus*, ut *stellæ, vel herbe, erraticæ*; *dono, donaticus*, unde *hæstæ donaticæ*, de quibus Festus.

A X, ut *edo, edux*; *voro, vorax*; *fero, ferax*; *emo, emax*; *vendo, vendax*, apud Catonem *; *sequor, sequax*. Et elisâ vocali, *audco, audax*; *rapiro, rapax*; *efficio, efficax*; *teneo, tenax*. Et totius syllabæ syncopæ, *pellicio, pellax*. Sunt etiam, ubi sola vocalis O in AX vertatur, & in his quædam minus obvia: ut *currax* apud Gratium Cynegetico. Glos-

ſæ: Δρόμαξ, *currax*. *Crepax*, apud Mæcenatem, ex quo Seneca † *ci-* † *epist. 114.*
tat: *Genium festo vix suo testem, tenuis ceres † fila, & crepacem molam.* Au- † *ali Cere-*
sonius initio *Ephemeridis*: ris.

Iam strepit nidis vigilax hirundo.

N n n n 3

Item

Item *cadax*. Ifidorus in glossis : *Cadax, claudus, qui sæpe cadit.*

BILIS, à præfenti, *vincibilis*; *resto, restibilis*; antiquum odio, unde *odi, odibilis*, apud Attium, & Lampridium, & Lampridium; item *uor, uoribilis*. Nam à supino foret *uibilis, osibilis, usibilis*. Sic à præfenti *paribilis, & ineloquibilis*, quod apud Lactantium. A supino vero *uolurum, uolubilis*. Quippe à præfenti esset *uolubilis*. Sic *amatum, amabilis*. Nam à præfenti potius esset *amibilis*. *Flebilis, & credibilis*, ab utroque possis deducere. Hujusmodi verbalia sæpius exponuntur passivè, ut *amabilis*, amari dignus; *placabilis*, qui facilè, vel aliqua saltem ratione placari potest; *nobilis*, qui noscitur. Interdum & activè, ut *conducibile*, quod conducit; Terentio *, *vincibilis cassia*, quæ facilè vinceret: Virgilio †, *penetrabile telum*, facilè penetrans. Etiam Poëtis, *sol' genitabilis*, quia generat: *exitiabile telum*, quod afferat exitium: nec aliter *exitiabilis dies* ‡: item *impeirabilis* *, à quo quid facilè impetres; utrumque apud Plautum: & apud eundem, *amicabilis, ignorabilis, voluptabilis, & uibilis*, similiter usurpantur.

* Plorm.

act. 1. sc. 4.

† lib. 10.

‡ Plaur.

Epid. act. 4.

sc. 2.

* Plaur.

Mercat. &

Mosbellaria.

† active.

‡ passive.

Quædam etiam nunc ἐνεργητικῶς † capiuntur, nunc παθητικῶς ‡. Ita *immemorabilis* nunc eum significat, qui nihil memorat: nunc qui memorari non debet. Priori modo usus Plautus Cistel. act. 11, sc. 11, ubi de lena ait: *Sibi moderatrix fuit, atque immemorabilis*. Hoc est, pertinaciâ usâ est maximâ in reticendis iis, quæ maximè nosse gestiebam. Posteriori modo usurpat idem Captivis *, cùm dicit, *versus immemorabiles*, quos Græci ἀπρήτους vocant. Ac Lucretius † eodem modo:

* Prologo.

† lib. 4.

Immemorable per spatium transcurrere posse.

Similiter *excruciabilis* tum activè dixeris, de illo, qui cruciat alterum; tum passivè de eo, qui dignus excruciarî. Atque utroque modo accipere possumus eâpse Comœdiâ act. 14, sc. 1, ubi anum excruciablem vocat, quæ inficias ibat, quod fuerat confessâ. Ut immeritò Boëthium reprehendant ‡, quod γελασθὸν transfulerit *risibilem*, pro ridere apto, live eo, qui insitam habet ridendi facultatem. Et par ratio in *hinnibile*, & aliis.

‡ Perionius

Annot. in

Porphyrr.

156.

B R I S quoque verbalium terminatio est, ut *lugeo, lugubris*: *alo, alebris, ἑρέψιμο*, apud Festum, Diomedem, & Ifidorum in glossis.

B V N D V S sæpe post A sequitur, ut ab *errabam, errabundus*. Nam formantur hujusmodi ab imperfectis. Sic à *vagabar, vagabundus*. Similiaque *plorabundus, populabundus, palabundus*. Interdum & præit E, vel I, ut à *gembam, gemebundus*; à *ludebam, ludibundus*; ab antiquo *sitibam, pro sitiebam, sitibundus*. Sic *ridibundus, pudibundus, moribundus*. Putat Priscianus in 14, verbalia hujusmodi significare similitudinem. Sed dubium non est, quin idem notent ac participia activa. Vnde Ser-

vius

vius in illud Ecl. VI : *Errabunda bovis vestigia : Errabunda*, inquit, *errantia ; ut ludibundus, ludens. Cicero : Omnia ludibundus conficiens.* Signat Servius locum illum in tertiâ Verrinâ : *Si Vultejum habebis, omnia ludibundus perficies.* Similiter *vitabundus* idem est, quod *vitans*; non similibus vitanti. Tacitus in vita Agricolaë : *Cæterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre; in fugam versi non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes; rari, & vitabundi invicem, longinqua atque avia petiere.* Et fanè Nonius quoque *errabundus*, & *volubundus*, non aliter exponit, quàm *errans*, & *volutans*. Sed imprimis adi, quæ de hujusmodi nominibus fusè differit Gellius Art. Noct. lib. XI, cap. xv.

CER, CRIS, vel CRVS; ut à *volo, volucer*, vel *volucris*; à *ludo, ludicer*, vel *ludicrus*.

CVLVS, ut *rideo, ridiculus*.

CVNDVS, ut à *facum, facundus*; à *jucum, jucundus*; ab *iratum, iracundus*; à *veritum, verecundus*.

CVS, ut à *pudet, pudicus*; ab *amo, amicus*, quod olim *amecus*; à *cado, caducus*.

DIS, ut *virco, viridis*.

DVS, ut *calco, calidus*; *arco, aridus*; *aceo, acidus*; *valeo, validus*; *torpeo, torpidus*; *palleo, pallidus*; *leveo, lividus*; *candeo, candidus*; *albeo, albidus*. In quibus E mutatur in I.

EIVS, ut *impeto, impetens*; *sacro, sareus*, unde herba *satureia*.

ENSILIS, ut *utor, utensilis*, unde *utensilia, οὐσάλια*, & *utensilitas*, apud Tertullianum libro de habitu mulierum.

ER, ut *piget, piger*.

EVS, vide VS.

ICIVS, à *supino*, ut *commendatum, commendaticius*; *pigneratium, pignericus*; *fictum, ficticus*. Ac similiter *facticus, adficticus, suppositivus, adscriptivus*, aliâque, de quibus dictum cap. xxxi.

ICVS, à *supino* itidem, ut *erratum, erraticus*; *volatum, volaticus*. A præsentem *labor, lubricus*. Sed hic R inferitur, & A in V mutatur.

IDIS, vide DIS.

IDVS, ut *urvo, vividus*; *turbo, turbidus*; *fluo, fluidus*. Quomodo & definunt, quæ retulimus in DVS: sed istic EO, hic O, in IDVS convertitur.

ILIS, à præsentem, ut *doceo, docilis*; *sorbeo, sorbilis*; *vigeo, vigilis*, & κατ' ἄποκοπὴν *vigil*, simili apocope ac à *consulo, consulis, consil.* A præsentem etiam *ago, agilis*; *facio, facilis*; *verto, vertilis*, apud Sidonium Pagnyrico Majoriani :

— Quo

— *Quoties crassatur verstile tergerum*
Flatibus. Ita constanter codices.

Quod imitatus Saxo Gramm. lib. 1 :

Verstilis, inque novos converti cerea vultus. Non *verstilis*, ut edidere.

Item in deponentibus *gradior, gradilis; utor, utilis; labor, labilis.* A supino autem, *plicatum, plicatilis; tornatum, tornatilis; rotatum, rotatilis, ut rotatiles trochæi.* Item *solutum, solutilis; rasum, rasilis; plexum, plexilis; nexum, nexilis; sectum, sectilis; coctum, coctilis.* Plurimum verò, quæ hujus sunt loci, sumuntur passivè : ut *fusile*, quod funditur ; *docilis*, qui docetur ; *coctile*, quod coquitur. Quandoque & activè, vel neutraliter : ut *sessiles lactuca* * , quasi fedentes.

* Martial.
 lib. 3, cap.
 47.

INVS, ut ab *interneco, internecinus* ; nisi denominativum à *nece.* A *pariete, parietinus* : unde *parietine.*

IS, ut à *rebello, rebellis.*

ITIVS, vide ICIVS.

IVS, ut ab antiquo *anxium*, (quod ab *ango, anxi*) *anxius.* A pluvio, pro *pluo, pluvius* ; à *fluvio, pro fluo, fluvius*, puta *ammis.* Ut in *fluvia*, quo Sifenna usus, Nonio teste, item in *pluvia*, intelligitur *aqua.*

IVVS, à præsentis, ut *cado, cadivus; recido, recidivus; vaco, vacivus; interneco, internecivus; intergero, intergerivus* ; ab *adopto, adoptivus.* A supino, ut *factum, factivus; succisum, succisivus; actum, activus; passum, passivus; ablatum, ablativus; statum, stativus*, unde *stativa.*

LVS, ut *bibo, bibulus.* Item *pendeo, pendulus; pateo, patulus.* Præcedens vocalis absorbetur ; vel mutatur, si malis productionem vocis esse non LVS, sed VLVS.

MVS, ut *alo, almus.*

NVS, ut *egeo, egenus; pleo, plenus.*

R, ut *rubeo, ruber.*

RICVS, vide ICVS.

RIVS, ut *stataris, à statum, à suasio Fabio suasorius.*

RVS, ut *aveo, avarus.* Non ex *avidus æris*, ut putarunt †.

STVS, ut ab *angendo, angustus* : nisi ab *angore malis.*

TICVS, vide ICVS.

TINVS, vide INVS.

VIS, ut à *gero* fortasse *gravis*, quasi *geravis.*

VL CVS, ut *bio, hincus; peto, petulcus.*

VLIS, vide LIS.

VLVS, ut *tremo, tremulus; credo, credulus.* vide LVS.

VM, *fero, fertum.* Quod substantivè quidem sumitur, sed natura est adjectivum : ut dictum lib. 1, cap. XLIV. In *fertum* autem intelligitur

† Nigidium
 apud Gell.
 lib. 10, c. 5.
 & Isidor.
 lib. 10.

gitur *coronamentum* : quod Plinius usurpat. At in *serta*, cum est femininum, intellige *coronam*.

V S, ut *vivo, vivus*; *fidis, fidus*; *pando, pandus*; *probo, probus*; *vagr, vagus*. Quæ verbalia derivantur à verbis exeuntibus in O impurum. Ab O puro veniunt *rubco, rubens*; *scio, sciens*, unde *sciulus*; *nescio, nesciens*; *saucio, saucius*. Quandoque vocalis ante O exteritur, ut *irvid.o, irvidus*; *præsagio, præsagus*. Et hæc à præsentibus veniunt. At à Supino, *foinunt, solutus*; *acutum, acutus*; *adultum, adultus*; *statum, status*.

V S præcedente V vocali, sive à supino, ut *facti, factus* : sive à præsentibus, idque vel exeunte in O purum, ut *resid.o, residuus*; *assideo, assiduus*; *noceo, innocuus* : vel in O impurum; ut *cerno, cernuus*; *mitto, mitinus*; *pasco, pasuus*; *irrigo, irriguus*; *divido, dividuus*; *cado, occido, occiduus*; *prodo, prodiguum*, unde *hostiæ prodigua*, Festo. A reliquæ, etiam *relicuus*. *ἄστυς ἀστυπέων, reli, u. s. Ardus*, dubium, sitne ab *ardeo*, an *ἀστυπέων ἀστυπέων*, ab aëra subeundo.

V S præeunte V consono, ut fortè ab *alo, aluus*. Vide & IVVS.

X, vide AX. *Præcox* est ex *præcoquus*, à *præcoquo*.

CAPVT XXXIV.

Participialia. Adverbialium, & à præpositione venientium, terminationes. Antilena, postilena. Tres syllabæ posteriores in postliminium, solum vocis sunt productio. S veteres pro R amabant. Ad figuram transitur. Ex quatuor vocibus constata. Nomina componi cum quibusvis orationis partibus, præterquam conjunctione, & interjectione. Nihil etymon. Ve præpositio loquelaris. Vejovis quis, & unde dicatur.

H Actenus de verbalibus : sequitur de iis, quæ veniunt à participiis, adverbis, ac præpositionibus.

Participialia dicuntur, quæ ex participiis degenerant in nomina, amissione temporis. Ut *adolescens, torrens, præbenda, turnda, ex terenda*, & similia.

Horum terminationes cognoscere erit ex participiorum doctrina.

Adverbialia, & à præpositione venientia, his modis terminantur.

A NEVS, & ARIVS, ut *extra, extraneus, & extrarius*. Vtroque enim modo in vet. codd. exaratum. De quo & Giffanius indice Lucretiano. A *clanculum, clancularius*, apud Tertullianum de Pallio.

ER, *citra, vel citera, citer*; *extra, sive extera, exter*.

ICVS, ut *ante, anticus*; *post, posticus*.

IA, ut *ante, ab ante*.

INQVVS, ut *longè, longinquus, prope, propinquus*.

O O O O O

IS,

IS, vide S.

IVS, ut *pris*, vel *prūs*, *pristinus*. Simile volunt, *mâne*, *Manius*. Sed *mâne* ablativus est, ut alibi dictum. Quare simile est ac *luce*, *Lucius*.

LENA, ut *anue*, *antilena*; *post*, *postulena*. Illa enim in anteriori, hæc in posteriori parte equi.

LIMINIVM, in *postliminium*, productio est vocis, si audimus Servium Sulpicium. Sed melius de eo Scævola, qui junctum putat verbum ex *post*, & *limen*: de quo Tullius in Topicis ad Trebatium. Ac similiter Iustinianus Instit. lib. I, Tit. XII.

NVS, ut *ter*, *ternus*; *quater*, *quaternus*.

RIVS, ut *contra*, *contrarius*.

RNVS, ut *hodie*, *hodiernus*, & lapsâ Latinitate, *modò*, *modernus*; quod apud Cassiodorum, & alios, legas.

S, ut *ante*, *antes*; *post*, *postes*.

TERNVS, ut *hesternus*, ab antiquo *hesi*, pro *heri*. Nam veteres S pro R amabant; unde dixere *asâ*, *asena*, *Lases*, *Papissi*, *Ausepsi*, & similia, pro *ara*, *arena*, *Lares*, *Papiriu*, *Aurelii*. Fortasse & in *sempiternus*, *ternus* vocis est productio. Nisi malis conflare ex *semper*, & *æternus*.

TINVS, sive i brevi, ut *cras*, *crastinus*; *homo*, *hominotinus*; *diu*, *dintinus*: sive i longo, ut *intus*, *intestinus*. Nisi hoc ab ἐνδοσι.

VS, ut *nuper*, *nuperus*; *extra*, sive *extera*, *exterus*; *super*, vel *supra*, *superus*; *post*, *posterus*.

De specie, sive derivatione satis dictum est. Quod attinet ad figuram sive compositionem, quam alterum declinationis voluntariæ genus faciebamus cap. I, & XXVII hujus libri; ea universè nobis declarata libro superiori capite IV. Vbi inter cætera ostendimus, non esse figuram tertiam, quam vocant decompositam. Omne igitur nomen vel simplex est, vel compositum: nec minùs, sed magis compositæ est figuræ, quod è tribus, vel quatuor vocibus componitur. Quale est ἐπιπρόσωπον. Vt mittam Dithyrambicas compositiones, quarum exempla in Oratorii institutionibus * adduximus.

* lib. 4. cap. I. sect. 8. & lib. 6. cap. 4. sect. 1.

Hebræis quoque conflare aliquid è quatuor vocibus, vel fidem fecerit מִלְּפָנֶיךָ *millephanecha*, q. d. à *apud faciem tuam*: nimirum ex hisce quatuor vocibus פָּנִים, מִן, לֵךְ, חַיִּים *min, le, parim, cha*.

Componuntur nomina, vel cum nomine, ut *Respublica*, *magnanimus*, *paterfamilias*. Vel cum pronomine, ut *hujusmodi*, *ejusmodi*. Vel cum verbo, ut *lucifer*, *armiger*, *fatidicus*, *solpuga*, vel *solipuga*, à *sol*, & *pugo* seu *pungo*. Vel cum participio, ut *breviloquens*, *plebiscitum*, *senatusconsultum*. Vel cum adverbio, ut *benevolus*, *nihilum*, *ex ne*, & *hilum*. Vnde Lucilius

in XIV:

in XIV : — — *Hilo non rectius vivas.*

Et vetus Poëta apud Varronem in VIII de L. L.

— — *Nec dispendi facit hilem.*

Vel cum præpositione , ut *advena* , *anteventulus* , *pomeridianus* , *transmarinus* , *perfidus* , *intercus* , *inhumanus* , *amens* , *demens* , *exspes* , &c. Addunt etiam conjunctionem ; unde sit , *uterque* & *siquis*. Sed hæc pronomina sunt. Addunt & interjectionem , ut *Veiovis*. Verùm non est hoc à *ve* , interjectione minantis , aut imprecantis : sed à *ve* , præpositione loquelari ; quæ interdum auget , ut in *vepallidus* ; sæpius autem minuit , ut in *vecors* , *vesanus* , *vegrandis* , *Veiovis* ; quod *parvum Iovem* interpretatur Festus. Similiter Ovidius III Fast.

Vis ea si verbi est, cur non ego Veiovis ædem,

Ædem non magni suspicer esse Iouis?

Et hæc de Nominibus : de quibus quia cursum meum confeci , non quidem vela colligo , sed rectà ad Verbum navigo ; inde cum bono Deo , Pronomen petiturus , & reliquas vocum classes.

FINIS LIBRI SECVNDI DE
ANALOGIA.



I N D E X

LIBRI PRIMI, ET SECVNDI, DE ANALOGIA.

Prior numerus Romanus librum, alter caput; barbaricus paginam signat.

A.



nominativi commutatum terminationibus E, VM, EN, AS, IS, VS, YS: vel hæc in A conversæ, I. xxxv. 536, &c. A terminatio primæ ab his nominibus, quæ apud Græcos in AS, ES, & E, desinunt, Latinis frequens, 660, &c. Tutius tamen retinetur terminatio Græca in iis, quibus Latini non sunt usi, 662.

In A & VM pariter exeuntia casu recto, I. xxxv. 537. & seq. in A, & EN, vel ER, 539.

Abacus, *abax*, I. xxxvi. 565.

Abaddir quid, I. xxvii. 487. mascul. apto-
ton. *ibid.*

Abax an femininum Iaboleno, I. xxxiv. 525.

Ablativi terminatio Latinis eadem, quæ Græcis dativi, II. II. 663, 664. nam ex dativo originem ducit, I. xlv. 637. ei non recte in declinando præmittitur præpositio A, 638. Ablativus ex nominativo in ES desinit in E, II. III. 671. Ablativus nominum ac participiorum in NS terminatorum non semper desinit in E, contra quam sensit Verrius, ac Festus, II. XII. 725. Si tamen absolute ponantur, solum exit in E. *ibid.*

Absolutus gradus, pro *positivo*, II. xxiii. 791.

Absinthus vinum, & id genus alia, per appositionem dicuntur. I. xxviii. 491.

Absinthus, pro *absinthium*, I. xxxvi. 553.

Absis, & *absida*, 541.

Abus terminatio in dativis multò pluribus usurpata olim, quam nunc, II. IV. 674.

Abydos, & *Abydon*, pro urbe oppositâ Sesto, an dicatur, I. XII. 428.

Abyssus Græcis fem. *αβυσσος*, Latinis

scriptoribus non est in usu, nisi Ecclesiasticis, I. xxxii. 516.

Accipiter femininum, 455.

Accipiteris, 700.

Accius, vide *Attius*.

Accusativus primæ à recto ES terminatur potius in EN, quam in EM, II. III. 668.

Acer nomen arboris, quod Priscianus facit femininum, apud Ovidium, & Plinium, neutro genere reperitur, I. xiiii. 433.

Acer, fem. pro *acris*, II. xxi. 785.

Acheron utroque genere invenitur, 413.

Achille vocativus pro *Achilles* ultimâ correctâ, II. III. 670.

Achillis, *Vlyssi*, pro *Vlyssis*, similiaque, videri potius à rectis in EVS, quam ES, II. IX. 704, 705.

Acie, pro *acie*, II. XIX. 770.

Acina, & *acinus*, I. xxxv. 541. item *acinum*, I. xxxvi. 554.

Acinaces gen. masc. I. xxviii. 494, 495.

Acinus, *acinum*, vide *acina*.

Acragas, pro *Agrigentum*, vel *Agragantum*, nomen opidi, masculinum, I. xii. 426. urrdm à monte, an à fluvio, sic dicatur. *ibid.* *Acragas* Straboni fem. *ibid.*

Acris, pro *acres*, II. xvi. 755.

Acrum, pro *acrem*, 550.

Adus, & *adum*, I. xxxvi. 554.

Acus, pro variâ significatione & flexione variat genus, I. xxxi. 506, 507. pro palca neutrum & quoque femin. ac quartæ. *ibid.* *Acus*, *aceris*, & *acus*, II. xx. 780.

Ad incitas, 525. item 760.

Adelphæ, II. vi. 685.

Adeps, ex *adipes*, I. xxxiii. 519. nunc mascul. nunc femin. *ibid.* interdum pluralem habet, I. xxxix. 575.

Adje.

Adjectiva propriè nullius sunt generis : improprie autem dicuntur illius generis, cuius est substantivum id, cui terminatio eorum potest accommodari, I. XVIII. 456, 457. Adjectiva unius terminationis, quæ rarius reperiuntur in genere neutro, II. XXI. 785. incomparabilia, II. XXVII. 807.

Adolescens nomen utriusque generis, I. XV. 444.

Adoni malè quidam dixit pro *Adonidi*, II. IX. 704.

Adoptati adoptantium nomina assumebant, I. VII. 399. & civitate donabantur, 400.

Ador olim neutrum, pro *adus*, I. XXVII. 488.

Adoris penultimâ correptâ neutrum, ut *decus*, *decoris*. *Adoris* verd eadem porrectâ est ab *ador* masculino. *ibid.*

Adria, pro urbe, femininum ; pro mari, masculinum, I. XIX. 461, 462.

Adverbialia, II. XXXIV. 841.

Adverbii vulgaris definitio rejecta, I, II. 378. vera proposita, & explicata, III. 383. iis quammulta ad alias vocum classes pertinentia veteres accenseant, I. II. ea classis Stoicis *modicis* cur diceretur, I. II. 381.

Aedon femininum, I. XXIV. 478.

Aer veteribus etiam femininum, nonnullis mediis ævi Poëtis neutrum, I. XXVI. 484, 485.

Aera plurativo numero, genere neutro, I. XXXIX. 576. [664.

Æacide, & *Æacidus*, ab *Æacides*, II. III. 663,

Ædis, *adem*, *ade*, num. sing. etiam pro domo, I. XLIII. 607, 608.

Æditimus unde dicatur, II. XXXI. 830.

Ægide, II. XXVIII. 813.

Ægoceros, & *monoceros*, etsi utrumque sit à *κίος*, tamen declinatione differre. 702.

Æoles in dativis declinatione isosyllabarum abjiciunt I, II. III. 671. imprimis si vocalis antecesserit, II. XXVIII. 764. pro HΣ proferunt AI : hinc genitivus veteribus Latinis in AI, II. IV. 671, 672.

Æmilia gens unde, I. VII. 397.

Antonius *Æmilius*, 414, 450.

Ænea, & *Anchisa*, antiqui nominativi materialiter positi, Fabio masculini sunt generis, I. XIV. 438.

Æneam, ab *Ænea* ; *Ænean*, à recto *Æneus*, II. III. 668.

Ænigmatis *toremmæis*, ac similia, II. XV. 752.

Æquom, pro *aquum*, II. V. 675.

Æra, *arum*, *aribus*, I. XXXVIII. 571. & I. XLVI. 643.

Ærarii qui, & unde dicti, I. XXXVI. 554.

Ætas contractum ex *ævitas*, II. XXX. 825. olim masculinum erat. 491.

Æternus contractum ex *ævitermus*, II. XXXI. 830.

Æther a plurativè. & neutro genere, I. XXXIX. 575.

Æthiops, *Æthiopus*, 555.

Ævis ablativus ab *ævum*, I. XLI. 591.

Ævus, *ævum*, 554.

Æfinis, utroque genere dicitur, I. XV. 444.

Æfinis, *rivalis*, & similia, pro adjectivis habenda, eoque ablativo in I exeunt, II. XI. 719. quatenus autem substantivè accipiuntur, etiam in E, 720.

Æffinitate, & *æffinitati*, II. XII. 730. *æffinitati*, 744.

Agamemno, pro *Agamemnon*, 544.

Africana & *Lybica* feræ, pro pantheris, 546.

Agellius potius, quam *Gellius*, dictus videtur scriptor noctium *Atticarum*, I. VI. 394.

Agilissimus, & *docilissimus*, tutius dici, quam *agillimus*, & *docillimus*, II. XXIV. 796.

Agmen contractum ex *agimen*, II. XXXII. 834.

Agnominis, & *cognominis* discrimen, I. VII. 394.

Agnus femina, pro *agna*, 450.

Agracius comœdia Plauto adscripta, I. XXIX. 499.

AI terminatio vetus genitivi & dativi primæ, quæ & *ἄλφων* profertur à Poëtis, item altera terminatio genitivi in AS. II. III. 664, 665. eam unde Latini habeant, II. IV. 672.

Ajacen non rectè *Alciatus* dixit pro *Ajacem*, II. X. 710.

Ἀρόφας virile. 426.

Alacer, & *alacris*, II. XXI. 785.

Albedo, & *nigredo*, Latina non sunt, I. XXII. 468.

Albula unde dicta, I. X. 413.

Alcumenas, pro *Alcumena*, genitivus, II. III. 666.

Alcyon potius quam *Halcyon*, dicendum : est que generis feminini, I. XXIV. 478.

Alebris, ab *alo*, quid, II. XXXIII. 838.

Alesto, & *Argo*, accusandi casu, 711.

Alesto perperam *ἄλοστον* dicitur Grammaticis, 641.

Ales sapius femininum, I. XXVIII. 492.

Alexander Aphrodisiensis adversus Ammonium defensus, I. I. 375.

Alexandri grammatici ætas, I. XXIX. 500.

Alex pro *fecer* vel *muria* femin. I. XXXIII. 473.

O o o o o 3

Ale-

Alexias Anax Comnenæ, II. xxviii. 815.
 Algor, *algus*, 550.
Alispi, & utroque genere, 418.
 Almodi, pro *aliamodi*, I. xlvii. 645.
 Aliquis, *alius*, *aliteruter*, & similia, sunt pro-
 nomina, I. ii. 380.
 Alus, pro *alius*, II. xiv. 749.
 Alituum, II. xiv. 748.
 Alex five hallex, dubium an quoque dicatur
 de pitce, I. xxiii. 473.
 Alia, non *Alia*, quod Servius putavit, pro
 fluvio femininum, I. x. 411.
 Alia Maro dixit num. plur. I. xli. 592.
 Alma mater, Telluris in sacris appellatio,
 431.
 Alpis, *Alpem*, *Alpe*, num. sing. I. xliii. 416.
 607, 608, 609.
 Aliax apud Prudentium contractum ex *alia-
 re*, I. xxxv. 543. & *alitarium* apud Sulpicium,
ibid.
 Altum, pro *mari*, num. plur. usus Maro, I.
 xli. 592.
 Alvarius de voce *haros* deceptus, I. xv. 447.
 item cum *juvenis* Catullo muliebri putat, I. xv.
 441.
 Alveare, & *alvearium*, II. xiv. 749.
 Alvus etiam in masculino reperitur; sed re-
 ctius in femin. usurpabitur, I. xxxi. 499, 507.
 etiam in plurali invenitur, I. xxxix. 576.
 Amabo verbum; non adverbium, ut Gram-
 matici censent, I. ii. 382. deque hoc Douzæ
 quoque opinio rejecta, qui *amabo* explicat *ora-
 bo*, *ibid.*
 Amare, pro *amanter orare*, I. ii. 382.
 Amathus, 698. terminatione masculinum; sed
ἄμαθος adjectivo fem. jungitur, I. xii. 429.
 Amazonides, pro *Amazones*, II. xxvi. 814.
 Ambage, ablativus sing. I. xliii. 607.
 Ambago, *ambages*, 545.
 Ames, five *amis*, generis incerti, I. xxviii. 493.
 Amicitia, & *amicities*, I. xxxv. 493.
 Arma cur singulari careat, I. xliv. 626.
 Arna, & *arnis*, II. xii. 730.
 Arnis olim femininum, nunc solùm virile,
 I. xxxix. 496.
 Amos, pro *amor*, I. xxx. 504.
 An vel *anus*, in vel *anus*, in nominativo ha-
 bentia, I. xxxvi. 548. [750.]
 Analemmatorum, pro *analemmatum*, II. xiv.
 Analogiæ & Erymologiæ differentia, I. i. 369.
 objectum, I. i. 370. Analogia & Anomalia quid;
 & ut quatuor primis vocum classibus accidant,
 I. v. 389. utriusque defensores recensentur, &

quid in eorum dissensu sit statuendum, *ibid.* ea
 quibus in vocibus magis cernatur, quàm ano-
 malia, & contrà, I. v. 390. hanc igitur, an ano-
 maliam potius sequi oporteat, quando hæ sibi
 invicem opponuntur, I. v. 392.

Anaximander, *Anaximandrus*, 675.

Anchisa vocativus Latinus à recto *Anchisa*,
 II. ii. 662.

Anciliorum, pro *ancilium*, II. xiv. 749.

Androgeo, genitivus Atticus, pro *Androgei*,
 II. vii. 691.

Androgeona, pro *Androgeum*, vel *Androgeon*,
 II. vii. 696.

Anens, & *areus*, terminationes ab eodem pri-
 mitivo, II. xxxi. 827.

Anfractus, & *anfractum*, I. xxxvi. 554.

Angelorum quadam nomina, ut *Cherubim*,
 & *Seraphim*, Græcis & vulgato interpreti, neutro
 genere effert, I. x. 409.

Angiportus, & *angiportum*, I. xxxvi. 554.

Angue, II. xii. 730.

Anguilla, cur non sit epicænum, 453.

Anguis, nunc masc. nunc fem. I. xxxix. 496.

Angustia num. sing. pro *angustia*, I. xliii.
 607, 608.

Animabus, pro *animis*, II. iv. 673.

Animantis vox etiam cum substantivè poni-
 tur, trium est generum, I. vi. 394. Sed usitatus
 in neutro, vel etiam in femin. I. xxxii. 519.

Anio, *Anien*, 544.

Annalei, 720.

Annalis masculinum, sed *ἄννης*, I. xxxix.
 497. quando naturâ suâ adjectivum, in singula-
 ri compluribus usurpatur, I. xlii. 596.

Annius Viterbienfis, impostor. II. xxvi. 806.

Anomalia quibus in vocibus magis cernatur,
 quàm analogia, & contrà, I. v. 390. Casuum ter-
 tiæ declinat. non est anomalia tanta, quàm pu-
 tarunt, II. viii. 698. Anomalia numeri duplex
 in collectivis, & numero defectivis, quæ vel
 naturâ, vel solâ consuetudine, alterutro carent
 numero, I. xxxviii. 570.

Anra cur numero plurali frequens, I. xliii.
 609.

Antenna num. sing. I. xliii. 609.

Antes masc. ac semper plurale, & unde ius
 nomen, I. xlii. 596. II. xxxiv. 841.

Antidois, & *antidotum*, I. xxxvi. 554.

Antic plurale tantum, I. xliii. 609, 841.

Antilena, II. xxxiv. 841, 842.

Antipater, 675, 676.

Antipho, & *Antiphon*, 544.

Antistes nomen communis generis, I. xv. 444.
Anti-

- Amisiva*, pro *amisēs*, I. xv. 444. & II. XXI. 450, 787.
- Antonia* gens unde, I. VII. 397.
- Anuis*, pro *anus*, II. XVII. 762.
- Anxur* opidi nomen nunquam femininum, sed vel neutrum, vel masculinum, I. XII. 425. cur dicatur *candidum* Martiali, *ibid.* An *Volsca-lus* Ennio dicatur, ut voluere, *ibid.* & 426.
- Apella* vocativus Latinus à recto *Apella*, II. II. 662.
- Apex* masc. I. XXXIV. 526, 527.
- Aplastrum*, II. XXI. 818.
- Apicii titulo liber qui circumfertur utrùm sic dicatur ab auctore, an à re subjecta, I. XIV. 435. quando is repertus, *ibid.* & 436.
- Apina* nomen opidi: *apina* pro quiquiliis, I. XLIII. 625.
- Apium*, ab *apis*, 439, 440.
- Aplustra* plurale ab *Aplustrum*; *Aplustria* ab *aplustre*, I. XLIV. 626, & II. XIII. 737, 738.
- Aplustre*, *aplustrum*, 543.
- Apollinis* an Plauto sit rectus, I. XXXV. 545.
- Appellativum* nomen rectius *commune* dicitur, I. VII. 395.
- Appulejus particulas, atque aded classes omnes præter nomen, & verbum, confert stupæ, & clavis: verùm Priscianus eam similitudinem improbat: ac partim Appulejus, partim Priscianus defenditur, I. I. 373, 374.
- Apopodis*, pro *Apopodim*, I. XI. 418.
- Aptota*, & *Monoptota*, aliter Diomedes, aliter Priscianus dicuntur, I. XLVI. 638, 639. quo sensu opere hoc ea vocabula accipiuntur, *ibid.*
- Aptota* duplicia, quædam unâ terminatione omnes casus habentia, quædam certos tantùm, I. XLVI. 639, 640, & c.
- Apum*, & *apium*, II. XIV. 743.
- Aqualem*, & *aqualim*, II. X. 710.
- A R neutra ablativum formant per I, si penultimam naturâ producunt: per E, si ea sit positione longa, II. XI. 718, 719.
- Arabas*, 654.
- Arabum sententia de vocum classibus, I. I. 371.
- Arabus*, *Arabs*, I. XXXVI. 565.
- Arare*, ab *Arar*; *Arari* ab *Araris*, II. XI. 723.
- Arbitratiui*, *arbitratum*, & *arbitratu*, I. XLVII. 649.
- Arbitriui*, pro *arbitri sententia*, non semper plurale, I. XLIV. 626.
- Arborum nomina, pro diversâ terminatione sua, nunc masculina, nunc feminina, nunc neutra sunt: figuratè autem, etiam quæ terminati-
one sunt masculina, aut neutra, in feminino usurpantur, quia respicitur nomen *arbor*, quod est femininum, I. XIII. 431.
- Arbos*, sive *arbor*, cur femininum sit Latinis, I. XIII. 431. pro diversâ terminatione non distingui, contra ac visum Capro & Agroccio, I. XXX. 505.
- Arbustum*, contractum ex *arbofsetum*, II. XXX. 824.
- Archonidi*, pro *Archonidis*, II. IX. 704.
- Arcus* femin. quartæ, I. XXXI. 507.
- Arcus*, *arci*, sive *arqui*, II. XX. 757.
- Ardeatis*, pro *Ardeas*, 551.
- Ardui* τρυφῆς, II. XXXIII. 841.
- Arduus*, & *arduisissimus*, II. XXVII. 808.
- Arduos*, pro *arduus*, II. V. 675.
- Arenas* Cæsar num. plur. rectè dici negat: quo tamen usi postea Poëtæ prope omnes, I. XL. 580.
- Argos* nomen opidi ratione terminationis neutrum, I. XII. 426.
- Argusia* num. sing. unde diminutivum *argusiola*, I. XLIII. 610.
- Aristarchus octo statuit partes orationis, I. I. 372. Idem ἀναλογίαν defendit, I. V. 389, 390.
- Aristophanes Grammaticus, ἀναλογίαν defensor, I. V. 390.
- Aristoteli*, pro *Aristotelis*, II. IX. 706.
- Aristoteles vetus interpres pro exemplo de Protagora, quod in Græco contextu extat, aliud exemplum ex Martiali substituit de ficu, I. XIV. 436.
- Αρμῶν*, 430.
- Arnobii insignis locus de nominibus geminæ terminationis, I. XXXVI. 566.
- Aromatis*, 552.
- Arpinas*, *Carpinas*, ceteraque gentilia in A S, sæpius quidem faciunt ablativum in E; sed interdum etiam in I, contra quam Frischlinus tradidit, I. XII. 727.
- Arpinatium*, *Fidenatium*, *optimatium*, & similes genitivi in I V M, à nominativis in A S, II. XIV. 440.
- Arpinate*, *Sarvinate*, *cujate*, & similia, non rectè in neutro usurpari pro *Arpinas*, *Sarvinas*, *cujas*, II. XXI. 786.
- Arpinatis*, pro *Arpinas*, 551.
- Arribo* quandoque femininum, sæpius masculinum, I. XXII. 471.
- Artemas* servile nomen, contractum ex herili nomine *Artemidorus*, aliaque servilia similiter contracta, I. V. 391.
- Artibus*, pro *artibus*, II. XVIII. 766, 767.
- Articulis Latini carent, I. I. 375. nec iis opus habent;

habent; juxta Fabium, I. I. 372, 373.
Artifice, & *artifici*, II. XII. 326.
Artius apud Festum quid, II. XVIII. 767.
Artis, pro *artus* olim, unde *artua* apud Plautum, I. XXXV. 545, & II. XVII. 760.
Art s num. sing. Pœticum, I. XLII. 597.
Arvas pro *arva*, I. XXXV. 537.
Arum, terminatioem genitivi pluralis, unde acciperint Latini, II. IV. 673.

A S terminatio accusativorum tertie in Græcis, II. XVI. 641, 642.

Afinis, pro *asinibus*, II. IV. 674.
Affis partes gen. masc. I. XXIX. 503.
Aster finita nomina nunc diminutionem, nunc imitationem, nunc neutrum significant, II. XXIX. 518.

Affidior, & *affidui* sine, II. XXVII. 806. 807.
Astus, unde ablativus *astu*, I. XLVI. 643, & XLVII. 646.

Atho, & *Athon*, accusativi ab *Athos*: *Athona*, & *Athonem*, ab *Atho*, II. VII. 696, 697. *Atho* item pro *Athoni*, & *Athone*, *ibid*.

Atis nominativi terminatio pro A S. 550.
Atomus adjectivum femin. *ατομή*, I. XXXII. 516, 517.

Atrida vocativus Latinis à recto *Atrida*, II. II. 661.

Atriplex herbæ genus, Macro femin. Plinio neutrum, I. XXXIV. 527.

Atta emendatus, apud Servium, II. XX. 780.
Attagen masculinum, I. XXIV. 478.

Atregia, II. XXXII. 833.
Atti locus restitutus, I. XXXVI. 595.

Attius verius, qui vulgò *Actius*, vel *Accius*, II. XVIII. 767.

Avaritas Cicero dixit num. plur. I. XL. 580.
Avarus, ab *avro*, II. XXXIII. 840.

Auctor nomen communis generis, I. XV. 444. cur commune, & unde id nomen, I. XXVII. 487.

Aultrix an rectè dicatur de ea, cujus auctoritate aliquid fit, I. XV. 444. 445.

Avellana, & *castanea*, naturâ adjectiva, cur feminino genere usurpentur, & unde dicta, I. XIV. 435.

Avena pro frumenti vitio: & cur eas *steriles* appellat Maro, I. XXXVIII. 572, 573.

Augur nomen utriusque generis, I. XV. 445. sed potius masculinum, 447.

b. Augustinus quibus locis vixerit, I. XX. 465.
 Augusti in loco conjectura, I. XXXV. 537.

August. Saturnius refellitur, I. IV. 388.
 Augustus unde dictus, II. XXXI. 831.

Augustus *hujus domos* pro *domus* maluit, 763.

Aulsa, *auleum*, 537.

Auranci, & *a truncare*, I. V. 682.

Autumnus, *autumnum*, I. XXXVI. 555. *Autumnus* Poetis etiam in plurali declinatur, I. XXXIX. 576.

Avos, pro *Avus*, II. V. 675.

Avom, pro *avum*, II. V. 678.

Axix, fecit olim *axeris*, 552.

B.

B *Accar*, vel *bacar*, pro vase vinario; unde *bacario* in glossis Isidori, I. XXV. 480.

Baccar neutrum. *baccaris* femin. I. XXXVI. 550.

Baccare, & *baccharis*, genere differant, significatione conveniunt, I. XXV. 480.

Baculus, & *baculum*; unde *bacillum*, I. XXXVI. 555.

Berilus, I. XXVII. 487.

Betim, non *Basem*, II. X. 723.

B-iti, & *Bate*, in casu auferendi, II. XI. 723.

Balunus Græcis & Horatio, fem. Plinius tamen etiam masculino videtur usurpare, I. XXXII. 514.

Balneaticum quid, ejusque etymon, II. XXXI. 830.

Balneum, sive *balineum*, plurali *balnea*, sive *balinea*, & *balnea*, seu *balinea*, I. XXXVII. 566. & hæc quomodo differant, *ibid*.

Balkes an rectè dixerit Alciatus, II. VII. 695.
Balreon, pro *balneum*, malè usurpavit Vissinus Velius, *ibid*.

Balkes, & *balneum*, ut Plinius distinxerit, I. XXXVI. 555.

Barba quoque de bestiis, & *barba* num. pl. de homine; contra quàm *Caper*, & *Servius* docent, I. XLIII. 610.

Barbitus Horatio masc. Ovidio femininum, I. XXXII. 514.

Barbitus, & *barbitum*, I. XXXVI. 555.

Barâucus unde, 704.

Basterna unde, II. XXX. 824.

Battialis, I. XLIV. 631, 632. naturâ adjectivum num. plur. I. XLIV. 627.

Baudius, I. XLII. 597.

B B. pro *optimè*, II. XXXIII. 792.

Beneficiens, unde *beneficentissimus*, II. XXV. 799, 800.

Beneficentia. *ibid*.

Beneficissimus, à *beneficus*, II. XXV. 800.

Benevolentior, *malevolentior*; à *benevolens*, *malevolens*, II. XXV. 800.

Benevolentius apud Arnobium legas, I. XL. 581.

Berillus

Berillus gemmæ nomen masc. I. XXXII. 513.
Beroaldus Flori locum frustra immutavit, I. XII. 428.
Beiacenus, & malvacenus, an, & quatenus diminutiva sint, II. XXIX. 821.
Biber, pro *bibere*, antiquum & obsoletum, I. XXVI. 483.
Biles pluralem usurpat Plinius, I. XL. 581.
Biblos, sen byblos, femininum, I. XXXII. 511.
Bicorpor, & bicorporus. Hinc *bicorpora* plurali neutro, II. XIII. 738.
Bidens, ut *tridens*, pro instrum. rustico cur mascul. I. XXXIII. 520. pro ove fem. *κῆρ τριτοῦν*, *ibid.*
Biga, & quadriga, num. sing. mediæ ævi scriptoribus usurpantur, I. XLIII. 610, 611.
Bilicem, trilicem, septemplex, decemplex, falsè credi monoptota, I. XLVIII. 653.
Bimestre, pro *bimestri*, II. XI. 721.
Bipennis, annalis, trivemis, & quædam alia, naturâ suâ adjectiva, ablativo in I exeunt, II. XI. 720. quatenus verò substantivè accipiuntur, etiam in E, 720.
Blanditia, blandities, I. XXXV. 541. *Blanditia* num. sing. I. XLIII. 611.
Bobus, & bubus, contracta ex *bovibus*, II. XV. 551.
Boothnenses Turpili, II. XV. 753, 650.
Boethius defensus, II. XXXIII. 838.
Bombyx pro vermiculo masc. pro materia vestis bombycinæ, semper est femininum, I. XXXIV. 532.
Booti, pro *Bootis*, II. IX. 705.
Bos, cum non respicitur sexus, sæpius in feminino usurpatur, I. XV. 445.
Bos antiqua terminatio dativorum tertiz declinat. pro BVS, II. XV. 750.
Bovis, boveris, 552.
Bryaxis, II. IX. 704.
Bryseis Pacuvii, II. XXVIII. 815.
Bubilo, pro stabulo, & *bubilis*, pro pascuo, I. XXI. 465.
Bubo *κῆρ ἰδαίψιν* genere feminino Maroni usurpatum, I. XXII. 471, 472.
Buchananus notatus, I. XLVII. 650.
Bulla, de collo dependens loro, signum erat ingenuitatis; sed in pauperibus, II. XXI. 785, 786.
Bundus terminatio, II. XXXIII. 838.
Bura, buris, 497.
Bustar quid, ejusque etymon, I. XXV. 480.
Buxum pro ligno, & arbore, I. XIII. 434.

C.

C & C, ut differant in prænominibus, I. VII. 396.
Caecobus adjectivum neutrum substantivè usurpatum, I. XXVIII. 495.
Cadax, II. XXXIII. 838.
Caecilius, & caculus, denominativa à *cœcus*, II. XXI. 828. *Caecilia*, vel *caca*, serpens. *ibid.* & 829.
Caeste, pro *calesti*, II. XI. 721.
Cæsi an num. pl. prosa oratio admittat, dubitatum, I. XII. 592.
Calitem, & calite, num. sing. I. XLII. 597.
Calum, & calus, unde *cali*, I. XXXVII. 568. neutrum verò plurali caret, *ibid.*
Camensæ, pro *camensæ*, I. XXXV. 537.
Iul. Cæsar, & Ter. Varro de Analogia scribere, I. V. 390.
Cai, Mai, vocativi à *Caius, Maius*, trisyllabis, II. V. 681.
Calamistrus, & calamistrum, I. XXXVI. 555.
Calcanus, calcaneum, ibid.
Calcar unde dictum, II. XXX. 882.
Calcha, Palla, vocativi à Græcis in AS, II. X. 714.
Calchas, Calcha, & Calchanis, II. XX. 773.
Caligo, unde dicta, II. XXX. 824.
Callis mascul. Maroni, femininum Livio, I. XXIX. 497.
Calor olim neutrum, I. XXVII. 488.
Calpar vinum inferium, I. XLIII. 617.
Calpe ablativus ultimâ correptâ, à recto *Calpes*, hujus *Calpis*, II. III. 671.
Calx, pro *calcanes*, nunc masc. nunc femininum, I. XXXIV. 524. *Calx*, pro *calculo*, cujus generis, 525.
Calyx, pro rosa clausa, femin. I. XXXIV. 532.
Camelos, pro *camelo*, II. V. 678.
Camelus Latinis semper masculinum; at Græcis femininum est, I. XXXII. 514.
Canalis sæpius femininum, I. XXIX. 497. hinc diminutivum *canalicula, ibid.* *Canali* casu auferendi, II. XI. 723.
Cancelli semper plurale, I. XLII. 597.
Cancer, cancri, & canceris, II. XX. 774.
Cancer, pro morbo, clasticus masculinum, I. XXVI. 484.
Candelabri, pro *candelabra*, I. XXXVI. 548, 556, 566.
Canes, pro *canis*, I. XV. 445. *Canis* potius feminino, quando sermo est de animali hoc irato, *ibid.*

P P P P P

Cani

Cani tantum plurale, naturâ suâ adjectivum, I. XLII. 597.

Canicis, canicies, 540.

Cannabi, & cannabe, sexto casu, II. XI. 709, 723.

Cannabim, non cannabem, II. X. 709.

Capenais, pro Capenas, 551.

Caper correctus, I. XXIX. 496. item, I. XXVI. 483. II. XIII. 440. idem & Agroccius, frustra inter *arbor*, & *arbos*, distinguunt, I. XXX. 505.

Capillus, capillum, I. XXXVI. 555.

Cappadox, & Cappadocus, 565.

Capparis, & cappar, 550.

Caproi, pro capro, II. V. 678.

Capuli τυρω, II. XXXII. 834.

Capye, & Capy; Atye, & Aty; casu auferendi, II. XI. 716, XII. 736.

Carbasus in feminino usitatum, I. XXXI. 508.

Carbo Vlpiano femininum ad imitationem Græcorum, I. XXII. 472.

Carbunculus masc. 512.

Carcer masculinum, & ejus etymon, I. XXVI. 484. pro loco, in quo servantur noxii, etiam in plurali positum invenitur: item *carceres* unde erumpunt *quadrigæ*, in singulari, I. XXXIX. 476. & XLII. 597, 598.

Cardo olim femininum, 472.

Carissus dixit Mamertinus, I. XL. 581.

Carmentum, pro carmen, unde *Carmenta*, I. XXXVI. 547.

Carnes elixæ apud Poetas non solent apponi heroibus; sed hominibus tantum offeris & improbis, II. XVIII. 768.

Carnis, pro caro, I. XXXV. 545, 699.

Carrago munimentum ex carris, II. XXX. 824.

Carrivago unde dicta, II. XXX. 824.

Caruncula, 819.

Casews, caseum, I. XXXVI. 555.

Cassander, Cassandrus, 676.

Casse ablativus sing. I. XLII. 598.

Cassis, & cassida, I. XXIX. 497, 498.

Castanea etiam de arbore invenitur, I. XIV. 435, 438.

Castra, pro castrum, I. XXV. 537.

Castrum, & castra, quomodo differant, I. XLIV. 627.

Castrum Inui, id est, Panos civitas, *ibid.*

Castulo utroque genere invenitur, 422.

Cassus unde nominati, eorumque varix appellationes, I. XLV. 635, 636. Græcis tantum V, Latinis verò sex, 637.

Casus interrogandi pro genitivo, I. XLV. 636.

Latinis pro ablativo, *ibid.* Casus nomen an quoque nominativo conveniat, 638.

Casuum diversitas peti debet non à significationis, sed terminationis diversitate, I. XLV. 636.

Casus multi veteribus non usurpati ob inflexionis duritiem, I. XLVIII. 656.

Cathedraicum, II. XXXI. 830.

Catulli pleraque deperierunt, I. XXXI. 507. ejus locus illustratus, I. XLII. 600.

Caudex, & codex, ejusdem gen. I. XXXIV. 527.

Caupona, cuppa, copa, cupa, eadem significatione, II. XXI. 788.

Celox, navigii genus, Varroni fem. & ejus etymon, I. XXXIV. 531.

Cenchrus, pro serpente masc. pro ave femininum, I. XXXI. 498.

Celeris, & celere, II. XXI. 785. *Celerissimus. ibid.*

Census, censum, I. XXXVI. 556.

Cepa, & hoc cepe, I. XXXV. 535.

Cepitius, & cepitium, I. XXXVI. 556.

Cera plurali etiam declinatur, I. XXXVIII. 573.

Cerajus Ponti urbs, naturâ masculinum, I. XII. 429. Huic nomen à *cerasis*, non contrâ. *ibid.*

Ceratinus refellitur, II. VI. 684, 685.

Ceremonia num. sing. I. XLIII. 611.

Cervices non nisi plurali numero, pro collo & fastu, apud Tullium, eoque antiquiores.

Cervix, pro cervicis, primus in prosa oratione usus Hortensius, I. V. 392, 393, & I. XL. 581.

Cete neutrum plurale, & *ceti* à masculino *cetis*, I. XX. 466, 627.

Chalaxias nomen gemmæ mascul. I. XXVIII. 490.

Chaos, Chai, unde *Chao* ablativus apud Ovidium, I. XLVI. 642, & II. XII. 736.

Chalybs masc. gen. I. XXXIII. 520.

Charisius frustra negat *heres mea* dici, I. XV. 446, 447. idem leviter correctus, II. III. 668.

iterum emendatus, II. XII. 734. male damnat *tapetas*, II. XVI. 757. aliter, quam à Ios. Scalligero, acceptus, II. XXI. 820. *admirum* in ep̄t̄ *επιμυρολογίζ*, II. XXXI. 830. discrimen, quod statuit inter ablativos E, & I, rejicitur, II. XII. 725.

Charta, & concha, olim masculina quoque, I. XVII. 455.

Charta Socratici apud Lucillum, vel *chari*, I. XIX. 460.

Charybdin, & usitatius Charybdim, II. X. 711.

Che-

- Cherubim*, & *Seraphim*, generis neutrius, I. x. 409.
- Cherubeim*, & *Cherubim*; *Serapheim*, & *Seraphim*, pluralia, I. xxiv. 477.
- Chirographus* substantivè Latinum non est, I. xxxvi. 556.
- Chlamys*, & *chlamyda*, 542.
- Chorales*, 540.
- Chrysipus ἀναδοχίας* oppugnavit, I. v. 389.
- Chrysopterus* potius femininum, I. xxxii. 513.
- Chrysolithus*, femininum Plinio; masc. Prudentio, I. xxxii. 513.
- Cibaria* substantivè acceptum plurale tantum: sed & adjectivè sumptum singulariter usurpat, I. xliiv. 627.
- Cibus* olim etiam quartæ, II. xx. 775.
- Cicatricum*, 742.
- Cicer* neutrum, I. xxvi. 486.
- Ciceronis lectio vetus contra Cluverium defensa, 412.
- Cilix*, & *Cilicus*, 565.
- Cim* pagi nomen, neutrum, I. xxiv. 477.
- Cimex* tutius in masculo usurpari, I. xxxiv. 527.
- Cinere*, pro cinere, dixit Iov. Pontanus; sed sine veterum auctoritate, 735.
- Cingula*, & *cingulum*, 556.
- Cingulus*, *cingulum*, unde deminutiva *cingillus*, & *cingillum*, I. xxxvi. 556. item *cingula* gen. fem. *ibid.*
- Cinis* nunc masc. nunc fem. genere usurpatum reperitur, I. xxxi. 498.
- Circensis* de etymo ridiculè Servius, I. xxxi. 828.
- Cis*, II. xv. 802.
- Citer*, unde *citerior*, *ibid.*
- Citrage*, II. xxx. 824.
- Citrimus*, è *citerrimus*, II. xv. 802, 803.
- Civis* utriusque generis, I. xv. 446.
- Civitatium*, & *civitatum*, II. xiv. 744.
- Civis*, & *civis*, II. xii. 731.
- Cladium*, *cadium*, pro *cladium*, *cadium*, II. xiv. 743.
- Classi*, pro *classe*, II. xii. 731.
- Claudiani primum poema Latinum, I. xliiii. 619.
- Claustrius* quid, & unde dicatur, II. xxxi. 830.
- Clavem*, & *clavim*, II. x. 710.
- Clave*, & *clavi*, II. xii. 729.
- Clavus* multiplici significatione in plurali usurpatum invenitur, I. xxxix. 576.
- Cledonii lapsus in modulo vocis *totus*, I. ii. 380.
- Clemasi* malè pro *Clemaside*, II. ix. 704.
- Cliens* masculinum, cuius femininum *cliensa*, I. xv. 441.
- Cliellaria* nomen Comediarum Plauti, II. x. 709.
- Clivus*, *clivum*, I. xxxvi. 557.
- Cloaca ἵστυον*, II. xxxii. 831.
- Clunis* alius gen. masc. alius femin. I. xxxix. 498.
- Clypeus*, & *clypeum*, I. xxxvi. 557.
- Coccyx* gen. masc. I. xxxiv. 532.
- Cochlear*, & *cochlearium*, 543.
- Caelus*, & *caelum*, 157.
- Cognomen* est nomen familiaris, I. vii. 398. quod etiam feminis additum legitur, *ibid.*
- Cognominis*, & *agnominis*, discrimen, contra Linacrum & Verderium, I. vii. 399. *Cognominis* in ablativo *cognominis*, II. xi. 719.
- Cohortium*, *parentium*, *serpentium*, *bidentium*, à *cohors*, *parens*, *serpens*, *bidens*, II. xiv. 741. 742.
- Coliculus* in brassicis, vitibus, & picturis, I. xxix. 499.
- Colis*, ut *caulis*, masculinum, *ibid.*
- Colocasia*, *colocasium*, 537.
- Colones*, pro *coloni*, 688.
- Colossus* tantum masculinum, I. xxxii. 514.
- Collis*, pro *colle*, II. xii. 731.
- Collus*, *collum*, I. xxxvi. 557.
- Coluber*, *colubra*, II. xxi. 787.
- Colus*, pro *color*; *dolus*, pro *dolor*, I. xxx. 505.
- Colus*, pro ἡλαργύη etiam in masculino invenitur, I. xxxi. 508. *Colus*, *coli*, & *colus*, II. xx. 775.
- Cometa* cur virile, 459.
- Comparatio non omni accidit nomini, sed adjectivo tantum, I. viii. 403. non est solius nominis affectio, & quibus vocibus accidat, II. xii. 788, 789.
- Comparativi in OR, & VS, per E, & I formant ablativum, II. xii. 727, 728. Apud antiquos in OR quoque neutrius generis erant, *ibid.* & II. xxi. 784. Comparativi, & superlativi definitio vulgaris rejecta, & melior allata, II. xiii. 790. Comparativus interdum minus significat, quam positivus, II. xiii. 792. quandoque ponitur pro positivo, 793. Est & cum plus significet superlativo, *ibid.* Comparativi, & superlativi, ex superlativis orti, II. xxvi. 806. adjectivorum exeuntium in IS, vel VS purum, xxvii. 807. à Plauto novè ficti, xxvii. 810.

P p p p p 2

Comes

- Comes* nomen communis generis, I. xv. 446.
- Cometa*, qui sæpius *cometes*, & *Planeta*, cur masculina. I. xix. 459. *sidus cometes* per appositionem dictum, *ibid.*
- Comitia*, pro conventu populi, plurale tantum: *comitiuum*, pro loco, num. sing. I. xliv. 627.
- Communis generis multa statui Grammaticis, quæ non constructione, sed significatione tantum, sint communia, I. xv. 439. utriusque generis exempla, tum quæ significatione solâ, tum quæ & constructione communia sunt, congenerantur, 440, 441, &c. Communis generis nomen non est iudicandum ex genere substantivi, cui adiungitur (duo siquidem substantiva diversi generis per appositionem jungi possunt,) sed ex genere adjectivi cum quo constructur, I. xv. 441, 442. Communis generis nomina quædam verè substantiva, quædam verius adjectiva; quædam item utroque genere usitata, quædam feminino inusitata, I. xv. 469.
- Compede*, ablativus sing. I. xliii. 611.
- Compitus*, *compisum*, I. xxxvi. 575.
- Componi nomina cum quibusvis orationis partibus, præterquam cum conjunctione, & interjectione, II. xxxiv. 842, 843. Composita ex quatuor vocibus, II. xxxiv. 842.
- Compositis*, *impositis*, genitivi à rectis *compositis*, *impositis*, II. viii. 699.
- Conclave*, & *conclaviuum*, II. xiv. 749.
- Conclavium*, pro *conclaviuum*, II. xiv. 749.
- Conditio*, unde dicta, I. xlviii. 653.
- Confessor*, II. xxvii. 810.
- Conjunctionis definitio vulgaris rejecta, I. II. 378. vera proposita, & explicata, III. xiv. 384.
- Consortio*, *consortium*, 543.
- Convivio*, quæ aliter *Conjunctio*, I. I. 372.
- Conjuga* à recto *conjux*: & eius etymon, II. viii. 699.
- Conseruabius*, II. iv. 673.
- Contagiones* Cicero dixit num. plur. I. xl. 581.
- Convivus* adjectivo feminino junctum reperitur, I. xv. 443.
- Copia* num. sing. pro *exercitium*, I. xliii. 611.
- Cor* apud Ennium metonymicè pro sapientia, I. xxvii. 489.
- Corbis* sæpius femininum, I. xxix. 499. unde diminutivum *corbula*, *ibid.*
- Coriæ*, *Coriæ* saltationis genus, Græcis masc. I. xxxv. 525. Trochæus quoque cur sic vocetur, *ibid.*
- Coriolus* singulari numero pro *Corioli*, nomen opidi, masculinum, I. xli. 428.
- Coriambus* an virili genere dicatur Vellejo, & Propertio, *ibid.*
- Corius*, *corium*, I. xxxvi. 557.
- Coronides*, II. xxviii. 812.
- Cornus*, *corni*, & *cornum*, II. xx. 775.
- Cornu*, *cornus*, & *cornium*, II. xviii. 760.
- Cortex* utriusque generis, I. xxxiv. 527.
- Corymbus* semper masc. I. xxxii. 514, 515.
- Cossis*, sive *coffus*, gen. masc. I. xxix. 499.
- Coffus* Græcis masculinum, Latinis semper femininum, I. xxxii. 512. *Coffus*, *coffum*, I. xxxvi. 557.
- Crepac*, II. xxxiii. 837.
- Cræte* non est *ἡγεμόνων*, I. xvii. 448.
- Cræta*, 539.
- Crates*, Chryssipi exemplo, oppugnavit *ἀναλογίαν*, & quando vixerit, I. v. 389.
- Crætin* num. sing. Plaurus dixit à *crætis*, unde *crætacula*, I. xliii. 612.
- Crinis* olim fem. Maroni, & aliis mascul. I. xxix. 499.
- Crocus*, *crocum*, I. xxxvi. 557, & 566. rectè dici *crocus*, tameris Servius tantum *crocum* dici putet, 508. *Croci* plurale, à *crocus*, I. xli. 592.
- Crucior* etiam num. plur. I. xxxix. 577.
- Crus*, *crurum*, II. xiv. 747.
- Crucæ* olim masc. quo genere nunc obsoletum, I. xxxiv. 532. *Crux*, *crucium*, apud Tertullianum, II. xiv. 745.
- Crypsallus* pro gemma Latinis fem. Græcis etiam masculinum, I. xxxii. 513.
- Cubitus*, *cubitum*, I. xxxvi. 557.
- Cucumim*, non *cucumem*, II. x. 709, 710.
- Cucumis* apud classicos, non *cucumer*, gen. masc. genitivo *cucumis*, non *cucumeris*, I. xxvi. 486, 499.
- Cucumodi*, pro *cucumodi*, & *cucumimodi*, pro *cucumifodi*, sive *cucumifodimque*, I. xlvii. 645.
- Culeus*, *culeum*, I. xxxvi. 558.
- Culex* an Plauto femininum, I. xxxiv. 527.
- Culpæ* num. plur. I. xl. 581.
- Cummim*, seu *gummim*, II. ix. 210.
- Curæx*, *crepac*, *cadæx*, verbalia minus obvia, à *curro*, *crepo*, *cado*, II. xxxiii. 837, 838.
- Curlago*, II. xxx. 824.
- Cursido* Poëtis quandoque masculinum, oratoribus perpetuo femininum, I. xii. 471.
- Cupressus* Ennio masculinum, Virgilio femininum, I. xiii. 434.
- Curvum*, pro *curvum*, II. xviii. 766.
- Custodie*, pro *custodibus*, I. x. 410.

Custos

Custos generis communis, I. xv. 446.
Cutem, & *cutim*, II. x. 710. *Cutes* num. plu-
 rali, I. xl. 581.
Cyma, *Cyma*, I. xx. 774.
Cyrbifus Græcis, & Latinis masc. I. xxxii. 511.

D.

D *Ama*, & *salpa*, Virgilio $\chi\tau\mu\alpha\pi\lambda\alpha\sigma\epsilon\mu\upsilon\nu$
 masculina, I. xix. 452.

Damma, pro *dama*, *ibid.*

Dammus, ex *dammatus*, $\chi\tau\sigma\upsilon\kappa\eta\sigma\pi\lambda\omega$, mono-
 ptocon falsò creditum Grammaticis, I. xlvi. 648.

Dape, 612.

Dapas, & *epulas*, malè distinguunt Gramma-
 tici, I. xxxvii. 568, 569.

Daphnus nomen opidi, masculinum, I. xii. 429.

Dapis, *dapi*, *dapem*, *dape*, à *daps*, I. xlvi. 647. *Daps*, *dapis*, antiquis num. sing. I. xliii. 612.

Dared, & *Dareta*, à *Dares*, II. iii. 664.

Dativi omnes veteribus Latinis in I desine-
 bant, itidem ut Græcis, I. iii. 667. quibus is
 casus idem, ac ablativus, I. xlv. 636. Dativus
 pluralis in A B V S, in sex substantivis, & duo-
 bus adjectivis. In horum tamen plerisque etiam
 I S optimi scriptores usurpant, II. iv. 673.
 Dativus in O Latini antiquis apponebant I,
 more Græco, II. v. 678. Dativos quartæ etiam
 apud oratores ac historicos desinere in V: con-
 trà quàm scriptum Prisciano, II. xviii. 765.
 Dativi quinctæ in E, I, vel E S, pro E I, II.
 xix. 771.

Daucia vocativus nominis proprii à recto
Daucia, pro *Daucias*, II. ii. 662.

Dauquus, 652.

Deabus, 674.

Debi, pro *debilis*, Ennio, I. xxxvi. 546.

Decembris, pro *decembres*, II. xvi. 756.

Decima, & *decima*, pro eodem, I. xliii. 612.

Declinatio unde dicta, & variz ejus divisio-
 nes, II. I. 658. ordo operis de varia nominum
 declinatione, 659. Declinatio alia directa, alia
 transversa, I. viii. 403. Declinationum discrim-
 men malè peti ex sola genitivi, aut ablativi ter-
 minatione: ac Varronis super hoc sententia re-
 fellitur, II. I. 659. Declinatio in casus & nu-
 meros Latinis quintuplex, Græcis triplex, *ibid.*
 Declinatio in vocibus Græcis, ex O S, B O S,

T O S, apud Latinos interdum mutatur in fe-
 cundam, II. xii. 736. Declinatio transversa
 dividitur in motionem & comparisonem, II.
 xxi. 784. vide cætera in *Motio*, & *Comparatio*.

Declinata ex altera solùm parte, 794.

Decomposita quæ vulgò vocant, non consti-
 tuunt figuram tertiam, sed sub compositis com-
 prehenduntur, I. iv. 385.

Decor olim neutrum, I. xviii. 488.

Deo, pro *deus*, apud scriptores Ecclesiasticos;
 II. v. 680.

Defensor mulier Vlpiano, I. xviii. 487.

Defruta, 573, 574.

Degenero, & *degeneri*, II. xii. 726.

Dei, pro *dii*, 685.

Deis, pro *diiis*, *ibid.*

Delicium, & *delicia*, unde accusativus *delicias*,
 I. xxxvii. 558. rectus quoque *delicias*, *ibid.* &
 613.

Delphin potiùs, quàm *delphis*, I. xlix. 499.

Delutrum unde dictum, II. xxx. 629.

Denominativorum plurimorum terminatio-
 nes, & origines, II. xxx. 822. Denominativa
 in *icius*, pro quo vulgò *itius*, II. xxxi. 828.

Derivata à nominibus, II. xviii. 811, 812.
 à verbis, xxxii. 831, 832.

Desidiabulum, II. xxxiii. 832.

Desidia, *desidies*, I. xxxv. 542.

Despauterii laus, I. xix. 458.

Despoliabulum, II. xxxii. 832.

Deterior, *deteriorimus*, ab antiquo *deter*, II.
 xv. 800.

Deus Virgilio feminino genere usurpatum
 imitatione Græcorum, quibus $\Theta\epsilon\acute{o}s$ utriusque
 est generis, I. xi. 418.

Dexo, pro *Dexon*, 544.

Dextimus, & *sinistimus*, positivi, II. xv. 805.

Diadema, *diadema*, II. xx. 772.

Dialepsis eadem ac *diarexis*, II. iv. 671.

Diameter, seu potiùs *diametros*, femininum;
 I. xxx. 505.

Dianna, pro *Diana*, 666.

Diaria semper in plurali, cum de cibo plu-
 rium dierum agitur, I. xlv. 628.

Dica, & *dicam*, *dicas*, diptoton, I. xlviii. 651.

Dicis monoptoton genitivi casus, I. xlvii. 644.

Dicio quid propriè Latinis significet, I. I. 370.
Dido, & *Didonem*, accusativi Græci, pro *Dido-
 nem*, II. x. 713.

Didus, & *Didonis*; *Calypsus*, & *Calypsonis*, II.
 ix. 707.

Die, pro *dies*, II. XIX. 770.
Diepristini, *diecraftini*, *diequarti*, *diequinti*,
 pro *die pristino*, *die craftino*, *die quarto*, atque ita
 in aliis, II. v. 683.
Dies sing. numero pro spatio xxiv horarum,
 etiam in feminino: plurales quoque in masculi-
 no reperitur, contra vulgares Grammaticorum
 regulas, I. xxviii. 495.
Dies, pro *dies*, II. XIX. 769.
Diespiris, 782.
Dius, vel *deis*, pro *deabus*, II. IV. 673.
Dii, pro *dei*, ex *divi*, II. VI. 685.
Dii, pro *dies*, II. XIX. 770.
 Diminutio interdum geminatur addito no-
 mine *parvus*, vel simili, II. xxix. 822.
 Diminutiva an semper sequantur genus pri-
 migenii, II. xxix. 819. diminutiva diminuti-
 vorum, 821.
 Diminutivi formam habentia, quæ diminu-
 tiva verè non sunt, II. xxix. 819.
 Diminutivorum terminationes, II. xxix.
 §17.
 1. *Dioecesium*, II. XIV. 742.
Dionysias, geminæ nomen, femininum, I.
 xxviii. 490.
Diphthongus adjectivum fem. *ὑψηλὸν ἰσχυροῦσαν*,
 I. xxii. 517.
Ditionis, *ditioni*, *ditionem*, *ditione*, sine nomi-
 nat. sing. I. xlvi. 653. Erymon ejus, & *duio*,
 an *dicio*, sit scribendum, *Ibid.* & I. xxii. 469.
Diitor, ex *divitor*, II. xxv. 804.
Diis, pro *Dis*, 701.
Divabus, 674.
Dives, *divitior*, II. xxvi. 806.
Divinus foret à *dives*, si vulgatis credendum
 Prisciani codd. II. xxxi. 829.
Divite, & *diviti*, II. xii. 726.
Domi, *militia*, *belli*, perpetam adverbis accen-
 sentur, I. ii. 381.
Dogma, *schemata*, *fyрма*, & similia Græca in
 M A, olim erant primæ, II. xx. 774.
Dogmam, *ibid.* & II. xv. 752.
Domi, *focique*, genitivi adverbialiter positi,
 II. xvii. 763.
Domicilium unde, II. xxx. 823.
Domicula, an *domuncula*, dicendum, II. xxix.
 818.
Domos casu patrio, pro *domus*, 763.
Domus, pro *domus*, II. xvii. 763.
Domus, *domus*, & *domi*, II. xx. 776.
Dona *tertia* apud Martialem quid significant,
 II. iii. 666.
Donarium pro loco integrum, *donaria* pro

donis num. plural. tantum, I. xlii. 628.
Donaticus, II. xxxiii. 837.
Donatus super Maronis loco refellitur, I.
 xxxiii. 523.
Dorsus, *dorsum*, I. xxxvi. 558.
Doræ Græcis femin. Gratio masc. I. xxxiv.
 525.
Drance vocativus à *Drances*, *Drancis*, II. iii.
 664.
Dropax, unguenti genus, masc. I. xxxiv. 526.
Dryasin, & *Hamadryasin*, pro *Dryadibus*, &
Hamadryadibus, II. xv. 753.
 Dualem numerum ut Hebraei, ita & Græci
 rectè recipiunt: est aliter censuit Iulius Scali-
 ger, I. iv. 386. Latini contra, *Æoles* secuti,
 ut superfluum, excludunt, quod non satis atten-
 dit Donatus, *ibid.* & 387.
 Dubium genus quod vocant specie non dif-
 fert à communi, I. xvii. 454.
Dulcis, pro *dulces*, II. xvi. 755.
Duo, & *ambo*, pro *duos*, & *ambos*, II. vi. 688.
duo etiam pro *duas*, & genitivo *duorum*, 689.
Duplices, & *duplici*, II. xii. 724.
Durius, pro *duriusculis*, II. xxiii. 793.
Dux utroque genere usurpatur, I. xv. 466.

E.

E nominativi terminatio concurrens in eo-
 dem nomine cum terminatione L, M, R,
 S: I. xxxv. 542.
 E Græcorum in nominibus primæ crebrè à
 Latinis in A convertitur, II. ii. 663. in quibus
 autem retinetur, in iis etiam declinatio Græca
 servatur, *ibid.*
Eabus, II. iv. 674.
Eccum, *ellum*, *eccissum*, & similia, non esse ad-
 verbia, I. ii. 382.
Effigia, *effigies*; I. xxxv. 541.
Egregius pro *egregius*, *egregiissimus*, II. xvii.
 808.
Eis terminatio patronymicorum feminino-
 rum, II. xviii. 814.
Εκκλησις seu *Evocatio* Grammaticis quid, I.
 iv. 387.
Electrum, pro succino, & metallo, numero
 plurali usurpatum invenitur, I. xxxviii. 571,
 572.
Elephantus gravida, *ἡ ἐσθραση* dictum, I.
 xvi. 453.
Eleutheria à *Liberalibus* diversa, I. xlii. 601.
Emblematis, pro *emblematicibus*, II. xv. 752.
Emplastrus, & *emplastrum*, 525.

EN terminatio nominativi ex *ensum*, I. xxxvi. 547, 548.
Enchiridium militis Christiani cur libello suo nomen fecerit Erasimus, I. xxii. 468.
 Ennius Oſcorum imitator, I. xxxvi. 546.
 Ejus locus numeris reſtitutus, I. xl. 617. & II. iv. 673. verus lectio deſenſa, I. xxxvi. 547.
 Eos fem. in pro *dea*, & pro *die*, I. xxx. 505.
Exingivo genus cur dictum, 450. malè à Diomedè, ac Donato, vertitur *subcommune*. *Ibid.*
 Epicœni generis nomina quæ, I. xvi. 449. an temere id genus à Grammaticis inventum, 452. pureque & integrè dici *pavo mæ*, *pavo femina*. *Ibid.*
Epidaurus, utroque genere, & *Epidauron* neutro, 423.
Epirotes, 540.
Epitome, *Penelope*, ſimiliâque, declinantur Latinis more Græcorum, II. II. 663.
Epos, I. xxx. 506.
Epulum, & *epula*, unde *epula* in numero plurali, I. xxxvii. 568, 569.
Equis, pro *equabus*, II. iv. 673.
 ER, & VS, terminationes in ſecundâ, factæ ex Græca OS, II. v. 675.
Eremus adjectivum fem. *ἠρημία*, I. xxxii. 517.
Erimys accusativus contractus ex *Erimyēs*, ſive *Erimyas*, II. xvi. 758.
Ervilla, II. xxix. 819.
 ES, & IS, terminationes accusativi tertiæ, in quibus vocibus locum habeant, II. xvi. 754.
 ES, EIS, an IS, in accusativo eſſent dicturi, aurium judicio æſtimabant, II. xvi. 756.
 ES finita quædam primæ & tertiæ ſunt declinationis, II. III. 668.
 ES primæ Græca, ac masculina ſunt, I. xxviii. 491. aut *ἠρημία*, vel *ἠρημίων*, nunc masculina, nunc feminina, *ibid.*
Esox piſcis, pro quo Had. Junius *exos* apud Plinium, I. xxxiv. 531. generis incerti, *ibid.*
Eſſeda, & *Eſſedum*, 537.
Eſt loquens; pro *loquitur*, apud Cic. more Græco, I. I. 373.
Eteſia venti nomen masculinum, I. x. 410, & I. XIX. 461.
 Etymologiam malè vulgo appellari, quæ *Analogia* dicenda eſſet, I. I. 369.
Euander, & *Euandrus*, II. v. 675. *Euandre*, 682.
Evas, *Evantis*, & *evans*, *evantis*, 700.
Eventum, pro *eventus*, unde *eventus*, I. xxxvii. 567.

Eugraphii lapſus de *amabo*, I. II. 382.
 EVM, pro ERVM, terminatio nominum quinctæ in genitivo plurali, 772.
Eumenis num. ſing. I. xl. 613.
Euphrates, *Euphrata*, & *Euphratis*, II. xx. 772, 773.
Europe, 663.
 Eus Græcis finita apud Latinos ſecundæ ſunt declinationis, II. vii. 694.
Exemplarium, pro *exemplare*, vel *exemplar*, I. xxxv. 543. II. xiv. 749.
Exemplum unde dicitur, II. xxii. 836.
Exercitus quomodo plurali, cùm plurimos contineat, I. xxxviii. 570.
Exiguus, *exiguiffima*, II. xxvii. 808.
Exos, *compos*, *impos*, *prapos*, adjectiva, I. xx. 506.
Exter, & *exterus*, unde *exterior*, II. xxv. 802. 549.
Extispicum, pro *extispicum*, genitivo plurali, II. xiv. 747, 748.
Extremior, *extremiffimus*, II. xxvi. 806.

F.

FF, valet *fortiffimi*, II. xxiii. 792. item *ſeliffimi*, *ibid.*
Faba nomen Mimi, apud Tullium, II. vi. 640.
Fabaginus, II. xxxi. 828.
Faba, *frumenta*, *fraga*, *lupini*, pl. num. Virgilio uſurpata, I. xxxviii. 573.
Faber, *Mulciber*, *tuber*, unde veniant, II. xi. 722.
Fabula quaſi diminutivum, ac ejus crymon, II. xxix. 819.
Faces, pro *fax*, 552.
Facetia num. ſing. I. xl. 613.
Facis, pro *faciei*, II. xx. 771.
Facierum, II. xix. 772.
Facul, & *difficul*, pro *facile*, & *difficile*, I. xxxvi. 546.
Facultatum, 744.
Fagus, *fagi*, & *fagus*, II. xx. 776.
Fala, pro turribus ligneis, plurali uſurpatur, I. xl. 613.
Fallacia, *fallacies*, 448.
Famas Salluſtius dixit num. plur. I. xl. 582.
Fames, an ſemper ſingulari, *ibid.*
 Familiz nomen non ſemper gentilitio poſtponi, I. vii. 398.
Familias, in compositis pro *familia*, II. III. 665.

Fami-

Familiaricus, II. XXXI. 830.
Famul, pro *famulus*, I. XXXVI. 547.
Far cur faciat *farris*, 699.
Fas, & *nefas*, aptota, tribus summum casibus inveniuntur, I. XLVI. 641. videntur olim habuisse pluralem, I. XLI. 593.
Fascem dixit Cicero de imperii insignibus, I. XLII. 598, I. XLIII. 614.
Fascina, II. VI. 685.
Faselus nunc masc. nunc fem. genere usurpatum reperitur, I. XXXI. 508.
Fastus, *fasti*, & *fastus*, II. XX. 776.
Fauce ablativus sing. I. XLIII. 614.
Faux, *faucium*, II. XIV. 745.
Febre, & *febris*, II. XII. 729.
Feles, seu *felles*, pro *felis* femin. I. XXXVI. 551.
Femina, & *mulier*, quomodo differant, I. IX. 406, 407.
Femina, *femine*, *femina*, 647.
Femur, *femorice*, & *feminis*, I. XLVII. 647.
Feria fem. singulari: *feria* neut. plur. I. XLIII. 614.
Festorum nomina, ut *Bacchanalia*, *Agonalia*, *Vinalia*, similiaque, quippe naturam suam adjectiva, ex sese singularem habent, I. XLIV. 634. genitivum formant per *orum* & *ium*, & unde hæc varietas, II. XIV. 748, 749.
Fibra *τρούρα*, II. XXXII. 832.
Ficus pro morbo tuitus usurpatur in masculino: pro fructu in feminino, idque tum in secunda, tum in quarta declinatione, I. XIV. 436, 437.
Fide, pro *fidei*, II. XIX. 771.
Fidena sing. & *Fidena* pluraliter, 625.
Fides, pro *fidelicatus*; *fidis*, pro *chorda*, I. XXVIII. 493.
Fides, pro instrumento Musico etiam num. sing. reperitur, unde diminutivum *fidicula*, I. XLIII. 614.
Fidicula, pro tormenti genere, semper est plurale, I. XLIII. 614.
Fidustus, II. XXXI. 831.
Figura vocum duplex, simplex, & composita: quibus male additur decomposita, I. IV. 385.
Fili torti apud Lucanum non plurali recto, sed genitivo sing. dicitur, I. XXXVI. 558.
Fili *ἄναγρῶ* factum ex *filie*, II. V. 680.
Filiis, pro *filibus*, II. IV. 673.
Filius, 558.
Fimus passum masc. Appulejo fem. I. XXXI. 508, 577. *Fimus*, *firmum*, I. XXXVI. 558.
Fine, & *fini*, sed prius vulgatus, II. XII. 731.

Finis, an sit verbale à *finio*, I. XXIX. 500. utroque genere usurpatum legitur, *ibid*.
Fines, pro limitibus agrorum, regionis, imperii, vix aliter quam in plurali, I. XLII. 598.
Flamen, *flaminea*, II. XXI. 787.
Flethibula, II. XXXII. 832.
Flustrum, II. XXXII. 836.
Fluviurum nomina ejus sunt generis, quod terminatione indicatur, I. X. 410, 411. Quæ si feminina, aut neutra, fuerint terminatione, ac nihilominus in masculino usurpentur; id per *ῥοιῖος*, sive *synthesin* fit, quia subauditur *fluvius*, *ibid*. Fluviurum nomina tertie in IS exuentia accusativo per IM esseruntur, II. X. 712.
Fluvius natura sua adjectivum, II. XXXIII. 840.
Foci, pro sedibus patriis, plurale, I. XLII. 598.
Focina in plur. usus est Appulejus, I. XXXVIII. 572.
Fœmificia, *fœmificium*, 537.
Forceps tantum feminino genere invenitur, I. XVII. 455.
Forceps, *maniceps*, *municeps*, *princeps*, unde dicitur, II. XIV. 742.
Forfex, an *forfic*, dixerint veteres, I. XXXIV. 528, 529.
Foris, *forem*, *fore*, num. sing. pro ostio, I. XLIII. 614. *Foris*, *forium*, & per syncopen *forium*, II. XIV. 745.
Formicinus, *hirundinus*, penultimam productam, II. XXXI. 829.
Formido unde dicta, II. XXX. 823.
Fornacium, & *fornacium*, II. XIV. 745.
Fornax femin. I. XXXIV. 529.
Fornix, pro *camera*, & *lupanari*, masc. *ibid*.
Fors, *forti*, *forem*, *forte*, I. XLVIII. 652.
Fortè, *fortunam*, *casu*, male ad verbis annumerata, I. II. 381.
Forus, *forum*, I. XXXVI. 558. *Forus* num. sing. pro *forti*, I. XLII. 598.
Franciscus Sanctus Brocenus de Plauti loco refellit, I. XXXIV. 527.
Fraga cur semper plurali num. usurpata legantur, I. XLIV. 628.
Fragilis unde, I. V. 392.
Fragmentum contractum ex *fragimentum*, II. XXXII. 835.
Fvens, sine singulari, I. XLII. 598.
Fress, pro *freso*, 558.
Fretus, *fretum*, I. XXXVI. 558. & in Arnobii verbis, II. XVII. 761.
Fris neutrum aptoton, I. XXXIV. 534.

Frons

Frons nominativus *Ἐσφυγνάλω* factus ex *frondis*, I. XLVIII. 654. *Frons* sive arboris folium, sive *μίστρον* signet, semper femin. gen. Olim scriptio hæc distinguebat, ut pro foliis *frundes*, & *frundibus*, scriberent; imò in sing. erat *frus*, & *fros*, I. XXXIII. 520, 521.

Fronto refellitur, I. XXXV. 541. Falsus de discrimine inter *imus*, & *infimus*, II. XXV. 804.

Frucli, *ornai*, *adveni*, *senati*, & similes genitivi, II. XVII. 761, 762.

Fructus, pro *fructus*, II. XVII. 763.

Fructu, *impetu*, *vestitu*, *exercitu*, &c. pro *fructu*, *impetu*, *vestitu*, *exercitu*, more *Æolum* I nativo reciso, II. XVIII. 764.

Frustrum nomina, pro diversa terminatione, genus quoque habent diversum, I. XIV. 435.

Fruget cur singulari careat, I. XLIII. 615. *Fruget* latius patere, quàm *frumenta*, *ibid.* *Frugetis*, *frugi frugem*, *fruge*, tetraproton ab antiquo nominativo *frux*, gen. fem. I. XLVI. 640, 641.

Frumenta, 572.

Frustrum unde dicatur, II. XXXII. 836.

Fugas Tacitus dixit num. plur. I. XL. 582. idque & aliis in usu esse, contra quàm censent Grammatici, 182.

Fuligo unde, II. XXX. 825.

Fulix, *fulica*, 542.

Fulmensa, pro *fulmentum*, I. XXXV. 537.

Furni, & *furnis*, plurale à *furnus*, I. XXXIX. 577.

Fundamen, & *fundamentum*, II. XXXII. 835.

Funis antiquis etiam femininum, I. XXIX. 500.

Fur tantùm masculinum, I. XV. 441.

Furfur, & plurali *furfures*, I. XXVII. 489. *Furfures* pro capitis vitio plurali tantum: at *furfur* etiam sing. num. pro farinæ purgamento, I. XLII. 599. *Furfuri*, pro *furfure*, II. XII. 731, 732.

Fustis, pro *fusto*, II. XII. 732.

G.

G*Adir*, nomen opidi Punicum, unde dictum, I. XII. 425. propriè ratione habitæ terminationis neutrum; per synthesin feminino jungitur, 425.

Galbulus, seu *galgulus*, nomen fructus, I. XIV. 436.

Ganges, *Ganga*, & *Gangis*, II. XX. 773.

Gana, pro *ganem*, I. XXXV. 537.

Garamas num. sing. I. XLII. 599.

Gargara, num. plur. vel *Gargarum*, Idæ pro-motorium, non *Gargarus*, I. XXXVII. 567.

Gausapa, *gausapum*, & hoc *Gausape*, unde ab-

latus *gausape*, pro *gausapi*, I. XXXV. 536. & II. XI. 718. *Gausapa* neutrum plurale, à recto *Gausape*, I. XXXV. 536. & II. XIII. 737.

Gaza apud Tullium, Livium, & ejus temporis scriptores, semper singulare: at mediæ ævi scriptores etiam plurali uruntur, I. XL. 582.

Gellii, sive potius Agellii locus expensus, I. XXVI. 485. Ab eo malè intellectum Ennii locum, I. XXVI. 489. Idem correctus, I. XLII. ad oram p. 608.

Gelo auferendi casu, pro *gelu*, II. XVIII. 765.

Gelu, *gelum*, & *gelus*, II. XVII. 759, 762. *Gelus* olim pro *gelu*, I. XXXV. 545.

Geminus num. sing. de uno fratre, I. XLII. 599.

Genmarum nomina cur genus variant, 513, 514.

Gena num. sing. I. XLIII. 615.

Generibus, pro *generis*, 687, 688.

Generis, quatenus ex terminatione cognoscitur, doctrina specialis ubi sit tradenda, I. XIX. 457. Generis neutri sunt nomina indeclinabilia, I. XIX. 458. cur duplex genus Hebræis, 407.

Geni, vocandi casu, II. V. 681.

Genitale, pro *genitalibus*, I. XLIV. 629.

Genitivus ex I V S, & I V M, nunc duplici nunc simplici I, II. V. 657. à Græcis in I S, nunc est I O S, nunc E O S, 704. Genitivi primæ per A I, dativi per Æ, quibusdam scripti discriminis causâ, I. III. 666, 667. Genitivi quocunque habent quadruplicem terminationem E I, I I, E S, & E, II. XIX. 768, 769, & seq. Genitivus pluralis secundæ quando syncope gaudeat, II. VI. 685, 686.

Genus in plurali etiam invenitur, I. XXXIX. 577.

Gens, & *familia*; item *gentiles*, & *agnati*, quomodo differant, I. VII. 397, 398. *Gens* Ælia quinque habuit familias, I. VII. 398. *Gens* Ælia, Antonia, Nautia, Æmilia, Pomponia, unde dictæ, *ibid.*

Gentilium variz terminationes, II. XXIX. 815.

Genus, & *genus*, II. XVII. 759.

Genubus, & *genibus*, II. XVIII. 767.

Genus Grammaticis quid signet, I. IX. 405. propriè magis substantivis accidit, quam adjectivis, 405. Naturæ, an ex instituto, insit nominibus, *ibid.* & 406. quotuplex, & variz specierum ejus appellationes, 406. Genus diversum eidem rei tribuitur, tum in eadem lingua, tum in diversis, I. IX. *ibid.* bifariam cognoscitur, significacione & terminatione, I. X. 408.

Q q q q

olim

olim in multis indifcretum, quæ nunc uno tantum genere usurpantur, I. XVII. 455. è declinatione non minus, quam è terminatione cognoscitur, I. XIX. 457. masculinum ex vocibus Græcis primæ declinat. in A Σ & H Σ, transit in femininum Latinis, & in A definit, I. XIX. 460. Excipe, cum animo concipitur aliquod generale nomen masculinum, 461.

Genus olii, pro *genu*, I. XXXV. 545.

Geometres, 540.

Georgius, II. XV. 753.

Gerra, I. XLIII. 615.

Geryones, *Geryona*, 665.

Gesum num. sing. I. XLIV. 629.

Getes, 540.

Gibber, *gibberi*, non *giberis*, II. XX. 774.

Giffanus malè putavit *ingratus* esse adverbium, I. II. 381. idem refellitur, I. XLVII. 646.

Item I. XXXVI. 549, & I. XL. 587.

Gingiva nom. sing. I. XLIII. 616.

Git, feminis genus, neutrum aptoton, I. XXXIV. 524.

Glaber unde, II. XXXII. 831.

Gladius, *gladium*, I. XXXVI. 558.

Glandium, & *glandula*, quid sint, & unde dicantur, II. XXI. 821.

Glanis de arbore nunquam usurpatur, I. XIV. 437.

Glaucumum, II. XX. 774.

Glaucomatis dat. plur. 752.

Glis masc. ex *gliris*, I. XXI. 500, 701.

Glis, *glisis*, & *glis*, *glissis*, barbara, I. XXI. 501.

Glossetorum, 750.

Gloria etiam num. plur. clafficis usurpatur, I. XL. 583.

Glus, *glutis*, & *glux*, *Glis*, pro *gluten*, 501.

Glycerium, similiaque in V M, esse feminina, contrà quam Prisciano visum, I. XXIV. 477.

Godscalcus *Stewechinus* refellitur, I. XXXVII. 569.

Grævus, 430.

Gradus, pro *gradus*, II. XVII. 762, 763.

Græculi qui soleant dici, II. XXI. 817.

Grammaticus quatenus naturam rerum spectet, I. XVI. 552.

Grammatias, jaspidis species, gen. masc. ejusque etymon, I. XXVIII. 490.

Grando Varroni virile, 472.

Grætes cur solum pluraliter dicatur, I. XLIII. 616.

Gratus Poëta Angustæ ævi, I. XXXIV. 534.

Grex masc. nunc, olim & muliebre, I. XXXIV. 527.

Grossus nunc masculinum, nunc femininum, I. XIV. 437. *Grossus* etiam num. sing. pro quo usitatus *grossi*, I. XLIII. 616.

H. Grotius, 415, 416.

Grumus num. sing. I. XLII. 599.

Grus sæpius femininum, Horatio masculinum, I. XXXII. 518.

Gruterianarum inscriptionum indices laudati, II. XXIII. 792.

Gryps gen. masc. I. XXXIII. 521. *Gryps*, & *gryphus*, 565.

Gummi neutrum aptoton, & *Gummi* vel *cummi* femininum, I. XX. 466. *Gummim* à *gummi*, II. X. 210.

Guttur olim masculinum, I. XXVII. 489.

H.

H *Abena* num. sing. I. XLIII. 616.

Habitus, *habitor*, *habissimus*, II. XXVI. 806.

Hæreditium, 744.

Hæres utroque genere dicitur, I. XV. 466.

Hælex neutrum, *hælex* femininum, I. XXXIII. 473. *Hælex*, & *hælex*, num habeant pluralem, I. XL. 583.

Hæra etiam num. plurali invenitur, *ibid.*

Hebraei quando Grammaticam scribere cœperint, I. I. 371. Cur idem, aliqui orientales, sint duplici genere contenti, 407.

Hæctorem, & *Hæctora*, II. X. 210.

Helladii Belsantinoi ætas, I. XIV. 438.

Helleborus, *balleborum*, I. XXXVI. 559.

Henricus Stephanus perperam credidit, *domi* esse dativum pro *domui*, II. XVII. 762.

Heraclis Poëtæ veteris, II. XXVIII. 815.

Hercule vocativus κατ' ἀποκρίνω ab *Ἡρακλῆ*, vel *Ἡρακλῆς*, II. X. 715. *Hercules*, & *Hercules*, 551. *Herculi*, pro *Herculis*, II. IX. 705. utrum sit ab *Herculus*, an *Hercules*, 551.

Hæreditium, & *hereditatum*, II. XIV. 744.

Heroës an elixis usi carnis, II. XVIII. 768.

Hæ pronomen an rectè in declinando nominibus præponatur, I. I. 375. & an ex hoc præposito rectè dicatur genus cognosci, 376. Item I. IX. 405.

Hilaris, & *hilarus*, 552.

Hilla, II. XXI. 817.

Hilum, II. XXXIV. 842, 843.

Hippo urbs nunc terminationis ratione masculinum est, nunc per synthësa femininum, I. XXI. 422.

Hippomanes adjectivum neutrum substantivè usurpatum, I. XXVIII. 495.

Hir, neutrum, Prisciano aptoton, Charisio declinatur, I. XXVII. 487.

Hispal, opidi nomen, contractum ex *Hispalis*, neutrum, I. XII. 422.

Hominiuum, pro *hominum*, II. XIV. 748.

Homo tantum masculinum, etsi compositum ejus nemo sit commune, I. XV. 440.

Homuncio, & *homunculus*, an *homuncio*, & *homuncius* dicendum, II. XXIX. 818, 819.

Honestissimus, II. XXV. 805.

Hortea num. plur. I. XXXVIII. 572.

Hortensius primus in prosa oratione *cervicis* dixit, pro *cervicis*, I. V. 392, 393.

Horti erymon, I. XXXVIII. 574. *Horti* pro locis ad voluptatem confitis, in plurali, I. X. II. 599.

Hospita, *sospita*, *paupera*, neutra pluralia ab *hospes*, *sospes*, *pauper*, II. XIII. 737.

Hospis commune, I. XV. 447.

Hujusmodi, *ejusmodi*, *cujusmodi*, genitivi solùm casus sunt, non *cujusvis*, ut tradiderunt, I. XLVII. 644, 645.

Humale, *incolumne*, *nobile*, *Vestale*, pro *humili*, *incolumi*, &c. II. XI. 721.

Humu, pro *humo*, II. XX. 777.

Hyacinthus Græcis *sapius* femina. Latini mascul. I. XXXII. 511, 512.

Hybernus unde dicatur, II. XXXI. 830.

Hymen masculinum, I. XXIV. 478.

Hymenaa, pro *hymenaeum* barbæ à Stigelio, atque aliis, dicitur, II. VII. 695.

Hymettos cur Appulejo muliebre, 416.

Hypocrites, 662.

Hyssopus, & *hyssopum*, I. XXXII. 512.

I.

I ante V S in *Pompejus*, *Vulstejus*, & similibus, non esse consonum, sed vocale, contrà ac Iul. Scaligero visum, II. V. 681. I consonum interdum transit in naturam vocalis, II. V. 682. I genitivus nominum tertie unde veniat, II. IX. 706. I terminatio dativi tertie in Latinis producitur, in Græcis corripitur, II. X. 708. sed hic pro I antiqui quandoque ponebant E, 709.

Iam dissyllabum, I. V. 682.

Iambus malè dici pro *iambidus*, II. IX. 704.

Iapetion, pro *Iapetionides*, terminatio Ioniaca, II. XXVIII. 814.

Iarba, & *larbas*, 662.

Iberus, ab *Iber*, II. V. 676. hæc duo confun-

di, contrà quam visum Grammaticis, *Ibid.*

I C I V S terminatio eorum, quæ vulgo perperam per I T I V S scribuntur, II. XXXI. 828.

Idus cur pluraliter tantum usurpentur, I. XLIII. 616, 620.

Iecur, & *jocinur*, vel *jecinor*, dixere, I. V. 391, 700. *Iecur* contractum ex *jecinor*, I. XXVII. 488.

Iegor, puta *ἰεγομηνός*, 525.

Igni, & *igne*, II. XII. 732.

Iliia, pro tenuibus intestinis, à singulari *Ile*, I. XLIV. 630.

Iliguus, sive *dignuus*, *ἰλιγυαίω*, ab *dignuus*, II. XXXI. 828.

Lionea, pro *lionemum*, penultimâ productâ, II. VII. 695.

Ilios, & *Ilion*, utrâque terminatione, I. XII. 423.

Ilios, femin. 423.

Illecebra num. sing. I. XLIII. 616.

I M accusativi finita non omnia ablativum in I faciunt, II. XI. 722. I M terminatio accusativi in multis nominibus tertie, II. X. 709. & seq.

Imago, contractum ex *imūago*, II. XXXII. 833.

Imbecillimus, & *imbecillissimus*, II. XXIV. 796.

Imbrex femin. Plauto, Plinio masculinum, I. XXXIV. 528.

Imbri, & *imbre*, II. XII. 737. *Imbris*, pro *imbres*, II. XVI. 755.

Immemor, & *immemoris*, 550.

Impetis, *impete*, diprotom, I. XLVII. 648. Est ab antiquo *impes*, II. XVII. 766.

Improlus, & *improlis*, 552.

Impuber, *impuberis*, vel *impubes*, *impubis*, II. VIII. 699. sed *impuber* an dicatur, incertum; eoque tucius *impubes* dici, 549.

Impuritas, 583.

Imus, ex *infimus*, II. XXV. 804.

Incestus, & hoc *incestum*, 559.

Incius, vel *inciua*, secundum quosdam *μεινίστω* accuativi casus, I. XLVII. 645.

Incomparabilia, II. XXVII. 807.

Indiges num. sing. I. XLII. 599. *Indigetes* unde vocentur, I. XLVII. 648.

Indigitamenta quid, & unde dicantur, I. XLVII. 648.

Induamen, II. XXXII. 834.

Industrius, II. XXVII. 808.

Ine, & *ione*, terminationes patronymicorum femininorum, II. XXVIII. 814.

Inepia quandoque num. sing. I. XLIII. 617.

Infamias, 584.

Infans communis generis, I. XV. 447. Naturâ

Q99992

turâ est adjectivum omnis gen. II. XXI. 784.

Inferia cur solum plurale, I. XLIII. 617. *Inferium* inum. *ibid.*

Infer, & *inferus*, unde *inferior*, II. XXV. 599, 802.

Inficius monoptoton accusativi casus, I. XLVII. 645.

Infirmas, ex *infirmacie*. 551.

Infirmus, *infirmior*, II. XXVI. 806.

Ingenia, *ingeniorum*, *ingeniis*, apud Tullium, I. XI. 592.

Ing uis perperam inter adverbia poni Giffanio, I. II. 382. *Ingratus*, & per *omnigenam ingratia*, monoptoton ablativi casus, I. XLVII. 646.

Inimicitia num. sing. I. XLIII. 617. *Inimicitia*, & *amicitia*, num. plurali, I. XL. 584.

Injurius, pro *injurius*, sive *injuriusius*, II. XXVII. 808.

Innocior, *ibid.*

Inquis substantivum gen. fem. I. XXVIII. 492.

Inques, pro *inquisitus*, II. XX. 781.

Insana Plauto num. plurali, I. XL. 584.

Insomnia in sing. pro vigilia, in plurali, pro iis, quæ per somnium videmus, I. XXXV. 537.

Inscripção vetus restituta, I. XXV. 480.

Instr pro similitudine sive exemplari, singulare, nominandi & accusandi casu, I. XLVI. 643.

Intercus contractum ex *intercusis*, I. XXXII. 517.

Intergimus, II. XXXIII. 840.

Interjectiones ad adverbia pertinent, quando (ut communis est sententia) casum regunt, I. I. 375. Verè autem casum regant, libro de Structura expendendum. Interjectionis definitiones vulgares rejectæ, I. II. 379. Iis malè accensent quedam nomina, I. II. 380, 381.

Interior, *instans*, ab *inter* vel *intus*, II. XXVI. 805.

Interficio, *interfistium*. 144.

Intestinum num. sing. I. XLIV. 629.

Intubus classicis semper masc. I. XXXI. 509.

Intubus, *intubum*, I. XXXVI. 559.

Iones quomodo patronymica in IDES, vel I A D E S, mutant in I O N, II. XXVI. 814.

Iovianus Pontanus perperam *forbus* pro fructu usurpat, I. XIV. 438.

Iovis antiquus nominativus, I. XLVIII. 655, 708. unde *Ioveris*. 552.

Ipsissimus, superlativus à Plauto fictus, II. XXI. 789.

I R, & V R secundæ, non sunt integræ terminationes, sed patæ apocopen, II. V. 676.

Ire, *irarum*, *iras*, num. plurali, I. XL. 584.

Irpex, sive *Vrpex* masc. 528.

Ippadr patronymicum Æolicum, II. XXVIII. 814.

Irrisus, & *irrisu*, *derisus*, & *derisu*, I. XLVII. 649. *Ister*, *Istrus*. 549.

Isthmus semper masc. I. XXXII. 515. muliebretur Appulejo. 416, 515.

Italia, *Græcia*, & familia, naturâ suâ sunt adjectiva, in quibus subintelligitur *terra*, vel *regio*, I. XII. 419.

Iter, & *itiner* dixere, I. V. 391. *Iter*, *iteris*, sed *itiner*, *itineris*, II. VIII. 698.

Iuber antiquis nunc masculinum, nunc neutrum, I. XXV. 479.

Iudex utroque genere dicitur, sed potius masculino, I. XV. 447.

Judicium, pro *judicium*, II. XIV. 748.

Jugalis *regis* *carvorum* masc. I. XXIX. 501.

Jugera, *jugerum*, *jugeribus*, à *juger*, vel *jugus*, unde ablativus *jugere* apud Tibullum. Sed & *jugerum* neutrum sing. unde *jugeris* ablat. plur. I. XLIV. 629, & II. XX. 782.

Jugi, & verbi *jugo*, eymon, II. XLV. 797.

Jugulus, *jugulum*, I. XXXVI. 559. & ex Arnob. 564.

Jugum, pro summo montis, num. sing. I. XLV. 629.

Julius Cæsar Strabo, Poëta, & Orator, I. XIX. 458.

Juvenior, ex *juvenior*, II. XXV. 804.

Jupiter vocativo & nominativo solum declinatur, I. XLVIII. 655.

Jurandi mos Scythis usitatus per *vestum*, & *acinacem*, I. XXVIII. 495.

Jura, à recto *jus*, I. XL. 593. *Jurium* Plautus dixit, I. XLVI. 228. Potius tamen *jurum*, quàm *jurium*, dicendum: tutissimum autem utroque abstinere, quia utrumque insolens, II. XIV. 328.

Juribus, I. XLVI. 228.

Jus, vide *Jura*.

Iusta pro funeribus, naturâ adjectivum, I. XLIV. 630.

Iustitia, pl. I. XXXVI. 584.

Juvenalis, pro *juvencis*, II. XI. 722.

Juvenalis versus sat. x explicatus, & circum veteris interpretis error, I. XIX. 462. idem defensus à reprehensione Scaligeri, II. III. 671.

Ejus scholiastes vetus quando vixerit, II. XXVII. 811.

Juvenis significatione quidem commune; at non structurâ, I. XV. 441.

Juvus epithetum Panos, pastorum dei, I. XLIV. 627.

K.

K *Alenda* cur pluraliter tantum usurpentur, I. XLIII. 617.
Kōph eadem ac *Libera*, soror *Bacchi*, I. XLII. 601.
Κροκαλαίτης unde confutum, I. X. 410.

L.

L *ominativi* ex *IS*, vel *VS*, I. XXXVI. 546, 547.

Labes etiam num. plur. I. XL. 584.
Labia, 537.
Labi, pro *labe*, II. XII. 732.
Lac, & *lacte*, vel *lacti*, neutrum: *lactis* femininum, I. XXII. 473.
Lacerna unde, II. XXX. 824.
Lacertus, *lacertum*, I. XXXVI. 559.
Lacte, pro *lax*. 698.
Lactes, pro partibus intestinorum, femin. plurale, I. XLIII. 617.
Lactis, genitivus à *lactō*, II. VIII. 698.
Lævii, & *Livii* *Andronici* nomina interdum confundi, II. XX. 779.
Laerten, non *Laertem*, II. III. 668.
Lagopus, pro herba, & ave, femininum, I. XXXII. 518. ejus etymon, *ibid*.
Laidē, vel *Laidem*, non *Lam*, II. X. 712.
Lamentum, 630.
L L valet *libentissimè*, II. XXIII. 792.
Lapidernm, *vegerum*, *nucernum*, pro *lapidum*, *vegium*, *nucum*, II. VIII. 699. *Lapidis*, *lapideris*, 552.
Lapis apud *Ennium* gen. fem. ut *η λίθου*, I. XXIX. 501. *Lapidi*, pro *lapide*. 333. *Lapis* pro *lapidis*, antiquus genitivus, II. VIII. 699.
Lappago, II. XXX. 824.
Laque re ablativus à *laquear*, II. XI. 719.
Lar etiam pro domo masculinum, I. XXV. 480.
Lar num. sing. I. XLIII. 599, 600.
Laris non à *Lar* videri, ut traditur, sed *Lars*. 699, 700.
Lasferpitium quid, & unde dictum, I. XXVI. 483, 484.
Lasfer neutrum, ejus significatio, & etymon, I. XXVI. 483.
Lacobra num. sing. I. XLIII. 618.
Laser, *laserem*, *lacere*, I. XLVII. 646.
Lacerna *trougn*, II. XXXII. 833.
Laudium, *fraudium*, inusitate pro *laudum*, & *fraudum*, II. XIV. 747.
Laver herbe genus etiam in feminino reperitur, I. XXVI. 487.

Laverna, pro *lavornione*, seu *plagiario*, femininum *Ausonio*, I. X. 410.

Laurens, ex *Laurentis*, 552.
Laurus, *lauri*, & *laurus*, II. XX. 777.
Lautia tantum plurale. I. XLIV. 630.
Leandre, 682.
Leilus, *lelli*, & olim hujus *leilus*, II. XX. 559, 777, 778. *Lædum*, neut. 559.
Lemurem accus. sing. I. XLII. 600.
Lemo, *lena*, II. XXI. 788.
Lens *Titinio* masc. *Maroni* femin. I. XXXIII. 521. I. XLII. 600.
Leo, *lea*, & *leona*, II. XXI. 788.
Lepus cur *leporis* faciat, I. V. 391.
Lerna mala, 410.
Lesbos genere virili, I. XII. 427.
Lesale, pro *lesali*, II. XI. 721.
Libani nomen veteribus Latinis ignotum, I. XIII. 434.
Liber num. sing. pro *filio*, *libera* pro *filia*, I. XLII. 600, 601. *Liber*, nomen *Baccho* unde sit, *ibid*. *Liber*, in quo scribitur, unde dictus, II. XXXII. 831, 832.
Libera, quæ aliter *Cora*, I. XLII. 601.
Liberalia, & *Eleutheria*, quomodo differant, I. XLII. 601.
Liberti nomen adsumebant *Patroni*, I. VII. 400.
Libus, *libum*, I. XXXVI. 559.
Licet, & *licebis*, verba, ad conjunctionum classem malè *Grammaticis* referri, I. II. 380.
Lichen, impetigo, generis masculini, I. XXIV. 478.
Licinii *Calvi* locus aliter, ac à veteribus, expositus, II. VI. 687.
Lichum num. sing. I. XLIV. 630.
Ligerim, non *Ligerem*, II. X. 712.
Ligus, *Ligur*, 549.
Limax *Columellæ* masc. *Plinio* femin. ejusque etymon, I. XXXIV. 526.
Limentum, pro *limen*, unde deus *Limentinus*, I. XXXVI. 547.
Linacer refellitur de *agnominis* vocabulo, I. VII. 398.
Linter *Tibullo* masculinum, aliis potius femininum, I. XXVI. 481.
Litera num. sing. pro *epistola*, poeticum, I. XLIII. 618.
Literarum nomina in genere etiam feminino *Ausonio* usurpata, I. XIV. 438. Tam *Græca*, quam *Latina*, sunt ἀκλίς, quamvis illa *Ausonio*, & *Servio*, declinentur, *ibid*.
Litera, pro *epistola*, cur semper plurale, I. XXXVIII. 570.

Lisis, pro *litos*, II. XVI. 756. Item pro *lis*, 701.
Loci, & *loca*, de partibus genitalibus mulierum, I. XLII. 601.

Locus, & *locelli*, pro *marfupio*, *ibid.*
Locum, pro *locus*, unde *loca*, I. XXXVII. 567.
Locuplete, & *locupleri*, II. XII. 726.
Locupletum, & *locupletum*, II. XIV. 741.
Locuplex, pro *locuplas*, I. XLII. 607.
Lotus, pro tibia è *loto*, II. VII. 690.
Lubricus, à *labor*, II. XXXIII. 839.
 Lucani locutio defenfa adverfus Scalig. simili exemplo Ovidii, I. XII. 423. ejus quædam deperdita, I. XLIV. 634.

Lucear neutrum, ejus significatio, & etymon, I. XXV. 479, 480.

Luces pro *diebus*, num. plur. I. XL. 584.
Luci, pro *luce*, II. XII. 733.
Lucilus emendatus, I. VI. 684. ejus sententia de plurali nominativo secundæ per E I scribendo, II. VI. 684. Ea ex Fabio, Velio, & Scauro, refellitur, 685.

Lucretius optimus Latinitatis auctor, II. XXIV. 797.

Lucrum unde dictum, II. XXXII. 559, 832.
Luculentia, plur. I. XXXVI. 584.
Ludi pro spectaculis publicis semper plurale, I. XLII. 601.

Lues, plur. I. XXXVI. 584.
Lugubrum adjectivo feminino jungitur Sidonio *κατ' ἰσχυρίων*, I. XII. 423.
Lumbi num. plur. longè usitatus, quàm sing. I. XLII. 601.

Lumen contractum ex *lucimen*, II. XXXII. 834.

Lumina, pro oculis, vel diebus, plurale: pro oculo, & die, sing. I. XLIV. 630.

Lunus, & *Luna*, numinis ejusdem nomen, I. XXVII. 488.

Lupanar, pro *meretrice*, 416, 417, 825.
Lupanarium Vlpiano, pro *lupanare*, vel *lupanar*, I. XXXV. 543, & II. XIV. 749.
Lupus femina, pro *lupa*, 450, 559.

Lustrum utroque numero declinatur integrè; sed variâ significatione, I. XLIV. 630.

Lusa num. plur. I. XII. 559, 593.
Lutina plurale tantùm, I. XLIII. 618.

Lux ipsi etiam Tullio in masc. usurpatur, at sæpius fem. I. XXXIV. 532.

Luxurii, pro *luxuriei*, II. XIX. 769.
Lymphor, pro *lympa*, I. XXXV. 540.
Lync tarum est in masc. I. XXXIV. 525. *Lync*, *lyncum*; non *lyncium*, quod putat Nebriffensis, II. XIV. 742.

M.

M, & **W**, quid signent, I. VII. 397.
 M M valer *meruissimò*, II. XIII. 791.

Macedonum, Thefalorum, Æolum, & Bætorum, est confundere terminationem nominativi, & vocativi, II. V. 679.

Macella, *macellum*, 537, 593.
Macetum, non *Macedium*, genitivus pluralis, II. IV. 673.

Macrobius antiquus *αὐτῶς* Theodosius dicitur, I. XV. 241. rectène Calvi locum interpretetur, I. XI. 418.

Maeste esto, pro *maestus*, II. V. 680. *Maeste*, & *maesti*, I. XLVII. 649, 650.

Macula, quasi diminutivum, ejus etymon, II. XXIX. 819.

Maandrus, 675, 676.
Maceratis, pro *Maceras*, 511.

Manala, *Massica*, similiaque pluralia, an sint à rectis masculinis, I. XXXVII. 567.

Magistratus utroque numero legitur, I. XLII. 602.

Magistroi, pro *magistro*, II. V. 678.
Magnificior, & *mumificior*, à *magnificus*, & *mumificus*, I. XXV. 800.

Majalis masc. *κατ' ἰσχυρίων*, & unde ei nomen, I. XXIX. 501.

Majan, pro *Majam*, Poëticum, II. III. 667.

Majoragus de mulierum prænominibus refellitur, I. VII. 396. Item in eo, quod negat, idem esse generis, & speciei nomen, I. VII. *ibid.*

Major unde veniat, II. XXIV. 797.

Majora, non *majoria*, & sic in cæteris comparativis, & ratio ejus terminationis, II. XIII. 738. *Majore*, & *majori*, II. XII. 727. *Majoras*, pro iis à quibus hæresis quasi per manus accepta, etiam num. sing. invenitur, I. XLII. 602.

Majestas ab antiquo positivo *majus*, II. XXIV. 797.

Majus deus, & dea *Maja*, II. XXIV. 797.

Malaspina refellitur, II. XVI. 757.

Malus in navi, virile, 407.

Mamma, & *mamma*, vel *mammomas*, pro divitiis masculinum, I. XX. 464.

Mancipi genitivus per apocopen factus ex *mancipii*, I. XLVI. 641.

Mane aptoron, quatuor casuum, cujus ablativus *mane*, & *mani*, I. XLVIII. 654. *Manes*, pro *mani*, ut *facres*, pro *facri*: & *manis*, num. sing. pro *manus*, I. bonus, I. XLII. 553, 602.

Mamiabus, pro *maniis*, II. IV. 674.

Manis

- Manis, manus*, 553, 602. *Manis*, pro *manus*, 432.
- FI. XVI. 755.
- Manius* unde, II. XXXIV. 842.
- Manna* neutrum pro cibo Israëlitarum in deserto, I. XX. 464. pro micis thuris, femininum, *ibid.*
- Mannibus*, pro *mannis*, 688.
- Manius*, pro *Manionis*, II. IX. 707.
- Manua* potius, quàm *manna*, pro manipulo, I. XI. 464.
- Manuari* vocandi casu, à *manuarius*, II. V. 680.
- Mapale* num. sing. apud Valerium Flaccum, I. XLV. 631.
- Mare*, pro *maris*, II. XI. 717. An & Curtius eo utatur, 718.
- Marcilius* super *Martialis* loco refellitur, II. III. 666.
- Marcus*, an *Martius* dicatur *Narbo*, I. XII. 421.
- Marcus* ille *Tullius* à *M. Tullio* oratione defensus quis, II. III. 668.
- Margarita*, & *margaritum*, I. XXXV. 538.
- Margo* in feminino *Iuvenali* novè usurparum, I. XXII. 472.
- Maria*, & *maribus*, num. plur. I. XLI. 593.
- Mariscus*, II. XXIX. 817.
- Marius Victorinus* emendatus, II. IV. 672.
- Marmor*, mascul. 489.
- Maro* adversus *Servium* defensus, II. XII. 725, 726.
- Marspiteris*, vel *Marspitis*, 655, 699, 782.
- Marsya*, & *Marsyas*, 662.
- Marum* Poëtice, pro *marium*, II. XIV. 742.
- Martianus Capella* scriptor semibarbarus, I. VII. 396.
- Martianicum* quid, & unde dictum, II. XXXI. 830.
- Martyr sancta*, apud *Ecclesiasticos* scriptores, I. XV. 449.
- Marylli* mimographi *jocus*, I. XLIV. 630.
- Mas*, & *vir*, quomodo differant, I. IX. 406.
- Masculium* genus pleniùs dici quàm virile, & femininum quàm muliebres, I. IX. 406. *Masculina* & *feminina* quædam propriè, quædam impropriè, dicuntur, I. IX. 405. *Masculina* item utriusque *sexus* nomina, ut *auctor*, *comes*, *judex*, *testis*, per appositionem substantivi, non modò femininis, sed & neutris attribuantur, I. XV. 442, 443. *Masculinorum* in *A* terminatio apud *Latinos* est ex *Æolium* imitatione, qui eam pro *is* primæ declinat. simplicis reponunt, I. XV. 443, 444.
- Mater* de arbore dictum ratione vel fructuum, vel virgultorum, ac ramorum, I. XIII. 432.
- Materia*, à *mater*, II. XXX. 824.
- Materialiter* posita non semper sunt neutra, I. XIV. 438.
- Materies*, & *materia*, perperam distingui à *Frontone*, I. XXXV. 441.
- Matres familiarum*, & *matrum familiarum*, 782.
- Maturrimus*, & *maturissimus*, II. XXV. 804.
- Maximus*, & *magnissimus*, *ἄξιον ὄντων*, II. XXIV. 797.
- Mecum*, *secum*, *notisicum*, & similia, non esse adverbia, I. II. 382.
- Mediastinus*, unde sit dictus, II. XXXI. 830.
- Medimnus*, *medimnum*, I. XXXVI. 559.
- Mela* adversus *Verderium* defensus, I. XLVII. 648.
- Melampus*, vocativus à *Molampus*, II. X. 715.
- Meleagre*, 682.
- Melior* unde veniat, II. XXIV. 796, 797.
- Mella*, 573.
- Melli*, pro *melle*, 733.
- Melos*, neutrum singulare sine genitivo, dativo, & ablativo singularibus, I. XX. 466. *Melos*, & *melus*, I. XXXVI. 553. secundæ olim inclinationis, II. XII. 736.
- Memoria*, plur. I. XL. 585.
- Memoris*, pro *memor*, II. XI. 550, 719. *Memoris*, & *memore*, olium: postea *memor*, quovis genere, II. XII. 727.
- Men* pleraque terminata veteribus posterioribus extulerunt per *mentum*, I. XXXVI. 548.
- Menandre*, 682.
- Menandru*, pro *Menandri*, II. VII. 691.
- Mendaciloquus*, *confidentiloquus*, comparativi apud *Plautum*, II. XXV. 800.
- Mendicimonium*, 825.
- Meno*, pro *Menon*, 544.
- Mens*, ex *mentis*, I. XXXIII. 519.
- Mensium* nomina cur virilia, I. X. 414. natura sua esse adjectiva, I. XVIII. 456. omnia generis masculini, quia intelligatur *mensis*, *ibid.*
- Mensum*, pro *mensum*, II. XIV. 744.
- Menses*, pro profusio plurimum plurale, I. XLII. 602.
- Mensis* unde dictus, II. XXXII. 834.
- Menstruus* contractum ex *menstruus*, II. XXXI. 830.
- Mensurinus*, pro *mensuro*, II. XXXI. 829.
- Mentis*, pro *mens*, I. XXXVI. 552.
- Mercenarius* unde, II. XXXI. 829.
- Mercuri* in vocativo pro *Mercure*, 881.

Mere

Meretricium, pro *meretricum*, II. XIV. 416, 748.
Meretricum variz appellationes, 416, 417.
Merga Columellæ quid, I. XXVIII. 492.
Merges modò femininè, modò masculinò genere; nisi mendosa Plinii lectio imponat, I. XXVIII. 492.
Meritissimum substantivè positum, II. XXII. 790.
Merops avis nomen masc. I. XXXIII. 521.
Merum, *meracum*, naturâ adjectiva, II. XXX. 822.
Massi, pro *messe*, 733.
Messis in mascul. 501.
Meton, pro *Meto*, 544.
Μετρωτής, pro quo malè in vulgaribus lexicographis à *μετρητής*, I. XIX. 460.
Metus utroque legitur numero; sed non *metuum*, & *metibus*, I. XXXIX. 577. *Metus* prisca femininum, I. XXXI. 509.
 Io. Meursius, I. XXXIV. 526.
Miles commune, sed potius masculinum, I. XV. 447.
Miles, pro *miles*, I. XLII. 606.
Milli ablativus à *millis*, I. XLVI. 642, 643.
Milliare, & *milliarium*, II. XIV. 749.
Mina utroque numero declinatur, sed diversâ significatione, I. XLIII. 618. *Mina*, pro *Mina*. *ibid.*
Minimissimus, II. XXVI. 806.
Mino, *Minionis*, pro *Minos*, *Minois*, II. VII. 696, 702. [797].
Minar, & *minimus*, unde deriventur, II. XXIV.
Minutia num. sing. & *minuties*, I. XLIII. 619.
Misericissimus, à *misericus*, II. XXV. 800.
Modernus, barbarum, II. XXXIV. 842.
Moleris, masc. *μολέριος*, I. XXIX. 501.
Moliones, II. XXVIII. 813.
Monea à Latinis dicta Musarum mater, & ratio ejus nominis, II. III. 665, 666.
 Monosyllaba Græca genitivum pluralem formant in VM. In Latinis varia est flexio, nunc in VM, nunc in IVM, II. XIV. 745, 746.
Monti, pro *monse*, 723.
Moene sing. à *moenia*, I. XLIV. 631.
 Montium nomina sæpe inveniuntur in feminino, I. X. 414. ejus generis sunt, cujus esse solent similiter exeuntia, 415, 416.
Mortis in plurali admodum frequens, I. XL. 585.
 Motio quid sit, II. XXI. 784. de motione adjectivorum, *ibid.* & 785. De motione substantivorum, 786, 787, 788.

Moyssi, pro *Moyfis*, II. IX. 706.
Mucilago unde dicatur, II. XXX. 824.
Mugil, & *mugilis* piscis, I. XXXVI. 501, 547.
Mugili, pro *mugile*, II. XII. 733.
 Muhamed Sanhagius, I. I. 371.
Mulciber, *Mulciberi*, vel *Mulcibri*, & *Mulciberis*, II. XX. 774. *Mulciber* unde dictus, II. XXXII. 832.
 Mulierum nomina in VM an neutra. 416.
 Mulieres an prænomen habuerint, I. VII. 397. item an cognomina, 398.
Mulionius potiùs, quàm *mulionicus*, II. XXIX. 816.
Mulsa Plauto num. plur. I. XXXVIII. 573.
Mulstissimus an Ciceronianum sit, II. XXIV. 388.
Multrix substantivè solum in plurali, sed naturâ adjectivum, I. XLIV. 631.
Mundus muliebris, & *mundum*, I. XXXVI. 560.
Mundus pro compage univèrsi in plurali invenitur, *muliebris mundus*, in singulari duntaxat, I. XXXIX. 577.
Muriceps commune, I. XV. 447.
Murmur. 489. *Murmura* num. plur. I. XLI. 593.
Μύρρον 427.
Mus ratione habitâ terminationis masculinum, *μῦς* *μύσσει* femininum, I. XVI. 453. *Mus*, *murum*, pro *murium*, apud nomen Tullium, II. XIV. 746.
Musta in plurali, à *mustum*, I. XXXVIII. 573. ejus etymon, 574.
Mustus *μύστος*, II. XXXIII. 841.
Myrtæa, *myrtetum*, 538.
Myllaæ, I. XXXIV. 526.

N.

Nænia num. sing. I. XLIII. 619.
Nænia gens unde, I. VII. 397.
Næv flavius quibusdam masculinum, Ciceroni neutrum, I. X. 411, & 619.
Narbo terminatione masculinum, *νάρβον* femininò jungitur, I. XII. 421. *Narbo* unde *Mærcius* dicatur, *ibid.*
Nardus, & *nardum*, I. XXXII. 512. I. XXXV. 560.
Navis, *nave*, num. sing. I. XLIII. 619.
Nasus, *nasum*, I. XXXVI. 560.
Nasalis semper masculinum, I. XXIX. 501, 602.
Natis, pro *nasibus*, II. IV. 674.
Narvæ turis in masculino usurpatur, I. XXXIV. 530.

Naus,

- Navis, & navi*, II. XII. 710, 733. *Navis*, pro *navis*, II. XVI. 755.
Nauti genitivus, sed & *naucio* apud Festum, I. XLVI. 641.
Necessesse, & necessum, 644.
Necessarius, II. XXVI. 808, 809.
Nefas, malum, irfandum, malè interjectiones censentur, I. II. 380.
Nefrens masc. *νεφρῶν ἰεροσολων*, & ejus etymon, I. XXXIII. 521.
Nemo, nullus, neuter, & similia, sunt pronomina, I. II. 380.
Nemo compositum ex *ne*, & *homo*, adjectivum utriusque generis, I. XV. 440. quomodo differat à *nullus*, *ibid.*
Nepe, & Neper, pro *Nepere*; quæ Thusciz civitas, I. XII. 430.
Nepenthes adjectivum neutrum substantivè usurpatum, I. XXVIII. 594, 595.
Nepos olim commune, I. XIX. 505.
Nequior, à *nequam*, hocque unde dictum, II. XXIV. 797.
Nervia, pro *nervus*, I. XXXV. 542.
Nervii, pro *nevirii*, I. IX. 408.
Neutrum genus Hebræi, & alii Orientis populi, non habent, I. IX. 407. *Neutrum* sive *ἀνδρῆσος* genus quid significet Palladz in Anthologia, contra Baptistam Pium, I. IX. 408.
Nex etiam in recto, I. XLVIII. 655.
Nihil non aptoton est, sed genitivus à recto *nihilum*, I. XLVI. 641. *νευμῶν* ejus, II. XXXIV. 842, 843.
Nimus civitas, I. XII. 427.
Noctū, diu, antiquis ablativi fuerunt pro *nocte, & die*; nunc autem adverbialiter sumuntur, II. XII. 735.
Nomas num. sing. I. XLII. 602.
Nomen, & vocabulum, hoc est, proprium, & appellativum, multi separantes, novem vocum classes fecerunt, I. I. 372. *Nomen* proprium Græcis tantum unum, Romanis interdum quatuor erant, I. VII. 396. *Nomen* gentilicium cur *νεφρῶν ἰεροσολων* generis nomine, hoc est *nomen*, ab antiquis appelleretur, I. VII. 397. Leviter immutabatur, at postea in desuetudinem hoc venit, I. VII. 400. *Nomina* adoptantium ab adoptatis assumi solita, I. XVII. 399.
Nomina, pronomina, & verba, perperam à Grammaticis sunt interjectionum classi addita, I. II. 380, 381. *Nomina* quædam perperam adverbis accensent Grammatici, *ibid.* *Nomina*, pronomina, & participia, non tertiaz semper, sed primæ etiam secundæque esse personæ, I. IV. 388. et si per se & actū, præter *ego & tu*, nullius sint personæ, *ibid.* *Nomina, & Participia*, omnis sunt personæ, I. VIII. 403. *Nominis* definitiones vulgares rejectæ, I. II. 377. vera propozita, & explicata, I. III. 383. ejus divisio in substantivum, & adjectivum, prior est illâ, quâ in proprium, & appellativum, dispecitur, I. VI. 393. hujus *Nominis, & Vocabuli* distinctio Varroniana non semper observatur, I. VII. 396. *Nominis* accidentia, quæ à Grammaticis vulgo septem statui solent, tria tantum esse, I. VIII. & quo ordine de his agi debeat, I. VIII. 402, 403, 404.
Nominativus Memmii, pro vocativo *Memmi*, Lucretio, Græcorum imitatione, I. IV. 388. *Nominativo* diversimodè finita, I. XXXV. 536, 537, &c. *Nominativus pluralis* primæ olim desinebat in A I, II. IV. 671. *Nominativus* nominum in OS, vocativi terminatione prolatus: ac Latinis similiter *nominativus* in E exiens pro VS, II. V. 679, 680. pluralis secundæ per E à quibusdam scribi solet antiquitus, ut à genitivo in I differret, II. VI. 683.
Nona naturâ adjectivum plurale tantum, I. XLIII. 619.
Nonii lapsus, negantis *penus* esse neutrum, I. VI. 394. *rudus* malè interpretatur *stercus*, I. XXVI. 483.
Nostras num. sing. I. XLII. 602.
Noctius, 541.
Noxa *ἔννομος*, II. XXXII. 836.
Nubs, 552.
Nucris, pro *Nucis*. *ibid.*
Nulli, pro *nullus*, I. II. 379.
Numerus quid, & quotuplex, I. IV. 385, 386.
Nundina, pro quo in sing. *nundinum*, I. XLIII. 620. *Nundina dea*. *ibid.*
Nuntius, non *nuntium*, I. XXXVI. 560.
Nuper, sive *nuperus*, unde *nuperimus*, II. XXV. 801.
Nutricia, pro *nutricis mercede*, plurale, sed naturâ adjectivum, I. XLIV. 631.
Nux, nucum, II. XIV. 746.

O.

O habentia in recto, Græcisque ad quartam contractorum pertinentia, Latinis genitivum faciunt non solum per *us*, sed etiam per *onis*, II. IX. 716.

Obex sæpius masculinum, I. XXXIV. 528. *Obice* malè statui aptoton. 647.

Obliviones num. plur. I. XL. 586.

Obliviscetes, *ibid.*

R IIII

Obli-

Oblivium num. sing. & *oblivius* adjectivum, I. XLV. 631.
Obs præpositio pro *ob*; ut *abs*, pro *ab*, I. XLVII. 649.
Obventui, & *obventu*, I. XLVII. 649.
Occipit, pro *occipite*, II. XII. 733.
Oculissimus, II. XXVII. 810.
Ocumus, *ocimum*, § 60.
Ocius, non *ocius*, scribendum, II. XXVI. 805.
Oculissimus, II. XXVII. 810.
Oedipus, *Oedipi*, & *Oedipodæ*, II. XX. 773.
Oenotri $\epsilon\tau$ *ουνιωτων*, pro *Oenotriæ*, II. V. 677, 678.
Oeta mons, Ovidio, Claudiano, aliis, femininum, I. X. 417.
Officia num. sing. I. XLIII. 620.
Oileus tetrasyllabon. 705.
Oleabus, II. IV. 674.
Oleaster masculinum Virgilio, at Tullio femininum, I. XIII. 433.
Olerorum, pro *olerum*, II. XIV. 750.
Olivias, unde plurale *Olivitates*, I. XL. § 86.
Oloes, pro *olis*, sive *ollis*, II. VI. 687.
Olostrum, *olustrari*, & *oleristrari*. 182.
Omnis, pro *omnes*, II. XVI. 754.
ON terminatio accusativi secundæ pro *VM*, II. VII. 692. Eadem in urbium nominibus cujus generis sit index. 424.
Onyx genus pro significatione variat, I. XXXIV. § 33.
Opalus gemmæ nomen masc. I. XXXII. § 13.
Opem, pro viribus, I. XL. § 86.
Opera pro personis, quæ aliquid faciunt, feminini generis, I. X. 410.
Opes *Κυπλιδαειος*, I. XXVI. 483.
Ops, *opis*, antiquis pro divite, item pro auxiliatore, I. XLIII. 620. [ibid.
Optimas num. sing. I. XLII. 602. *Optimates*.
Optimus, quasi dicas *optatissimus*, II. XXIV. 797.
Optonus triplex acceptio, I. XXII. 469, 470.
Opus, *opuntis*, 700, 701.
Orbi, pro *orbe*, II. XII. 733, 734.
Orestia vocativus ab *Orestes*, II. III. 669.
Orgia, semper plurale, I. XLIV. 631.
Oribus, ab *os*, I. XLVI. 643.
Orichalea, num. plur. apud Vitruvium, I. XXXVIII. § 72.
Oromibia nomen venti, generis mascul. I. XIX. 461.
Orysiac. 414.
Oromis, pro *Oromis*, II. IX. 704.
Orpheum, pro *Orpheum*, II. VII. 696. *Orpheus* dissyllabon. 705.

Orum genitivi pluralis terminatio unde permanet, II. VI. 687.

Oryx, sive *orix*, gen. masc. I. XXXIV. § 33, § 34.
OS, & *ON*, terminationes nominativi Græci, à Latinis sæpe retinentur, II. VII. 690.
OS pro *VS* in nominativis secundæ dixere veteres etiam in merè Latinis. II. V. 675. *OS* genitivi, & accusativi singularis in *A*, Græcâ terminatione utuntur Poætæ, quæ in prosa potius per *IS*, & *EM*, effertuntur, II. XVI. 757, 758. Accusativi verò plurales in *AS* Oratoribus etiam usitati, *ibid.* *OS*, accusativi pluralis terminatio in secunda, est à Doribus, II. VI. 688.

Oscillum, pro *osculum*, II. XXX. 817.

Oscus, & Doricus mos voces truncandi, I. XXXVI. § 46.

Osia mons Lucano, Statio, & aliis, femininum, I. X. 415.

Ossuum, & *ossium*, pro *os*, II. XIII. 738, 739.

Ostentus, & *ostentus*, I. XLVII. 649.

Ovis, pro *ovis*, II. XII. 734. *Ovis* olim masculinum, I. XXXIX. § 02.

Othrys mons, quo Lucanus, & Statius, in masculino utuntur, Græcis femininum est, I. X. 415.

P.

Π literæ vetus figura, I. XLII. 603.

Pabulum unde, II. XXXII. § 32.

Paces num. plurali, I. XL. § 86.

Pacuvius correctus, I. XXXVI. § 53.

Pagina unde dicatur, I. V. 392. item II. XXXII. 835.

Pagus potius, quàm *pagum*, I. XXXVI. § 60.

Palasia semper plurale, sed naturâ adjectivum : & quomodo à *basanilibus* differant, I. XLIV. 631.

Palatus, *palatum*, I. XXXVI. § 60.

Palæmon, Aristarchum securus, statuit octo classes vocum, I. I. 372.

Palæa, & *palea*, utroque numero, & quidem eâdem significatione dicitur, I. XLIII. 621.

Palæar num. sing. I. XLIV. 632.

Pales deus, & dea; in quo Servii error notatus, I. XI. 416, 417.

Pallores. 578.

Palmaris, & *Palmarinus*, § 53.

Palpebra, & *palpebrum*, § 38.

Paludum, & *paludium*, II. XIV. 745.

Palumbes, de utroque sexu utroque genere usurpatur; de solis femellis non nisi feminino genere, I. XVI. 453. & I. XXVIII. 494.

Palus

- Palus, palum*, I. XXXVI. 560.
Pampinus læpius masculinum, I. XXXI. 509.
Panaces adjectivum neutrum substantivè usurpatum, I. XXVII. 494, 495.
Pandecta masculinum, contra quam summus viris visum, I. XIX. 460, 461.
Πανδελής à Stoicis adverbium dicebatur, I. II. 381.
Panis, pro panis, I. XXXIV. 543.
Paniculus, à panus, II. XXI. 819.
Panium Cæsar à *panis*, *panum* Verrius, neutrum Charisius probat, II. XIV. 743.
Pannibus, pro pannis, II. XX. 687, 778.
Pannus, pannum, I. XXXVI. 560.
Panos à recto *Pan* cur malint Poëtæ, quàm *Panis*; & *Panas*, quàm *Panes*, II. IX. 703.
Panthus vocativus à recto *Panthus*, II. V. 682.
PP, valet *piissimi*, II. XXIII. 792.
Papa-ver in masculino obsoletum, I. XXVI. 485. unde dictum, II. XXXII. 831.
Papyrus, & papyrum, I. XXXII. 513, 560.
Par adjectivum potius *pari* ablativo habet; at substantivum pro *socio*, vel *socia*, facit *pare*. Composita ejus adjectivè sumpta utramque habent terminationem, sed usitatius *I*, II. XII. 726, 727. *Par, paris, parium; impar, imparis, imparium*; in quo Trogus, à Plinio, & Charisio, immeritò reprehensus, II. XIV. 747.
Par nobilitate. 709.
Paralipomenon interpres alius est à *LXX*, I. XX. 463.
Parapherna semper plurale, I. XLIV. 632.
Parasitaster ad diminutionem significet, II. XXI. 818.
Parentalia naturâ adjectivum, I. XLIV. 632.
Parens commune, in quo deceptus Charisius, I. XV. 447. naturâ suâ adjectivum, 448. *Parentis, pro parentes*, II. XVI. 755.
Paridem, Paris, & Parim, II. X. 711.
Paris, pro par, II. VIII. 697. II. XII. 726.
Partes orationis quot numero sint, valde discrepantes fuisse veterum Grammaticorum sententia, I. I. 372.
Parti, pro parte, II. XII. 734.
Partis, pro partes, I. XLIII. 621. & II. XVI. 755.
Participialia, II. XXXIV. 841.
Participii vulgaris definitio rejecta, I. II. 378. vesa proposita, & explicata, I. II. 383.
Participium Stoici comprehendebant sub verbo, ac *participiale verbum* dicebant, I. I. 373.
Partius, pro partus, II. XVII. 763.
Parvior, & parvissimus, II. XXIV. 797.
- Pascha* Græcis ἀκλήσθ, Latinis primæ potius declinat. quam tertiæ, utriusque neutrum, I. XX. 462. Hebræum esse, sed flexu Chaldæo, 463.
Paschaia, 593.
Pascha, & passium, num. sing. I. XLIV. 632.
Passum, pro passium, II. XVII. 766.
Patibulus, patibulum, I. XXXVI. 561.
Patina ἰτρογῶν, II. XXXII. 835.
Πατριάρχης, II. XV. 753.
Patris nomine etiam avus continetur; uti avi nomine majores universi; utcumque multis etiam distent seculis, II. XXVII. 812.
Patronymica sic dici à specie nobiliori, II. XXVIII. 811, 812. an etiam à matribus, vel avis, formentur Homero, præterquam in iis, qui à Iove prognati. *ibid.* 813. Variæ illorum terminationes, 813, 814. *Patronymicorum* forma tributa iis, quæ à loco petuntur, item librorum titulis, II. XXVIII. 814, 815.
Patruelis naturâ suâ adjectivum utriusque generis, I. XV. 448.
Patruissimus, superlativus Comicus, II. XXI. 789.
Paullus Manutius rectène *homo* in muliebri usurpet, I. XV. 440.
Pauper, & paupera, II. XXI. 785, 786. *Pauper lorum* Iuvenali quid, II. XXI. 785.
Pauperies quandoque aliud, ac *paupertas*. 541.
Pauperetas apud Varronem, I. XI. 586.
Peccatum, pro peccato, II. XVII. 761. *Peccatum, & peccatus*, 561.
Pecusiva, II. XVIII. 767.
Pecus, pecoris, neutrum: at *pecudis* in obliquis femin. tetraproton, carens nominativo, ac vocativo, I. XXXII. 517. *Pecus, pecudis*, an nominativo dicatur, I. XLVIII. 654. an in muliebri reperiat. *ibid.* *Pecus, & pecu*, unde *pecua*, II. XVII. 760.
Pejor, & pessimus, à pessum, II. XXIV. 797.
Pelage num pl. à *pelagus*, I. XXI. 466, 594. *Pelagus* nunquam masculinum, I. XXXII. 515.
Pelei, & Orphei, pro Peleo, & Orpheo, II. VII. 694.
Peleos. 694.
Pelson, Pelis, & contractè Peli, II. VII. 692.
Penas, ex Penatis. 550, 693. *Penatem* à nominat. *Penas*, vel *Penas*, I. XLII. 603.
Penelopa, Semela, Circa, &c. pro *Penelope, Semela, Circe*, II. II. 663.
Penetral. 442, 443. [802.
Penitior, penitissimus, à nomine *penitus*, II. XXV.
Penihen, & Tyden, vocandi casu, non *Penhee, & Tydee*, II. VII. 693.

- Penus* substantivum trium est generum, I. VI. 394. & XXXI. 510. *Penus*, *penoris*, sive *penus*, & *penism*, *peni*, II. XX. 594, 780.
- Perdax* Græcis utriusque generis, Varroni etiam masc. I. XXXIV. 530.
- Perfidia* apud Plautum, I. XL. 587.
- Περφιδία in *etum* exeunt, II. XXX. 824.
- Peripetasmatis*, pro *peripetasmibus*, II. XV. 752, 753.
- Periplectomeni*, pro *Periplectomenis*, II. IX. 706.
- Peristromatis*, II. XV. 753.
- Pernicies*, pl. I. XL. 587.
- Pernicii*, pro *perniciet*, II. XIX. 769.
- Perpetuor*, *perpetuissimus*, II. XXVII. 809.
- Perfes*, & *Perfens*, I. XXXVI. 551, 552.
- Persea*, pro *Perseuro*, II. VII. 693. & *Perfen*, à recto *Perfes*, *ibid*.
- Perfi*, pro *Perfis*, II. IX. 705.
- Perfui* locus illustratus, II. XXI. 787.
- Persona* non solum pronominibus, & verbis, sed etiam nominibus, & participiis, accidit, I. IV. 388.
- Personæ* tertiæ qui omnia esse nomina existimant, refelluntur, I. IV. 388. *Personæ* in verbis tertiæ, quæ dicuntur, cur olim dictæ nullius esse personæ, I. IV. 389.
- Pertica* unde dicta, II. XXXII. 831.
- Pes* olim femin. 492.
- Pedes*, pro *pediculis*. *ibid*.
- Pessimissimum* an dicatur, II. XXXVI. 806.
- Pessimus* nomen opidi masculinum, I. XII. 429.
- Pestes*, & *pestilentia*, num. plur. I. XL. 587.
- Pestibula*, II. XXX. 823.
- Petilus*, pro *exili*, Lucilio, atque etiam Varro- ni, I. XXXVII. 569.
- Petroselinum*, 429.
- Phaleræ*, I. XLIII. 613.
- Pharus* apud Græcos quidem masc. at apud Latinos femin. tantum, I. XXXII. 516.
- Phaselus*, vide *Faselus*.
- Phoenix* avis masc. I. XXXIV. 530.
- Philosophus*, & similia Græca, an Latinis, ut Græcis, communia, I. XV. 441.
- Phocas* refellitur, II. V. 679.
- Phorcya*, & *Phorcys*. 549.
- Phrenitidem*, & *Phreniticum*, II. X. 713.
- Φρηγες apud Græcos, & pro arbore glandife- ta, & pro glande, I. XIV. 437.
- Pices* num. plur. I. XXXVIII. 573.
- Puissimus*, II. XXVII. 809.
- Pileus*, *pileum*, I. XXXVI. 561.
- Pilumnæ poplæ*; pro, *Pilumnæi poplæi*, II. VI. 685, 687.
- Pinafer* ejusdem generis, ac *oleaster*; I. XIII. 433, 434.
- Pindario divumgalis* patronus, I. V. 390.
- Pindus*, genere utroque. 427.
- Pinguis*, & *pinguities*. 540.
- Pinus*, *pinu*, & *pinus*, II. XX. 778.
- Pisandrus*. 675, 676.
- Pistillus*, *pistillum*, I. XXXVI. 561.
- Pistrilla*, non à *pistrinum*, sed à *pistrina*, contra Diomedem, II. XXIX. 538, 820.
- Pistrina*, *pistrinum*. *ibid*.
- Pistrix*, sive *pisti*, ut, vel *pristis*, an gen. masc. I. XXXIV. 530.
- Pisuias* pecorum, I. XL. 587.
- Planaria* insula unde habeat nomen, II. XXXI. 827.
- Planeta*, cur virile. 459.
- Planitia*, *planities*. 540.
- Platanus* fortassis etiam quartz, II. XX. 776.
- Plauti* locus in Trinummo expensus, I. XXXIV. 529. ejusdem versus restitutus, I. XLII. 599. Idem semel iterumque correctus, II. III. 656.
- Plebs*, ex *plebes*, I. XXXIII. 519, 552. *Plebs* quomodo singulari, cum multos notet, I. XXXVIII. 570. *Plebes*, *plebei*, seu *plebi*, & *plebis*, II. XX. 780. *Plebes* num. plur. I. XL. 588. *plebium*. 746.
- Plerus*, *plera*, *plurum*, antiquis dicitur, I. XLII. 603.
- Plinii libri Dubii sermonis, cujus fuerint argu- menti, I. XXXVI. 547. II. VI. 686. Plinii sententia, de genitivis pluralibus secundæ per syncopen proferendis, expenditur. *ibid*. & seq. Eiusdem sententia, de accusativis tertiæ in A S, excutitur, II. XVI. 757. Plinius, & Charisius, refelluntur; qui nominum in I S ablativos in E de homine; in I, de re existimant dici, II. XI. 721.
- Plurali an careant propria, itemque nomina metallorum, frumentorum, ac leguminum, uti & liquidorum, I. XXXVIII. 573, 574.
- Pluris*, & *compluris*, pro *plures*, & *complures*, II. XVI. 756. *Plus*, *plura*, & *pluria*, unde *com- plura*, & *compluria*, II. XIII. 738. *Plus*, *pluris*, *plure*, I. XLVIII. 613. ac eodem auferendi casu, II. XI. 724. *Plus*, & *plures*, non esse positiva, ut Agninus Capito, & aliqui juniorum, credunt, II. XXI. 798. *Plus*, & *plurimus*, unde veniant, II. XXIV. 603, 798.
- Pœmaticorum*, pro *poëmaticum*, II. XIV. 749. Item dandi casu *poëmaticus*, II. XV. 752. & 753. Ac Riccoboni error super hujusmodi dativis re- fellitur, 751, 752.

Polemia perperam statui neutrum; simul Ovidii locus, qui errori illi causam dedit, explicatus, I. XIX. 458.

Pollen rectius, quam *pollis*, I. XXIX. 502.

Pollis, deque eo Cæsar cum Charisio, & Prisciano, conciliatus, 502.

Polluces, pro *Pollux*, 552.

Polypus, an Lucilio femininum, I. XXXII. 516, 518. Patrio casu facit *polypi*, & *polypodis*, I. XX. 773.

Pompei, *Vulstei*, vocativi à *Pompeius*, *Vulsteius*, quorum secunda est diphthongus, II. V. 682.

Pomponia gens unde, I. VII. 397.

Pondo, pro *ponderis*, neutrum singulare; pro *libra*, plurale, I. XXII. 471.

Iov. Pontani error, 424.

Pontus non pro mari tantum, sed pro regione quoque masculinum, I. XII. 429.

Populi Romani, pro *Populo Romano*, II. V. 678.

Populus an vocandi casu dicatur pro *popule*, II. V. 678, 679.

Populus contractum ex *populinus*, II. XXXI. 829.

Porcum, & *porrus*, unde *porri*, I. XXXVII. 568.

Portabus, II. IV. 674, 767.

Portio, unde dicta, I. XXII. 469.

Portulaca paltinæa, unde dicantur, II. XXX. 824.

Pesca unde dicta, II. XXXII. 836.

Positio, pro *terminatione*, I. XXIV. 477.

Poster, vel *posterus*, unde *posterior*, II. XXV. 801.

Positivus, *comparativus*, *superlativus*, an rectè sic appellentur, & an non potuerint aptiora nomina excogitari, II. XXIII. 790.

Possessiva non junguntur ascendentibus, sed descendentibus, 817.

Possessorum terminationes, II. XXIX. 817.

Poste, & *postis*, II. XII. 734.

Postes, & *ances*, unde dicantur, I. XLII. 597.

Postilæna, II. XXXIV. 842.

Postremior, *postremissimus*, II. XXVI. 806.

Postulo vox in sacris usurpatur, I. XXII. 470.

Postumus, fortè ex *posterrimus*, II. XXV. 804, 805.

Potior, *possissimus*, à *potis*, II. XXV. 800.

Potis, pro *pote*, & *pose*, pro *potis*, II. XXI. 784.

Præps, & *anceps*, hujus *præcipis*, & *ancipis*: at *præcipis*, & *ancipes*, hujus *præcipis*, & *ancipis*, II. VIII. 698.

Præbia, vel potius *præbia*, quasi *prohibita*, tantum plurale, I. XLIV. 632.

Præcordia, semper plurale, *ibid.*

Prænestis, terminatione neutrum. At *prænestis* invenias in feminino. Græcis *Πεγασίς*,

& *Πεγασίς*, I. XII. 420, 421. An hæc *Prænestis* dicatur: in quo à Servio recessum *ibid.* *Prænestis*, *Cere*, *Bibracte*, & similia propria, ablativum flectunt per E, non per I, II. XI. 717.

Prænomina prioribus seculis addita Romanis mulieribus, I. VII. 396, 397. & quomodo prænominibus puellæ ejusdem familiæ distinguerentur, *ibid.*

Præpositio Stoicis comprehensa sub conjunctione, dictaque *conjunctionio præpositiva*, I. I. 373. Præpositiones interdum idem valent ac adverbium, tum in compositione, tum extra eam, I. I. 375. Præpositio cur in *meum*, *secum*, & similibus, subjiciatur, I. II. 382. Præpositionis definitio vulgaris rejecta, I. II. 378. vera proposita, & explicata, I. III. 383, 384.

Præsepe, *præsepium*, 542. *Præsepium*, à recto *præsepi*, II. X. 710. *Præsepis*, vel *præsepes*, 543.

Præses, contractum ex *præsidis*, II. XXXII. 833.

Præstigia, num. sing. I. XLIII. 621.

Præsto adverbium, vel nomen adjectivum, I. XXII. 470.

Præsul, unde dicatur, 834.

Prætor, unde dicatur, II. XXX. 825.

Preci, *precem*, *prece*, num. sing. ab antiquo nominat. *precu*, I. XLIII. 621. & I. XLVIII. 653.

Primus, naturâ adjectivum, tantum in plurali, I. XLIII. 622.

Primoris, *primori*, *primorem*, sine nominativo, I. XLII. 604.

Primus, pro eo, qui est inter primos, II. XXXIII. 795.

Principium, pro *principum*, II. XIV. 743.

Prior, pro *prius*, II. XXI. 784. *Prior*, ab antiquo *pris*, II. XXV. 803.

Prisciani error de genere oppidorum *Mustul*, & *Sustul*, I. XII. 422. super eo refellitur, quòd *Glycerium*, & similia, neutra putat, I. XXIV. 477. Ei restitutum *Maitii* nomen, I. XLIII. in marg. 616. Vetus scriptura ei reddita, II. II. 661. Ejus quatuor canones adducti de accusativis in E S, & I S, vel E I S, II. XVI. 754, 755. Prisciani ridiculus error, cum *Senatus* ait esse compositum, II. XVII. 764. Idem emendatus, II. XXVIII. 812. & 813.

Privoos, pro *privois*, seu *privis*, 687, 688.

Probus emendatus, I. XXXI. 507.

Procerem, I. XLII. 604.

Proceris Charisio terrapoton, I. XLVIII. 653.

Prodigius, II. XXXI. 841.

Præbia, I. XLIV. 632.

Proletarius, & *proletanus*, à *proles*, II. XXXI. 827.

Prometheos, pro *Promethei*. 693.
Pronis, *pronus*. 553.
Promuntorium, non *promontorium*, ut vulgò scribitur, contractum ex *prominitorium*, II. XXXII. 836.
 Pronominis definitio Prisciani & alterius cuiusdam eruditi Grammatici rejecta, I. II. 377. Vera proposita, & explicata, I. III. 383. Pronomina quædam ad nomen classem malè à Grammaticis referri, I. II. 379. quædam inter adverbia malè reponi, 381, 382.
Propheta vox & veteribus Latinis usurpata, I. XIX. 458, 459. *Prophetes*, 459, 460.
Propior, & *proximus*, eundem, quem præpositio *prope*, casum regunt, II. XXV. 803. *Propior*, & *proximus*, ab antiquo *propis*, & *propus*, II. XXVI. 805.
Propria sæpe usurpantur pro adjectivis inde deductis, I. VII. 401.
 Propria rarè utroque in numero pro eadem redeclinantur, I. XXXVIII. 571. habent tamen quandoque pluralem, *ibid*.
Profapia, *profapies*, I. XXXV. 541. *Profapia* apud Catonem num. pl. I. XI. 588.
Proficia, *proficies*, I. XXXV. 541. *Proficia*, II. XXXII. 833.
Prosper, ex *prosperus*, II. V. 676.
Prostibuli ἑρωγῶν. 417.
Proximus, *proximior*, II. XXVI. 807.
Psaltes, & *Psalta*, ut *Prophetes*, & *Propheta*, I. XI. 460.
Pterela, & *Pterelas*. 662.
Puer, ex *pueris*, unde *puellus*, II. V. 676.
Puere, pro *puer*, II. V. 679.
Pueritia, *puerities*, I. XXXV. 541.
Puerperium cur sine sexus discrimine dicatur. 450, 452.
Pugil, unde dicatur, II. XXXII. 833.
Pugillar, & *pugillaris*, in plurali *pugillares*, & *pugillaria*, I. XLII. 604.
Pugionis etymon, I. XXII. 468.
Pulchri ἑρωγῶν, II. XXXII. 832.
Pullaria *feles*, I. XXXVI. 551.
Pullus unde, II. XXI. 817.
Pulveres, à *pulvis*, Horatio, I. XXXIX. 578.
Pulvinar, & *pulvinarium*. 543.
Pulvis sæpius masculinum, I. XXIX. 502.
Pumilior, *Pœnior*, *cinædi*or, Comici comparativi, II. XXII. 789.
Punctus, *punctum*, I. XXXVI. 561.
 Punica lingua Hebrææ vicina, I. XX. 465.
Puppe, & *puppi*, II. XII. 729, 710.
Puppis ἑρωγῶν. 427.

Pus singulari integrum, I. XLVI. 642.
Putens, *putaum*, I. XXXVI. 561.
Pygargus avis genus, alio nomine *lagopus*, & ejus etymon, I. XXXII. 518.
Pyræus, & *pyrius*, *selenites*, & *selenius*, genere differunt: etiâ Plinius id discrimen non observet, I. XXVIII. 491.
Pyrois, è Πυρῶν. 700.
Pythion pro urbe, quæ postea *Delphi* dicta, & quæ nominis causa, I. XXIV. 478.

Q

Q *Quadrupes* trium generum, contrà ac visum Servio, I. XVIII. 456, 457.
Quafo malè inter adverbia à Donato poni, I. II. 382.
Quæstus, pro *questus*. 762.
Qualis, talis, *quansus*, *tantus*, *quotus*, *sortus*, & similia, esse pronomina, I. II. 380.
Qualitas, quam essentialem intelligunt Grammatici, non est nominis accedens, I. VIII. 402.
Qualus, & *qualum*, *quassillus*, & *quassillum*, olim dicebatur, II. XXIX. 821.
 Quarta declinatio est anomalia tertie, quæ genitivo exit in VS pro VIS, II. XVII. 718. hujus genitivi à rectis in VS priscis etiam in I, & IS, flectebantur, II. XVII. 761, 762.
Quercerus, II. XXXI. 826.
Quis, pro *quære*, II. XX. 780, 781.
Quercus, *querci*, & *quercus*, II. XX. 778.
Quiæ, pro *quære*, II. XX. 780, 781.
Quiære, pro *laibula*. I. XI. 588.
 Quinta declinatio fuit è tertia, II. XIX. 768.
Quinquatribus, & *quinquartis*, in dativo, & ablativo plurali, II. XV. 751. *Quinquartus*, & *quinquatria*, num. plurali, I. XLII. 604.
Quiritis, *Quiritem*, num. sing. poeticum, I. XLII. 605, 701.
Quisquilis num. sing. obsoletum, pro quo & *quisqualium*, sive *cusculium*, apud Plinium, I. XLIII. 622.

R.

R *Rabies*, pro *rabiei*, II. XIX. 769.
Radicium, vel *radicum*. 742.
Rapacia, seu *rapicia*, cauliculi raporum, pluralis semper, I. XLIV. 632.
Raster, & *rastrum*; unde *rastri*, & *rastra*, I. XXXVII. 569.
Rastri ἑρωγῶν, II. XXXII. 836.

Ravim,

Ravim, non *ravem*, II. X. 709.
Rebellio, àn *rebellatio*, dicendum, I. XXII. 470.
Rectus casus cur dicatur, I. XLV. 635.
Regis, regeris, pro, *rex, regis*. 552.
Reliquus, primum *relicius*, dicebatur, I. XLIII. 623.
Reliquia num. sing. I. XLIII. 622.
Repetundarum, & *repetundis*, falsè diptotis accensentur, cum *rectus* sit *repetunda*, I. XLVIII. 651.
Reposita, tantum plurale, I. XLIV. 632.
Requie, pro *requiei*, II. XX. 781. *Requies*, *requies*, & *requietis*, *ibid.* *Requies*, pro *requietus*, *ibid.*
Resse sapiens, quàm *ressi*, casu auferendi, II. XII. 729, 710.
Rese ablativus à *reus*, II. XI. 623, 718.
Reticulus, reticulum, I. XXXVI. 561.
Reus masculinum, unde *reticulus*, I. XXXIX. 503.
Retrior, II. XXVII. 810.
Rhamnus. 430.
Rheni an apud Persium pro *Rhenanis*, hoc est, Germanis, fumantur, II. XXI. 787.
Riccobonus refellitur de usu dativorum in *tiis* à nominibus tertiæ in *ma*, II. XV. 752.
Rictus, rictum, I. XXXVI. 561.
Risibilis, pro eo, qui insitam habet ridendi facultatem, rectè dicitur, II. XXXIII. 838.
Ritus, pro *ritus*, II. XVII. 762.
Robortelii maledicentia, I. VII. 460.
Rogus, rogum, I. XXXVI. 562.
Romani in formationibus casuum potissimum solent imitari *Dores*, & *Æoles*, II. IV. 672.
Roma, *Romam*, *Romæ*, Donato visâ loci adverbia, I. II. 381.
Rores, & *roribus*, apud poetas, item *Columellam*, & *Plinium*, I. XXXIX. 578.
Rores marini. 782.
Ros ἀρωγῆς, pro *rosmarino*. 783.
Rosmarinus, rosmarini; sed *rosmarinum, rosmarini*. *ibid.*
Rostri Romanis cur plurali dicantur, I. XXXVIII. 570. & I. XLIV. 632.
Rubeta ἑνμον, II. XXX. 825.
Rubus gen. dubii, I. XXXI. 509.
Rudens ἄλλ' ἰππίου, aliis masc. *Plauto* femin. I. XXIX. 500. & XXXIII. 521, 522.
Rudera neutrum plurale, non à *ruder*, sed *rudus*, I. XXVI. 482. quod & olim *rodus*, vel *raudus*, unde *raudusculum*, 483, 594.
Rullus unde, II. XXXIX. 817.
Rumex masc. I. XXXIV. 528.
Rupis ἑνμον, II. XXXII. 833.

Ruribus, à *rurs*, I. XLVI. 594, 643.
Rurvi, & *rure*. II. XII. 734.
Rutabulum, 832.

S.

Santiqui pro *R* posuere, II. XXXIV. 842.
Sabulo, fabulum. 544.
Sacerdotissa non est verbum *Agellianum*, I. XXX. 505.
Sacoma, sacoma, II. XV. 752. & II. XX. 774.
Sapissimus, II. XXV. 367.
Saguntibus, & Saguntibus, I. XII. 423, 424.
Sagus, sagum, I. XXXVI. 562.
Sal, contrahitur ex recto *salis*, cum mascul. ex *fale*, cum neutrum. I. XXXV. 542. *Sal*, pro condimento, sapius masculinum, I. XXIV. 474. *Salis* numero plurali, etiam pro condimento cibi, I. XXIV. 474. I. XXXIX. 578. I. XLI. 594. & contrà. *Sal, salis, salem*, num. sing. etiam pro facitiis, I. XLII. 594.
Salax piscis semper masculinum, I. XXV. 480.
Salebra num. sing. I. XLIII. 623.
Salis, vide Sal.
Salgama, II. XXX. 824.
Salina natura adjectivum, I. XLIII. 623.
Cl. Salmasius. 430.
Salica puella. 827.
Salubritates, & valetudines, apud *Censorinum*, I. XL. 588.
Salus, salura, I. XXXVI. 562.
Salutes non reperias, nisi apud *Ecclesiasticos*, I. XL. 588.
Samnis, pro *Samnis*. 701.
Sandæx, sive *sandæx*, semper fere femininum, I. XXXIV. 534.
Santissimes *Arnobio*. I. XL. 588.
Sanguen, pro *sanguis*, I. XXXVI. 449. *Sanguinis*, genitivus à recto *sanguen*: at *sanguinem*, à recto *sanguinis*, II. VIII. 702.
Sapphorus femin. 513.
Sarcina num. sing. I. XLIII. 623.
Sardeis, vel *Sardis*, nominativo plurali, II. XIII. 737.
Sardonix genus variat, I. XXXIV. 534.
Satius, ἢ οὐκ ἐπιπύω ex *satis* factum, eodem modo inflectitur, ut *satis*: & syncope ista etiam in obliquis invenitur, I. XLVII. 648, 649.
Satrapæ. 552.
Satur, ex *saturus*, II. V. 676.
Satureia, II. XXXIII. 839.
Saturnaliorum, pro *Saturnalium*, & similia, II. XIV. 748, 749.

Scala,

- Scala*, quod rectius *scala*, I. XLIII. 623.
 Iof. *Scaligeri* de Ennii versu conjectura refellitur, I. XXXVI. 547. *Paltria* perperam loci nomen putavit, I. XLIV. 631. falli, cum negat, *virix* neutrum esse in singulari, II. XII. 728.
 Iul. *Scaliger* rectene superlativi definitionem impugnet, II. XXIII. 791, 792. immeritò *Lucani* locum culpavit, I. XII. 423. refellitur de genere epicoe: ac adverteris eum veteres defensus, quòd sexum sæpe non distinxerint terminatione, 450. falli de origine vocis *Vlysses*. 694. ejus laus, II. XXIII. 791.
Scamillus, II. XXIX. 819.
Standix herba Plinio femin. I. XXXIV. 530.
Scatere non esse verbum sordidum, I. XLVII. 648.
Scelerus, *a*, *um*, prisca pro *sceleratus*, I. XX. 467.
Schema, *schemæ*, & *schematis*, II. XV. 751, 774.
 Schotti in Virgilio ex Probo emendatio rejecta, II. VII. 691.
Scipiadam, pro *Scipiadem*, II. II. 661.
Scipionides, *Scipionixades*, *Scipiades*, II. XXVIII. 813.
Scobs, ex *scobis*, femininum, I. XXXIII. 522.
Scopa, pro *verriculo*, plurale solum, I. XLIII. 623.
Scops, avis genus, I. XXXIII. 522.
Scorpius, pro *scorpius*, II. VII. 690.
Scoriscum, II. XXIX. 817.
Scorti etymon, I. XI. 416, 417.
Scrobis, unde contractum *scrobs*, & diminutivum *scrobiculus*, potiùs generis masc. quàm feminini, I. XXIX. 503.
Scutiella, unde derivetur, II. XXIX. 820.
Scutus, *scutum*, I. XXXVI. 562.
Scytharum mos, jurandi per ventum, & accipiam, I. XXVIII. 494.
Seculum unde dictum, II. XXXII. 834.
Secundilla, *Quarvilla*, *Quinçilla*, I. VII. 397.
Securidaca, II. XXX. 823.
Secus, pro *sexu*, neutrum, I. XXXI. 510.
Seditio, unde dicta, I. XXII. 469.
Segeti, pro *segete*. 734.
Σελυς. 429.
Sembella. 701.
Semis, & *femissis*, differunt, I. XXIX. 503. *Semis* unde, & ut fornet obliquos. 701.
Senari, & *senarius*, pro *senatus*, II. XVII. 763, 778. ejus etymon, superque eo spissus error Prisciani, 764.
Senecio, ex genitivo prisco *senicis*, I. XXXVI. 553. & II. XXX. 825.
Senex an communis generis, I. XV. 441.
Senectus, & *senectæ*, ex *senecius*, II. XXX. 825, 826.
Senior, pro *senex*, II. XXI. 793.
Senis, genitivus contractus ex *senicis*, II. VIII. 702.
Sensus, *sensum*, I. XXXVI. 562.
Senis, quod usitatus *senes*, num. plurali gen. masc. I. XXIX. 503. *Senis*, *senem*, num. sing. I. XLII. 606, 607.
Seps, pro *serpente* masc. ejusque etymon; pro *sepimento*, nisi sic rectius *sepes* dicitur, femin. I. XXXIII. 522. Tollo tamen *seps* usurpatum eâ significatione. *ibid.*
September, vel *Septembris*, *October*, vel *Octobris*, aliæque mensium nomina, adjectiva sunt, eoque ablativo in I exeunt, II. XI. 722. *September* autem, & *October*, derivata sunt à simplicibus, non composita ex *imber*; contra Priscianum, aliòsque, *ibid.* & 827.
Sequester, *sequestri*, & *sequestris*, II. XX. 774.
Serapidem, *Serapim*, & *Serapion*, II. X. 701, 712.
 Sergii crassus error de voce *vulgi*, I. XXXI. 749.
Serrum naturâ adjectivum, I. XLIV. 632. & II. XXXIII. 841.
Servisusium, & *compedium*, pro *servisium*, & *compedium*, II. XIV. 748.
 Servius an rectè *Acragas* putet montis nomen, I. XII. 426. ejus error de *Pale*, I. XI. 417. rectene existimet, ut *Praneste*, sic *Pranestis* dici, I. XII. 421. lapsus in loco Maronis, I. XXVII. 489. ejus fastus, Horatium solocicini damnantis, I. XXIX. 499. Emendatus, I. XLIV. 627. refellitur in eo, quòd *crocus* neget dici. 508. refutatur de ablativis nominum in N S, II. XII. 725, 726. falsus, cum negat, *virix* neutrum esse in singulari. I. XII. 728. Idem correctus in Attæ loco, II. xx. 780.
Sesama, *sesamum*, *sesameus*. 538, 564.
Sesterius, & *sestertium*, significatione differunt, I. XXXVI. 562.
Sexu virile legitur, apud Sallustium, I. XXXI. 510. *Sexus*, & *sexus*, II. XVII. 760. *Sexus* olim quoque neutrum, I. XXXI. 510.
Sibilus, & *sibilum*, unde *sibila*, I. XXXVII. 567.
Σιγμωσ, pro *πρὸς σιγμωσ*, perperam legitur apud Xenophontem, si Helladio credimus, I. XIV. 439.
 Significatio non est accidens nominis, sed forma essentialis omnis vocis, I. VIII. 402.
Silex aliis femin. Lucretio masculinum, I. XXXIV. 528. perperam id Diomedes spoliati plurali. 578.

- Silphium*, I. XVI. 483.
Simo Verrepæus, & *Caucius*, aliquot locis castigati, I. XXII. 467, 468.
Simois, ex *Σιμοεσι*. 700.
Sinapi neutrum aptoτον, & *sinapis* femininum, I. XX. 466.
Sinapim, à *sinapis*, II. X. 710.
 Singularis an numerus verè sit, I. IV. 186.
Singularis, & *pluralis*, item *singulariter*, & *pluraliter*, voces jam olim usurpatæ. *ibid.*
Singularis, & *singularis*, II. XIV. 749.
Singulus, & *plurativus*, pro *singulari*, & *plurali*, I. IV. 386. *Singulus* num. sing. I. XLII. 606.
Sinus, *sinum*, pro vase lactis, I. XXXVI. 562.
Sinus, pro significatione diversâ, diversâ est declinat. II. XX. 779, 780.
Sirempis, *sirempse*, I. XLVIII. 652.
Sirmio urbs terminatione masculina, *σῆρμιον* femininum jungitur, I. XII. 422.
Sisor, *pathinacæ* genus, *singulari* neutrum; *plurali* masculinum, vel femininum, I. XXVI. 486.
Siti, & *siste*, ablativo, II. XI. 723.
Situs, nominativi terminatione, in utroque numero, I. XXXIX. 579.
Smargadus *sarpinus* masc. interdum etiam femininum, I. XXXI. 513.
Soboles num. plur. I. XL. 588.
Socrate, & *Socrates*, vocativus, II. III. 669. II. X. 714.
Socrus, pro *socero*, apud Atticum, I. XVII. 455, 509.
Sol ex veteri quorundam Germanorum gentium Theologia, femina fuit, I. IX. 406.
Sola, à *solum*, id est *terra*, vel *solea*, num. plur. frequens, I. XLI. 594, 595.
Soles, *solibus*, num. plur. I. XXXIX. 579.
Solea, & *foliis*, num. plur. à *solum*, I. XLI. 595.
Solox, pro *crasso*, adjectivum, I. XXXIV. 531.
Somnus, pro *somno*, II. XX. 778.
Somnum, *agraftum*, *calastum*, pro *fontium*, *agrostium*, *calastinum*, II. XIV. 741.
Sonus, *soni*, & *sonus*, II. XX. 778.
Sorbium, pro fructu, non *forbus*, ut locutus Pontanus, I. XIV. 438.
Sordi, pro *sorde*, II. XII. 734. *Sordis*, *sordem*, *sorde*, num. sing. I. XLIII. 624.
Sorex gen. masc. I. XXXIV. 523.
Sors, ex *fortis*, I. XXXIII. 519. *Sors* etiam pro *fortitione* invenitur num. plur. I. XL. 588. *Sors*, pro oraculo num. sing. I. XLIII. 624. *Sorsii*, pro *sorte*, II. XII. 734.
Sortio, pro *fortitio*, I. XXII. 470.
- Socularis*, *barbarum*, I. XXIX. 504.
Spadix, *Larinis* adjectivè sumitur, pro *rutilo*, seu *punico*, I. XXXIV. 530.
Sparus, *sparum*, reli genus: at pro pisce, *sparus* tantum, I. XXXVI. 562, 563.
Spebus, dativus plur. à *spes*, II. XIX. 771.
Specierum, & *speciebus*, an liceat usurpare, II. XIX. 771.
 Species quatenus in nominis doctrina considerari debeat, I. VIII. 403. *Species* cur à Grammaticis dicatur accidens derivationis, I. IV. 385.
Specierum, pro *specierum*. II. XIX. 772.
Spectaculum num. sing. contra opinionem Grammat. I. XLIV. 633.
Specubus, pro *specibus*, euphoniæ causâ, II. XVIII. 767.
Specus, *specæ*, *specum*, veteres dixerunt, I. VI. 394, 395. & XXXI. 509.
Speribus, pro *spebus*, à recto plurali *speres*, I. XL. 589. II. XIX. 771.
Spes num. plur. frequens, I. XL. 589, 590.
Spicus, *spica*, *spicum*, I. XXXVI. 563, 394.
Spiritus, *arinnillæ* genus, neutrum, I. XXVI. 486, 487.
Spiritus, pro animi elatione, etiam invenitur num. sing. I. XLII. 606.
Spissigradissimus, II. XXVII. 810.
Spolium numero *singulari* apud Virgil. I. XLIV. 633.
Sponsaliorum, pro *sponsalium*, II. XIV. 749.
Sponsor *dan*, Ovidio, I. XXVII. 487.
Sponis, & *sponse*, diptoton, I. XLVII. 646, 647.
Stadium, *stadium*, 563.
Stanna num. plur. apud Vitruvium, I. XXXVIII. 572.
Stereori, pro *stercore*, II. XII. 735.
Sterilis, & *sterilus*, 553.
Sterilitates, apud Censorinum, I. XL. 588, 590.
Stilpo Megarensis cur *στυπῶν* ab Arcopagitis damnatus, I. XI. 418.
Stirps, pro *solole*, semper femininum: pro *trunco*, interdum etiam masculinum, I. XXXIII. 523.
 Stoici statuere quinque vocum classes, I. I. 373.
Strabo, *straba*, II. XXI. 788.
Stragula, & *stragulum*, 538.
Strenuus, *strenuor*, *strenuissimus*, II. XXVII. 809.
Strigil *barbarum*, vel obsoletum; pro quo relictâ *strigilis* genere feminino, I. XXI. 475. ejus etymon, *ibid.* *Strigili*, & tutius *strigile*, casu auferendi, II. XI. 723.

S I S S S

Strues,

Stryx, & *strux*, I. XLII. 606, 837.
Stryax, sive *storax*, pro succo, sive odore, maic. I. XXXIV. 526.
Suber tantum est neutrum, I. XIII. 433. *Suber* unde, II. XXXII. 832.
Sublimentum, pro *sublimen*, I. XXXVI. 547.
Sublimus, pro *sublimis*, I. XXXVI. 547.
Subsellis, de theatralibus *subsellis*, tantum plurale, aliàs etiam in sing. dicitur *subsellium*, I. XLIV. 633.

Substantiva quædam omnis sunt generis, I. VI. 594. Substantivi, & adjectivi definitiones vulgares excussæ, verâque allata, I. VI. 594, 595. Substantiva adjectivè sumpta moveri adjectivorum more, II. XXI. 785. Substantiva substantivè posita moventur solum de genere virili in muliebri, II. XXI. 787.

Subucula *στρουγ*, II. XXXII. 832.
Subus contr. ctam ex *subibus*, II. XV. 750, 751.
Succus, pro *succi*, & *succum*, pro *succorum*, II. XX. 779.
Suis, *sueris*. 552.
Sulfura, 596.
Summas, ex *summatis*, 551.
Summus, ex *supremus*, II. XXV. 804.
Supellectilis, nominativus antiquus, II. VIII. 699. *Supellectile*, pro *supellectile*, II. XII. 735.
Super, & *superus*, unde *superior*, II. XXV. 801.
 Superlativo bis, anter magis, significetur, II. XXIII. 791. ejus notæ in inscriptionibus antiquis, 792. quid propriè significet, II. XXIII. 795.

Superstitio unde dicta, I. XXII. 469.
Superus, & *inferus*, num. sing. I. XLII. 607.
Supinus, *supinior*, II. XXVI. 806.
Supparus, *supparum*, I. XXXVI. 563.
Suppetia, *suppetias*, diptoton, I. XLVII. 645, 646.

Supplice, & *supplici*, II. XII. 724.
Supremus, & *infimus*, ex *superissimus*, & *inferissimus*, II. XXV. 803.
Sus utriusque generi jungitur, I. XV. 448.
Suspicio contractum ex *suspicio*, habetque antepenultimam longam, II. XXXII. 834.
Susurrus, pro *susurro*, II. XX. 779.
Suthul, opidi nomen, neutrum, contra quàm sentit Priscianus, I. XII. 422, 423.
Sylburgius. 414.

Symbolum Apostolicum Patrum quorundam iudicio unde dicatur, I. VI. 395.
Symbolus, *symbolum*, I. VI. 395. II. XXXVI. 563. at *symbola* gen. fem. aliud est, *ibid*. *Symbola*, *symbola*, & *symbolum*, I. VI. 395.

Symplegas, num. sing. I. XLIII. 624.
 Syncope frequens est in genitivo plurali eundem; & in quibus nominibus ea præcipuè locum habeat, II. VI. 689.
Syngraphus, *syngrapha*, & *syngraphum*, I. VI. 395. & *imprimis*, I. XXXV. 541.
Syrma, *syrma*, II. XX. 774.

T.

T & **I**, quid significant, I. VII. 396.
Taberna unde, II. XXX. 819, 824.
Tabi, tabo, diptoton, I. XLVIII. 651.
Tabula, unde derivetur, II. XXIX. 819, 824.
Tacitus, pro *magis taciturnus*, II. XXVII. 810.
Tanaros cur Apulejo femininum. 415.
Talcrum, vel *calitrum*, unde, II. XXX. 826.
Talio femininum, ejusque etymon, I. XXII. 470.

Taliones, & *talionum*, est apud Agellium, I. XI. 590.
Talpa, vide *Dama*.
 Tanaquil, Tarquinii Prisci uxôr, *Caja Cæcilia* dicta, I. VII. 396.
Tantalus, pro *Tantalo*, II. IX. 705.
Tantundem an semper neutrum, I. XXIV. 476.
Tantundem, tantidem, I. XLVIII. 652.
Tapesas, pro *tapeses*, II. XVI. 757.
Tarus oppidum virile. 426.
Tartarus, *byssinus*, *amethystinus*, & similia in I N V S, penultimâ correptâ, II. XXXI. 829.

Taxos *φίλα*. 454.
Tellures num. plur. I. XL. 590.
Temeritudo, & *temeritas*. 545.
Tempus, neutrum plurale, I. XX. 466, 650.
Tempus capitis, num. sing. I. XLIV. 633.
Temulentus, contractum ex *temulentus*, II. XXXI. 829.

Tenuis, pro *tenacis*, II. XVI. 756.
Teucer, & *Teucus*, II. V. 675.
Tenebra, num. sing. apud Lampridium, I. XLIII. 624.
Teneritudo, & *teneritas*. 545.
Tenuis, *tenuior*, *tenuissimus*, II. XXVII. 809.
 Terentianus Maurus leviter correctus, II. II. 663. idem emendatus, II. VII. 691.
Tergus, *tergum*. 563.

Terminata diversimodè in nominativo, I. XXXV. 536, 537, &c. Terminatio diversa ejusdem nominis non raro genus variat, ac declinationem; idque exemplis pluribus comprobatur, I. XXXV, XXXVI. 535, 536, seqq. usque ad 566.

Termo,

- Terminus*, & *terminus*, ac etymon utriusque. 545.
Terrores dici, etsi aliter Charisio visum, I. XXXIX. 579.
Terpandrus. 675, 676.
 Tertiz declinat. genitivi Græci in OS, II. IX. 703. in VS à Græcis nominibus in O, 707. Accusativus in plerisque pro EM habet IM, II. X. 709. In Græcis, quæ fere propria sunt, 710, aut IN, aut IM, 711, &c. ejus nomina propria in IS formant ablativum in E, II. XI. 722.
 Tertullianus incommodè *nutricem* dicit de femina, ubi non est augendi significatio, I. XV. 444.
Testamentum, à *supino testatum*, II. XXXII. 834.
Testis utriusque generis, I. XV. 448.
Testum, pro *testa*, I. XXXV. 538.
Tetrancorum, pro *tetrantum*, à *tetrans*, II. XIV. 750.
Texerinum, & *texerina*, 538.
Thais, & *Thais*, vocandi casu, II. X. 715.
Thebaida, vel *Thebaidem*, non *Thebain*, II. X. 712.
Theba, & *Thebe*; ut *Cyrena*, & *Cyrene*; *Cuma*, & *Cume*, I. XLIII. 625.
Thebaus, II. XXI. 816.
Themistocle, pro *Themistocli*, similiâque, II. IX. 706.
Theophrasti, pro *Theophrasti*, similiâque, *ibid.*
Thesurus, non *thesaurum*, I. XXXVI. 563, 564.
Thesæ, pro *Thesæum*, II. VII. 694.
Thesæis Diphuli, II. XXVIII. 814, 815.
Thetide potius in ablativo, quàm *Theti*, II. XI. 723.
Thetis, pro *Thetidis*, 701.
Thomex, sive *thomix*, femin. I. XXXIV. 530.
Thrace. 663.
Thunus, quæ Græcis *θύν*, vel *θύμης*. 450.
Thu pro arbore, I. XIII. 434, 464.
Thyestæ vocativus, à *Thyestes*, II. III. 670.
Thymus, *thymum*, I. XXXVI. 564.
Thymus faxia. 451, 453.
Thymiasis, II. XV. 573.
Tiarras, & *tiarra*, genere discrepant, I. XXVIII. 489, 490.
Tiburis, pro *Tiburis*. 552.
Timarchidi, pro *Timarchidis*, II. IX. 704.
Timodemide, II. XXVIII. 812.
Timores dixerunt poetæ, I. XXXIX. 579.
Titan, & *Titanus*, ac vocis etymon. 549.
Toga unde di ta, II. XXXII. 831.
Toleno, & *solleno*, II. XXXII. 832.
Tomex, *torpice*, vide *Thomex*.
Tomirus, & *tonirus*, II. XVII. 759.
Tonsilla, & *glandula*, 821.
Topaxius potius femin. I. XXXII. 513.
Toral. 542.
Torcular, & *torcularium*, II. XIV. 543, 749.
Torquis, nunc masc. nunc fem. I. XXIX. 504.
Torques, & *torquis*, I. XXXVI. 551.
Torrens naturâ adjectivum; *τὸν τὸν τὸν* masculinum, I. XXXIII. 523.
Torus, *torum*. 564.
Torus priori correptâ pronomen, I. II. 380. eaque vox Lucretio restituta è vet. membranis. *ibid.*
Trabeate, pro *trabeatus*, II. V. 680.
Trabs, ex *trabes*, I. XXXIII. 519.
Tradux masc. I. XXXIV. 532. ejus etymon, 837.
Transena, seu *transenna*, unde dicatur, II. XXXII. 835.
Tributus, *tributum*. 564.
Trica nomen opidi; *trica*, pro *quisquiliis*, I. XLIII. 625.
Tricuspis, in ablativo *tricuspide*, II. XI. 719.
Tridens, naturâ adjectivum, II. XIII. 725. *Tridentis*, auferendi casu, II. XII. 725, 726.
Tripectorum, a, um. unde *tripeçtora* plurali neutro, II. XIII. 738.
Triplæces, pro *pugillaribus trium foliorum*, caret plurali, I. XLII. 607.
Triu, pro *tres*, II. XVI. 755.
Tripus, apus. *polypus*, *chrysopus*, composita à *ωψ*; masc. I. XXXII. 518.
Tristitia, *tristitius*, I. XXXV. 541.
Tristior, pro *subtristis*, vel *ex parte tristis*, II. XXIII. 792.
Tegetia. 413, 414.
Tuber pro significatione variat genus, I. XXVI. 482.
Tuder oppidum. 425.
Tudes, & *trudes*, incerti generis, I. XXVIII. 493.
Tumex, vel *tumix*, masc. I. XXXIV. 528, 837.
Tumex, vide *Thomex*.
Tumululus, & *tumululus*, verbalia à *tumeo*, II. XXXII. 836.
Turbo, *turben*. 544.
Turnebus an rectè censeat *portulaca*, *passinaca*, similiâque, per T scribi, II. XXX. 823.
Turris, & *turri*, II. XII. 710, 729.
Turturis, pro *turtur*, 489.
Turunda unde, II. XXXIV. 841.
Tusses num. plur. I. XL. 590.

Tymber, & *Tymbrus*, II. v. 675.
Typhocis, pro *Typhos*, II. vii. 694, 774.
Tyranna, & *Tyrannus*, feminina ex *Tyrannus*,
 I. xv. 441, 442.

V.

V genitivi terminatio Latinis antiquitus
 pro OV, II. vii. 691.
Vacuissimus, II. xxvii. 809.
Vadium num. sing. I. xliv. 633. *Vadus*, *va-*
dum, I. xxxv. 564, 565.
 Valerius Flaccus correctus. 696. ejusdem lo-
 cus expensus, I. xii. 428.
 Valerius Max. verborum incuriosior, I. xxii.
 470.
Valesudines num. plur. I. xl. 590.
 Valgius emendatus, I. xxxv. ad oram pag.
 338.
 Valla admirator & imitator Quintiliani,
 alioqui maledicus in omnes, II. xxiii. 792.
Valles, pro *vallis*, I. xxxvi. 551.
Vallus, *vall-sm.* 564.
Vas & potius in masc. I. xxxiv. 531.
 Vartonis *σολομῶνας*, I. xxiv. 478. Idem
 apud Noniam correctus, I. xxix. 502. & II.
 iv. 674. Item in septimo de L. L. emendatus, I.
 v. 390, 391. ejus regula de genitivis in *sm*, &
ium, à Plinio ridicula vocatur, II. xv. 754.
Vasum, pro *vas*; & *vasibus*, pro *vasis*, II.
 xx. 781.
Vases, quoque femininum, I. xv. 448.
Vbero, & *uberi*, II. xii. 726.
 Ve præpositio loquelatis, II. xxxiv. 843.
Veſti, pro *veſte*, II. xii. 735.
Veſtius quis, & unde dicatur, II. xxxiv. 843.
 Ventorum nomina Latinis masculina, He-
 brais feminina, I. x. 413. An Latinis semper vi-
 rilia. 414.
Ventus, hujus *venti*, & *ventus*, II. xx. 779.
 Venus tum mas, tum femina credebatur: un-
 de Aristophani *Αφροδίτη*, pro *Αφροίτη*, I. xi.
 417.
Vepres, *vepris*, vel *veper*, nominativus obsole-
 tus, ac utriusque gen. I. xxviii. 494. *Veprem*,
vepre, num. sing. I. xlii. 607.
 Verba Conjunctionum classis à Grammaticis
 inserta, I. ii. 380, 381.
 Verbalia anomala à præsentis derivata, I.
 xxii. 469, 470. à nominibus, *ibid.* Verbalium
 varæ terminationes, veræque in multis origo
 ostenditur, II. xxxii. 831, 832, &c. illa
V N D V S non significant similitudinem;

sed idem notant, quod participia activa verbo-
 rum, unde descendunt, II. xxxiii. 838. In
 BILIS alia solum activè, alia passivè, alia
 utroque modo accipiuntur, *ibid.* In ILLIS,
 plurimum sumuntur passivè; quandoque &
 activè, vel neutraliter, 839.

Verberabilissimus, II. xxvii. 810.

Verberis, & *verbere*, singulari numero dipto-
 ton; plurali integrum, I. xxvi. 486. I. xlii.
 633.

Verbi definitiones vulgares rejectæ, I. ii. 377.
 vera proposita, & explicata, I. ii. 383. Ver-
 borum aliud fecundum, aliud sterile. Ac fec-
 undi, sive declinabilis aliud tale à voluntate,
 aliud à naturâ, I. v. 390. Verbum, quod Græci,
 & Latini, nomini opponunt, commodius Ara-
 bibus, & Hebrais, *actio* nuncupatur, I. i. 371.

Verbium, pro *verborum*, II. vi. 687.

Verderius refellitur, I. vii. 398. I. xxvii. 648.

Veretri *εἴρωρ*, II. xxxii. 836.

Veribus, & *veribus*, II. xviii. 767.

Vermina neutrum plurale, unde *verminare*, I.
 xxxvi. 549.

Verna, pro *manipio*, est Probo omnis gene-
 ris: & quomodo id possit excusari, I. xv. 444.

Versus, *versis*, & *versus*, II. xx. 779.

Vertilis, II. xxxiii. 839, 840.

Vesit, pro *uit*, II. ix. 704.

Vespera, *vespero*, *vespere*, & *vesperi*, ablativè.
 539, 540. *Vesper*, & *vespera*, ac utriusque *εἴρωρ*,
 & an *vesperus* quoque dixerint, *ibid.* *Vesper* no-
 men, pro *Phosphoro*, *ibid.*

Vestibulum, unde dictum, 823.

Veternus unde dictus, II. xix. 825.

Veterimus ab antiquo *veter*, unde & *veterior*,
 II. xxiv. 799.

Vern, *verus*, & *verum*, II. xvii. 761.

Vibex, an *vibix*, dicendum, I. xxxiv. 829.

Vicem, *vice*: addit Phocas *vici*: Charistius
 etiam *vici*: unde adverbium *vix*, I. xlviii. 611,
 652.

Vidrix, & *ultrix*, feminino & neutro genere
 dicuntur, contra opinionem Servii, & Scal.
 Ablativo in E, & I, exeunt, II. xii. 728.

Victus, pro *victus*, II. xvii. 763.

Vigil, substantivè acceptum ablativum facit
vigile, unde genitivus *vigilum*. At à *vigili* adje-
 ctivo, *vigilium*, II. xiv. 740, 839.

Vigilix, II. xxxiii. 837.

Vigile, & *vigili*, II. xii. 726.

Vigilia pluraliter de totis excubiis nocturnis:
 at *vigilia* singulariter de parte earum, I. xliii.
 625.

Vigil,

Vigil. contractum ex *vigilis*, II. XXXIII. 839.
Vigiliū Martyris locutio expensā, II. XII.
 728.
Vili, caro, à Diomede credita adverbia, I. II.
 381.
Vimen unde, II. XXXII. 834.
Vina, & villa, num. plur. I. XXXVIII. 574.
Vinaceum, I. XLIV. 634.
Vindex, gen. commun. I. XV. 448.
Vindicta, num. sing. I. XLIII. 625.
Vindicta contractum ex *vindicta*, II. XXX. 825.
Vinum filius vitis. 432.
Viv de mutis animantibus. 406, 410. *Vir*, ex
virus, II. V. 676.
Virgiliū in Culice locus expensus, I. XXVI.
 485. Idem aures suas procontabatur, urrum ac-
 cusativus per ES, EIS, an IS, esset pro-
 laturus, II. XVI. 756. Vide & *Maro*.
Viri, & viro, apud Lucretium à *virus*, I. XLVI.
 632.
Virilium officiorum nomina nullā ratione
 habitā terminationis feminino genere usurpan-
 tur, I. X. 409.
Virorum nomina feminis, feminarum viris
 tributa, *ibid.*
Virtus, contractum ex *viritus*, II. XXX. 827.
Virus olim secundā, gen. neutri, I. XXXI. 510.
Vis singulari tetraproton, & in plurali *vis*, pro
vires, I. XLVIII. 590, 652. *Vis* contractum ex
viris, II. XIV. 745.
Viscus, viscum, 565.
Viscus, visceris, viscere, num. sing. I. XLIV. 579,
 634.
Viscum, II. XXXII. 836.
Vita num. plur. admodum frequens, I. XL. 591.
Vivum unde dictum, II. XXXII. 836.
Vlgo unde, II. XXX. 825.
Vlanius maritus, Catullo; *populus marita*, Pli-
 nio, I. XIII. 434.
Vlpianus bonus Latinitatis auctor, I. VII. 396.
Vls, II. XXV. 803.
Vltior, vltimus, ab *ulter*, vel *ulserus*, II. XXVI.
 805.
Vlysse, pro *Vlysses*, vocativus ultimā correptā,
 II. III. 670.
 VM terminatio nominativi pro ER, ES,
 OS, VS, vel. contrā, I. XXXVI. 548.
Vna, pro *unus*, I. II. II. III. 668.
Vna, & sole, vocativi, ab *unus*, I. XLVIII. 655,
 656, & II. V. 680.
Vnguis, & ungue, II. XII. 735.
Vnguentum, contractum ex *unguentum*, II.
 XXXII. 833.

Vngula non videtur diminutivum, etsi ita
 Diomedes, II. XXXIX. 820.

Vnio, pro *margarita* masculinum: pro *conor-
 dia* Latium non est; at invenitur pro *unius* &
 cepæ genere, I. XIII. 468.

Vnus, ullus, nullus, uter, neuter, & similia, non
 nomina esse, sed pronomina, I. II. 379, 380.

Vnus non usurpatur in plurali, nisi ius junga-
 tur, quæ aut nunquam, aut rard, in singulari
 reperiuntur, I. XXXIX. 579. *Vnus, & solus*, ling.
 integra, quorum vocativus *uno, & sole*, I. XLVIII.
 655.

Vocativi semper sunt secundæ personæ, I. IV.
 388. Vocativus nominum in VS quandoque
 est similis nominativo, II. V. 679. propriorum
 in VS olim vel I, vel E. 681.

Vocabulum, pro nomine proprio, I. VII. 396.

Voci accidunt species & figura, I. IV. 384.
 numerus, & persona, 385, 386, 387. analogia
 & anomalia, v. 389. ejus definitio, I. I. 370.
 differentia triplex, *ibid.* secundum classes sive
 species Hebræi, & aliis Orientis populis verus-
 tioribus, item Græcis, triplex, I. I. 371. &
 quomodo sensim à tribus hisce partibus ad
 octonarium numerum sit devenitum *ibid.* & 372.
 ejus species, sive partes orationis duas, aut, ad
 summum, tres tantum esse principes, & neces-
 sarias: adque ad has reliquas referri posse, osten-
 ditur, I. I. 373, 374.

Volucris cur rectius femin. I. XXIX. 504. *Vo-
 lucrum, & volucrum*, II. XLV. 743.

Volup, I. XLVI. 644.

Volutas, ex *volutas*, II. XXX. 825.

Volutus, pro *vultus*, II. VIII. 697.

Volvox animal, unde dicitur, generis incerti,
 I. XXXIV. 531. & II. XXXII. 836.

Urbes, an *urbis, omnis*, an *omnis*, dicas, nihil
 referre, quod ad significationem; sed tantum
 ad *inquinat*, II. XVI. 756.

Urbes, & regiones, mulierum specie antiqui-
 tus pingebantur, & quæ ejus rei causa, I. XII.
 430.

Urbium nomina quæ Græce exeunt in *on*,
 semper feminino jungi videntur, idque non ter-
 minationis ratione, sed *quædā* *inquinat*, I. XII.
 424. item in VS, quæ Græcis in OS ex-
 eunt, sæpius femininis, quàm masculinis adje-
 ctivis juncta reperiuntur, I. XII. 427. at quæ
 Græce exeunt in OYΣ, & ex OEIΣ con-
 tracta sunt, ratione terminationis masculina
 sunt, 429. Urbium, regionum, insularum no-
 mina ejus sunt generis, quod indicat termina-
 tio, I. XII. 419. quædam tamen terminatione

S f f f f 3

mascu-

masculina, aut neutra, adsciscunt adjectivum femininum figuratè, quia intelligitur *urbs*, vel *regio*, aut *insula*, *ibid.* quæque olim figuratè, semper usurpata, iis tutius nunc quoque sic utimur, 430.

V S nominativi terminatio pro VR, vel VM, aut contrà, I. xxxvi. 553, 554. V S genitivus nominum in O; ut *Didus*, *Sapphus*. II. IX. 707. V S terminatio nominativi secundæ, in vocandi etiam casu invenitur, II. v. 678, 679.

Vienfile Varroni, sed *uensilia* usitatus dicitur in plurali, I. XLIV. 634. *Viensilis*, *uensilia*, *uensilia*, ab *utor*, II. xxxiii. 839.

Vier, *uerus*, *userum*, I. xxxvi. 564, 565. *Vier*, in neutr. 484.

Vilitatum, & *utilitatum*, II. XIV. 744.

Vulgaris, & *vulgareus*, II. XIV. 749.

Vulgus masc. & neutrum, I. xxxi. 510. *Vulgus*, *vulgi*, & *vulgus*, I. xli. 596. II. xx. 779.

Vulturis, vel *vulturus*, & *vulturius*, pro *vultur*, I. xxxvi. 550, 688.

Vultus, *vultum*, I. xxxvi. 565.

Vxor olim commune, ejus etymon, I. xxvii. 487.

X.

X *Anthus*, Lyciæ urbs, deque hac locus Maronis in *Culice* explicatus, I. x. 413.

Xeno, pro *Xenon*. 544.

Xenophonti tributa de *Æquivocis* sunt commentum *Annii Viterbiensis*, II. xxvi. 806.

Y.

Y *Περίφιλίας*, superlativus, II. xxiii. 790.

YN accusativus tertiæ à recto YS, II. x. 713.

Z.

Z *Ingiber* semibarbarum, 467.

Zizania, I. XLIV. 634.

F I N I S.



GERARDI IOANNIS VOSSII
ARISTARCHI,

SIVE
DE VOCVM ANALOGIA
ET ANOMALIA,

LIBER TERTIVS;


sive commentariorum

DE ARTE GRAMMATICA
LIBER QVINCTVS,

qui est de VERBO.

CAPVT I.

Ad VERBVM acceditur, cuius super definitione sententia Iulii Scaligeri, ac Diomedis refellitur. De Personalibus ubi loci agi debeat. Falsam esse definitionem, ex eo petitam, quia habeant ante se nominativum certæ personæ. Refellitur Diomedis error, existimantis, Impersonalia in TVR semper significare actionem: item Prisciani, putantis semper intelligi nominativum cognatæ significationis: adhæc Iulii Scaligeri, & Nicodemii Frischlini, negantium esse Impersonalia: item Diomedis & Nebrissenfis, qui impersonalia passivæ vocis existimaverunt semper per signum univèrsale exponi debere.



Ec minùs invitâ mihi Deliâ venati videntur Grammatici in Verborum doctrina. Ecce in Verbi definitione, in ipso nempe frontispicio, tanquam cantherius in porta labuntur: quemadmodum suprà * satis est ostensum. Nec magnus Cæsar Scaliger satis hic acutè vidit. Ut cui cap. 1, lib. v de caussis L. L. definiatur *nota rei sub tempore*. Quæ definitio etiam Participio conveint. Addere debuerat, *sine casu*. Quomodo Diomedis definitur,

* lib. 3 de
re Gramma-
tica cap. 2
& 3.

a

pars

pars orationis præcipua sine casu. Sed ista Diomedis definitio in altero peccat, quia *ἑστίαν* * verbi non tangit, sed potius elogium Verbi continet. Forma verò *ἑστίωδης* † est, quòd agere, pati, vel esse significat. Vnde definitionem exstruere in proclivi est.

* *essentia.*

† *essentialis.*

Definitioni proximè subjungere Grammatici solent de Qualitate : ubi de Personalibus, & Impersonalibus, agunt. Verùm omnis hæc doctrina tractari demum debet in explicatione de accidente Personæ. Præterea nec verum est, quod dicunt, Personalia esse, quæ ante se obtinent nominativum : impersonalia, quæ eo destituuntur. Quod si esset, *innominativa*, non *impersonalia*, dici debuissent. Sed *innominativorum* vox inaudita est. Nec injuriâ ; quandò impersonalia quoque tum activæ, tum passivæ vocis, crebrò ante se nominativum habent. Plautus Amphitr. act. II, Sc. II :

Is hoc facimus, quod tu infimulas, nostro generi non decet.

Et act. III, Sc. IV :

‡ *al. potis.*

— *Ornatum capiam, qui potius † decet.*

Idem *pœnitet* quoque antiquè cum nominativo copulat in Sticho, Act. I, Sc. I :

Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.

Imò Cicero quoque Tuscul. v : *Sapientis est proprium nihil, quod pœnitere possit, facere.* Sic *pudet*, & *piget* ; quorum illud ad turpe factum, hoc ad damnum refertur. Prius nominativum habet apud Terentium Adelphi. Act. I, sc. II :

— *Quem neque pudet*

Quicquam, nec metuit quemquam.

Alterum Phorm. Act. III, sc. III :

— *Quare, obsecro,*

Nequid plus minusve facit, quod nos post pigeat, Getæ.

Similiter in *libet*, *liquet*, *licet*. Cicero lib. II de Oratore : *Si tibi id minus libebit, non te urgebo.* Idem lib. IV Acad. Quæst. *Si habes, quod liqueat, neque respondes, superbis.* Et Verr. IV : *Non idem mihi licet, quod is, qui nobili genere natus sum.* Similiterque Ovidius :

Quod licet, ingratum est ; quod non licet, acrius urit.

Idem lib. XII Met.

— *Nunc tertia vivitur ætas.*

Martialis lib. VI, epigr. XLIII :

Canaque sulfureus nympha nascitur aquis.

Et lib. XIII, ep. LIX :

Tota mihi dormitur hyems.

Adde quòd, cùm nominativus nullus est, haut diffiteri possunt, casum obli-

obliquum recti munia præstare. E. G. *Miseret me tui*, idem est huic, *Ego miseror tui*. Sanè si sic disseram, *Quem alterius miseret*, is affectu ducitur : at *me miseret alterius* : affectu igitur ducor : in minori pronuntiato subjectum est *me* ; prædicatum verò , *miseret alterius* : non quasi *me* naturà suà sit *ἰσοκείμενον* * , quod non est nomen, sed casus nominis ; verùm quia *ἰσοδυναμείη* † hïc nomini recto. Nam planè eadem vis & significatio istius est argumentationis , ac si efferas hoc pacto , *Qui alterius miseretur*, is affectu ducitur. Ego alterius miseror. Similiter , *Pœnitet me conditionis*, idem est illi Plautino , *Conditio pœnitet me*. Et , *Pudet me horum*, idem est, quod Terentii isthoc , *Hæc pudet*. Imò nec incommode dicas , intelligi nominativum cognatæ significationis, vel infinitivum pro nominativo positum : ut *pœnitentia pœnitet me* ; *miseratio miseret* ; *tedium tedet* ; *pudor pudet* ; *pigere piget*, quasi *pigentiam* dicam. Nam *pigritia*, quod pro eo reponunt, aliud est. Ac tot quidem modis comprobatur , in impersonalibus activis nominativum tacite intelligi.

* subjectum.

† idem a. a. lat.

Par verò ratio impersonalium passivæ vocis , iis absque nominativo usurpatis. Itaque Diomedes lib. I , ut ostendat impersonalia infiniti modi habere significationem agentis, exempli loco adducit , *Legitur , scribitur* ; hoc est , *omnes legunt , omnes scribunt*. Non quidem diffiteor, lapsum in eo Diomedem, tum quòd existimet, impersonalia isthæc tantum actionem significare, quasi non dicat Tullius † ; *Nihil mihi ab istis noceri potest* ; quo disertim passio significatur : tum in illo etiam , quòd , ut necessarium , addit signum universale *Omne* ; quasi , quod quidam voluere , hujusmodi impersonalibus semper significetur generalitas , ac non minùs rectè dicatur , *Cicero legitur a me*, quàm , *Cicero legitur ab studiosis eloquentiæ* : quo de errore aliquanto pòst dicemus. Verumtamen hæc non impediunt , quòd minùs rectè doceat idem , in impersonalibus passivæ vocis intelligi nominativum. Nam in illo Plauti Pseudolo : *Quid agitur ? P. statur hïc in hunc modum* : & isthoc Persâ : *Quid agitur ? P. vivitur* : quis, nisi Hypeâ cæcior, non videt, *statur*, & *vivitur*, idem esse, ac *statum*, & *vivimus* ? Itidem illud Maronis Ecl. I , *Vsq̄ adeo turbatur agris* : (quam lectionem, & Servius probat, ac jam olim agnovit Quintilianus lib. I, cap. VIII) quis aliud esse credat ab illo , *Vsq̄ adeo turbamur agris* ? quod Io. Pierius se reperisse scribit in antiquissimo codice Romano , & in oblongo, Vaticanis, itemque Mediceo. Imò nec Solinus refugit cap. XLVII : *Bucephalus cum ab equario suo alias etiam mollior sederetur*. Nec rarò intelligendus nominativus cognatæ significationis, hoc est , qui rem verbi contineat. Quomodo in *vivitur* non malè intelligitur *viva*. In *curritur*,

† in Casil.

itur, cursus : in *itur*, iter, vel via ; in *sedetur*, sessio. Martialis lib. 11, epigr. xxxi11 :

Non bene, crede mihi, seruo seruiunt amico.

Vbi *seruiunt* intelligitur ; ut indicat illud Plauti Milite :

Nam ego jamdiu apud hunc seruitutem seruo.

Martialis isto, *Tota mihi dormitur hyems*, dormitur valet, dormiendo *transmittitur*, abit, consumitur. Simileque illi Ovidii, *vigilatae noctes*. Sic, *pugnatur*, cum dico, intelligitur *pugna*. Cicero pro Muranà : *Ex omnibus pugnis, quae sunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quae cum Rege commissa est, & summâ contentione pugnata*. Eodémque penè modo dixit Sallust. in Iugurth. *Quae negotia multo magis, quam praelium male pugnatum a suis, regem terrebat*.

Non tamen, (quod Priscianus existimavit, secutus hâc in re Apollonium, ac Theoristum) id in omnibus locum habet. Interdum enim contrâ fit. Cicero in Verrem : *Non est ab isto perseveratum*. Nam, *perseveratio est perseveratum*, Latinum non est. Sic cum Tacitus lib. 11 Annalium ait ; *Procursum est ab hoste* ; nominativus *cursus* subintelligi nequit ; etsi rectè dicamus, *cursum currere* ; ut liquet ex isthoc Tullii contra Rull. 11 : *Cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Coctâ, L. Torquato Cos. cucurrerunt ?* Et tamen in his quoque nominativus potestate inest ; cum prioris loci sententia sit, *Iste non perseveravit* ; posterioris, *Hostes procurrerunt*. Par ratio in hoc Liviano lib. 1 : *Roman frequenter migratum est a parentibus raptarum*. Et illo Plinii lib. v epist. *Legumae postulationi à quibusdam reclamatum est*. Sunt qui & aliâ ratione ostendere sint conati, in hujuscemodi nominativum intelligi. Ajunt enim, per *fito*, & nomen, resolvi posse : quomodo, *procursum est*, significat, *Cursus est factus* : & , *Migratum est*, signat, *Migratio facta est*. Interim diffiteri non possunt, quaedam duriusculè isthoc modo resolvi. Sed dixeris, parùm id referre, dum res ipsa clamet, posse sic resolvi. Est interea & tertia ratio, quâ possit nominativus intelligi, vel saltem quod nominativi expleat vicem. Nam ut in præsentibus, præteritis imperfectis, & futuris, verus intelligitur nominativus : ita in præteritis perfectis, & plusquam perfectis, intelligere licet infinitivum pro nomine positum. E. G. Cum dico, *pugnatur, pugnabatur, & pugnabitur*, intelligitur, *pugna*. At in illo *pugnatum fuit, vel pugnatum fuerat* ; intelligere licet, *pugnare* ; quod pro *pugna* positum eâ ratione, quâ *scire* ponitur pro *scientia*. Ut igitur neutro genere dicitur, *Scire tuum* : ita eodem genere dicitur, *pugnare est pugnatum*. Par ratio in exemplis antea allatis. Nam, *Non est ab isto perseveratum* ; integè sit, *Perseverare non est perseveratum*. Vbi, *perseverare*, idem valet ac, *perseveratio*. Item,

Pro-

Procursum est ab hoste, valet, currere est procursum. Hoc est, *cursum est procursum.* Solum hoc discriminis est, quod infinitivi pro nomine positi sunt generis neutrius; verbalia verò in A, vel IO, sunt muliebria. Ac quanto magis hanc sententiam attendo, tanto impensius placet. Nam *pugnatum, perseveratum, cursum, & similia*, non sunt verba, sed participia, quæ necessariò sunt adjectiva. Non possunt igitur in oratione poni, nisi intelligatur vel verum substantivum, vel verbum infinitum, quod veri substantivi locum suppleat; atque ita usurpatum, generis fiat neutrius. Pluràque in hanc mentem dicimus libro de Structura cap. XIX: lucemque etiam afferent, quæ de gerundiorum constructione differuntur ejusdem libri cap. LIII. Atque ex his liquidò liquet, impersonalia neutiquam dici, quod non habeant ante se nominativum certæ personæ. Nec iccirco sequendus nobis, vel Iul. Scaliger*, qui impersonalia putat commentum esse Grammaticorum, ac quomodo irrepperint, multis ostendere conatur: vel Nicodemus Frischlinus, qui, Scaligero tibicine nixus, nulla esse impersonalia asserit, quodque è Grammaticis expulerit, in præfatione suâ gloriatur. Vera enim, cur impersonalia dicantur, ratio illa est, quod careant personis. Hinc Phocas disertim scribit: *Sunt verba, quæ in personis deficiunt, & impersonalia dicuntur.* At, inquit vir præstantissimus, si tertiæ sunt personæ, sunt alicujus personæ, ac proinde non *impersonalia*, sed *defectiva* dici debent. Et sanè hanc ejus sententiam confirmare haut leviter videtur, quod quæ infinitivi modi sunt, à veteribus, teste Diomede, tum *insignificativa* dicta sunt, tum *impersonativa*; nempe quia non significant certam personam. At quid aliud significat *impersonativum*, quam *impersonale*? Pro easse sententià adduci possit isthoc Donati: *Sunt quæ in T desinunt, & impersonalia dicuntur: ut pudet, redet, pœnitet, libet, oportet. Sed hæc & similia, defectiva existimanda sunt.* Vtrique argumento unâ operà respondemus. Certè *defectiva* vocari posse, non negamus: verum non quia in defectivorum numero sunt, iccirco *impersonalium* nomen iis minus convenit. Neque enim sic vocantur, quia nullam certam significant personam, quomodo verba infinita dicta sunt *impersonativa*: sed quod personis primariis, hoc est primâ secundâque, destituantur. Hoc modo personalia, & impersonalia, agnovit jam olim togatorum doctissimus Varro in IX de L. L. Nam de personalibus quidem hæc scribit: *Quæ verba tempora habent, neque casus, sed habent personas, eorum declinationum species sunt sex. Una, quæ dicitur temporalis, ut legebam, gemebam; lego, meo. Altera, personarum, ut sero, meo; seris, metis. Tertia, rogandi, ut scribone? legisne? legone? Quarta respondendi, ut fingo, pingo; fingis, pingis. Quinta optandi, ut dicerem, facerem;*

* de causis
L. L. cap.
124.

*dicam, faciam. Sexta imperandi, ut cape, rape; capito, rapito. Et hæc quidem de personalibus, sive, ut Varro appellat, verbis quæ tempora habent cum personis. De impersonalibus verò idem continuò hunc in modum: Item sunt declinationum species quatuor, quæ tempora habent sine personis: in rogando, ut foditurne? feriturne? & fodieturne, ferieturne? Ab respondendi specie eadem figuræ fiunt, extremis syllabis demtis. Oprandi species, ut vivatur, ametur; viveatur, amaretur. Imperandi declinatus sine, habet d:ubitationem: & earum sitne hæc ratio, pareatur, pugnetur. Videre hic est, ut Varro impersonalia vocis passivæ appellet declinationum species, seu verba, quæ habent tempora sine personis. Agellius quoque impersonalia agnoscit. Nam lib. xv, cap. xiiii: *Vetitum, inquit, sicut puditum, pigitum, non personaliter per infinitum modum dictum esse, non a veterioribus tantum videmus; sed a Marco quoque Tullio in II de finibus, Primum, inquit, Aristippi, Cyrenasorumque omnium; quos non est veritum, in eâ voluptate, quæ maximâ dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere.**

Denique nec hoc verum, quod Diomedes, & Antonius Nebriffensis, putarunt, impersonalia passivæ vocis significare generalitatem. Movit eos, quòd apud Tullium legamus ad Lentulum: *Ejus orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.* Et apud Tacitum lib. I Annal. *Accurritur ab universis.* Verùm non minùs Latinè dici potuit, *reclamatum est a Cicerone, accurritur à Bruto.* Cic. I Acad. *Nunciatum est nobis à M. Varrone, venisse eum Roma.* Idem ad Balbum lib. vi epist. *Nihil est à me infortunium temporis causa.* Seneca lib. III Controv. *Insanitur à patre.* Plinius in Panegyri. *Pariter à te necessitatibus ejus subventum est.* Suntque id genus sexcenta.

C A P V T I I

*De Genere. Latinos ac Græcos, secus ac populi Orientales solent, nescire discrimen sexus in Verbis: eoque αὐτοῦ * Genus nuncupari, quod vel Significatio, vel potius Forma, aut Terminatio, dici debuit. Aliud à Grammaticis per verbum activum intelligi, aliud à Philosophis. Supina verba quæ dicantur Diomedi. Verbum dispescitur in Biforme, & Uniforme: ac utrumque pro terminatione O, vel O R, duplex statuitur.*

NEc commodè magis loquuntur Grammatici, cùm apud Latinos, aut Græcos, Verbo tribuunt Genus. Nam Genus nihil aliud est, quàm differentia vocis secundùm sexum. At Latini, Græcique, non habent in verbis sexus rationem: ut omnino ea aut nullius, aut omnis generis, dici debeant. Neque latet mihi, quemadmodum de viro dicimus *doctus*, de femina *docta*: ita & Latinæ linguæ auctores in

in verbo aliam de viro, aliam de femina terminationem excogitare potuisse. Nam cur minùs id quiverint, quàm Hebræi, Syri, Chaldæi, Arabes, & Æthiopes; quorum in lingua non minùs diversitas hæc in verbis, quàm nominibus, invenitur. Verùm philosophi quidem est spectare rerum naturam: at Grammatico in talibus non tam dispiciendum, quid potuerit fieri, quàm factum quid sit. Constat autem, *doceo*, ratione utriusque sexus, liberum esse undique & impromiscuum. Vt homini elegantiori non possit satisfacere, quòd verborum aliud activi, aliud passivi generis esse dicant; quanquam hac loquendi ratione præter alios usus sit Servius in edit. II Donati. Potiùs dicere malim, esse verbum activæ, aut passivæ significationis; ut inter alios locutus Asper Iunior. Priscianus utràque utitur appellatione, quum dicat, *significatio sive genus*. Interim agnoscimus, ne significationis quidem vocem satis aptam videri. Nam latè ea nimis patet, cum omnium vocum forma sit significatio. Quare maximè placet nomen Formæ, ut per hanc intelligatur forma accidentalis, quàm Græci *ἁπλοῦς* in verbis vocant. Possis & dicere, Terminationem; quando hæc in generibus maximè spectatur: ut mox parebit. Et hæc de voce Generis. Videamus porrò de ejus, quod Genus appellant, distributione.

Certè aliud est actio, aut passio Grammatica, aliud Physica: quemadmodum in nominibus, aliud est genus Grammaticum, aliud Physicum, ut suprà diximus. Nam, ne longè abeamus, *ambulo*, & *curro*, signant actionem: Grammaticis tamen non activa sunt, sed neutra. Item *sio*, *veneo*, *vapulo*, & *liceo*, passionem physicam norant: Grammaticè tamen passiva non sint. Imò ipsum *patior* non passivum est, sed deponens; ac quidem deponens *καὶ ἀγενναῖος*, quum aliud nomen non suppetat. Nam propriè quòd *deponens* dici possit, quum significationem activam habuerit nunquam, eoque nec deponere eam potuerit?

Sunt autem quatuor verborum classes. Quædam significant actionem, ut *amo*, *aio*, *volo*, cum compositis *nolo*, *malo*; item *ambulo*, *sequor*, *inquam*: quædam passionem, ut *amor*, *vapulo*: quædam utrumque, ut *tueor*, *dignor*: quædam neutrum, ut *sum*, *sio*, *morior*, *intereo*; quæ dicuntur substantiva: quia notat substantiam esse, fieri, vel esse definere. Ad quartum hunc ordinem refert vulgus Grammaticorum (quorum sententiam Cæsar Scaliger solidè refellit*) *vivo*, *curro*, *sio*, *sedeo*: cujusmodi verba Diomedes ait à veteribus appellata fuisse *supina*, quòd nempe velut otiosa resupinæque dormiant, nec actionem, nec passionem significantia. Quadripartita hæc distributio facta est ratione actionis,

* de causis
L. L. cap.
110.

actionis, aut passionis physicæ. At aliter longè Grammatici quadruplex, aut quinctuplex, faciunt genus. Nam hi, ut diximus, terminationis habent rationem. Verbum autem, (si paucissima excipias) vel in O definit, vel in OR. Si in O, vel admittit R, vel respuit. Si admittat, verbum Activum vocant, quia plurimum notat actionem: si respuit R, nominant Neutrum. Si in OR terminatur, vel R abjicere valet, quod Passivum vocitant: vel non potest, quod Commune, aut Deponens dicitur.

Ad ambiguitatem tollendam, non malè mihi facere Grammatici videntur, qui distinguunt inter verbum activum, qualia etiam sunt *sto*, & *consolor*; interque verbum generis activi, ut *amo*; ubi genus Grammaticum intelligunt: item verbum passivum, ut *fit*; & verbum passivi generis, ut *amor*. Sed omnium aptissimè, qui, ut monui, Generis appellatione in totum abstinere: & dicunt, verbum triplicis quidem esse significationis, quia vel agere vel pati, vel esse significat: quadruplicis autem formæ, activæ, passivæ, neutralis, & deponentalis: ubi attenditur, tum quomodo desinat, tum an uno desinat modo. Nam aliis terminatio est biformis; quæ activa, & passiva dicuntur: in aliis uniformis, sive in O tantum, ut in neutris; sive OR tantum, ut communibus, & deponentibus.

C A P V T I I I.

Aro, bibo, coeno, fudo, spiro, aliaque hujusmodi, activa esse, non neutra. Imò nulla verè esse neutra, sed absoluta potius, quia actionem notent, licet immancnem. Sylvula eorum, quæ cum actionem signare soleant transentem, etiam sumuntur passivè, vel potius absolute. Et fieri id Græcorum exemplo.

Atque hæc in genere de verborum, tum significatione, tum formâ, seu terminatione sufficiant. At verò nec minùs luscitiosi fuerunt Grammatici in digerendis verbis, suæque singulis classi adscribendis. Quod tam significationis, quàm formæ ratione, dictum velim. Ac primò malè quædam activa transitiva, uti *aro*, & *bibo*, ad neutra referunt. Nam quod haut legimus, *aror*, *bibor*, id non factum vocum naturâ, sed rerum defectu. Alioqui quid impediât, quò minùs *ἔρωσπονοίται* * terram inducamus dicentem, *aror*? aut vinum compellantibus, cur non liceat dicere, *dum biberis*? Præsertim cùm *aratus* dixerit Ovidius, item *aque pota* (pro quo Plinius *aque potata*) & Perseus, *coenanda olla*.

Imò fortasse nulla sunt verba, quæ verè neutra dixeris, vel saltem non alia, quàm quæ ὑπαρξίῃ † notant. Quod exemplis planius fiet.

Sudo

* per persona sitionem.

† consistentiam.

Sudo cum dico, *sudorem* intelligo. Quare & rectum est, *sudare sanguinem*. Et *sanguis* si loqui possit, dicat, *dum sudor*. Nec *sudatus* reformidat Claudianus III in Stiliconem :

— *Secundâ Tibris ab Arcto*

Vexit Lingonico sudatas vomere messes.

Ac *desudatus* est apud Optatum Afrum lib. v. Similiter *sto flatum*, vel, *halitum*, *spiro spiritum*, vel *odorem*. Appulejus lib. vi : *Nutricula leni crepitu dulcis auræ divinitus inspirata*. Sic *sto*, *sedeo*, *eo*, *curro*. In quibus intelligitur accusativus cognatæ significationis. Ut integrè sit *sto stationem*, *sedeo sessionem*, *eo utionem*, *curro cursum*. Similia *gaudere gaudium*, *furere furorem*, *vivere vitam*. Sanè, nisi *vivo* esset activum ; non diceretur *vitam agere*, aut *degere*. Nempe hoc eos deceptit, quòd non cogitarunt, non solum actionem notare, quorum actio est transiens, *amo*, *aro* : sed etiam ubi ea immanens, ut in illis, quæ proximè diximus. Activa igitur sunt, etsi non transitiva, sed absoluta.

Non exiguus verò eorum est numerus, quæ cum activa sint, passivè etiam vel absolutè accipiuntur. Quæ res quia facit ad scriptores veteres meliùs intelligendos, sylvulam eorum juxta literarum seriem digessimus.

Abscendo. Appulejus lib. viii : *Et nos quidem cuncti pavore deterriti, regumentis frondis, & arboribus abscondimus*. Video in Elmenhorstii editione esse *abscondimur*. Sed Beroaldi illa, atque item Colvii, *abscondimus*. Et ita veteres membranæ nostræ.

Accendo huc etiam video referri. Livius lib. ii ab V. C. *Ita dimissis, quo minus consules velle credum, crescit ardor pugnandi. Accendunt insuper hostes ferocius multo, ut statuisse non pugnare consules cognitum est*. Εμφατικῶς hoc iis videtur, quàm *accedunt*. Nempe, eos si audimus, mutarunt sic librarii, quia non viderent, passivè hic *accendendi* verbum accipi.

Adglomerò. Virgilius Æneid. ii :

*Addunt se socios Ripheus, & maximus annis
Iphitus, oblatis per lænam, Hypanisque Dymasque
Et lateri adglomerant nostro.*

Vbi Servius : *Adglomerant, pro Adglomerantur*.

Æquo. Cicero lib. i Offic. *Quæm obrem magnopere te hortor, mi Cicero, ut non solum orationes meas ; sed hos etiam de philosophia libros, qui jam illis fere æquarunt, studiosè legas*. Ita libri vet. teste etiam Carolo Langio. Et Dionysius Lambinus testatur, se quidem in libris nonnullis invenisse additum *se* : sed inconstanter, dum partim habent, *se jam illis fere æquarunt* : partim illis fere æquarunt *se*. Ut ex inconstantia hac verisimile fiat, *se* ab aliquo esse insertum : præsertim cum idem Lambinus

adjungat, libros se vett. retr. a. t. a. s. s. e, non solum eos, quos olim adhibuerat; sed etiam alios multo plures, & fortasse meliores: in quibus fere omnibus provocabulum S E non compareat. Quæritur, an eodem modo dicat Hirtius lib. VIII belli Gallici: Exstruitur agger in altitudinem pedum IX, collocatur in eo turris decem tabularorum, non quidem quæ moribus æquaret, sed quæ superare fontis fastigium posset. Sed fere in omnibus hic MSSis & editis æquantur, vel adæquantur, legas.

Averto, vide verto.

Augeo. Ut augent labores, morbus auxit. Sic res auxit; Catoni in Originum libris, teste Gellio lib. XVIII, cap. XII. Similiter Vellejo lib. I de Roma, *Quamquam jam asylo facto inter duos lucos auxit.* Vbi passive sumi, etiam Acidalius observavit. Item Plinio lib. XXXVI, cap. XV: *Balnea ad infinitum auxere numerum.* Tacitus lib. III Hist. *Auxerat potentia.*

Capero. Plaut. Ep. A&t. v, sc. I: *Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine?* Pro caperatur, rugisque contrahitur ad modum crispantis caprinæ frontis.

Como. Plautus Stichus A&t. v, sc. IV:

Sed amica mea, & tua, dum comat; dumque se exornat.

Sic MSSi, ut Schoppio monitum. Nec tamen ita constanter est in vett. libb. quorum aliqui *cenat*; etiam Veneta vetus Saraceni, & Pyladæ. Nempe sic mutarunt, quia insolens vox esset *comat*, pro *comit*, vel *comitur*. Quemadmodum & apud Terentium Heaut. * *repositi*, *Dum moliantur, dum comantur*, Vbi prope omnes libri vett. *comantur*; quod sine dubio ex *comantur*.

Congeminare. Plautus Amphit. A&t. II, sc. II:

Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperii Sositam:

Nunc si pateram patera peperis, omnes congeminavimus.

Converto, vide Verto.

Crucio. Plautus Trucul. A&t. II, sc. V:

— Ut misera matres sollicitæque

Ex animo sunt, cruciantque.

Ita MSSi, & vett. editi. ubi vulgo *cruciamur*.

Decoquo. Florus prologo hist. Rom. *Quibus (populus Rom.) merita Cæsarium quasi consenuit, atque decoxit.*

Expedio. Plautus Amphit. A&t. I, sc. III:

Nequiter penè expediti prima parasitatio. pro expedita est.

Gesto. Tranquillus in Domit. cap. XII: *Avetinum Clementem, consularium virum, è familiaribus, & emissariis suis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in majore gratiâ habuit, quoad novissimè simul gestanti, conspecto*

spe:to delatore ejus : *Vis*, inquit, *hunc nequissimum servum cras audiamus?* Gestami, hoc est, in lectica vel sella gestato à fervis : quo de more Mercurialis lib. III de arte gymnastica cap. XI.

Ingemino. Virgilius *Æneid.* IV :

--- *Nec unquam*

Solvitur in somnos, oculisve, aut pectore noctem

Accipit : ingeminant curæ.

Idem *Æneid.* V :

Tum verò ingeminat clamor, cunctisque sequentem

Instigant studiis.

Insinuo similiter accipi, monitum Servio *. Sic sanè Virgilius *Æn.* II: * in I *Æn.*

Tum verò tremefacta novus per pectora cunctis

Insinuat pavor.

Lucretius quoque lib. V :

Et quibus ille modis Divùm metus insinuarit

Pectora.

Lavo incertæ esse significationis, nempe nunc activæ, nunc passivæ, ait Donatus Edit. II, & Consentius in Arte: Sed apud Donatum pro *lavo* perperam *lavo* habent codd. etiam editio Putschiana †. *Λαύω* † ed. 1756.

βάρως † usurpat Terent. Heaut. Act. IV, sc. I :

— *Atque illa si jam laveris, mihi nuncia.*

‡ *intransitive. sive absolutive.*

Livius lib. XLIV : *Lavanti regi dicitur nunciatum, hostes adeste.* Quintilianus lib. I, cap. VI : *At lavamus, & tondemus, & convivimus ex consuetudine.* Suetonius in Calig. cap. XXIV : *Eadem defunctâ justitiam indicit : in quo risisse, lavisse, cœnasse, cum parentibus, aut conjuge, liberisve, capitale fuit.* Similiter Nerone cap. XXXV, Vespas. cap. VIII, Domit. cap. VII. Martial. lib. IV, epigr. XC :

Pondero, potio, cano, ludo, lavo, cœno, quiesco.

Lenio. Plautus Mil. act. II, sc. VI :

Nam jam aliquò asfugiam, & me occultabo aliquot dies,

Dum hæc consiliscunt tibi, atque iræ leniunt.

Maculo passivè sumi, observat Gellius libro duodevigesimo, cap. duodecimo. Atque id probat è Terentii comœdia : ubi vel Terentium Libonem intellige; vel, quod amicissimo τῷ μακαρίῳ Iano Rutgerio * visum fuit, pro Terentio lege *Inventio*, qui nobilis Comicus fuit, et si à Sedigito † in censione sua insuper habitus. Comici, inquam, illius locus legi hunc in modum debet : *Pallium face ne maculet.* Nam illud, *ut splendeat*, glossema, puto, fuit. Posteaque cum librarius à glossemate non distingueret verba auctoris, illa in horum substituit locum.

* lib. 4 Var. Lect. cap. 9.
† apud Gellium lib. 15. cap. 24.

Moves. Terent. *move ocinus mea nutritrix.* NV. *Movco.* Livius lib. XL extremo : *Terra movit in foris publicis, ubi lectis sternium erat.* Suetonius in Claudio cap. XXI I : *Observavitque sedulo, ut quoties terra in sarte movisset, ferias advocatâ concione prætor indiceret.* Gellius lib. II, cap. XXVII I : *Vbi terram movisse senserunt, nuntiatumve erat, ferias ejus rei causâ edicto imperabant.* Idem lib. IV, cap. VI : *Vi terram movisse mentari solet.* Ibidem : *Scriptum legimus, nuntiatum esse Senatui, in sacratio, in regiâ, hastas Martias movisse.* Sic *promovco.* Macrobius præfat. Sarum. *Movæque omnis impatiens non operior, ut per hac sola promoveas, quibus ediscendis gnauiter ipse invigilas.*

Mutuo. pro *mutator*, poni, sententia est Palmerii, in illo Plauti Truculento act. I, sc. II :

— *Næ ut in æstu muticamus itâ.*

Sed in Palatinis codd. est *mutuamus*, hoc est *mutamus*, ac reciprocamus.

Muta. Lucretius in V :

— *Mutare videtur*

Alterutram in partem filium.

Varro in libris quos ad Marcellum de L. L. fecit : *In priore verbo graves profodæ, quæ fuerunt, manent : reliquæ mutant.* Citat Gellius lib. XVII I, cap. XII I, ac *mutant* exponit *mutantur*. Atque addit, similiter ab eo dictum videri in VII rerum Divinarum : *Inter duas filias regum quid mutet, inæ Antigonam, & Tulliam, est animum advertere.* Etiam Nigidius apud eundem : *Syllaba mutat.* Sallust. in Jug. * *Mortis metu mutabant.* Eiusque imitator Tacitus lib. XII An. *Vannius disintermitate in superbiam mutans.* Nec Livius refugit lib. XXXIX † : *Mores populi Romani quantum mutaverint.* Tertulliani quoque est lib. de Pallio cap. II : *Mutavis & totus orbis aliquando aquis omnibus (leg. omnis) obsitus.* Eodemque modo loquitur adversus Valentianum, & alibi sæpe. Ut mittam Varronem lib. II de R. R. & Appulejum in Floridis. Quare rectum illud Catulli de Suffeno :

— *Tantum abhorret, ac mutat.*

Vbi alii malunt, *mutæ*. Par ratio in composito *demuto*. Appulejus lib. III Florid. *A quâ paululum demutavit liber, quem Strabonis Emiliani excellentissimus honor flagitat.*

Pasco. Nam *pasco juvenia, & pascaur juvenia*, eadem mente dicitur, ut in Arte suâ ait P. Consentius. Suetonius in Tiberio cap. II : *Claudius Pulcher apud Siciliam, non pascentibus in auspiciando pullis, ac per contentum religionis mari demersis, ut biberent.* Ita quoque hac voce usus Ovid. IV Metam.

* cap. 38. sed corrupte fere in libris mutabantur, minitabantur, cogebantur, urgebantur, motabantur, tenebantur, agitabantur, nutabant.

Qua incognita est ex ignorato usu verbi mutæ, pro mutator.

† cap. 51.

*Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Pascebant.*

Item Martialis lib. IX, epigr. LXXXII.

Pono. Virgil. I Æneid.

*Aurora in roseis fulgebat lutea bigis,
Cum venti posuere, omnisque repente resedit
Flatus.* Statius lib. II Sylv.

*Tum rabidi possunt flatus, maria ipsa vetantur
Obstrepere.*

Præcipito similiter accipi, ait Servius in I Æn. ac multa id veterum loca evincunt. Cicero lib. II de Legg. *Fibrenus statim præcipitat in Lirim, & quasi in familiam patriciam venerit, amittit nomen obscurius, Livemque multò gelidiorum facit.* Estque pro Rab. Post. *Satis est homines imprudentiâ lapsos non erigere: urgere vero jacentes, aut præcipitantes impellere, certe est inhumanum.* Pro P. Sest. *Qui præcipitanti patrie non subvenirent.* Pro P. Sylla: Reip. *præcipitanti subveni.* Cæsar lib. III de bello civili: *Hyems præcipitaverat.* Suetonius in Julio cap. LXIV: *Pluribus in scapham præcipitantibus.* Crebrò imprimis sic Poëtæ. Virgil. Æn. II:

— *Et jam nox humida celo*

Præcipitat.

Et XI: — *Excussus Aconteus*

Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.

Lucretius lib. IV:

*Cum verò deorsum per fauces præcipitavit,
Nulla voluptas est, dum didicit omnis in artus.*

Et in VI:

— *Eodem fertur, quò præcipitavit*

Iam semel, & partem in vacuum conamina sumsit.

Præverto, vide *Verro*.

Pulvero. Plautus: — *Exi tu Dave,*

Age, sparge; mundum esse hoc vestibulum volo.

Venus ventura est nostra, non hoc pulveret.

Hodie in Plauto non legas. Sed citat Gellius lib. XVIII, cap. XII, atque ait, *pulveret dici, non quod pulvere impleat, sed quod ipsum pulvere plenum sit.*

Quasso. Plautus *Afinariâ* act. II, sc. III:

Atque hercle ipsum adeò contuor: quassanti capite incedis.

Lambinus quidem *casanti* malebat; quod est *calabundo* sive *demisso*. Sed aliud voluit Plautus. Nam *quassasse* caput *minantium*, atque *indignantium* more significat, Sic *Bacch.* act. II, sc. III:

Subducunt lemburn capribus quassantibus.

Quâ de re plura diximus lib. VI Oratoriarum Institut. cap. XI.

Rugo. Plaut. Casinâ Act. II, sc. III :

— *Vide, palliol. ut rugat.*

Ac Gellius lib. XVII, cap. XII adducit hoc ejusdem Comici :

Quid est hoc? rugat palium, amictus sum non probe.

Quod hodie in Plautinis comœdiis frustra quæras.

Sedo. Cn. Vellius in Annalibus, apud Gellium lib. XVII, cap. XII :

Postquam tempestas sedavit, Atherval taurum immolavit.

* Artis e-
dit. 2.
† intrasitio
ve.

Tondeo incertæ esse significationis, ait Donatus *, atque idem legas apud P. Consentium. Sanè ἀμειβόμενος † ait Maro Ecl. I :

Candidior postquam tondenti barba cadebat.

Nam *candidior* cum *barba* jungendum, ut canities significetur : cui interpretamento favet, quod postea Tityrum vocat Fortunatum senem. Nequis Servii, quem Nannius etiam sequitur, auctoritate compulsus, *Candidior* cum *Liberias* jungat. *Tondenti* autem non aliter, quàm passivè, sumi hîc potest. Vti neque in hoc tertio Georg. *Incânâque menta Cynphii tondent hirci.* id est, tondentur. Livius quoque similiter lib. XXVII.

Turbo. Virgil. Æn. VI :

Et septemgeminu turbant trepidi ostia Nili.

Vbi Servius, *Turbant*, pro *turbantur*. Similiter Lucretius lib. V :

Nec liquidum corpus turbantibus æris auris

Commiscet : sinit hæc violentis omnia verti

Turbantibus, sinit incertis turbare procellis.

Vbi *turbantibus*, pro *turbatis*, & manifestius *turbare* pro *turbati*. Item in VI :

— *Quare pugnare necesse est*

Diffimiles inter se res, turbareque mixtas.

Varronis quoque est, *Cum mare turbat.*

Vario. Propertius lib. II, Eleg. V :

Non ita Carpathiæ variant Aquilonibus undæ : pro *variantur*.

Veho. Cicero de claris Oratoribus : *Adolescentia per medias laudes, quasi quadrigis, vehens.* Et primo de Nat. Deor. *Qualis ille maritimus Triton pinguis, nactantibus invehens belluis.* i. qui *invehitur*. Livius lib. XXI : Cn. *Levulus cum prætervehens consulem vidisset.* Suetonius Claudio cap. XXVIII : *Levica per urbem vehendi jus.* Sed de gerundio minus mirum. Idem Iul. cap. XXXVI : *Gallici triumpho die Velabrum prætervehens pene curru excussus est.* Et cap. LXXVIII : *Prætervehenti sibi non adfirrexisse indignatus.* Similiter in August. cap. IX, & XCIII.

Verto. Virgilius Ecl. IX : *Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hædos.*

Id

Id ita exponit Servius, *Quæ res in perniciem vertatur ejus.* Ac eâ sic voce sæpius Plautus, & Terentius, usi. Etiam Livius lib. II: *Omnis ira belli ad populationem vertit.* Ibidem: *Libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se querebantur.* Idem in VII: *Postquam ludus in iram paulatim verterat.* Curtius lib. IV: *Ira deinde vertit in rabiem.* Tacitus in sexto Annal. *Adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium vertent.* Ibidem: *Sin extra domum successor quæreretur, ne memoria Augusti, ne nomen Cæsarium, in ludibrium & contumeliam verteret, metuebat.* Sic dicimus, *Anno vertente,* non *qui vertit,* sed *qui vertitur.* Parque ratio in compositis, *Averto,* & *converto;* non apud Lucretium modò, lib. IV*, ac Silium lib. XV: sed Maronem ipsum, cujus illud I ÆN. * *verf. 117.*

— *Tum prora avertit, & undis*

Dat lacus.

Avertit, pro *avertitur,* positum; ut multis ostendit Servius. Sanè Poëticum hoc magis, quàm *provam;* quod in Romano codice legi, Pierius ait; ut respiciatur ad nominativum *procella.* Et ut Poëtas mitam, Sallustii quoque est in Catilin. *Regium imperium in superbiam dominationemque convertit.* Gellius lib. IV, cap. XVIII: *Id cum dixisset, avertit, & ire in Capitolium cœpit.* Et lib. XIII, cap. XXIII: *Ac deinde ad eum convertit, qui manubias esse prædam dixerat.* Itidem Justinus lib. XXXVI: *Res paulatim in disciplinam convertit.* Etiam *præverto* sic accipi videtur à Plauto Mercat. act. I, sc. II:

Abige abs te lassitudinem, cave pigritie præverteris.

Scio, in edit. veteribus † esse, *cave pigritie præverti;* vel *prævertitur.* Quomodo & Petrus Valla legit. Sed prius est in MSSis: sic quoque Camerarius edidit. Ut *pigritia præverteris,* valeat, à *pigritia fueris præversus,* sive *præventus.*

† ut Veneta
anni 1518.
qua cum Sa-
raceni. Pyla-
da & alio-
rum, notis
exiit.

Vestio, pro *vestior,* dixit Florens Tertullianus primore libro de Pallio: *Sic & in proximo soror civitas vestiebat.* Hoc est, Utica similiter, ac Carthago, vestiebatur. Eodemque modo loquitur alibi non semel. Vti & Appulejus Apol. I: *Vrvo gracili Læce, pauciores habeo, parcius pasco, levius vestio, minus obsono.*

Volvo. Virgilius lib. I Æneid.

Certe hinc Romanos olim volventibus annis

Pollicitus.

Anni volventes qui *volventur,* Græcè ἐνιαυτοὶ ἐκπορεύονται. Idem in I Georg.

Tardaue Eleusine matris volvensia planstra.

Sic *volvo.* Virgil. ÆN. III:

— *Genibusque volutans*

Hærcham.

Atque

Atque hæc de verbis activis passivè acceptis. Sed si accuratè loquendum, quomodo passivè sumuntur, quæ structuram passivorum non recipiunt? Rectè enim dixeris; *Ingeminatur ab iis clamor: terra à ventis movetur: armenta Admeti ab Apolline pascebantur: variantur aqve à ventis.* At non itidem dixeris; *Ingeminat ab iis clamor: terra à ventis movet: armenta Admeti ab Apolline pascebant: variant a ventis aqve.* Potius igitur statuendum, activa verba sumi absolute. Vel, quod maximè aridet, dicuntur ista per ellipsin accusativi. Vt *ingeminat clamor: pro ingeminat se clamor: terra movet, pro se movet.* Præit hac in sententia Sôlipater Charisius. Nam illud Maronis *, *Gemebatque volutans Hærebat,* exponit, *volutans se.* Similiter igitur, *volutans hærebat,* integrè sit, *volutans te: volutans hærebat,* integrè fuerit, *volutans me.* Ac par ratio aliorum.

Idem de Græcis dixerò, ubi activa ajunt capi passivè. Vt in verbo *ἀναλαμβάνειν*, quod propriè est *resumere, recolligere.* Passivè autem capi videtur, cum Galenus, & alii dicunt, *ἀναλαμβάνειν ἐκ τῆ νόσου, ex morbo convalescere,* quasi dicas, *refici è morbo.* Sed potius accusativus intelligitur *ἑαυτὸν*: quomodo Thucydides integrè ait, *ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς νόσου.* Hoc est, *recolligere se ab morbo:* Ac similiter Galenus, *ἀναλαμβάνειν τὴν ἐξ ὀρθότητος ἔξιν, resumere habitudinem, sive validitudinem priorem.* Legas & apud Appianum, atque alios, *ἀναλαμβάνειν τὸ σῶμα,* & *τὴν ἑαυτοῦ ἰσχύον:* hoc est, *resumere corpus, seu vires corporis.* Ex cujusmodi locutione integrà suppleendus est accusativus, cum desideratur.

C A P V T I V.

Verba neutra sive absoluta accepta & constructa more eorum, quæ actionem transcendent signant.

Contrà sunt alia, itidem in **O** exeuntia, quæ cum usitatiùs sumantur absolute, interdum etiam capiuntur activè, hoc est, actionem significant transcendentem, eoque transitivorum more construuntur. Horum etiam bonam partem subjunxi.

Abstineo. Cicero sæpe, *abstinere manus.* Et Livii est, *abstinere ignem ab æde;* item *ius belli:* item *ignem & vim ab aliquo:* adhæc †, *Romano bello fortuna Alexandrum abstinnit:* & similia.

Adsuesco, consuesco, insuesco. Virgilius vi Æn.

— *Nec tanta animis adsuescite bella.*

Lucretius lib. vi:

An tum brachia consuescunt, firmanque lacertos?

Columella lib. vi, cap. ii: *Vbi plaustrò, aut aratro, iuvenium consuescit.*
Horat.

Horat. lib. I, sat. IV :

— *Infuevit pater optimus hoc me*

Vt facerem.

Annuo. Virgil. XII Æn.

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem.

Horat. lib. IV, od VI :

— *Dirivm pater annuisset*

Rebus Aenea potiore ductos

Alite muros.

Cachinno. Appulejus Met. lib. III : *Insuper exitium meum cachinnat.*

Celero. Vt Virgilius, *celerare fugam, gradum, iter, viam.* Similiter accelero. Vt *accelerare iter Cæsari; mortem, Plinio; magistratum Tacito.* Appulejus quoque lib. II Met. *Ac dum amenti similis accelero vestigium.*

Clamo. Virgil. IV Æn.

Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.

Hoc est, *vocat, nominat,* ut Servius exponit.

Etiam Ecl. VI :

His adjungit Hylam nautæ quo fonte relictum

Clamassent, ut litus Hyla Hyla omne sonaret.

Propertius lib. IV, eleg. IX :

Territa vicinas Teia clamat aquas.

Appulejus lib. III Met. *Præcone publico silemium clamante.*

Coëo. Cicero Philipp. II : *Vinam, Cn. Pompei, cum Cæsare societatem, aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.* Et lib. II de Nat. Deor. *Pima vero duabus patula conchis cum parvâ squillâ quasi societatem coit comparandi cibi.* Similiter loquitur pro Roscio Amer. & pro C. Rabirio perduellionis reo. Ac sæpe sic Vlpianus, Paullus, & Iurisconsultorum alii.

Consisto. Lucretius lib. VI :

Et per quæ possunt vitam consistere tutam,

Omnia jam serme mortalibus esse parata.

Vbi *consistere vitam* est constituere. Atque ait Giffanius, simile esse illud Sallustii Iugurth. *Dein brevi cognitis insidiis, paulisper agmen constituit.* Ita libri vet. Vbi in aliis, *constituit.*

Declino. Plaut. Aulul. act. IV, sc. VIII :

Nam ego modò declinavi me paulum extra viam.

Quippe provocabulum *me* in omnibus exstat MSSis, & vet. edit. t.

Despero. Vt Ciceroni *desperare vitam, salutem, pacem, redditum, honores.*

Duro. III Georg.

Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durant.

At absolutè idem Æn. I :

Durate, & vosmet rebus servate secundis.

Ejulo. Appul. lib. III Met. Hæc identidem mecum replicans, fortunas meas ejulabam.

Emergo. Cicero de Aruspicum responsis : Iam ista serpens, quæ tum hic delucecit, tum se emergit. Cornelius Nepos in vita Artici : Quibus ex malis ut se emerferat. Appulejus Apol. II : Veritas olim interversa nunc se offert, & velut alto barathro calumniae se emergit.

Erumpo. Terent. Eunuch. act. III, sc. v :

Iamne erumpere hoc mihi licet gaudium ?

Vbi Donatus : *Erumpere quasi activum verbum posuit pro neutrali : ut sit, Licetne mihi erumpere hoc gaudium ?* Subjungit deinde : *Aut erumpere, quasi exire : mihi, pro à me.* Sed nihil eò recurrere opus. Nam similiter Cicero ad Att. lib. XVI, ep. III : *Ne in me stomachum erumpant, cum sint irati.* Cælius ad Cic. ep. XIV : *Invidiosa conjunctio non ad occultam recedit obreccationem, sed ad bellum se erumpit.* Varro in descriptione tempestatis :

Ventique frigidus se ab axe eruperant.

Virgil. IV Georg.

Et caput unde alius primùm se erumpit Enipeus.

Petronius : *Atque has erumpit furibundo pectore voces.*

Similiter prorumpo. Maro III Æn.

Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem.

Gell. lib. XV, cap. XXII : *Ea cervæ quodam die in fugam se prorupit.*

Illucesco. Plautus Bacch. act. II, sc. III :

Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei quatuor,

Scelestiorum nullum illucere alterum.

Etiam Camerarii membranæ habent Amphitr. act. I, sc. III :

Nunc te nox, quæ me mansisti, mitto, uti cedas die,

Et mortales illucifcas luce clarâ & candidâ.

In aliis tamen libb. est mortalibus.

Inolesco. Gell. lib. XII, cap. V : *Natura omnium rerum induit nobis inolevitque in ipsis statim principis, quibus nati sumus, amorem nostri, & caritatem.*

Iuro non res modò, ut cum Cicero ait, jurare morbum, de eo qui morbo se excusat; item jurare jusjurandum: sed & personam, ut Iovem lapidem jurare, apud Cic. lib. VII ad famil. epist. XII, & Gell. lib. XI, cap. VI: Iurare Herculem. Sed, credo, præpositio per hic intelligitur.

Latro. Plautus Pœn. Act. V, sc. IV :

Etiam me meæ latrant canes. —

Lambi-

Lambinus maluit *allatrant*; Acidalius, *in me latrant*. Sed aliter MSSi. Et similiter Gellius lib. VII, cap. I de Scipione Africano: *Solum id temporis in Capitolianam ingredientem canes semper in alios serientes, neque latrarent eum, neque incurrerent*. Imò apud Horatium quoque lib. II, Sat. I optimi habent eodd.

— *Siquis*

Opprobriis dignum latraverit, integer ipse.

Vbi in nonnullis *laceraverit*. Græci similiter, ut Herodotus in vita Homeri: *Τῶν ἡ κυνῶν μὴ ἐδιδόντων ἢ ὑλακλιέντων δειπνῶντες**. Et Isocrates, *τὸς πυχόντας ὑλακλιῶσι †*. Nihil igitur mirum, si passivè dicat Plinius lib. XXI, cap. X: *Hanc habentes negant latrari à canibus*. Et his locis personæ tribuitur. Rei verò, apud Lucretium in II:

Nil aliud sibi naturam latrare —

Ennius quoque, ut Festus ait, *latrare pro poscere posuit*.

Maneo. Plaut. Epid. Act. III, sc. II:

Dedit mihi ad hanc rem Apœcidem. Is apud forum manet me.

Terent. Phorm. act. IV, sc. I:

Simul autem non manebat ætas virginis

Meam negligentiam.

Ac similiter Maro I Georg. †

† vers. 168.

Migro. Gellius lib. II, cap. XXIX: *Atque ita cassita nidium migravit.*

Mussito. Appul. Apol. I: *Hunc illo timorem mussitabat.*

Penetro. Plaut. Amphitr. Act. I, sc. I:

— *Perduelles penetrant se in fugam.*

Trinymm. Act. II, sc. II:

Quò illic homo foras se penetravit ex ædibus?

Et alibi. Ejusque imitatione Gellius lib. V, cap. XIV: *Specum quorundam noctis remotam latebrosamque, in eam me penetro, & recondo*. Et lib. XIII, cap. X: *Et in Grammaticam sese, atque Dialecticam, literasque antiquiores, altioresque penetraverat.*

Plaudo. Papinius lib. I Sylv.

Claraque gaudentes plausferunt lumina cygni.

Requiesco. Virgil. Ecl. VIII:

Et mutata suos requierunt flumina cursus.

Propert. lib. II, el. XXI:

Iupiter Alcmena geminas requieverat Arctos.

Et ejusdem libri el. XXXIV:

Quamvis ille suam lassus requiescat avenam.

Resulto. Appul. lib. V Met. *Ibique distabant oculos, & plangebant ubera; quoad crebris earum ejulacibus saxa cautesque paritem sonum resiltarent.*

Ruo. Terent. Adelph. act. III, sc. II:

Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & profternerem.

Appul. lib. I Flor. *Et querit, quorsus potissimum in prædam superne sese ruat.* Similiter irruo, & proruo. Terent. Adelph. act. IV, sc. II :

Obsecro, vide ne illic prorsus se irruat.

Vbi Donatus : *Neutrum verbum, quasi activum, posuit.* Idem Eun. act. III, sc. V : *Vix elocuta est hoc, foras simul omnes proruumt se.*

Sapio. Plautus Pseud. act. I, sc. V :

Defiste. recte ego rem meam sapio, Callipho.

Cicero ad Att. lib. XIV : *Nam ista quidem Cæsaris liberorum conjuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius.* Vt Euripides in Medea :

Τί Φῆς * ; Φρονεῖς μὲν ὄρθῳ, κ' εἰ μάινῃ γυναι.

* Quid ais ?
recta qui-
dem sapio,
nec infans
mulier.

Apud Apostolum quoque, τὸ αὐτὸ φρονεῖν †, φρονεῖν τὰ εἰ Θεῶ, τὰ τῶ σαρκῶ.

† idem sape-
re, sapere
qua Dei, qua
carnis.

Spiro. Virgil. Georg. II :

— *Spirantes naribus ignem.*

I ÆN.

*Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere.*

Horatii quoque est lib. IV, od. XIII :

Quæ spirabat amores.

‡ Spirare
Martem.
Amorem.

Græci similiter, πνεῖν Ἀπλῶ, Ἐρωτῶ ‡.

Superfedeo. Gellius lib. II, cap. XXIX : *Cognati, & affines, operam, quam dare rogati sint, superfedent.* Nec durius illo Cornificii in secundo Rhetoricorum ad Herennium : *Non sunt visa aliqua superfedenda.*

Trepido. Appulejus lib. VI Met. *Stupore defixi mirantur, ac trepidam divina præfagia.*

Vergo, ejusque composita *invergo, devergo, evergo,* utroque modo accipi, Priscianus monet in VIII. Absolutè, ut apud Maronem in XII :

Quem damnet labor, aut quò vergat pondere rerum.

Et Cicero lib. II de Nat. Deor. *Vt omnibus terræ partibus in medium vergentibus nihil interrumpatur.* Et Tranquillus in Othone : *Vergente die jam inaccessus senatum.* Et alibi passim. Activè pro *funderè* sumitur à Lucr. lib. V * :

* vers.
1007.

*Illi imprudentes ipsi sibi sæpe venena
Vergibant, nunc dant aliis sollertius ipsi.*

Sed usitatus id in compositis. Maro VI ÆN.

— *Frontique invergūt vīna sacerdos.*

Ovid. VII Met. Fab. II :

*Tum superinvergens liquidi carchesia vini,
Abeſtæque invergens tepidi carchesia Bacchi.*

Imò Livius quoque dixit lib. LIV : *Iussit in litore alios alibi modicis*

inter-

*intervallis fodere : montes ingentis altitudinis eò spem faciebant magis, quia nullos apertos evergerent rivulos, occultos continere latices, quorum vena in mare promanantes, undæ miscerentur. Quibus in locis invergo est infundo, evergo effundo. Hinc passivum vergor. Lucretius lib. II * :*

* vers. 212.

In terras igitur Solis quoque vergitur ardor.

Lucanus lib. I (quem locum etiam Priscianus adducit)

Et polus adversi calidus quo vergitur Austri.

Papinius lib. IV Sylv. ad Marcellum :

— Nos facta aliena canendo

Vergimur in senium.

Vro. Maro VII ÆN.

Viv odoratam nocturna in lumina cedrum.

Ac similiter flagro usurpasse videntur. Nam *deflagrata domus* dixit Cæsar Strabo apud Prisc. lib. VI.

CAPUT V.

De passivis activè acceptis.

Quemadmodum autem ex verbis in O multa activa usurpantur passivè sive absolutè ; multaque passiva accipiuntur activè, sive transitivè : ita ex verbis in OR, multa passiva activè sumuntur, deponentium induendo naturam ; multaque item deponentia capiuntur passivè, utcumque activa terminatio O non sit in usu. Prius videbimus de iis, quæ naturâ sunt passiva, sed activè significando deponentia potius dici mereantur.

Affector. Varro apud Diomedem in primo : *Affectatus est regnum.*

Bellor. Maro XI ÆN.

— Pictis bellantur Amazones armis.

Vbi Servius : *Solent verba pro verbis poni. Unde nunc passivam declinationem sub passiva posuit significatione.* Paullus Manutius, notis in Cælii epist. IX ad Cic. ait Valerium Maximum similiter dicere *rebellatos pro rebellasse.* Locus est lib. IX, cap. X : *Quod eorum consilio Veliternos Privernatesque rebellatos diceret.* Sed *rebellatos* est in editione Rob. Stephani : uti & eà, quæ Stephano Pighio medicinam ac prope vitam debet.

Censeor, pro *censeo.* Ovid. lib. I de Ponto, eleg. III :

Hanc probat, & primo dilectam semper ab ævo

Est inter comites Martia censa suos.

Similiter quoque dicitur Cicero ipse sumere pro Flacco : *Census es, mancipia Amyntæ : neque huic ullam in eo fecisti injuriam : possidet enim ea mancipia Amyntas.* Et paulò antè ; *Census es præterea numerata pecunia*

centum triginta millia. Vbi *census* es poni ajunt pro *censuisti*. Sed accuratius consideranti mentem Ciceronis, liquebit, *census* es, passivè accipi, ac sermonem esse de homine glorioso, qui ditior, quam esset, cenferi vellet.

* cap. 24.

Communicor, pro *communico*. Ut apud Livium lib. IV *: *Nec adversarum rerum querere socios, cum quibus spem integram communicari non sim.*

Copulor, pro *copulo*, teste Prisc. & Non. Plautus Aul. act. I, sc. II :

Adeunt, consistunt, copulantur dexteras.

Elucubror. Cicero ad Att. lib. VII, epist. XVIII :

Eam epistolam, quam eram elucubratus.

Erumpor, pro *erumpo*. Ac similiter *prorumpor*, activè. Lucretius in VI :

— *Post incita cum vis*

Exagitata foras erumpitur, & simul agram

Diffidens terram, magnum concinnat hiatus.

Et eodem :

— *Hinc prorumpitur in mare venti*

Vis, & fervorem mirum concinnat in undis.

Fabricor, pro *fabrico*. Cicero in III de Orat. *Capitolii fastigium illud, & ceterarum adium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est.* Plura Nonius.

Fenerator, pro *fenero*, dici, observat quoque Gellius lib. XVII, cap. XII. Nempe pro do ad usuram, idque cum dandi, & accusandi casu. Nam cum præverbio *ab*, & ablativo, notat fenori do.

Fluctuor, pro *fluctuo*. Livius de Philippo Macedoniae rege, lib. XXIII : *Virius populi (Pœni, an Romani) mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuans animo fuerat.*

Fruticor est apud Cic. ad Att. lib. xv, epist. iv. Ac *frutico* Columella, Plinius, alii.

Glifcor, pro *glisco*. Sempronius Afellio in quarto Historiarum apud Nonium : *Vi major invidia Lepido glifceretur.*

Juratus sum, pro *juravi*. Cicero lib. II de Invent. *Quo in loco iudici demonstrandum est, quid juratus sit, quid sequi debeat.* Et post aliquam multa : *Cum intellexerint, vos ex ingenio ejus, non ex lege, in qua jurati sumus, judicare.* Similiter Gellius lib. VII, cap. XVIII : *Statimque, ut jurati erant, ad Annibalem profecti sunt.* Vnde *juratus*, qui juravit ; *injuratus*, qui non juravit.

Multor, pro *multo*. Suetonius in Augusto cap. XXI : *Neque aut crebrius, aut perfidiosius rebellantes, graviore unquam multatus est poenâ, quam captivos.*

Objurgor, pro *objurgo*. M. Coelius ad Ciceronem epist. IX : *Curio-*
nem

nem prorsus non mediocriter objurgatus. Sed P. Manutius suspicatur legendum, *objurgat.* Vtj & Passeratus, ac Lambinus.

Munitor te, pro *munero.* Gellius lib. xviii, cap. xii, & Diomedes lib. i. Sic *remunero,* & *remunero.*

Murmuro, pro *murmuro.* Appulejus tertio Floridorum : *Quidam tarditatem poetæ murmurari, plures defendere.*

Nictor Plinio lib. xi, cap. xxxvii : *Graviores alium inferiore gena con-
nivent. Eadem nictantur, ab angulis membrana abeunte.* At à *νίctο ἀναλό-
γως* fit *nicto,* quo Plinius usus eopse libro i : uti & Plautus *Asin.* a. i.
iv, sc. i.

Nutrio quoque, pro *nutrio,* dixisse, testis Priscianus in viii. Nisi *nutrico,* & *nutricor* rescribendum. Nam illo activè usus est Plautus, hoc Cicero. Sed nihil mutandum. Nam sic scripsit Priscianus propter illud Maronis ii Georg. *Hoc pinguem, & placitam paci nutrio olivam.* Vbi *nutrio* pro *nutrio* dixisse etiam Servius observat.

Oscior. Plautus *Menæch.* act. v, sc. ii : *Vt pandiculans oscitatur!* Cornificius sive alius ad Herenn. lib. iv, ubi de licentiæ schemate : *Maximas & privatas, & publicas, calamitates accepistis : cum etiam majores, impendere videantur, sedetis & oscitami.* Glossæ Cyrilli dictæ : *χασιμῶμαι,* *Oscior, Hæto.*

Pascor. Virgil. iii Georg.

*Pascuntur verò sylvas, & summa Lycæi
Horrentesque rivos & amantes ardua dumos.*

Peragror. Vellejus : *Peragratus est regionem,* pro *peragravit.*

Perlino, pro *perlino.* Appulejus lib. iii Met. *Ab imis unguibus sese totam ad usque summos capillos perlita, multumque cum lucerna secreto collocata, membra tremulo successu quatit.*

Pignero, pro *pignero.* Gellius lib. xviii, cap. xii, & Non. Marcellus.

Potestur quoque, pro *potest,* veteres usurpassè, in *Anomalis* dicitur.

Prævertor, pro *præverto,* Plaut. Liv. Curt. Tac. Appul. Sed in præterito *præverti* solum.

Punior, pro *punio.* Quod & Quintilianus observat lib. ix, cap. iii. Cicero pro Milone : *Cujus tu inimicissimum multò crudelius etiam pœnitus es (ita in vett. libb. hæc vox scribitur) quam erat humanitatis meæ postulare.* Pro *punivisti.* Lambinus quoque è tribus codd. MSSis reponit apud Ciceronem lib. i Tuscul. Quæst. *Tenendum est igitur, nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos etiam mortuos pœnitentur.* Et ita legit Nonius. Qui & alium Ciceronis locum adfert. Iis simile hoc Appuleji in viii : *Punica sum funestum meam nuptiarum prædonem.*

Queatur,

Queatur, pro *queat*, est apud Lucretium : de quo in Anomalis dicam.
Quiritor, pro *quirito* (quod Plinius, & Fabius, maluerunt) Varro dixit ad Ciceronem : ut Diomedes ait in primo.

Ruminor, pro *rumino*, (quod Maro prætulit) lectum apud Varronem Tanaquile, & Livium Andronicum Ægitho, teste Nonio.

Ructor. Varro lib. III de R. R. cap. II : *Aves hospitalis etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus.*

Horat. epist. ad Pisones :

Hic dum subiles versus ructatur, & errat.

Sacrificor, pro *sacrifico*. Gellius lib. XVIII, cap. XII. Atque ita usus Varro lib. II de R. R. cap. VIII : *Venirent illuc, & ipsi pro se sacrificarentur.* Cujus & tria loca Nonius adducit.

Spektor, pro *specto*. Vt illo Varronis : *Spectatus est suem.* Quod male quidam immutant.

Significor, pro *significo*, posuisse veteres, testis Gellius lib. XVIII, cap. XII.

His, quæ diximus, adde *adjutor*, *conuertor*, *emungor*, *excalceor*, *fartificor*, *focillor*, *ignescor*, *labascor*, *ludificor*, *manducor*, & *commanducor*, *murmuror*, & *commurmuror*, *palpor*, & *expalpor*, *prasagior*, *spolior*, *urrior*. Quod veterum locis firmavit Nonius. Eum adi, cap. de contrariis generibus verborum.

Suppeditor. Cicero ad A. H. lib. XIV, epist. XXI, sive al. XVIII : *De Patulciano nomine, quod mihi suppedisatus es.* Sic MSSi prope omnes quod & retinet in notis suis focer Franc. Iunius.

C A P V T V I.

De deponentibus passivè acceptis.

Quartus ordo est Deponentium passivè sumtorum. Hujusmodi si non nisi apud cascos illos sic usurpata inveniuntur, jure *Deponentia* dicuntur, quia passivam significationem deposuerint. Sin etiam apud Ciceronem, & alios optimi ævi scriptores, accipiuntur passivè, rectiùs *Communia* vocantur. Vtrorumque syllabam texam : in quibus ipsis sequar seriem literarum.

Abominor. Verrius Flaccus, nepotum Augusti præceptor, apud Priscianum : *Servitiaque corum abominaretur ab omnibus.* Livius quoque lib. xxxi, cum prodigia varia exposuisset, &, in his, de incerto sexu natis, subdit ista : *Ante omnia abominati semimares, jussique in mare extemplo deportari.* Vbi *abominati* παρὰ τὸν νόμον dixit. Plinius lib. x, cap. xxii : *Bubo funebris, & maxime abominatus, publicis præcipue auspiciis,*
deserta

deserta incolit. Ac similiter Horatius epod. lib. od. XVI :

Parentibusque abominatus Hannibal.

Adipisci passivè usurpant Boëthius de Consol. Phil. lib. III, cap. II, & Iustinianus Institut. de Legatis, & multò antè (ut Priscianus * * * lib. 8. docet) C. Fannius, cujus est : *Hoc adipiscuntur.* Hoc est ἀπιλυχάνου). Item Fabius Maximus : *Amiiti magis, quam adipisci.* Plautus Trinum. Non ætate, verum ingenio adipiscitur sapientia.

Admuniculor. Varro apud Priscianum † : *Tribunicio auxilio admuniculor* † *ibi.* *lati*, hoc est, βοηθήτες. Agellius lib. II : *Id autem ipsum, quod dicimus, ex illis Homericis versibus admuniculari potest.* Hoc est, confirmari.

Admiror. Canutius apud Priscianum in VIII : *Turpe est propter venustatem vestimentorum admirari, ut propter turpissimè vitam actam conveniri.* Vbi *admirari* est θαυμάζειν. Videri hic possit Publius Canutius, vir ingeniosus & in dicendo exercitatus, ut Cicero testis est orat. pro Cluentio, item in Bruto, ubi eum æqualem suum appellat, & suo iudicio disertissimum fuisse dicit. Etiam Philipp. III, & apud Vellejum Paterculum, est de Tiberio Canutio, Trib. Pl. qui Antonium, hostem iudicatum, orationibus suis lacerabat, Cicerone præeunte : quemadmodum & libertas ista utriusque morte ipsa constitit.

Adorior. Aurelius apud Prisc. in VIII : *Ab his Gallos adortos, ex insidiis plurimos necatos.* Vbi *adortos* est ἐφοδευθέντας. Fortè est hic P. Aurelius Opilius, à Festo sæpius advocatus. Musarum is, sive variæ eruditionis libros scripsit, ut ait Suetonius de claris Grammaticis : item Gellius lib. I, cap. xxv.

Adulor. Cassius apud Prisc. *Adulati que erant ab amicis, & adhortari.* Hoc est, ἡλαπευθέντες ἢ παρατρέφειν. In Venetâ veteri, uti & Ascensianâ, æ Basilcensi, est, *Adulati ab inimicis.* Sed, *ab amicis*, est in MSO nostro, atque ita à Putschio quoque editum.

Aggredior. Cicero ad Nepotem : *Hoc restituerat etiam, ut à te fictis aggrederer donis.* *Aggrederer*, ἐνεδρευθῶ, ut Priscianus interpretatur. Similiter Terentianus Maurus in præfat.

Aggressus labor arduus,

Nec tractabile pondus est.

Vbi perperam à Nicolao Brissæo editum, *Aggressus.*

Amplector. Petronius : *Animam nostro complexam in pectore :* ἀετιλεχθεῖσιν. Lucilius : *Quin amplectetur, qui velit ; ego non sinam me amplectier.* *Amplectetur*, ἀετιλεχθεῖσιν. Et ista citat Priscianus. Similiter *complector*, de quo postea.

Arrestor. Livius, teste Prisc. *Impubes libripens esse non potest, neque arrestari.* Hoc est, ἀεδιαμαρτυρηθῆναι.

d

Arbitror.

Arbitror. Coelius apud Prisc. *Ex scripseris eorum, qui veri arbitrantur.* Hoc est, *ἑστυλαμβάνον*). Similiter Gellius lib. I, cap. XIII: *Arbitraria questio.*

Architector. Nepos apud Prisc. *Adis Martis est in circo Flamino architectata ab Hermodoro Salaminio.* *Architectata, ἀρχιτεκτονηθεῖσα.*

Argumentor. Aufufius: *Omnia argumentata nomina.* *πρωθέν* G. ut exponit Prisc. Sed in veteri Venetâ *, & MSo etiam nostro pro *Aufufius*, ut in Putichianâ editum, legitur *Aufufius*. Fortasse scripserat Priscianus, *A. Furius*. Sanè Aulus Furius Antias, Poëta verus, memoratur Gellio, & Macrobio.

Aspernor. Cicero ad Nepotem: *Qui habet, vitro appetitur; qui est pauper, aspernatur.* Passivè, *ἐξουθενῶ*): ut Priscianus monet. Hircius de bello Afric. *Caius Virgilius, postquam intellexit Regem ab omnibus aspernari, se proconsuli tradidit.*

Affector. Ennius: *Affectari se omnes cupiunt.* *ἀνολυθεῖς*. Alpheus Philologus: *Themistocles, cum a formoso affectaretur.* *ἀνολυθῆτο*. Citat utrumque Priscianus.

Auguror. Lucius Cæsar: *Certeque res augurantur.* *διανοσκοῦν*). Cuius activum Virgilius in VII: *Si quid veri mens augurat opo.* Cicero tamen Verrin. IV: *Ex nomine istius, quid iste in provincia facturus esset, perridicule homines augurabantur.* Hæc quoque Priscianus in VIII.

Auxilior. Lucilius: *A me auxiliarius si est.* Quod Prisc. *βοηθεῖς* exponit.

Blandior. Verrius: *Blanditusque labor molli curabitur arte.*

Blandisus, *ἡλακρευθεῖς*, ut ait Prisc.

Calumnior. Staverius de proportionibus: *Non esse positiones regulæ, à quibus inceditur analogia calumniatur.* *συνοφασίῃ*). In MSo nostro Prisciano, & veteri Venetâ, legas, *Staverius de portione*. Sed de analogia hic sermo, quæ Latinis *proportio*, ut omnino hoc præstet.

Carnificor. Silenna: *Vitam cum dolore & insigni cruciatu, carnificatus amisit.* *Carnificatus, βασιανιδεῖς*, ut ait Prisc.

Cavillans passivè Appulejo lib. III Met. *At sic lepido sermone Fotidus irruicem cavillans.*

Cohortor, vide *Hortor*.

Comitor. Iustin. lib. XXX: *Iam in publico visuntur, iam saluantur, iam comitantur.*

Commentor. Ap. Cæcus apud Priscianum: *Amicum cum vides, obliviscere miserias: inimicum si es commentus nec libens æque.* *Commentus, ἀπλάσμεν* G. Sed posteriora verba, quæ absque dubio corrupta, in MSo nostro sunt omissa.

Com-

Complector passivè usus Virgilius in Culice. Sed & Cicero pro Roscio Amer. *Quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.* Similiter accipi monet Priscianus in illo ejusdem scriptoris: *Cupio eum tam invidiosâ fortunâ completi.* Nempe ut *complecti* valeat non *comprehendere*, sed *comprehendi*. Vius quoque sic Scævola L. Si sic stipulatus sim. D. de verborum obligationibus: *Non enim (stipulatio) ad unam vim pertinet. nam sicut & ipsius, & heredis caput, ita ipsius vis, vel sapius facta, complectitur.* Hoc est, comprehenditur.

Confiteor, tam activâ, quàm passivâ significatione accipi, ait Priscianus. Sed de passiva exemplum non addit. Sic verò *confessus* usurpat Optatus Afer lib. III. Vide inferiùs, *Futor*. Pluraque de eo in Participiis *. Imo & Cicero Verr. v: ut lib. IV dicemus.

Consequor, & *confector*. Orbilius †: *Quæ vix ab hominibus consequi possunt.* hoc est, ἀνύεσθαι. Varro †: *Vestales incesti compertas ansâ petuntur incognitâ: consecutâ negliguntur.* Vbi *consecutâ* valet *impetratâ*. Laverius *: *Vxorem tuam, & meam novercam, à populo lapidibus consecrari video.* Vbi *consecrari* valet *divine* εὐχαι. Sic *exsequi*, & *sectari*, de quibus postea.

Consolor quoque (verba sunt Gellii †) *in partem alteram, præterquam dici solitum est, scriptum invenimus in epistola Q. Metelli (Numidici:) quam cum in exilio esset, ad Cn. & ad L. Domitios dedit. At cum animum, inquit, vestrum erga me video; vehementer consolor: & fides utriusque vestra mihi ante oculos versatur.* Etiam Priscianus citat hoc Asinii Pollionis: *Sed cum ob ea, quæ speraveram, dolebam, consolabar ob ea, quæ timui.* Ut vulgatus Scripturæ interpres (qui immeritò nimis sæpe vapulet) reprehendi non debeat, quod Matthæi II. *κατακληθῆναι* vertat *consolari*, pro *consolationem accipere*. Vel Boëthius, qui similiter usus lib. III de Consolat. philosoph. cap. III: uti & suppoliticius Hegesippus lib. IV, cap. IV.

Conspicor passivè usurpat Plantus Epidico act. I, sc. I:

— *Quia parrem*

Præus se convenire non vult, neque conspicari, quàm id argenteum, quod deberet pro illa, dinumeraverit.

Varronis quoque est apud Priscianum: *Paupertas enim hæc tum non ita nutritata, ut nunc conspicatur.* Vbi, *conspicatur*, planè est *ἰσπεῖν*).

Concestor. P. Aufidius apud Priscianum: *Si quis alio vocitatur nomine, tum cum his concestatur, atque olim vocitabatur. Concestatur, συμμαρτυρεῖν*).

Criminor. Cicero contra Rullum: *Criminor defendere res Syllanas.* Appuleji quoque est lib. VIII, *Criminatus asinus.* Similiter Boëthius de Consolatione Philosoph. lib. I, cap. IV.

Demolior, & *immolior*. Curio pater apud Priscianum: *Nusquam demolior,*

* lib. seq.
cap. II.
† apud Prisc.
lib. 8.
‡ ibid.
* ibid.

† lib. 15,
cap. 13.

* cap. 44. ex
distinctione
Gruteri.

molitur, nusquam exoneratur pecunia. Livius lib. xxxix * : *Inmolitur, & inedicatum est in loca publica.*

Depeculor. Lucius Cælius : *Vbi senatus intellexit populum depeculari, hoc est, Σπουλεύει, ut exponit Priscianus.*

Delargior. C. Gracchus : *Ararium delargitur populo Romano.* Vbi delargitur passivè posuisse, testis Priscianus.

Despicor. Q. Pompejus apud Priscianum : *Me miserum ! quem mille feminae despicari ausa sunt.*

Detestor. Appulejus in Apologiâ : *Neque enim gravius est in convivio desipi, quam in isto honestissimo cœtu detestari.* Horatii quoque est lib. i, od. i : — *Bellaque maribus Detestata* —. Ac similiter Vincentius Lirinensis in Commonitorio.

Dignor. Cicero secundo de Invent. *Observantia est, per quam homines aliquâ dignitate antecedentes cultu quodam & honore dignantur.* Et eodem libro : *Qui ob egregiam virtutem tali honore dignati sunt.* Idem tertio de Oratore : *Res dissimiles inter se, que tamen consimili laude dignantur.* Item in Oeconomico : *Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur.* hoc est, ἀξιῶν. Gellius quoque lib. xv, cap. xiii, *dignor passivè capi, probat istoc Maronis † :*

† Æn. 3.

Conjugia Anchisæ Veneris dignate superbo.

Ipseque Gellius lib. xi, cap. ii sic loquitur : *Elegans, inquit, dictus antiquitus non ob ingenii elegantiam ; sed qui nimis lecto amœnoque cultu, vitæque esset. Postea Elegans reprehendi quidem desit ; sed laude nullâ dignabatur, nisi cujus elegantia erat moderatissima.*

Dilargior, vide Largior.

Dominari ait Emmanuel Alvarez passivè accipi in istoc Æn. ii :

Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos.

Nempe putavit, simile esse isti Æn. iii :

— *Acri quondam regnata Lycargo.*

Quod ante eum etiam scribere Rob. Stephanus in Thesauro L. L. & Cælius Secundus in Foro Romano. Sed quin *dominata* hic activè sumatur, dubium non est. Accommodatius igitur exemplum illud veteris Poëtæ apud Ciceronem primo de Off. *O domus antiqua, heu, quam dis pari dominare domino !* Et hoc Nigidii Figuli apud Priscianum : *Omne pacis indomitum habet quiddam in se ferum : sed tamen ea variata est, ut curari, & dominari possit.* hoc est, δεσπόζειει.

Emeniar. C. Memmius apud Prisc. *Quam stultè conficta, quam aperit emenita sunt !* ἐμενίμενα. Cicero in Antonium lib. ii : *Quem ipse ementitis a. s. picus vitiosum fecerat. Ementitis, Ψευθεισιν.*

Ennuor. Sulpicius Severus lib. i Hist. Sacræ : *Vovisse iraditur, si puer nasce-*

nasceretur, sacrandum Domino: ita emixim puerum sacerdoti tradidit.

Execror. Cato in IV Origin. * *Exules duo lege publicâ execrati, hoc* *apud Prife. est, κατέεξις.

Exhortor, vide Horror.

Exorior. Vitellius: *Bonæ res per illos à raro initio exorſæ, in te ad summum pervenerunt. Exorſæ, id est, initæ.* Porrò Vitellius ille, unde hæc adducit Priscianus, vel puto, est Vitellius rhetor, quem non negligentem auctorem appellat Quintilianus lib. IX, cap. XII, ubi de sententiarum figuris disputat: vel est C. Vitellius Varro, Ciceronis conſobrinus, qui eum in Bruto laudat, ut oratorem populo quidem non satis vendibilem; sed verbis aptum, & sententiis crebrum.

Experior. P. Nigidius: *Experienda ratio. Afinius: Cujus experta virtus bello Germaniæ traducta ad custodiam Illyrici est. Attius: Multa inventa experitaque ex hoc sunt bona. Quæ tria citat Priscianus. Similiter Cicero pro Balbo: Cujus igitur adieu virtus dubitationi locum non daret, hinc præſens experta, atque perſpecta, obrektorum voce ledetur?* Statius Achill. lib. I †: — *Solanis curas*

† vers. 187.

Fila movet, leviterque expertas pollice chordas

Dat puero.

Exsequi passivè dixit Emporius Rhetor. Imò & Ulpianus lib. XIX de Iuridict.

Fari. Suetonius in VIII Prætorum †: *Fasti dies sunt, in quibus jus* †apud Prife. *facitur, id est dicitur: ut nefasti in quibus non dicitur.* lib. 8.

Fateor. Cicero Agrariâ II: *Quæ est ista æquitas? (agros) cæteros, etiamſi privati ſint, permittere, ut publici judicentur: hunc excipere nominatim, qui publicus esse fateatur?* Hoc est, quem publicum esse in confesso sit. Gellius quoque lib. XV, cap. XIII, ubi de communibus tractat, docet, similiter accipi in legibus XII Tabb. Ut in quibus sit: QVI. SE. SIERIT. ANTESTARI. LIBRIPENS. VE. FVERIT. NI. TESTIMONIVM. FARIATVR. IMPROBVS. INTESTABILIS. QVE. ESTO. Vbi pro *fariatur* (ut quoque est in Stephanicâ) *fateatur*, rescribendum. Nam eo capite agit de communibus, proximèque dixerat, passivè dici, *confessum es, de quo facta confessio est.* Sic enim & hunc locum emendo, cum etiam in Stephanica sit, *de quo facta confessio est.* Ita verò accipi docet in XII tabb. his verbis: ÆRIS. CONFESSI. REBVS. QVE. IVDICATIS. TRIGINTA. DIES. IVSTI. SVNTO.

Frustror. Fenestella: *Frustratus igitur à spe, devictus in castra se recepit. Frustratus, κατὰ γὰρ τοὺς.* Laverius: *Frustramur, irridemur.* Citat Priscianus.

Furor. Appulejus lib. x : *Quotidie furaris clanculo partibus praevenisti querimoniam.*

Hortor. Gellius lib. xv, cap. xiii : *Dici utroque versus potest, hortor te, & hortor abs te, id est, tu me hortaris.* Ita Tacitus xii Annal. *Memmium, inquit, Pollionem, Consulem designatum, ingenibus promissis inducunt sententiam exprimere, quâ hortaretur Clodius Octavianam deponere Domitio.* Par ratio in compositis, *adhortor, cohortor, exhortor.* Cassius apud Prisc. *Adulæique erant ab amicis, & adhortati.* Hoc est, *προσλογνήντες.* Marcus Cato in quinto Orig. * *Exercituum suum præsum, paratum, cohortatum, eduxit foras, atque instruxit.* Etiam apud Tullium de Senectute in ple-riusque libris est : *Exhortatus est in convivio à sorto.* Vbi alii *exortatus.* Au-sonius quoque Periochâ ll. xiv : *Exhortatoque somno, ut eum mitteret in soporem, debuit vigilias ejus uxoris labefactas illecebris.*

* apud Gell.
lib. 15, c. 13.

Iachlor passivè non temere reperias, nisi in participio, & Latinitate multum collapsâ. Quomodo Victor Vticensis lib. i ait : *Sagittâ in gutture jaculatus.*

Immolior, vide Molior.

Interpretor. Paullus L. xii. de reg. Iuris : *In testamentis pleniùs volum- tates testantium interpretantur.* Quomodo & Hieronymus, atque Augu- stinus, sæpe loquuntur. Imò Cicero ipse in primo de Divinatione *interpretata* passivè dixit : unde verbum *interpretor* commune esse, colli- git quoque Gellius lib. xv, cap. xiii.

Intuor. Turpilius Pedio : — *Tamen oculis*

Longâ intercapedine appetunt, cupido intui.

Videtur de virginibus loqui, quæ conspici volunt.

Largior itidem utroque versus dici, probat idem Sallustii istoc : *Di- largius proscriptorem bonis.*

Loqui passivè est apud Cælium ad Ciceronem epist. viii : *De dam- natione ferventer loqui est ceptum.* Nempè Cælius amat ἀρχαίῳ τ. †

Machinor. De quo Priscianus citat hoc Sallustii in ii Histor. *At Lucullum Regis curâ machinata fames brevi fatigabat.*

Meditor. Terentius Phorm. act. ii, sc. i :

Meditata mihi sunt omnia mea incommoda.

hoc est, μεμελεσµένω. Ac similiter Cicero lib. i Off. Ovidius lib. ix Met. Gellius lib. i, cap. vii. Etiam Appulejus lib. ii Met. *Emeditatos fletus.* Et Minutius Felix in Octavio : *Vbi autem magis à sa- cerdotibus, quàm inter aras & delubra, conducuntur supra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur ?*

Metior. Arnobius libro secundo : *Orbe sit sol amplior, an pedis unius latitudine metiatur.*

Metor.

Metor. Horat. lib. II, od. xv :

— *Nulla decempedis*

Metata privatis opacem

Porticus excipiebat Arcton.

Et lib. II, sat. II :

— *Videas metato in agello*

Cum pecore, & natis, fortem mercede colonum.

Moderor. Epigramma vetus à G. Fabricio editum :

Urbanos fasces gaudens tibi, Roma, parabat,

Conſilio fratris nunc moderata tui.

Modulor. Gellius lib. I, cap. xv : *Linguā modestā, & parcā, & modulatā.*

Molior. Appulejus XI Met. *Inter has obſtationes ludicras popularium, que paſſim vagabantur, jam ſoſpitarricis Deæ peculiaris pompa molebatur.*

Similiter compositum *immolior.* Livius lib. xxxix * : *Immolitum, & * cap. 44. inedicatum est in loca publica.*

Moror. Papinianus L. v. §. I. D. ut legator. nom. cav. *Si petitionis dies moraretur.* Paullus L. lxxxv. §. ult. D. de diversis reg. Iuris : *Quories equitate desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur.* Id est, tardatur, differtur.

Naucifcor. Hvginus Fab. I : *Occasione nacta.* Similiter fab. VIII. Est & Appuleji libro VII : *Nacta libertate, veris initio, pravis herbentibus, rosas utique reperiturus aliquas.*

Oblivifcor. Maro in Bucolicis : *Nunc oblita mihi tot carmina.*

Nec aliter accipi debet, cum vetus Iuvenalis scholiastes in sat. VII † † vers. 51. ait : *Mala consuetudo scribendi, que oblivifci non potest.* Item cum Boethius initio libri IV de philosoph. inquit : *Eaque si ob injuriæ dolorem nuper oblita, non tamen prorsus ignorata.*

Ordior. Columella lib. I, cap. v : *Cum ex deſſiore loco fuerint orſa fundamenta.* Diomedes quoque præfat. lib. I : *Ordita lectio.* Par ratio in compositis. Vifellius apud Priscian. *Bona res per illos à raro initio exorſe, in te ad ſummum pervenerunt.* Exorſæ, id est, initæ.

Oſculor, à perifque Grammaticis exemplum ſtatu generis communis ſolet. At hoc non temere aliter, quàm activè, reperias. Quanto igitur ſatius fuiſſet, accommodatius adferri exemplum. Quale inter cætera eſt dignor. Quod apud Ciceronem, Varronem, atque alios, ſignificatione habes activâ : ut diximus.

Paciſcor. Tacitus lib. II Annal. *Sed Tiberius demoverat Syriâ Creticum Silanum, per adſinitatem connexum Germanico, quia Silani filia Neroni, vetuſtiſſimo liberorum ejus, pacta erat.*

Per-

Percontor. Appul. Met. lib. 1: *Percontationem pretium.*

Pollicor. Mezelus Numidicus, oratione, quâ apud populum C. Manlio tribuno plebis respondit: *Nam ut aliis plerumque obvenerit magistratu ob metum statim polliceantur.* Quod Priscianus * rectè exponit (ἐπιχειρήτων). Ac Brissonius Παρέργων libro singulari docet, similiter dixisse Ulpianum: *Actio pollicetur*: id est, promittitur. Addunt è Cæsaris lib. 11, cap. XXI belli civilis: *Pecunias, quæ erant in publicum Varro à civilis Romanis pollicitæ, remittit.* Sed in libris optimis est: *quas erant in publicum Romani cives polliciti.*

Populor. Cicero initio Divinationis: *Qui nunc populati atque vexati sæpe ad me venerunt.* Et lib. 111 in Verrem: *Populati atque vexati atque provinciam.* Sed de hoc minùs mirandum, cum & populo in usu remanserit, ut inferiùs diceretur.

Potiri hostium περὶ τῶν ἰσθίων dixit Tryphonius l. in bello. Tit. De captivis & postliminio reversis: *Cætera, quæ in jure sunt, postea quàm postliminio redit, pro eo habentur, ac si nunquam iste hostium potius fuisset.* Et Papi-nianus, l. quodd si filius, tit. eodem: *Exinde sui juris videtur fuisse, ex quo pater hostium potius est.* Quam lectionem meritò tuetur Stewechius adversus virum magnum, qui substituit: *Pater hostium potestati subditus est.* Stewechium ipsum vide, & Cuiacium ad lib. XLIX Digest. Tit. xv, leg. xi. Et hausere Jurisconsulti hoc loquendi genus à Plauto, qui aliquoties sic loquitur: ut Captivis act. 1, sc. 1, & bis Epidico act. 1v, sc. 1. Ac similiter idem Afin. act. 111, sc. 11 ait, *potiri heronum*, pro, in potestatem heronum venire, ut monet Palmerius: & quod observat Janus Guilielmus, Terentius Phorm. act. 111, sc. 1 dixit, *potiri mali*, pro, à malo opprimi, & in ejus quasi potestatem venire.

Precor. Aufonius Ephemeride:

Deus precandus est mihi,

Ac filius summi Dei.

Et similiter Prudentius hymno *αὐτῶν* in Vincent. dixit, *Ara precanda.*

Queror passivè inveniri, monet Priscianus in VIII.

Remorari passivè ait Hegefippus lib. 11, cap. xv. Sed levis ejus auctoritas nobis.

Reor utroqueversus dici, auctor est Prisc.

Sector passivè usurpat Varro lib. 11 de R. R. cap. 1x: *Qui vellet se à cane sectari.* Sic *confector*, de quo in *Consequor*.

Solor quoque sic reperiri, idem Priscianus monet. De *consolor* superiùs jam dictum.

Stipulor

Stipulor tam profertur in activa, quàm passiva significacione : ut Priscianus in VIII ait. Subjungit inde : **IN QVO** illud quoque est observandum, quod tam activâ significacione, quàm passivâ, ablativo conjungitur, *stipulor à te*, pro interrogo te, & interrogor à te, quomodo dicimus, *quero à te*, pro interrogo te, quamvis sit activum. Juvenalis in IV :

*Quantum vis stipulare, & procinus accipe quod do,
Vt toties illum pater audiat.*

Et subauditur, à me stipulare. Ecce hic est activè. Suetonius autem passivè protulit in IV Prætorum : *Lectoria, que vetat minorem annis xxv stipulari.* **Επερωτῶσθ.** Livius in XXXIII ab Urbe conditâ : *Nec alieni momenti animi circummagi stipularique irato Consuli, Tribuno inde plebei.* Plautus Cistellariâ :

*Me respondere postulas. injurium est.
Stipulari semper me ultro oportet a viris.
Eum quæstum facio. nihil jures promittere.*

Activè dixit idem in Pseudolo * :

*Mine viginti saluæ ac sanæ sunt tibi,
Hodie quas abs te est instipulatus Pseudolus.*

Idem in Rudente † passivè dixit :

*Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum siem
Quinque & viginti natus annos.*

* *act. 4. sc. 6.*

† *act. 5. sc. 3.*

Hactenus Priscianus : ut nos quidem totum hunc locum correximus. Et fortasse etiam pro *Cistellaria* legendum *Clitellaria*. Nam in Cistellaria frustra quæras. Mendosus etiam viderur locus Livii : quem nec ipsum in eo legi puto. In MSo nostro Prisc. uterque locus desideratur.

Testor verbum commune esse, colligit Gellius ex eo, quod Cicero in primo de Divinatione *testata* dicat passivè. Ac Priscianus pro eo adfert hoc ejusdem Ciceronis pro Muræna : *Publicis literis testata sunt omnia.* hoc est, **μαρτυρηθέντα.**

Tueor, & *tueor*, tam passivè, quàm activè sumi, ait Priscianus in VIII. Sic usus est Varro de R. R. lib. III, cap. I : *Quod & in pace à rusticis Romani alebantur, & in bello ab his tuebantur.* Cui, vir eruditus, Emmanuel Alvarus geminum esse censet Senecæ illud epist. xci : *Infirmiores à validioribus tuebantur.* Sed fallitur, quia infirmiores hic est casus inculativus, eoque *tueor* hic activè sumitur, ut sententia sit, priscis seculis principatum eos meritis suis inter homines obtinuisse, qui infirmiores tueretur adversus validiorum injurias. Nihilo rectius idem Alvarus adducit illud Livii lib. xxi : *Melita à Carthaginensibus tuebatur.*

e

Nam

Nam apud eum sic legitur : *Ipse in insulam Melitam, quæ à Carthagenensibus tenebatur, trajecit.* Sed habes illustrem locum apud Vitruvium in præfatione lib. VIII : *Animadvertimus verò non solum nascentia ex his esse procreata, sed etiam res omnes non ali sine eorum potestate, neque crescere, nec tueri.* Ac Philander ad eum locum annotavit similem locum ex veteri inscriptione. Postrema solum verba apponam : **SENATVS ET POPVLI ROMANI IMPERIVM, ET DEORVM NUMINE, ET MILITVM FORTITVDINE, ET TVRI ET REGI.**

Vador etiam passivè accipi, Priscianus auctor est.

Velificor item, ut probat hoc Juvenalis in IV :

Velificarus Athos.

Veneror similiter fumitur in illo Cæsaris Germanici, ubi de Deltoto :

— *Siquis donum hoc spectabile Nilis*

Divitibus veneratum Indis in sede notavit.

Veneror. Virgilius ÆN. III :

— *Cursusque dabit venerata sacerdos.*

Quo *veneror* passivè etiam dici, probant Gellius lib. XV, cap. XIII, & Priscianus in VIII.

Venor, tam proferri in activa, quàm passiva significatione, auctor est Priscianus ibidem. Passivà usus Virgilius lib. I contra Eutychem.

Vereor te, dicimus, & *vereor abs te*, id est, tu me vereris. Testis Gellius lib. XV, cap. XIII. Atque huic probando adducit illud Afranii in Consobrinis :

*Hem ista parentum * est vita vilis liberis,*

Vbi malunt metui, quàm vereri se à suis.

* Lips. in Var. Horunt. Censeo potius Hem retinendum: nec elide, ut sit senarius.

Addit postea : *Veritum autem, sicut pudium, & pigium, non-personaliter per infinitum modum dictum esse, non a veterioribus modo, sed à M. quoque Tullio in secundo de Finibus : Primum, inquit, Aristippi, Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quæ maxime à dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere.* Pontius diaconus non dubitavit imitari Afranium in vita B. Cypriani : *Vi esset ambigere, vereri plus an diligere vereretur : nisi quod & vereri & diligere merebatur.*

Vicisci. Sallustius Iugurthâ : *Quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur jure factum sit.* Item Porcius Latro in Catil. *Quid erit, iudices, quod dubiteris de liberanda patria, deque ulciscenda crudelissimi sceleris immunitate ?* Sic Valerius Flaccus *ultus* passivè dixit lib. XV Argon.

Vociferor tam passivè, quàm activè sumi, testis Priscianus in VIII.

Vior quoque commune esse, & utroqueversus dici, Gellio traditum lib. XV, cap. XIII. Auctoremque laudat Novium in Ligartacâ †, ubi

† codd. aliq. Ligartaca, vel, Ligartarta.

ubi dicat : *Quia supellex multa, quæ non utitur, emittitur tamen.* id est, quæ usui non est. Similiter *abitor*. Q. Hortensius : *Abusis jam ab omnibus locis.* *Abusis*, κατὰ χρονοδένειαν. Varro : *Vtile utamur potius, quam ab Rege abutamur.* Vtrumque citat Priscianus.

Ex his cognoscere est, quantopere fallantur, qui nulla putant superesse communia ; quasi omnia, cum prius utraqueversum dicerentur, postea tamen alteram exuerint significationem. Quippe ex iis, quæ adduximus, liquet, multa passivè prolata esse à Cicerone, Varrone, Cælio, & cæteris ejus ævi scriptoribus ; item illis proximi temporis, Asinio Pollione, Marone, Horatio, Suetonio, atque aliis. Et plura hujusmodi adducam in Participiis *.

* lib. seq.
II.

Nunc quia veritatis radiis abunde dispulimus opinionem, de qua nobis hæcenus dictum : haut difficile mihi erit, alium eorundem eluere errorem. Putant enim, commune genus diversum esse à deponenti, quum deponentia eadem sint, quæ communia ; sed communia sint, quatenus olim utramque habuerunt significationem ; deponentia, quæ alteram vel planè, vel penè deposuerunt. Et sanè, si cur communia à deponentibus diversum constituent ordinem, causa est satis gravis, quod nunc significant actionem, nunc passionem : etiam quæ actionis duntaxat sunt significativa, ut *precor*, *faceor*, diversi generis erunt ab illis, quæ solum notant passionem, ut *pascor*, *nascor*. Quare etsi communia, si physicum genus attendamus, deponentium naturam excedant : tamen, ubi Grammaticum genus spectatur, communia sub deponentibus comprehenduntur.

CAPVT VII.

De deponentibus, quæ olim in O, & OR exhibent.

Multa etiam deponentia eadem significatione in O inveniuntur : sed pleraque apud priscos, pauca etiam apud classicos. Vtrumque hunc syllabum subjecimus.

Admuniculo, pro *admiculo*. Varro Cato, vel de liberis educandis : *Quod petisti, ut ejus educationis fierem tibi socius, quoad potui admuniculari tuam voluntatem scribendo.*

Adaquare, pro *adaquari* : si fides libris nonnullis, apud Suetonium in Galba cap. VII.

Adulare, pro *adulari*, non modò dixere Attius Peribœa, & Lucretius lib. V : sed eadem vox in codd. MSS, teste Steph. Pighio, invenitur apud Val. Maximum lib. IV, cap. III loco gemino, & Columellam

mellam lib. VII, cap. XII. Appulejum quoque in v de A. A. Aufoniam in Gratiarum actione, & vert. glossis.

Adultero, pro *adulteror*, dixit Agellius lib. x, cap. XXIII: *In adulterio uxorem si deprehendisses, sine iudicio impune necares: illa te, si adulterares, non auderet digito contingere.*

Alterco, pro *altercor*, ut apud Pacuvium, *altercas*, teste Nonio: & Terentium Andr. * Scio, cum patre altercasti dixerim. Ac similiter Appulejus in II Met. *Et mente sacrilegâ coarguenti marito altercas.*

Afferrio, & *asserrior*, dici, monitum Gellio Fabio lib. I, cap. v, & lib. v, cap. IV: item Gellio lib. II, cap. xxv, & lib. xviii, cap. XII. Nonio item, & Diomedii, qui id testibus probant. Sæpe prius est in MSSis, ubi alterum in vulgatis.

Ampleto, pro *ampletor*, & *amplexo*, pro *amplexor*. De utroque testis Priscianus, qui citat illud Q. Claudii in II Annal. *Conseruare suos quisque, seruare, amplexare.* Et hoc Ciceronis pro Cluentio: *Autoritatem censorum amplexato.* Ac Nonius adducit hunc senarium Attii Almazone: *Postremo amplexa; fructum, quem Di dant, cape.*

Arbitro. Plautus Stichus:

Probiores credo arbitrabunt, si probis narraveris.

Aucupo, pro *aucupor*, dixisse veteres, testis est Priscianus in VIII. Atque, id ut doceat, Nonius Marcellus congerit loca Titinnii, Plautii, Ennii, Pacuvii, & Attii. Ipsum vide.

Auguro, pro *auguror*, ut est apud Prisc. ibidem. Eique comprobando Nonius allegat Attium, Ennium, Pacuvium; imò & Virgilium, ac geminum Ciceronis locum. Prior est ad Calvum: *Præsentii amicus, & augurat quodammodo, que futura sit suauitas.* Alter lib. IV de Rep. *Cui quidem utramque, fideliter abundante* † (Mercerus, quidem *cer.e*) *auguraverim.*

† abundante etiam est in membranis nostris. Vnde in Aldina, abundante: Had. lun. abunde ante. Sed sententia consentior illi correctio Merceri, quam posui.

Auspico, pro *auspico*. Prisc. Atque usus Cato apud Festum in Prohibere. Testimonia plura ponit Nonius, interque alia Nævii; cujus locum corruptum ita emendat Godsc. Stewechius ad secundum Arnobii librum: *Tum prætor advenit, & auspiciat auspicium prosperum.* Arnobii verò, qui & ipse hoc pacto usus, verba sunt, *Spem precii similis*, sive, ut Stewechius corrigit, *spem præsumitis, & ex acuminibus auspiciatis.*

Auxilio, pro *auxilior*. Gracchus adversus Furium: *Quibus ego primus quomodo auxilium?* Citat Diomedes in primo. Legas & in epitolarum S. Bonifacii, & aliorum, eâ farragine, quam debemus Serrario. Verùm hoc barbaræ ætati scriptoris tribuendum potius, quam veterum imitationi.

Cachimo,

Cachimmo, Attio *, Lucretio, & Suetonio †, quod *cachimor* Ciceroni.

Cohorto. Quadrigarius Annalium lib. v †: *Et dicerent castra capta esse, atque hos cohortarent, uti maturarent.* Citat Nonius.

Comito, pro *comior*. Ovid. cūm VIII & XIV Metam. tum lib. II Pont. el. III:

Pirouhom Theseus Stygiis comitavit ad undas.

Et Propertius lib. II, eleg. VII, vel aliis VIII:

Quod si Romanæ comitarent castra puella.

Comitarent. Quoque est in duobus Palatinis. Sic quoque edidit Scaliger.

Commento, pro *commemor*. Prisc. in VIII.

Commisisco. Appulejus lib. IV Met. *Medisem † è re nata validum, eo volente; commisiscimus.* Vbi *commisismo* est in editione Venetâ an. MDCCCXCIII. Sed *commisiscimus* est in optimis membranis nostris. Atque ita edidit Colvius.

Commisereco, commisereisco. Vide *Miserer*.

Complecto. Pomponius Fullonibus:

Quin ergo, quando convenis, complectite?

Mi frater, salve. O soror salve mea.

Constituto. Terentius Phorm. act. III, sc. II:

Nec cum huiusmodi unquam usus venit ut constitueres malo.

Tacitus lib. V: *Plura per scelera Remp. constitueravisset.*

Congredio dixisse, colligit Nonius ex hoc Plauti in Epidico: *Quid si adeam? Haut scio, an congredias, si hæc est.* Idem nec *progredio* refugisse veteres, docet hoc Novii Vindemiatoribus: *Quid stas? age, move te inanem, in prius, progredi.* Vbi in membranis nostris pro *inanem, mane*: pro *prius, primus*. Quare emendo: *Manen? ð, primus progredi. Manen, ut viden?*

Consolo, pro *consolor*. Prisc. in VIII. Ac comprobatur Nonius illo Varronis Oedipothyeste: *Per idem tempus Oedipus Athenas exsul venire dicebatur, qui consolaret.* Vix tanti puto, addere, etiam legi in farragine epistolarum S. Bonifacii, & aliorum, à Serrario publicatâ.

Contemplo, pro *contemplor*. Prisc. in VIII. Ac Nonius id adstruit locis Attii, Nævii, Titinnii, Ennii, Plauti. Est & Nemesiani fragmento de Aucupio, de tetrace:

Cum pedicas nocti sibi contemplererit, adstans.

Vixit us temporibus Cari imperatoris.

Convivo, pro *convivor*. Quod probatur Nonius hoc Ennii sat. lib. I:

Malo hercie suo magno convivat sine modo.

Et isto Pomponii Mundâ :

Si calendis convivant, idibus cœnant foris.

Fortasse tamen Nonius deceptus. Trochaicus quidem fuerit, si rescribas :

Si calendis convivantur, idibus cœnant foris.

* Trochaicus
fit hoc pacto:
Nam non
is bene
vult tibi,
qui falso
apud te
criminat.
Sed nihil
mutandum
si finis fuit
& initium
Iambici se-
narii.

Crimino, pro *criminator*. Prisc. in VIII. Ac Nonius citat Ennii illud lib. IV Sat. *Nam is non bene vult tibi, qui falso criminat apud te.* *

Cuncto, pro *cunctator*. Vti Nonius uno Attii, gemino Ennii loco demonstrat.

Demolio, pro *demolior*. Ita Alfenus I. C. *demolire*, & *demolieris*, dixit lib. VII de usufr. leg. Diomedes adducit è Nævii Corollariâ : *Hæc demolire*. Et è Varronis libris Poëticis : *Et tamen non demolio rostra*. Item ex Epistolicis ejus Quæst. *Demolivit tectum*.

Delucto, vide *Lucto*.

Digno, pro *dignor*. Priscianus. Item Diomedes in primo, qui illud Pacuvii citat in Hermiona :

Cum neque me adspicere æquales dignarent meæ.

Sic apud eum ex Nonio rescribendum : qui & illud Attii Meleagro adducit :

— *Remanet gloria*

Apud me. exuvias dignavi Atalantæ dare.

Ejulo, pro *ejulor*. Priscianus testis.

Expergisco. Pomponius Agamemnone supposito :

Nequis miretur, cum tam clarè tonuerit,

Vt siquis dormitaret, expergisceret.

Apud Nonium legas.

Exsecro, pro *exsecror*. Priscianus in VIII. Vfus Afranius Incendio, teste Nonio :

Experirabant, exsecrabant se, ac suos.

Fabulo, pro *fabulor*. Plautus Milite, & Truculento. Item Appulejus Floridis. Gloss. *fabulat, λαλεῖ*.

Frustror, pro *frustror*. Pomponius Majali apud Nonium :

Miseret me eorum, qui sine frustis ventrem frustrarunt suum.

Vfus & Plautus Milite act. III, sc. III : *Quin ego me frustror*. Quamquam pro *frustror*, *ultror* legendum censeat Ianus Guilielmus lib. III Verisim. cap. XI. Verùm usus quoque Cæsar apud milites de commodis eorum, teste Diomede † : *Non frustrabo vos, milites*. Ex posterioribus usurpat & Possidius in vita S. Augustini, cap. XVII.

Fruatico Columella, & Plinius : pro quo Cicero *fruticor*.

Horto, pro *hortor*. Prisc. in VIII.

Imiso. Livius Achille :

† lib. I.

Si malos imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis.

Varro epistolâ Latinâ lib. II : *Tuum opus nemo imitare potest. Vtrumque à Nonio adducitur.*

Impertio, & impertior, eâdem significatione usurpat Cicero.

Insidio, pro *insidiator*. Callistratus L. Capitalium. §. q. de pœn. *Igni cremantur plerumque servi, qui saluti dominorum insidiaverint.* Non tamen assentire possum Grammaticorum illis, qui Maronem quoque usum putant I Æn. cùm ait :

— *Insicia Dido,*

Insidet quantum miseræ Deus.

Invenio quidem in Servio P. Danielis, quosdam legere *insidiat*, hoc est, *insidias faciat*. Sed ab *insidio* potiùs *insidiet* dixisset. Nec si *insidias* significare Virgilius voluisset, alio usus esset quàm *insidendi* verbo, unde *insidiæ* dicuntur.

Iurgo, jurgor. Cicero lib. IV de Rep. *SI IURGANT*, inquit lex XII Tabb. *benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur.* Et ibidem : *Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare.* Adducit Nonius in *Iurgium*. Iustinus lib. IX : *Ut in convivio, antea primum cum Attalo, mox cum ipso patre jurgaret.*

Lachrymo Terentio, & Ovidio ; *lachrymor* ; Ciceroni. De utroque & testis Diomedes lib. I.

Læto, pro *lætor*. Prisc. in VIII.

Largio, pro *largior*. Ut Priscianus ostendit illo Sallustii in primo Histor. *Igitur venditis proscripitorum bonis, aut dilargitis.* Nonius idem probat locis Lucilii, & Artii. Ac Catonem Bæbiâ similiter ait dixisse : *Pecuniam inlargito tibi.*

Liceo, pro quo Tullius passim & Iurisconsulti, *liceor*, & in frequentativo *licitor*. Curtius lib. XXI : ubi de Besso parricida : *Ancipitem hostem ad nutum licentium, circumferri.*

Lucto, pro *luctor*, & *luctio*, pro *luctitor*, juxta Prisc. in VIII. Ac evincit hoc Nonius illo Ennii lib. VIII : *Viri validis viribus luctant.* Sive, metri ergo, — *viri validis cum viribus luctant.* Plautus similiter Vidulariâ :

Quid multa verba ? plurimum luctavimus.

Delucto itidem usurpat Trinummus act. IV, sc. I :

Quibus arumnis deluctari filio cum divitias quero !

Terentius Hecyra act. V, sc. III :

Dicitque sese illi amulum, dum luctat, detraxisse.

Ludifico Plauto ; *ludifico* eidem, item Terentio, Ciceroni, Livio. Meminit & Non. ac Prisc.

LXXX-

Luxurio probat Nonius è Tuberone, & Virgilio. Pro quo *luxurior* Columella, & Plinius.

Medico. Virgil. 1 Georg.

Semina vidi equidem multos medicare ferentes.

At *medicor* nunc activè fumitur, nunc etiam passivè; unde *vinum medicat:em*.

Mereo, *merui*; & *mereor*, *meritus sum*. De priori Plautum, & Turpilium, Nonius laudat auctores. Ac *promereo* similiter dici, docet hoc *ad. 3. sc. 2.* Plauti Trinummus * :

— Nam retineri nequeo, quin ea dicam, quæ promeres.

Mimito, pro *mimitor*, ut Nonius è Nævio, & Plauto, colligit.

Miro, pro *miror*. Quod idem ostendit hoc Varronis Eumenidibus :

Hospes, quid miras nunquam curare Seraphim ?

Quid ? quasi non curat tantidem Aristoteles.

Et hoc ejuldem :

Aut ambos mira, aut noli mirare de eodem.

Item illo Pomponii Patruo :

Mirum facies, satne si studium mirabis diu.

Vbi, ut sit trochaicus tetrameter catalecticus, post *si*, interpone *istud*; quod librarius neglexit, quia & *i* in *si* præiret, & *stud* in *studium* sequeretur.

Misero, pro *miseror*. Attius Athamante :

Atque ita de illis merui, ut jure hæc nunquam miserarent mala.

Sic *mifereo*, & *mifereor*; unde *miferet*, & *miferetur*. Ennius Hecubà :

Miserete manus (vel potius, mei annis) dare ferrum, qui me animâ privem. Item *mifereſco*, & *commifereſco*. Virgil. ÆN. 11 :

— *Mifereſcimus ultro.*

Ennius Hectoris Lytris :

— *Per vos, & vestrum imperium, & fidem*

Myrmidonum, commifereſcite — . Citat Nonius.

Modero, pro *moderor*, Attium & Pacuvium poſuiſſe, idem Nonius eſt auctor. Plauti etiam eſt Milite act. 1v, ſc. v :

— *At modicè decet*

Moderare animo.

R. Stephanus ſimiliter ait locutum Salluſtium in Catil. cùm Cæſar dicit: *Vbi hoc exemplum per Senati decretum Conſul gladium eduxerit, quiſilli finem ſtatuet, aut quis moderabit ?* Sed in melioribus libb. eſt *moderabuntur*: etiam in MSSis noſtris. At uſus quoque Vlpianus L. LXXII. D. De judiciis: *Ordinem edictorum, vel compendium moderare.* Eſt & Rufini de metris Horatianis: *Deſinit jambicus videri, niſi percuffione ita moderaveris.*

Modulo,

Modulo, modulator, dixere, teste Prisciano.

Molio, pro *molior*, juxta Priscianum in VIIII. Ac similiter compositum *demolio*, quod tergemina hac auctoritate evincit Diomedes lib. I. Varro in libro poetico : *Et tamen non demolio rostra*. Idem in quaestionibus Epistolice : *Demolivit seclum*. Atque hæc exemplo Nævii, cuius illud in Corollariâ : *Hæc demolite*.

Moro, pro *moror*. Vt Diomedes ostendit hoc Nævii in Projecto * : * *al. Projecto.*

— *Quid moras ? quia imperas.*

Similiterque Pacuvius Hermionâ :

Paucis absolvit, ne moraret diutius.

Munero, pro *muneror*. Vt Nonius docet istoc Turpiliï Thrasyleo-
ne : *Dat ultro, ac munerat, quod ab illo abstulit* †. Similiter Gellius lib. XVIII, cap. XII.

Mutuo, non tantum valet mutuuum do, sed & sumitur pro *mutuor*, hoc est, mutuuum sumo. Quod Nonius planum facit illo Cæciliï in Afoto : *Ad amicos curret mutuatium, mutuuet causisâ meâ.*

† *Fortè melius, ab illo quod abstulit. Vt sit jambicus sèr-
narius.*

Obsono etiam, & *obsonor*, activè cepere; ut est apud Priscianum in VIIII. Atque ita Plautus Aululariâ : *Obsonavit herus*. Itaque tam *obsonavit*, quam *obsonor* legas in Aulularia act. II, sc. IV. Ac prius etiam est apud Appulejum in Apolog.

Omino, pro *ominor*. Pomponius Cretulâ, vel Petitore :

Bene eveniat. Ita & tibi bene sit, qui rectè ominas. Sic legendum.

Opino, pro *opinor*, dixisse similiter, idem Priscianus inibi tradit. Ac probat id Nonius locis Plauti, Pacuvii, Ennii, Cæciliï.

Opitulo. Livius Equo Trojano : *Da mi hæcse opes, quas peto, quasque precor, corrige, Opitula*. Nonius adducit. Sed ubi vulgò, *quas precor*, versus causâ, rescripti *quasque*.

Osculo. Titinnius Ilarubrâ (sive ilâ vel hillâ rubrâ) apud eundem :

Laudor, quod osculari privigna caput.

Pacisco, Nonio teste, dixit Nævius belli Punici lib. II : *Id quoque paciscunt, ut moenia sint, quæ Lutatium reconciliant*. Idem hoc ejuldem, vel alterius, citat : *Capituros plerimos Sicilienses paciscit, obsides ut reddant*.

Palpo ait Juvenalis †, quod alii *palpor*; etiam Lucilius. Ac similiter *expalpor* activè Plautus Vidulariâ, teste Nonio.

† *Sat. I. vers. 35.*

Partio, pro *partior*, ut gemino loco monet Nonius, geminoque probat Luciliï loco : item ex Plauto, Attio, Ennio. Est & Sallustii in Jugurt. *Provincias inter se partiverant*. Sic *impertio*, pro *impertior*, ut diximus.

Patio, pro *patior*. Nævius in Projecto :

— *Populus patitur, tu patias modò.*

f

Sic

Sic Diomedes in primo.

Perconto, pro *percontor*, Nonio teste, dixere Novius Malevolis, & Nævius in secundo belli Punici.

Perscruto, pro *perscrutor*. Plautus Aulul. act. iv, sc. iv :

Postremo jam hunc perscrutavi. —

Pollicco, pro *polliceor*, ut ostendit Nonius isto Varronis Anthropo-

* In MSo nostro, uti in vulgatis, *perperam*, quid, pro quod.

poli : *Ne dares, ne polliceres, quod * datum est.* Sic legendum.

Populo, pro *populor*. Virgil. i Georg.

— *Populataque ingentem farris acervum*

Cuculio.

Diomedes adducit è Plauti Feneratrice : *Quæ ego populaba probe.*

Nonius docet, eodem uti Cæcilium, Quadrigarium, Attium. Item Ennii esse Ambracià :

Agros audaces depopulant servi, & dominorum domos †.

Ita emendo. Itaque *populatus* nunc activè sumitur, nunc passivè.

Praelio, pro *praëlior*. Ennius Achille Aristarchi † :

— *Ita*

Mortales inter sese pugnant, praëliant.

Præstolo, pro *præstolor* : apud Turpiliū Pedio, & Livium Tereo, teste Nonio.

Preco, pro *precor*, teste Prisciano in viii.

Proco, pro *procor*. Livius Ægitho :

— *Quin, quod parère vos majestas mea*

Procat, toleratus, temploque hanc deducitis ?

Citat Nonius in *Procacitas*.

Proficisco. Turpilius * *Εὐρίπαι :*

Hortatur hominem, quamprimum proficisceret.

Progredio, vide *congregio*.

Promereo, vide *Mereo*.

Recordo. Quadrigarius † lib. iiii Annal. *Patria enim recordavit.* Glossæ Philoxeni : *Recordat ἀναμνησθῆναι.*

Refrago, pro *refragor* ; *suffrago*, pro *suffragor* : teste Nonio, qui posterioris auctorem laudat Silenam lib. xxiii : *Multe populi, plurimæ conciones, ductat iram omnibus animis, & stud is suffragaverunt.*

Reminisco est apud Augustinum epist. lv. Qui tamen illud damnat libro de Grammaticâ. Imò ante Augustini quoque ætatem ita quosdam locutos, argumento est illud Aulonii in Rufum Rhetorem :

Reminisco Rufus dixit in versu suo :

Cor ergo versus, imò Rufus non habet.

Item hoc ejusdem :

Qui

*Qui reminisco putat se dicere posse Latine ,
Hic ubi CO scriptum est , faceret COR , si cor haberet.*

Eodem quoque modo locutus B. Ardulfus , antistes Ecclesiæ Rhodensis , epistolâ quadam , quam invenire est in epistolis S. Bonifacii , aliorumque , quas Nicolaus Serranus publici juris fecit.

Reverto , pro *revertor* , dici , docet Nonius loco è Pomponii Majali. Sed classici etiam sic loquuntur , ut notum. Sed in præterito , non præsentis. Imò in præsentis non alia , quam passiva utar forma , in præsentis solum terminatione passiva.

Rhetorico , pro *rhetoricor*. Novius Asinio :

*Age nunc , quando rhetoricasti , responde quod * te rogo.*

Ita legendum.

Ringo obsoletum , unde *victus*. At *ringor* usitatum.

Rixo , pro *rixor*. Ut gemino Varronis loco à Nonio comprobatur.

Rumino. Maro in Bucol. *Illice sub nigra pallentis ruminat herbas.*

Scruto , pro *scrutor* ; *perscruto* , pro *perscrutor* , usurpasse antiquos , docet nos Nonius hoc Plauti in Aulul. † *Postremo hunc jam perscrutavi.*

* Vulg.
quid , etiam
in suo no-
stet.

* alt. h. sc. 4.

Solero , *soleror* , inter ea , quæ utroque modo terminentur , refert Priscianus. Ita enim habet cum antiquissima Veneta anni 1110 LXXVI : tum recentissima à Putschio recensita. In MSO meo hoc monstrum verbi non legitur. Puto , Priscianum scripsisse , *soleo* , *soleor* : quod inde conjecto , quia præteritum *solui* , & *solutus sum* , inveniatur : unde & præsentis confusam fuisse terminationem , verisimile fit.

Sortio , pro *fortior*. Ennius Cresphonte † :

An inter sese fortium urbem , atque agros.

† apud Non.

Varro lib. xx rerum humanarum : *Cum venerint censesores , inter sese fortiant.*

Stabulo. Varro lib. i de R. R. cap. XXI. *Si prata sunt , neque pecus dominus habet , danda opera ut , pabulo vendito , alienum pecus in suo fundo pascat , & stabulet.* Ac similiter Maro III Georg. & VI Æn.

Stipulo non memini legere apud veteres , ut librarii fortè error sit in glossis Cyrilli , ubi exaratum : *Ἐπερωλω* , consulto , interrogo , stipulo.

Suavio , pro *suavior*. Ut *suavies* , pro *suaviesis* , apud Pomponium Mundâ , & Novium Quæstione , auctore Nonio.

Suffrago , vide *Refrago*.

Testo , pro *testor*. Priic. in VIII.

Tumulto , pro *tumultuor*. Plautus Rudente act. II , sc. III :

Vi mihi istuc negotii dicas , quod tumultues.

Macrobius lib. II Saturn. cap. x : *Populum Romanum objurgat , quod Roscio gestum agente , tumultuaverit.*

Tuto, pro *tutor*. Vñ sic, Nonio teste, Plautus, Nævius, Pomponius, & Pacuvius.

Vago, (de quo Nonius adducit testes, Plautum, Serenum, Pacuvium, Attium, Turpilium, Ennium, Varronem, & Pomponium,) legere quoque est apud Prudentium hymn. VI Cathem.

Isber vagat per auras

Rapido vigore sensus.

Ac autor est Gruterus, eodem usum IC. I. XLIV in fine ad Senatusconsultum Silanum; ubi tamen librarii, *vacat*.

Velifico, Plinio, lib. IX, cap. XXXIII, & Propertio, lib. IV, eleg. X. Atque inde passivè Iuvenalis sat. X:

Velificatus Athos.

At activè *velificor* Cicero.

Venero. Plautus Truculento: *Dare mihi huc stactam atque ignem, ut venerem Lucinam meam.* Nam *venerem* non nomen, sed verbum esse, & pueri vident. Non dubitavit tamen G. Canterus hac de re caput integrum contexere in sexto Novarum Lect.

Vlscifo veteres dixisse, testis Priscianus in VIII. Atque ita Ennius Eumenidibus:

Nisi patrem materno sanguine exanclando ulciscerem.

Vocifero, pro *vociferor*, est in farragine epistolarum S. Bonifacii, & aliorum, quam bono publico exhibuit Serrarius. Sed condonandum hoc ætati, qua scriptores isti vixere. Antiqui verò semper *vociferor*: si calcos excipias, & antiquarium Varronem. Vti III de R. R. cap. IX: *Vociferam sepe in certamine pertinaces.*

Pauca talia cum adduxisset Diomedes in primo, continuo subiungit, *Critius me dies deficiet enumerantem exempla.* Sanè *ὑπερβολικώτερον* ille. Priscianus plura, ut vidimus, promit. Sed quia auctores præteriisset, subdit, istorum *omnium usus, iam apud Capriam, quam Plinium, & Probum, inveniri.* Quare utcumque in plerisque non apponat scriptorum verba; fidem tamen meretur, quia olim ea apud Plinium, Probum, & Caprum, invenirentur. Et plerorumque ex iis, ut ostendimus, Nonius Marcellus laudat auctores. Ipsi etiam aliqua, Grammaticis illis intacta, adjecimus. In omnibus verò istis nihil æquè attendere opus, quam ut obsoleta ab usitatis dignoscamus.

C A P V T V I I I.

DE MODIS. *Varie Indicativi, Imperativi, & Subjunctivi appellationes. Præter hos non esse modos alios: sed comprehendi sub iis Optativum,*

Poten-

Potentialem, Concessivum, Αυσητικό, Promissivum, Hortativum, Precativum. Imperativus rectius Postulativus dicatur. Infinitivus unde vocatur. Varia ejus nomina. Non esse modum actus, sed potestatem, quia in modis proprie dictos resolvitur.

Post Generis doctrinam agi solet de Numero, Persona, Modis, & Conjugatione. Sed de Numero universè diximus lib. primo De Analogia, cap. iv. Vbi illam etiam quæstionem discussimus, an verba habeant numerum dualem. Ibidem de Persona actum nobis generatim. In Verbo igitur solum opus tradi discrimen verbi personalis, & impersonalis; modi personativi, & impersonativi. De impersonali verbo actum cap. i. Vbi ostensum, dici impersonalia, non quia omnibus careant personis, ut aliqui contendunt: sed quia, (ut Diomedes ait *) *primam & secundam personam non habent: per tertiam verò tres personæ addito pronomine significantur.* Nec enim dicimus *pudeo, pudes; sed me pudet, te pudet, illum pudet.* Vide & Priscianum in xvii †. Cætera, quæ ad impersonalia pertinent, inferiùs afferemus in Defectivis.

* lib. i. cap. de Imperson.

† cap. de Pronominum constructione col. 1077.

Impersonativus autem modus non est alius, quàm infinitivus; qui sic vocatur, quia actus nullius est personæ, etsi in omnes resolvitur personas. Vt, *Gaudeo me, te, illum venisse*: hoc est, quod ego, tu, ille, viderimus. Quod planius fiet, cùm de infinitivo inferiùs dicemus.

Proximum igitur est, ut ad Modum accedam. De quo etsi non possim subscribere Sanctio Brocensi, juxta quem, *Qui finxere modos, ratione modoque carebant*: etsi etiam non diffitear sæpe promiscuum esse indicativi, & subjunctivi usum, quod magnà serie exemplorum luculentè Grosippus ‡ comprobavit; longèque majori evincere possimus; tamen nequitiam junioribus, veteribus longè minùs, in eo assentior, quod tantam nobis pepererint modorum copiam. Veterum sententiam paucis mihi complexus videtur Diomedes lib. i his verbis: *Modos quinque esse, omnes fere Grammatici consentiunt. Nam qui sex voluerunt, vario iudicio, alii promissivum, quidam impersonalem conjungunt. Qui septem, utrumque prioribus adjiciunt. Qui amplius, personarum assumunt. Qui novem, conjunctivum a subjunctivo separant. Qui decem, etiam adhortativum adscribunt.* Hæc Diomedes. Sed si edicta hæc veterum ad rationis trutinam ponderemus, tres tantum modos esse planum fiet. Eorum primus à Varrone lib. i i de analogia vocatur rogandi, ac respondendi species: à Quintiliano lib. i, cap. vi, modus satendi: à Probo & Donato in i i edit. pronunciativus: à Diomede, finitivus: à Probo, Diomede, Donato, Prisciano, indicativus. Maximè autem

‡ In Grammaticis infinitivus. p. 57. & deinceps.

placet *δελεσθαι*, hoc est finitivi seu definitivi appellatio. Illa verò indicativi nimis latè patet. Alter modus est imperativus, qui & mandativus. Tertius vulgo conjunctivus, aut subjunctivus: à Diomede adjunctivus, à nonnullis, Prisciano teste, dubitativus appellatur: dubitativus quidem, *quia frequentissime ei conjunctio dicitur. S I sociatur: subjunctivus autem, vel quod subjungitur conjunctio: vel quod alteri verbo orationis subjungitur: vel quod subjungit sibi alterum verbum: quas causas adfert Priscianus in xviii.*

Hisce tribus modis, si alius adjici debet, is fuerit infinitivus, de quo infra dissertabimus. Cæteri verò, promissivus, impersonalis, percontativus, adhortativus: tum etiam optativus, potentialis, concessivus, & participialis, vix colore ullo defendi possunt. Ac de Optativo quidem primùm videamus, quia eum si everterimus, sponte corrueunt cæteri. Tantum eorum nobis memoriam refricemus, quæ de sexto Græcorum, item septimo & octavo Latinorum casu dicebamus lib. I de Analogia, cap. XLV. Quippe cujusmodi argumentis evicimus, casus eos non esse ab aliis diversos: ejus generis quoque argumentis comprobatur, nec Optativum, & Adjunctivum apud Latinos (Græcorum enim dispar ratio est) esse modos diversos: utcumque eos non Augustinus modò Saturnius, sed Cæsar etiam Scaliger, pro diversis habuerint: sic tamen ut contrariam sententiam non refellant, quam tum scripserat nemo. Primus enim, eundem esse modum, ostendit Hier. Rufcellus: cujus in sententiam pedibus ivit Nicodemus Frischlinus. Quod addere visum, nequis conqueri possit, nos sua messe fraudare alios, alienosque labores intercipere. Ut igitur, quas rationes è Prisciano de casuum numero suprà adducebamus, eas hîc quoque ostendamus habere locum, consideranda sunt seu tria, seu quatuor optativi tempora, quæ ipsa nullà vocis differentiâ in Adjunctivo reperimus. Nec movet me, quod Donatus existimârit, nos solo præsentis tempore optare. Nam ei obduco Probum, & Sabinum; qui, teste Cleonio, *sic volunt declinari optativum per singula tempora, quomodo conjunctivum.* Et res ipsa hoc evincit. Nam dicimus, *utinam amem, cum amem; utinam amarem, cum amarem; utinam amaverim, cum amaverim; utinam amavissem, cum amavissem.* Ac similiter in voce passiva, *utinam amarer, cum amarer; utinam amer, cum amer.* Etiam ubi periphrasi locus, ut *utinam vel cum amatus sim, fuerim, essem, vel fuisset.* Nec de plusquamperfecto scrupulum quicquam injicere debet: cum rectè dicatur *utinam doctiori magistro usus essem: utinam citius nupta fuisset.* Altero etiam argumento pugnemus. Si particula *utinam, cum, si,* aliâve addita, aut præterita, diversos efficit modos, etiam indicativus dispelci

dispecsi poterit in modos alios, quia dicimus, *cum amabo, si amabo, &c.* Imò hinc efficiatur, in nominibus quoque diversos esse casus ob diversas præpositiones, à *fratre, cum fratre, coram fratre, sine fratre, &c.* Adde quod in declinando rectius à subjunctivo removeatur CVM, quemadmodum in ablativo melius præpositio AB præteritur. Vnus igitur modus est, quo licet etiam optemus, tamen, ut, Prisciano teste, ratione primarii usus casibus sex nomen inditum est (Genitivus certè est, licet significet possessionem, & Dativus, quamvis ablatio note- tur, & Accusativus, quamvis indicetur defensio) ita hic quoque mo- dus à potissimâ significatione Adjunctivus, sive Conjunctivo dicitur, quia raro per se implet sententiam, sed ut plurimum verbo *δελεσκέ*, seu definitivi modi, quem vulgò Indicativum appellant, adjungatur; ut, *cum venerit, scribam*: sive, quia ei rem subjungamus; ut, *scribam, cum venerit*; ubi scriptio subditur adventui. Neque est, quòd quis Varronem opponat, qui lib. IX de L. L. modum optandi nominat, quia non iccirco pro diverso judicat, ut qui ibidem interrogandi, & respondendi modum ponat, quem nemo hodie fecerit diversum. Aliud si voluerit Varro, negabimus eum hîc acutè satis vidisse.

Multò minùs diversæ ab Adjunctivo *ἐγκλίσεις* sive inclinationes ac modi fuerint, potentialis, ac concessivus. Potentiali primus nomen hoc imposuit Thomas Linacer: ut ipse ait lib. I de Emendata structu- ra cap. de Modo. Sic autem eum vocavit, qui per *possim, debeo, aut volo*, exponitur. Ut apud Terentium, *Diceret, quid feci?* Item, *Hem, prædiceres.* Similiter: *Vivis potius passus sim, quam in hac re me deludier.* Item, *Aufugerim potius, quam redeam.* Itidem Cicero, *Non facile dix- erim.* Idem, *Nec verò reprehend-erim.* Apud Virgilium, *Videas & flumina sicca.* Item, *Faces in castra tulisset.* Apud Ovidium, *Quod petis, hinc pro- p-iore loco, Romane, petisses.* Apud Livium, *Injussu tuo nunquam pugnav- erim.* Apud Senecam, *Maluerim veris offendere, quam placere adulando.* Apud Quintilianum, *Frangas cuius quam corrigas.* Similiter, si dixeris:

*Tranquillitate conscientie nihil
Excogites beatius.*

Pro quo Augustinus in libris de civitate Dei, ait: *Tranquillitate con- scientie nihil beatius excogitari potest.*

Concessivum vocant, qui concessionem continet. Ut apud Cice- ronem: *Age, restituro Peripareticis, sustinero Epicureos.* Item, *Egeris, quod volueris; vixeris, ut lubet.* Item, *Confringat iste consilia Senatoria.* Apud Livium, *Vos videritis.*

Ad adjunctivum modum etiam pertinet *ἀνθυπὸ ἐπιπέ*: nisi hunc non tam subjunctivo, quàm imperativo, subjicere malis, uti facit Servius;

* interpret.
in edit. 2
Donati.

Servius ; qui vult *, imperativum primâ quidem singulari destitui , at non item plurali : itémque Iulius Scaliger, qui & ipse refert ad imperativum, sive, ut ipse appellare mavult, postulativum modum.

Itidem, ut bene monet in Arte suâ Cledonius, neque à pronuntiatio-vo, sive indicativo, diversus est modus promissivus : quamvis Rhemnius Palæmon, *amabo, docebo*, similiâque, nunc futuri temporis, nunc modi promissivi, nunc temporis promissivi esse dicat : ac Phocas scribat, *faxo* alius temporis futuri tantum dici, aliisque modi promissivi.

At ineptè idem Cledonius alibi promissivi modi nomine insigniviti optativum : *Optativus*, inquit, est, qui & *promissivus*, quando nobis promittimus, & *optamus* aliquid evenire. Neque magis modus *hortativus* diversus est ab imperativo, quia eadem est utriusque terminatio. Neque item *precativus*. At, inquiunt, non imperamus Deo, eoque cum Poëta ait †, *Musa mihi causas memora* : & ‡, *Pandite nunc Heliconæ Deæ* : non imperativi est, sed *precativi* modi. Quasi imperativus vocaretur, eò quòd semper illo utamur, quando imperamus ; ac non potius, quia plurimum imperamus, quando hoc utimur. Interea rectius, fateor, *postulativus* diceretur : et si ne quidem semper eo postulemus. Nam non rarè concessio significatur. Vt in Eunuch. act. III, sc. v : *Vbi nos laverimus, si voles, lavato*. Et act. v, sc. ix : *Si placuerit, facitote*. Item Phorm. act. iv, sc. III : *Sexcentas mihi scribo dicas, nihil do*. Tangit eam quæstionem Priscianus quoque in XVII.

† *Æn.* I.
‡ *Æn.* 7.

Atque ex iis quidem, quæ hætenus diximus, tres modos cognovimus : indicativum, imperativum, adjunctivum : qui modi sunt finiti. Proximum est, ut videamus de infinitivo, ut plerique omnes vocant, quem Græci ἀπέρημερον * ; Quintilianus †, & Probus *infinitum* ; Agellius ‡ *indefinitum* ; nonnulli etiam *perpetuum, insignificantivum, & impersonativum* nominant, ut ex Diomede * constat. Neque appellativum ratio obscura esse potest. Nam ut finitum est nomen, tum *philosophus*, tum plurativus *philosophi* ; quippe illo unus, hoc multi significantur : at contra infinitum est *sui*, quia utriusque est numeri ; item Græcum δέῖνα, quo & *ille*, & *illi* denotantur : sic finitum verbum est *audio*, ac *facio* ; ut quo certus numerus designetur : infinita autem sunt *audire*, *agere* ; ut quæ deficiant numeris ac personis, & undique sint indefinita, ac indeterminata. Assentior autem Iul. Scaligero, qui actu modum esse negat ; contra quam vulgus non modò semidoctum putat ; verum etiam existimarunt scientissimi, ut cum Aufonio † loquar. Ratio autem, cur contra sentiam, solida hæc mihi videtur, quòd numeris destituatur, ac personis. Nam, *lector venisse*, dixeris de quavis personâ, seu de uno, seu pluribus, fiat mentio. Resolvitur quoque in

* Apollonius
Dyscolus
lib. 3.
† lib. 9, c. 3.
‡ lib. 1, c. 7.
* lib. 1, cap.
de infinitivo
modo.

† *epist.* 21.

alios

alios modos ; ut non nisi horum ratione , hoc est , *δυναμις* * , habeat * *perfectate*.
ἐγκλισην † . E. G. *letor me venisse* , id est , quòd venerim : aut , *abesse te* † *variatio-*
doleo , id est , doleo , quia abes. *Quintilianus lib. x. cap. i : Lyricorum*
Horatius fere solus legi dignus , id est , ut legatur.

CAPVT IX.

Eadem olim gerundia , supinâque , fuisse appellata : item gerundia , & gerundiva. Contra Diomedem , & alios , variis probatur argumentis , gerundia non esse verba. Item ostenditur , non esse participia. Ac refellitur Saturnii opinio , formam εἰσώδη † participii credentis , quòd habeat structuram verbi † *essentia-*
sui. Reditio domum , obtemperatio legibus , servitus opulento , vit-
tabundus castra , aliaque verbalia cum casu Verbi constructa. Gerundia
*non à participiis , sed ἀμείσις * à Verbo venire. Ea etiam passivè accipi* * *immediat-*
multis probatur exemplis. Esse ea nomina verbalia , servatâ verbi structurâ ,
agendi , aut patiendi , significativa. Proprie non actionem , & passionem ; sed
agere , & pati , diversarum esse categoriarum nomina. Non omnia gerundia ,
& activam , & passivam habere significationem. Nec gerundia solum , sed
etiam gerundiva , interdum accipi passivè.

Superfunt gerundia , supinâque ; de quibus porrò videamus. Ac primò tollenda nominis *ἰμμενυμία* † . Nam longè aliter veteres gerundii , supinique voce usi , quàm hodie fit. Veteres enim etiam ea gerundii nomine sunt complexi , quæ hodie supina appellantur. Id cognoscere est ex Diomede , qui in ratione inflectendi ait : *Modo participiali , amandi , amando , amandum , amatum , amatu. Ac mox subjicit : Sed apud quosdam gerundia sunt , quæ Probus supina appellat. Et pauldò pòst : Gerundia vel participialia , legendi , legendo , legendum , lectum , lectu. Et eodem libro : Supina , tollendi , tollendo , tollendum , sublatum , sublatu. Vnde liquidò liquet , eadem olim fuisse gerundia supinâque : quæ & participialia appellat Phocas. Verùm vulgò , secuti autorem libelli de arte Grammaticâ , qui Donati nomine circumfertur , priora quidem gerundia , posteriora autem supina nominant. Nos quoque retinebimus has appellationes , eo quòd obtinuerint in vulgo , ac imprimis , quia , uti post ostensuri sumus , certâ sunt ratione subnixæ , eo solo excepto , quòd gerundia meliùs , quàm gerundia dixissent : vel potius gerundi verba : nempe verbi voce laxius accepta , cum propriè verba non sint , ut postea parebit.*

Multi autem certant incerti , num gerundia novum constituent modum. Nam Diomedes ait , quosdam veterum Grammaticorum sextum addidisse modum , quem participialem appellarint : is verò , ut antè vidimus , ea continebat , quæ hodie gerundia , supinâque , dicuntur.

Servius quoque in illud Virgilii XII Æn. — *Exsuperat magis, aegrescitque medendo : medendo vocat modum gerundi.* Quod & bis facit in illud Æn. X :

*Cui Iuno illachrymans : Quid si, quod voce gravaris,
Mente daxes ?*

Idem Servius in Donatum, *modum gerundivum* appellat : unde etiam liquet, veteres inter *gerundia*, & *gerundiva*, non distinxisse, uti faciunt iuniores : ut quibus gerundium sit, *studio juvandi Republicam* ; gerundivum autem, *studio juvande Reip.* At contrà Priscianus, quamvis modò participialia, modò gerundia, modò supina vocet : idem tamen lib. VIII negat, ea constituere modum verborum, propterea quòd minimè discernant personas, & temporibus careant, sine quibus verbum esse non possit : quòd item casus adsumant, & præpositionibus separatis adjungantur. Hinc lib. VI Exercitationum vocat *nomina participialia.* Equidem licet non ignorem, quomodo adversus has Prisciani rationes differarint Saturnius, & Alvarus : nunquam tamen quivi ab animo meo impetrare, ut adstipularer illis, qui vel verba, vel participia esse arbitrantur. Nam, ut alia Prisciani argumenta mittam, quo pacto, quæso, quod habet casus, verbum erit ? Atqui gerundium casus minimùm tres habet. Genitivum, ut cum Cicero ait pro Milone, *Illecebra peccandi* : aut de Senectute, *Studio videndi* : cumque Plinius lib. XVII, cap. XXVI inquit, *Tempus lavandi.* In cuiusmodi constructione illa in DI gerundia videri, etiam Cleodnius scripsit. Accusativus verò est in hoc Ciceronis pro Lege Manilia : *Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus.* Et illo Virgilii Ecl. IX :

— *Et inter agendum*

Occursare capro, cornu feris ille, caveto.

Item hoc ejusdem III Georg.

— *Namque ante demandum*

Ingentes tollent animos.

Et istoc Jurisconsulti XLVIII Dig. *Lege Julia repetundarum tenentur, qui cum aliquam potestatem haberent, pecuniam ob judicandum, vel non judicandam, discernendumve, acceperint.* Ablativo denique usus Maro Ecl. VIII :

— *Cantando rumpitur anguis.*

Vt quoque Ovid. III de Ponto, Eleg. VII :

Cantando quedam fieri majora videmus Vubera.

Et Fabius lib. XI, cap. II : *Sed memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.* Idem ostendit Plautus Aulul. act. III, sc. III :

Hec senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.

Cicero

Cicero lib. II de Orat. *In quo isti nos Inreconfulti impediunt, à discernendoque deterrent.* Item ad Att. lib. IX, epist. I : *Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sanè velim.* Quintil. lib. I, cap. V : *Sed ratio rectè scribendi juxta cum loquendo est.* Καὶ ὁμοιοῦσα ὄντα * . Neque aded invalida est ratio de præpositionibus, quàm videri voluit Alvarus. Græci, inquit, etiam præpositiones addunt infinitivis, quæ nihilominus verba sunt. Non inficior ; sed impromiscuè quævis addunt præverbia, quasi tu Latinè dicas, *in amare, ad amare, ex amare.* Ecquid tale in gerundiis ? Præterea et si infinitivi verbis non malè accenseantur, tamen multum quoque trahunt ex nominum natura : quod ex eorum structura libro parèbit septimo cap. L. Quintiliani quoque autoritatem allegant. Is lib. I, cap. IV, de verbis agens, supina in V inter verba numerat ; eoque, uti ajunt, multò magis cætera fuerat inter ea relaturus. *Quedam*, inquit Fabius, *simile quiddam patiuntur vocabulis in adverbium transeuntibus : nam ut notu, & diu, ita & dictu, & factu : sunt enim hæc quoque verba, participialia quidem, non tamen qualia dicto, factoque.* Sed primùm, Fabii autoritas non est nobis Minervæ calculus. Præterea nego, me videre, quomodo hinc exterebrare queant, supina esse verba, quum Fabius ea non ἀπλῶς † appellet verba ; sed verba participialia, hoc est, vera participia, vel nomina è participiis facta. Verùm, hinc quoque dejecti, prætendent fortasse magnum Varronis nomen, qui gerundia in D V M disertim verba facit. Nam lib. VII de L. L. *Quæ vocabula, inquit, dicuntur, à verbis sunt : ut à scribendo scriptor, à legendo lector &c.* Sed dixit Varro, à legendo, & scribendo, pro à legere, & scribere : quod mollius illa apud Latinos fonent. Aliter si est, Varronem audiri necesse non sit, qui se non audiat. Ipse enim alibi eo verbum à participio distinguit, quòd hoc præter tempus, quo à nomine differt, habeat casus, quo differt à verbo. Quippe lib. IX de L. L. *Tertia, inquit, divisio est, quæ verba declinat à natura. Ea dividitur in partes quatuor : in unam primam ; videlicet, quæ habet casus, neque tempora habet ; ut docilis, facilis : in alteram, quæ tempora habet, neque casus ; ut docet, facit : in tertiam, quæ utraque habet ; ut docens, faciens : in quartam, quæ neutrum ; ut doctè.* Estque hic locus eo magis pensiculatione dignus, quòd non tantùm inde cognoscere sit, gerundia neutiquam esse verba, eò quòd casum habeant : verùm etiam περιπέλειον ‡ nobis ostendat, quo dignosci queat ; utrùm ea nomina sint, an participia, quòd hæctenus in medio reliqueramus. Nunc hac quoque de re cum curâ dissertabimus. Ait Varro, *docilis, & facilis, quæ nomina sunt, casum habere, non tempora : at docens, & faciens, quæ participia esse constat, & casum habere, & adsignificare tempus.*

* Ac hujusmodi infra arena immera.

† simpliciter.

‡ signum certum.

Et rectè sentire Varronem, argumento est, quòd participia, Prisciano teste, olim vocata sint *verba casualia* : *verba*, quidem, quia tempus significarent ; *casualia* autem, propter casum. Atqui gerundia non significant tempus. Quippe *speitandi* per se & naturà indefinitum est, ac cuiusvis temporis verbis jungitur : ut , *eo speitandi gratiâ* , *ivi speitandi gratiâ* , *ibo speitandi gratiâ*. Gerundia igitur, uti verba non sunt, ita neque participia esse possunt. Quid igitur superest, quàm ut nomina sint ? Præsertim quando in allatis exemplis , *speitandi gratiâ* tantundem est , ac si dicas, *ob speitacionem*. Quibus fecus videtur, hi negant, gerundia posse nomina esse , quia regant casum verbi : ut , *speitandi ludos gratiâ* , *ad speitandum ludos* , *speitando ludos*. Est in hac sententia Saturnius, qui lib. VIII, cap. II hunc in modum scribit : *Participia nullâ re evidentiùs separantur à nomine , quàm transitivâ verbi constructione ; quia ratio temporis in eis vacillare potest, constructio non potest*. Atque idem expendit gerundiorum ac supinorum doctrinam ad istum canonem, tanquam ad lapidem Lydium. Sed canon iste æquè est incertus, ac quæ inde concludit : ut omnino hoc sit *τὸ ἐν ἀρχῇ λαμβάνειν* *. Longè rectiùs Varro, qui, ut antè vidimus, tempus perpetuam notam participii facit ; at structuræ nullus meminit. Nec ita judico ob autoritatem maximi ejus viri : sed adductus compulsusque rationum momentis ; quibus non ignoro potius res ponderandas esse , quàm nonnullorum autoritate ; præsertim quando (uti hic usu venit) & iidem ab aliis, & à se dissident ipsis. Negro itaque, & pernego, transitivam verborum constructionem propriam esse participiorum notam. Nam neque semper convenit participiis, neque solis. Siquidem participia in DVS in recto casu non admittunt structuram verbi. Ac de passivis quidem res perspicua est. Neque enim dicimus, *Est mihi adendum parrem*, vel, *Sunt mihi speitandi ludos*. Rectum tamen, *Adco parrem* : &, *Speito ludos*. Fatemur, inquirunt ; sed cogitandum ne quidem dici, *adco parrem*, aut *speitor ludos*. Verùm quid dicent de deponentibus ? Nonne quamvis probum sit, *seitor Aristotelem*, *obliviscor injuriam*, *consolor marrem* : neutiquam tamen dicimus, *Est ei seitandus Aristotelem* : est tibi *obliviscenda injuriam* ; est mihi *consolanda marrem*. Non igitur participia passiva regunt casum verbi. At dispar gerundiorum ratio. Quippe per gerundium optimè, licet usitate minus, dixeris : *Est tibi seitandum Aristotelem* ; est *obliviscendum injuriam* ; est *consolandum marrem*. Ita enim Varro loquitur lib. II, cap. XVI : *In seiturâ dandum potius hordeaceos , quàm triticeos panes*. Et lib. III de re Rusticâ : *Acus substernendum gallinis parturientibus*. Nam *acus* inculativi casus est, non rectus. Eodem quoque libro habes : *Eas hœas substernendum paleâ*. Et Maro in undecimo,

* petere id quod in principio est.

— aut pacem Trojano ab rege petendum.

Imò apud Lucretium id loquendi genus frequens est : neque omnino illud ignorat Cicero ; ut lib. de Structura vocum ostendemus.

Sed neque sola participia casum verbi regunt ; quum idem conveniat nominibus multis à verbo suo factis ; quæ iccirco haut minùs , quàm participia , aliquid de naturâ originis retinent. Eiusmodi sunt verbalia in IO , quæ & ipsa interdum verbi casum regunt ; ut docet nos Plautus Afin. act. II , sc. Vbi ego nunc Libanum :

Verbis volutationem fieri compendi volo.

Sed est , qui hîc *verbi volutationem* unicâ voce legat , quò ita exprimitur λογωμαχία. Quare alia addam certiora. Eiusdem est Amphitry. act. I , sc. III : *Quid tibi hanc curatio est rem ?* Et Afinariâ act. V , sc. II : *Quid tibi hinc receptio ad te est meum virum ?* Et Aululariâ act. III , sc. Redi : *Sed quid tibi nos , mendice homo , ratio est ?* Et in Truculento act. II , sc. VII : *Quid tibi hanc aditio est ? quid tibi hanc notio est , inquam , amicam meam ?* pro hujus amicæ meæ. At , inquit Saturnius , hoc genus dicendi est antiquitati prorsus relictum. Verùm isthoc ut verum sit , quid quæso tuam , Saturni , causam juvet ? Neque enim quicquam insubidum magis , quàm ut verbalia isthæc , reservatâ significatione , nomina possit facta sint , quum Plautino ævo essent participia. Atqui hoc fatearis necesse est , si , quod ais , sola verbi structura de participiï essentia est. Adde quòd isthæc loquendi forma prorsus antiquata non est , quod volebat Saturnius. Nam ut dicimus , *proficisci , aut profectus domum* , vel *domo* ; ita & Latinum est , *profectio domum* , vel *domo*. Cæsar lib. I belli Gall. *Reliqua privata ædificia incendunt : frumentum omne , præterquam quod secum portatum erat , comburunt : ut domum reditionis spe sublata , paratiores ad omnia pericula subeunda essent.* Similiter Cicero primo de legibus : *Quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum.* Ad quem locum optimè in suis ad eum autorem notis monet Turnebus , esse Græcismum : ut si Græcè dicas , *πειθαρχίσεις τοῖς ἑγγράφοις νόμοις* : eoque modo à Iosepho dici , *τὴν ἑβραϊστικὴν τῶν νόμων ἀκράθειαν*.

Nec in solis verbalibus in IO hoc genus loquendi invenitur. Nam dixit Cicero in Philippica IV : *Cum capitale & pestiferum Brundisio M. Antonii reditum timeamus.* Cui simile illud Plauti Amphitr. act. I , sc. Qui me alter , *Opulento homini hoc magis servitius dura est.* pro servitus , quæ opulento homini servitur. Itaque casum verbi hîc tribui nomini , rectè monet idem Turnebus lib. xxx Advers. cap. xxxiv. Imò , quod vel maxime vulgarem jugulat opinionem , quis nescit , verbalia in BVNDVS usitatè regere casum verbi sui ? Ita dixit Livius lib. xxv :

*Hanno vitabundus castra hostium, consul:sq; loco edito castra posuit. Ac simile illud Appulejanum III Metam. Vberim stebam, carnificem imaginabundus. Et lib. IV: Multis numero, mirabundis bestiam, confluebam. Hæc loca aded torfere, doctissimum alioqui virum, Augustinum Saturnium, ut cap. ultimo lib. octavi hunc in modum scribere sit coactus: Perplexum illud, ac propemodum inexplicabile, vitabundus, imaginabundus, mirabundus, & id genus inje.cta; ecquâ in parte orationis collocanda sint. Si formam inuenire, nomina videntur. Sin intrinsecus aestimes, posteriorumque structuram perpendas, quidvis potius, quam nomina. Et paullo post: Itaque satius multo arbitror, sus pensam sententiam tenere, quam temere aliquid auctoritate meâ, quod non probem, definire. Nempe in hunc labyrinthum compulsi acutissimum virum falsa illa *ἰνδοῦσις*, quâ credidit, transitivam verbi structuram esse unicè unicam notam, quâ participia à nominibus distinguerentur. Quare hîc quoque locum habet illud oraculum Aristotelis: *Ἐν ἄσφραστον δατο, ἀκολουθοῦνται ἄλλα*. Nos verò, solam temporis adsignificationem cum casu, de participiorum essentiâ esse dicimus: ac priori quidem conditione, quæ temporis adsignificationem requirit, à nomine; posteriori autem, quæ docet insecti per casus (pressè casus vocem accipio) à verbo differre statuimus. Quod igitur gerundia casum verbi regant, id non evincit, ea esse participia. Imò tantum abest, ut participia sint, ut ne quidem à participiis veniant, sed ἀπὸ τοῦ * descendant à verbo, haut secus ac participia ipsa. Ita ut censam, ratio non una compellit. Nam & nomina sunt apud Græcos, λεκίων †, χαμλίον ‡, familiâque; quæ ipsi vocant ἰνδοῦσις ἢ ἰνδοῦσις. Iis autem respondent Latinorum gerundia; dicendum, scribendum &c. quod cùm illis etiam, qui necdum ære lavantur, notissimum sit; nonnihil miror, caput integrum de eo in Variis * suis contexuisse doctissimum Petrum Victorium; magis quoque miraturus, nisi pluscula ejus generis alia in libros istos coniecisset. Altera ratio est, quòd participia in ablativo producuntur: at gerundia in O terminata, eam syllabam, haut secus ac verba, habent communem. Quare hæc quidem parte magis ad verbi naturam accedunt, quàm ipsa participia. At si à participiis essent, magis quàm participia, verbi naturam exuissent. Tertiam quoque rationem addo, validam sanè. Participia enim unius sunt significationis, quia vel ab activâ voce oriuntur, ut *amans*; vel passivâ, ut *amatus*. At gerundia, quia ab utraque veniunt voce, utramque significationem gerunt; unde & nonnulli (alii enim aliter, ut ostendam, quum ad supina perventum erit) nomen iis inditum volunt, eosque inter doctissimus Varro. De passivâ significatione non omnes assentiunt. At vel unica vox *fando* scrupu-*

* immediata.
ze.

† dicendum.
‡ scribendum.

* lib. 33.
cap. 22.

lum eximere potuit. Nam crebrò aded usurpatur in passivâ, ut mirandum sit, hanc rem subterfugisse eorum sive oculos, sive mentes. Plautus Amphitr. act. II, sc. Age, i tu: *Neque fando unquam accepit quisquam.* Cic. primo de nat. Deor. *At verò ne fando quidem audivim est, crocodilum, aut ibim, aut felem, violatum ab Ægyptio.* Virg. Æn. II:

Fando aliquid si fortè tuas pervēni ad aures.

Ovid. xv Metamorph. fab. XLV:

*Fando, aliquem Hippolytum, vestras si contigit aures,
Credulitate patris, sceleratae & fraude novercae,
Occubuisse neci.*

Quibus locis fando significat, dum dicitur; non, dum dicit; quomodo accipit Maro* in isthoc:

— *Quis talia fando*

Temperet à lachrymis?

Sunt verò & alia sexcenta passivè usurpata. Idem Plautus Poenulo †: † sc. Negotii.

— *Modus muliebris nullus est,*

Neque unquam lavando & fricando simus

Satura †. id est, dum lavamur, & fricamur. Lucret. l. I: † Ita emendat I. Chuar. Ramelius.

Nam neque conlidi sine inani posse videtur

Quicquam, nec frangi, nec findi in bina secando.

Lib. IV: — *Dolorem oculis quæ gignant insinuando.*

Lib. VI: — *Qui quasi murmur*

Dant infringendo graviter.

Varro de R. R. lib. II, cap. IX: *Quam paucissimos reliqueris, tam paucissimi in alendo fiunt propter copiam lactis.* Sallustius in Iugurt. *Pauca supra repetam, quò, ad cognoscendum, omnia illustria magis, magisque in aperto sint.* Hoc est, ut cognoscantur. Virgil. II Georg. — *Lenescit habendo.* Idem III Georg. — *Aliter vitium, vivitque regendo.* Et eodem, — *Vritque videndo Femina.* II Æneid. *Ægrefcitque medendo.* Item Ecl. VIII:

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Quem in locum sic Servius: *Cantando, dum ei incantatur. Nam generandivus modus ab omni verbo similiter procreatur. Unde modo, CANTANDO, à passivo aut, cum supra activo dixeris: ut, Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio: Cum ipse ad imperandum Tifidium vocaretur, id est, ut ei imperaretur.* Hactenus Servius. Istum verò Sallustii locum in belli Iugurthini historia habemus, ubi de Iugurtha agit à Metello Tifidium vocato, postquam, à Bomilcare periuasus, multa magnaque præsidia tradiderat Romanis. Ac Sallustii verba, à Servio adducta, similiter interpretatur Andreas Alciatus: eum sequitur Scipio Gentilis

* lib. 2
Æn.

† sc. Negotii.

† Ita emendat I. Chuar. Ramelius.

Quo minus tamen certi aliquid statuerent, faciunt numerum ejus scena obscuriores.

tilis in Apolog. Appul. Eodemque modo Ciceronem & Alphenum ufos volunt. Sed dissentit Duarenus, cui & assentire mavult Rob. Titius Assert. lib. I, cap. I. Imò nec locus ipse controversià caret, quando in vet. Sallustii codd. legimus, *Ad imperatorem*. Sed utcunq; de Sallustii loco sit, sunt alia satis aperta. Columella lib. V, cap. VII: *Quam paucissimos reliqueris, tam optimi in alendo sunt propter copiam lactis*. Quintilianus lib. XI, cap. II: *Sed memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur*. Propter talia fatentur aliqui de gerundiis in DO: sed de illis, quæ in DI, vel DVM, exeunt, secus esse pertendunt. Atque hoc nomine meritò Vallam reprehendit Martinus Cueva Cremonensis lib. de Corrupto genere docendi artem Grammaticam*. Pleraque tamen exempla quæ adducit, parùm firma sunt. Vti alia inter, illud Tullii in Topicis: *Cassarum genera duo; unum quod vi sua efficit, ut ignis; alterum, quod naturam efficiendi habet, ut æs*. Vbi omnino scribendum, *quod naturam efficiendi non habet*. Vti nunc in melioribus legitur libb. Item illud Tranquilli in Claudio: *Harpocratem, cui lecticâ per urbem vehendi jus tribuit*. Nam *veho* etiam passivè dixere, ut Tullius de Claris Oratoribus: *Sed in te inuens, Brute, doleo; cujus in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehementer, transversâ incurrit misera fortuna Reip*. Sed idoneum planè ejus, quod diximus, exemplum est illud Iustini lib. XVII: *Athenas quoque erudiendi gratiâ missus, quanto doctior majoribus suis, tanto & gravior populo fuit*. Idem in præfat. *Quod ad te, Imperator Antonine, non tam cognoscendi, quàm emendandi causa, transmissi*. Appulejus in Apol. *Themison medicus, à quo mulier ad inspicendum perducta est*. hoc est, ut inspiceretur. De activâ significatione exemplis superfedeo; cum eâ usurpari aded in aperto sit, ut hanc solam habere in vulgus sit persuasum.

Dignum autem animadversione arbitror, quod paulò antè dicebamus, gerundia non à participiis venire, sed verbis. Inde enim lucem fœnerat quæstio, quæ multos torfit. Dissertant viri eruditi, cur gerundia, vel solùm, vel plurimùm sanè, activè accipiantur, quum veniant à participiis passivis, non activis. Nos autem à neutris venire ostendimus: neque aliud ea esse, quàm nomina verbalia, servatâ verbi structurâ, agendi aut patiendi significativa. Sicui tamen, aut participia esse, aut à participiis venire, magis sit verisimile, is per me licet se obletetur acumine Scaligeri, qui ait, passionem in iis spectari, *ex parte oppositi, non suppositi*. Lucem accipit id responsum ex Aristotelis doctrinâ, cui actio, & passio, non differunt aliter, quàm via, quæ Thebis ducit Athénas, & Athenis Thebas. Itaque ei non actio & passio, quæ uno vocabulo signari solent; sed agere, & pati, ποιεῖν, & πάσχειν, diversas

* Cap. de Gerundiis.

† lib. xxiij. 2^o opus, cap. 9.

diversas constituunt *κατηγορίας*; quod parùm attendisse videntur, qui actionem & passionem reponunt inter decem prædicamenta, eoque confiteri coguntur, quædam prædicamenta tantùm ratione differre. Atqui *μαθησθαι**, & *διδασθαι*†, differunt re: at *μαθήσις*, ac *διδασίς*, * *discere.* † *docere.* ratione. Itidem *calescere*, & *calescere* quidem, ad diversa pertinent prædicamenta; at *calesctio*, pro consideratione diversâ, ad utrumque refertur.

Sed ut à rectâ viâ aberrarunt, quibus persuasum fuit, gerundia non habere significationem passivam: ita in contrarium peccant, qui docent, omnia gerundia & activè, & passivè posse exponi. Hoc enim locum non habet in verbis, vel actionem solam, vel solam passionem significantibus. Nam, *veni studendi causâ*, tantùm activè exponi potest. Contrâ, *non veni vapulandi causâ*, passivam duntaxat interpretationem admittit. At, *veni docendi causâ*, vel, *ut doceam*, significat, vel, *ut docear*. Nec id tantùm de activis, passivisque, verum est; sed etiam deponentibus, quia hæc non usquequaque exuerunt significationem passivam; ut inprimis è participiis constat, ad quorum naturam gerundia proximè accedunt. Quare nec mirum, si deponentium gerundia ut plurimùm quidem activâ; at interdum quoque passivâ significatione inveniantur. Cic. II de Nat. Deorum: *Quâ pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura secundius*. Vbi *vescendum* est, non quæ hominibus vesceretur, sed quâ homines vescerentur. Idem II de Finib. *Negat tenuissimo victu, id est concemissimis escis & potionibus, minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum*. hoc est, non quæ ipsæ epulentur, sed quibus homines epulentur. Varro lib. II de R. R. *Equus hujusmodi ad medendum est appositus*. Id est, cui medicîna fiat. Sexcentis etiam locis sic *fando* usurpatum videas, de quo superiùs dicebamus. Sunt igitur gerundia ejus naturæ, cujus sunt verba, unde descendunt.

Nec in gerundiorum modò significatione; sed eorum etiam, quæ vulgò vocant gerundiva, multi eruditissimi homines falluntur; eosque inter Priscianus, Vallengis, Nebrissensis; qui ea passivè tantùm significare, tradiderunt. Atqui, *tui instituendi causâ adveni*, significat, *ut te instituam*. Ita dixit Cicero in Rullum: *Finem feci offerendi mei*. id est, desii offerre me. Et pro Rabirio: *Confiteor, interficiendi Saturnini causâ C. Rabirium arma cepisse*. id est, quò interficeret Rabirium. Nec ratio obscura est: quia actio, & passio, non differunt, nisi ratione. Nam qui arma capit, ut interficiat Saturninum, is ea capit, ut interficiatur Saturninus. Et cum Cicero se offert alteri, à se alteri offertur. Quare etsi participia in D V S formæ sint passivæ: & gerundia cum eo-

rum obliquis convenient terminatione : in eo tamen recedunt , quod quandoque potius activè intelligantur.

C A P V T X

Gerundia non esse nomina τελίωτε, sed περιότιωτε, ostenditur.

V ERùm cætera etiam exponamus , quæ ad gerundiorum naturam pertinent. Ac primò illud ad rationis trutinam expendendum , quod non pauci tradiderunt , gerundia omnia esse τελίωτε : ut quæ non habeant, nisi genitivum, accusativum, & ablativum. De quo longè mihi aliter videtur. Nam, præter hos casus, illis & nominativum, ac dativum quoque, lubens assignem : eoque, cùm solo careant vocandi casu, inter περιότιωτε, iudicio nostro, sibi vindicant locum. De recto, & dativo, inde adstruitur, quòd, uti dicimus, *occafio audiendi, ad audiendum, & audiendo consequi*; quibus tres minimùm casus habere evincitur : ita quoque dicitur in recto, *Eundem est patri*; & dativo, *Charita scribendo apra*. Sed quod de magnis rebus in Politico suo ait Plato, idem quoque in Grammaticis locum habet. Nempe, *χαλεπὸν μὴ ἀποδείγματι χρωόμενον ἰκανῶς ἐνδείκνυσθαι π* : *difficile est, si non mare exemplis, aliquid perspicuè demonstrare*. Quare classicorum æge scriptorum hæc testimoniis comprobemus.

Pro nominandi casu, patrono utimur Cicerone, cujus illud ad M. Marium * : *Discessi ab eo bello, in quo aut in aliquas insidias incidendum, aut deveniendum in victoris manus, aut ad Iubam confugiendum*. Geminum hoc Livii lib. xxxv : *Bois nocte saltum, quæ transferrendum erat Romanis, infederunt*. Par ratio omnium locorum, quibus gerundium in DVM ita recipit accusativum, ut nec addatur, nec intelligatur infinitivus ESSE. Nam si ESSE quidem exprimatur, aut tacitè animo concipiatur, etiam gerundium fuerit casus accusativi; ut in hoc Maronis † :

Legati responsa ferunt, alia arma Latinis

Quærenda, aut pacem Trojano ab rege petendum.

Et illo Livii lib. xxxvii : *Conclamatum prope ab universo senatu est, perdemandum seroces animos esse*. At rectus est in hoc Plauti Epidico : *Aliqua consilia reperivimus est*. Similiterque Lucretius lib. primo :

Eternas quoniam penas in morte timendum.

Et Cicero in Catone : *Tanquam aliquam viam longam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit*. Multa huiuscemodi suggerent Augustinus Saturnius lib. vii, cap. viii, & Obertus Giffanius Indice Lucretiano in voce *Gerundis*. Imò, si Saturnium inibi audimus, gerundia hæc usurpantur in nominativo plurali. Quod fieri censet in isto Lucretii lib. v :

At

* lib. 7,
ep. 3.

† En. II.

*At nisi purgatum 'st pectus, quæ proelia nobis,
Atque pericula tunc ingratis insinuandum?*

Vbi *insinuandum* poni censet pro *insinuanda*. Sed fallitur. Nam *pericula* est casus inculcatus; quia, ut dicimus, *insinuo*, vel *fugio pericula*, sic *insinuandum*, vel *fugiendum pericula*. Est igitur rectus, sed singuli numeri.

Nec magis caussa est, cur de dativo item moveat quisquam. Maxima siquidem suppetit exemplorum copia, quibus id evinci queat. Saturnius pro triplici regimine (ut pinguiori Minervâ, laxiusque eâ utar appellatione, quam suo loco * accuratiùs ventilabo) ea ad tres revocabat classes. Aliquando enim ait dativum regi à nomine adjectivo, aliquando à verbo, aliquando poni absolutè. Et rectè sanè, quamquam exemplorum, quæ adducit, quædam istiusmodi sint, ut scrupulum non penitus evellant. A nomine adjectivo gerundium regi ait apud Valerium Maximum lib. III, cap. VI: *Publ. Scipio, quam in Sicilia augendo exercitum, trajiciendoque in Africam, opportunum quæret gradum, inter molitiones tantæ rei gymnasis operam dedit*. Sed hic locus nihil Saturnium juvat. Ita enim in melioribus codd. legitur: *Publius Scipio, cum in Sicilia augendo exercitum, trajiciendoque in Africam, opportunum querendo gradum, Carthaginis ruinam animo voleret*. Accommodatius suggeret Plinius lib. xv, cap. xviii, ubi, de variis agens ficorum generibus, inter alia inquit: *Nam Alexandrinæ vix sunt vescendo*. Intelligendum *apte, utiles*, vel simile. Et manifestiùs quoque in illo ejusdem lib. xiii, cap. ii; ubi de chartarum generibus tractat: *Emporetica inutilis scribendo*. Sic Columella lib. i, cap. ix: *Mediastinus qualiscumque status potest esse, dummodo perpetiundo labori sit idoneus*. Livius lib. ii ab V. C. *Vi druites conferrent, qui oneri ferundo essent*. Cornelius Celsus lib. vii, cap. xiii: *Et transfundendum ad medicamenta, quæ puri modendo sunt*.

A verbo regitur idem in hoc Plauti Epidico act. iv, sc. ii:

Ego relictis rebus Epidicum querendo operam dabo.

Et Pœnulo act. i, sc. Negotii tibi:

Eæ (ancillæ) nos lavando, eluendo, operam dederunt.

Et illo Ciceronis in Hortensio: *Magna animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem*.

Denique absolutè ponitur, idque vel activè, vel passivè. Activè, ut illo Nasonis lib. xv Metam. *Max apta natando Crura dat*. Et Pliniano hoc lib. xi, cap. ii: *Telum (culici natura) ita reciproca generavit arte, ut fodiendo acuminatum pariter, sorbendoque fistulosum esset*. Passivè, ut apud Plautum Truculenti Prologo:

— *Dat operam, ne sit reliquum*

Poscendo atque aufcendo,

id est, quod poscatur, auferaturque. Cui geminum hoc Plinii lib. XIX, cap. XI: *Nillum semen ultra quadrimum utile est ferendo.* hoc est, quod feratur.

C A P V T X I.

De Supinis. Unde hæc nomen acceperint. Supina in VM non esse vel verba, vel participia, sed nomina. Item supina in V esse nomina ablativi casus; unde & adjectivis ablativum exigentibus sæpe junguntur.

ATque hætenus de gerundiis: reliquum est, ut videamus de supinis. Ea, juxta Probum, ita vocata sunt, quòd nec certum habeant numerum, nec personam, nec significationem: ut quæ ad quamvis referantur personam, & utriusque sint numeri, & tam agentis, quam patientis, habeant significationem. Quæ si vera est ratio, *μετεφορικῶς* ita dicta erunt, quòd, instar supinorum otiosorumque hominum, omnia habeant confusa permittaque. Aliter autem Priscianus, qui ita dici tradit, quòd nascantur à participiis passivis, quæ *supina* appellata sunt; quia, infimo loco sita, totum conjugationis ordinem molèmq; sibi incumbentem veluti suspiciant. Verùm, quum gerundia, non minùs quàm supina, à participiis passivis fiant: liquet, hanc nominis rationem tantùm locum habere, si cum Diomede, aliisque, supinorum quoque nomine gerundia complectamur: non item, si cum Donato, vel quisquis ille autor est, cujus conjugationum exempla sub Donati nomine circumferuntur, gerundium quidem appelles *amandi*, supinum verò, *amatum*; prout quoque juniores facere solent. Quamobrem, cur ab iis è verbis participialibus alia gerundiorum, alia supinorum nomine sint donata, paucis exponam.

Liquet gerundia, licet participia non sint, similia tamen esse participiis in DVS: item supina, sive nomina, sive verba, sive participia sint (qua de re pòst dicturi sumus) quum in TVS definant, aut participia in TVS fore, aut nomina ab iis originem ducentia, aut verba ejusdem ac participia in TVS naturæ. Vtut est, participia in DVS sunt futura: at quousque rem necdum sumus exsecuti, labos nobis incumbit. Itaque *amandi*, *legendi*, similiaque, quæ ejusdem sunt originis ac participia in DVS, gerundia dixere à *gerendo*, hoc est, administrando. Nam, ut veteres etiam Glossæ testantur, *gerere* antiquis non solum dicebatur ὁ βασίζων, hoc est, qui aliquid portat; sed generatim ὁ περὶ τὴν, seu ὁ περὶ τὴν, id est, qui aliquid efficit; indèque Plauto * fortasse *gerulis* *flagitii*, de eo qui & fingit, & gerit sive facit flagitium. At participia in TVS sunt præterita. Re autem gestâ

* Bacch.
3. 1.

gestà licet nobis esse supinis, atque otiosis. Itaque meritò hinc nomen acceperint supina. Veràmne utriusque nominis causam attulerim, an secus, doctiorum arbitratu esto.

In varias autem opiniones scinduntur Grammatici in disceptatione super supinis in VM, & V. Priscianus contendit, ea esse nomina. Valla verba esse pertendit. Augustinus Saturnius iudicat, illa in VM esse partes orationis per se, illa in V esse nomina. Saturnio de posterioribus adfentit Frischlinus; at illa in VM participia esse autumat. In tantà opinionum pugna nobis tacitis esse non licet. Quare & aliorum sententiam expendemus, & adferemus nostram.

Supina in VM ideo Saturnius nomina esse negat, quia regunt casus suorum verborum, ut, *spectatum ludos*: & apud Maronem in Æn.

— *Aut Grajis seruitum maribus ibo.*

Validane hæc ratio sit, nec ne, mox dicemus.

Neutiquam sanè, quod Valla putabat, sunt verba, quum non sint certi modi, aut temporis. At adsignificare tempus, est de verbi essentia, ut Aristoteles docet initio libri *Ἐπιπένητας* *. Nec supina hæc sunt participia, quia non adsignificant tempus. Nam *spectatum* nullius per se temporis est, quum dicamus, *eo spectatum, ivi spectatum, ibo spectatum*. Dixeris, etiam infinitivo, quod verbum est, dici, *Volo, volui, & volam spectare*. Sed enim dispar hic ratio est, quia supinum semper est nomen; infinitum verbum nunc verbi, nunc nominis obtinet naturam. Si tempus adsignificet, & naturam suam verbum erit. Vt in isto, *Dicitur ludos spectare*. Nam aliud est, *spectavisse*. Naturam verò exuit, cum ajo, *Eo spectare*; vel, *ivi spectare*; vel, *ibo spectare*. Nam *spectare* hic non significat tempus, sed vim nominis accipit, quia ponitur pro *ad spectare*, hoc est, *ad spectationem*. In supinis, ne quidem si naturam attendas, est temporis significatio: sed semper se habent, ut infinitivus ille degenerans, nominisque induens naturam. Quare nunquam verba, sed semper sunt nomina.

* de Interpretatione.

Nec, quæ Saturnii sententia erat, constituunt distinctam vocum classem. Sapientis enim est imitari naturam, quæ nihil temere facit, neque multiplicat res frustra. At nihil causæ est, cur augeri debeat numerus classium, sive, ut vocant, partium orationis, quum ea nominibus subjici possint. Nam, quod Saturnius ait, nomina esse non posse, quia regant casum suorum verborum, id nullam ratione subnixum est; quando & alia sint nomina à verbis deducta, quæ admittant transitivam verbi, unde deducuntur, structuram: quod fusè ostensum nobis, quum de gerundiis disputarem.

Non quidem diffiteor, esse & alia quædam, in quibus supina hæc à

reliquis abeant nominibus. Verùm accidentia rei non mutant essentiam eius: eoque causæ nihil est, cur augeantur iccirco vocum classes.

Dixeris, si nomina sint, fuerint casus alicujus. Non diffiteor: sed puto, esse casus nunc nominativi, ut *puclitum est, venium fuit*: nunc accusativi, ut, *puclitum esse, venium fuisse*. Vnum illud objici posse video, naturam verbi eo repugnare, quo minus accusativum itatuamus, cum dicitur, *Eo spectatum*. Nec enim simile est, ac cum aio, *eo mille passus*. Sed nodus hic exfolvitur, si respondeatur, ἔμελλεν esse, cum dico, *Eo spectatum*, pro *ad spectatum*, hoc est, ad spectationem, quasi dicas, *Eo ad spectationem ludos*. Vt Plautus *; *Quid tibi hanc cæctio est?* Et similia, quemadmodum cap. IX ostendimus.

* *Autul.*
act. 3. sc.
Redi.

De supinis verò in V res magis etiam aperta est. Nam ea quomodo aliud, quàm nomina verbalia, esse possint, quum ita à verbo veniant, ut haut tempus adsignificent, & (quod de supinis in VM non æquè parebat) liquidò sint certi casus? Sanè ablativos esse, apparet ex illo Plinii lib. VII: *Parvum dictu, sed immensum aestimatione*: tum eò quòd, ut dicimus, *facto opus est*, ita apud Ciceronem legamus lib. I de Invent. *Non longius, quam scitu opus est, in narrando procedetur*. Et apud Terent. Heaut. act. V, sc. I: *Sed ita dictu opus est, si me vis salvan esse, rem, & filium*: tum autem, quia, ut rectum est, *domum eo, & domo eo*: sic apud Catonem sit de re Rust. cap. V: *Primus cubitum (villicus) surgat, postremus cubitum eat*. Suntque id genus, ὅσα ἄριστ †. Ac hæc quidem ratio de casibus absque temporis adsignificatione omnium instar esse possit. Sed quo magis error hic conspicuus fiat, non abs re fecerim, si alias quoque rationes adjiciam.

† instar pul-
veris inun-
ctura.

Non leviter sanè nostram sententiam fulcit, quòd supina in V adjectivum admittant instar cæterorum nominum substantivorum. Lucilius: *dictu honesto*. Plautus Trinummo sc. ultimà: *Meo datu*, id est, *waç' imù*. Quomodo & dicimus, *meo allegatu, meo concessu*, ac similia. Livius lib. II: *Creatus Sp. Lucretius consul: qui magno natu intra paucas dies moritur*. Quintilianus lib. VIII, cap. III, quod de Ornatu: *Rebus atrocibus verba etiam ipso auditu acerba magis conveniunt*. Plinius Secundus lib. XX, cap. V: *Cæpæ satiræ ornatu ipso & delacrymatione caligini medentur*. Agellius lib. XII, cap. IV: *Eos (Ennii) versus frequenti assiduoque memoratu dignos puto*. Et lib. XVII, cap. XI: *Voces mihi visæ neque dictu profatuque ipso terrea aut insuaves esse*. Præterea admittunt præpositiones ablativum regentes casum: ut apud Fabium lib. XI, cap. III: *Spiritus nec brevis, nec parum durabilis, nec in receptu difficilis*. Eodemque modo ait Naso lib. I de Remedio Amoris:

Queritur, Egisthus quare sit factus adulter.

In

In promptu caussa est ; desidiosus erat.

Insuper inveniuntur horum & alii quidam casus. Nam ut Columella dixit, *Postremus cubitus surgat* : ita apud Plinium lib. xxviii, cap. iv legimus : *Supini cubitus oculis conducunt, ac prona tussibus* : atque ut Cicero lib. iiii de Oratore inquit : *Senatus frequens vocatus Drusi in curiam venit* : ita apud Maronem legas xii Æn.

— *Nunc, o nunquam frustrata vocatus*

Hasta meos, nunc tempus adest.

Et quemadmodum Plautus ait :

Excipiam te lepidis victibus, piscatum probo :

Itidem apud eundem * est :

Post id piscatum hamatilem & saxatilem

Ag gredimur.

* Plaut.
Rud. act. 2.
sc. Omnibus
modis.

Sic non solum *nuptus* dicitur, sed & *nuptus*. Ita Cæsaris est lib. i belli Gallici : *Et sorores suas nuptum in alias civitates collocasse*. At Columella lib. iv, cap. xii dicit, *filiam nuptus collocare*. Pluraque id genus artulimus superiori libro, cap. xlvi.

Quod si non inveniatur idem nomen in casu alio ; dispiciendam, an non simile, & ejusdem significationis, in recto, aliove casu usurpetur. Nam, ut Plautus Casinâ dixit ; *Illorum oratu faciunt* : ita apud Statium lib. viii Theb. est ;

— *Hilares des oro precatus*

Nosse tuos — .

Fateor interim, nonnunquam usu venire, ut nec alium casum inveniamus ejusdem vocis, nec vocabuli huic gemini ; quomodo dicimus, *difficilia elocutu, & facilia lectus* ; at *elocutus*, aut *lectus*, non dicimus : quomodo item apud Censorinum † legitur, *a conditu verbis Romæ* : at *conditus Romæ* non invenimus. Verùm quando contingit, ut neutrum habeat locum, quid causæ est, cur, cum pro *μὴνῶν* agnoscant *nati*, *permissu*, *jussu*, ac quædam alia ; non itidem supina habeant pro *διῆῶν* quartæ declinationis, solum accusativum in VM, & ablativum in V habentibus ?

CAPVT XII

Supina priora naturâ suâ significant motum ad locum. Eadem interdum passivè exponuntur. Et contra supina posteriora etiam activè nonnunquam accipiuntur. Valla refellit, qui putabat, non posse ea exponi per nomen verbale.

NEc levis est quæstio de significatione supinorum priorum. Sed de hac ambigere non possit, qui sciat, ea semper jungi verbis motum

motum ad locum significantibus, idque vel occultè, vel manifestè. Occultè, ut in illo Plauti Aulularià * :

* Sc. Hoc
quidem her-
c. 2.

Coctum ego, non vapularum, dudum conductus fui.

Nam qui coctum conductus erat, idem, ut coctum veniret, erat conductus. Sic in illo Ter. Hec. dare aliquam nuptum. Hoc est, dare alteri, ut eam domum ducat. Nam ut virgo dicitur nubere, quod est faciem flameo velare: ita dicitur adolescens domum ducere, pro quo vulgò κατ' ἐδειξάν ducere usurpatur. At manifestus est motus, quum apud Plautum Aulul. legimus: *Te id admonitum advento.* Et alibi, *Deos atque amicos ut salutatam ad forum.* Item apud Terent. Eunuch: *Nam hec est, quam miles a me vi nunc ereptum venit.* Apud Ciceronem, *venire admonitum.* Item: *Oratum, obsecratumque venire.* Apud Livium, *venire questum.* Item, *misit specularum.* Apud Catullum carm. x:

Varrus me meus ad suos amores

Visum duxerat.

Suntque alia id genus infinita. Negat tamen Saturnius, id perpetuum esse, ac lib. VI II, cap. VI I, multa congerit loca, in quibus nullus significetur motus ad locum. Verùm, ut puto, poterat hac operà superfedere. Quod ut pareat, exempla ab eo allata ad duas revocabo classes. Vna erit illorum, in quibus omnino intelligitur verbum substantivum; ut simplex supinum esse non possit. Ita dixit Plautus Cistellarià:

— *Eas si adeas,*

Abitum, quam aditum malis —.

Vbi *aditum*, & *abitum* esse, dicuntur, ut *amatum* esse: quod est præteritum infinitivi passivi. Sic idem Persà: *Dum stas, reditum oportuit.* Pro *reditum* esse, ab impersonali *redunt*. Terent. Heaut. †

† act. 3,
sc. 3.

Aliquot me adiere, ex te auditum qui ajebant, hodie filiam

Meam nubere gnato tuo. —

Quo loco nihil manifestius: ut omnino hinc Saturnii acumen desiderem. Quid quod his omnibus locis activi infinitivi perfectum usurpari potuit, *abuisse, quam aduisse te; redisse te; auduisse se.* Quæ quum manifestè tempus præteritum signent; priora quoque illa ejusdem temporis erunt, solâque different voce; puta, quod hæc ab activis sint, illa non item.

Altera locorum classis est eorum; in quibus verbum substantivum intelligi nequit, eoque validius sententiam nostram concutiunt. Tale est hoc Terentii in Andr. *Vbi ubi erit, invenium tibi curabo & additum tuum Pamphilum.* Et hoc Plauti Persà: *Sacis jam dictum habeo.* Et illud Ciceronis Philipp. v: *De Cæsare scitis hoc tempore dictum habeo.* Sed his in locis arbitror usurpari participium accusativi casus, non supini.

Vnum

Vnum superaddit locum Saturnius, Cn. Pompeji in epist. ad Luc. Domitium * : *Cohortes, quæ ex Piceno & Camerino venerunt; ad me missum facias.* Qui loquendi modus planè insolens; non tamen Saturnii sententiam firmat, quum eo, contrà quàm voluit ille, motus significetur ad locum.

* apud Cic. lib. 8 ad Att. epist. 13.

Interdum tamen, fateor, supina exuunt naturam suam; ut quum juncta verbis eo, aut *pergo*, pro verbis ponuntur, unde descendunt. Plautus Casinà † :

† Prologo.

*Argentum siquis dederit, ut ego suspicor,
Vltro ibi nuptum.*

Id est, nubet. Sallust. Iugurth. *Ne, ignoscendo malis, bonos perditum eatis.* hoc est, perdatis. Tacitus Annal. lib. xv : *Contumelias ultum ibat.* Plinius in Panegyrico : *Ereptum alienas pecunias eunt.* Delectatus quoque hâc loquendi figurâ Agellius. Qui nunc *pergo*, nunc eo jungit supino. Ejus est lib. vii, cap. iii : *Tum M. Cato exsurgit, optimos fidiſſimosque socios defensum conservatumque pergit.* Et lib. xiv, cap. vi : *Mec noctes, quas instructum ornatumque isti, de uno maxime versu Homeri quaerunt.* Ac alibi similiter, *Peccatum suum peccatis alienis exentum purgatumque ibat.* Vſurpat & Claudianus lib. ii de laudibus Stiliconis † :

† vers. 84.

Vt bello Furias ultum, quas pertulit, iret.

Imò in passivâ quoque voce hoc loquendi genus locum habet. Nam M. Catonis est in oratione, quam pro se habuit in C. Cassium : *Contumelia mihi per hujusmodi perulantiam factum itur*, hoc est, fit. Verùm ne hæc quidem tanti sunt, ut me dejiciant de gradu. Siquidem primò in his significatio fuit motus : pòst usu aliam significationem induerunt. E. G. *Factum itur*, propriè est, opera datur, ut fiat : *perditum ire*, propriè est, in eo omnem esse, ut alius perdatur. Eadèmq; in aliis ratio est. Quare aliud est de natura supinorum disputare; aliud de usu, vel abusu. Quamquam etiam in his omnibus motus ad aliud intelligitur, si placet, quod capite superiori dicebamus, supina regi à præpositione intellectâ. Nam, *ultro ibi nuptum*, integrè sit, *ibi ad nuptum* : quasi dicas, *ad nuptionem*, vel *ad nubere*, sive *ad nubendum*. Sic, *bonos eatis perditum*; valeat, *ad perditum bonos*; sive, *ad perditionem bonos*, vel *bonorum*. Et fere par ratio in passivo : ut, *Contumelia factum itur*, pro, *itur ad factum* : hoc est, opera datur, ut fiat. Quam rem accuratè exponemus libro de Structura.

Itidem errant plerique Grammatici, quum priora supina volunt venire ab activis, posteriora à passivis; ideòque priora activè exponi, posteriora passivè. Nam plurimum quidem illa in VM (si *vapulatum*, similiàque exceperimus; quæ in præſenti ipſo passionem notent) acti-

vè exponuntur : attamen , ut Saturnius quoque observavit, id perpetuum non est. Locus illustris est apud Martialem lib. XI, epigram. in Paullam. Verùm , quia vox in eo obscena, hìc apponi non meruit. Vnum tamen Agellii, vel Murii potiùs, locum adferam. Ita enim Agellius lib. III, cap. II : *Quinctium Mutium Iurisconsultum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quæ Kalendis Ianuariis apud virum causâ matrimonii esse cœpisset, & ante diem quartum Kalendas Ianuarias sequentes usurpatam esset.* hoc est, usurpata fuisset. Verùm hic loquendi modus planè infrequens est; ut meritò oscitantiaè damnandus sit Priscianus, qui quum nullam passivæ significationis adferat exemplum, credo quòd occurreret nullum; tamen, omnia albâ lineâ signans, utramque æquè supino huic significationem adsignat.

At magis etiam decepti sunt illis in V; quæ actionem quoque significare, autores sunt Diomedes lib. I, & Priscianus lib. octavo. Fateor quidem, non rarò ea rectiùs per passivum exponi, quo pacto *dignus lectu* idem est, quod *legi dignus*: quomodo Quinctilianus dixit lib. X : *Lyricorum Horatius fere solus legi dignus.* Et, *cornu utile*, idem est, quod *cognosci utile*: quomodo Val. Maximus ait lib. IX : *Ardua imitatu, ceterum cognosci utilia.* Verùm sexcenta præsertim è neutris & deponentibus adferri possunt, in quibus id non habeat locum. Nam quomodo passivè exponant illud Plauti Menæchmis act. II, sc. III : *Obsonatu redeo.* Nonne enim sententia est : Redeo enim inde ubi obsonium erat. Aut hoc Catonis de re Rust. cap. V : *Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.* Vel illud Taciti lib. XV Annalium : *Cæsar variis egressu.* Quod valet, raro egrediens vel foras prodiens. Item hoc Statii primo Thebaid.

*Quem tu venatu rediturus in limine primo
Opperiens.*

Addamus his illud Livii lib. I *factum inceptu, factum exitu.* hoc est, quando incipit, & exit. Et hoc Plinii lib. XIV : *Forenses vix celeres proveniunt, vendibiles adspectu, portatu faciles.* Nam prima verba solùm activè, puta per verbum actionis immanentis, cujusmodi absoluta vel neutra vocant, explicantur, cum eorum sententia sit, *forenses vix celeriter proveniunt.* Quomodo idem Plinius alibi, *eventu mirabile, & triste*: hoc est, quando evenit. At duo sequentes ablativi non minùs activè, quàm passivè, possunt exponi; *vendibiles sunt, si adspicias*, vel *si adspiciantur*; *tales, ut facile eas portes*, vel *ut facile portemur.* Sed cur non ipsum Ciceronem ad partes vocamus? Sanè usitatè dicitur, *difficile dictu, difficile cognitu.* Sed Cicero hæc activè extulit. Nam lib. I Tuscul. Quæst. ait : *Hominum quanta sit mens, difficile est existimare.* Item de Per-

Per-

Perfecto Orat. *Non est difficile cognoscere.* Parque fortasse ratio in istis, *fluvius facilis navigari, vel gratus potari, aut res questu digna.* Scio Melam dicere lib. I : *Oestros fluvius navigari facilis.* Et lib. II : *Borysthenes potari pulcherrimus.* Item Agellii esse lib. VII : *Digna queri, tractarique.* Verum possis & exponere, *fluvius facilis navigari, pulcher bibendi, res digna, de qua queras.* Imò & superius illud *lectum dignum* possis exponere, *dignum quem legas.* Et alterum *cognitum utile*, interpreteris *utile*, si cognoscas.

Neque verum est, quod Valla putabat, supina, quæ vocant, in V, non posse exponi per verbale. Nam, ut Fabius dixit, *Lyriconum Horatius ferè solus legi dignus*: ita ait Agellius lib. XII : *Dignus sanè Seneca videatur lectione.* Imò & Cicero primo Offic. inquit : *In rebus cognitione dignis.* Et ad Dolabellam : *Oratiunculam pro Dejotaro velim sic legas, ut inopem, nec scriptione magnopere dignam.* Et hæc de modis. Nunc ad temporum doctrinam transeamus.

CAPUT XIII.

In temporum doctrina, etiam florente Roma, hæserunt viri præstantes. Cur Aegyptii triplex tempus signarunt capite leonis, lupi, & canis. Triplex tempus infectum. Faciem, pro faciam. Triplex tempus factum. Futurum exactum, quod in RO definit, distinguitur à futuro simplici, sive infecto. Futurum exactum non minus esse indicatvi, quam subjunctivi modi. Etiam Græcos hoc tempus habere ostenditur.

ET si autem non ignoro, quàm multis tempus & oleum perdere videar, qui, prolatis posthabitisque studiis gravioribus, non dubitem hæc Grammaticorum minutias, & ut illi putant, *περὶ ἡμαρτῆς*, in medium adferre, & è re tenui aliquid, si non gloriæ, saltem fructus publici sperare: tamen, quod bonâ cum eorum veniâ dictum velim, majoris nunc apud me sunt judicia augustæ antiquitatis; quæ existimabat, ab horum notitiâ non multa modò Poëtarum, aut Historicorum loca lucem scenerare; sed & gravissimas Iuris controversias. Hacpropter nec Q. Scævola pater, nec Brutus, Manliusque, nec Nigidius Figulus, Romanorum post Varronem doctissimus, disquirere gravabantur, utrùm vox, SVRREPTVM ERIT, in post-facta, an antefacta valeat; hoc est, futurine, an præteriti sit temporis, quando in veteri lege Atiniâ legitur; QVOD SVRREPTVM ERIT, EIVS REI ÆTERNA AVTORITAS ESTO. Nec pudit Agellium hac de re caput integrum contexere septimodecimo Articularum noctium libro. Apud eundem cap. secundo libri duode-

vicissimi legimus, inter Saturnalicias quæstiones eam fuisse postremam, *scripserim, venerim, legerim, cuius temporis verba sint, præteriti, an futuri, an utriusque*. Quamobrem eos mirari satis non possum, qui hujusmodi sibi à pueris cognitissima fuisse parùm prudenter, aut pudenter, adferunt; quum in iis olim hæsitarent viri excellentes, & quidem Romani, suæ sine dubio linguæ scientissimi. Nos verò sciolos istos valere jubeamus, veterumque curatam sequentes diligentiam, Grammaticorum de temporibus edicta non somniculosè ponderemus.

* lib. 3, cap. de confusis, &c.
† lib. 1 de verb. declin.

Tempus ex Grammaticorum, ac vulgi sententià (aliter enim disputat Philosophus lib. v *φυσ. ἀποδ.*) triplex statui solet: præsens live instans (quomodo id Charisius * passim, item Diomedes, & alii, appellant) adhæc præteritum, & futurum; quæ tria tempora tricapiis animantis signo indicabant Ægyptii. Quippe apud eos, uti auctor est Macrobius primo Saturnalium libro, cap. xx, leonis capite monstrabatur præsens tempus, quia conditio ejus inter præteritum futurumque actu præsentis valida fervensque est. Præteritum tempus lupi capite signabatur, quoniam memoria rerum transactarum rapitur & auferitur. Canis blandientis effigies futuri temporis designabat eventum, de quo nobis spes, licet incerta, blanditur.

‡ Al. 3, de. Cur me retemas nius.

Hæc tria tempora revocamus ad duo, infectum, & perfectum. Infectum est triplex; præsens, ut *facio*; præteritum imperfectum, ut *faciebam*; futurum simplex, ut *faciam*, live, quomodo veteres, Fabio teste locuti, *faciam*: quo usus Plautus Afin. † *Faciem exoptata obtingam*. Sanè ita scripsisse Plautum, non *facile*, quòd est in vulgatis, pignus in omnes fortunæ suas dare se paratum scripsit Lipsius. Καὶ τὸ πῶς πῶς. Perfectum itidem triplex: perfectum simplex, ut *feci*; plusquamperfectum, ut *feceram*; futurum exactum, ut *fecero*. Nam quum dico, *interim fecero, docuero, amavero*, rem significo, quæ nondum est; & eandem considero, quasi fuerit; eoque in hoc tempore, & futuri, & præteriti significatio concurrat; unde futurum exactum appellatur: quod qui à futuro simplici non distinxerunt, hæc satis cogitarunt, aliud esse, *cum cenabo*; aliud, *cum cenavero*: illud valere *inter cenandum*; hoc, *cenâ peractâ*: parque in similibus ratio est. Præterea iidem Varronis auctoritate refelluntur; qui & ipse secundo, tertioque de Analogiâ, tria agnoscit tempora infecta, *pungo, pungebam, pungam*: & totidem perfecta, *punxi, punxeram, punxero*. Quin hoc vel origo ipsa docuerit Grammaticos nostros. Nam merum futurum est à præsentis; quomodo *pungam* est à *pungo*. At *punxero* non minus est à *punxi*, quàm *punxeram*.

Dicent fortasse, esse loca non pauca, quibus hujusmodi significant futurum infectum. Verùm de locis, quæ adferunt, non laboro; tum quia

quia in iis quoque præteritum tempus occultè adsignificatur ; tum quia, ut hoc non esset, nobis nunc de primariâ duntaxat significatio-
ne quæstio est.

Itidem falluntur, cùm tempus illud in RO exiens, quod futurum exactum appellamus, in adjunctivi tantùm temporibus reponunt. Quippe non minùs indicativi modi esse, vel hæc fidem fecerint. Cic. lib. VII ad Att. epist. xv : *Vicerit enim, si COS. factus erit.* Idem ad Plancum lib. x, epist. XIII, iterumque XIX : *Qui Antonium oppresserit, is bellum confecerit.* Terent. Andr. act. iv, sc. Hoccine credibile est :

— *Atque aliquis dicat, nihil promoveris.*

Multum molestus certè ei fuero, atque animo morem gesserò.

Καὶ μὲν εἶπε *

* Et infinita ejusmodi.

Porro nec Græci hoc tempore destituuntur : sed hi, ut Latini in voce passivâ solent, circumloquuntur id per participium præteriti passivi, & futurum vocis εἰμι. Dicunt enim πετυφῶς ἔσομαι, νενικηκῶς ἔσομαι, &c. Ita locutus Aristoteles in Topicis : Δείξαιτες ὅτι παντὶ ὑπάρχει, ἔστιν ὅτι παντὶ ὑπάρχει δεδεχότες ἔσομεθα : hoc est, qui monstravit inesse aliquid omni, & alicui inesse monstraverit. Quod sicui nihilominus stet sententia, tempus hoc sub ambigüâ significatione in conjunctivo potius tradere, quàm in indicativo : mihi quidem tanti hæc res non erit, ut magnopere adversus ejus sim adversaturus sententiam ; modò idem hoc saltem agnoscat, tempus isthoc unâ voce comprehendere præteritum, & futurum.

CAPVT XIV.

Quo pacto verbum passivum habere possit imperativum. Ne quidem Latinos carere tempore misto ex præterito, & futuro. Vnius ejusdemque temporis videri, quæ præsens ac futurum imperativi vocitant. Imperativus non minus primâ caret plurali, quàm singulari. Tertia singularis nunquam in T, sed in TO semper desinit. Secunda pluralis vel TE, vel TOTE, terminationem habet. Cornelii Frontonis discrimen inter eas rejectum. Lambini in Plauto correctio improbata. Secunda pluralis passivæ vocis in MINOR. Antiquitus singularem secundam in MINO exuisse. Pluralia in VN-TOTE non sunt Latina, sed inane Grammaticorum commentum. Futurum indicativi pro imperativo positum.

DE Imperativo etiam varia in disceptationem veniunt. Primum, quî fieri possit, ut imperativum habeant passiva, cùm passio imperari non possit. Sanè servo si dicam, *amator ab hero*, dicat ille, non sibi hoc imperari debere, ut ametur ; quippe qui nihil æquè expetat :

sed

sed à domino poscendum, ut amare fidelem fervum velit. Verùm non obscurè huic argumento occurritur. Nam etsi passio semper pendat ab agente, eoque, si propriè sumas, absurdè præcipiatur : tamen dispositio ad patiendum pertinet ad agentem, & iccirco meritò mandatur. E. G. *amator ab hero.* hoc est, ita vitam compone, ut ameris. Sic *docetor*, hoc est, ne respue doctorem, sed imbebe ejus verba. *Pacitor injurias*, hoc est, ne par pari dato redhostimentum : atque ita in aliis.

Sed operosior quæstio consurgit de præterito tempore imperativi passivi. De quo priusquam exponam sententiam meam, egregium adducam Prisciani locum è lib. VIII : *Apud Græcos etiam præteriti temporis sunt imperativa : quamvis ipsa quoque ad futuri temporis sensum pertineant : ut ἀνεψχθήτω πύλη, aperta sit porta. Videatur enim imperare, ut in futuro tempore sit præteritum : ut si dicam, aperi nunc portam, ut crastino sit aperta. Ergo nos quoque possumus in passivis, vel in aliis, passivam declinationem habentibus, uti præterito tempore imperativi, conjungentes participium præteriti cum verbo imperativo præsentis, vel futuri temporis : ut, amatus sit, vel esto, πεφιλῆσθω : doctus sit, vel esto, δεδιδάχθω : clausus sit, vel esto, κελκείσθω.*

Hæc Priscianus : eandemque quæstionem tangit in XVI II. Quibus compulsi, ita planè judicamus, Latinos quidem non habere vocem simplicem, uti Græci : sed si passiva non omnino carent præterito, nec imperativum destitui hujusmodi futuro. Nam cur illud Bassi lib. I

* ἢ ἀντίρροπον.

Αθηλοῦ. * Νῦν γε μόθῳ κρείσσουθε, transferre non liceat, *Nunc vero labore satiari estote* : vel, (quando pro imperativo etiam subjunctivo sæpe utimur) *satiari sitis.* Item cùm Aristoteles in Prædicamentorum ait libro : Περὶ μὲν τῆς ἰσότητος ποσῶν εἰρήσθω. Nonne hoc valet, *De substantia hæc dicta sunt.* vel, *hæc dicta sint.* Quomodo Varronis ipsius est lib. IV de L. L. *Quod ad temporum vocabula Latina attinet, hæc tenemus sit satis dictum.* Ciceronis item lib. IV de Finibus : *Sed primum positum sit, nosmet ipsos commendatos esse nobis ; primumque ex natura hanc habere appetitionem, ut conservemus nosmet ipsos.* Livii quoque est lib. VII : *Hæc dicta sunt patribus.* Fabii est lib. I, cap. I : *De pueris, inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem, quod de nurricibus, dictum sit.* Quare si κείσθω, & εἰρήσθω, Græcis sunt præteriti temporis, etiam ejus temporis eriat hæc circumlocutione prolata, *posita sunt*, vel *sunt* ; *dicta sunt*, vel *sunt.* Itidem cur dicere non liceat, *cibus intra horam coctus esto : hi vinisti sunt, ante adventum meum : priusquam venerit tribunus, chlamyde indutus esto : ante Nonas proximas omnes parati sunt* : similiaque. Nec enim dici potest, *indutus, paratus, cæteraque*, hîc esse nomina, cùm tempus præteritum adsignificent. Et cur in indicativo passivo, itemque subjunctivo, dicamus, circumscribi præterita perfecta, & plufquam-

quamperfecta, per participium, & verbum substantivum : at in imperativis idem fieri negemus, quum rarè quidem usum eorum exigat necessitas : neutiquam tamen, vel vocis, vel rei repugnet natura ?

Quamobrem aut nusquam eorum, ubi periphrasi opus, in tempore doctrina ratio habenda ; aut, contrà quàm Grammatici tradiderunt, tria sint imperativi passivi tempora : è quibus tertium hoc, quod adjectivum, magis differt à duobus aliis, quàm ipsa inter se. Nam etsi *ama*, & *amato*, itemque *amare*, & *amator*, eo distinguant, quòd illis imperemus, aut rogemus, ut aliquid statim præstetur : his autem quippiam præscribamus, ut successu temporis fiat : tamen usus docet, promiscuè usurpari ; adèd quidem, ut eadem quoque in oratione diversæ hæ terminationes habeant locum. Virgil. Ecl. 1x :

*Et potum pastas age, Tiryre, & inter agendum
Occursare capro, cornu ferit ille, caveo.*

M. Cicero epist. ad Appium : *Vale, & in censura, si jam es censor, ut spero, de proævo multum cogitato tuo.* Q. Cicero comment. de pet. conf. *Cura, ut tui cupidi sint, elaborato, appetito, &c.* Quare & videri possint ejusdem esse temporis, *cave*, & *caveo* ; *punge*, & *pungo*. Nobis quidem, quantò hæc magis peniculamus, tantò impensius se hæc probat sententia. Nam & dixit Plautus Mercat. act. 11, sc. 11 :

DE M. Lyfimache. salve. LTS. Euge, & tu Lyfimache. salveo.

Idem Pœn. act. v, sc. 11 :

AGAR. Mi parvæ, salve. POEN. & tu salveo, Agarastocles.

Quibus in locis, si *salve* præsentis sit temporis, consequitur, Lyfimacho, & Agarastocle, salutem in præsentis optantibus, Demiphontem, & Pœnum, optare eandem in futurum : quod mihi quidem ineptum ac ridiculum videtur. Scio, Diomedem aliud sentire, qui agnoscit quidem, promiscuè usurpari *amo*, & *amato* : sed vocat hoc abuti personis futuri temporis, pro præsentis. Aliquid diceret, si rarus esset usus iste promiscuus. Atqui, ut bene observat Martinus Cueva Carmonensis *, multa sunt loca, ubi non post aliquod tempus, sed jam nunc, aliquid fieri postulemus. Cicero pro Roscio Amerino : *Etenim querere ita debetis : ubi multa avarè, multa audacter, multa improbè, multa perfidiosè facta videtis, ibi scelus quoque aliquod latere inter illa tot flagitia putate.* act. 111 in Verr. *Homines scitote esse quosdam.* Virgil. x Æn.

* Lib. de corrupto genere docendi sermonem Latinum.

Nunc conjugis esto Quisque suæ, rectique memor.

De tertia quoque singulari, ac primâ plurali, secus sentimus, quàm vulgus facit. Nam *caveat, pungat, amet ; caveamus, pungamus, amemus ;* non magis imperativi modi esse possunt ; quàm si ei, qui impediatur, quò minus possis amare, docere, legere, audire, dicas, *amem, doceam, legam,*

gam,

gam, audiam; quæ nunquam imperativi modi esse fatentur ipsi. Quare utraque subjunctivi modi dici debent. Nempe primam pluralem non magis agnoscit imperativus, quàm singularem. Nam sani hominis non est, *amem, & amemus*; *doceam, & doceamus*; modis integris separare. Tertia verò singularis non est *amet*, sed *amato*; non *doceat*, sed *doceto*. Maro v *Æn.*

Omnibus hic erit unus honos, tres præmia primi

Accipient, flavâque caput necentur olivâ.

Primus equum phaleris insignem victor habeto.

Tertius Argolicâ hac galea contentus abito.

At secunda pluralis est duplex, *amate, & amato*; *videte, & videtote*. Cornelius Fronto, libello de vocabulorum proprietate, inter *videte, & videtote*, hoc statuit discriminis, quod illud imperet, hoc mandet: quo innuit, illud esse præsentis, hoc futuri temporis. Verùm quia hanc sententiam sola tuetur veterum aliquot Grammaticorum autoritas; nondum aliud mihi persuadere possum, quàm ea unius esse temporis.

Immeritò verò ab aliquibus de posteriori terminatione dubitatur. Nam dixit Ennius Annali 1:

Alternum seritote diem concorditer ambo.

Cicero pro Roscio Amerino: *Verim id, quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc ad finem culpe judicator.* Et eadem: *Deinde, si voletis, etiam tum, cum verisimile erit aliquem commississe, in suspicionem larrator.* Ovidius lib. 1x *Met. fab. VIII:*

Lac facitote bibat, nostrâque sub arbore ludat;

Cumque loqui poterit, marem facitote saluter.

Sed crebra imprimis apud Plautum. Vt Sticho act. 1, sc. *Qui manet: Siquis me quæret, inde vocatote aliqui.* Idem Rudente act. 111, sc. *Vtrùm tu leno, usurpat, responderote, itote, & antiquum, amplectitote.* Et scenâ ultimâ act. v, *venitote, cænatote.* Eiusdem est Epidico act. 11, sc. *Tacete:*

— *Si placebit, utitor*

Consilium, si non placebit, reperitote rectius.

Vbi *utitor* Periphanem respicit, cujus res agebatur: *reperitote* autem, & Periphanem, & Apocidem. Quare frustra est Lambinus, quum pro *utitor* legere jubet *utimior*.

Et si autem *utimior* hic, ut metrum quoque indicat, locum non habet: non tamen tantopere insaniendum, ut damnemus, tanquam minus Latinum, viri docti exemplo, qui *amaminor, doceminor*, similiâque, barbara esse ait. Nam alia suppetunt Plauti loca, quibus hæc Latina esse

esse evincamus. Vnum alterumque apponam. Pseudolo act. III, sc. Forum coquinum :

Si quò hic gradietur, pariter progredimior.

Epidico act. v, sc. Satin' ille homo, idem usurpat *arbitramior*. Facta sunt hujusmodi ab antiquis singularibus, *progredimino, arbitramino, &c.* Ita Cato dixit *præfamino*, & apud Festum est *famino*. Quin in priori Plauti loco Turnebus, & Lambinus, è Camerarii manu exaratis legunt *progredimino*. Sed *progredimior* retinendum esse, putat nobiscum Valens Acidalius. At non displicet correctio Amplissimi, nec exiguo literarum damno denati, Iani Rutgersii nostri : qui in eruditis ad Horatium notis verba Legis XII Tabb. sic emendat : **SI IN IVS VOCATIO FVAT, ATTESTAMINO**. Qui locus in vulgatis Porphyrii codd. corruptissimè legitur.

Tertia pluralis est non *ament, doceant, &c.* (nam hæc quoque subjunctivi sunt modi) sed *amanto, docento, &c.* Eodémque pacto in passivâ voce tantum *amantor, & docentor* legitur. Horatius in epist. ad Pisones :

Non satis est pulchra esse poemata : dulcia sumo,

Et, quocunque volent, animum auditoris agunt.

At *amantote, faciuntote, aguntote*, familiâque, sunt Grammaticorum commenta, quum nusquam vel in antiquis reperiantur legibus ; in quibus, *sunto, parento, habento*, non *suntote, parentote*, aut *habentote* legimus. Cicero lib. III de Legibus : *IVSTA imperia sumo, iisque civis modestè ac sine recusatione parento*. Ibidem : *REGIO imperio duo sumo, eique præeundo, judicando, consulendo, prætores, iudices, consules appellantor. militia summum jus habento. nemini parento. ollis salus populi suprema lex esto.*

Quod autem de *amet, & ament*, ac similibus, dixi, idem in voce passivâ locum habet, quia *ametur, & amentur, doceatur, & doceantur*, subjunctivi sunt modi ; quum non magis notent imperium, quàm *amet, aut doceat*. Neque est, quòd quis veterum recentiorumque auctoritatem mihi opponat : nam rationibus putari oportet ; quibus si vincar, primus ero, qui propria cædam vineta. At enim dicas, non minùs imperium notare *amet*, quàm *amato*, & *ament*, quàm *amano* ; itémque *ametur*, quàm *amator* ; & *amentur*, quàm *amantor*. Fateor : verum non dispiciendum, quid fiat interdum, verum quæ princeps sit significatio, quæ contrâ secundaria ; qualis est, quum conjunctivus induit imperativi significationem ; ut in illo Martialis lib. v, epigram. de Erotio :

Mollia nec rigidus cespes tegat ossa : nec illi

Terra gravis fueris : non fuit illa tibi.

At quis dixerit, *tegar, & fueris*, propriam esse imperativi terminationem ? Donatus in illud Terentii * : *Si certum est facere, facias : facias, in-*

* Eun. act. 2, sc. 3.

k

quit,

* Andr.
cib. 3. sc. 4.

quit, *pro facito*. Et alibi *, *Quiescas*, inquit, *positum*, *pro quiesce*: aut *deest volo*, aut *facio*. Quod postremum impensè placet; ut sit ellipsis. Ita *amet*, integrè sit, *fac*, vel *facite*, ut *amet*: *ament*, valeat, *fac*, vel *facite*, ut *ament*; *Bono sis animo*, integrè sit, *facito*, ut *bono sis animo*. Sanè & aliàs sæpe imperativus reticetur. Maro: *Ah ne te frigora lædant*. Pro, vide, cave ne lædant. Sic, *Verum*, nequid illa *turbet*. Nisi malis in talibus *metuo* intelligi.

Adde quòd, si ea nos ratio movere debet, ut talia imperativi modi credantur; sanè futura indicativi, imperativo quoque accenseri possunt; quia *valebis*, & *salvebis*, idem sunt, quod *vale*, & *salve*. Equidem sæpe ita locuti veteres. Multorum locorum instar sit illud Columellæ lib. XII, cap. XXXVI: *Id mistum conijcies in amphoram novam, & implebis ad summum: tum adjicies ramos rotis marini, &c.* Quod si hæc imperativo accensere ausi non fuerunt; profectò nec illa debuerunt, quum par sit amborum ratio.

Nec tempore hæc differre, arguit quod jungantur subinde. Plautus Truculento act. II, sc.

*P. Num quippiam me vis aliud? D. ut, quando otium
Tibi sit, ad me revisas. D. Valeas. P. Vale.*

Quid apertius, quàm idem hic tempus signari in *valeas*, & *vale*? Par ratio in illo Q. Ciceronis de Petit. Consul. *Hos internoſcas, & videto, ne spe in aliquo majore posita, præsidii parum compareant. Perquiras etiam, & investigaſ homines ex omni regione, eosque cognoſcas, appetas, confirmaſ. Sane videto, & internoſcas, perquiras.* Cæteraque, quis ad idem tempus pertinere inficias iverit? Nempe *valebis*, *vale*, *valeto*, *valeas*; *videbis*, *vide*, *videto*, *videas*, idem tempus indicant. Sic cum Cicero lib. VII ad Trebonium scribit: *Puerum Ciceronem curabis, & amabis*: dicere etiam potuit eadem prorsus mente, *cura & amato*: *curato & amato*: *cuſes & ames*. Nec unquam aliter: quia etsi præſens sit, qui imperat, id tamen, quod imperat, haut aliter concipi possit, quàm sub ratione futuri. Quibus itidem firmatur, quod unicum esse imperativo tempus antè dicebamus. Hactenus de Imperativo.

C A P V T X V.

De temporibus Subjunctivi. Terminatio EM, vel AM, nunc præſentis est, nunc futuri. Terminatio REM triplici tempori accommodata est. Terminatio RO semper notas futurum exactum: sed illa in RIM, nunc simplicis præteriti, nunc futuri exacti significativa est. Præter vulgares, due olim subjunctivæ terminationes erant; in IM, & SSO. Excantasso, le-

levaffo, abjuraffo, liceffo, juffo, fupereffo. *Feftus, & apud eam Ennius, ac Livius, emendantur.*

IN temporibus Subjunctivi (sub quo Optativum comprehendi dicebamus) primò se offert terminatio in EM, vel ER; AM, vel AR: ut, *amem, amer; diligam, diligar.* Hæc nunc præfentis est temporis, nunc futuri. Nam præfens est, *Cum te amem, vel, diligam fratris germani loco:* item, *Cum a te nunc amer, vel, diligar quam maxime.* At futurum fuerit, *Si æquè, in posterum amer: si futuris in annis æquè diligar; si cras veniant, & similia.* Quare futurum est in illo Ciceronis ad Att. lib. VIII, epist. II: *Est mihi præcipua cauffa manendi: de qua utinam aliquando tecum loquar.* Et fimiliter Itatuo de illo Ovidii epist. Hypfipyles ad Iafonem:

*Credula res amor est: utinam temeraria dicar
Criminibus falsis infimulaffe virum.*

Linacer * putat, esse præfens modi Potentialis: sed addit, hoc sæpe futuro esse æquale. Atque hoc etiam ait contingere in illo Terentii †, *Di illum perdant.* Et ‡, *Di te eradicient.* Item illo Ciceronis ad Att. * *Atque utinam ipse Varro incumbat in cauffam.* Mihi non incommodè dici videtur, hæc esse præfentis; sed ejulmodi, quod admittam habeat futuri fignificationem.

* lib. I, cap. de Modo.
† Eun. alb.
‡ 2. sc. 3.
* And. alb.
4. sc. 5.
* lib. 8.
epist. 2.

Similiter terminatio in REM, & RER, tum præfentis temporis est, tum præteriti imperfecti, tum futuri. Præfentis est, *Utinam Titius studia magis amaret.* Præteritum verò, *Cum studia magis amaret, quam nunc facit.* Futurum est, *Operam dediffes, quam debebas: magis te amarem posthac, & fortasse paucis diebus darem, quod desiderium expleret.* Quæritur, quo tempore Terentius utatur in isto †: *Utinam istuc verbum ex animo ac verè diceres.* Præteriti imperfecti esse, ait Linacer ‡. Sed qui attenderit ad dicentis sententiam, præfens potiùs statuat. Quo in tempore etiam dicit Cicero ad Cæcinam lib. VI * : *Nolo enim, hunc de me optime meritum, existimare, ea me suafiffe Pompejo, quibus ille si paruiffet, effet hic quidem clarus in toga, & princeps: sed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet.* Vbi habere non aliùs temporis est, quàm habet.

† Eun. alb.
1. sc. 1.
‡ lib. I, cap. de Modo.
* epist. 6.

Sed præcipua controversia est de tempore in RIM, & RO. Nam RIM vulgò præteriti, RO futuri esse dicunt. Ac metuo, ne si aliquem è trivio audias, sibilo excipiat, hoc qui ignoret. Nimirum hanc sapientiam necdum didicerant veteres illi doctique Romani, quos, uti ex Agellio suprà audiimus, non pudit difceptare, utrùm illa in RIM præteriti sint temporis, an potiùs futuri.

Vt verò omnis hæc controversia meliùs intelligatur, distinctè aliqua

considerare oportet. Primum illud, ut, quæ in RO desinunt, nunquam de præterito usurpentur. Quis enim dicit, *Si heri fuero Romæ, pro fuerim*. Alterum est, ne quidem signari eo unquam futurum infectum. Nam aliud est, *Cum Romam perreptabo*: aliud, *Cum Romam perrepta vero*: quia illic consideratur res simpliciter, ut futura: hic infimul, ut peracta. Sic Cicero lib. XVI ad Tironem: *Satis te mature videro, si plane confirmatum videro*: Idem ad Att. lib. IX: *Cum tu hæc leges, ego fortassis illum convenero*. Simileque adducebam cap. XIII. Quare liquet, illa in RO habere significationem ex præterito futuro coalitam: & eapropter à Varrone vocatur futurum exactum, ut superius dicebamus. Dispar verò ratio est illorum, quæ in RIM desinunt. Nam est cum hæc designant simpliciter rem omnino præteritam: est item cum eandem habent significationem ac futura exacta. Quod ita esse ex eo colligimus, quia non Latine minus dicatur, *Si Romæ cras fuerim*, quam, *Si fuerim heri*. Ita apud Terentium legimus Andr. *

* aB. 1,
sc. 2.

Eâ lege atque omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.

Item †:

— *Certè si resciverim.*

† aB. 3,
sc. 2.

Eunucho ‡:

Si id fecerim.

‡ aB. 5,
sc. 2. Vbi tam
men Færmu,
fecero. Sed prius
modo legit
quoque De
natus.

Ejusdem est Heautontim. *

Vbi si paullulum modo quid tete fugeris, ego perierim.

Plautus Pleudolo †:

— *Si tu argentum attuleris, cum illo perdididerim fidem.*

* aB. 2,
sc. 3.

Ibidem: *Quis istius argentum reddet, si dederim tibi?* Ac similia passim occurrunt.

† Sc. Pseudole non au
du.

Ex his alia etiam quæstio lucem capit, an RIS, & RITIS, modulo discrepent, cum præteritum significant, à RIS & RITIS futuri. De qua satis diximus lib. II Artis Grammaticæ, cap. XXI, & XXXI.

Præter vulgares terminationes subjunctivi duæ fuere aliæ apud antiquos: una præsentis in IM; qualia *edim, duim*, atque alia: ut dicemus, cum in Heteroclitorum doctrina de *Ausim, & Faxim*, agemus. Altera est futuri exacti in ASSO exeuntis: ut in Legg. XII Tabb. **SIQVIS ALIENAS FRVGES EXCANTASSIT, KAPITAL ESTOD**. Vnde Seneca lib. IV Nat. Quæst. cap. VII: *Et apud nos in XII Tabulis cavetur, nequis alienas fruges excantassit*.

Ennii quoque est apud Ciceronem †:

O Tite, siquid ego adjuro, curamve levasso.

Multi hujusmodi sunt apud Plautum: ut *Perfa act. IV, sc. Cui homini*:

— *Nequis mihi in jure abjurassit.*

Et

Et Rudente act. III, sc. Vtrum tum leno :

— *Tetigerit*

Invitas, ni istunc istis invitassitis :

quo ex loco quoque est cognoscere, in pluralis primâ & secundâ personâ rectè corripit penultimam. Idem Sticho act. I, sc. Famein fuisse : *Ni vere perierit, si cenâssit domi.*

Et scenâ, Quisnam obsecro :

Præter hæc si me irritassis.

Idem eadem Comœdiâ act. IV, sic scenam inchoat :

Ita me Di bene ament, meâsq;e mibi bene servassint filias.

Et sc. penultimâ :

Azed. in Stiche, uter demutâssit, poculo multabitur.

Mostellariâ act. I, sc. Iam pridem ecastor, legere est emicâssit, liberasso, servasso :

Ego si bonam famam mibi servasso, sat ero dives.

Casinâ act. V, sc. ult. amisso, & occæpsit.

Videtur quoque hujus formæ esse licesso, pro licuero. Afinariâ act. III, sc. Cur me retentat :

Ne iste hercle ab istâ non pedem discedat, si licessit.

Simileque apud eum non semel, item Catonem, & Cic. de Leg. prohibessit pro prohibuerit.

Nec dissimile admodum esse censent apud Maronem *, *Cætera quæ jussit* : pro *jussit* : & in lege antiquâ apud Ciceronem in I I de Legg. * En. II. vers. 467.

Prodigia, portenta ad Hetruscos & haruspices, si senatus jussit, deferunt. Vbi *jussit*, pro *jusserit*, poni, rectè monet ad eum locum Turnebus. Sed hoc dissimile est. Nam *jussit* pro *jussit* mera syncope est. At in prioribus præterea R in S mutatum est. Vt, *expugnâvero, expugnâro, expugnâssit*; *levâvero, levâro, levâssit*; *licuero, licero, licesso*; *occæpero, occæpro, occæpsit*. Cujusmodi antiquissimi simplici S : (nec enim illi geminabant consonas) postea secuti geminato sibilo extulerunt. Magis simile est *superesso*. Etsi enim in cunctis Festi codd. nunc *superessit* per tertiam litteram legere sit : tamen planè censeo, *superessit* scribi debere. Nam à *superero* quidem erit *superesco*, ut ab *ag gravo, ag gravessio* : sed *superessit* non habet significationem inchoativorum : eoque potiùs censeo, ut pro *licuero*, post V extritum, R in SS mutato, dicimus *licesso* : ita & pro *superero*, R in SS converso, *superesso* dixisse veteres. Et juvat, quòd non alibi invenias hoc verbi, quàm in uno istoc tempore. Vti apud Ennium :

Dum quidem unus homo Romanus togâ superessit.

Ita locum hunc puto legi debere. Vti & istum Attii in Chryssippo, quem idem adducit :

k 3

— Qui

— *Qui superessit hinc,*

Spartam atque Amyclas trado — .

Sanè MSSi, & codex Ald. ac eo antiquior Mediolanensis, habent, *Qui huic superessit*. Sunt qui reponant; *Quin huic si superessit, Spartam atque Amyclas trado*. Sed nulli hic numeri, nisi scribas, ut ex jambico sit:

— *Quin, si superessit, huic*

Spartam, atque Amyclas trado — .

Quod non improbo: nisi quod *superessit* malo, quàm *superessit*, uti dixi.

C A P V T X V I .

In Infinitivo non est ead. m. vox præsentis, ac præteriti imperfecti. In eodem duplex futurum male a Grammaticis confundi. Futurum hoc esse omnis generis, ac numeri. Ac par fortasse ratio præteriti passivi. Etiam tempus hoc æque quæ per verbum FORE. Saturnii error, credentis FORE esse præsentis. Futura futuris recte jungi: imò & præteritis tum activæ vocis, tum passivæ.

Superest infinitivus: cujus triplex item tempus; præsens, præteritum, & futurum. Sed præteritum imperfectum malè putarunt voce idem esse ac præsens. Nam pro gaudio, quod amas, rectè dicitur, gaudeo te amare. At pro illo, gaudeo quod jam tum amabas, non item dicere liceat, gaudeo te jam tum amare, sed amasse. Quare amare quidem est præsens: sed amavisse, non tantùm præteritum perfectum, & plusquamperfectum, sed etiam imperfectum comprehendit. Video objici à nonnullis, quod sæpe, per enallagen, prima infinitivi vox pro indicativo imperfecto accipiat: ut illo Maronis †:

Tum pius Aeneas humeris abscindere vestem.

Vbi abscindere poni ajunt pro abscindebat. Sed falluntur. Neque enim est enallage, sed ellipsis, quia intelligitur capiti: quod in libro de structura plenius ostendemus.

Akera difficultas occurrit in temporibus, quæ circumloquimur per SVM, vel EO. Tale est futurum activum; quod duplex hic non minùs se offert, quàm in Indicativo passivo. Nam ut istic aliud est futurum simplex, quale amabor: aliud, quod Varro vocat exactum, ut amatus ero, vel fuero: ita hic in voce activâ, aliud est futurum simplex sive infectum, quale amaturum esse, id est, quod amabit: aliud verò futurum exactum, ut amaturum fuisse, id est, quod amavisset. Cicero in Verrem: Dico illum hæc venditurum non fuisse. Quod sanè aliud est, quàm venditurum esse. Idem in eundem: *Vt perspicuum sit omnibus, nunquam*

Lam.

Lampfacenos in eum locum progressuros fuisse. Idem Tuscul. III : Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod corvis & cornicibus vitam diuturnam, quarum id nihil interesset ; hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset : quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrinâ hominum vitâ erudiretur. Cæsar lib. III belli civilis : Existimabant plerique, futurum fuisse, ut oppidum amitteretur. Plinius in Panegyri. Non putassemus, istud te facturum fuisse, nisi recusasses. Mirus Grammaticorum stupor, cum hæc confundunt.

Futura in R V M antiquis haut fuere certi generis, aut numeri : quemadmodum de infinitivo tradunt Gellius lib. I, cap. VII, Priscianus lib. IX, extremo cap. de prima Conjugat. Augustinus Saturni. lib. IV, cap. X, Carrio lib. I Antiquarum Lect. cap. I, &c. Exemplis aliquammultis id confirmabimus. C. Gracchus : *Credo ego inimicos meos hoc dicturum. Valerius Antias : Aruspices dixerunt, omnia ex sententia processurum. Lucilius apud Prisc. lib. IX, sic ad Penelopam conversus ait : Nupturum te nupta negas, quod urvere Ulysses Speras. Cato in v Originum : Illi polliciti sese facturum omnia. Quadrigarius : Hostium copias ibi occupatas futurum. Idem : Est quod speremus Deos bonis benefacturum. Sylla in XXI rerum suarum : Ad summam perniciem Remp. perventurum esse. Ita rectè est in MSo Prisciano meo ; pro quo antiqua Veneta, & nupera Putschii, habet *perventuram*, contra Prisciani mentem, qui disertim participii neutri fecerat mentionem. Laberius : *Non putavi hoc eam facturum. Ac denique Tullius ipse Verr. v : Hanc sibi rem sperant præsidio futurum.**

Neque id tantum verum videtur in futuris activis ; sed etiam præteritis passivis. Plautus Amphitr. Prologo :

Iustam rem, & facilem, esse oratum à vobis volo.

Ita libb. vett. ac probat hanc quoque lectionem Ianus Guilielmus lib. I Quæst. Plautin. cap. I.

Augustinus Saturnius, ac Martinus Cueva Cremonensis *, adferunt & illud Gellii lib. I, cap. v : *Elegans illa vestis, & molles tunicule, Demostheni ab æmulis probro datum. Verum in castigatioribus codd. legitur : Κομψή illa χλαυίς καὶ μαλακὰ χιτῶνισκοί, ab æmulis adversariisque probro data, sive, ut in Ascensianâ est, dati.*

Ad futurum infinitivi redeamus : quod non tantum circumloquimur per verbum *esse*, vel *fuisse* : sed etiam per *fore*, ut *amaturum fore* : etsi id neget Valla lib. I, cap. XXVI. Quasi non Ciceronis ipsius sit ad Att. lib. v, epist. ult. *Deinde addis, siquid secus, te ad me fore venturum. Scio, Lambinum reponere, fortasse venturum* : sed libris invitis. Adferunt & hoc pro Milone : *Vrvo P. Clodio, nihil vos horum visuros fore. Quomodo*

&c.

& Nizolius citat : sed in melioribus codd. est, *viseros fuisse*. Item adferunt è Livii lib. VI II de bello Punico II : *Acturum se ait per populum aperte fore*. Locus est in verbis P. Scipionis , proximè ante orationem Fabii M. Sed meliores libri habent , *aperte ferret*. At accommodatus veriusque est hoc Livii extremo lib. VI ab V. C. *Deorum immortalium causâ libenter facturos fore*. Itidem Gellius ait lib. XII, cap. XI, *ignorantibus forent*. Nec video, cur addere non liceat Porcium Latronem ; non cum , cuius de eloquentia Plinius lib. XX, cap. XIV , & Fabius lib. X, cap. V : sed sub ejus tamen nomine declamatorem antiquum , cuius ista : *Incem nescio quam de domo Cornelia quondam proditura fore, quæ gloria nominis sui Romanam imperium complexura sit, & illustratura*. Idem : *Lustrare matronis Urbis, ac liberos nostros, observatam pudicitiam supplices ac congratulantes universos ad genua vestra obversaturos fore*. Ibidem : *Credite item vim universam flagitiose juvenutis, hodierno Catilinae supplicio simul conficiendam fore*. Dicat quis pro Laurentio , hæc nomina potius esse , quam participia : aut cum Augustino Saturnio * hinc colligat , *fore præsentis, non futuri esse temporis*. Verum fugit utrumque ratio, quum nihil prohibeat, quo minus futura copulenter futurus. Cicero I de Invent. *Altera est, in quâ verum carum, de quibus erimus dicturi, breviter expositio ponitur distributa*. Pro Fonteio : *Ita verò, si ibi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius*. Imò & futura miscentur præteritis, ut cum in Philipp. ait : *Dixit aliam sententiam se dicturum fuisse, &c.* Et II de Divinat. *An tu censēs ullam animum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnumquam, forte, temere concurrerent ?* Idem Bruto lib. XI, epist. VIII : *De reliquis rebus a te jam expectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirrius, quid Cæsar meus : quos spero brevi tempore societate victoriæ tecum copulatos fore*.

* lib. 4.
c. p. 14.

C A P V T X V I I.

Circumlocutio per supinam, & verbum ire, non est futuri, sed præsentis temporis. Futura antiqua in asserere, ut impetrassere, expugnassere, & unde ea fluant. Abjugassere. Circumlocutionem per I R I contra esse futuri, non præsentis. Saturnii in hoc error. Esse futura hæc omnis & generis, & numeri. Etiam præteritum circumloquuntur veteres per verbum E O, atque adeo etiam modos finitos.

Vidimus de periphrasi eâ, quæ fit per verbum substantivum : nunc accedamus ad alteram, quæ fit per verbum *eo*. Vbi primum quaeritur , *perditum, & prohibitum ire*, similiaque , num præsentis, an futuri sint temporis. Futuri esse docent Donatus , Diomedes , cæterique vete-

veteres Grammatici : præsentis esse vult Saturnius lib. iv, cap. x. Pro Saturnio facit Agellius ipse lib. x, cap. xiv, ubi illud M. Catonis, *Contumelia mihi factum itur*, exponit, *itur ad contumeliam faciendam*, hoc est, opera datur, quò fiat contumelia. Eandem verò esse rationem infinitivi, ostendunt hæc veterum testimonia. Plautus Cistellariâ * :

Qui magis potueris mihi honorem ire habitum,
Nescio. hoc est, habere honorem.

Idem Bacch. †

Ut istuc delictum desistas tantopere ire oppugnatum.

id est, oppugnare.

Idem Pœnulo ‡ :

Siccine oportet ire amicos homini amantem operam datum ?

hoc est, operam dare.

Idem Persâ * :

— *Neque enim decet*

Sine meo periculo ire aliena ereptum bona.

Quem locum imitatur Plinius in Panegyrico : *Ereptum*, inquit, *alienas pecunias eunt ? Perdent, quas habent.* Similiter Cicero lib. xiv, ep. i ad Terent. *Per fortunas miseras nostras, vide ne puerum perditum carnis.* Sic enim legendum, ut rectè emendat Andr. Schottus Nodorum Ciceron. lib. iiii, cap. ii. Vbi vulgati ineptè *perditum perdamus. Perditum ire*, pro *perdere*, etiam dixere Plautus Aulul. Terent. And. Salust. in Catil. & Aurelius Victor. Horatius lib. i, od. ii :

Vidimus flavum Tiberim, retortis
Littore Etrusco violenter undis,
Ire dejectum monumenta Regis,
Templaque Vestæ.

Agellius lib. xiv, cap. vi : *Homo nobis familiaris, Adjutum*, inquit, *ornatumque volo ire noctes tuas.* id est, adjuvare, ornareque. Nec tamen dissimulare possum, in hujusmodi circumlocutione etiam inesse notionem futuri. Nam cum dico, *ire coenatum*, in eundo quidem significatio est præsentis : coenatio autem intelligitur futura. Cumque dico, *ire perditum*, indico quid fiat, & quid futurum. Nempe hoc agi, ut perditio alicujus consequatur. Ac illud movit Grammaticos, ut istiusmodi facerent futura. Sed ex iis, quæ dixi, abunde liquet, principalem significationem esse præsentis.

Cave autem imponant testimonia, quibus nonnulli probare sunt adnixa, hujusmodi potius futuri esse temporis. Nam ea in melioribus codd. longè aliter concipiuntur. Adferunt è Cic. lib. ii de Invent. *Si illud concedatur, illud non concessum ire oportet.* Verùm oportet non est apud Ciceronem. Citant item è Plinii lib. ii, epist. v ad Lupercum :

Que

Quæ absolutiora mihi videbantur, non fuit alienum iudicio tuo traditum ire. Atque ita vetus Parisina à Phil. Beroaldo recentita. Sed apud Plinium nunc est *tradi*; quomodo & jam olim excusum in Aldinâ; quamquam in eâ corruptè legitur, *ju dicio tuo his tradi*.

* Act. 4. sc.
Quid mihi
nunc.

Errant quoque Saturnius, & alii, quum unum esse Plauti locum in Milite * autumant, quo istiusmodi futura defendi queant. Quippe apud Comicum hunc in melioribus libris est; *Credo te facile impetrassere*; non autem *impetratum ire*. Est verò *impetrassere* idem, quod *impetratum esse*. Ita quoque usurpat in Aululariâ act. iv, sc. Dixi tibi mater:

Et istud confido à fratre me impetrassere.

Nam sententia est, colloquar cum avunculo Megadoro de te, & amicâ tuâ, Euclionis filiâ: ac quandoquidem ea à te vitiata est, spero me impetratum ab eo, ut tu eam ducas uxorem. Summus vir mavult *impetrassere*. Sed id hinc locum vix habet, quia illa in *scio*, uti dictum, significant inchoationem; ut *labasco* est *labi incipio*: eademque in *amasco*, *hiasco*, atque aliis, ratio est. Idem Plautus Casinâ act. i, sc. Omnibus rebus ego: — *Atque me hoc credo impetrassere*. Quemadmodum autem his locis *impetrassere* usurpatur, pro *impetratum esse*, vel fore; sic Captivis act. i, sc. *Advorie animum sis, reconciliassere* legitimus, pro *reconciliatum esse*:

*Habe modo bonum animum. nam illum confido domum
In his diebus me reconciliassere.*

Et *expugnassere*, pro *expugnatum esse*, dixit idem Plautus Amphitryone †:

† Act. 1. sc.
Qui me al-
ter est.

*Si quæ a sportassent redderent, se exercitum ex templo domum
Reducturum, ab utros Argos Argivos, pacem atque otium
Dare illis. sin aliter fient animati, neque dent, quæ petat:
Se se igitur summâ vi vivisque eorum oppidum expugnassere.*

Nec obscurum est, unde hujusmodi futura descendant. Nam (quod etiam Turnebus monet lib. iv Adversar. cap. xv,) uti Græcis à $\pi\psi\omega$ est $\pi\psi\epsilon\upsilon$, ita Latinis *expugnassere*, *impetrassere*, *reconciliassere*, veniunt ab *expugnasso*, *impetrasso*, *reconciliasso*: quæ antiqua esse subjunctivi futura, superiori capite ostendimus. Sic quoque ab *abjugasso*, pro *abjugato*, puto dixisse *abjugassere*. Gloss. vett. ab H. Steph. edita: *Abjugassere*, Αποζευξαι .

Et si autem *amatum*, *expugnatum ire*, cæteraque ejus generis, sint præsentis temporis: non tamen existimandum, *amatum*, & *expugnatum iri*, præsentis quoque esse. Nam ea futuri esse, hæc abunde loca innuunt. Cic. lib. i de Invent. *Majores nostri, si, quod obesset, scripsissent, quum esset intellectum, repudiatum iri legem intelligebant*. Idem ad Atticum lib. vii, epist. i:

epist. I : *Dederam equidem L. Sausseio literas : sed, ut philosophi ambulans, has tibi redditum iri putabam prius.* Idem lib. IX, epist. XI : *Μετρο, ne vexetur Epirus : sed quem tu locum Græciæ non direptum iri putas ?* Ad eundem lib. X, epist. II : *Quod scribis, te ipsum putare, me attractum iri, si de pace agatur.* Livius lib. XXIX : *In eam spem erecta civitas erat, in Africa eo anno debellatum iri.* Falsus hac in re Augustinus Saturnius, qui lib. IV, cap. X docet, hujusmodi nonnumquam esse temporis præsentis.

Porro, quod dicebamus, de futuris activis, quæ per esse, vel fuisse circumloquimur, eadem voce invariata, jungi cujuscvis generis ac numeri nominibus : idem longè etiam usitatius in hujusmodi participiis passivis. Ita Cicero dixit lib. primo de Divinat. *Vasinnatus est, madesactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine.* Terentius Prolog. Hecyr.

— *Quum interea rumor venit,*

Datum iri gladiatores —.

Quintilianus lib. IV, cap. II : *Reus parricidii damnatum iri videtur.* Plautus Rudente * :

Mi isthæc videtur præda prædatum irier.

Quemadmodum item labuntur Grammatici falsum adferentes futurum, quod per IRE circumloquamur : ita cæcutiunt iidem, dum unicum duntaxat præteritum esse autumant. Siquidem non minùs rectè dici, *amatum irisse*, quàm *amatum ire* ; fidem fecerit hoc Taciti lib. XIII Annal. *Tradunt plerique scriptores, crebris ante exitium diebus illissem esse pueritiæ Britannici Neronem. pro illisfisse.*

Imò extra quoque infinitivum hæc circumlocutio locum habet. Plautus Cistell. act. I, sc. Quum ego antehac : — *Exant depressum*, hoc est, deprimunt nos. Casinà act. III, sc. Vide fur : — *Si eas ereptum, illico scindunt.* Terent. And. act. I, sc. I : — *Cur te is perditum ?* Idem Heaut. act. II, sc. III : — *In meâ vitâ tu tibi laudem is questitum, scelus ?* Livius lib. II belli Maced. *Neu pertinaciâ suâ gentem universam perditum irer.* M. Cato apud Gellium lib. X, cap. XIV : *In hac contumeliâ, quæ mihi factum irer.*

Aliud vero *obligatum iri*, aliud *obligatum fore*, vel *futurum esse* : in illo est futurum simplex, quale *amabo* : in hoc futurum exactum, quale *amavero*. Itaque dicam, *Nondum mihi es obligatus : sed spero te propediem futurum obligatum : cibus etiamnum coquitur* : sed puto intra horam fore *coctum*. Ac par ratio, quoties participium passivum cum *fore*, vel *futurum* conjungitur.

* *Ab. 4. Sc. Quam max licet.*

CAPVT XVIII.

Variantes veterum sententia DE NUMERO CONIUGATIONUM, & earum characteristicâ. Plauti locus adversus Emmanuelem Alvarum expositus.

Hinc rectâ transeo ad conjugationes. Quas vetustiores statuere numero tres. In iis Comminianus, disertissimus Grammaticus, ut eum vocat Charisius; qui & hæc è Comminiano exscripsit: *Conjugationes, quas Græci συζυγίας appellant, sunt apud nos tres; Prima, Secunda, Tertia. Hæc dignoscuntur in verbis activis, & neutralibus, sic. Primæ conjugationis verba, indicativi modi, temporis præsentis, personâ secundâ, A S literis productis terminantur: ut amo, amas; cano, canas. Secundæ conjugationis verba E S literis productis terminantur: ut video, vides; moneo, mones. Tertiæ conjugationis verba I S literis, interdum producte, interdum correpte terminantur. Correpte; ut lego, legis: producte; ut, audio, audis. Hanc Comminiani sententiam amplectuntur etiam Diomedes, & Donatus. Nobilis nostri ævi Grammaticus, Emmanuel Alvarus, autumat, hinc*

Lucem capere locum Plauti Mercatore:*

DEMIPHO. Hodie ire in ludum occæpi literarum, Lyssimache: ternas scio jam. LYS. quid, ternas? DEM. Amo.

Censet enim senem intelligere ternas conjugationes: quarum paradigma sint *Amo, Doceo, Lego*. Sed mihi dubium non est, quin ternæ literæ, A, M, & O, intelligantur. Nam pueritia Romana, cui lingua Latina erat vernacula, non conjugationibus discendis occupabatur: sed duntaxat legere scribereque discebat: cujusmodi veterum fuisse *γραμματικῶν*, libro rei Grammaticæ primo ostensum à nobis abunde fuit. Illud etiam Emmanueli adversatur, quod ternas quidem literas uno die puer in ludo discat; ternas conjugationes tam brevi spatio discere non possit.

Ex tribus verò Comminiani, Diomedis, & Donati conjugationibus, tertiam in duas dispescunt Charisius, & Priscianus: quos nunc sequimur vulgò.

Eriam in eo est diversitas aliqua, quod plerique omnes nunc malunt penultimam infinitivi facere characteristicam conjugationum: idque quia terminationes indicativi AS, ES, IS, tantum sint activorum, & neutrorum; non passivorum, & deponentium. Neque non animadverterunt hoc veteres: sed putarunt, A longum infinitivi non posse notam statui primæ declinationis, quia *do*, A corripit in infinitivis, *dare*, & *dari*, sive, ut veteres dixere, *dasi*, teste Festo. Nempe

ut

ut *arena* posuere, pro *arena*; *Lases*, pro *Lares*; *Papisis*, pro *Papirii*. Iidem in compositis corripitur, ut *circumdari*, *peffumdari*. Hæc cum alii viderent, conjugationes maluerunt distinguere ex imperativo: qui *A* habet in prima; ut *ama*, *amare*, & *amator*: E longum in secunda; ut *doce*, *docere*, & *docetor*: E breve in tertia; ut *lege*, *legere*, & *legitor*: I in quarta; ut *audi*, *audire*, & *auditor*. Estque canon is perpetuus in imperativis integris: sed in syncopen passis nunc locum non habet; uti sunt, *dic*, *dnc*, *fac*, *fer*. Apud veteres autem salva erat regula; quia dicebant, *dice*, *duce*, *face*, *ferere*: ut Diomedes ait in primo. Vnde & Maro antiquitatis, ut ibidem legas, *amantissimus*, lib. xi ait:

Tu Voluse, armari Volscorum edice maniplos.

Sed in his, quos sequare, non magni refert. Veniamus ad alia majoris momenti: uti est præteritorum, & supinorum doctrina: ubi multa sanè occurrunt maximi usus ad sermonem Latinum: nec pauca, in quibus castiganda nobis sit Grammaticorum non ignobilium inscitia. Id quod pareat, primo loco dicam de compositis ex iis, quæ præteritum habent geminatum. Satius enim iudico, semel hoc labore defungi, quàm ut in singulorum compositis eandem doctrinam ad nauseam reponamus.

CAPVT XIX.

De præteritis & supinis eorum, quæ geminationem præterito admittunt. Mala: pina refellitur. Prisciani lapsus. Attotonse, cresse, cesse, consumasse, &c. Præmemordi, præmorfi. Capri discrimen inier repupugi, & repunxi. Geminatio in præteritis proflexit ab augmento Græcorum. Memordi, spepondi. Cæcidi pro cecidi male scribi. Sefcidi, scelcidi, vel sciscidi.

NEgant præteritum ullum primitivi geminationem retinere, præterquam in *do*, *sto*, *disco*, *posco*. At & malè addunt *do*, & *sto*; in quibus, nisi placeat *στὴ στυγνῆσι* ex *stestavi*, vel *dedavi*, facta, nullam geminationem cernere est: & malè prætereunt composita à *curro*: non omnia fortasse; nam *accurro*, *circumcurro*, *discurro*, *incurro*, *occurro*, *recurro*, *succurro*, nondum reperi cum geminatione præteriti: attamen *decurro*, *excurro*, *præcurro*, *procurro*, *concurro*; quæ interdum geminant primam. Plautus Stichus act. II, sc. Quisnam obsecro:

— *Sed ego huc citus*

Præcurriti, ut nunciarem nuncium exoptabilem.

Terentius Hec.

Vna illarum interea propere præcurrit.

Cicero lib. III de Orat. *Faciles enim, Antoni, partes eæ fuerunt duæ, quas modo percucurrari.* Cato contra C. Pisonem: *Videò hac tempestate concucurrisse omnes adversarios.* Hirtius lib. VIII de bello Gall. *Cum omnes regiones Galliæ Cæsar percucurrisset.* Livius lib. I, al. 2: *Quam plures igni, quam ferro, armati excucurrissent.* Idem lib. XX, apud Priscianum lib. X: *Etsi ferocius procucurrisset.* Ita editi omnes, & MSus noster. Plinius lib. III, epist. ad Cannium: *Cujus tædio ad mortem irrevocabili constantiâ decucurrit.* Curtius lib. VI, cap. XIV: *Eodem temporis momento ad Philotam decucurrisse.* Suetonius in Nerone cap. XI: *Notissimus eques Romanus elephanto superjedens per catadromum decucurrit.* Et in Galbâ cap. XVIII: *Quamque exterritus luce primâ ad expiandum somnium præmissis, qui rem divinam appararent, Tusculum excucurrisset, nihil invenit præter septidam in arâ favillam.* Tacitus lib. II Annalium: *Restituit aram, honorique patris princeps ipse cum legionibus decucurrit.* Itidem decucurrerint ulurpat Tertullianus lib. de velandis virginibus, cap. IX. Quemadmodum & apud eundem lib. I ad uxorem legere est: *Oportebat legis adimplendæ causas præcucurrisse.* Alia quoque aliquot loca nobis intacta adfert Carrio lib. III Antiq. lect. cap. V. Hæc sanè, quæ adduximus, abunde errore detegunt Leonardi Malaspinae, qui castigat. in lib. I ad Att. epist. XVIIII putat, pro *concucurrerunt* necessariò vel *concucurrerunt*, vel *concurrerunt*, legi debere; quia, ut ait, in *curro*, adjectâ præpositione, cesset geminatio syllabæ: ac solum duo sint, quæ admittâ præpositione iterent, *disco*, & *posco*. Estque is error eo spissior, quòd præter *curro*, & alia sint, quæ geminationem admittant. Nam *detondeo* quoque *detondi*, & *detotondi*, facit, juxta Priscianum in IX: ubi hoc Varronis in Magno talento citat, *Detotonderat forcipibus viticarpiferis.* Idem adfert illud Ennianum in Annal.

Et detotondit agros letos, atque oppida cepit.

Sed pravo malè talo carmen id fultum est, nisi legamus *detondit*: vel, quod verius, *Deque totondit*, *Ἐ τῆσιν*, ut apud Lucilium, *Deque petigo*, pro *Et depetigo*. In vet. nostris membranis copulâ omittâ scriptum est, *Detotondit agros.* Sed sic quoque claudicat. Quod emendationem superiorem firmat. Ac Ioannes Livineius (ut Carrio monuit loco antè citato) in *περὸς ἡμᾶς*, quæ in Ventidium Bassum extat, censet legi debere:

Vbi iste post Sabinus antè Quintio

Bideme dicit attotondit forcipe.

Vbi *attotondit* *Ἐ συνηντῶ* positum pro *attotondisse*. In vulgatis scriptum erat:

Bideme dicit attonditte forcipe.

Vnde

Vnde Scaliger conjectabat, *atrodisse*. Sed Livineji illud magis placet. Sic *cesse*, pro *cessisse*; *cesse*, pro *crevisse*; *consumse*, pro *consumsisse*, Lucretius dixit; Terentius *produxse*, pro *produxisse*; *promissse*, pro *promississe* Catullus, similiaque alii. Est & apud Plautum *desponondi* in Trinummo* :

-- dixisti nostrum herilem filiam

Lesbonicum suam sororem desponondisse?

Et in Truculento act. IV, sc. Egone tibi :

-- Dinarchus, cui illam prius desponderas.

* Sc. Quo
modo in
stuc.

Nisi malis *sponsodi*, ut antiqui extulere, quemadmodum apud Gellium legas lib. VII, cap. IX.

Etiam *præmemordi* dixit, eodem Gellio † teste, qui illud citat ex Aulul. *Vi admemordit hominem*. Pro quo eundem in Trigeminis *præmorsi* dixisse, idem observat ex his verbis : *Ni fugissem, medium credo præmorsisset*. † 46. 7. c. 9.

Grammaticorum quoque *ἀνολογίαν* illud arguit, quod ipsi agnoscunt alibi, *repungo* facere *repungi*, & *repunxi*. Imò Caper quoque, ut Priscianus docet lib. decimo, voluit *repungi* esse vicissim *punxi*, *repunxi* verò referri ad rationes. Non inficior, vanum esse commentum, quod de discrimine adducit, ac cujus fides meritò sit penes autorem : interea tamen hinc evincitur, veteres utrumque ei præteritum tribuisse.

Non dubitandum autem, quin hujusmodi præteritorum geminatio facta sit exemplo Græcorum. Nam olim quoque per E dicebant *memordi* & *spepondi* : nempe quâ formâ dicunt Græci, *ἀέλεχα*, & *ζέχαφα*. Quin, ut Gellius docet lib. VII, cap. IX, Tullius ipse, & C. Cæsar, dixere *memordi*, *pepungi*, *spepondi*, nequis id ab antiquissimis tantùm factitatum putet. Quare non librarii culpa, sed antiquitatis vestigium est, quod hodièque apud Maronem XI Æn. *memordit* per E legitur in antiquis aliquot codd. ut observavit Pierius. Imò & multa ejusce generis in usu remanserunt ; ut *seselli*, à *sallo* ; *peperi*, à *pario* ; *tetigi*, à *tango* ; *cecidi*, à *cado* ; & *cecidi*, à *cedo*. Ita enim hanc vocem scribendam ratio dicitur ; non *cæcidi*, quum *cecidi* dicatur pro *cecidi*, & in i converso, quemadmodum fit in *occido*. Hanc rem illud quoque liquidò comprobatur, quòd prima in *cecidi* corripitur : ut apud Ovid. VII. Metam.

Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat arte.

Ac similiter Lucanus lib. IV :

Tertæ fugæ, donec vetererunt castra, cecidit.

Et Juvenalis † lat. III :

† lib. I.

Ebrinus,

*Ebrius, ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
Dat poenas.*

* vers. 859. Seneca Herc. Fur. *

— *Adverso Lycus*

Terram cecidit ore.

† vers.
1036.

mutant in *petivir*. Idem eadem tragœdiâ † :

Tibi hunc dicatam maximi conjux Iovis

Gregem cecidi.

Ita est in MSSis. At malè *cecidit*

† *act.* 4. *sc.* 1.

* *lib.* 7. *sc.* 10.

Etiâ *tollo tetuli* habuit; quo utitur Plautus Rudente †, & alibi: & *scindo, scicidi, vel scescidi, fecit, Gellio* * teste; qui adfert illud L. Attii in Soradicorum libro primo: *Non ergo aquila ita, uti prædicant, scesciderat pectus. Quem locum etiâ Priscianus citat in decimo: sed scisciderat per tertiam vocalem perperam apud eum legitur vulgo. Qui & Afranium, & Nævium, & Ennium, similiter docet locutos. Atque*

† *Indice Lucretii in Scindere.*

† *act.* 3. *sc.* 2.

Obertus Giffanius † apud Plautum Pseudolo † legendum censet:

Nam ego cicilendrum quando in patina sciscidi:

De præteritorum geminatione ad rei necessitudinem satis egimus.

C A P V T X X.

De verbis primæ geminationem nescientibus. Incepui in objurgandi significatione. Adjuvatum quidem, at non item adjuvarunt dicitur. A juvo præteritum ivi, vel juvi, priori brevi. Potaturus, & poturus. Præstaturus. Constaturus. Artire, impetrire, abstir, similiaque I pro A recipientia. A Prisciano semel, iterumque, recessum. Intonaturus. Sonaturus. Verbalia primæ, A in antepenultima fere amani, nisi supina in ITVM sint usitata. Valla notatus.

VEnio nunc ad præterita supinaque aliorum, quæ geminationem nesciunt: ubi errorum plus est ferè *

Quàm olim muscarum est, cum caletur maximè.

* Plautus
Truculentus
act. pr. *sc.*
Non omnia
atque increpo.

Potissimum proponere contentus ero.

Increpo pro objurgo volunt facere *increpavi, increpatum*. At veteres eâ quoque in significatione semper *increpus, & increpitum*, dicunt. Hoc quidam agnoscunt nobiscum: sed parum rectè tuentur. Nam adferunt illud Plauti Amphitry. *act.* v. *sc.* Spes atque opes:

— *Totus timeo, ita me increpuit Iupiter.*

Nam de sono tonitrus hic locus accipi debet, ut vel indicat versus, qui paulò antecesserat:

Strepius, crepius, sonitus, tonitrus, ut subito, ut properè, ut valide tonuit!

At firmiora, quæ subdam. Plinius lib. III, epist. IX ad Minutianum:

num : *Suam die Salvius Liberalis reliquos legatos graviter increpuit.* Suetonius Vespas. cap. VIII : *Adolescentulum flagrantem unguento, nutu aspernatus, voce etiam gravissimâ increpuit, Mallet allium oboluisse.* Livius lib. II belli Macedonici : *Mulus probris increpuit.* Similiter Sulpitius Severus, sermonis puritate nulli ecclesiasticorum scriptorum secundus, lib. I Histor. sacrae : *Mulus tamen increpatis, Levitas ad se conegavit.* Item : *Mulum à sene increpâti, ægreque exorati.* Ita enim legendus is locus, non *exhortati* : quod & Sigonius observavit. Idem tamen Sulpitius nec *increpavi* refugit. Nam ejus est eodem libro : *Quamquam plerumque eos pater increpasse referatur.* De Heli, ac filiis, sermo est. A *discrepo* quoque Horatius * *dixit discrepuit* ; sed *discrepavit* usitatius est. ^{* Arte} Eoque usus Cicero II de Orat. *Nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discrepavit ab Aneoni divisione nostra partitio.* ^{Poet.}

Intum tantum in compositione inveniri videtur, ut *adjutum*. Dixit tamen Sallustius in Iugurthâ : *Ratus id quod res monebat, frequentiam negociatorum & commearum juvenarium exercitium.* Ac similiter *adjuvatum* legimus. Petronius Arbiter : *Adjuvatos nos divinam providentiam vel periculo nostro.* In præterito tamen dicere non ausum *juvavit* ; quod apud Manilium est, Theodosiani, non Augustæ ævi poetam. *Adjuvavit* tamen, pro *adjuverunt*, hodie in multorum scriptis legas ; etiam eorum, qui in literis sunt primi nominis. Fortasse autem antiqui in carmine etiam *svi* dixerunt, pro *juvi*. Id comprobari videtur hoc Catulli de coma Beronices :

Non, ita me Divi, vera gement, iuverint.

Nisi cum Scaligero malis *juverint*, ut reservet quantitatem præsentis. Quamquam *iuverint* probet quoque Acidalius ; qui apud Plautum itidem legit Mostellariâ act. III, sc. II :

Melius anno hoc mihi non fuit domi,

Nec quando esca una bene me iverit magis.

Poto in supino *potatum*, &c, *πὶ συγκέλιω*, *potum* facit. Illo utitur Terentius Phorm. † *Nam potaturus apud me est.* Columella lib. XII extre-^{† act. 5.} mis verbis capitis LI : *Id si non exhausseris medicamentum, dabitur potatum sc. 5.* imbecillis bubus, & cætero pecori. Plinius lib. II, cap. CIII : *potata aqua.* At posterius semel iterumque usurpat Maro in Bucolicis, & IV Georg. Ita enim legit Priscianus,

Quoque modo potis gauderent intuba fibris.

Pro quo in Longobardico codice *positis* legitur, ut tradit Pierius. Lucani itidem est lib. V :

*Strymona sic gelidum, brunnâ pellente, relinquente
Poturae te, Nile, grænes.*

Necniit dixit Ennius, cujus est :

Hos pestis necniit ; pars occidit illa duellis.

Quod & apud Priscianum in IX. Vnde *eneeniit* apud Sueton. de illustribus Gramm. Sed extra compositionem exolevit.

Nectum in supino non legitur ; præterquam in compositis, ut *interneatus* apud Ciceronem Philippicâ XIV, & Plautum Amphitr. Item *eneatus* I Tuscul. & alibi : pro quo *eneatus* legitimus apud Plinium lib. XVIII, cap. XIII. Quomodo autem *necatus*, vel *eneatus*, aut *neci datus*, distinguant Grammatici ab *occiso*, vide apud Festum in *Neci datus*, & *Occisus*. Sed discrimen id non observatur.

* lib. 2, et. 34, ad Lynceum, cuius initium, Cur quinquam.

Composita à *sto* rarius in præterito habent A. Tale est *restaverit* apud Propertium *. *Id quoque præstaverit*, apud Ammianum lib. XXXI. Itidem *præstaverit* est in Institut. Iustin. *Præstasse* in plerisque MSSis Vegetii lib. I, cap. I. *Distasse* pro *distitisse*, legas apud veterem Irenæi interpretem lib. I, initio cap. XXIV. Hoc imperitiæ tribueretur, nisi propter priora suspicio foret sic tum locutus. At in supino sæpius habent A longum ; rarius I breve. Brutus in epist. apud Priscianum lib. IX : *Occiso C. Cesare*, postquam mare transierat, *præstatum* est. Idem ad Ciceronem, lib. XI, epist. ad fam. *Vtrumque me præstaturum spero*. Et Cicero epist. XIX, lib. XIV ad Att. *Puto, si quid in homine pudoris est, præstaturum eum, ne pro se quodammodo dependatur*. Livius lib. XXVIII, in sermone Masaniissæ ad Scipionem : *Id se minus præstare in Hispania, aliena atque ignota terra, potuisse. In qua autem genus educatusque in spem paterni regni esset, facile præstaturum*. Ita quoque Aldi, & Asulani editio habet. Vitruvius lib. I, cap. I : *De artis vero potestate, quæque insunt in ea ratiocinationes, polliceor, uti spero, his voluminibus, non modo ædificantiis, sed etiam omnibus sapientibus, cum maxima auctoritate me sine dubio præstaturum*. M. Seneca anteloquio lib. I Controversiarum : *Ipsis quoque multum præstaturus videor, quibus oblectio immineat*. Item Tertullianus lib. de poenitentia extremo, capite septimo : *Ante enim quam debeat, re-promittit, quo semper is, qui est præstaturus, offenditur*. Et lib. de fugâ in persecutione cap. XII : *Non aliud vendicat, quam quod præstaturus est promissio suo*. At Cicero ad Cæcinam lib. VI, ep. VIII dixit : *Se præstaturus, nihil ex eo te offensionis habiturum*. Quamquam & hic nonnulli codd. *præstaturus*. Item Brutus Ciceroni, in libro epistoliarum ad Brutum : *Vi non dabitem, quin se præstaturus fuerit acerrimam propugnatorum communis libertatis*. Quod verò in præsto vidimus, id in *consto* quoque, ac similibus, locum habet. Lucanus lib. II :

Constatura fides superis.

Martialis lib. X, epigram. XLI :

Com-

*Constatuta fuit Megalensis porpora centum
Millibus.*

Imò Augustinus Saturnius solum *constatutum* agnoscit.

Plinius lib. XII, cap. XXII : *Exstatuta etiamnum duabus generis.*
Quintilianus lib. II, cap. XII : *Video quosdam in ipso statim limine ob-*
statutos mihi. Frontinus lib. I, cap. VI : *Fugientibus instatutos victores,*
Similiaque reperies in Pandectis compluria. At Æmilius Porciana
Orator in oratione, Vt lex Æmilia abrogetur, apud Priscianum lib.
IX, ait : *Tempore adstaturum, atque petitarum, me abesse.*

Fortasse autem hæc diversitas ex eo orta est, quòd veteres, quomo-
do aiebant, *artire*, pro *artare*, & *impeire*, pro *impeirare*; ita & dixerint
prestire, *obstire*, *adstire*, pro *prestare*, *obstare*, *adstare*. Quod qui censent, ii
apud Plautum *Afin.* act. II, sc. Quid hoc est negotii? è schedis Langii
legere malunt : *Ita iracundia obstit oculis* : pro *obstiat*. Vbi in vulgatis est
obstuit. Itidem in illo Ovid. XI *Metam.* *Es qua pars admonet, abstii* : *ab-*
stii poni putant, pro *abstiat*; non pro *abstuit*, ut censet Priscianus. Sen-
tentiam quoque suam probatum eunt compositis *obstius*, *vestibulum*,
prohibulum. Sed fortiora hæc essent, nisi tanta esset eorum seges, ubi
in compositis A in I convertatur, nec causa hæc possit adferri.

E compositis à *plico*, quatuor hæc, *applico*, *implico*, *complico*, *explico*, du-
plex habent præteritum, ac duplex supinum. Vt nihil causæ videat-
tur, cur Bongarsius apud Iustinum lib. XI pro *applicato* rescribere ju-
beat *applicato*. At *duplico*, *triplico*, *multiplico*, *replico*, & *supplico*, tantum *avi*,
& *atum*, faciunt, non *si*, & *itum*. Priora illa quatuor scribit Priscia-
nus, in A VI quidem desinentia inveniri; at hoc rarum esse : interim
& *applicavi* dici posse, Pacuvii, Ciceronis, & Varronis loco ostendit.
Verum mihi in hanc rem inquirenti, videtur Cicero sæpius isthæc ef-
ferre per A VI, quàm per VI : atque idem quoque visum Mala-
spinæ in lib. IX ad Att. epist. VII. Ita epist. VI, lib. X ad Att. *Meas*
cogitationes omnem explicavi tibi superioribus literis. Et alibi sæpe. Non du-
bium tamen, quin contrarium interdum, non tam *ἀναλογία*, quàm
numeri causa, fiat : ut in Manilianæ loco, quem Gellius expendit lib.
I, cap. VI. Quod verò Priscianus ait, cum nomine composita facere
A VI; cum præpositione juncta, utroque modo, ac sæpius per VI,
efferi; id non videtur locum habere in *replico*. Nam *replicasset* legitur
apud Plinium in epist. ac *replicata à cervice* apud alterum Plin. lib. XXXIV,
cap. VIII. At *replicui*, & *replicatum*, vix puto inveniri. Nisi quòd *repli-*
etæ, pro *replicetæ*, sit apud Statium lib. IV *Sily. carm.* IX. Adde, id quàm
verum sit, liquet ex *supplico*, quòd quum sit à præverbio *sub*, tamen
tantum *supplicavi* facit. Neque est, quòd tergiverfetur quiquam, quasi

supplico non tam compositum sit à *plico*, quàm derivatum à *supplex*. Nam *supplex* non minùs à *plicare* est, quàm *duplex*, & *multiplex*, à quibus *duplico*, & *multiplico*; quæ ipsi, & meritò quidem, reponunt inter composita à *plico*.

Multò autem plurima posteriores in supino tantùm per *itum* declinarunt, quæ olim quoque per *acum* inflectebantur. Indicio sunt participia recta, quæ apud veteres legimus. Horat. lib. Epodon. od. II:

Hyems Eois insonata fluetibus. Et, *sine icm tonatio*, apud Senecam lib. II Nat. Qu. Paullinus, in epistolis: *Cum prima signum fuscitandis mortuis celo umbra insonaveris.* Idem Horatius lib. I, sat. IV:

Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.

Nempe à *sonavi*, quo Tertullianus utitur lib. ad Scapulam cap. III:

Et pristina tonitrua quid sonaverim, sciens qui obdormerim. Ac similiter, *classicum personavit*, apud Appulejum legas v Met. quos credo secutus Leo Allatius, interpretans nimirum *ἐξεί ἀνίσων*, quam unà cum Heraclito, & aliquot aliis antea ineditis, primus Romæ in lacem emisit*, *αὐλύχνοον αὐ πῖρεαι*, transtulit † *petre verò resonantem*: pro *resonantem*.

* anno
1641.
† in *fabula*
de Pan.
pag. 35.

Mico nunc michi tantùm facit: uti *emico*, *emici*: Senecæ & Plinio: sed olim fuit *micaui*, & *emicaui*. Imò posterior usurpat Sossius cap. LVI. *Si repente micauerit cornuscario.* Verùm haut temere imitandum. Sanè Quintilianus, ut antea dixi, reprehendit eos, qui *emicaui* potius, quàm *emiciuit* dicerent. Supinum autem, si illud habeat, fuerit *emicationem*: unde *emicationis* apud Senecam consolatione ad Albinam.

Dimicuisse, pro *dimicasse*, dixit Ovidius lib. II Amor. eleg. XIII:

Hac tibi sit pugna dimicuisse scias.

Sed *dimicavi* longè est usitatus. *Emicni* tamen malim. Sanè Fabius lib. I, cap. VI, culpatur eos, qui *emicaui* mallent, quàm *emiciuit*.

Seco non minùs *secavi* *secationem*, quàm *secui*, & *sectum* fecit. Columellæ enim est lib. IV, cap. IX: *Supra quam ramum secaturus es.* Quo exemplo, *præsecata gula*, legas apud Appulejum I Met.

Frico etiam non modò *fricui*, *frictum*, habuit, unde *frictus*, & *frictio*, ac *perfrictio*: sed & *fricavi*, *fricationem*. Tullius ad Att. lib. XII: *Quæ res forsitan sit refricatura dolore meum.* Est & Plinii*, *defricatus*, *infricatus* †, & *perfricatus* ‡. Hinc *fricatio* apud Columellam lib. VI, cap. XII, eundemque Plinium lib. XXXVIII, cap. IV: *Febremens enim fricatio spissat, lenis mollis.* Item *fricatura* apud Columellam lib. VI, cap. XII, & *refricatura* apud Tullium lib. XII ad Att. Atque ut pro *fricavi* dicitur *fricui*: ita & veteres à *ligo* fecere *ligui*, *licitum*; unde *lictor*. Vide Lips. lib. I elect. cap. XXXII.

* lib. 28.
cap. 12.
† lib. 26,
cap. 8.
‡ Ob. 8.
cap. 12.

Domo

Domo similiter se habet. Vnde Florus : *Copias ejus domaverunt*. *Tibullus* * quoque *domator*, pro *domitor*. Et Tertulliano de Pallio, *edoma-* * lib. 4.
tor primus vocis, dicitur ὁ *ὑποασιός*.

Veto etiam huc referendum. Sanè Statii † est *vetans*. Imò *vetavi*, † 3 Theb.
pro *vetui*, est apud Persium *. Etsi in libris aliis pro *vetavi* est *notavi*. * Sat. 5.
Vt ea editione quam cum notis suis Marmellius dedit. Idemque er-
ror apud Calpurnium Ecl. IV. etiam in Aldina, & Pythœana. In pro-
sa tamen *vetavi* non ausim dicere.

Cubo quoque hujus generis est. Vnde *cubasse*, apud Quintilianum
lib. VIII, cap. II : *Qui suos artus morsu lacerasset, fingitur in scholis supra*
se cubasse. *Incubavere* †, & *incubatio* * *ovis noxia*, apud Plinium. Super- † Plin. lib.
cubavi apud Appulejum †. Imò apud Tullium lib. de Senectute est II, cap. 16.
accubatio : nisi *accubitionem* scribendum putes. Ita quidem jam olim le- * lib. 10.
git Nonius Marcellus. Et *incubatio* eodem modo est apud Plinium lib. c. 56, ut in-
X, cap. XXIV. Vt perpetuum non sit, quod scribit Valla lib. I, cap. cubatus,
II, verba prima habere vocalem primam ante IO, non tertiam. cap. 54. ejus
Quomodo *vetatio* dicimus, non *vesitio*; *domatio*, non *domitio*; *juvatio*, libri.
non *juvitio*. A *seco* verò & *secatio* est, & *sectio* sæpius apud Celsum. A † 6 Met.
frico, & *fricatio* est, & *frictio*, etsi neget Valla. Sed posteriori usus Cel-
sus lib. III, cap. IX : ut de Plinio taceam. Ac similiter *perfrictio* dici-
tur. Quin Priscianus lib. X, ait omnia verba primæ conjugationis,
quorum præteritum exit in *ni* vocalibus divisis, tertii apud vetustissi-
mos fuisse ordinis. Certè *lavere*, pro *lavare*, nec Maro † refugit, nec † 3 An.
Horatius *. A *lavere* igitur est *lavi* : at à *lavatum* Ovidius † dixit *lava-* vers. 662.
turus. Ex *lavatum* vel *lavitum* potius, quod à *lavi*, ἡ *συνηπλω* est *lava-* * ad. 4.
tum; unde *lotum*; ut *corus*, & *plastrum*, dixere, pro *caurus*, & *plastrum*;
à *plando* item *explodo*. Itidem usurpasse *sonere*, & *resonere*, cum Nonius lib. 3.
docet ex Accio, Afranio, Ennio, Pacuvio, Lucretio; tum à Prisciano † 3 Fast.
quoque lib. IX probatur gemino Ennii, & uno Accii loco; itemque
hoc Lucretii lib. III : *Caligare oculos, sonere aureis, succidere artus*.

Pluraque hujus generis inferius adferemus.

CAPVT XXI.

De Neutropassivis primæ secundæque conjugationis. *Cœno*, prandeoque,
tantum *coenavi facere*, & *prandi*; non *coenatus*, & *pransus sum*. *Præ-*
terita antiqua, *ausi*, *gavisi*, *solui*. In Prisciano *conjectura*. *Iuratus est*,
pro juravi. *Verba transgressiva, ac mixta quæ*.

ANtequam à prima declinatione manum tollamus, pensiculatè dif-
cutiendum est nobis, rectenè Grammatici *cœno* dicant habere ge-
minum

minum præteritum, *cœnavi*, & *cœnavus sum*. Et quia par ratio vocis *prædeo*, eadem de hoc operâ dicemus. Mihi quidem verisimile fit, tantùm dici *prandi*, & *cœnavi*: *pransus* autem, & *cœnavus*, Latinissima quidem sunt, verùm aliud significant: nempe locum habent, cum aliquem prandio cœnâque confectâ fecisse quid narramus. Itaque dicam, *prandi*, aut *cœnavi apud te*; non autem *pransus*, aut *cœnavus sum*. At rectum fit, *pransus*, vel *cœnavus, te accedam*. Sententiam nostram confirmat hic Tullii locus lib. I de Divinatione: *Qui ut cœnavi quiescerem*. Et ille epist. XVI, lib. II ad Atticum: *Cœnavo mihi, & jam dormiantis, pridie Kal. Majas epistola est illa reddita*. Atque alius pro Deiotaro: *Et quantum illa munerâ inspexisset cœnavus*. Est & Horatii lib. I Serm. sat. X:

— *Amet scripsisse ducentos*

Ante cibum versus, totidem cœnavus.

Sallustii itidem est in Iugurthâ: *Consilium adprobat, ac statim milites cœnavos esse, in castris, ignisque creberrimos fieri; deinde primâ vigiliâ silentio egredi jubet*. Idem confirmat impersonale passivum *cœnavitur*: à quo venit *cœnavium* est. Cornelius Nepos in vitâ Attici: *Neque unquam sine aliquâ lectione apud eum cœnavium est*.

* pro Milone.

De *pransus*, multorum locorum instar fit istoc Tulliano de penu*: *Adde inscitiam pransi, poti, oscitantis ducis*. Prandi verò, ut & *cœnavi*, in præterito multò usitatissima sunt. Plautus Pœnulo: *Calidum prandium prandisti*. Cic. ad Att. lib. V, ep. I: *Sed prandemus in Arcano*. Ad Qu. Fr. lib. II, ep. VIII: *Eo die cœnavi apud Crassipedem*. In Vatinius: *Quis in funere familiari cœnavit cum togâ pullâ?* Vnus, quod sciam, est Varronis locus, qui scrupulum injiciat. Nam is lib. VIII de L. L. ad Ciceronem apud Agellium lib. II, cap. XXV: *Quamque, inquit, à cœno, & prædeo, & potu: & cœnavus sum, & pransus, & potus sum, dicamus: & ab adstringor tamen, & extergoor, & laoor, adstrinxi, & extersi, & laovi, dicimus*. Verùm commodè factum, quòd Varro adjecit verbum *potu*. Absque eo esset, fortasse hæreremus. Nunc res expedita videtur. Nam si *potu* in præterito habeat, *potus sum*, idem fuerit ac *potavi*. At id, *puto*, nunquam dixerint: etsi ἀναλόγως ita dici potuerit, cum in supino *potum* dicatur, & *potatum*. Quare neque est, quòd de cæteris hunc locum molestè urgeant. Præfertim, quando similiter jungit Plautus Curcul. act. II, sc. III:

Postquam cœnavi atque appoti, talos potici sibi in manum.

Vbi *cœnavi* æquè est nomen, ac *appoti*, id est, ebrü. Ac similis ratio illius in Aulul. act. II, sc. VII:

Si autem deorsum comedens, siquid coxerint,

Superi incœnavi sine, cœnavi inferi.

Sententia est, si coqui, quicquid in puteo coxerint, priusquam inde sursum

sum attollatur, ipsi absumferint : sanè illi, in infero agentes loco, saturi erunt, ac saburrati : qui autem superius expectabant cibum, cœnæ expertes ac famelici cubitum discedent. Vt nihil causæ videatur, quo minùs & *cœnatus*, & *incœnatus*, nomina sint. Adde quòd Priscianus lib. IX disertim semel, & iterum, scribit, *prandeo facere prandis* : at alterum præteritum nullus ponit. Quin lib. VIII enumerans ea, quæ, cum in O definant, præterita tamen more passivorum forment : *prandeo*, & *cœno*, nullus inter ea agnoscit. *Inveniuntur*, inquit, *etiam in O definentia* : sed non multa, in quibus præteritum perfectum per participium solet demonstrari, quæ neutropassiva artium scriptores nominant. Sumi autem hæc SOLA : *gaudeo gavisus sum, audeo ausus sum, soleo solitus sum, fido fisis sum, fio factus sum* : quorum tamen antiquissimi solebant etiam præteritum perfectum proferre hoc modo, *gaudeo gavisus, audeo ausus, soleo solui, fido fisis* : sed nunc his non utimur. Quod verò ea ipsa quoque, instar aliorum verborum in O definentium, præterita olim formasse dicit, id lib. IX idem his testimoniis comprobatur. Cato Censorius in oratione pro L. Antonio, sive, ut in MSO nostro legitur, Autronio : *Beneficium postridie iussisti adesse in diem. ex die non ausi recusare*. Livius in Odyssea : *Quoniam ausivi paucis gavisus*. L. Cassius Hemina in II Annali : *Idque ammiratum* (ita V. C. habet pro *admiratum*, ex veteri ὀρροραμφία) *esse gavisus*. Similiter *soleo*, & *solui*, & *solitus sum*, facit : ut Nonius probat illò Cœlii Annali lib. VIII : *Duos & septuaginta lictoris domum deportavisse fascis, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri*. Eodem usum Sallustium, auctor est Priscianus in IX, his verbis : *Obsoleo non est à soleo, quod solitus sum, vel solui secundum Sallustium facit perfectum* ; qui in II Histor. ponit : *Neque subsidius, uti soluerat, compositis* : sed ab *obs* & *oleo*, sicut *obscurus* ab *obs* & *canendo* &c. Sed in Veneratà antiquà anni CIO IO LXXVI abest *compositis*. In MSO nostro est *compositum*. Vt fortasse legi debeat : *Neque subsidius uti soluerat : sed compositum ab obs, & oleo*.

Etiam aliud est verbum primæ, quod inter neutropassiva sibi deposit locum, *juro, juravi, & juratus sum*. Plautus Persa act. III, sc. II : *Qui mihi juratus est, sese hodie argentum dare*. Et apud Turpiliium in nobili comœdià, cui nomen erat Demetrius, meretrix juveni consulenti respondet, *Non sum jurata* : pro, *Non juravi* ; ut Diomedes testatur in secundo. Cicero II Verr. *Malo ei jurato suo, quam injurato aliorum tabellas committere*. Maro II Georg.

Aut conjurato descendens Dacus ab Istro.

Sed veteres etiam *juror* dixisse, observatum jam aliis : unde *jurantur* apud Lucanum, & *jurabere* apud Statium. Atque hæc de neutropassivis primæ secundæque declinationis : cujusmodi à Diomede *transgressiva*, ab aliis *mixta* appellantur.

C A P V T

C A P V T X X I I .

De verbis reliquis secundæ : ac primum de iis, quæ in BEO, vel CEO, vel DEO exeunt. Habuvi, pro habui. A sorbeo Lucanus, & juniores, sorpsi fecere, pro quo antiquiores sorbui dixerunt : unde alterum illud à Probo, Capro, Velio, damnatum ut novum. Miftum, an mixtum, dicendum. Præteritum acui nunc ab acuo est, nunc ab aceo seu acefco. Sic licitus nunc est à licet, nunc à liceor. Item licuit nunc à licet, nunc à liqueo.

Occasione vocis cerno, cui geminum erat prandeo, ad audio, gaudes, aliâque verba secundæ, me delaplum fuisse cerno : nec ejulce rei pœnitet, quando, quæ in primâ nobis relicta, haut tanti esse videntur, ut retro cursum legam. Quare, iis superfectis, rectâ conferam me ad reliqua secundæ declinationis verba. In iis servabimus hunc ordinem, ut incipiam ab illis, quæ B ante EO habent, hinc quæ C, & ita deinceps.

Obsoletum est *habuvi*, seu *habuvi*, ab *habeo*. Sanè in illo Plauti *Afin.* act. III, sc. II : *Equidem hercle nullum perdidi, quia nunquam ullum habui*, *Camerarius*, ne claudicet versus, *habuvi* legit, ut *posuvi*. *Lambinus habuvi* præfert. Etiam Plauti est eadem *Afinaria*, act. IV, sc. I :

*Si forte parè velle habere dixerit,
Tot reddat spurcas, quot puras habuverit.*

Sorbeo sorbui facit, teste *Diomede* ; qui adfert illud è *Ciceronis Tusc.* II : *Sanguinem omnem sorbui*. Respicit autem *senarium istum*,
Iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.

Qui ex *Sophoclis Trachiniis* expressus. Videtur verò *Diomedes* pro *exsorbuit* legisse *sorbuit*. Eodem præterito usus *Plinius* lib. XXI, cap. XVII. Crebrum autem est in compositione; ut apud *Ciceronem* pro *Muræna*, *Difficultatem exsorbuit* : & *Philipp.* II : *Sanguinem civilem exsorbuit*. Idem in *Bruto* dixit *absorbuit*. Quod etiam apud *Plinium* est lib. IX, cap. xxxv. Videntur & *sorbium* dixisse : unde verbale *sorbua*. Sed *sorptum* pro eo est apud *Plinium*. Quomodo & *sorpsi*, pro *sorbui*, dixit *Lucanus* lib. IV :

Absorpsit penitus rupes, & secta ferarum.

Verum *Valerius Probus*, de syllabis in BEO finitis agens, *sorpsi* barbarissimum esse ait. Meminit ejusdem alibi, cum tractans de BO syllabâ exeuntibus, BO, inquit, terminata tertiæ correptæ PSI, ut *nubo, nupsi, aut BVI, ut sorbo sorbui, quamvis & sorpsi lectum est. Sed ut sorpsi, à sorbo* sit, tamen *sorbui* non est nisi à *sorbeo*. Interim cum *Probo sorbui*, malim. Nam & *Caper*, non *sorbo*, inquit, sed *sorbeo* ; nec *sorpsi*, sed *sorbui* :

sic

sic & absorbui, non absorpsi, ut Lucanus. Similiter sorpsi, ut recentis nimum ævi, damnat Velius Longus lib. de Orthographiâ: *Mihi verò placet, ut in Latino sermone antiquitatis religio seruetur, ut potius Sorbui, secundum auctoritatem eruditissimorum & eloquentium virorum, dicamus quam Sorpsi; cum recens hæc declinatio sordidi sermonis vitus ceperit.*

Acui non tantum venit ab *acuo*, quod tertiæ est; sed & ab *acesco*, CEO. sive primogenio ejus *aceo*; quod hujus est ordinis, ut à Sidonio usurpatur lib. VII, epist. VI. Itaque *acui* legere est pro *acidium fuit*, sive *factum*. Vlpianus L. IX §. ultimo D. de contrah. emtion. *Si modo vinum acui*: item, *Vinum non acui*. Pomponius l. LXXXV, de legatis III: *Si coacuerit vinum. Peracui* eodem modo legere est apud Plautum Aululariâ act. III, sc. Illinc hinc abiit: & *inacui* est apud Appulejum lib. v Met. *Si tibi inacui nostra concinnelia.*

Arceo negant habere præteritum. Atque *arceui* est apud Tullium*, * II Plu. & Ovidium †. A supino *arceum* est *arceus*, pro *arcuus*, & frequentativum *arceare*. Composita quoque ejus *coerceo*, & *exerceo*, *ni* & *um* faciunt, ut notum. † 13 Met.

Misceo in supino *mistum* facere ajunt, & *mixtum*. Sed Pierius ad 1 Æn. scribit, se in omnibus antiquis codd. uno consensu invenisse *mixtus* per X. Rodolphus tamen Agricola *mistum* probabat. Et videri possit, *mixtus* esse corruptum ex *mistus*, fere uti ex *Vlyses* fecere *Vlyxes*. Nisi magis placet, *αναλόγως* *miscitum* dici debuisse: ex *miscitum* autem, per syncopen literarum *ci*, esse *mistum*: at eliso solo I, & trajectis SC, esse *mixtum*. Nam X valet CS. Et hoc sine dubio verius. Nec *mixtus* damnare possum; quod in tot antiquis monumentis invenitur, ac prope accedit ad Græcum *μιγγω*, unde *μῆξις*, *mistio*.

A *licet* venire *licuit*, & *licitum* est, satis constat. Sed utrumque aliunde etiam venit: *licitus* quidem à *liceor* deponenti. Cicero quinquagesima Verrinâ: *Herbitenses cum viderent, si ad Eschionem pretium redisset, se ad arbitrium libidinosissime mulieris spoliatum iri, liciti sunt usque eò, quoad efficere posse arbitrabantur.* Ac ibidem legas, *Dignus licitus sit.* Ut omnino falsus sit Valla, cum lib. v. Elegantiarum cap. xxviii putat, *liceri* carere præterito. *Licuit* verò etiam perfectum est à *liqueo*: quod *licui* facere, rectè ex Ovidio ostendit Priscianus. Ejus est Met. IV, fab. v:

Procinus imbutum caelesti nectare corpus

Delicuit.

Et hoc in VII ejusce operis, fab. XIV:

— *Flendo*

Delicuit, stagnumque suo de nomine fecit.

De *luceo*, & *muleo*, in *lugeo*, & *mulgeo*, dicemus.

Ab *ardeo*, *arduerim*, legitur in veteri inscriptione Gruterianæ collectionis pag. cxxi. Sed imitandum non est.

Frendeo ajunt in supino facere *fressum* : unde *fabā fressā*, teste Festo. Et sanè, si ἀναλογία spectes, non minus à *frendeo* possit esse *fressum*, quàm à *sedeo* est *sessum*.

Strideo ἀναλόγως habeat *stridus* : quod, ut probum, Priscianus agnoscit. Sed tantum *stridi* legimus, fortasse à *strido* : quando hoc verbum etiam in tertiâ invenitur. Dicemus de hoc in tertiâ.

C A P V T XXIII.

De verbis secundæ exeuntibus in *GEO*, vel *LEO*. *Frixī nunc* est à *frigo*, nunc à *frigeo*. Item *luxi* à *luceo*, vel à *lugeo*. *Mulsi* à *mulceo*, & *mulgeo*. *Mulxi*, permulctus. *Supinum* *mulsum* rejicitur. *Levi* à *leo*, vel *lino*. *Oletum* facere *quid*. *Virectum*. *Obsoletis*, & *exoletis*, unde nomen *videatur*. Adoluit de *etate*.

GEO.

F*Rixi* non tantum est à *frigo*, sed etiam *frigeo* ; de quo etsi Diomedem, & Phocam, laudare testes possum ; tamen, cum tam multa peccent etiam eruditissimi Grammatici, autoritate me tueri malo Cornelii Celsi, cujus illud lib. I, cap. III : *At ei, qui perfrixit, opus est balneo primum inholuto sedere, donec insudet, tum ungi* &c. Vbi *perfrixit* est, quod Belgæ similiter dicunt *vercout*. Nempe ut dicimus *refrixit* ; quod apud Catonem, Terent. Cic. Ovid. Plin. &c.

Itidem *luxi* tum à *lugeo* est, tum à *luceo* : idque tum in simplici, tum in compositis. Hinc Agræcius : *Fluxit, qui lactum deponit : illuxit, cum lumen apparuit*. A *luceo* quoque est *pollucere*, quasi *pellucere*, quod splendor epuli pelluceat. Hoc similiter facit *polluxi, polluctum* : unde *polluctus* apud Macrobi. lib. III Sat. cap. XVI.

Mulserē à *mulgeo* est apud Maronem in III Georgicōn, & Plinium lib. X, cap. XL. *Mulxi* verò, quod ei præteritum Diomedes tribuit, id Priscianus in IX, putat differentię causâ esse prolatum, quia *mulceo* quoque *mulsi* facit. Fortasse *mulxi* positum pro *mulsi*, quomodo pro *mixtus* (quod Priscianus quoque probat) in veteribus libris, ac Virgilio Carpenſi, & antiquis lapidibus, legitur *mixtus*. Contrâ factum in *admixus, commixus, innixus, obnixus* ; uti scripsere veteres. Juniores per S extulere ; quemadmodum & suâ ætate hæc scribi solita, asserunt Diomedes lib. primo, & Servius in illud Virgilii * :

Cymothoi simul, & Triton admixus, acuta

Deirudunt naves scopulo.

Supinum *mulctum* non tantum è derivatis *mulctus, mulctra, & mulctrale*,

le, comprobatur : sed & composito *permulctus*. Nam apud Sallustium lib. IV Histor. teste Prisciano, legitur, *verbis permulcti*. Ac Agellii est lib. I, cap. XI, *sonis permulcti*. Ajunt & *mulsum* facere. Itaque dicere juxta eos liceat, *rustica ut mulsum*. Ego non aliter, quàm *mul.tuum* extulerim. Nec, quod Perottus credidit, *οὐρόμελι mulsum* dicitur, quia mulcet ac delinit, sed à melle id nomen factum.

Levi quoque tum à *leo* venit, à cujus supino mors *leuum* vocatur, LEO, quia *lex*, hoc est, delet, omnia : tum à *leuo*, unde Horatius * :

— *Græcâ quod ego ipse seſtâ*

Conditum levi.

id est, signavi. Cui contrarium *relevis*,

id est, resignavi, aperui : ut apud Terent. †

Relevis dolia omnia, omnes serias.

* lib. pr.
Carminum
adâ XX.

† Heautont.
Act. 3, se. 1.

Oleo nunc tantum *olui*, & *oleum* facit. At antiquitus etiam *olevi* dixisse existimantur. Sed parum forte est argumentum, cum hoc inde probat Priscianus, quia apud Persium legamus, *faxit oleum*. Nam *oleum* omnino non à supino venit, sed à præſenti. Fefellit, & Priscianum, & alios plurimos, quod putarunt, *oleum* significare merendam Cyprii bovis, cum locum notet malè olentem ; ut indicat, quod cum Persius † dixisset,

— *Veto quisquam faxit oleum :*

pòſt ſubdit,

— *Pueri, ſacer eſt locus, extra*

Meiſe.

Adde quod idem indicat terminatis in ETVM : quæ loci est index, ut *viretum*, sive *virectum*. Nam & hanc vocem agnoscunt Grammatici, & VI ÆN. pro *amena vireta*, in antiquis exemplaribus legitur *virecta* ; teste Pierio. Idem confirmant *d. mæstum*, *quercetum*, *pomietum* (quod apud Charisium) *ſalictum*, & *caricetum*. Ab oleo quoque deducit Priscianus *ex-oleo*, & *obſoleo* : indèque *exolevis*, & *obſolevis*, dici ait. Verba ejus iterum adponam è lib. IX : *Obſoleo quoque obſolevi facit. Non eſt enim a ſoleo, quod ſolius ſum, vel ſolvi, ſecundum Salluſtium, facit, qui in ſecundo Hiſtor. ponit : Neque ſubſidius, uti ſolueras, compoſitis * : ſed ab obſ, & oleo ; ſicut obſcæ- nus ab obſ, & canendo, vel cæno, vel cœno & cœno, unde & inquino. Et paullò pòſt : Exoleo quoque exolevi, unde exolevis, exoleta, exoletum. Plautus in Medico :*

Domi reliqui † exoletam virginem.

Idem ſcribunt Feſtus in *Exolevis*, Cæſellius apud Caſſiodorum ‡, ac Beda de Orthographia. Sed non eſt hoc ita apertum, quàm putarunt. Nam quid ſi contra ſtatuerimus, hæc eſſe non ab *oleo*, ſed à *ſoleo* ? Nem-

* vide ſuperius
cap. 21.

† forte, re-
liquit.
‡ lib. de Or-
thogr. cap.
10.

pe ut propriè *obsoleta* dicantur, quibus uti solemus, nec utimur amplius, quia jam nitorem suum amiserint. *Exsoleti* verò sint, quibuscum nemo solet, hoc est, consuescit; quomodo apud Comicum legimus in Cistellariâ * :

* *ab. pr. Sc.*
Cum ego an-
sehac.

Varis cum suis prædicant nos solere.

At, inquit, Priscianus, ab *oleo* esse argumento sit, quòd hoc in supino *oletum* facit : *soleo* autem faciat *solitum*, non *soletum*. Verùm fortasse hic quoque dormitat bonus ille Grammaticorum, ut ajunt, Homerus. Nam si non dubitat ex Persianâ *oleti* voce colligere, *oleo* olim *oletum* in supino fecisse : quanto justius ex vocibus *obsoletus*, & *exsoletus*, collegerit quispiam, *soleo* in supino fecisse *soletum*; etiam jam sit *obsoletum*? Certè hodie quoque tantum dicimus *valitum*, neque *valetum* usquam legi puto : at utroque usus veteres, indicium facit, quòd *valitudo* seu *valendo*, apud Horatium ipsum, E longum † habet, ut sit à *valletum*; junioribus I breve ‡, ut sit à *valitum*.

† *lib. 2. sat.*
2. & *lib. 1.*
ep. 4.
‡ *Alcim.*

Sed licet hæc primâ possint facie ablandiri : malim tamen & ipse ab *oleo* deducere. Nec enim solum dicimus puerum *exoletum* : sed etiam *virginem exoletam*. Quomodo, uti vidimus antea Plautus in *Medico* ait :

Domus reliqui exoletam virginem.

Num putandum, patrem hoc voluisse, viros, ob ætatem filie, non amplius cum ea solitos rem habere? Esto autem, ut, ne hiic verius, scribi debeat, *reliquit*. Quomodo non patris sed de patre fuerit sermo. Non alia tamen mens erit Comici, quam virginem esse illocabilem. Quia dotem non haberet, & abiisset flos ætatis puellaris. Quare non dubitandum, quin *exoletus* sit ab ea *exolevendi* significatione : qua *exolevisse ætas*, dicitur auctori orationis Ciceroni tributæ in Sallustium.

De *exoleo*, & *obsoleo*, dictum. Addam nunc aliqua de similibus compositis.

Aboleo, sive ejusdem sit originis, sive veniat à Græco ἀνάλω, *perdo*; semper facit *abolevi*. Vulgo addunt *abolevum*. Sed Plinius, & Tacitus, *abolutum* dicunt.

Adoleo, cum de sacrificiis usurpatur, *adolui*, facere ajunt : inque supino *adolutum*, sive *adolutum* : quomodo Valerius Antias lib. xxiv Annalium inquit : *Eo omnes hostiæ, vituli xxvii, coniecti : & ita omnia adulta sunt.* hoc est, concremata. De ætate verò dicere præcipiunt *adolevi*, & *adolevum*. Quomodo xii *Æneidos* est,

— *Mox cum matura adoleverit ætas.*

Sed Priscianus in ix agnoscit, Varronem dixisse lib. iii Rhetoricorum :

ricorum: *Postquam adoluerit hæc iuventus.* Addit & de sacrificio locum Attii Cassii in secundo ad Tiberium, ubi *adoluerit* legatur. Sed Diomedes in secundo eum hoc pacto citat: *Sic est contra Aegyptius maximum sacrificium, ubi integrum anserem adoleverunt.*

Inolevi est apud Gellium lib. XII, cap. v. *Inolitum* haut facile dicam. Causam mox aperiam.

Oboleo aliud est, ac *obsoleo*: illud venit ab *ob*, hoc ab *obs*: sicut ex Prisciano antea vidimus. Significatio quoque est diversa. Vti & inflexio. *Obsoleo* facit *obsolevi*, & *obsoletum*: sicut dictum. *Oboleo* Plauto sæpius *obolui*: ac similiter Suetonio in Caligula. Ac hinc *ἀναλόγως* fuerit abolitum. Sed deficit veterum auctoritas. Nulla enim ab *oleo* reperias supina in *ium*: præterquam quodd *adultum* sit ex *adolitum*: & *abolitum*, sit apud Plinium, Fabium, Tacitum, Gellium.

Perolevi subnixum est auctoritate Lucilii, è cuius sat. xxx Priscianus lib. IX adducit:

Quis totum scis corpus jam perolēsse bisulcis.

Pro *perolevisse*. Vbi mallem, trajectis vocibus, *corpus scis*: ne vox unica tertium constituat pedem. Sed scio, Horatium etiam hoc in Lucilio culpate, quod fluat lutulentus.

Prooleo non dicitur: sed est inde verbale *proles*: quasi dicas, incrementum.

Suboleo, unde verbale *suboles*, facit *subolui*, Plauto sæpius, uti & Suetonio. Sed diversa est significatio. Nam *suboles* est à crescendi significatione. *Suboluit allium, marsupium*, & similia, sunt à significatione spirandi odorem: quomodo *oleo* est ὄζω, sive ὄζωδα. Notum ut D, & L, sæpe commutentur: de quo in Originum libris. Video Frischlinum in Strigili suâ indignari, quod verbum hoc fraudent supino *suboluitum*. Interim, qui eo utatur, non laudat auctorem. Nec tamen damnem, qui dicat, *suboluitum hoc seni, patri, consuli*. Facile credidero, fuisse aliquid tale in autoribus, qui deperierunt. Et si non auctoritate, nititur tamen ἀναλογία. Vtar igitur, sed potiùs in versu: & si usus sic requirat. Cæteroque similia ero fugienti.

CAPVT XXIV.

De verbis secunda in NEO, QVEO, REO, SEO, TEO, VEO.
Corippus emendatus. Tentum supinum à teneo, vel tendo. Abstenti in *lure* qui. Tentum, verbum *Ithyphallicum*, unde dictum. Nec cassus est participium à careo, nec moestus à moereo. Censire, censor, censitus, recensitus. Passus male à pateo deducit Priscianus. Faba fressa

quæ. Catum non est *supinum*. Cavitus, cavitio. Fervi, & ferbui, dici; sed a verbis *diversis*. Connivi, & connixi. Priscianus emendatus. A Iosepho Scaligero recessim super Ninnio Crasso. Doliturus, nociturus, aliæque participia a *ne* tris, quæ existimantur carere *supino*.

Etiam *tenentum* est vel à *teneo*, vel à *tendo*. A priori in jure *abstenti* dicuntur, qui auctoritate tutoris revocantur ab adeunda hæreditate. Vñ Scævola, Papinianus, Ulpianus. Ab altero dixit Maro in VII: *Tellus extensa*. Indèque & τὸ αἰδοῖον *tenentum* Carullo*, itemque Horatio*. Cæterum *teneo* non tantum *tenui* fecit; sed & *teneti*, & *tenivi*. De priori testatur Festus: de altero Charisius. Sed utrumque obsoletum.

* *carm.* 18.
† *lib. epod.*
od. 12.

Et si *maneo* habeat *mansi*, tamen in compositis est *eminsui*, *imminui*, *prominsui*. Nisi hæc malis dici à *minis*, sive altitudine ædificiorum: quæ quorundam opinio. Sed prius omnino simplicius, veriusque.

Neui à *neo* dixere Ovidius, Silius, alii. *Nectum* usurpat Corippus, Africanus Grammaticus, lib. I de laudibus Iustini Augusti:

Iustinianorum series ubi tota laborant

Neto auro insignita fuit, gemmisque corusca.

Ita legi is locus debet: ubi vulgò *Neto auro* editum est.

Torqueo, *torssi*, *tortum*: unde *tortiles*, & *torror*, & composita *intortum*, *vertortum*, *contortum*, *extortum*, *detortum*, *distortum*, *comitor*, *extorror*. Veteres tamen & *torsum* dixere. Vnde Cato II Orig. *Marsius hostem occidit prius, quam Pelignus. propterea Marrucini vocantur, de Marso detorsum nomen*. Auctor Priscianus in IX.

Liquo facit *licus*: ut indicant composita *deliquo*, *delicus*; *colliquo*, *collicui*. Ovid. IV Met.

Protinus imbutum cælesti nectare corpus

Delicuit, terramque suo madefecit odore.

‡ apud Nonium in *Liquidum*. Sed MSus noster pro ut *cista*, habet, ut ista; & pro *collicuisset*, *conliquisset*.

* 6 *Æn.*
vers. 724.

Varro lib. III Rer. Divin. † *L. Scipio, cum aurum haberet in cista viminea, fulmine ita est ætus, ut cista esset integra, aurum collicuisset*. Conjugatione autem differunt *liquo*, *liqueo*, & *liquor*. *Liquo* primæ est, unde *liquamen*: ac notat, liquidum reddo. *Liquo* secundæ est, ac signat, liquidum esse, diffluere: ut apud Poëtam*, *Camposque liquentes* Vnde τὸ μετὰ φεσὶν *liquere* dicuntur, quæ clara sunt. *Liquor* tertiæ est; ut apud Maronem *Æn.* III:

— *Huius auro liquentes sanguine guttæ.*

Festus: *Liquitur, labitur, fluit.*

Mæreo, juxta Priscianum lib. VIII, caret praterito. At *mæstus* nomen est; non participium, uti putarunt. Sæpius autem in istiusmodi pecca-

peccatum. Nam, ut diximus, & *castum* nomen est, non supinum à *careo*. Neque *fessus*, & *defessus*, magis sunt à *fatiscor*, & *defetiscor*, quam *lassus* à *lacio*.

A *careo* est *caritum*; unde *caritimus* apud Senecam lib. I de benef. & Iuven. sat. VI. At *castus*, ut Prisc. quoque docet lib. X, & XI, nomen est, quemadmodum *lassus*. Imò Servius existimasse videtur, *castus* esse à *quatio*; credo quia C, K, Q, sunt eadem essentia litera, ut suo loco * diximus. Verba Servii sunt in illud II ÆN. — *Nunc castum lumine lugent. Castum, privatum, vacuum: & castum est, quasi quassum, & nihil continens. Nam & vas quassum, quod hincmorem in se non continet: & est vacuum, unde & retia castes, qui multum in se vacui habeant.*

* lib. I. artis Grammaticæ. cap. 29.

Censeo supino facere *censum*, indicant verbalia *census*, *ensor*, *censura*, & *censi*, atque *adcensi* apud Festum. Item quod *recenso* Senatu dixit Suetonius in Vespas. Nec obstat, quòd pro *ensor* etiam *ensor* legamus apud Vlpianum L. Forma § illam æquitatem ff. de censibus, & Pomponium in L. Ergo § alluvio ff. de acquirendo rerum dominio. Nam *ensor* est ab antiquo *censire*, pro *censere*; unde & *recensitus*, penultima producta, dixit Claudianus lib. II in Eutrop. †

† vers. 260.

Prisca recensitis evoluit secula fastis.

Et Prudentius *ÆI* *τφ*.

Cumque recensitis constaret partibus ille.

Vfus & Suetonius in Iulio.

Pateo supino caret, ut innuit Phocas, cum negat habere participium in R V S. Nam *passum*, quod ei tribuit Priscianus lib. IX, venit à *pando*: ut †, *Crimibus Iliades passis*. Estque in hac quoque sententia, cum Diomedes lib. primo, tum Gellius lib. xv, cap. xv. Factum igitur est *passum* ex *passum*; ut *fressum*, unde; quemadmodum antea quoque dictum, *saba fressa*; pro *frensum*, & *frensa*, à *frendo*, quod est *frango*. Glossæ Philox. *Defrensa, ἀπρεγ. ἡε. δ. ε. ο. υ.* Interim non negamus, à *pando* rectè etiam dici *passum*: quod infra variis auctorum locis adstruemus.

† I. ÆN.

Caveo etiam *cavum* in supino facere, inde colligit Frischlinus, quia *cavus* dicimus pro cauto ac prudenti. Cui iccirco minùs assentimus, quoniam *cavus* nunquam participium est. Verùm igitur supinum est *cavutum*, quod *κ. σ. υ. κ. π. λ. ω* factum ex *cavutum*. Nam sic olim dixere. Hinc *cavutio*. Festus: *Cavutionem dicebant, quam modo cautionem*. Scali-ger quoque legit apud Plautum Pseudolo, act. II, sc. III:

Nam ipsa mihi opportunitas non potuit opportunius

Advenire, quam hæc cavuta est mihi opportunè epistola.

In vulgatis pro *cavuta* est *cavata*. Vnde alii *allata*, alii aliud fabricant.

De

* lib. I de
orthogr. c. 8.

De *ferveo* ita Adamantius Martyrius apud Cassiodorum * : *Ferveo, etsi in præterito perfectio ferui facit per V, cui etiam ego magis adferior, ferbui tamen per B mutam scribitur.* Adamantio subscribit Priscianus in IX, ubi ait, à *ferveo* esse *ferui*; unde *deservisset* apud Plinium in epistolis. Et fortasse supino olim *fersam* : ut à *video, visum* : unde, quod fervefactâ aquâ ejicitur, *desersus* dicitur. Glossæ Philox. *Desersus, sicut egerua.* At est à *ferbeo ferbui*; unde Horatius in primo serm.

Velatumque stolâ mea cum conserbui ira.

Sic *d:serbui* apud Cat. cap. xcvi, Terent. Adel. act. I, sc. II, Cic. pro Cælio, nec non Cluentio, & Gellium.

Langueo non desistit præterito, indicat hoc Claudiani in I de raptu:

— *Animusque relanguit arox.*

Conniveo, connivi, & connuxi facit, Prisciano teste in IX : qui gemino id testimonio probat. Prius est Nimii Cassii in XXI I I Iliad.

Nam non connivi oculos ego deinde sopore.

Alterum est Turpili in Paraterusa : *Dum ego coemixi somno, hic sibi prospexit vigilans virginem.* Sed qui in vulg. editt. etiam Putschianâ, vocatur Ninnius Cassius, is in Venetâ anni cto cccclxxvi, appellatur Nummius Crassus : in Manuscripto nostro optimæ notæ, Ninnius Crassus. Et sanè ejusce Crassi etiam mentio fit apud Nonnium in Fite : ubi citat illud ex XII I Iliad. *Nunc socii, nunc sive viri.* Ios. Scaliger Conjectaneis in Varronem, tum apud Priscianum, tum Nonium, legit Cn. Matius, quia is Iliada Homeri vertit. Sed sanè plures Iliada scribere nihil prohibet. Quare nos, veterum codicum autoritatem secuti, ut Nimii Crassi nomen respuimus, ita Nunnii sive Ninnii Crassi planè probamus. Præterito *connuxi* Plautus quoque fortean usus est. Nam Menæchmis act. IV, sc. III ita emendant :

Quia connivi, ut me defrudes, ad eam rem affectus viam.

Pro quo in vulgatis *commisi*. Appulejus etiam, ut ex manuscriptis codd. paret, *conniverat* dixit. Vide Gasp. Scoppium in Suspectis lib. IV, epist. IV, & lib. V, epist. primâ.

Postremo illud loco addamus, neutra multa, quæ supino carere ajunt, participia habere. Livius lib. IX belli Macedonici : *Ignominia suâ quemquam doliturum censeret.* Ovid. IX Met. fab. IV :

— *Siquis tamen Hercule, siquis Fortè Deo doliturus erit.*

Idem XI Met. fab. III :

Annuit optatis, nociturâque munera solvit

Liber.

Et fab. seq.

— *Nociturâque, ut ansè,*

Rursus erant domino solidae præcordia mentis.

Item

Item lib. XIII: *Des mihi sacrificos, caliturâsq; ignibus aras.*

Virgilii est XII Æneid. *Haut placitura refer.* Statii est VII Theb.

— *Nudus jaciture sepulchro. Paritum esse conditioi* legimus apud Scævola, & Iabolenum ICC.

De impersonalibus secundæ dicemus in doctrina de Defectivis.

CAPVT XXV.

De verbis tertiæ in BO, vel CO, ex eumibus. Carbsi, per B. Opstiti, per P. Non esse hic sonum Ψ . Labfus, prolabfus, labfare per B. Scribsi. Scaberat. Scabo, vel scabeo. Nubere cum aliquâ. Novus nuptus. Lambo, vel lambio. *Glossæ Philoxeni emendat. ut. Vi veteres distinguant:* parsi, & peperci. *Tertium præteritum* parcuï. *Supinum* parsiũ, & parciũ. Conquexi. Conquiniscere quid. Agnitus, & agnotus; agniturus, & agnoturus; ignosciturus, & ignoturus. Disciturus. Senectus *adjectivè sumunt.* Fessus, & defessus, non videri participia. Apiscor, unde aptus. *Pacrovius apud Nonium emendatus.* Depeciscor, & depectus. Expergitus, & experrectus, ut distinguam veteres.

Diximus de verbis, quæ secundæ sunt inclinationis: videamus porro de illis, quæ ad tertiam pertinent.

Quæ in BO, & PO, desinunt, non raro immutant characteristicam præsentis. Ita scribo facit scripsi, B converso in P. Contrà P in B mutat carpo. Nam carbsi scribendum, docet Scaurus. Facile enim hæ literæ commutantur: unde & ab obsisto, opstisi, fecere veteres; ac hodie quoque aliqui hanc non injuriâ revocant ἐπεστροφίαις: qui tamen in eo falluntur, quod putent, hinc esse sonum literæ Ψ . Nam cum sit compositum ab OB, P ad priorem syllabam pertinebit. Porro in veteribus MSS, ac monumentis, non raro quoque remanent characteristica præsentis. Ita Pierius in vet. codd. labfus legi ait in III Georg. & elabfus I Georg. Idque ex Probi præscripto, qui illabfus, prolabfus, labfiamem, per B scribere jubet. A scribo quoque scribsi est in optimo illo Vaticano Terentii * codice:

Tute ipse his rebus finem præscribsi. pater.

Scabo facere scabi, probat Priscianus illo Lucillii:

Scaberat ut porcus comvitis arbore costis.

Scaliger verò ad Varronem de R. R. vult esse à scabeo; sed $\delta\epsilon\chi\alpha\iota\upsilon\varsigma$ †, quia veteres præterita formarent à præsentibus characteristicâ † antiqui. servatâ: quomodo negligi, pro neglexi, est apud Æmiliũ Macrum: aterui, pro attrivi, apud Tibullum, & alia apud alios, de quibus infra.

o

Nubo

* Andr.
act. 1. sc. 1.

Nubo facit nupsi, & nupta sum. Cicero lib. xv ad Fam. ep. 111: *Quocumque esset nupta regis Armeniorum soror.* Quæ loquendi forma obiter observanda, quia femina dicatur cum marito nupta, licet sola nupserit, hoc est, velata fuerit. Locuti tamen & eodem modo Plautus, Terentiûsque. Vide Albericum Gentilem de nuptiis lib. 11, cap. 111: *Novum nuptum* quoque legere est apud Plautum Casinâ act. v, sc. 1. Sed fermo est de Chalino, qui sub feminæ specie ducebatur. A *glubo* esse *glupentem*, pro *glubitum*, indicat Plauti hoc in *Pœnulo* *, *deglupia menas.*

* *alt.* 5.
sc. 5.

† *al.* qui.

Lambo lambi facit, teste Prisciano. Atque ita Lucilius lib. xx111:

Iucundâsq; puer quas † lamberat ore placentas.

Et Calpurnius eclog. x:

— *Nullò lamberunt ore liquores.*

Sed Adamantius Martyr apud Cassiodorum de Orthographia cap. viii, agnoscit quoque *lambio, lambivi.* Et ita vel saltem, *lambio, lambivi*, ut *rapio rapui.* Posterioribus sæculis dixisse, arguit vetus interpres Iudicum cap. vii, vers. 5, 6, 7; ubi reperias, *lambuerint, lambuerant, lambuerunt*; etiam in editione operis regii. In veteri Dictionario legas: *Invenitur Iud. vii, Lambuerint, quod secundum artem deberet dici lamberint: quod antiquitati, vel auctoritati, attribuimus: vel forte licet corrupta est vitio scriptorum.* Subjicit deinde Lucilii locum antea à nobis citatum. Sed nullum hic librarii erratum esse, arguit, tum quòd constanter ita omnes libri habent: tum etiam Adamantii autoritas, quam adduximus. Nec tamen juniores hac parte nobis imitandi. Supinum *lambitum* plerique Grammaticorum agnoscunt: sed auctoritatem requiro.

C O.

Parco parcivi facere, existimare aliquis possit, compulsus autoritate glossarum Philoxeni. Nam in iis legas, *Parcivi, Πείδομαι οἷ.* Vbi penè est, ut legam *parcni*: quo Nævius usus in *Quadrigenis*, Nonio teste. Sed interpretatio Græca satis docet, pro *parcivi* legendum esse, *parco tibi.* Vera igitur præterita sunt *parsi*, & *peperci*; quæ inter ponit discrimen Cornelius Fronto. *Parsi*, inquit, *semel: peperci sæpius.* At discrimen id vanum est, ut pleraque alia in isthoc differentiarum libello. Donatus ad Hec. act. 111, sc. 1, distinguit hoc pacto. *Parco*, inquit, *pro confervo, parsi fecit: pro veniam do, peperci.* Sed rectè hoc quoque discrimen negat Servius. *Parsisset* est apud Gellium lib. v, cap. xiv. A *parcni* est supinum, *parciturum.* Plinius lib. xxx, cap. iv: *Italice parciturum est vetere interdicto Parium, ut diximus.* Pro quo tamen quidam emendant: *Italice parci vetere interdicto Parium diximus.* A *parciturum* quidem factum *parcitas*, quo utitur Seneca primo de Clementiâ: *Civitatis mores magis corrigit parcitas animadversionum.* A *parsum* verò *parsumus* dixit Varrò apud Prisc. & Livius lib. xxv.

Com-

Conquinisco apud veteres fecit *conquexi*, teste Capro *. Pomponius ^{* apud Priscian.} Atellanarius Vaccà sive Marsupio :

— *simul introveni, accessi ad patrem, prendi manum,*
In terrâ ut cubabat nudâ. Ad eum ut conquexi, interim
Mulieres conspiciunt.

Est autem *conquiniscere*, se cernuum inflectere, quod faciunt alvum exoneraturi; ac venit à *conquinire*, hoc est, cunire. Qua de re Priscianus, Festus, & nos in Originum libris.

Ab *agnosco* usitatus est *agnitus*: sed *agnotus* dixit Pacuvius; *agnotus* Sallustius in II Historiarum, teste Prisciano. Ab *ignosco*, *ignosciturus*, est apud Pisonem II Annalium. Sanè à *nosciunt* est *nosco*, apud Catul. Liv. alios. *Ignotus*, verò dixere Cic. in Catil. & Cato lib. V Originum. Videntur autem *agnosco*, *ignosco*, *cognosco* G habere ex eo quia veteres *gnosco* dixere, ex Græco γινώσκω. Prisciano tamen mens alia, qui putat ἀναλόγως esse *amosco*, *inosco*, *comosco*: sed N in G mutari.

Disciturus est apud Appulejum, in Phædone. Priscianum vide.

Sic *expositum caput*, apud Sen. Quasi à *supino posciturus*. Quod Priscianus agnoscit.

Senesco, *senui*, *senectum*, facit, unde *senectus*, cum substantivè, tum adjectivè pro *senilis*: ut *ætas senecta*, Plauto Amphitr. † *membris senectis*, ^{† lib. 4. sc. 2.} apud Lucretium lib. III; *senecto corpore*, apud Sallustium IV Hist.

Suesco, *suo*, *suevum*, ab antiquo *suo*: unde *suevus* apud Lucretium: nisi præteritum sit pro *suevimus*.

A *fatisco*, & *desefiscor*, censet Priscianus, venire, *fessus*, & *desessus* sum. Sed Diomedes mavult ea esse nomina. Qui Priscianum sequuntur, hi, & participia esse, & nomina, contendunt. Nos sequimur Diomedem.

Simplici *apiscor* (à quo *adapiscor*, & *indapiscor*) usus quoque Tacitus lib. V Annal. *Nihil abnuentem, dum dominationis apisceretur*. Ibidem: *Iunius Gallio censuerat, ut prætoriani, actis stipendiis, jus apiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi*. Præteritum *aprus sum* est in epitaphio Plauti apud Agellium †:

Postquam est mortem aprus Plantus, comœdia luget.

† lib. I, cap. 24.

Malè enim Alciatus defendit *caprus*, ut alibi diximus. Nonius Marcellus etiam alios laudat auctores: eosque inter Pacuvium in Hermonia, ex quo citat:

Quod ego, in acie celebri objectans vitam, bellando aprus sum.

Ita in fragmentis vet. poet. edidit Stephanus, cum in Mediolanensi antiquâ legeretur *celebro*, prout & Hadr. Iun. edidit. Est verò *celebro* corruptum ex *cerebro*, uti habet vetus Veneta Pincii. *Cerebro* autem,

unius literæ adjectione, depravatum ex *crebrò* : prout hunc locum ante seculum & amplius citavit Iunianus Majus : estque ea genuina lectio. In Aldinâ verò , cum *celebro acie*, viderent *σολοικον* esse , & *crebro* non habere hic locum scirent, utroque extrito editum est , *Quod ego in acie obiectans vitam bellando apertus sum*. Sed hoc est nodum secare, non solvere. Vera igitur lectio est , *Quod ego in acie crebrò obiectans vitam bellando apertus sum*. Est trochaicus quadratus catalecticus.

Nanciscor facit *nactus sum* , à *nancio* ; unde *nanciam* apud Priscianum, teste Prisciano.

Depascor facit *depactus* ; pro quo tamen nonnulli malunt *depeciscor*, & *depectus* sum. Apud Vlpianum quidem aliqua exemplaria habent *depactus*, alia *depectus*. Apud Ciceronem lib. II de Invent. est *depactus* : *Depactus est cum eo, ut arma, & impedimenta, relinqueret*. Similiter pro S. Roscio & III Verr.

Ab expergiscor tum est *expergitus* (quod Festus agnoscit) tum *experrectus*. Hæc duo ita distinguuntur, ut *expergitus* dicatur, qui somno satiatus sponte vigilat ; unde Lucilius :

— Ergo

E somno pueros cum manè expergitum clamo.

Experrectus autem sit à quiete impeditus : atque ita Sallustius, *Interdum somno experrectus, arrectis armis, tumultum facere*. Ita distinguit Diomedes ; cujus hæc de re locum emendat Gaspar Schoppius lib. IV susp. lect. epist. II. Verum discrimen id non observatur.

Nascor facit *natus*. Sed futuro caret : nisi quod *nasciturus* sit apud Porcium Latronem : cujus major foret autoritas , nisi esset suppositius. Theologi tamen sequuntur.

C A P V T X X V I

De verbis tertiæ terminatis in DO. Pansum , pro passum, *probium* videri ; est Gellius , Serviusque , ita locutos esse veteres, negent. Obtunfus , pro obtufus. Mandi , an mandui, *ducendum*. Descendidi. Pendi , pro pependi. Peditus , vel peditum. Tendi , pro tetendi. In Propertio vetus lectio *defensa*. Tentum ab tendo , uti ostentum ab ostendo. Ostenturus , pro ostensurus. Diomedis locus emendatur. Accedisse , pro accessisse. Constitisse , pro constituisse. Antiquos in præteritis retinere interdum consonam præsentis, que vulgò mutatur. Cudi , non cusi. Comefus , & comeustus. Rudivi. Pomponius apud Nonium correctus. Abfconditum , & abfconsum. Abfconse adverbium. Concredui. Occaso sole. Recasurus , incasurus. Stridi , non stridui. Sidi à sido.

Pri-

Prisciani, & Decembrii error. Subsedi, *dubium, sine à subsidio, an sub-*
fedeo. Vasi à vado.

P*ansum, à pando, crebrum est Ecclesiasticis. Tertullianus aduersus D O.*
gentes cap. XLVIII: Dispositioni eternitatis aulæ vice oppansa est. Et
alibi apud eum legas: Expansos ungulæ fodiant, cruces suspendunt. Simi-
liter dixit Minutius Felix in Octavio: Signum planè naturaliter visimus
in navi, cum velis trementibus vehitur, cum expansis palmulis labitur. Vfus
quoque Prudentius in Psychomachia:

Cornibus oppansis, & summâ fronte coruscum.

Et Cathemer. hymno ult.

Pansis in altum brachii.

Item præfat. lib. primo contra Symmachum:

Vix panso poterat currere carbaso.

Sed in controversiam venit, an ita loquantur antiqui. Scribit Agel-
lius lib. xv, cap. xv, *ab eo quod est Pando, Passum veteres dixisse, non Pan-*
sum; & cum præpositione Expasum, non Expansum. Similiter Servius in
illud *I Æn.*

— Crimibus

Iliades passis:

Participium, inquit, est ab eo, quod est Pandor. ideo autem non facit Pan-
sum, quia plerumque N, quod in primâ verbi positione invenitur, in præteriti
participio non est: de qua re euphonia iudicat. ut ab eo, quod est Tundor, &
*Tunsius facit; ut, Tunsiæ * pectora palmis: & Tusus; ut, Non † obtusa adeo*
gestamus pectora Pœni. Sciendum tamen est, licet alia euphoniæ causâ varien-
tur, vel in generibus, vel in numeris: Natus tamen, & Passus, N penitus
nunquam accipere. Sed non deest, quod tam Gellio, quam Servio, ob-
duci possit. Nam dixit Lucretius lib. 1:

Denique fluctisfrago suspensæ in litore vestes

Vvescunt: eadem dispansæ in sole crescunt.

Ita exaratus is locus in aliorum, nostrisque membranis. Multaque
id genus apud alios scriptores in MSSis leguntur. Et sanè nihil pro-
hibet, à pando esse pansum, cum à scando dicamus scansum. Imò à pando,
& pansum est, & passum; ut à tundo, & tunsum est, & tusum; quemad-
modum testatur Priscianus; cui adstipulatur Giffanius indice Lucre-
tiano in voce *dispansum*. Iis, quæ de *tunsum* adfert, adde, quod *obtusio*
ore exaratum Casinâ v, sc. 1, de eo cui messis pugnorum in os ingesta:
& *obtusio allio*, legatur apud Columellam lib. vi, cap. vii. quodque
obtusio sensibus legimus apud Tertullianum lib. 1 aduersus Marcionem;
prout quidem in Parisiensi B. Rhenani edit. excusum est. Id eò magis
observandum, quia in Virgillii optimo illo codice Romano, ubi N

plerumque videtur redundare, (unde & in eo legitur *obtrusior usus*) hunc tamen versum Pierius testatur ita concipi :

Cum graviter tussis genuit arca frugibus :

non, uti in aliis legitur, *tussis*. Præteritum hujus vocis producitur ab Ennio ; è cujus Annalibus à Prisciano profertur hic locus :

Contudit crudelis hyems.

At Maro corripit VII Æn.

— *Et lapsa ancilia cœlo*

Extuderat.

Mando quidam *mandui*, quidam *mandidi* facere, putarunt, Prisciano teste. Sed *mandi* probat ipse illo Livii in Odyss.

Cum socios nostros mandisset impius Cyclops.

A *scando* est *scandi*, *scansum*. Veteres tamen à *descendo* *descendidi* dixisse, pro *descendi*, auctor est Gellius lib. VII, cap. IX.

Pendo sine geminatione etiam *pendi* facere, doceri potest isthoc Livii lib. XLV : *Vestigal dimidium ejus, quod regi pendissem.*

Scindo usitatè *scidi*, ut olim *sciscidi*, vel *sciscidi* fecit. Posterius usurpavit Plautus Pseud. act. IV, sc. I. Sed corrumpere in *scindidi*; unde postea *indidi* factum. Quo de plura diximus, cum de geminatione præteritorum ageremus *. Nec tamen *serram* cum eo reciprocato, qui *indidi* malit : quando Priscianus, cum ait veteres *sciscidi* dixisse locum hunc Plauti non memorat. Et in *parinas sciscidi* videri possit longius paullo abire ab *in parinas scindidi*, vel *cindidi*; ut habent libri MSSi, & vet. editt. aliquæ. A *scidi* est præteritum, *scisum*, pro quo vulgè *scissum*. Nempe quia *scidi* priorem corripit, *scisum* producit; eo s addidere : ut cum *Iupiter* putarent esse *ex juvans pater*, ne prima, origine adversante, corripere, *Iuppiter* scripsere. Livius lib. III : *Detruncata corpora brachiis abscisis*. Ita libri MSSi. Vti & apud Iustinum lib. XV : *Abscisis auribus*. Et similiter *abscisio* est in vet. libb. pro *abscisio* : et si Lambinus mutarit. Monuit Giffanius in Observationum libro. Vbi & *abscidere*, pro *abscindere*, in præsentia ait legi. Quomodo in V. C. Plauti in Amphitr. est :

Istam tibi scelestam scelus linguam abscidam.

Nec mirum. Nam ut à *πῆγω*, *παγῆν*, unde *pago*, posteaque *pango* : sic à *πέζω*, *πέδῆν*, unde *scido*, postea *scindo*.

A *pedo* ut *supinum pedisum* agnoscam, facit verbale *pedisum*, vel *pedis* † *car. 55. in m*; ut à *crepissum*, *crepissus*. Catullus † :

Subtile & leve pedisum Libonis.

Gloss. vet. *Peditus, peditum, ποεδή*. Est & apud Charisium in II.

Fido, *sisus* sum, ad instar passivorum. Sic *confido*, *confisus* sum. Sed

Livius

Livius etiam *confidi* dixit lib. XLIV. *Nec tum mœnia modò, sed agros etiam, considerunt se à populationibus tueri posse.* Quod, credo, movit Henricum Stephanum, ut in sententiis Comicis *, Menandri versum transferens, non reformidet :

Damno carebis, hostibus ni fideris.

Tendo non tantum *tendendi*, sed & *tendi*. Propertius lib. III, Eleg. VII :

At tibi qui nostro tendisti vetia lecto.

Scio, in recentibus edd. esse *nexisti* : sed *tendisti* est in vet. uti Al-dinà, & omnium primà, quæ Regii Lepidi prodiit anno CIO CCCC LXXXI. Hoc qui mutarunt, Latinum non putabant. Atqui & Seneca dixit Hercule Furente :

Et quæ plena rates carbasa tenderant.

In supino *tentum*, & *tensum* facit. Maronis est in VII, *Tellus extenta.* Indèque, ut suprâ diximus, *tentum*, τὸ ἐκτετατόν. At Lucani est in I :

Et varias ignis tenso dedit aëre formas.

Et in II :

— *Tensisque rudemibus actæ.*

Similiterque *ostendo*, *ostensum*, & *ostentum* facit. Lucanus in II :

Ut scelus hoc Scyllæ, cædesque ostensa placeret.

Et Varro lib. I de Re Rust. *Ostensus sol.* At idem lib. III Rerum Divin. *Salute ostentâ.* Et Cato pro L. Cæsare ad populum : *Quod ego me spero ostenturum.* Citat utrumque Prisc. in IX. Indèque genitum, factumve contra naturam, *ostentum* dici, observat. Plura etiam addam ex Diomede. Sed locus est corruptus. In Putschianâ quidem legitur : *Publius Rutilius de vita sua : Vni una ostentata est.* Emendo, *ostentia est.* Nam *ostentata* sit ab *ostento*, non *ostendo*. Sequitur postea : Item pro Lucio Cærucio ad populum ex hoc derivavit participium : *Quod ego me spero ostenturum.* Vides citari ea verba ex Rutilio pro L. Cærucio ad populum : quæ Priscianus adducit ex Catone pro L. Cæsare ad populum. Prisciani locum integrum esse, fidem fecere nobis membranæ nostræ vet. optimæ sanè notæ, & antiquæ edit. à nobis consultæ, quæ hic conspirant. At apud Diomedem editio, quam Cæsius exhibuit, sic habet : *Ideo P. Lucius Cælius ad populum ex hoc derivavit participium.* Vnde Diomedem sic corrigo : *Inde Cato pro Lucio Cæsare.* Ita probè convenient Diomedes & Priscianus. Pergit deinde Diomedes, ac similem locum Livii adducit : *Item pro Figulo ostentâ promissione.* Et Varronis lib. I. R. R. *Lacus optimus vimo sit, & obtentus Soli.* Dispice interim, an non *ostentum*, & *obtentum*, veniant à verbis diversis : ac *obtentum* quidem sit ab *ob* & *tendo* : unde Valerius Flaccus lib. III Argonauticôn : *Ibat, & obtentâ mulcebat lumina pallâ.* Ostentum verò sit

ab

ab *obs* & *tendo*. Nempe ut *ob*, & *obs* dixerint, sicut *ab*, & *abs*, unde *abstunco*. B in *ostentum* abjicitur: ut in *a:porto*, pro *ab:porto*.

* Ex Pomponis libro I Senatusconsultorum.

Cedo, cessi, facit. In Pandectis * tamen, *accedisse* scriptum est, pro *accesisse*: quomodo & in iisdem est *confississe*, pro *confutisse*; cujusmodi damnare non autim. Nam veteres & præterita sæpe præsentium modo inflectebant; & præsentia nonnunquam præsentium more efferebant: de quorum utroque notata quædam Scipioni Gentili lib. I Παρίγγυ. cap. xxxiii, & Aufonio Popmæ de Vlu antiqui Sermonis, cap. xii.

Itaque nec mirum, si dubitarint olim Grammatici, utrum *cudo* faciat *cudi*, an *cusi*. Nam, ut ait Priscianus lib. x, secundam Diomedem, Charisium, Phocam, *cusi*; secundam alios *cudi*: & videtur etiam Virgilius sic protulisse I *Æn*.

*Ac primum silici scintillam excudit Achætes,
Suscepuque ignem folius.*

Excudi enim tam præsens quam præteritum, potest intelligi: sed quia *Suscepit* subiungitur, melius præteritum intelligitur. Idque etiam Servius in commentariis *Æneidos* comprobat his verbis: *Exc. du a rem, feriendos eiecit. quia cudere est ferrere*. Hactenus Priscianus. Verum de Phoca quidem, si vulgari libello, nomen ejus præferente, stare licet, falli videtur Priscianus, cum in eo disertim legatur: *Pauca præterea eandem clausulam habent novissimâ literâ præsentis temporis in I conversâ; ico, ici; solvo, solvi; cudo, cudi; volvo, volvi*. Diomedes quoque lib. primo, cum dixisset, *cudo, cusi*, mox se revocans ait, *vel potius cudi, ut ejus compositum*:

Ac primum silici scintillam excudit Achætes.

Interea differri non possum, Maronis locum neutiquam cogere pervicaces, quia, ut alibi ostendemus, conjunctio etiam diversos conjugat modos. Quocirca operæ pretium fuerit, illustriori testimonio terminationem isthanc comprobare. Id autem esto Columellæ, qui lib. III, cap. ix de Re Rust. ait: *Excusos pullos subducendum ex singulis nidis, & subjiciendum ei, quæ habeat paucos: ab eaque, si reliqua sunt, ova pauciora tollenda, & subjicienda aliis, quæ nondum excuderunt*. Idem lib. viii, cap. III: *Die undevigesimo animadvertat, an pulli rostellis ova percuiderint*.

Dubitasse veteres, monet Diomedes, num *comesum* dicendum sit, an *comestum*: ac Didymum quidem de Sallustio scripturisse ait, *Comesto patrimonio*: mox verò hæc subjicit: *Valgius autem, De translatione, Comesta patrimonio* †. Similiter & Varro: *& ita melius, quasi adesa, & ambesa*; ut Virgilius ‡: *Ambesas subigat malis absumere mensas*.

Rudo non *rudi* tantum facit, sed & *rudvi*; quo usus Appulejus vii Met. Nisi id à *rudio* esse malis. Ab hoc etiam *rudius* dici posse videtur asini vox, ut boum *mugitus*, leonum *rugitus*.

† ita hunc locum distinguo, ut Valgius dicatur librum de tropo translatio scripsisse, unde deprimatur hac verba, *Comesta patina*.
‡ 3 *Æn*.

Vt *condo*, *condidi*, *conditum*, sic in compositione *abscondidi*, *absconditum*, probat Priscianus. Atque ita usi veteres. Nec aliter legere possis in illo Silii lib. VIII :

— *Vitreisque abscondidit antris.*

Vt Ovidium, & alios mittam. Interea rectum quoque est *abscondi* : ut ostendit Nonius isto Pomponii Maccis Geminis : *Peri*, non puella est, numquid abscondisti inter nates ? Vbi legendum, *Perii*. num puella est ? numquid abscondisti i. n ? Nec aliter fert versus in illo Lucani lib. x :

— *Crassumque trabes absconderat aurum.*

Vfus & Seneca lib. III de Beneficiis cap. xxv. Sic in supino tum *absconditum* dicitur, quod Tullius usurpat, uti & *abscondire* : tum etiam *absconsum*, unde *absconso* apud Plinium ; *absconso* apud Iulium Firmicum, & *absconse*, *laidege*, in vett. glossis.

Concredidi, pro *concredidi*, obsoletum est apud Plautum Casinâ act. II, sc. VIII :

*Locus est paratus, ei ego amorem omnem meum
Concredidi.*

Nempe à verbo *concreduo* : quo usus in Aulularia act. III, sc. VI. Ut à *do*, *duo*, ac à *do*, *do* : sic & *perduo* dixere, ac *perdo* ; *creduo*, & *credo*. Nam & *credo* à *do* compositum, juxta Priscianum, qui sic dici censet, quasi *cretum do*. Aliis placet esse ex *cor do*, vel *χρησθω*.

A *cado* composita retinent A in supinis. Ita *occasurus* est apud Ciceronem * : *occaso Sole*, apud Gellium ex Cl. Quadrigario † : *recasurus* apud eundem Ciceronem ‡, & Suetonium *, ac Plinium †.

A *strido* quidam *stridui* protulerunt, Prisciano teste in VIIII : sed *stridi* probat ipse illo Ennii in XI Annalium :

Missaque per petrus, dum transit, striderat hasta.

Similiter Seneca in Hercule Oetæo † :

Morior, nec ullus per meum stridit latus

Transmissus ensis.

Quod si *stridui* invenitur, id à *strideo* erit.

Sido an præteritum habeat, disputatur. Priscianus quidem, *Ab eo*, inquit, *quod est sido, præteritum non invenio*. Atqui Columella dixit lib. XII, cap. XXIV : *Deinde patienter picem considere, & cum fideris, aquam eliquabimus*. Lapsus eã in re etiam Angelus Decembrius lib. IV de politica litteraria, cap. XLVIII. Sed de compositis minus apertum est. Ut cum Seneca lib. II de Benef. cap. II, ait : *Cum subsedit cupiditas*. Nam alii à *subsideo*, alii à *subsido* deducunt. Priscianus censet, *sido* in compositione præteritum mutuari à *sedeo*. Quod etiam Diomedes docuerat lib. I, his verbis : *Sedeo, cum sit secundæ conjugationis, accipit à præ-*

P

positione

* pro Mil.
† lib. 17. c. 2.
‡ lib. 15 ad
Agr.
* Aug. cap.
96.
† lib. 2. f. 26.
‡ Agr. 4.
vers. 1163.

positione mutatur in tertiâ, fortè tertiâ, & facit, confido, affido, subsidio.

* 2 Æn.
† Heaut. act.
1. sc. 1.

Quippe cum Virgilius dicat *, Considerere in ignes. Ex Terentius †, Affido, concurrunt servi.

Adde quod ut Maro ait v Æn.

Considerere in ignes : ita Ovid. xiiii Met. dicat,

Neque adhuc confederat ignis.

Vas, & vasum, vix extra compositionem invenias apud quemquam, præter priscos illos. Dixit tamen Tertullianus lib. de pallio, cap. iiii : *Eâ tempestate Ojridis, quâ ad illum ex Libya Hammon vasit ovium dives.* Ac apud Martialem lib. xii, epigr. v, legitur in Aldinâ :

Arcturus labor est, & breve vasit opus.

Pro quo in aliis, vasit.

Scando, scandis, scansum. Sic ascendo, exscendo, escendo, & escendo. Ab exscendo dixit Livius, exscensum è navibus. Idem ad d. scensum. Sed ascendo, idem ac ascendo. Vnde apud Plautum, escendere ad summum.

Tundo, trusi, trusum facere colligimus ex præterito detrusi, & quia molas trusaciles dicimus. Vix tamen in simplici præteritum, vel supinum invenias.

Tudo, & tundo, dixerè antiqui, ut pago, & pango. A tudo fuit tudidi, unde frequentativum tudidare, apud Ennium, & Lucretium : item verbale tudes mallei genus, unde Tuditani cognomen. Nam qui primus in familia id habuit tuditi simile. Ab eodem tudo est trusum : ut apud Plinium lib. xxxi, *Hec trusa cribrataque vino.*

Retuli in vitis fermonis, & fufius.

C A P V T XXVII.

De verbis, in GO, vel GVO, desinentibus. Ringo non videri Latium.

Prisciani super eo error, & Decembrii. Mingere, vel esse barbarum, vel ob-

soletum. Camerarii ἀμαρτημα μηνιονισόν. Angor nec anctus, nec anxus,

nec anxius, facere in participio. Fictus, & infictus, pro fixus, & infixus.

Clauxit, non clanguit. Neglègi, & intellègi, pro neglexi, & intel-

lexi. Ninxi. Ninguis. Vngui, pro unxi. Fligo, flictus. Pegi, pro

panxi, à pango. At pepigi à pago, hoc est pacifcor. Compactum

nunc à compingo, nunc à compacifcor dicitur.

G O.

Ringo & Priscianus agnoscit lib. x ; quem sequitur Grammatico-
rum vulgus. Nusquam tamen id hodie legere est ; sed ringor,
quod deponens est ; ut & compositum ejus subringor. Terent. Phorm.
act. II, sc. II :

Dum tibi sit, quod placeat ; ille ringunt, tu rideas.

Quo

Quo tamen loco *ringis* corruptè legit, ac *ringo* dici, antè sesquicentulum probatum ibat Angelus Decembrius lib. IV de politia literaria parte XLVII. Cicero epist. v, lib. IV ad Att. *Erimus uberriores, si & ille libenter accipiet, & hi subringentur.* Sidonius Carm. XXI I, quod Narbo inscribitur:

Multum ringitur otiosa virtus.

Glossæ Philoxeni: *Ringitur, ενεγειν, ὀργιζε.* Olim habuisse præteritum, indicat verbale *riktus*.

Etsi verò & veteres Grammatici *mingo* agnoscant, pro eo tamen *meio* poni debuit: quo usus Perlius sat. I, & Martialis, cum alibi *, * lib. II. epigr. LXXVIII: † 47.

Minxisti curante semel, Pauline, carinâ:

Meire vis iterum, jam Palinurus eris.

Cujus carminis elegantiam cognoscet, qui respexerit etymon Palinuri. Neque enim arbitror, verum esse, quod Turnebus censet in Adversariorum libris †, respexisse Poëtam ad obitum Palinuri: quasi † lib. 13, cap. 19. sententia sit, in lotio suo, quod Græci ἄρον vocant, submersum iri, uti in undis periit Palinurus Virgilianus †. Porro distichon hoc citat † En. 5. quoque Camerarius in argumento Curculionis Plautinæ. Sed, memoriæ lapsu, pro *meire* posuit barbarum *mingere*: nisi culpam hancce in typographum conferre malimus. Supino *minctum* usus C. Titius, Lucilianæ vir ætatis, oratione eâ, quâ legem Fauniam suasit: *Indox restes poscit. ipsus ut minctum.* Ita est in Stephanicâ, & Raphelengianâ. At in Aldinâ est *minctum*, quomodo Plautus *committit* dixit.

Ab *ango* præterito anxi usus Agellius lib. I, cap. II: *Eures in fine quoque vite ipso animum ejus anxio.* Ab eodem Priscianus format supinum *anctum*, Diomedes verò *anxium*. Pro Prisciano sunt glossæ vett. ubi legas: *Ανξι, ἀναγκαστέρες, ἀγγόμωροι.* Sed neutrum apud classicos invenire potuimus. Imò nec illud liquet, an *angor* in præterito faciat *anxius*, quod scribit Diomedes. Nam videtur hoc esse nomen. Interim non dubium, quin ab *anxium* sit *anxius*, & *anxietas*.

Lingo in supino facit *linctum*. Plinius lib. xxxv, cap. xv: *Sulphur prodest & suspiriosis linctum.* Et lib. xxxvi, cap. xvii: *Affinis lapis prodest & phisicus linctu.*

Frigo, *frixi* facere, auctores sunt Diomedes, & Phocas. In supino habet & *frixum*; quo usus Corn. Celsus *: & *frictum*; unde Horatio † *frictum cicer*; *frictæ nuges*, apud Plautum Pœn. †

Figo in supino *fiatum* habet, & *fixum*: ut scribit Diomedes lib. primo; ubi laudat illud Scauri de vita sua: *Sagittis confictus.* Idem Ciceronis, Varronis, aliorumque autoritate comprobatur Obertus Giffa-

* lib. 2. c. 18.
est aliqui
elixa repa-
nant pro
frixâ.
† in Arte.
† ad. 1. sc. 2.

nus in Indice, voce *fictus*. Iacobus quoque Cujacius, ac Scipio Gentilis *, observarunt, Callistratum † eodem modo dixisse : *Si quando navis, vel infecta, vel fracta, intra finis agrī cuiusque fuerit. Infecta pro infixa.*

* Lib. primo
de vitis. cap.
33.
† l. 7. de in
cendio, rui-
na, naustra-
gio.

Clango, clanci habet : etsi *clanguit* dicat vetus S. S. interpres Num. cap. x. Sed de isto plura in libro de vitis Sermonis.

Neglego olim negligi fecit. Ita Æmilius Macer, in xvi Annal. teste Diomede, & Prisciano : *Omnem nostrum neglexerit auctoritatem*. M. quoque Antonius, quem antiquas voces affectasse, è Suetonio † constat, ita locutus videtur in epistola apud Ciceronem Philipp. xiii : *Theopompum, nudum, expulsam à Trebonio, confugere Alexandriam neglegisti*. Ita è manuscripto cod. emendat Ianus Guiljelmus lib. ii Verif. cap. xi. Estque huic simile *intellegit*, pro *intellexerit* ; quo non semel usus Vlpianus.

† Aug. cap
86.

A ningo, ninxi, dixit Accius in Andromeda :

Cum ninxerit celestium molem mihi.

Atque inde Priscianus esse vult *nix* ; ut à *duxi, dux* ; à *rexi, rex*. Sed *nix* est ex *navis*, pro quo veteres dixere *ninguis* : quo Lucillium esse usum, testatur Charisius in primo. Ac Priscianus in vi citat ex Appuleji Hermagora : *Aspera hiems erat : Omnia nique canebant*.

Vngo tantum *naxi* habere, scribit Charisius : sed *unguis* etiam facere, Nisus, Papirianus, & Probus, putarunt, teste Prisciano in ix.

Veteres in præsentī *unguo* dixere : unde *unguen*, & *unguentum*.

Stinguo penè exolevit. Gloss. Cyr. Στεννώω, *stinguo*. Onomast. *Stinguo*, στενωώω. Vetus Poëta, Cn. nempe Martius vates, apud Livium lib. xxv :

Nam is Deus vestros perduelles stinguet ad unum.

Vt quidem Scaliger legendum conjectat ad Varr. Apud Livium est : *Nam is deus exstinguet perduelles vestros*. Vnde malim ego, ut merus spondiacus sit :

Namque ollis diis stinguet perduelles vestros.

Eodem *stinguendi* verbo etiam Lucretium usum constat. Vti & Tulliam in Arateis, quemadmodum Priscianus ostendit in x. Fortasse autem hoc verbum in elementalibus libellis à Grammaticis poni non debuit : sed ejus in locum substitui oportuit compositum *restinguo*, *exstinguo*, aut *præstinguo* ; nempe eâ ratione, quâ ipsi *affligo* ponunt, non item *stigo* ; quo tamen usus Lucretius lib. ii :

— *Nam cū a supernè*

*Obvia cūm stixere, sit ut diversa reptæ
Dissiliant.*

Livium

Livium quoque Andronicum, & Attrium, usos, docebit Nonius Marcellus. Indéque verbale *fluctus*. Virgil. lib. IX :

Dant sonitum fluctu galeæ.

Hanc enim lectionem agnoscit quoque Servius; ut movere nos haut debeat, quod in quibusdam codd. legatur *adfluctu* : quod ex glossemate irrepsit. Sed & usus Silius lib. IX :

— *Galea horrida fluctu*

Adversa ardescit galeæ.

Itemque Aufonius epist. xxv :

Cymbala dant fluctu sonitum.

Vide de hac voce, quid adversum Titium notarit Yvo Villiomarus, sive Scaliger lib. VI Locor. Controv. in cap. IX.

Pergo, & *surgo*, primam simplicis *rego* in præsentī perdunt, quam in perfecto supinoque retinent.

Ineptè docent, *pango* in præterito facere *pepigi*, & *panxi*, cum tantum habeat *panxi*; quo utitur Columella lib. XI, cap. II : *Olearum*, inquit, *taleam oportet, cum panxeris, fimo & cinere mistis obtinere*. Olim pro eo dixisse, *pegi*, ut *frango fregi*, tum indicant composita, *impegi, compegi*; tum testatum facit hoc Pacuvii apud Priscianum :

— *Tonsillam pegi lævo in litore.*

Vfus quoque Cicero, ut testatur Turnebus in Apologetico *. Ejus ^{pag. 36. Apolog.} est primo de legibus : *Requiri placere terminos, quos Socrates pegerit*. Vbi *pegerit* nihil aliud est, quam *panxerit*. At *pepigerit* aliud fuerit. Nam significat, *paetus foret*. Quare *pepigi* non à *pango* est, sed à *pago*; pro quo posteriores dixerunt *paciscor*. Vsum hac de re adscribere illustrem Quinctiliani locum è lib. primo, cap. VI : *Prima quoque aliquando positio ex obliquis invenitur, ut memoriâ repeto, convictos a me, qui reprehenderant, quod hoc verbo usus essem Pepigi*. Nam id quidem dixisse summos auctores consuebantur; rationem tamen negabant permittere, quia prima positio *Paciscor* cum haberet naturam patiendi, faceret tempore præterito *Paetus sum*. Nos, præter auctoritatem oratorum, atque historicorum, analogiâ quoque dictum *tuebamur*. Nam cum in XII Tab. legeremus : *Ni ita pagunt, inveniebamus simile huic Cadunt* : inde primæ positio, etiamsi vetustate exoleverat, apparebat *Pago*, ut *Cado* : unde non erat dubium sic *Pepigi* nos dicere, ut *Cecidi*. Fabii causam juvat Priscianus lib. X; ubi citat illud Ciceronis è lib. II ad Herennium : *Paeta sunt, quæ legibus observanda sunt : hoc modo rem ubi pagunt, oratione pagunt*. Supinum idem habet ac *pango*. Nam à *compingo* quidem Cic. lib. de finib. dixit : *Quod enim in operibus manu factis, tamque compactum & coagmentatum inveniri potest?* At à *compago*, vel *compaciscor*, dixit Plautus Captivis † : *Extemplo rem de compacto geris* : & Livius

lib. VI : *Vi multo verisimilius sit, comparato eam rem, & communi fraude patrisiorum aetam.*

Dego degi facit, cum sit ab *ago*. Apud Symmachum tamen lib. I, epist. XXXII sic Aufonius : *Cum in comitatu degimusambo ævo desipari.* Sed in vet. codd. est *degimus*. Atque ita in ipso Aufonio legitur.

Diomedes à *vergo* format *verxi* : sed sine auctore.

Pollingo non reperi apud veteres : sed præteritum *pollinxi*, & verbale *pollinctor*. Vt apud Plautum in prologo *Pœmuli* :

Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. In glossis Græcolatinis unico legas : *Τα εχρησεν vexpov, Pollingo.* Et convenit cum etymo, si est *ex polio*, & *ungo* : ut ad Tertullianum notavit socer Franciscus Iunius. Vbi *polire* sumitur, quomodo *polire* agrôs Ennius ait apud Nonium. Alteram compositi partem firmat hoc Appulei in *Hermagora* : *Pollinctor ejus funeri dum unctioem parat.*

C A P V T X X V I I I .

De verbis in LO. Alitum, & altum, ab *alo* : sed illud præferri, *ἀλιττυμιας* vitanda ergo. *Pfalli*. *Pulsi*. *Excelleo*. *Plaustrum perculi*, *paræmia*. *Erasmus notatus*. *Velli*, & *vulsi*; *revelli*, & *revulsi*.

L O .

A *Molo* est *molitum*. Cæsar lib. I de bello Gall. *Tisam mensium molis à cibaria sibi quemque domo efferre jubens.*

Alo quoque *alitum* facere, indicio est hoc Valerii Maximi lib. V, cap. IV : *Quid tam inusitatum, quid tam inaudisum, quam matrem nata uberibus alitam?* Ex eò autem *ἄλιττυμιας* factum *alitum*. Sallustius apud Diomedem : *Arpini alens*. Sed *alium* præfert Diomedes, ad ambiguitatem vitandam. Vnde & *alimentum*.

A psallo est *psalli*. Bassus lib. II *Lyricorum* apud Priscianum :

Calliope princeps sapienti psallerat ore.

A pello etiam *pulsi* videntur dixisse. Vlpianus quidem lib. LXX ad Edictum * : *Marcellus astem ait, si quis jus habens pecoris ad aquam appellendi, plura pecora adpulserit.* Scio in vulgatis esse *appulerit*, vel *adpulerit*. Sed in Florentinis pandectis liquidò exaratum *adpulserit*. Quod retinet quoque Scipio Gentilis lib. I *Παράρτυον*, cap. XXXII I.

* Leg. I. §. 18. de A. qua quotidiana & asiva.

Dubitare videntur Grammatici veteres, num *exculi*, an *excellus*, an *excellivi*, dicendum sit. Probus quidem *excellivi* præfert. Sed Priscianus lib. X, duo priora : at ita ut sint à verbis diversis. Vult enim, tum *excelleo* dici, tum *excello* : ac *excelleo* quoque rectum esse, probat illo Plauti *Pseud.* act. II, sc. III : *Vi quisque fortunâ utitur, ita præcellet.* Et manifestius hoc Ciceronis primâ epist. ad Filium : *Quare effice, ut excellas.*

Ac

Ac docet Diomedes, similiter loqui Æmilium Macrum in secundo Ornithogonias: *Cum laude excelles omnes. Excello autem, ut antecello, apud Ciceronem, & alios, passim usurpatur. Sic omnium instar est locus Lucretii **, ut qui infinitivum ejus efferat penultimâ correptâ :

* lib. 1.
vers. 27.

Omnibus ornatum voluisti excellere dictis.

Itaque cenet Priscianus, ab *excelleo* quidem esse *excellui*, ut à *calco* est *calui*: at ab *excello* esse *exculsi*, ut à *percello*, *perculsi*. Gloss. *Perculsi, καλέσθαι, ἐξέσθηξεν. Perculsum, ἀπωμένον.* Habemus apud Maronem v. ÆN.

Perculsi, & sicut à moribus indam extendit arenâ :

& apud Plautum Epid. act. iv, sc. ii: *Peris, plaustrum perculsi.* Vbi maximus Deliderius †, atque item Cælius Rhodiginus ‡, libris quibusdam decepti, perperam legunt, *austrum perculsi.* Est enim adagium rusticorum, qui, ut Festus, ac Donatus *, docent, plaustrum percussisse dicuntur, cum negotium aliquod everterunt, & perturbarunt. Ajunt & dici *percussis*, unde fit *percussum*. Ac Terentium laudat Andr. i, sc. i. Sed ibi in melioribus libris est *percussis*: uti in omnibus MSSis Palatinis. Objectant quoque Horatium lib. i, od. vii, Ciceronem pro Mil. & Lucanum lib. ii. Sed Rivius ubique mavult *percussis*. Eademque Lambini mens, comment. in Horatium †.

† in Chiliad.
‡ lib. 15. v. 2.

* in Euv.
ab. 2. sc. 3.

De *salto* dicam cap. xxxv.

Vello, Charisio, Diomede, Priscianoque testibus, & *velli* facit, & *vulsi*. *Vulsi, & vulserunt*, sæpe est apud Lucanum. Ex Laberio etiam citat Diomedes: *Aliqua parte prævulserat.* At prius prætulit Cicero. Ejus est epist. xx, lib. v ad Att. *Ibi morati biduum perillustres fuimus, honorificisque verbis omnium injurias revellimus superiores.* Et epist. xv, lib. vii: *Quæ me convellerunt de pristino statu.* Apud eundem de supplicii est: *Revellistis, acque in profundum abjecistis.* Ovidius & *vulsi* usurpat. Ait enim epist. Hypsipyles ad Iasonem:

† lib. 1. od. 7.
Qui Lambini
tamen
Ciceroni lo-
cum addu-
cens, per-
culsi resi-
nuit notis in-
illud ejus-
dem Poeta
lib. 2. sat. 2:
Atque affligit
humo.

Aurea Phryxæ terga revulsi ovis.

In aliquibus tamen codd. est *revellit*. Etiam est Metam. lib. viii:

A silvis juba, & ab arvis arva revulsi.

At paullo post legas:

Continuam diduxit humum, pariterque revellit

In eisdem mediis, quot cernis Echinadas, undis.

Similiterque dixit Maro iv ÆN.

— *Et quos Sidoniâ vix urbe revelli,*

Rursus agam pelago.

Fortasse autem & altero usus est.

Nam primo ÆN. in vulgatis quidem exaratum:

Nec patris Æneæ cineres, mané suo revelli.

Sed

Sed in oblongo codice, quem delicias suas Pomponius Lætus vocare solet, *revulsi* legi ait Pierius: quod tamen improbat Servius.

C A P V T · X X I X .

De verbis tertiæ desinenibus in NO. Geno. Cenforinus enjas, & quando vixerit. Genii, unde dicantur. Recano, pro recino. Recanui, occanui, concanui, a cano. Premi, pro pressi. Imperfectum pro plusquamperfecto Subjunctivi. Litum, delitor. Varro correctus, apud Nonium. Lino, lini, livi, aut levi facit. Posivi, repositivi, depositivi. Crevi, pro vidi, aut constitui. Cretum, pro statutum. Cretio. Sii, sivi, vel lini.

N O .

Cigno præterito caret: sed mutuatur *genus* à *geno*, quod non refugiant Paullus & Vlpianus I. C. ut probat Scipio Gentilis in *lib. 1. c. 27.* *πεπέργαις* *, uti de altero horum Radulphus Fornerius †, sed post Gentilem, imò uterque post Scaligerum ‡. Vñ quoque, Lucretius non uno loco, Varro lib. 1 de R. R. cap. XL, & lib. 11, cap. 11, Severus in Ætina, Appulejus lib. de Deo Socratis, multique alii. Vnum tantum adducam, Cenforinum, scriptorem Romanum, (Romam enim suam, ac Q. Cærellii, ad quem scribit, communem patriam facit *) & sat antiquum, ut qui se scribente agi dicat † annum à conditu Romæ nongentesimum, nonagesimum primum ‡. Ejus, quem dixi, scriptoris hæc sunt verba cap. tertio aureoli libelli de die natali: *Hic sive quòd ut genamur creet, sive quòd unà genitur nobiscum, sive etiam quòd nos genitus suscipit, ac tuetur, certè à genendo genus appellatur.* Ita enim in MSS codd. legere est, quorum scripturam representavit Carrio: ne quis moretur, vel editionem Eliæ Vineti, in qua & *gignendo*, & *gignitur* corruptè editum est: vel autoritatem Antonii Delrio, qui initio commentarii in Senecæ Medeam, hunc locum adducens, pro *genamur* legit *generemur*, ac *gignitur* retinet cum Vineto.

* *lib. 1. c. 27.*
† *lib. 5 re-
rum quotid.*
cap. 20.
‡ *comment.*
in Severi
Ætina.

* *cap. 15.*† *cap. 21.*‡ *hoc est, an-
num Christi*
Dionysia-
num 238.

Canis cum *cecini* habeat, in composito erit *occini*, quod probat Diomedes. Sed alii malunt *occiumi*. Ejus præsens est *occino*, vel *occano*. Nam veteres simplicis vocalem retinebant. Tacitus lib. 11 Annalium: *Tum Sentius occanere cornua, tubasque, jussit.* Similiter *recano* dicebant, pro *recino*. Itaque vet. MSSi apud Maronem in Culice habent:

Es recanente lyrà.

Vbi vulgares, *recinente*. Itidem aliquantò post in vet. codd. legitur:

— *Calamo recanente palustri.*

Porro *cano* olim etiam *canni* fecit: item compositum ejus *occano*, *occanui*. Verba sunt Servii ad 11 Georg. *Sic etiam ab eo, quod est cano, non cecini, sed canni dicebant. Sallustius: Cornua occanuerunt.* Idem testatur his

his

his verbis Priscianus lib. x: *Quidam & occano occanus protulerunt, ut Sallustius id pr. Histor. Metelli cornucines occanuerunt.* Itaque dubitat Petrus Colvius, an apud Appulejum primo Floridorum *concanuisse* sit legendum, ubi in vulgatis quidem est *certainuisse*, at in nostris etiam membranibus *concanuisse*. Sunt & alia id genus, quæ apud antiquos in præterito referantur consonantem præteritis, contra quam nunc fit. Nam Ennius, atque alii, *confisti*, pro *constiti*, dixerunt. *Premi*, pro *pressi*, usurpat Cato cap. LXVI. *Asterui*, pro *atrivi*, Tibullus, & fortasse *asteruis* pro *atrivis* Tacitus: de quibus postea dicemus. Ac, hujuscemodi exemplis adductus, vir eximius putabat, Plautum Milite I, I, quo loco *transmitteres* legitur in vulgatis, *transmitteras* scripsisse, pro *transmiseras*. Sed eos hic sequimur, qui *transmitteres* retinent, & pro *transmissis* poni ajunt; eadem nempe ratione, qua, eâpse scenâ, *occideres* ponitur pro *occidisses*: quod cum non attenderet Duza, *occideras* scribendum, pro *occidisses*, credidit.

Lino, litum, facit. Virgil. IV Georg.

— *Et paribus lita corpora gustis.*

Martialis lib. x, epigr. LXVIII:

Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis.

Cicero epist. I ad Calvum: *Tuli moleste, quod litera delicta sunt à te reddite.* Et IV Verr. *Tabule sunt in medio, quæ se corruptas, atque inlicitas esse, clamant.* Attius in Atreo:

Epularium fictor, scelorum fratris delitor.

De præterito ejus non convenit. Apud Columellam * *livi* legitur: ** lib. 12. cap. 50.*
Novia dolia, vel serias, crassa gummi tixerunt. Apud Quintilianum † *lini*: † in declinatione cœci.
Marini, inquit, tui cruore parietem liniisti. Apud Varronem *linii*: *Cum, inquit, oblitueris vasa.* Tamen nullum vulgò ex hisce præteritis probant: sed *levi*. Vnde *relevi* apud Terentium ‡. Sed alii malunt esse à *releo*, ‡ Hegne. aff. 3, sc. 8.
 quod ejusdem erit originis ac *deleo*. Sanè apud Diomedem difertim scribitur: *Deleor, delitus, & deletus.* Cicero ad Filium: *Ceris deletis.* Varro in Prætorianâ: *Delicta litera.* Calvus ad uxorem: *Prima epistola videtur in via delicta.* Similiter ab *oblim*, sive *obleo*, est *oblevi*. Varro Mysteriorum apud Nonium in Portitores: *Æs defraudasse cauponem, bonam luto oblevisse, tam portitores æra inducere.* Vbi pro *bonam* legendum *obbam*. Canterus enim Novarum Lectionum lib. VI, cap. VI, haut rectè *cauponam* emendat. At *linivi*, vel *linii*, *linitum*, sunt à *lino*; quod est quartæ.

Pono olim fecit *posivi*: quod è Plauti Vidulariâ, & Appulejo in primo Hermag. probat Priscianus. Adde Plautum Asin. act. III, sc. I: *Quin pol si reposivi remum.* Et Curcul. act. IV, sc. III:

*Nunc nisi tu mihi properè properes dare jam triginta minas,
 Quas ego apud te deposivi, vitam propera ponere.*

* *carm.* 35. Item *Casinâ act.* IV, *sc.* IV: *Penè exposuiv cubito.* Catullus *:

O Latonia, maximi
Magna progenies Iovis,
Quam mater prope Deliam
Deposuit olivam.

† *amiquâ.* Hinc *deposuisse*, pro *deposuisse*, *δεχαινωσ* † dixit Maro in *parcedia*:
Tuâ in palude deposuisse sarcinas.

Sic cum Scaligero lego. Alioquin enim non sint jambi meri.

Certo tum tantum *crevi*, & *cretum*, & *cretum*, facere ajunt, quando de hereditate sermo est. Sed contrarium evincit Priscianus illo Titinnii in *Geminis*: *Simul ut pueras has noctu suspirare crevi.* id est, vidi. Et isto Plauti *Cistell.* *act.* I, *sc.* I: *Cum ego antehac te amavi, & mihi amicam esse crevi.* Quem locum Varro etiam profert lib. VI de L. L. ubi hæc eâ de voce apponit: *Crevi*, inquit, *valet constitui.* Itaque *heres cum constituit se heredem esse, dicitur cernere, & cum id fecit, crevisse.* Idem Plautus eadem comœdiâ *act.* II, *sc.* I: *Satin' tibi istuc in corde cretum est?*

Ita eum locum legit Iof. Scaliger, pro quo in vulgatis *certum*, forte ex glossâ. Nam idem significant *cretum*, & *decretum*, quod *constitutum*, aut *certum*. Hinc Sallustius *Orat.* ad *Cæf.* *Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit.* Est & in usu verbale *cretio*: quo quid in hæreditatibus significetur; docebunt *Vlpianus Tit.* XXI, *Isidorus lib.* V, *cap.* XXIV, & *Alciatus lib.* III *Distinctionum*, *cap.* VII.

Sino usitatius *svi*, vel *si*, interdum & *svi* facit. *Sii*, sive, ut in aliis legitur libris, *svi*, usurpant Varro lib. VI *Epist. quæstionum*, & *Terentius in Adelphis* †. *Sini* vero idem Varro apud Priscianum, tum & *Publius Rutilius*, & *Scaurus* de vitâ suâ: quorum verba adfert *Diomedes*, sed corruptè totus is locus legitur in editionibus, quæ *Putschianâ* priores. Hæc enim codicum antiquorum fide veram lectionem indicat, ut & *Gaspar Schoppius lib.* III *suspect. lect. epist.* III.

C A P V T X X X.

De verbis exeuntibus in P O. *Clepere.* *Clepsi.* *Scelerus*, pro *scelestus*. *Plauto medicina.* *Terui*, pro *trivi*: *teritum*, pro *tritum*. *Serui.* *Diflero*, *desero*, *inserui*, *quid proprie notent.* *Desitus*, & *desertus*, pro *insito* sive *inserto*. *Verrî.* *Verla* *templa*, hoc est, *συναρπύματα*. *Verlus unde dicantur.* *Verritum.* *Converritor.* *Curri.* *Furui*, *sequioris ævi vox.*

C *Arpo*, juxta *Terentium Scaurum*, facit *carbys*, contra quàm fit in *scribo*, quod *scripsi* habet. Illic P in B; hic B in P. *abit.* Sed hæc

* *act.* 1.
sc. 2. ubi
 sit est in
 doce *Bemb-*
no, quem
Paerms ex-
 pressit: sicut
 in *abio*,
 etiam *Tar-*
visina veteri
anni 1477:
item MSSu
nostru. In
 paucis etiam
MSSu pro
 sicut est si-
 mit. *Vi &*
And. act. I.
sc. II, *vers.*
 17.
 P O.

hæc ratio scribendi non observatur in vet. libb. ubi & scribfi, & carpsi, legitur. Diximus de hoc supra, cum de *Scribo* ageremus.

Clepo clepsi facit. Neque enim assentio iis, qui utrumque aut barbarum censent, aut sanè obsoletum. Nam Senecæ est in *Medea* act. II, sc. I :

Lævis est dolor, qui capere consilium potest,
Et clepere sese. Et in *Hercule furente* act. III, sc. II :
Tunc ipse rictus, & Clooniam caput
Opponit, ac se togamine ingenti clepit.

Quibus locis *clepere* est *tegere* live *abscondere* : quomodo & idem Seneca *fiarari* accipit in *Agamemnone* act. V, sc. II :

Germane, vultus veste fiarabor tuos.

Clepsi verò est apud Manlium lib. primo :

— *Quis enim condentibus illis*

Clepsisset furto mundum, quo cuncta rogamur ?

Antiquè pro eo *clepi* dicebatur. Sanè vet. libb. apud Cic. II de *Legg.* habent : *Sacrum sacrove commendationis, qui cleperit, rapsisque, parricida esto.* Atque eam lectionem probat Turnebus in *Comment.* & Scaliger in lib. II. *Varronis de R. R.* cap. IX. *Vulgati* habent *clepsit, rapsisque.* quod *clepi* non minus, quàm *clepsi* firmat. Nam ut à *rapuero, rapro, rapsi* : sic à *clepi, clepero, clepro, clepso*, R in S abeunte, ut alias sæpe.

A *tero* est *teris*, & *trivis*, juxta Appulejum ; quemadmodum scribit *Charisius* in *tertio* *. Sed fortasse pro *teris, terni* legendum. Quo usus *Plautus Pseud.* act. III, sc. II :

Tertius sinapis scelera cum illis, qui tertius :

Prinsquam tertuerunt, oculi ut exstillent facit.

In vulgatis pro *scelera* est *scelerata*, & pro *tertuerunt, triverunt*. Sed *scelera, pro scelerata*, & versus requirit, & *Servius Danielis* † hoc loco agnoscit. *Tertuerunt* verò, pro *triverunt*, *Plautum* hic scripsisse, *Priscianus* auctor est lib. VI. Vbi tamen *triverunt* in *Helix* *Putichii* editione † legitur : sed *tertuerunt* reperi in antiquis, uti *Venetâ* anni MDCCCLXXVI. Et similiter dixit *Tibullus* lib. I, eleg. IV : *Aut operi insuetas atteruisse manus.* Ita & princeps editio *. Apud *Tacitum* quoque primo *Historiarum* in optimo illo *Vaticano*, teste *Lipσιο*, scriptum est, *Mox attritis opibus* : pro quo vulgati habent, *attritis*. Longè tamen *trivi* præfert *Velius Longus*, cum scribit : *Item terni, & trivi, non adscribo huic disputationi, sed consuetudini, sed novæ, & veteri annotationi. Nam & Virgilius, secutus antiquos, cum possit dicere (terni,) non impediens metro ; maluit dicere †, Nec te poeniteat calamo trivisse labellum : & †, Hinc radios trivere rotis.*

Quemadmodum autem à *tero* fuit *terni* : sic à *sero* non *sevi* tantum,

* cap. de
tertio ordo-
no.

† In illud
9 En.
Nec te tua
funera ma-
ter.
† pag. 682.

* anni
1481, Regii
Lepidi pro-
curata.

† Ecl. 2.
† 2 Georg.

fed & *serui* dixere. Vfus hoc Ennius in præceptis, Prifciano teste. Atque hoc remanfit in compositis, quando tranflatè fumuntur: ut *inferui*, *afferui*, *conferui*, *deserui*, *differui*, *exferui* &c. Nam propriè *deserere* est, à fatione decedere; *inferere*, semina infpergere; *differere*, semina in diversas areolas spargere, & sic in cæteris. Varro lib. I de R. R. cap. XXIII: *In recentibus pomariis, desertis feminibus, in ordinemque arbuticulus positus, primis annis, antequam radices longius procedere possint, alii conferunt hortos, alii quid aliud.* Vbi Scaliger *desita semina* interpretatur malleolos in agro furculario depositos. At pro eodem *desertus* dixit Tibullus *:

* lib. I. el. I.

Nam vector, seu stipes habet desertus in agris,

Seu vetus in trivio florida sitra lapis.

Vbi *desertus* est in terram depositus, seu solo insertus. Fortasse tamen verius dixeris, olim duplex fuisse *sero*: unum ab εἶρω, hoc est, *ordino*: alterum à ἀείρω, seu ἀερίω, id est *sero*, & extrito: ac priori significatione fecisse *serui*, *seruum*: posteriori autem, *sevi sacrum*. Sanè *conferui*, *inferui*, habent significationem seminandi: at *inferui*, *conferui*, ordinandi.

Vero, inquit Prifcianus, *versi* facit, secundum Seruum; secundum Charisium, *verri*, quod & usus comprobat. Licinius Macer pro Thufcis: *Quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias auerterunt.* Publius †: *Cellas seruorum conuerri.* Supinum ejus est *versum*: unde apud Catonem †, *Villam conuersam mundamque habeat.* Apud Cic. Verr. III: *Etenim quæ iam tu domum, quam urbem adisti, quod sanam denique, quod non eversam atque extersum reliqueris?* Fortasse & apud Maronem I ÆN.

† in Muro, al Muro. Mutone, pro quo n M.º nostrò est, Munto ne. † cap. 143.

Et versa pulvis inscribitur hasta.

Nam, si credimus Diomedem, melius est *tracta* intelligere, quam *inversa*. At apertius apud Diomedem Seneca è deperdito * dialogo de superstitit. *versa templa.* E Plauto quoque idem Diomedes citat, *versa, sparsa.* Ac putat Acidalius, signari locum Pseudoli act. I, sc. II, ubi in vulgatis legitur:

Versa, præsterga †, strata, lausaque costaque omnia usi sint.

Nam legendum esse,

Versa, sparsa, versa, strata, lausa, costaque omnia ut sint.

Quam emendationem pluribus rationibus idem Acidalius comprobabat. Porrò quia non à *vertendo* tantum, sed à *verrendo* etiam in supino *versum* dicimus: hinc eruditus interpres Mat. XI I στρογγύμενον transtulit *versum*: ubi vulgatus habet *scopis mundatum*. Eapse de causa, si codicibus editis fidem habemus, Iulius Scaliger lib. II de re Poëtica, cap. V, more suo à Grammaticorum vulgo dissentiens, *versui* nomen esse autumat à *verrendo*, hoc est sulcando, scalpendo, & tollendo aliquid è ceræ, in qua scribebant, superficie, ita ut depressio relinqueretur.

Que

* Dialogorum ejus meminit Fabius: libri de Superstitione Tertullianus in Apologi & Ausustinus lib. 6 de Civ. Dei. † MSSs, præsterga.

Quæ verba attentius consideranti paret rationem potius adferri, cur à vertendo sit, quàm verrendo. Nam *vertere* est sulcare, more agricolarum, qui in arando terram vertunt, ut loquitur Maro *, ac sulcum faciunt. Quare omnino est à *vertendo*: ac licet nonnulli doctissimi viri, auctoritate Scaligeri compulsi, à *verrendo* deducere malint: tamen eorum magis mihi iudicium probatur, qui apud Scaligerum, typothetarum culpà, *vertere*, pro *vertere*, irrepsisse coniectant. Fortasse & *verrum* pro *versum* dixere. Nam verbale *converruitor* est apud Appulejum in Apologia: *Converruitorum pridiane reliquie.*

Carris in præterito usurpat Tertullianus lib. de fuga in persecutione cap. xii: *Pedibus stersisti, carristi mimmis.* De compositis ejus diximus, cum ea expendere, quæ præteritum geminant.

Furo, pro quo malè apud Nebrissensem est *f.rio*, præterito caret. *Furui* tamen inde flectit Servius. Imò & Sedulius dixit lib. i operis paschalis: *Nec minus & Darii fuerunt iussa tyranni.*

Neque dubitavit eopse modo loqui Philelphus, epistolà ad Antonium Panormitam: ubi Lucretium ait, hausto poculo amatorio, *fuisse*. *Furo* in primà est insolens. Eo tamen usus Varro, teste Prisciano, qui inflectere jubet, *furis*, *furit*. Imò ipse est Ciceronis in ii de Divinat. *Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur.* Et ad Quint. F. *Clodius furebat, se consummaciter urbaneque vexatum.* Quorum exemplo usus quoque Aratus lib. ii:

Cui pelagus, tellusque furunt.

CAPVT XXXI.

De verbis in *SO*, vel *TO*. *Lacessivi*, *laccessii*, & *laccessi*, *similiaque*. *Depsi*, *perdepfi*. *Pinsitum*, *pinsum*, *pistum*. *Pinsere*, *pisere*, *pinsire*. *Pexui*, vel *pexi*; *pexum*, *pectitum*, *pectum*, unde *impectare*. *Fluctum*, *nectum*, *connectus*. *Complexus*, à *complecto*. *Serti*, & *stertui*. *Messui*. *Nexui*, & *nexi*. *Statum* à *sisto*. *Abstit*, pro *abstitit*. *Discrimen*, quod inter *enifus*, & *enixus*, ponunt, non observatur.

Caesso, *arcesso*, *laccesso*, *similiaque*, malè quidam spoliant præteritis *SO*. *Supinûsque*, cum in illis habeant *IVI*; in his *ITVM*. Quod plurimis evincitur exemplis. Cic. pro domo suâ: *Nos te, Antoni, nullâ lacessivimus injuriâ.* Et in Pisonem: *Responsione me inimicâ homo promissimus lacessivit.* Idem lib. iv de Repub. apud Augustinum lib. ii de Civ. Dei: *Æschines, civis Atheniensis, vir eloquentissimus, cum adolescens tragœdias actitavisset, Remp. caessivit.* Tacitus quintodecimo Annal. *At Flavius Scœvurus, & Afranius Quintilianus, uterque Senatorii ordinis, con-*

tra famam sui, principium tantæ facinoris capeſſivère. Ibidem : Igitur digreſſus caſtellis Vannius funditur prælio, quamquam rebus adverſis laudatus, quod & pugnam manu capeſſivit, & corpore adverſo vulnere excepit. Supinum quoque, & participium hinc deductum, ab eodem ulurpatur. Vt IV Hiſtor. Nos quamquam toties laceſſiſſi, jure victoriæ id ſolum vobis addidimus, quo pacem tueremur. Idem lib. VI Annal. Meliora capeſſiviorum Mæcronicæ dæce. Dixitque eodem modo Cic. VI Verr. Antequam auდიſſem, ſi

* verſ. 290. negotium faceſſivum. Et Claudianus lib. de bello Getico * :

Sæpe laceſſivam, ſed non impune, faciemur
Auſoniam.

Quibus refellitur Vgutionis & Alexandri ſomnium, ſcribentium capeſſum, & laceſſum, dici debere. Et hæc quidem integra. Interdum verò in præteritis V ἔστυγοντο ejicitur. Certè Præcilianus quoque autor eſt, Verrinâ primâ, in quibuſdam libris, legi : Ipſe profecto metuerè incipies, ne innocenti periculum faceſſeris. Dixitque eopie modo Livius lib. X ab V. C. Per biduum laceſſivè hoſtem. Et Tacitus lib. XII Annal. Pugnam manu capeſſiſſi, & corpore adverſo vulnere excepit. Hinc alterius quoque literæ abjectione laceſſiſſet eſt apud Comicum in Phormione † :

Vetus ſi poëta non laceſſiſſet prior.

Eſtque iſthæc ἔστυγοντο multò ulitatiffima in inceſſo. Columella lib. XII. Pluvie inceſſerunt. Livius lib. III ab V. C. Ingens metus inceſſerat patres. Tacitus lib. III Annal. Quoties valetudo adverſa ſtammum Dialectum inceſſiſſet. Idem lib. XV : Quia rumor inceſſerat, pondem ceſſivum overi, dolo fabricantium. Et lib. II Hiſtor. Marium Ceſſum variis criminibus inceſſerant : Et lib. III Hiſtor. Fuere qui uxorem L. Vtelliſſi Triariam inceſſerunt. Occurrit & ea ſyncope in capeſſo, & faceſſo. Tacitus lib. XIII Annal. Julius quidam Montanus ſenatoris ordinis ; ſed qui nondum honorem capeſſiſſet. Et lib. IV Hiſtor. Igitur à laude Clarvii Ruſi orſus, qui perinde dros & eloquentiâ clarus, nulli unquam ſub Nerome periculum faceſſiſſet. Hæc eo fuſius adferre viſum, quia multi è Grammaticis, inter præterita integra, & ἔστυγοντο paſſa, non fatiſ diſtinxerunt.

Depſo, etſi ad nequitias transferatur, naturâ tamen ſuâ verbum eſt honeſtum. Atque ita uſus Porcius Cato cap. XC. Præteritum ejus depſiſſi. Vnde L. Pomponius ‡, Atellanarum poëta, in Nuptiis :

— Partem inſipui, conduſi, condepſiſſi.

Et Catullus * ſimiliter perdepſiſſi. Catonis etiam eſt : Vbi depſerit, aliam aquam inſundito.

Pinſo pinſiſſi facit : quod Probus illo Pomponii oſtendit :

Neque molis molui, neque † pilis pinſiſſi.

At triplex habet ſupinum, pinſivum, & ἔστυγοντο , tum pinſum, tum piſivum.

‡ apud Neſum in Condepſere.

* carm. 75.

† Fortaſſe ſcribendum, neve pilis : ut ſit jambicum ſenatus.

pistum. Columella lib. XII, cap. XXVII: *Iris bene pinisam, nec plus siccæ pondere addito*. Sic, *pinisum panicum*, apud eundem extremo cap. IX, lib. II: & *pinisum hordeum*, cum alibi, tum lib. VIII, cap. IV. *Pinisum* dixit Vitruvius lib. VII, cap. I: *Id non minus pinisum * absolum crassitudine fit dodrantis*. *Pistum* est apud Plinium lib. XVIIII, cap. X: *Si pista serantur*. Indeque *pistor*, & *pistrinum*. Veteres autem, Diomedea teste, pro *pinso* etiam dixere *pisso* absque N, quâ de re post Turnebum, & Scaligerum, pluribus agit Gaspar Schoppius lib. I Suspect. lect. epist. XVI. Adi & Casaubonum ad illud Perii sat. I:

O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinisit.

Olim hoc verbum quartæ fuit. Vnde Ennius apud Varronem lib. IV de L. L. — *Cubitis pinisabant humum*. Imo & *pisare* dictum. Varro lib. III de R. R. cap. LXIII: *Vt in pistrino pisetur, ac torreatur*. Similiter ex Veranio Verrius, sive Festus in *Muris*: *Salis in pila pisato*. Sic codex Farnesianus: ubi in aliis *pinisato*, sed perperam. Nempe ut *cubare* & *enimber*, sic *pisare* & *pinisere* dixerunt.

Plerique, ut inquit Priscianus, *peccui à pecto protulerunt*. Charisius, *peccui*. *Mecenas in Octavia*: *Peccisti capillum nature muneribus gratum*. *Asper ramentum, peccivi*. Hæc ille. *Supinum est peccium, vel peccuum*. Columella lib. X: *Verum ubi jam puro discrimine peccita tellus*. Idem lib. XII, cap. III: *Preparata sunt, & peccita lanae*. Et, credo, quia *peccitum* dicitur, etiam *peccivi* dici putavit Asper. Equidem ita loqui non ausim. Fortasse autem in *supino* & *peccuum* dixere; unde *impeccare*, prout in vet. codd. legi, scripsit Victorius, apud Varronem lib. III, cap. XVI: *Itaque impeccantes à se eiciunt fucos*. Sanè & *fluctum* in usu olim pro *fluxum*, & *nectum* pro *nexum*; unde *conectus* apud Lucretium lib. II:

Exiguus intervallis connecta resiliant.

Atque inde & lib. III comparativus *conectius*, pro *conjunctius*.

Plecto plexui format, saltem in significatione implicandi. Ita quidem Hieronymus in libro *Iudicum* cap. XVI: *Si septem crimes capitis mei licio plexueris, & claviam his circumligatum terra fixeris, infirmus ero*. Priscianus ait *plexi* facere, sed antiquè. Adfert autem hoc Lævii in VI *Erotopægnion*:

*Andromacha perdudum, manus
Lascivulâ, ac tenellulâ,
Capiti meo, trepidans, libens,
Insolita plexu munera.*

Prout eos versus digessit, ac correxit ó wávv Grotius. In vulgatis, ac MSo etiam nostro, & veteri Venetâ †, est *insolita munere*: sed sententia, & metrum, suadent prius.

† anni
1476.

Com-

Complexus non tantum venit à complector, sed & à completo. Ita usus Plautus Amphitr. act. pr. sc. primà :

Qui complexus tum Alcimenà, cubat amans, animo obsequens.

Fallitur Lambinus, cum eam subintelligit. Nam *complexus* conjungi debet cum duabus seqq. vocibus. Eodem modo voce *complexus*, & *implexus*, Lucretium uti, ostendit Duza in Centurionatu. In glossis Philoxeni legas, *Plectibile, & plectile*: quæ exponuntur, *πλεκτόν, πλεκτόν*. *Sterto*, juxta aliquos, *steri* facit. Sed *dessterenit* est apud Perium sat. vi. Nec Priscianus, aut Valerius Probus, præteritum aliud, quam *sterui*, agnoscunt.

Meto messui habet: etsi eo tempore deficere credat Diomedes. Quæ & sententia est Charitii. Nam præterito ait dici, *messum feci*. Ad circumlocutionem autem non recurreret, si ex se præteritum gignere putaret. Atqui Catonis * est apud Priscianum †: *In campo Tyburti, ubi bordcum demessuit*. Supinum est *messum*; unde *messus, messis, messio*.

Necto nexi habere constat. An *nexui* quoque faciat, dubitatur. Priscianus quidem *nexui* agnoscit, sed à *nexo*: ac sententiam suam probat illo Maronis in quinto:

Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Verum id non evincit, quod Priscianus existimavit, quia dicere possumus cum Diomede, *necto* habere geminum præteritum, *nexui, & nexi*; priori usum Maronem; posterius usurpari à Lucilio lib. quinto:

— *Hic solus vigilavit oporor,*

Et cum id mi visus facere est, tum retia nexit.

Similiter Mecænas apud Diomedem: — *Nexisti retia lecto.*

Sisto facere *sisti*, M. Catonis loco ostendit Agellius lib. 11, cap. xv.

Vsurpat hoc præteritum Vlpianus † quoque; ut & supinum *statum*, *Cum*, inquit, *quis judicio sisti promiserit, neque adjecerit poenam, si statim non esset*. Idem †, *Non videri in eadem causâ statim*. Item Paulus Jurisc. *Ita stipulatus sum, te sisti certo in loco, si non stiteris*. Item, *Licet unus status non sit*. Et, *Omnes status non esse*. Indèque *Stator* Iupiter. Cui ædem Romulus vovit in pugna cum Sabinis, cum sui fugerent. Vti & Samnitico bello fecit M. Attilius Regulus consul, anno Urbis ccccl. ix. Nempe nomen Statori ex eo, quia foedam listeret fugam. Vide Livium lib. 1, & x. Pro *absistit* per syncopen *absist* dixit Ovid. xi Metam. *Alcyones lacrymas, & quæ pars adimonet absist* †.

Viro docto magis placet, *absist* *ἀπεσίνωσις* dici, pro *absistat*: ut *absistere* pro *absistere*. Sed mihi id parum fit verisimile. Ab *existo* supinum est *existitum*, unde *existiturus* est apud Vlpianum: *Si diu incertum, hæres existiturus, nec ne sit*.

‡ l. 3. Siqui in jure vocat.
* Quamquam nec status a. f. plicet: ut in locis Pauli, quos subds. † Si ex nox. causâ. leg. 1. † Sic vest. lib. & Prisc. lib. 9. ubi vulgo p. p. p. r. m. absist: etiam in M. So. no. stro, & V. meta v. t. e. r. i. an. 1486. tem Aldi. da.

Nitor nisus sum facit, & *nixus*. Vtrumque legitur in codd. antiquis : sed *nisus* probat Valerius Probus ; qui *nisus* à *nitor* nihil scribendi modo differre vult à proprio *Nisus*. Ita apud Ciceronem ad Q. Fratrem ep. III : *In quo enitar non minus, quam sum enisus in nostro*. Cæsar lib. II belli Civ. *Brutus celeritate navis enisus, ut parvo momento antecederet*. Livius lib. IV, & V, *annisi sunt*. *Annisurus* lib. II, IV, XXXV. Tacitus I Annal. *Seque inferre munitioribus nisi*. Et aliquantò post : *Eniseque legiones*. Et lib. III : *Laronam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam maneat, adnissam, edidisse ea numina*. Vbi *adnissam* de partu legimus. At de alio conatu *enixus* dixit Sallustius in Jugur. *Ab adolescentia ita se enixum, ut ab optimo quoque probaretur*. Livius lib. I ab V. C. *Quod annexurus pro se quisque sit*. Vnde liquet, falli Grammaticos, qui *enixus* de partu ; *enissus* de alio quovis conatu, dici semper, putant. Cautius Diomedes, qui agnoscit, confundi ea à veteribus : sed addit, *Nisus melius dici à nitendo : ut Enisa sit viribus comata, Enixa ad partum referatur*. Idem, uti & Servius tradunt sua ætate *adnixus* per *f*, non per *x* scribi solere in illo Maronis :

*Cymothoe simul & Triton adnixus acmo
Detrudunt naves scopulo.*

CAPVT XXXII.

De verbis tertiæ in O purum. Parui an dicatur pro pepereri. *Manilii versus aliter, quam à Scaligero factum, digesti*. *Allicui, & pellicui*. *Salsum, & salitum*. *Sapui, sapivi, sapii ; respui, respivi, respitii*. *Quassi*. *Complutus*. *Pluvi, pro plui*. *Luvit, pro luit*. *Annuvit, pro annuit*. *Rutum, unde ruta cæla, & dirutus*. *Ruitum, unde ruiturus, & diruitus*. *Fluctum, vetus supinum*. *Defrutum quid, & unde dictum*. *Defrui*. *Fretus non est à fruor ; sed fruitus, & fructus*. *Perfructus*. Circa fructus ἐτυμὸν aberratum à Varrone, Isidoro, Angelo Caninio. *Fructurus*.

Venio ad verba desinentia in O purum : ex quibus verba in IO hoc habent singulare, quòd cum verba alia O mutant in IS, ut *lego, legis ; carpo, carpis ; ruo, rms* : hæc IO in IS convertant ; ut *facio, facis, non facius ; capio, capis, non capius*.

Pario olim, non *peperi* tantum, sed etiam *parii* fecit, quia verbum hoc olim quartæ erat : unde *parire*, apud Ennium. Itaque, si Scaligero credimus in Conjectaneis, *Manilii versus*, qui apud Varronem leguntur in VI de L. L. sic debent digeri :

*Deli gemellos creta Titano Deos
Latona parit casto complexu Iovis.*

r

Sed

Sed in cunctis Varronis codicibus *geminos*, non *gemellos*; *paris* item, non *pariis*, legitur. Præterea pro *creta*, *creata* est in Aldinâ, & hac antiquiore Mediolanensi, quæ curâ Baptistæ Pii prodit anno c. r. Quare versus eos sic potius legendos censeo :

Deli geminos creata Titano Deos

*Parit Latona * casto complexu Iovis.*

Allieni, & *pellicni*, quæ Priscianus adfert pro *allexi*, & *pellexi*, jam exoleverunt. Prius illud Varroni in Conjectaneis restituit Iosephus Scaliger.

Salto falsum habuit. At *salitum* est à *salio*; de quo dicemus in verbis diversæ conjugationis.

Sapio, juxta Asperum †, habet *sapivi*, & *sapii*; juxta item Charisium † *sapui*, vel *sapivi*. Probo * *sapui* placet. *Sapivi* Nævius dixit in Virgine prægnante: *Quando ego plus sapivi, qui fullonem compressi Quin-*
quatribus. Quem locum sic lego; & distinguo, ut sit ex trochaicis tetrametris catalecticis :

— *Quanto ego*

Plus sapivi, qui fullonem compressi Quinquatribus!

Similiter in composito *resipivi* est apud Cic. epist. v, lib. iv ad Att. *Vix aliquando te autore resipivi*. Ita enim in Bosianâ, aliisque emendatioribus libris, legitur; pro quo in quibusdam est *resipui*. *Sapii* est apud Martialem lib. ix, ep. vi :

Nubere vis Prisco, non miror Paulla; sapisti.

Sapui est apud Plautum Rudente act. iv, sc. i :

Pol magis sapuisset †, si dormivisset domi.

Vnde *resipui* apud Afranium in Brudusinis :

Equidem nunc resipui, postquam pectus est letitiâ onustum.

Verisimile verò est, *sapio* olim fuisse quartæ, indeque esse, quòd *sapivi* olim fecit, & *resipio*, *resipivi*. Quod etiam confirmat Diomedes, cum *resipio* ait esse quartæ, ejusque impersonativum modum esse *resipire*. A *resipivisse* est *resipiisse*, inde *resipisse*, apud Terent. Heaut. act. iv, sc. viii †.

Quassi non legimus; teste Charisio, ac Prisciano. In supino tamen *quassum* fuisse, arguit, quòd dicimus *quasse rates*, & frequentativum *quasso*.

Sternuo est apud Columellam lib. viii, uti & Propertium. *Sternuisse* apud Plinium lib. vii, cap. vi. A supino *sternuam* est frequentativum *sternuo*.

Metuo, *metui*, nunc quidem destituitur supino; sed olim fecit *metuum*. Lucretius lib. v :

* Quam-
quam nec
damno, La-
tona pariit:
priori versu
reservato, ut
emendavi-
mus.

† teste Prisc.
lib. 9, atque
addit, Di-
omedem et-
iam appro-
bare.

‡ lib. 3, cap.
de tertio or-
dine. Vbi et
Caper u-
trumque de-
cisur probasse.

* Prisc. lib.
9, inque
MSo nostro
post illud de
Probo addit-
ur. Et nos
illum de-
bemus se-
qui.

† Ita Pri-
scianus, jux-
ta Putschii
editionem:
sed in MSo
nostro locus
à Plauti pro-
teritur. Ca-
merarius
autem in
Plauto edidit
Sapisset,
idque ex
MS Sorano
fide.

‡ In Palati-
ni MSSu
est resipi-
scere. Sed
resipiisse est
apud Prisc.
lib. 10.
V O.

Nam

Nam cupide conculatatur nimis ante metutum.

*Congruo supino deficit : sed præteritum est congrui. Terent. Eunucho ** : — *Nam in me plane Di potestatem suam*

Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.

Similiter igitur *ingruo* facit *ingrui*, supino autem caret. Eiusdem enim originis sunt, si *congruere*, ut Festus ait, significat propriè, convenire instar gruum, quæ se non segregant : *ingruere* autem, more gruum invadere. Priori ergo propriè usus sit Solinus, cum cap. xv ait : *Concors cum omnium (gruum) pro sanguinis, adeo ut siquæ defecerint, congruant universa, lassaque sustollant, usque dum vires otio recuperentur.* Sed de etymo horum verborum accuratius in Originum libris disseremus.

Videntur & dixisse *delibuo, delibui, delibutum*. Vnde remansit *delibutus*. Gloss. vet. *ἐλαίω, βρέχω, delibuo*. Fuerit *delibuo*, à *libuo*; hoc à *λαίω*, quod est *libo, stillo, fundo*.

Arguo, in supino facere *argutum* indicio sunt *argutus, & argumentum*. In melioribus tamen Sallustii libris est *arguiturus*, quinque syllabis.

A *plui* sive *compluo, complutus* dixit Solinus †, pro *pluvia madefactus*. † cap. 15. Vulgare præteritum est *plui*. At *pluvi* antiquum est, quasi à *pluveo*. Plautus prologo Menæchmorum :

Nam ruis ut ibas forte, ut multum plueras.

Imò Prilciani ætate etiam legere erat apud Livium in xi ab V. C. & in xxi. Item in xxi i : *Lapidibus pluisse*. Et in xxi i i : *Sanguine pluit*. Hodie in Livio est, *pluisse & pluit*.

Sic *lruit* à *luo* dixit Lucilius sat. lib. i i i :

Tantalus, qui pœnas ob dicta nefantia lruit.

Et *annuit*, quasi ab *annueo*, est apud Ennium lib. i i :

Annuit sese mecum decernere ferro :

quamquam Obertus Giffanius, in indice Lucretiano, *Annuit* (prout apud Priscianum legitur) probat ; ut sit versus acephalos, quales non pauci inveniuntur apud antiquos, ut idem inibi fusè ostendit.

A *rno* est *rui, ruitum*. Vnde *ruta casa*. *Ruiturus* tamen est apud Lucanum lib. i i. Similiter à *darno* dicimus *darnus*, pro quo *darnitus* legitur in antiquâ inscriptione † Romæ in S. Marci :

SILVANO SACRVM. C. VETTENIVS
NICON ET C. VETTENIVS AVSPLICALIS
ÆDICVLAM DIRVITAM
A NOVO REFECERVNT ET

D. D.

† In Collectione Græcorum pag. 1071. num. 6.

Ac similiter *eruiurus* dicitur, etsi supinum sit *erutum*.

Fluo videtur olim non tantum *fluxum* fecisse, sed & *fluxum*. Siquidem verbalia ab eo sunt *fluxus*, & *fluxus*.

Fruxor, juxta Perottum, triplex præteritum habet; *fruius*, *frutus*, *frutus*. Atque à postremo hoc deducit *defrutum*: quomodo vocatur *mustum* ex duabus partibus ad tertiam decoctum. Sed *frutus* non dicitur. Est verò *defrutum* ex *defruitum*: quia ex eo omnis multi fructus percipitur. Nam, ut Festus ait, *Defrui dicebant antiqui, ut deamare, deperire, significantes omnem fructum percipere*. At longè etiam minùs *frutus* facit, cum id aliud signet; nempe eum, qui aliquo confidit. Vera autem hujus verbi præterita sunt, *fruius*, & *fructus sum*. Novius * Atellanà, quæ Parcus inscribitur:

* apud Gel-
lium lib. 17,
cap. 2.

Quod magnopere quaesierunt, id fruisi non queunt:

Qui non parsit, apud se frutus est.

Sed quia in quibusdam libris *fruisi*, & *fruitus*, legitur, altero quoque autore opus est. Is esto Ulpianus L. XXIX, al. l. 27. D. Quibus modis ususfructus vel usus amittitur: *Licet*, inquit, *propriarius michi personam solverit, tamen ususfructum amitti: quia non meo nomine, sed suo, fruitus est emtor*. Idem ad Sabinum dixit *fruiturus*: ut testatur Priscianus in IX. *Fructus* verò usurpat Lucretius lib. III:

Sin ea, quæ fructus cumque es, periere profusa.

Hoc est, quæcumque frutus sive fructus es, & τμήσιον. Item Vetus inscriptio †:

† Inscript.
Græc. pag.
986. num. 7.

c. *Nævius*, ὄλ *Dromo*, & *Nævìa*, ὄλ *Philumena*, dum licuò, suaviter fructi sunt annos LV.

‡ Ibid pag.
204.

Item in æneâ tabulâ ‡, continente decretum inter Genuates & Veiturios:

Quod ante K. Ianuar. primas Langenses fructi sunt eruntque vectigal, invitei dare nei debemo.

Idem indicat verbale *fructus*, & participium *perfructus*; quo & ipso utitur Lucretius eodem libro:

Omnia perfructus vitæ præmia marces.

Vfus & Cicerò in Hortentio apud Priscianum lib. X: *Summâ amicitiae perfructus est*. Manifestè igitur falsus est, cum Varro, qui lib. IV de L. L. *fructum* dictum putat à *ferendo*: tum Isidorus lib. XVI, cap. VI, ubi à *frumine* esse ait: tum Angelus Caninius in Hellenismi Alphabeto, ubi suspicatur, esse à Syriaco *fer*, sive *fir*; pro quo Chaldæi *feri*. *Fructurus*, pro *fruiturus*, dixit Appulejus, eandemque vocem Panegyrici scriptori restituit Stewechius ad Appulejum. Et hæc de verbis tertiar.

CAPVT XXXIII.

Verba quartæ, olim dicta tertix productæ. Amicui, & amixi, ab amicire. Salui, & salii. Obediturus. Sepitum, & seprum, à sepio. Veneor, & vendor, pro veneo. Venum non est supinum, sed nomen. Venio exercere. Venio posita. Veni producere. Haurii, & haufi. Raucui, vel rausi. Sancivi, & sanxi. Sepelitur, & sepultum.

Pervenimus ad quartam verborum declinationem, quam multi veterum sub tertiâ complectuntur, ac tertiâ productam appellant. Constat id, cum ex Donati methodo; tum Valerio Probo, Diomede, Victorino, Prisciano, & Phocâ. Id qui ignorat, multa ab antiquis optimè dicta temerario iudicio damnabit: uti, quod Priscianus scribit, veteres in gerundiis verborum tertiæ conjugationis mutare E in V, diceréque *faciundum, gerundum*, atque ita in aliis. Neque enim eo excludit Priscianus verba quartæ, sed sub tertiâ comprehendit. Idem iudicandum de illo Diomedis loco lib. 1: *Secunda forma in I puram litteram desinit: ut, alo, alui; arguo, argui, &c. & quod quidam exterminant, amicio, amicui: ut Brutus in laudatione Appii Claudii: Que te toga prætexta amicit? Sed Varro in Cynorhetore: Celerius mater amicit. Nam amicio quartæ esse, indicio est istud Horat. lib. 11 epist.*

Et piper, & quicquid chartis amicitur inepis.

Item Ovid. 111 de Ponto, elegiâ VIII, & quinto Metam. Imò planè cenfeo quartam esse ex tertiâ factam per contractionem. Nam ut à lego mutato o in ere si fit legere: similiter ab audio mutato o in ere, fuerit, audiere, unde per cratin audire.

*Salio, pro sale conspergo, habet salivi, salisum. At pro salto, salis facit; ut resilio, resili, & resiliis: quemadmodum Priscianus in x ostendit è Marone, Ovidio, Lucano, Statio, & Quadrigario. De simplici verò salii, argumento est Maronis * illud: — Vinctos saliere per utres. Sed Diomedes, partim ex hoc loco, partim ex aliis Maronis †, item Ciceronis ‡, & Livii * locis, probat salvi, desilvi, transilvi. Magis tamen verisimile fit, Maronem salii scripsisse: quomodo in antiquis codd. legi, testatur Pierius: & ego in MSSis meis reperi. Imò jam olim hanc lectionem Priscianus agnovit: ac Servius etiam, quamquam salvi facere suo seculo doceat; tamen fatetur Maronem salii per I, secundùm artem, scripsisse. Posterioribus autem seculis salio, ejusque composita, per V scribi solita esse, plusculis MSSorum codicum testimoniis probat Obertus Giffanius in indice Lucretiano, voce Dissilvi.*

* 2 Georg. vers. 382.
† An. 2.
‡ pro Mision.
* lib. 1.

Obedio non caret supino. Livius lib. IV : *Virumque obeditum Dictatori est.* Hinc Plinius lib. XVII : *Ramo oleæ quàm maxime obedituro.*

prope in
melioribus
libris exara-
tum apud
Cic. lib. 5
in Verr.

Farcio in supino *factum* facit, pro *factum* *, uti hoc è *farcium*. Unde in usu est verbale *farcimen*.

A *sepio* est *sepsi*, *sepium*. Apud Livium tamen *sepissimè* est lib. XLIV. Ut *sepovit*, apud B. Hieronymum in Ies. cap. v.

Singulio in supino fecisse *singulium*, pro *singulitium*, suspicari licet ex verbali *singultus*.

Ferio, *feris*, *facere*, ait Charisius. Diomedes verò, & Priscianus, negant habere præteritum. Et idem voluit Varro in VIII de L. L. cum à *ferio* ait esse *percussis*. Nam nisi eo tempore destitueretur, non mutaretur aliunde. Solius igitur Charitii auctoritate excusari videtur Baptista Mantuanus, cum ait : *Glans ignita manum ferit ; mox altera tergum.* At in supino non habere *feritum*, certum est. Eoque nec à *ferior*, dicitur *ferius sum* : ut Charisius quoque agnoscit. Nam ait, à *ferior* esse *ictus sum* : nempe non propriè, sed quia ab *icere* hoc mutò accipiat. Eoque sequendus non est, vel Servius, qui in VII Æn. non refugit, *feritiorum* : vel Petrarca, cum in VIII Africæ ait :

Pax populis, ducibusque placet, fœdusque feritum.

† de R. R.
cap. 144.
‡ lib. 1.

Veneo in præterito *venis* habet. Caro † : *Cui olea venerit.* Pro eo etiam *veneor* dici, docet Diomedes ‡ illo Plauti : *Egône illi veneor ?* Sed hoc scire magis attinet, quàm imitari. Quippe ulitatum pro eo est *vendor*. Quod idem Diomedes probat illo Titiani lib. primo de Agricultura : *Patrem familias vendacem magis, quàm emacem, expedit esse. Nam id melius emitur, quàm venditur.* Et hoc Ciceronis XIII Causarum : *Re venditâ iterum emiâ.* At non rectè *veneo* supino donant. Adferunt Sallustii illud in Iugurthâ : *Quippe cui omnia venum ire in animo hæserat.* Et hoc Labeonis I. C. apud Agellium lib. IV, cap. II : *Sues femine, si steriles essent, & venum essent.* Vbi *venum* essent, pro *venditæ* essent, eo modo dici ajunt, quomodo legimus *ire perditum*, *obsecratum*, *admonitum*, *purgatum*, quæ supina sunt. Verùm dispar ratio est in *venum* : quod nomen esse, vel hic indicat Taciti locus lib. XII II Annal. *Militibus immunitas servaretur, nisi in eis, quæ veno exercerent.* Et ille lib. XIV : *Posita veno irritamenta luxus.* Imò ipsum *veneo* factum ex *venum*, & co. At supina fiunt à verbis, non verba à supinis. De *venis* idem, quod de *veno*, dicendum puto. Vfus illo Appulejus lib. IX Metam. *Alterâ die productum me venis subijciunt.* Arbitror autem *veno*, & *venis*, esse ab antiquo *venus* ; hoc autem venditionem vel mercatum notare. Nempe ab Æolico *ἄνω* pro *ἄνω*, quod, Hesychio teste, id ipsum significat. Sic *venum* accusativus fuerit : & *venum* ire dicatur pro *ad venum*

num

num ire : ut Plautus *mercatum ire*, pro, *ad mercatum*. Locus est prologo Mercatoris : ubi cum prius dixisset,

Pater ad mercatum hic me meus misit Rhodum :

post multa subjungit,

Dico, esse iurum me mercatum, si velit.

Fortasse malis, *mercatum* priori loco esse nomen, posteriori *supinum*. Sed alibi ostendimus, *supina* in VM esse accusativus rectos à præpositione intellectâ. Hoc igitur solum discriminis est inter *venum ire*, & *mercatum ire*, quod hoc verbale sit à *mercor* : illud non sit à verbo Latino, sed Græco : puta *ώνω*, unde *ώνω*. Vti autem *veneo* ex *venum* eo ; ita & *vendo* ex *venundo* ; q. d. *do venum*.

Haurio non tantum *hausi*, sed & *haurii* facit. Varro, apud Priscianum *, ad Ciceronem lib. xxiv : *Cum inde haurierint*. Itaque non mirum, apud Appulejum aliquoties † inveniri *haurium*, pro *hausum*, vel *hausum* : ab illo *hauriturus* dixit Iuvenicus : sed ab *hausum*, *hausurus* maluit Maro iv Æn.

* lib. 10.
cap. de praeterito 4 conjug.

† Met. lib. 3. 3. 4.

Fulcio, fulsi, fultum. Ovid. epist. Deian.

Quod te latuerum est celum, prius ipse tulisti :

Hercule supposito sidera fulsit Atlas.

Dubitari possit, num *raucio* *raufi* faciat, an *raucii*. Nam in vulgatis Ciceronis exemplaribus primo de Oratore hodie legitur : *Itaque nos rancos sæpe attentissime audiri video : tenet enim res ipsa, atque causa : ac Æsopum, si paululum irraucuerit, explodi*. Ac sic quoque editum à Petro Victorio. Priscianus verò *irrauserit* legit : quem & sequitur Lambinus. Sanè *Raufum* facere, ostendit illud Lucilii in xix :

Raufuro Tragicus qui carmina perdit Oreste.

Puto *irraucii* esse ab *irrauceo*, quod est secundæ ; ut ab *habeo* habui ; *irraufi*, esse ab *irraucio*, quod est quartæ ; ut ab *haurio* *hausi*.

Sancio nunc *sanxi* ex se gignit : sed olim *sancivi* quoque, vel *sanxi* dixere : unde apud Priscianum ait Pomponius Secundus ad Thraseam : *Sancierat jus utile civitati*.

Sepelio in supino *sepelium* facit. Cato in Thermis † : *Mortuus est, sepelitus est*. Hinc *sepulchrum* *ἔπισηπύλιον*.

Metior mensus sum facit. Apud Curtium * tamen legi dicunt : *Stipendium metium est*. Atque id præteritum quoque usurpat Iul. Scaliger, cum in Exercit. adversus Cardanum : tum libb. de caussis L. L. cap. xci. Xylander quoque illud Plutarchi de Iside & Osiride, τῆς ὀσίειδος ἐμμερησιμῶνον λάθρη τὸ σῶμα. Sic vertit : *Metium fuerit corpus Osiridis*. Iam retuli ad librum de vitiis Sermonis. Imò, ut ajunt, apud Cic. lib. xi de Nat. Deor. est *demetiti curfus*. Sed in melio-

† apud Prisc. lib. 9. extremo.

* Citant è lib. 3. Sed falli censeo, licet Rob. Stephanus quoque in Thesaurò dicat, Curtii esse lib. 3.

Stipendium metri. Vbi nihil tale reperit. Sed lib. v legas passivè, stipendium mensum. Et ed fortasse spectavit Stephanus.

melioribus libris, imò & antiquissima omnium editione, legitur demetata.

Operior operitus sum facit apud Terentium Phorm. act. III, sc. II: *Si non tunc dederò, unam præterea horam ne oppertus fies. Sed operitus pro eo* * ab. 3, sc. 2. *dixit Plautus Mostellaria* *: *Seni non otium erat, id sum oppertus.*

Comperio, & *comperior*, in præsentī eadem significatione dicitur, utcumque distinguat Diomedes †. Prius est apud Terentium, Cicero- nem, Cæsarem. Vius posteriori significatione nempe activà, Sallu- stius, & alii. Sed præteritum tantum est *comperi*: non *compertus sum*: quamquam etiam dicatur *compertum est mihi*. Iubet Diomedes †, etiam distinguere inter integrum *comperi*, à *comperio*, hoc est, compertum ha- beo: & *comperi* $\kappa\epsilon\sigma\upsilon\gamma\kappa\eta\lambda\omega$ ex *comperis*, à *comperio*, hoc est, unà pereò. Sed nondum hoc verbi reperi eà pereundi significatione. Porro locus iste corruptè vulgò legitur, hoc pacto: *Comperio, comperii. Compereo, comperii. pro, Comperio, comperi. Compereo, comperi.* Nam subijcitur, et si vox eadem sit, accentu tamen distingui, quia *comperi*, id est, rescivi, habet acutum: *comperè*, pro, unà perii, unde *comperituram*, circum- flexo in ultimà signetur. *Compertus sum*, passivè lumitur; non activè, ut *comperior*. Tertullianus tamen adversus Hermogenem cap. XXVIII: *Vnde ergo compertus est Hermogenes, informem & confusam illum (mate- riam) fuisse?* Et lib. IV adversus Marcionem: *Quo die (David) ipse compertus est veniam, jejunii dico.*

At *punio* etiam apud Tullium *punii*, & *punitus sum*, facit. Vt in Mi- loniana: *Cujus tu inimicissimum multò crudelius punitus es.* Quà de verbi figura etiam Fabius lib. XIX, cap. III. Ac similiter Appulejus lib. VIII: *Punita sum nefariorum mearum nuptiarum prædonem.* Et hæc de præteritis supinifque quartæ classis.

C A P V T XXXIV.

De archaismo, cum imperfecti in conjugatione quartâ, quod desinit in IBAM, pro IE BAM; ut custodibam: tum imprimis futuri in tertiâ, & quartâ: in quartâ quidem pro IAM habentis IBO; ut expedibo: in tertiâ autem pro AM facientis IBO, vel EBO; ut reddibo, exfugebo. Sequioris verò ævi scriptores in eodem tempore pro EBO contra dixere AM; ut indulgeam, pro indulgebo.

Illud præterea in quartâ conjugatione observandum; verba ejus in imperfecto olim per IBAM solere efferri, citra vocalem E. Terentius Eunuchò act. I, sc. II:

— *Et signa cætera
Neque scibat, neque per atatem etiam potnerat.*

Et

Et Phorm. act. III, sc. II :

Nam hic me huiusmodi scibat esse : ego hunc esse aliter credidi.

Catullus de nuptiis Pelei, & Theridis :

Vellera virginei custodibant calathifci.

Virgil. VI Æn.

Lenibat dulcis animum.

Et VIII :

Tum mihi prima genas vestibat flore juvena.

Eodémque modo idem redimibat, nurribant, & polibant, dixit. Item

Propertius lib. I, el. III :

Omniaque ingrato largibat munera somno.

Idem lib. IV, eleg. XII :

Atque hinculi pellis totos operibat amantes.

Multa imprimis talia legere est apud Plautum, & Lucretium.

Præterea futura quartæ, Nonio teste, olim in IBO desiere. Quomodo Charisius lib. III, cap. De defectivis, à *ferio*, & *ferior*, format *feribo*, & *feribor*. Nempe veterum exemplo. Nam sic *expedibo* est apud Plautum Truculento act. I, sc. Ad fores. Eadem scenâ legere est :

Redi verò actutum : ego interim te apud vos opperibor.

Et act. II, sc. Ne expectetis :

— *Verum jam scibo magis.*

Et act. IV, sc. Lepidè efficiam :

— *Ego edepol jam tua probra aperibo omnia.*

Et Milite glorioso act. primo, sc. primâ :

Et assentandum est, quicquid hic mentibitur.

Persâ act. II, sc. Satin' hæc :

Nunquam ecastor hodie scibis, priusquam ex te audivero.

In eadem act. II, sc. Paratum jam :

Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriose.

Et Epidico act. I, sc. II :

— *Aliquâ reperibitur.*

Item Trinummo, Scenâ Sta illico :

— *Dormibo placide in tabernaculo.*

Et ne solum sic Plautum loqui putes ; aut Cæcilium, Pomponium, aliosque deperditos, de quibus nunc non dicam : sanè apud Terentium sæpius legas, *scibo*, *scibis*, *scibit* : idem in Hecyra ait act. III, sc. V :

Marris servibo commodis. —

Catonis quoque est in libb. de R. R. *dormibit lubentius*. Palladius etiam lib. III, tit. XXXI, *Vas operies*, ac *linibis*. Ipsèque Horatius lib. III, od. XXXIII :

Mollibit averfos penates.

Pœnibitur, pro *punitur*, legere est in inscriptione antiquâ.

Nec tantum illa quartæ futurum per BO antiquè fecere ; sed & in verbis tertie idem habuit locum. Plautus enim *reddibo* dixit, pro *reddam*. Locus est Epidico act. primo, sc. primâ :

f

— *Ope-*

— *Operam mihi da, opera reddidit tibi.*

Et Casinâ act. I, sc. I : — *Numquam edepol jejuniū*

Jejunum est æquè, atque ego vixi reddido te.

Nisi adsentiri potius placet Gaspari Schoppio, qui lib. IV Suspect. Lect. epist. XIII, & hisce locis, & apud Nonium, *reddido* mavult: quomodo *fidebo* dixere, pro *fidam*, & *sugebo*, pro *sugam*, similiaque: de quibus capite sequenti agemus. Sed sic quoque exempla suppetent. Nam Plauti est *audibis* Captivis act. III, sc. IV, & Pœn. act. I, sc. II. Item *scibo* apud Terentium habemus Eunuchō IV, IV. & Adolph. V, II. item Hecyra II, II. *Scibis* Heaut. V, II. *Scibis* Phorm. V, I.

Quemadmodum autem antiqui futura verborum tertiæ, & quartæ, quæ in AM desinunt, per BO efferebant: ita contrâ posterioris ævi scriptores verba secundæ, quæ in BO exeunt, interdum extulere per AM. Ita, ut Savaroni quoque observatum, Symmachus lib. I, epist. XC, dixit: *Studium, quod scribendis orationibus exhibeam*: pro, *exhibebo*. Idem Sidonius lib. IV, epist. XII: *Taceam vestros*. Et eodem lib. epist. XXIV: *Quod est annum solutioni spatium prorogabo, & superpositam medicamentum, quæ per usura nomen accrevit, indulgeam*. Similiter lib. VII, epist. XIV: *De cætero, si vos à me videri Christi munere datur, ita gaudeam, tantam cui de te nec minima subtracta sint.*

* ref. 277. Et Carm. V*: — *mortem mandare valebo*

Infantis? taceam nostri.

Et post eodem: — *Iam jam studeam pensare privinas.*

Priscianus in Periegesi, vel quisquis ille Dionysii interpres:

Si placet Europes quoque me tibi dicere formam,

Haut taceam.

Gregorius Turonensis lib. I, cap. XXVII histor. *Cumque mihi vas illud fors dederit, quæ Papa poscit, adimpleam*. Fortasse & idem factum in conjugatione primâ. Sidonius Carm. XIII:

Quod si conuleris tuo poëta,

Mandom perpetuis legenda fastis.

pro *mandabo*. Sed hæc sequioris sunt ævi. Redeamus ad ea, quæ in usu erant, vel fuerant, priusquam illuvies gentium nativum Romani sermonis decus corrupisset.

C A P V T XXXV.

Verba pro diversa significatione conjugationis diverse. Item verba eadem significatione habentia geminam inclinandi formam. Densere. Lavere. Sonere. Connivere. Respondere. Ferrere. *Quintilianus notat.*
Fûl-

Fúlgere. Olere. Rídere. Cávere. Sugère. Irafcebor, vivebo, dicebo. *Priscianus fortè emendatus.* Cupire, parere, *unde* aperire, & operire. Sallere, & fallire. Moriri. Pótitur, & potitur; óritur, & oritur.

PLurima verba geminam habent conjugationem : idque vel in eadem significatione, vel in diversâ. In diversâ sunt ista, apud Priscianum in VIII :

mando, ἐπέλομαι, mandas; mando, μασάομαι, mandis :

fundō, θεμελιόω, fundas; fundo, ἐκχέω, fundis :

observo, ἐπιβάτω ἢ μαχλόν, observas; observo, ἐπιπείρω, observis :

appello, προσάγωρεύω, appellas; appello, προσάγω, appellis :

volo, θέτομαι, volas; volo, βύλομαι, vis :

consternor, κατὰπλήθομαι, consternaris; consternor, κατὰπρίνουμαι, consterneris.

Similèque est *pando, pandere, κυβόω; pando, pandere, πείωννυμι.*

His vulgò, idque Charisio præeunte, accensent, *lego, legas; & lego, legis: dico, dicas; & dico, dicis.* Sed rectè hæc Priscianus separat; quia, cum quantitas prioris syllabæ sit dispar; nec dici potest, idem esse utrobique verbum. Nam utcunque nos similiter efferamus; veteres tamen pronuntiatione ipsâ distinguebant.

Quæ in eadem significatione geminam conjugationem habent, in quatuor classes dividuntur. Quædam enim sunt primæ, & secundæ: ut *denso, densas; & denso, denses.* Hoc usus Maro in x:

Postremi addensent acies.

Et i Georg.

— *Et Iupiter humidus austris*

Denses, erant quæ rara modo, & quæ densa, relaxat.

quæ non à *denso*, sed *denso*, venire, arguit hoc Lucretii lib. i:

Tum putat id fieri, quia se condenscat aër.

At prius usurpavit Ennius in VII Annali:

Densantur campis horrentia tela virorum.

Et Lucanus in ix:

Densaturque globus, quantum pede prima relato

Adstrinxit gyros acies.

Quædam sunt primæ, & tertiæ. Vt, *lavo, lavas; & lavo, lavis.* Quomodo veteres dixisse, compluribus locis ostendunt Diomedes, & Nonius. Iis adde hoc Plauti in Truculento act. II, sc. III:

Pisces ego, credo, qui, usque diem vivunt, lavant.

Minus diu lavere, quam hæc lavat Phronesium.

Et Horatii illud Odâ IV, lib. II:

*Qui rore puro Castaliæ lavit
Crucis solutos.*

Nam si *lavit* præteritum hîc foret, penultimam produceret. Et verifimilius est supinum *lavium* ἡ συριγγὴν esse ex *lavium* tertiæ, quàm *lavatum* primæ. Itidem *sonare*, & *sonere*; *resonare*, & *resonere*, dixerunt: ut Nonius, & Priscianus, probant ex Attio, Afranio, Ennio, Pacuvio, & Lucretio.

Parque ratio in *tonere*: ut apud Varronem Eumenidibus: *Tibi tympana non inani sonitu matris Deum tonimus.*

Item *boant*, & *bount*: quo, Nonio teste, usi Pacuvius Medo, & Varro Parmenone. Item *nexo*, *nexas*; & *nexo*, *nexis*. Lucretius lib. 11:

Pars etiam brevibus spatiis nexantur ab icu.

Virgil. in v: *Nexantem nodis, seque in sua membra plicantem.*

At Livius in Odysseâ, apud Prisc. in 1x:

Nexebunt multa inter sese flexu nodorum dubio.

Apud Diomedem lib. 1. *Nexabant* corruptè editur in Putschianâ: quod parebit Priscianum, & Diomedem, conferenti. Attius in Deiphobo, ibidem:

Nos continuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus.

Quod si Priscianum audimus in VI 11, quædam etiam sunt primæ, & quartæ: ut, *uno*, *unas*; & *unio*, *unis*. Sed hæc, non minùs, quàm priora, adstruenda erant veterum autoritate.

Quædam sunt secundæ, & tertiæ. Vt *convivere*, & *convivere*. *Calvus* apud Prisc. in 1x:

Cum gravis ingenti convivere pupula somno.

Quem versum in fragmentis Calvi ponere neglexit Rob. Stephanus*.

Perfius sat. vi:

Væ nisi convives; oleum, artocreasque, popello

Largior.

Sic *respondere*, & *respondere*. Producit Maro Ecl. vii:

Et canare pares, & respondere parati.

Corripit Manilius in quincto:

Sic etiam magno quædam respondere mundo

Hæc natura facit.

Itaque & postremam in imperativo corripit Martialis lib. 111, epigr. 1v:

Si, quando veniet? dicet: responde, Pœta

Exierat: veniet, cum citharædus erit.

Item *fervere*, & *fervere*. Sed, quod mirum, Quintilianus lib. primo, cap. vi, notat Lucilium, quod *servus*, verbo tertii ordinis, fuerit usus.

* in fragmentis posteriorum Latinarum, quæ non existant.

ufus. Ait enim, *ferro* Latinis inauditum esse. At eo, præter Lucilium, ufi Pomponius Fullone, Artius Achilli, imò & Terentius, Virgilius, Propertius. Maronis quidem est III Georg.

*Omnia tum pariter uento, nimbisque, uidebis
Fervere.*

Et VIII Æn. — *Instructo Marte uideres
Fervere Lencaten, auroque effulgere fluctus.*

Itidem *stridere* tertix apud eundem est VIII Æn.
— *Sriduntque cavernis*

Stricturae chalybum.

Fulgere in tertiâ dixere Lucil. lib. VII fat. Pomponius Macco questre, & Lucretius lib. VI. De quibus Nonium sis adi. Etiam Maro usurpat VI Æn.

*Ille autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ nunc.*

Olere quoque tertix fuit; sed argumentum, quo id comprobatur Priscianus, validum satis non est. Nam adfert illud Plauti Mostellariâ *: * act. I. sc.
Etsi e culmine.

Non omnes possunt olere unguenta exotica.

Qui locus nihil magnopere efficit; quando, ut locis amplius sexcentis evincere est, creticus etiam in Iambico apud Comicos locum habet. Nihilò fortius argumentum est, quo probatur, *oleo* in supino fecisse *olentem*, & *oletum*: ut supra † ostensum. † cap. 23.

Ridere olim etiam tertix fuit. Vnde, apud Diomedem, Marcus Brutus De patientia: *Iridens horum lachrymas.*

Gemina sunt *stridere*, & *stridere*; *excellere*, & *excellere*; *fulgere*, & *fulgere*; *tuor*, *tuens*, & *tuor*, *tuens*: quorum exempla adfert Priscianus lib. VIII, & IX. Atque ita apud Statum legas, *tuor*, *contuor*, *intuor*. Similiter *scatere*, & *scatere*; ut ostendit Giffanius in Indice Lucretiano. Item *cavere*, & *cavere*: unde & apud Tibullum † legit Io. Scaliger: † lib. I, eleg. 4.

Hæc mihi, quæ caverem Tutio, Deus edidit ore.

Vbi etiam princeps editio *: *Que canerem*. Nec damnare ausim.

Item *tergere*, & *tergere*; *fungere*, & *fungere*: ut Rudente act. IV, sc. Heus mane:

Ni hunc amittis, exugebo, quicquid humoris tibi est.

Et illud Epid. act. II, sc. II:

— *Iam ego me convertam in hirudinem,*

Atque eorum exsugebo sanguinem, senati qui colorem cluent.

Quamquam Nonius legerit, *exsorbebo*. Est & in glossis vet. *Irascebor*, ἰρασκίζομαι. Quid, quòd non refugerint, *dicere*, & *dicere*; *vivere*, & *vivere*? Quod Nonius ostendit isto Novii Depaticis: *Primum quod*

quod dicebo, rectè : secundum quod dicebo, eo melius. Et ex iisdem : Tibi cùm urbeo, fidelis ero.

Quædam sunt secundæ, & quartæ : ut, *cieo, cies; & cio, is*. Maro in I :
Bella ciant, primâque vetam consistere terrâ.

Et in II : *Ære ciere viros, Martemque accendere carum.*

At in quartâ usus Statius in IV Theb. — *Suus exciit in arma*
Antiquam Tirynta Deus. Lucanus in II :

Nunc urbes excite feras, date gemibus arma.

Livius in XIII : *Adversus interfectores Caji Cæsaris, ultoribus manum comparans, concibat.* Citat Priscianus in IX. Puto autem esse, non ex XIII Livii libro, ut vulgo legitur, etiam in MSO nostro : sed ex CXIX, ubi de bello adversus Iulii Cæsaris interfectores sermo fuit, ut epitome Livii ostendit. Ibidem Priscianus addit hoc Lucretii : *Aurâ cimus adortus.* Prout habet Putschiana editio. In Venetâ antiquâ est, *Auratum cimus adortus.* Sed in MSO nostro est, *Auratum cimus ad ortus.* Neutrum placet. Sed legendum :

— *Terrâ cimus ad ortus.*

Planè enim respexit hunc locum :

— *Fecundas vertentes vomere glebas,*

Terraique solum subigentes cimus ad ortus.

Quæ legere est apud Lucretium tum primo, tum quinto libro : & quod mirandum, utrobique, versu ducentesimo undecimo ac duodecimo.

Teneo hujus etiam loci videtur, quia veteres *senio* quoque dixere, teste Charisio in II.

Quædam denique sunt tertiæ, & quartæ : ut *cupere, & cupire*. Lucretius lib. I :

— *Confringere ut arcta*

Naturæ primus portarum claustra cuperes.

Sic *parere, & parere*. Ennius* :

Ova parere solet genus pennis condecoratum.

Indèque fortassis † est, quod *reperio, & comperio*; imò & *aperio, & operio*, sint quartæ. Nam illud cum *ab*, hoc cum *ob* compositum est : sed extritâ in utroque consonâ.

Sic *fallere, & fallere*. *Fallere* dixit Lucilius in VII I :

Fallere murænas, mercem in frigidaria ferre.

pro *frigidaria*, ut *caldaria*, Plinio, pro *calidarium*. Gloss. *caldarius*,

† *εργουδότης.*

Varro lib. IV de L. L. (qui Charisio, ac Diomedi, quintus ad Ciceronem vocatur) *Succidia ab suisbus concidendis. nam id pecus primum occidere ceperunt dominus, & ut servatione, fallere.* Idem antiquitatum Humanarum

* apud Varr. Diomed. Prisc. nempe ex Eumis Epicharmo, ut optime Hier. Columna ostensum. † nec enim de etymo horum convenit; de quibus in Originum lib. plurâ.

rum lib. xv : *Mortuos fallunt*. Sallustius lib. III Histor. Parte confirmata, reliqua cadaverum ad discurruntatem usus fallerent. Indéque supinum, *fallsum*. Mummius apud Prisc. in x : *Istæc sunt multo sale falliturus*. At fallire usurpat Sisenna apud eundem : *Sic in eam paludem multi piscium falliendorum causâ navibus semionustis commeant*. Ita legendum, pro eo quod in Putfchiana, *piscium falliendorum causâ à navibus semionustis*. Christophorus Colerus, notis in Sallustii fragmenta, vocem *semionustis* præterit, tanquam reiculam & aliunde infertam. Sed *semionustis*, ut dixi, rescribendum : quomodo liquidò est in Venetâ vetustâ * . Nec placet, quod idem Colerus pro *in eam paludem* (ubi in eadem Venetâ, *meam*, sed perperam) legit, *in Gelam paludem*. Nempe quia Plinius lib. xxxi, cap. vii, juxta Gelam dicat nasci salem. Sed Gela fluvii, non paludis nomen est. A *fallio* est supinum *fallitum*. Nævius : *Salliturus istæc mirram salem*. Cornelius Severus in viii de statu suo : *Ad quem fallis pumiliones adferebantur*. Citat Priscianus utrumque. Idem Severus, apud Diomedem in primo : *Distractos, atque fallitos*. Et, apud eundem, Fabianus Caussarum iii : *Cum caro fallita, est discurruntior*. Nec tamen cum eo contenderim, qui *fallita* malit. Nam & *fallire* dicitur, & *fallire*. Celsus lib. ii, cap. xviii : *Item pisces omnes, qui salem non patiuntur, solidive falluntur*. Indéque *fallior*, *rupix* & *olis*, ut exponunt glossæ.

* an. 1476.

Itidem dixerunt *linere*, & *linire*. Columella lib. vi, cap. xvii : *Liquida pice cum oleo linire*. Et postea : *Circumliniendus erit oculus pice liquida*. Etiam in foro Romano adducitur hoc Propertii lib. iii, eleg. xi, quæ ad Posthumum :

Neve tuâ Medæ liniantur cæde sagittæ.

Sed in cunctis edit. *letentur* reperio : etiam vetusta, quæ Regii Lepidi prodiit anno c10 cccc lxxx1.

Similiter declinarunt *morior*, & *gradior*. Ennius † Annali xiv :

Nunc est illa dies cum gloria maxima sese

Nobis ostendat, si vivimus, sive morimur.

† apud Prisc. lib. 9.

Terentius Eun. act. iii, sc. i : *Risus omnes, qui aderant, emoriri*. Pacuvius apud Festum in Manticulatum :

Ag greditur astm regem : manticulandum est hic mihi.

Verfus est trochaicus, ut tertia syllaba sit porrecta.

Potior quoque nunc tertiæ est, nunc quartæ. Tertiæ, ut Catullo, extremo carmine de nuptiis Pelei & Thetidos :

Liber ut immupta poteretur flore juvencæ.

Vbi perperam editio Scaligeri *poteretur*. Sic enim secunda esset porrecta. Ergo ut à *fodior* *foderetur*, sic à *potior* dicendum *poteretur*. Est & tertiæ apud Maronem in iii *Æn.*

— Po

— *Polydorum obruncat, & auro*

Vi potitur.

Quartæ vero est apud Lucilium :

Deſicit alma Ceres, nec plebes pane potitur.

Et Nævium (niſi potiùs legendum *Lævius* apud Prifcianum , quod verum puto) lib. 11 Iliados :

Fecundo penetras penius, thalamoque potitur.

At in infinitivo ſemper eſt quartæ : ut apud Ciceronem, *vernum potiri*, tertio Inveſtivarum, & alibi non ſemel. Sic *oriri ſolem* dicimus, non *ori*; etſi in indicativo uſitatus ſit *oreris*. Sed remanſit is infinitivus ab antiquo ejus verbi uſu, quem nos docet Prifcianus illo Lucilii 111 Sat.

Conſtrubare animam potis eſt, quicumque adoritur.

Fodere, & fodire : ut apud Columellam lib. XI, cap. 11 : *Runcari, & adhuc fodiri poſſunt*. Et libro de Arboribus cap. ultimo : *Sed omnibus annis ante cal. Mart. fodiri, & interpretari oportet*.

Tuor dicimus in ſecunda, & *tuor* in tertia. Sæpius hoc uſurpat Lucretius ; uti *intuor*, & *conuſi* legas apud Plautum. A *tuor* eſt *intuio* : à *tuor* eſt *tutus*, & *tutari*.

Plura iſtius generis adducere hic poſſumus : ſed pleraque eorum indicavimus, cùm de conjugationibus ſingulis ageremus. Quædam etiam vide ſis apud Auſonium Popmam lib. 1 de uſu ſerm. antiqui, cap. XII.

C A P V T X X X V I

De verbo ſum, & compoſito poſſum. Declinationem verbi ſum priùs addiſcendum, quam conjugationum quatuor paradigmata. Eſum, & ſum ; item ſunt, ero, eram, eſt, unde *formentur*. Eſcit, pro erit. Obefcit. Super-efcit. In Tullio, Lucretio, Gellio ; *genuina defenditur ſcriptura. Atius emendatus*. Ens. Fui, & fuvi. Fuo. *Ennis patria*. Potis, vel pote eſt. Poſteſtur. Non eo uſum Maronem. Poteratur. Poſſetur.

PRiuſquam verò manum tollamus de hac Declinationum tabulâ ; appendenda eſt nobis mantilla de Anomalis, & Deſectivis. Ac primò illud in conſiderationem venit, ut multa maximè cenſeantur *ἀνωμαλῶς*, quibus vel nulla ineſt *ἀνωμαλία*, vel minimè tanta, quàm putarunt. Nam, ut à verbo *ſum* ordiamur, (à quo in Scholis etiam rectè conjugationes pueritia auſpicaretur, quandoquidem in paſſivis præterita perfectæ, & pluſquamperfectæ, per participium, & verbum S V M, circumloquimur, niſi ſatius videatur, in totum præteritis paſſivorum, ac deponentium, initio inter inſectendum abſtinere) id quidem anomalum eſſe agnoſcimus, ac qui propter Ariſtarchum,

Ari-

Aristophanem Grammaticum, Pindarionem, & alios veterum, ἀναμαλίαν tollentes, inficias hoc ire aufit, nã ille se Argum, cæteros talpas puret, cùm solum hoc verbum in VM desinat. Verumtamen non propterea in tantum recedit ab ἀναλογία, quàm vulgi fert opinio. Nam, ut disertim scribit Varro, in secundo de Analogia, antiqui dixerunt *esunt*, *es*, *est*; *esuntis*, *estis*, *esunt*. Ac Cicero in III de Legg. *esunt* posuit, pro *sunt*. Ita enim corrigendum censeo: non *estunt*; quomodo in quibusdam legitur editionibus. Est verò *esunt* fortasse ab *ἔσομαι*; unde *esunt*, abjecta diphthongo, ac mutata paullum significatione, quam Græcum illud futuri habet: in Latino verò est instantis. Quod si hoc minùs placet, sanè non repugnem, quo minùs factum dicatur ab *εἶμι*. Scio, summos viros, Cæsarem Scaligerum, & Angelum Caninium, quia id scripserint, à sciolis rideri. Nempe immane quantum inter sonum amborum interesse ajunt. Sed sciant, oculatiores eam hic affinitatem perspicere, quam illi non vident. Quemadmodum enim à μέλι fit *mel*; ab ὄσπρ, *ab*: similiter hîc omittitur vocalis ξ εἶμι: ac velut ab ἔπω est *sequo* (unde ἔννεπε, *insequo*, ut vetus Poëta vertit) ita hic S præponitur: E verò abit in V; ut à Βρενίησιον, *Brenidusium*. Tria verò istæc etiam concurrunt in *sunt* à Dorico ἐνῆ, pro εἶσι. Sanè hæc ostendunt, sententiam istam non esse absurdam. Nec tamen displicet, quod antea dicebamus, venire ab ἔσομαι. Quid mirum enim, præsens venire à futuro, quando ab eodem est imperfectum *eram*? Nam ab ἔσω, unde ἔσομαι, est *ero*, converso S, in R: ut, *Valerius*, *Furius*, *Papirius*, priùs fuere, *Valesius*, *Fusius*, *Papysius*. Ab *ero* verò esse *eram*, satis puto manifestum. A præsentis enim potiùs *scbam*, vel *ebam*, diceretur. Quærat aliquis, cur non, ut à *doces* est *docet*, sic ab *es* in tertia dicamus ξ . Nempe, ut Priscianus ait, factum id, ut differret à conjunctione E T. Opinor tamen, aliam subesse causam. Puta, quòd sit à Græco ἐστ, abjecta vocali ultimâ. Quod nisi pro certo haberem, dicerem, ut *feri* ξ οὐλοπῶ est ex *feri*: ita *esunt* in tertia fecisse *est*, & per syncopen *est*. Ab *esunt* olim quoque in futuro *esci* dixere, pro *erit*; unde apud Ciceronem II de Legibus è XII Tab. QVOI. AVRO. DENTES. VINCTI. ESCVNT. Vbi in libris vulgatis, *Cui auro dentes juncti essent*. Meliùs alii, *Auro dentes vincti*. Quomodo dicuntur, qui Luciano ὀδόντες χρυσῷ ἐνδεδημένοι: nempe dentes eburnei atque exemtiles. Pro *essent* autem rectè Giffanius, ac Lambinus, reposuere *escunt*. Ut in iisdem est Tab. XII apud Gellium lib. xx, cap. I: SI. MORBVS. ÆVITAS. VE. VITIVM. ESCIT. Est & Lucretii lib. I:

Ergo retum inter summatam, minimamque, quid escit.

Quo-

Quomodo etiam legitur in membranis nostris. Nec sanè *est* hic habeat locum, quia sic prior æquè corripereetur, ac in *erit*. Eoque iis non accesserim, qui apud Tullium, & Gellium, *esunt*, & *esit*, non *escunt*, & *escit*, legere jubent. non quasi *est*, pro *erit*, minùs dixerint; sed quia istis in locis alterum propiùs abeat à MSSis. Imò etiam Festus liquiddò: *Escit, erit*. Idem: *Obescit, oberit, vel aderit*. Item: *Superefcit, supererit*. Ennius *:

* in 6 An-
natum, ut
Hier. Colum-
na conjecit.

Dum quidem unus homo Romanus togâ superescit.

Prout is locus rectè legitur in vetusto codice Farnesiano: ubi alii tamen non inceptè reponunt, *Româ totâ superescit*. Subdit deinde Festus illud Attii Chryssippo: *Quin hinc superescit, Spartam atque Amyclas trado*. Ut est in iisdem Farnesii ichedis. Sed legendum puto:

— *Qui superescit hinc,*

Spartam atque Amyclas trado —.

Aliqui malunt, *superessit*: ut simile sit, ac *prohibessit*, pro *prohibuerit*; *levassit*, pro *levaverit*. Verùm sunt ista futuri conjunctivi, sive, ut Varro appellat, præteriti infecti: in quo *fuero* dicitur, non *ero*, sive *esco*: quæ sunt ἀπλῶς futura, & ad indicandi modum pertinent; ubi ἀρ-χαϊστῶς iste non habet locum.

Participium fuit *ens*, idque ἀναλόγως. Nam ut à *neo*, *nens*; à *fleo*, *fleus*; sic ab *eo*, unde *ei mi*, *ens*. Ac apud Appulejum in Colvii codice erat, *Ens latâ facie*, quod Barthio placet Adversariorum lib. xxxv, cap. xiv. Quicquid de eo est, *superest* illud in compositis *præfens*, *absens*.

At *fui* est à *fuo*; quo usus Plautus Bacch. act. 1, sc. Iamdudum Pistoclere; & Trinummo, act. 1, sc. Multas res; & Truculento, act. 1v, sc. Neque gnatu' st. Imò & apud Terentium legas Hec. act. 1v, sc. 111. Ac Maronem ipsum, cujus illud x Æn.

Tros Rutulusve suat, nullo discrimine agetur.

Veteres pro *fui* etiam *fuvi* dixere. Ennius:

Nos sumus Romani, quei fuvimus anie Rudeinei.

Ait Ennius, se domo quidem Rudiatem esse (quod etiam de eo testantur Mela †, Silius Italicus ‡, atque Aufonius *) sed factum esse civem Romanum. Ab eodem suo Diomedes statuit esse *forem*, & *fore*: cui adientior, ut integrum sit *fucrem*, & *fuere*. Neque est, quod *sim* in I M terminari, non A M, aut E M, quisquam miretur. Nam est ex *sem*. Cicero in Oratore: *Siet*, inquit, *plenum est: sit, imminuunt*. Similiter *possem* pro *possim*. Ennius trochaico istoc:

Nequid exspectes amicos, quod tute agere possies.

Et hæc de verbo substantivo: è quo intelligere quoque est causam,

cur

† lib. 2 c. 4.

‡ lib. 12.

* in Monosyllab.

cur *possim* similiter declinetur. Dicitur enim quasi *potis sum* : quo utitur Plautus Curculione act. v, sc. III :

Animadvertite, si potissimum hoc inter vos componere.

Et Milite act. III, sc. I :

Tute homo, & alteri sapienter potis es consulere, & tibi.

Et alibi sæpe. Imitatus quoque Arnobius lib. II : *Ergone, inquiet aliquis, sine Dei voluntate quicquam potis est fieri? Vbi & videmus, potis est adjungi nominibus neutris; pro quo alibi pote est mavult; ut eodem libro: Sed quantum fieri pote est. Interdum quoque absolute ponitur potis est, pro pote; ut eodem libro: Qui fieri potis est, ut alii prestare id, quod ipsi sunt, valeant, &c. Potesse, vel potuisse, pro posse, apud Ennium, Lucilium, Terentium Eunuchus, Lucretium lib. I, II, III, Catullum. Vide Lipsii Varias lib. I, cap. XIV. A *possim* antiqui quoque dixerere *potestur*. Plautus Merc. sc. Tandem impetravi :*

Demum igitur, cum senex sis, tunc in otium

Te colloces, dum potestur.

Et Lucretius lib. III :

— *Laticem pertusum congerere in vas,*

Quod tamen expleri nullâ ratione potestur.

Pacuvius Chryse, apud Nonium :

Siquâ potestur investigari viâ.

Et Ennius, apud Diomedem : *Nec retrahi potestur imperiis.* Quadrigarius lib. III Annal. *Adeo memorari vix potestur, ut omnes simul suum quisque negotium adorti essent.* Falluntur, qui eo & Maronem usum putant. Nam cum prima in *electro* producatur, omnino legendum *, ^{* 8 An. vers. 402.}
— *Liquidove potest electro* : non *potestur*, ne sit amphimacer. Sanè Angelus Politianus, Miscell. cap. LXXI, in optimo exemplari Vaticano *potest* reperisse se, disertim scribit. Ac Pierius, quamquam agnoscat, in codd. aliquot antiquis *potestur* legi : in Romano tamen, longè omnium vetustissimo, ac aliquot antiquitatis venerandæ, *potest* legi ait ; atque id magis probat. Quod si omnino, ob multorum adeo codicum consensum, *potestur* apud eum legere placet : potiùs esse versum dixerim lagarum (ut appellant veteres Grammatici ;) quàm ut primam in *electrum* corripere censeant : etsi hoc Germano Valenti Pimponcio placeat ; atque item Nicolao Erythraeo in Indice Virgiliano ; ubi hæc sententiam comprobare conatur istoc versu in Ciri :

Coralio fragili, & lachrymoso movit electro.

Cum in melioribus libris sit :

Non me deliciis commovit regia dives

Coralio fragili, ac electro lacrymoso.

In aliis verò legatur hoc pacto :

*Non me deliciis commovet regia dives ,
Dives corallo fragili, ac lacrymoso electro.*

Vtunque autem de Marone est , alios verbum *potestur* usurpare constat , quos antè laudabam . Ac similiter *poteratur* dixit Cælius lib. I Annal. apud Nonium : item Scaurus lib. III de vita sua, apud Diomedem lib. I. Imò veteres nec *possetur* refugisse , probat Nonius illo Quadrigarii lib. I Annalium : *Cum non possetur decerni , utrius putaretur victoria esse.*

C A P V T X X X V I I .

De anomalis, Volo cum compositis, Nolo, & Malo ; item de Fero, & Edo. Noltis. Tuli unde venias , & tolero. Tollisse. Ferre gradum. Te-tuli. Macrobius emendatus. Suevius, vel Scævius , à Cornelio Severo di-versus. Attollo , sustollo , contollo , protollo. Supinum latum quo pacto à tollo originem cœperit. Stlites. Stlocus. Es, comes ; est , comest. Exest. Comeffe. Estur. Comeffus. Edim , Duim , & perduim, unde dicantur.

R. Eliqua nunc anomala persequamur : quorum alia tertiam magis declinationem sequuntur, alia quartam. Tertiam istæc, *volo, fero, edo* ; quod de postremo horum satis est evidens. De prioribus verò cognoscere est ex integris. Nam *vis, volt, voltis*, per lyncopen facta sunt, ex *volis, volit, volitis*. Causam *συνεπιθής* quidam eruere conati, sed infeliciter. *Vis* enim potius, quàm *volis*, dici ajunt, ut differat à dativo pluralivi *volis*. Sed hoc si alicujus momenti fuit ; neque à *volo volas* dicere debuerant, quò & hoc differret ab accusativo *volas*. Quid, quòd & ipsum *vis* non minùs nomen est, quàm *volis* ? Futuro *nec volam* non semel usus Cicerò ? Imperativo caret : ut etiam est apud Phœam. Sed pro eo obtinet subjunctivus *velis*. *Velim* autem non mirum est dici, cum *O*, & *E*, facillè commutentur. Olim sanè, ut ab *edo* est *edim*, ita à *volo* dixere *volim* ; quemadmodum scribit Priscianus lib. IX. Quin apud Ciceronem quoque ea vox in antiquis invenitur codd. ut ostendit Obertus Giffanius Conlectaneis in Lucretium, voce *Pervolis*. *Nolo* itidem *ἀναλόγως* magis olim declinatum. Lucilius apud Diomedem lib. primo : *Voltis ? emia est. noltis ? non emia est.* Mirum cum *volo* destituatur imperativo, non idem fieri in *nolo* ? Nam Ciceronis sunt *noli*, & *nolite* : Lucilii, *nolito* : Sisennæ, *noliosæ*. A malo etiam *mavelim*, & *mavellem*, & *mavolam*, legitur apud Plautum Amph. & Asin.

Idem

Itidem *fers, fert, fertis*, sunt ex *feris, ferit, feritis* : ac per syncopen ideo efferrī, scribit Priscianus lib. IX, ne putentur esse à *ferio*.

Tuli verò est à *tollo*, vel potius *tolo*, seu *tulo*, quomodo antiqui efferebant. Sanè Diomedes lib. I adducit ex Nævii Tabellarià : — *Dacem ad nos nullam attulas*. Et ex Plauti Rudente : *Attulas abstulas*. Aliquanto etiam pòst citat idem ex Pacuvii Medo :

Custodite hunc vos, ne quis vim attulas, neve attigas.

Vt quidem in Putschianà expressum. Sed apud Nonium *, etiam in nostris membranis, sic legitur :

Custodite istum vos, ne eum quis attolat, neve quis attigat.

Puto, ut sit trochaicus tetrameter catalecticus, ac qui pro quis sumatur ; sic legi oportere :

Custodite istum vos, ne eum quis attollat (vel, attulat) neve attigat.

A *tollo* fuerit *tolli* : unde *tolisse* dixit Vlpianus ; ut observat Scaliger ad Varr. lib. I de R. R. cap. ult. Sed olim pro eo *tetuli* dictum, quasi à *tolo*, unde *tolero*. Nec mirum, si *tetuli* mediam corripiat, quam *fellis* à *fallo* producit. Nam *fallo* est à *σφαίλω*, ubi prior longa. At *tetuli* est à *tolo*, uti hoc à *τῆλω*, ubi prior Homero, & aliis, brevis. A *tolo* igitur ἀναλόγως est *tetuli*, ut à *pago*, *pegigi* ; à *pugo*, *purugi*. Glossæ Benedicti : *Tetulit, τῆνευκεν*. Vfus Attius Andromeda :

Donec tu auxilium, Perseu, tetulisti mihi.

Et Cæcilius Hypobolimæo † :

— *Ærumnam patier tetulisti meam.*

Sive, ut ὁ μακαρίτης Merula † noster legit :

— *Ærumnam, pater,*

Tetulisti meam.

Nempe ut rei respondeant ista Cæciliī apud Festum * :

Hic tibi, tu stolide, ille ut tibi fiet pater ?

Plauti item est Rudente act. IV, sc. I :

— *Hodie me his mulierculis*

Tetulisse auxilium.

Et eadem : *Tetuli ei auxilium, & lenoni exitium simul.*

Et Menæchmis act. IV, sc. II :

— *Conditiones*

Tetuli totas, confragosas.

Et Pseud. *Operumque herilis ita tetulis.*

Terentius quoque Andrià act. IV, sc. V :

Nam pot. si id scissem, nunquam huc tetulissem pedem.

Nec scenici solum Poëtæ sic locuti, sed etiam Catullus. Charisius enim citat ex carmine ejus de vere, quod deperiit (nam in Pervigilio

* in Attolere.

† apud Nonium.

‡ in libr. I anal. Eranii.

* in Stolidus.

non exstat is locus, & ut extaret, non id poemâ est Veronenſis Pœtæ.) *Conciturum retuli gradum.* Vnde Pierius colligit contra nonnullos, Latine etiam dici, *ferre gradum*: rectè sanè, nisi obſtet, quod carmen id ſeſquifeculo minimùm ſcriptum ſit poſt Veronenſis Catulli ætatem. Quid nunc epicos dicam? Ennii enim eſt lib. I Annal.

Ilia dia nepos, quas ærimnas retuliſti!

Lucretii lib. VI:

Vt ſempeſtates pluvie graviore coortæ

Sunt, ubi fortè ita ſe retulerunt ſemina aquarum.

Suevii quoque eſt apud Macrobiũ lib. III Saturnal. cap. XXVIII:

— *Cum rege potenti,*

Nomine Alexandro Magro, ſera prælia bello

In Perſas retulere ſuo.

Ita enim legendum, ubi vulgò *retulere*.

Suevii verò hujus meminit idem Macrobius quoque lib. II Saturn. cap. XV, & lib. VI, cap. I, & V. Qui Severum, Ætne auctorem, credunt, valde decipiuntur. Nam dictio ejus ſcriptoris longè alia eſt; ac verſuum, quos Macrobius adducit. Quibuſdam placet, *Sævium* legi debere, ut intelligatur Sævius Nicanor, de quo Tranquillus in iſtutribus Grammaticis. Atqui, ut idem foret, cur non potiùs Tranquillum è pluribus Macrobii locis corrigamus, quàm Macrobiũ ex uno Tranquilli? Sed ad *retuli* redeo. Quod & in proſa inveniri, indicat illud Arnobii lib. IV: *Ab Hippocoontis liberis ipſum Soſibius Herculem cruciatum retuliſſe pronunciat, & illati vulneris, & doloris.* In compoſitis geminatio hujus præteriti omittitur. Ut *attuli*, ab *attollo*; *abſtuli*, ab *abſtollo*: pro quibus & *attulo*, & *abſtulo*, dixere, ut antea monitum nobis. *Suſtuli* itidem à *ſuſtollo*; quod Plautus uſurpat Mil. Glor. act. I, ſc. Niſi quidem ego, & Catullus carm. de nuptiis Pelei & Thetidos:

Candidaque intorti ſuſtollant vela rudentes.

Item Cælius Aurelianus lib. I *ἡγοριων*, cap. IV: *Erit igitur ſuſtollendus agrotans ſubjectione manuum ex utraque alarum parte.* Vitur quoque lib. II, cap. I, atque alibi. *Contuli* eſt à *conſollo*; quod apud Plautum legas Bacch. act. III, ſc. Reddidi patri. Et Aulul. ſc. ult. *Protuli* eſt à *protollo*; quod apud eundem reperias Caf. act. I, ſc. Sine modo.

Imò, quod mirandum magis, nec ſupinum *latum* aliunde eſt, quàm à *tollo*, ſive *tolo*. Nam dixere primò, non ſolum, *tolo*, *retuli*, vel *tuli*, *tulium*, ſeu *tolium*: ſed etiam in prima, *tolavi*, *tolatum*. Quomodo à derivato ejus *tolero* eſt *toleravi*, *toleratum*. A *tolatum* per ſynicopen eſt *latum*, & per *αἰφαιπειν* *latum*: quomodo *lites*, & locus nunc eſt, quod prius *ſlites*, & *ſtlocus*. Niſi malis, ſimili aphæreſi *latum*, pro *latum*, dici à

Dorico

Dorico τλαῖόν, pro τλήνόν, quod ferri potest. Nempe à τλαῖω, quod contractum ex ταλαῖω. Helychius : τλαῖς, ὑπομείνας. Sic lator fuerit Græcum τλαῖτωρ, quod Doricum pro τλήτωρ ab eodem τλήνω. Et sanè ipsum *colo*, vel *tulo* ex ταλω factum videtur : ut quod & ipsum nolet *fero*, *sufero*, *perpetior*.

Ab *edo* veteres *edis*, & *edit*, proferebant. Quod probat Diomedes hoc Catonis ad Filium, vel de Oratore : *Lepus multum somni adfert, qui illum edit*. Et hoc Virgilii * :

Nec te tantus edit tacitam dolor.

* 12 *En.*
vers. 801.

Vbi tamen nunc vulgò *edat*, etiam in optimis edit. nec aliter MSSi nostri : sed potior nobis Diomedes, antiquitatis causâ.

Ex *edis* verò contractum *es* ; unde *comes*, pro *comedus*, dixit Plautus Mostell. act. 1, sc. 1. Itidem ex *edit* fecere *est* ; quo Maro usus in IV *Æn.* Sic *comest*, pro *comedit*. Tullius Hortensio † : *Se ad extremum pollicetur prolaturum, qui se ipse comest*. Varro Margopoli, sive *ωελ δρχῆς* † :

† apud Ne-
nium in Co-
mest.
‡ *Ibid.*

Natura humanis omnia sunt paria.

Qui pote plus, urget ; pisces ut sepe minutos

Magni comest ; ne aves enecat accipiter.

Plautus Trinummo, sc. Multas res sumitu :

— *Non sat*

Id est mali, nisi amplius etiam, quòd ebibit, quòd comest.

Et *exest*. Lucretius lib. III :

Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor.

Sic *comessum*, pro *comedissem*. Catullus epigr. xxx :

Ducenties comesset, aut trecenties.

Ac Tullius pro Sestio : *Vsq̄ue eò fuit popularis, ut bona solus comesset.*

Esse, pro *edere*, est apud Tullium lib. II de orat. *Caculus fecerunt alios, ajebat, esse oportebat*. Et lib. II de Natura Deorum : *Claudius mergi pullos in aquam jussit, ut biberent, quia esse nollent*. Crebrum verò Plauto : ut Trinummo act. II, sc. I : *Est dulce, esse, & bibere*. Nec capiendum aliter Curcul. act. I, sc. I :

Quis è nuce nucleum esse vult, frangit nucem.

Imò Mottellariâ act. IV, sc. II legas :

— *Numquam hic triduum in unum desitum est esse, & bibi.*

Nisi, ex Lambini conjecturâ, *malis essi*. Nam passivè sumitur. *Comesse*, pro *comedere*, apud eundem est Bacch. act. IV, sc. I :

Comesse panem tres pedes latum potes.

Imò Cicero ipse similiter pro Flacco : *Quid attinuit relinquere hanc urbem ? quasi bona comesse Romæ non liceret.*

Ab *es*, adjecto *ur*, fit *estur*, haut secus atque à *potest* est *potestur*, à *poter-*
rat,

rat, poteratur : atque, ut magis vulgata dem, ab *edit, editur*; ab *amat, amatur*, &c. Plautus Mostell. act. pr. sc. Iampridem:

Iam ista quidem absument res erit, dies ne: te: que estur.

Neque id refugit Ovidius lib. 1 de Ponto, el. 1:

Estur, ut occultâ vitata teredine navis,

Æquoreos scopulos ut cavat unda salis.

Vel etiam Columella lib. 11, cap. x: *Dum est in filiquâ, estur.*

Sic in participio *comesto*, pro *comeso*. Sallustius, *Comesto patrimonio*.

Pro quo *comeso*, apud Diomedem, vius Valgius: ut supra diximus.

Edim, pro *edam* dici, probat Marcellus tergemino testimonio. Similiter verò Horatius lib. epod. od. 111:

Edit cicuris allium nocentius.

Plautus Aulul. act. 111, sc. Redi, quò fugis:

— *Quid tu, malum, curas,*

Virum crudum, an coctum edim, nisi tu mihi es tutor?

Idem Trinummo, sc. Quo illic homo:

De mendico male meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat.

Nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam.

Et Menæchmis act. primo, icenâ primâ:

Dum tu illi quod edit, & quod potet, præbeas.

Cicero quoque lib. 1x, epist. ad Poetum: *Cura, si me amas, ut valeas; ne ego, te jacente, tua bona comedim.* Ita non solum Nonius legit: sed Victorius quoque reperit in Medicæo, ac Petrarchæ libro. Fortasse, si ita scripserit Cicero, alluferit ad aliquem veteris Poëtæ locum.

* Terent.

Andr.

† Ter. Heaut.

& Phorm.

Simile est *duim* *, pro *dum*, & *perduim* †, pro *perdam*, apud Comicos. Nam, ut antea quoque monitum nobis, ex Græco δῶν, unde δίδωμι, fuit Latinum *duo*, O in V abeunte; ut in Κύριος, *Cyrus*. A *duo* vero fuit *duim*, & à *perduo*, *perduim*. Vfus & Livius lib. 1: sed in sermone *Bellona, si nobis hodie victoriam davis.* hoc est, *dederis*. Et naturam horum sequitur etiam *credeo*, unde contractum *credo*: uti *creduo* vel est ex *cretum duo*; quod Priscianus putavit: vel ex ἀνεῖ δῶν, *cordi duo*, sive *do*. Inde igitur apud Plautum *creduam*, *creduas*, *credunt*. Singula enim horum usurpat. Item *creduis*, *creduit*. Nempè à *credum*, ut *duim*, *perduim*.

C A P V T XXXVIII.

De anomalis aliis, Eo, Queo, Fio, & hinc conflatis. Exiet, & præteriet, pro exhibit, & præteribit. Morte obitâ. Multis interitis. Quirem, quitus sum, queuntur, nequitur. Fi, fite, firi, fitur, fiebantur, fitum est.

est. *Emisi locus numeris redditus.* Fio à φύω. Parvificiatur, satisfaciatur, facitur. *Defectiva, quia aliunde suppletur defectus, interdum dicuntur habere præteritum, quod mutantur.*

Vidimus de anomalis magis sequentibus tertiam. Agendum nunc de istis, quæ propius accedunt ad quartam. Cujusmodi sunt, *Eo*, & compositum ejus *Veneo*: item *Queo*, cum composito *Nequeo*; adhæc *Fio*.

Eo in futuro retinuit *Ibo*, ex veteri declinandi more, quo futura quartæ sic desinebant, ut *servibo, dormibo*. In compositis tamen id perpetuum non est. Nam Tibulli est lib. 1, eleg. 14 :

At si tardus eris, errabis, transiet ætas.

Eodemque modo vetus interpret Matth. 11, 6 : *Ex te enim exiet dux, qui pascat populum meum Israël.* Atque ita etiam citat Tertullianus adversus Iudæos. Est & scriptoris de limit. constituit. *Celerius domus exstirpabitur, gensque omnis ejus interiet.* Similiâque præteriet, vel præteribit; imiet, vel unibit. *Peries pro peribit* est apud veterem interpretem epist. S. Barnabæ.

Composita ab eo, quæ activè significant, etiam passivè declinantur. Cicero ad Q. Fratrem lib. 1, ep. 11 : *Cum neque prætores adiri possent.* Columella lib. 1 : *Pericula adveniunt*: apud Juvenal. * *Subeuntur prospera castra.* Apud Maronem †, *Morte obitâ.* Antiqui etiam sic declinant neutrum *interco*; ut apud Claudium Quadrigarium ‡ : *Interitis multis*: hoc est, cum multi interiissent, Græcè, ποικίλιν ἀναπεθέντων.

* Sat. 16.
vers. 2.
† 10 En.
vers. 641.
‡ apud
Prisc. lib. 9.

A *veniam*, & *eo*, (ut Priscianus agnoscit in 18,) conflatum est *veneo*; ut à *veniam*, & *do*, est *vendo*, pro *venendo*. Claudianus in Eutropium :

— *Veniamque redibat,*

Dum vendi paruit.

Quare ridiculi sunt, qui censent, *veniam* esse supinum à *veneo*. Sed de eo satis diximus in verbis quartæ.

Queo etiam maximè sequitur quartam. Plautus Milite act. 14, sc. Hera eccum :

— *Si non quibo impetrare.*

Estque apud eundem in argumento Militis Gloriosi :

Licere ut quiret convenire amantibus.

Et in prologo Mercatoris :

Trahere, exhaustire me quod quirem ab se domo.

quomodo & apud Senecam in Thebaide * legitur :

Vinam quidem rescindere has quirem vices.

* sc. primâ.

Passivum quoque ejus est in usu. Neque id tamen rectè probatum est ex tertio Ciceronis de Legg. quandoquidem, ut ante nos alii ob-

fervarunt, pro *quitur* illic, *qui illud*, legi debet. Verba ipsa Tullii ap-
ponam, prout ea emendabat Hier. Ferrarius *: *Cuius impunitatem amici-
tit hac lege. Quit illud? Quit*, pro *quid*; ut *at*, pro *ad*; *set*, pro *sed*, scribe-
bant veteres; quemadmodum codices, & monumenta antiqua, osten-
dunt. Sed ut de Tulliano istoc frustra fuerunt, qui inde passivum *qui-
tur* comprobant: ita alia suppetunt, quæ eorum sententiam validè
firment. Quale hoc Artii, ut quidem numeris censeo reddi oportere:

— Nam neque

† In vulga-
ris *quitus*
sum. Sed
reclamas
versus, qui
est trochar-
cus acuta
litticis otto-
marinis.
‡ lib. I. cap.
de diversa
verborum
positione.
* vers.
1043.

Pretio, neque amicitia, neque vi impelli, neque prece sum quisus †.
Et hoc ejusdem: *Vnde omnia perdisci, ac percipi queuntur.* Et illud Cæci-
lii: *Si non sarciri quitur.* Citat ista Diomedes †. Quibus adde, quod &
apud Lucretium legitur lib. I * *queatur*; apud Appulejum in Apol.
quitus est; apud Terent. Hec. act. IV, sc. I: — *Forma in tenebris nosci non
quita est.* item Gell. lib. XX, cap. I: *Quoniam servitia ista pæne contemni
non quita est.* Imò & nequeor rectè dicitur: ut *nequeor comprehendi, cogno-
sco* &c. Probat id Festus è Pacuvio, Plauti Saturione, & Catone in
primo Originum. Quibus adde illud Plauti Rudente act. IV, sc. IV:
Vt nequitur comprimi! Hoc est, quàm difficile est comprimere Gripum.
Appulejus in Apol. *Sola virginias, cum semel accepta est, reddi nequitur.*
Priscianus in tralatione Dionysii *ἐπιγνήϊα*:

Hic nasci lapidum, qui tacto accensus ab igni

Exstingui nequitur.

Quo loco penultimam corripimus videmus, quasi foret verbum tertie.
A *sio* antiqui in præterito dixerunt *sii*, si audimus Priscianum in VI II I.
In Imperativo facit *si, sive*. Plautus Curcul. act. I, sc. I:

P H. *Seq:ere hac, Palimere, me ad fores, si mi obsequens.*

P A. *Ita faciam.* P H. *Agite, bibite, festiva: fores, potate, sive
mihi volentes propitue.*

Prius usurpat quoque Persa act. I, sc. Age: *Si benignus, subveni.*
Et Horat. lib. II, sat. V: *Si cognitor ipse.* Posterius nec reformidavit
Nunnius, sive Ninnius Crassus, lib. XVI Iliados: *Socii, nunc sive viri.*
Sive, si malis,

Nunc socii, nunc sive viri. —

Iosephus Scaliger, Conjectaneis in Varronem, censet esse Cn. Mat-
titi; qui Cæsaris Dictatoris amicus fuit, atque Iliada transtulit: ver-
tissèque eum hic illud Homericum, *Ἀνερες ἐστὶ φίλοι †.* Sed sententiam
istam alibi † excussimus.

Nec mirandum, *fieri* syllabâ excedere thema *sio*, contra quàm fit in
aud ri, sanciri, atque aliis. Nam prius dixerunt *siri*, sive, ut veteres scri-
bebant, *ferri*, aut *seirei*. Quâ de re actum libro secundo de arte Gram-
matica,

† Viri esse
amici.
‡ cap. 24
hujus libri.

matica, cap. XIII : ubi etiam exposuimus, quomodo Donatus dicat, primam in *Fieri* produci, in istoc Ennii :

Cum meminini fieri me pavum —

Nempe vel *συνεκφώνησιν* esse, *i* longi, & *e* brevis, in *I* longum : vel Ennium *διουκλάσεως* *firi* scripsisse. Quod verius puto. Sed Ennii locum, quod nunc modò in mentem venit, possis sic digerere :

— *Memini cum*

Me fieri pavum.

Vel sic potius :

— *Memini me*

Cum fieri pavum.

Prius illud propiùs accedit ad scripturam istam : *Minime nomine fieri pavum*. Prout legitur apud Donatum in Adelph. act. I, sc. II. Nimirum ut ex nomine fiat, *quom me*, sive *cum me*. Posterius minùs abijt ab scriptura, quæ est apud eundem in Andr. act. II, sc. V. Est ea hujusmodi : *Memini me cum fieri pavidum* : sive, ut est in quibusdam MSSis, ac veteri nostrâ Tarvisinâ * : *Memini me quum fieri pavidum*.^{* anni 1477.} Vbi non video, quod mutationis egeat : nisi quod pro *pavidum*, legendum *pavum*. Quare nihil opus fit, *quom* trajici in locum principem, libris omnibus invitis.

Fior planè obsoletum. Adducit Priscianus ex M. Catone Censorio in Thermum : *Postquam diutius fitur*. Et ex eodem de L. Veturio : *Græco ritu fiebantur Saturnalia*. R. Goclenius lib. II. Annal. sect. LXXXIII. pro *fiebantur* reponit *faciebantur*. Sed omnibus libris invitis : & sine caussa, cum *fitur*, legatur. Ac Nonius † etiam citat ex Livii Odysseâ : *Fit, quoque fitum est*.^{† in Fieri}

At *factus sum*, non est præteritum à *fio* ; uti Diomedes lib. I scribit ; sed à *facior* : pro quo nunc quidem *fio* dicitur, à Græco *φύω* ; unde & *fuo*, *fui*, *futurus* ; sed olim *facior* etiam in usu fuisse, multa ostendunt. Primum composita usitata, *afficior*, *perficior*, & similia. Deinde alia, quæ nunc in usu esse desierunt. Nam Titinnius in Quinto, *parvisfaciam* dixit, Nonio, & Prisciano, testantibus. Ac Varronis in Cynico, apud eundem Priscianum, sunt ista : *Si me hercule pergunt, & Deorum curâ non satisfacitur Resp.* Denique & ipsum *facior* posuit Nigidius Figulus commentatione Grammatices lib. XII, apud Nonium † : *Id*^{† in Factur. Duo postrema verba, non facere, qua in plerisque lib. desunt in nobis etiam MSS, sed corruptis, comparant.}

Est igitur *fio* reponendum inter defectiva præterito carentia : uti & *remisiscor*, & *medeor*. Quamquam Diomedes utrumque etiam horum inter anomala referat : atque illud dicat in præterito habere *recordatus sum* ; hoc verò *medicatus sum*. Quibus sanè, si verba solum spectes, nihil dici potuit insubidum magis. Ac ratio par, cum Phocas ait, *ferio*

facere percussis. Sed profectò meliùs eos sensisse, quàm loquebantur, indicant isthæc ipsius Phocæ: *Deponentia hæc, vescor, fruor, medcor, liquor, reminiscor; quæ in præterito sic proferuntur; pastus sum, potitus sum, medicatus sum, liquefactus sum, recordatus sum: quæ ab alio præsentis veniunt, sed ad supplementam declinationis defectivis accommodantur.* Interim cautius loqui debuisse, nemo inficiabitur: atque hoc inprimis liquet in *fruor*, quod non *potitus sum* facit, sed *fruitus*, & *fructus sum*, ut supra ostensum. Adde quòd significatio horum sæpe est diversa: ut illo, *Fru** *ingnio s. o*: &, *frui* † *præsentibus*. Vbi *potiri*: non habeat locum.

* Terent.
Heaut. act.
2, sc. 4.
† Cic. I de
fin.

C A P V T X X X I X.

De defectivis præsentis, Odi, Memini, Cœpi. Odio, pro odi. Odibunt, oditur. Ofus sum, pro odi. Perofus, & exofus aliquem. Meno priscum. Mentum. Meniscor. Meminens. Dememini. Cœpio, cœperet, cœpiam. Flavii Capri error. Cœpi, fæci. Cur Novi Defectivum statuatur, cum Nolco dicamus. Nômus, pro Novimus. Ioannes Cæsarius notatus.

AB anomalis transeamus ad defectiva. In his multa inveniuntur iis Ausurpata temporibus, quibus illa deficere persuasum est Grammaticorum vulgo. Eaque res facit, ut non pauca, tam in externis, quàm Ecclesiasticis scriptoribus, librariorum inscitia corruerit. Nam, ut eruditissimus Ioannes à Wouweren observat, Petronius ab odio dixit *odientes*: ubi vulgò legitur *audientes*, quod locum istic habere non potest. Ac similiter Appulejus *œdi è guluw*. *Orationis variae species sunt: ut sunt imperandi, narrandi, mandandi, succensendi, optandi, monendi, irascendi, odiendi.* Vetus autem utriusque Instrumenti sacri interpret crebrò admodum usurpat. Eius sunt, *odiet, odiet, odire, odire, odire, odire, &c.* Etiam Goldastus in MSò S. Valeriani libro, qui de bono disciplinæ inscribitur, sic legi monuit: *Lardo quidem in te conscientiam castitatis, sed odio conloquium meretricis.* Et agnoscit idem verbum Nestor Novariensis; qui & veteris interpretis hæc adducit ex Parabolarum cap. 1: *Uque quo parvuli diligitis infantiam, & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, capiunt, & imprudentes odibunt scientiam?* Legitur & passivum. Ut apud eundem Siracidæ cap. xx, vers. viii. Ac similiter Tertullianus adversus gentes: *Odiunt itaque in hominibus innocuus etiam nomen innocuum.* Et iterum: *At enim scita odiret in nomine utique sui auctoris.* Imò clarissimus, affinitatèque dum viveret conjunctissimus, Ianus Gruterus †, hanc vocem restituit quoque Senecæ ex veteri exemplari H. Stephani, & altero Coloniensî. Verba ejusce philosophi sunt; *Necesse est aut imiteris, aut odiaris.* Etiam ut à se-

† p. 579.

det est tædium, & pertæsum est; à soleo, solui, & solitus sum: ita & odi, & ofus sum, dixere optimi Latinæ linguæ scriptores. Vti Plautus Amphitr. * * act. 3. sc. Durare non queo.

— Ita ingenium meum est: *Inimicos semper ofa sum obtuerier.*

Gellius lib. IV, cap. VIII: *Hunc Fabricius non probabat, neque amico utebatur, ofusque eius morum causâ fuit.* Indèque composita, *perofus, exofus*: ut, *Populum Romanum perofus*, apud Suetonium in Tiberio, cap. XXI, epistolâ Augusti ad Tiber. Item, *Patrios mores exofus es*, Curtio lib. VIII. Et, *Plebs consulum nomen, haut secus quam regum, perofa erat*, apud Livium lib. VIII ab V. C. Similiter, *Dii exofos*, Gellio lib. II, cap. XVIII: *Exofa parentes*, apud Val. Flaccum lib. V.

Memini est præteritum ab antiquo *meno*; ut *cæpi* ab obsoleto *cæpio*, de quo infra dicam; & *odi* à prisco *odio*, de quo antè vidimus. A *meno* fit *memini* per reduplicationem, more Græcorum; cuius generis etiam sunt *fefelli*, à *fallo*; *pepigi*, à *pango*; *memordi* (sic enim veteres dixere) à *mordeo*. *Meno* autem olim in usû fuisse, multis antiquæ istius vocis vestigiis comperimus. Nam unde aliter deducas verbale *mentio*, quàm ab inusitato hujus verbi supino, quod est *mentum*? Imò unde alioqui fuerit verbale *mentum*, quo pro *commento* veteres usos esse, docebit Festus? Nec video, unde *meniscor* esse possit, nisi à *meno*. Nam ut ab *apere*, *apiscor*; à *pacere*, *paciscor*; sic à *menere*, *meniscor*; unde composita vulgò obtinent *commeniscor*, & *remeniscor*. Nec *moneo* aliunde, quàm à *meno*, converso E in O; quomodo à *benus* est *bonus*; à *ferriceps*, *ferceps*, à *dermio*, *dormio*; ab *hemo*, *homo* &c. *Meno* verò propriè est in animo habeo, à *μένειν*, quod Græcis *αἰδώς*; interdum animum affectumque notat; unde *ειμής* †, & *δυσειμής* †. Nec tamen *meno* tantum; sed † *benivolus*. † *male affectus*.

& *memino*, dixisse veteres, certis, ut credam, adducor conjecturis. *Meminiens* quippe ab eo invenitur. Livius Erotopægnion IV: *Meminiens Varro corde volutat*. Citat Priscianus lib. XI, cap. de temporibus & naturis participiorum. Hoc de participio ita Donatus art. II, & Sergius: *Ab eo, quod est Memini, artis nullum participium reperitur. Si ad usum, verum est; si ad auctoritatem, falsum: nam invenimus in Plauto Meminiens*. Imò & utitur Aufonius in tumulo Minervii Rhetoris:

Vivis adhuc, ævi, quod superest, meminiens.

Sidonius verò Apollinaris mirificè eo delectatus videtur. Nam lib. II, epist. XX, ait: *Sisque oppido meminiens*. Lib. IV, epist. III: *Aliquantisper mei meminiens*. Et ejusdem libri, epist. XII: *Naturæ meminiens, & professionis oblitus*. Et lib. VI, epist. III: *Mei meminiens non sum*: quæ ipsa quoque verba legere est lib. VII, epist. VI. Adde obiter, esse quibus videatur, veteres quoque dixisse, *dememini*, pro, non *memini*. Martial. lib. II, epigr. LIX:

Frangere toros, pete vina, rosas cape, tingere nardeo.

Ipse jubet mortis dememini, e Deus.

Ac ita quidem habet antiqua Calderini, itemque Aldina editio r. Sed rectum est, quod in aliis legitur, *Te meminisse.*

Cæpi olim quoque integrum fuit. Cæcilius Peribocæ :

— *Aire obscuro hercle desinam*

Manè cæpiam.

Plautus Truculento act. 11, sc. Ha ha ha :

Dum habeat, tum amet ; ubi nihil habeat, alium questum cæpiat.

Et Menæchmis act. 7, sc. Ædepol ne hic :

Neque ego insano, neque ego pugnas, neque lites cæpio.

Cato quoque *cæpiam* dixit, teste Fêsto. Ac Terentius Adelph. act. 111, sc. 14 :

— *Non sex totis mensibus*

Præius obsecissem, quam ille quicquam cæperet ?

Ab eo in usu est præteritum *cæpius*. Cicero Bruto, sive de claris Oratoribus : *Hortensius igitur, cum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores causas adhiberi cæpius est.* Atque eodem libro, de M. Piſone : *Is cum satis florisset adolescens, minor haberi est cæpius postea.* Spissus autem est error Capri, qui libello de elegantia putat, *cæpi*, per OE, scribi, ab *incipio* ; *cæpi* per Æ, à *capio*. Nam cum à *capio* venit, *cæpi* exarandum nudâ vocali : & ut omnino tum per Æ scriberetur, (nempe, ne pereat A præsentis, quomodo & F Æ C I, in Longobardico Virgillii codice reperisse se, ait Pierius) attamen illud dubium esse nequit, cum *cæpi* per OE scribitur, non ab *incipio* esse, sed à *cæpio* : quod veteres usurpasse ostendimus.

Tribus istis, de quibus vidimus, à Diomede, & aliis, *Novi* additur. Neque fugit eos, *novi* esse à *nosco* : sed eo respexere, quod *novi* significationem habeat præsentis. Monet Diomedes, pro *novimus*, *ἡ novίμω*, dici *nômus*. Vt apud Ennium Hectoris Lustris :

Nos quiescere æquum est, nômus ambo Pylissem —.

Sed in illâ Diomedis editione, quam Cæsius recensuit, & hæc, & innumera alia, ab eo planè sunt interpolata, corruptaque.

C A P V T X L.

De defectivis aliis, fari, inquam, ajo, inquit, cedo. Effor. Fans. Inquam præius imperfectionem notabat tempus. Inquitis. Ai, aibat, aierunt, aiat. Infit unde. Defit. Germanus Valens notatus. Unde fit, quod præsto, pro coram ; aut cedo, pro dic, usurpetur ; è Rod. Agricolâ ostensum. Ab eo recess-

recessum super Terentii loco. Sermones cædere. ð Kóms unde Græcia dicatur.

A Tribus his confero me ad quinque ista ejusdem, uti creditur, significationis, *faris, inquam, aio, inquit, cedo.* De primo ita Diomedes: *Faris, fatur. Rarò For invenitur. Verum in compositione, ut apud Caicum, reperimus Effor.* Cui simile est, quòd *Addor, & reddor,* dicimus; *dor* non dicimus: et si *daris, & datur,* non minùs in usu sint, quàm *faris, fatur.* *Fans* est apud Plautum Persa act. II, sc. I:

Cuculus, si in ludum iret, potuisset jam fieri, ut probè literas sciret,

Cum interim tu meum ingenium fans non didicisti, atque infans.

Inquo, ut Phocas, Diomedes, & alii artium scriptores, putarunt, in usu non est. Eos conatur refellere Priscianus, autoritate ipsius Ciceronis in secundo de Oratore, ubi dicat: *Aucupari verba oportebit, inquo.* Gravis sanè Tullii auctoritas. Sed enim nunc in cunctis codd. legitur, *in quo:* & sententia id requirit: ut Lambino, ac cæteris, adsentiam, qui corrupto Priscianum codice usum arbitrantur. Validius fortasse illud Catulli, epigram. x:

— *Volo ad Serapim*

Ferri manè. manè, inquo, puellæ.

Quomodo Muretus quoque edidit. Veterem editionem, quæ Regii Lepidi procurata anno c10 cccc lxxx1, nihil moror, ubi legas:

Deferri manè, tum inquam puellæ.

Metro enim hæc planè repugnant. Sed Achilles Stadius Lusitanus emendat:

Deferri: inane, inquo puellæ.

Nec multum abit Scaliger. Solum pro *inquo, inquit* reponit. Nempe & illi, *inquo,* parùm visum Catullo convenire. Cæterum, *inquam,* utcunque nunc præsentis sit, tamen aut valde me iudicium fallit, aut primò præteriti fuit imperfecti. Puto enim ex *inquiebam, & συγχερω,* factum esse. *Inquimus* est apud Horatium lib. I, lat. III:

Communi sensu plane caret, inquimus.

Atque ad eam formam *inquitis* apud Arnobium legimus libro I: *Sed antiquiora, inquitis, nostra sunt.* Item lib. II: *Non credimus, inquitis, vera esse, que dicit.* Et trecentis aliis in locis. *Inquiebant, & inquisti,* sunt ipsius Ciceronis. Vti & *inquis, inquit.* *Inque* est apud Plautum Pseudolo, sc. Si te damnosis, & Terent. Heaut. act. IV, sc. VII. Idem Plautus *inquo* usurpat Trinummo, sc. Quindecim dies.

Aio an imperativum haberet, nonnulli olim dubitarunt, Diomede teste in primo: qui eos refutat istoc Nævii:

An

An nata est sponsa prægnaus? vel ai, vel nega.

Qui locus absque dubio est ex poetæ ejus Virgine prægnaute. Videtur tamen postea exolevisse: nam posteriores *ai*s pro *ai* maluissent. *Aibant*, pro *aiebant*, $\delta\epsilon\chi\alpha\iota\kappa\omega\varsigma$ extulit Attius in Ione:

— *Quibusnam te aibant ortum locis?*

Nempe ut ab *ai*o est *ai*s, pro *ai*is; sic ab eodem est *aibam*, pro *aibam*, vel, ut postea dixere, *aiebam*. Perfectum habere negat Priscianus in decimo. Probus agnoscit *ai*. Et apud Tertullianum legimus lib. de Fuga in Persecutione: *Atque ita omnes aierum, Fiat voluntas Domini. Aiat* probat Nonius Marcellus istoc Tullii de Fin. bon. & mal. *Quasi ego curem, quod ille aiat, aut neget. Aiens* dici, ostendit hoc Tullii in Topicis: *Negantia ajenibus contraria.*

Verbi *insit* prima persona est *insio*: quo Varronem in Mensuralibus usum esse, monet Priscianus lib. VIII. Ergo, ut à *capit* est *incipit*, sic à *fit* est *insit*: quod ipsum quoque notat *incipit*. Simile compositum est *desit*: unde dicitur, *desiet, desiat, desieri*. Apud Græcos quoque simile habemus. Nam iis $\delta\pi\gamma\iota\upsilon\epsilon\delta\gamma$ est *existere, oriri, consieri*. Glossæ Philoxeni: *Insit, $\delta\pi\gamma\iota\upsilon\epsilon\delta\gamma$, ἀρχεῖ*. Vulgi opinio est, *insit* idem esse, quod *ai*s, sive *inquit*: imò idem censet doctissimus Germanus Valens Pimponcius in

* pag. 504.

† *Iliad.* a.
& *alibi.*

XI Æn. * *Vbi in illo Maronis, Ita *farier* insit*, similem esse $\sigma\upsilon\omega\nu\nu\mu\lambda\alpha\upsilon$ ait, ac in istoc Homeri †, $\beta\acute{\alpha}\sigma\iota\iota\ \iota\theta\iota$. Sed refellitur, cum originatione ipsâ, quam adduximus; tum autoritate Festi, à quo exponitur *incipit*. Ut liquidò sumit Plautus Aululariâ act. II, sc. IV:

Homo ad prætozem plorabundus devenit.

Insit ibi postulare, plorans, ejulans.

Et Lucretius lib. III:

Commutare animum quodcumque adortur, & insit.

Item lib. V:

Illâ quoque expergesa: tum caput erigere insit.

Idem firmant veteres glossæ Philoxeni, in quibus legere est, *Insit, ἀρχεῖ λέγειν* †. Gloss. Phil. *Inse, ἀρχεῖ*. Congruè sanè isti Liviano, *Ibi inquit, annum se tertium & nonagesimum agere*. Est enim $\epsilon\pi\alpha\kappa\alpha\sigma\acute{\iota}\mu\eta\sigma\iota\varsigma$ *, *loqui*, sive *fari*: haut aliter ac si dicas, *Ita caput*, puta *dicere*. Quod integrè extulit Maro, cum ait, *farier insit*.

† *incipit* dicere.

* *subaudiendum*, sive *subintellectum*.

† *act.* 4.
sc. 3.

Cedo porrigentis est manum: ut Donatus ait ad illud Comici And. †

Nova nunc religio in te istæc incessit? cedo.

Vnde autem *fit*, quod pro *dic*, vel *porrige*, sumatur, docere conatur, magnum sui ævi decus, Rodolphus Agricola, Annotationibus in M. Senecæ Declamationes; ubi sic scribit: *Credo hæc verba, Præsto, & Cedo, quemadmodum & Amabo, longo usu ad aliarum partium orationis vim esse*

esse detorta : ut cum diceretur, *Adesto, respondeat alter Præsto, adsum* : id est, *facio quod vis, adsum*. Inde tandem usû eò deductum, ut intelligeretur Præsto, pro eo, quod est *promatum ac paratum*. Sic & cum diceret quis, *Dicam tibi hoc, respondebat alter, Cedo, id est, Permitto, dic* : &, *Ibo per fundum tuum?* dicebat alter, *Cedo, ito* : id est, *permitto, ut eas* : quod & Terentius significasse dicitur in *Heautone*. * *dicens, Dumque sermones cedimus*. Inde postea consuetudo tenuit, ut diceretur, *cedo manum, cedo cambharum*. Hactenus vir ille maximus, cui de reliquis facile subscriperim; non item de loco Terentii, qui dixit *sermones cedere*, ut Græci λόγους κέπειν, unde & Orator Κόμης † appellatur. A *cedite* & συγχοπιω est *cette*. Plautus *Mercat.* † *Lycophron Cassandra.* act. v, sc. ult. *Cette dextras nunc jam*. Nam *cette* est *date*, à *cedo*, ut ex Nonio discimus : qui & quatuor similes locos adducit. Quorum duos apponam. Vnus est Ennii è *Medea* :

— *Salvete optima corpora :*

Cette manus vestras, measque accipite —

Vbi *cette* est *date*. Nam exprefit illud ex Euripidis *Medea* † :

† *vers. 1069.*

— Δότ', ὅ τέκνα,

Δότ', ἀπαύσαιθε μὴ ἐλ' δεξιὰν χέεσθ'.

* *Date, à liberi. Date, salutate, manum.*

Vnde & verisimilis est Henrici Stephani conjectura †, pro *corpora* legentis *pignora*. Alter locus est Nævii; sed qui in Aldinâ, & hac antiquiori editione Mediolanensi, itemque apud Iunianum Majum, legatur corruptissimè. Nempe hoc pacto, *Pro industria ne te regem prognatum Patrem Lycurgum cette*. Vbi præclare, nec multùm abeuntibus vett. membranarum nostris, emendat Hadrianus Iunius :

Proin Dryante regem prognatum patre

Lycurgum cette.

† *Notum in fragmenta Lat. Poët. pag. 121.*

Pacuvii, & Artii similes locos, apud ipsum Nonium vide.

CAPVT XLI.

De Faxo, Aufim, Forem, & Quæso. Faxo quo pacto à facio fluxerit.

Axo. Adaxim. Axites, axitiosi. Iniexo. Perduaxint. Faxim unde, & Axim. Levasso, impetrasso, & unde formentur. Faxitis. Aufim, ex auferim. Aufi, pro ausus sum. Respexis. Quæso quare pro posco, & invoco, sumatur. Quæse, quælit, quælere.

Sequuntur è Defectivis *Faxo, Aufim, Forem, Quæso*. Ac primùm, *Faxo* unde formarint, disquiramus. In mentem venit, Latinos hac in parte secutos esse morem declinandi Græcorum : qui dicunt, ἀξω, ἀξω : πλέκω, πλέξω : πίνω, vel τέκω, τέξω. Similiter ergo Latini, *facio, facto, faxo : ago, acto, axo*; unde *adaxim* apud Plautum †. Vbi tamen

† *Antul. act. I. sc. I.*

* ut & editio Veneta anni 1518.

MSSi aliqui *adaxine* * : quod Pylades Brixianus non improbat, quia X sæpe abeat in SS : ut *παλειζω*, *patriſſo*. Sed antiqui Grammatici *axo*, *faxo*, & similia, non aliter, quàm per X, scripsere. Par autem ratio in *adaxo*, & similibus. Simplicis *axo* meminit Festus; qui & inde *axites*, & *axitiosos* dici monet. Sic enim scribit: *Axitiōſi factioſi dicebantur, cum plures unā quid agerent, facerētque. Axit autem antiquos dixiſſe pro egerit, manifestum est: unde Axites (malè vulgò Axies) mulieres, ſive Dii, dicebantur unā agentes.* *Axitioſos* dixit Plautus † apud Varronem ‡ :

† *Astraba, ſive Clitellaria.*

‡ *lib. 5 de L. L.*

Axitioſe ammonam caram è vili concinnant viris.

Similiter à *jacio*, *jacto*; unde *jaxo*; ab *injicio*, *injeſto*, unde *injexa*. Plaut. Perf. act. 1, ſc. 11 :

Vbi quadruplator quempiam injexit manum, Tarnidem ille illi rurſus injiciat manum.

Dicat fortasse aliquis, *faxo*, *axo*, *injexo*, potiùs esse temporis futuro-præteriti, quod subjunctivi futurum vocant : nempe ut *axo* sit *egero*, prout exponit Festus; *faxo*, sit *fecero*; *injexo*, *injecero*. Sed sic quoque non abeunt Latini à Græcis, quando eadem his vox est futuri Indicativi, & Subjunctivi. Quippe qui in subjunctivo utantur aoristo pro futuro : unde *πίψω* est *verberabo*, *verberaverim*, vel *verberavero*. Videntur autem Latini hanc terminationem in folis usurpasse frequentativis. Nam, uti dicebamus, *faxo* est à *factare*; unde *facturare*, & *affectare*. *Injexo* item ab *injectare*. *Axo* ab *actare*, unde *acturare*. In aliis tamen etiam habuerit locum, si vera est lectio apud Plautum Mostell. act. 11, ſc. Habeo Neptune *. Vbi legimus *perduaxim*. Quod si rectum est; uti pro *jaſtabo*, *actabo*, *factabo*, dixere *jaxo*, *axo*, *faxo* : sic ab antiquo *perduſia*, pro *perdo*, fuerit *perduabo*, instar simplicis *dabo*; pro *perduabo* autem dixerint *perduaxo*. Sed profectò non minùs mihi, quàm Turnebo, ac Lambino, suspecta hæc scriptura est : præsertim cum in Camerarii libris fuerit non *perduaxim*, sed *axim*, indèque alià manu, *faxim*.

* *vers. 33.*

Aliter etiam *ἀναλογία* in *faxo*, & similibus, investigabamus. Veteres in præteritis sæpe retinebant vocalem præsentis, ubi posteriores mutarunt. Sic *cannere*, pro *cecinnere*, dixit Sallustius; *aterruisse*, pro *aterrivisse*, Tibullus; & alii alia. Ab *ago* ergo similiter fuit *agi*; à *facio*, *faci*; unde *agero*, & *facero*, pro *egero*, & *fecero*; ex his autem E extrito, & R in S abeunte, *facſo*, seu *faxo*; *acſo*, seu *axo*. Eademque mutatio fuit in *injecero*, unde *injecſo*, seu *injexo*. Nam X valet C S.

Veniamus ad terminationem hujus verbi I M, *faxim*. Quod similiter est ex *facerim*, pro *fecerim*. Sanè significatio convenit. Vt apud Comi-

Comicum *, *Tibi lubens bene faxim.* Itidem ex *agerim* factum *axim*, * *Adolph. act. 5. sc. 5.*
 seu *axim*. Pacuvius Peribœa :

Vt quæ egi, ago, vel axim, verrucent bene.

Vbi Nonius *axim* exponit *egerim*. Plautus Aulul. act. I, sc. I :

Vinam me Drui adaxim ad suspendium.

Pro *adegerim*. *Taxis, ex tetigeris*. Varro Modio : *O Petruille, ne meum taxis librum.* R verò in S mutari in hujusmodi præteritis perfectis, ac præterito-futuris ; discimus ex *impetrasso, levasso, & similibus*. Nam ex *levavero, & impetravero*, sint *levaveso, & impetraveso* ; unde, extrita syllabâ, & ad compensationem ejus geminata consonâ, *levasso, impetrasso*. A *faxo, vel faxim, faxis* est apud Plaut. Afin. & Mil. imò & Horat. lib. II, sat. III, & VI. *Faxu* item Rudente, & Legg. XII Tabb. FORTOM FAXIT : *faximus Truculento, Quod cum celamus, faximus conscios. Faxitis*, in carmine antiquo devotionis urbium atque exercituum. *Faxem, pro fecissem*, est apud Plautum Pseud. act. I, sc. V :

Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.

Sic & vet. editt. †

Quemadmodum autem *faxim*, pro *fecerim* : ita *ausim*, pro *auserim*, hoc est *ausus fuerim*, usurpatur. Nempe ut à *soleo* est *solui, & solitus sum* : sic ab *audeo* fuit *ausi, & ausus sum*. Itaque, Prisciano teste, Cato Censorius pro L. Antonio, sive, ut MS noster habet, Autronio dixit, *Non ausi recusare* : cujus rei etiam superius meminimus. Ab *auserim, auseris, auserit, & ουρηνω* facta sunt, *ausim, ausis, ausit* : quomodo & *respexis*, pro *respexeris*, dixit Plautus Mostell. act. II, sc. II : *Cave respexis*. De *faxo, seu faxim, & ausim, fatis verborum fecimus*.

Superfunt *forem, & quæso*. Ex his *forem*, quemadmodum etiam Diomedes testatur, & ουρηνω factum ex *fuerem*, ut *fore* ex *fuerere* : putata ab antiquo suo ; de quo supra abunde diximus. Nunc tantum apponam verba Prisciani extremo libro VIII : *Reperiuntur tamen & alia verba, quæ in usu deficiunt personis : ut cedo, fodes, salve, furis, age, insit, foret : quamvis & insio, & furo, apud Varonem inveniuntur ; & forem, apud Ter. in Hecyra † :*

Nam si utrumvis horum, mulier, unquam tibi visus forem.

Fore quoque dicitur, ex quo *confore*. Ter. And. * *compositum protulit, Et id spero confore*. Vnde liquet, veterum judicio *forem* esse insolens, uti *furo, & insio*.

Quæso, si vera est suspicio nostra, ex veteri lingua remansit, quâ S pro R usurpabant : ut *asa*, pro *ara* ; *asena*, pro *arena* ; *Ausesti*, pro *Aurelii*, similiaque. Sanè Ennius dixit in secundo Annal.

— *Nautisque mari quæsentibus vitam.*

† ut Venet. a
 anni 1518.

† act. 4. sc. 1.

* act. 1. sc. 1.

Idem Cresphonte :

Duxit me uxorem sibi liberum quaesendum gratiâ.

Et Andromedâ :

Liberum quaesendum causâ familiae matrem suæ.

Sed his locis *quaesere* à *quære* notat *quætere*, ut notavit Festus Pompejus. Quia autem qui poscit, aliquid requirit, hinc *quaesere* etiam pro exposcere, vel invocare, accipitur. Nempe quâ ratione Belgis *versoeken*, quod est *quaesere* seu *poscere*, dicitur à *soeken*, hoc est, *quæro*. Ita, ut ad Manilium notavit Scaliger, usus eo Poëta hic, cum ait, *Quæsivere Deos*, id est invocarunt. Idem : *In Ponto quaesitus rector Olympi*. *Quæsere*, pro *poscere* vel *rogare*, est apud Plautum Bacch. act. II, sc. II :

Mixtum est, me, ut redeam, te opere tanto quaesere.

Quæsit est apud Lucretium lib. v :

Non Divum pacem votis adit, ac prece quaesit

Ventorum pavidus paces, animâsq; secundas.

Etiam Plautus, si Colvium audimus, scripsit Menæchmis act. v, sc. Nimis stultè :

I, Decio, quaese meum patrem, tecum simul

Vt veniat ad me.

Ac dixit eodem modo Appulejus IV Metam. *Multis nos affaribus, multisque precibus quaesens adhortatur*. Ita enim legi debere, non modò Colvius * censuit ; sed & Iustus Lipsius †, itemque Ianus Guiljelmius ; quem vide in Plautinis Quæst. ad Trinumnum, cap. IV.

* notu in
Appul.
† teste Col-
vio, ibidem.

C A P V T X L I I.

De impersonalibus, non deficere ea in tertiâ plurali. Decent. Oportent. Oportebant. Pudent. Pœnitebunt. Pacniviis correctus. Eandem ab impersonalibus passivæ vocis in usu esse. Error vetus, solum ea Inducatum habere, resellitur. Oporteto, oportuerint, deceant, pertæduissent. Impersonalia olim etiam primam, secundamque personam, habebant : ut Pudeo, pudes ; Pœniteo, pœnites &c.

INter defectiva quoque impersonalia numerantur à Phoca. Item Donato in editione secundâ ; uti & ejus interprete Sergio : *Hoc ipsum*, inquit, *verbum impersonale defectivum est : sublatis enim duabus personis, primâ, & secundâ ; tertiâ utique superest*. Vnde etiam cognoscimus, cur impersonalia dicantur. Nec tamen deficiunt tam multis, quàm vulgò putant. Spissus sanè est iste multorum error, cum existimant, penitus destitui tertiâ plurali ; quâ toties usi veteres : præsertim in

Decet,

Decet, & impersonalibus patheticis. Cicero 1 Off. *Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui, eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant.* Horat. lib. III, od. xv: — *Nec citharæ decent.* Lib. I, epist. VII: *Parvum parva decent.* Et in Arte:

— *Tristia mœstum*

Vultum verba decent.

Ovid. lib. I de Rem. Am.

Lude: decent annos mollia regna tuos.

Et 1 Amor. *Nec dominam noscæ dedecuerit comæ.*

Plinius lib. V, epist. VIII, de discrimine orationis, & historiæ: *Hanc sapiens ossa masculi, nervi: illam tori quidam, & quasi jubar decent.* Quandoque autem idem etiam videas in Oportet. Terentius Andr. act. III, sc. II:

Adhuc, Archilis, quæ adsolent, quæque oportent,

Signa ad salutem esse omnia huic esse video.

Ita est in optimis quibusque MSSis. Itidem Heaut. act. III, sc. II:

— *Hæc facta ab illo oportebant, Syre.*

Idem dicebamus crebrum esse in patheticis. Plaut. Epid. act. II, sc. I:

Plerique homines, quos cum nihil refert, pudem.

Ita quidem jam olim legit Ninivita Ioannes. Ac deinceps etiam in Spicilegio emendabat Palmerius:

Vbi pudendum est, ibi eos deserit pudor,

Cum usu sit, ut pudeant.

Sed utrobique, & pudet, & pudeat, in MSSis, & antiquis codd. invenitur. Quare validius illud Terentii Andr. act. IV, sc. I:

— *Attamen, ubi fides,*

Roges; nil pudem. —

Et hoc Lucani lib. VIII*:

— *Semper metuet, quem sæva pudebunt.*

* vers. 495.

Similiter *pœnitebunt* dixit Pacuvius Armorum iudicio †: *Prologo nunc pœnitebunt liberi grato ex loco.* Prout is locus exaratus in MSo nostro, & ex suis codd. à præstantissimo Mercero expressus. Cum, sanè corruptissimum, Hugo Grotius, præcipuum æternusque eum Erasmo Bataviæ suæ decus, sic felicissimè restituit: *Pol nunc pœnitebunt, si vult liber ignaro loco.* Quippe, ut in Castigationibus etiam veterum tragicorum dicebamus, expressit Pacuvius illud Sophoclis Ajace:

Μολῶν ὃ χῶρον ἐνθ' αἰν αἰσιθεῖ κίχῳ.

Et ibo, solvum donec inveniam locum.

Nec obscurior res in impersonalibus passivæ vocis. Cic. 1 de off. *Quo in genere etiam multa in rebus peccantur.* 1 de Orat. *Attamen ista,*

que abs te breviter de arte decursa sunt, audire cupimus. Ovid. Epist. Medæ ad Iasonem :

Non mihi grata dies : nos tes vigilantur amare.

Tacitus lib. I Hist. *Neque enim hic, ut in cæteris gentibus, que regnantur, certa dominorum domus. Idem de moribus Germ. Exceptis dumtaxat iis gentibus, que regnantur. Et eodem : Trans Lygios Gathones regnantur.* Martialis lib. IV, epigr. xxx :

Sacris piscibus hæc natantur undæ.

Nec minùs falli, qui crediderunt, impersonalia tantùm inflecti in indicativo : quamquam vetus admodum sit hæc opinio. Siquidem Diomedes autor est, impersonalia à quibusdam vocata esse *modum impersonalem*, quòd unius tantùm modi esse existimarent. Atque adeò Diomedes ipse, quum impersonalia declinat, non progreditur ultra indicativum. Sed his opponimus, cùm Varronem, qui, ut suprâ vidimus, omnes modos tribuit impersonalibus : tum optimos quoque scriptores, qui & modos cæteros usurpant. Ita O P O R T E T O non semel fuit in Legg. Numæ Pompilii : si fides Scaligero ad Festum

in *Occisum* : item in *Opima spolia* * . Cæcilius quoque est apud Priscianum in VIII : *Morbosum factum, ut ea, que oportuerint, facta non sint.* Cicero I Off. *Nec velle experiri, quàm se aliena decere.* Gellius lib. I, cap. II : *Has ille inanes cùm flaret glorias, jamque omnes suam cuperem, verbisque ejus defatigati pertædissent.* Nam *pertædeo*, unde deducit Saturnius †, nusquam legi arbitror : utcunque hinc, priscis in usu fuisse, verisimile fiat.

Ac similiter in voce passivâ. Cicero III Off. *Cum male pugnatum apud Caudium esset.* Cæsar III belli Gall. *Cum jam horis amplius sex continenter pugnaretur.* Ovid. XII de Arte :

Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Infinitivum habes apud Terent. Hec. ‡

Trepidari sentio, cursari rursum profusum — .

Et Cicero ad Att. lib. XI, epist. XIV : *Hic maneri diutius non potest.*

Idem pro Quinctio : *Septingenta milia passuum vis esse decursa biduo ?* De impersonalibus verò activis eo minùs mirandum, quia primò fuere integra : unde adhuc in primâ, & secundâ personâ inveniuntur. Ita, apud Ennium, Hecuba anus, ereptam lugens Polyxenam :

*Miserere mei annis * : date ferrum, qui me animâ prævem.*

Cui geminum hoc Virg. lib. VIII :

— Arcadii queso miserescite regis.

Veteres quoque Plauti editt. habent Menæchmis act. V, sc. IX :

Adolescens, queso loquere tuum mihi nomen, nisi piges.

Quo-

* In schedis Farnesianis, & Pomponii Latii, est oportet, & oporteat. Ac retinent Ant. Augustinus, Steph. Pighius, Clarus Sylvius. Sed oportet cum Scaligero legitur quoque Lipsius. † lib. 6. c. 8. ‡ lib. 3. sc. 1.

* Vide sit de Analogia librorum præcedentem, cap. 17.

Quomodo & in Thesauro suo citat Rob. Stephanus. Sed in Camerarianâ, & optimâ quaque, est *piget*. Nec validius illud Epid. act. II, sc. I : *Pudes, quod pudendum fiet*. Prout legit Palmerius, ut vocis *pudes* prior syllaba ad priorem, posterior ad posteriorem pertineat verum : quod parum mihi fit verisimile. At probum illud Casinâ, act. v, sc. II : *Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo*. Item Papinii est x Theb.

Si non dedecui tua iussa —

Poeniteo quoque, pro *pœnitet me*, dixisse prisca videntur. Nam apud Iustinum legimus lib. XI : *Primi pœnitere cœperunt*. Quod non à *pœnitet* est, sed quali à *pœniteo*. Alioqui diceret, *Primos pœnitere cœpit*. Sic Appulejus v Met. *Tum meminervis mea serâ monitionis, quum cœperis serò pœnitere*. Pro, *Cum cœperit te serò pœnitere*. De participio *pœniturus*, pro *pœnititurus*, dicam libri sequentis cap. XIII.

Tædet, vel *perædet*, habet *peræsum* est : ac fortasse etiam *perædmit* : quo, sed personaliter, usus est Gellius lib. I, cap. II. Imperfecto usus idem lib. xv, cap. xx : *Matrimonii perædebat*. Etiam *libet, licet, piget, pudet, placet*, geminum habent præteritum ; *libuit, & libitum est ; miseruit, & miseritum*, & interdum *miseritum* &c. Exempla passim obvia. Plinius lib. xxxvi, cap. xv, dixit *puditum* ; uti & Plautus Casinâ act. v, sc. II, & Appulejus lib. II Florid. *Enim non pigebit me commemorare, quod illum non puduit est ostentare*. Imò Sallustius non reformidavit *pœniturum*, teste Fabio lib. ix, cap. III. Si Ramum audimus, *peræsum est, puduit est*, & similia, fuerint supina. Nam similitur, Grammat. lib. III, cap. II, *pugnatum est*, supinum facit in *um*. Sed planè fallitur. Nam supinis utimur in significatione futuri : ut *eo pugnatum*, hoc est, ut pugnem. At cum dico *pugnatum est*, manifesta est præteriti significatione.

Quæritur an, ut à passivis, ita à deponentibus, impersonalia oriantur. Vt si *adipiscitur*, dicas, velut *amatur*. Sed deponentia deposuerunt significationem passivam, eoque nec passivè impersonalibus eorum scriptores utuntur, nisi multò rarissimè. Vt cum Varro, quia *progredior* olim commune fuit, in IV de L. L. non dubitat dicere : *Dicitur peregrinus (ager,) à pergendo, id est, progrediendo. Eo enim ex agro primum progrediebatur*. Simileque illud Appuleji lib. IV Met. *Mæretur, fleitur, lamentatur*. Ad ἀνωμαλίαν in conjugando etiam refer præterita iudicativi perfecta syncopen passa in secunda persona. Vt Catullo, *absterxisti, pro absterxisti : adverstisti, apud Plautum Mercat. auxisti, pro auxisti, Aufonio : consumxisti, apud Propertium : emunxisti, in Mostellaria : evaxisti, pro evaxisti, Horatio lib. II, sat. VII, uti & Silio : exstinxisti, IV Æn. luxisti, pro luxisti, Catullo : percuxisti, Horat. lib. II, sat. III : surrexisti, Martial. lib. v.*

Quan-

Quandoque etiam in persona tertia : ut *abstix*, pro *abstixit*, apud Ovid. de quo diximus * . Statii quoque est in 11 Syly. *Porxix & obtusò pallentes germine flores.* Sed de eo quoque nequitiam mirum : quia & *porgere* dicebant pro *porrigere*. Ita Cicero in Arateis : *Hic dextram porgens.* Et Silius in 1x : — *Porgebat protinus enssem.*

Item in plusquamperfecto : ut *surrpnerat*, Horatio. Sed hoc quoque minus mirandum ; quia & *surrpne* idem ait , pro *surrripere* ; ut Lucretius *surrpere*, pro *surrripere*.

Etiam in præteritis subjunctivi hæc syncope obtinet. Ut *excessiss*, pro *excesseris*, apud Ter. Andr. *noxit* pro *nocherit*, apud Lucill.

Inguen ne existat, papula, tama, ne boa noxit.

Item in plusquamperfectis ejusdem modi : ut *recesset*, pro *recessisset*, apud Plaut. Mercat. *Vixet*, pro *vixisset*. Virgil. in xi :

Vixet, cui vitam deus, aut fortuna, decesset.

Valde etiam usitata esse in præteritis perfectis infinitivi , ostendi cap. xix. Atque hoc quoque indicant , *adduxe*, pro *adduxisse*, Plauto Rudente ; *clepsè*, pro *clepsisse*, Tusc. 11 ; *dixè*, in Amphitr. & Aufonio ; *fluxe* pro *fluxisse*, Varr. lib. 11 de R. R. cap. ult. *illexe* apud Plaut. Merc. & Tull. lib. 111 de Nat. Deor. *induxe*, Varroni apud Non. *subduxe*, pro *subduxisse*, eidem in 11 de R. R. Imò & Cicero sic, *veritatem est dixit*, ut videbimus lib. 1v, cap. x111.

Mirum vero etiam impersonalia inveniri à verbis exemptæ actionis : ut sunt *ningit*, *pluit*. Est enim Appuleji lib. 1 Floridonum : *Aquila cum se nubium tenuis altissimè sublevarit evecta alis, totum istud spacium, qua pluitur, ningitur, & ultra quod cacumen nec fulguri, nec fulmini locus est.* Hactenus de Conjugatione. Deinceps de Specie, ac Figurâ agendum.

C A P V T X L I I I.

De verbi Specie, ac sigillatim de Inchoativis. Unde ea formentur. Certissò an dicantur. Nominis emendatus. Tremisco rectum esse, est tremesco dicere jubeat Pierius. Luciscit, pro Lucescit, veteribus libb. approbari. Inchoativa an rectè dicantur, ac non potius Continuativa debeant appellari. An habeant præteritum. Quo indicio cognoscatur, utrum præteritum sit ab inchoativo, an primigenio. Solvitur argumentum, quo veteres suffulsi inchoativa præterito spoliarunt.

Verborum alia esse primigenia, alia derivata, dictum nobis, cum de generalibus vocum affectionibus ageremus. Ac quemadmodum in nominibus varia sunt derivatorum genera, ita etiam in verbis. In his principem sibi locum vindicant illa in *scò* exeuntia. Quorum alia

alia à verbis veniunt, alia à nominibus. A verbis, ut *calesco*, *horresco*, *florresco*, *sordesco*, *squallesco*, *splendesco*. Etiam *glabresco*, à *glabreo*. Vtroque usus Columella *. *Pudescio* apud Prudentium Apotheosi, & *minuesco*, Autonio Ephemeride. Item *anesco*, & *acesco*. Nam *anet*, & *acet*, agnoscit etiam Flavius Caper †.

* lib. 2, cap. 9, & 20.

† De verbis dubis.

A nominibus derivantur duplicia : alia à substantivis ; alia ab adjectivis. Substantivis, ut *ruresco*, apud Ennium Annalium lib. VII : *lutesco*, *noctesco*, *viresco*, in illis Furii Antiatis apud Gellium lib. XVII, cap. XI :

Sanguine diluitur tellus. cava terra lutescit.

Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ.

Increpescunt aurimi. virescunt vulnere vires.

Ac quâ formâ *noctescere* fixit Furius, eâ *crepusculascere* commentus Sidonius Apollinaris lib. VIII, epist. III, ubi *crepusculascentem horam* pro primo dixit diluculo. Similia *repuerasco*, *irascor*, *syntresco*, *nivesco* : quod apud Tertullianum de Pallio.

Ab adjectivis, ut *dulcesco*, *duesco*, & huic geminum *opulesco*, apud Furium Antiatem, teste Gellio † :

† lib. 18, cap. 11.

Quo magis in parvis possint opulescere campis.

Longsco, Nonio * testante, Ennio Annal. XVII. *Pulcresco*, apud Serenium Sammon. cap. x. Nisi horum aliqua malis esse, non à nominibus, seu substantivis, seu adjectivis ; sed à verbis inufitatis.

* in Longiscre.

Certisco, hoc est, certus fio, ut Nonius interpretatur, illud adferens Pacuvii Chryse : *Atque eccos, unde certiscent*. Sic enim legendum, etsi in nostro etiam MSo pro *atque*, sit *aquæ* ; pro *certiscent*, *certissent*. Vel verum est ; quod dixi, vel Nonius, corrupto codice utens, pro *certi sint*, legit *certissent*.

Quæ veniunt à verbis, formantur ab secundâ personâ indicativi præsentis, addito CO : ut in primâ declinandi formâ, à *labo*, *labas*, *labasco* ; in secundâ, à *caleo*, *cales*, *calesco* ; in tertiâ, à *tremo*, *tremis*, *tremisco* ; in quartâ, ab *obdormio*, *obdormis*, *obdormisco*. Quod eo monere operæ duxi, quia hac parte fallitur doctissimus Pierius in XI Æn. ubi scribere non veretur, *ἀναλόγως tremesco* dici, quoniam dicamus *avesco*, *calesco*, *ardesco*. Quasi hæc non veniant à verbis secundæ : *tremisco* sit à verbo tertiæ. Sin parum referre putavit, quam conjugationem primitivum sequatur, eadem fateatur, dici debere, *obdormesco* ; pro *obdormisco* ; *labesco*, pro *labasco* ; *integresco*, pro *integrasco* ; quod est apud Terentium Andr. † *Hoc malum integrascit*.

† act. 4, sc. 2.

Tamen in verbis primæ, A interdum abit in E. Hujusmodi erit *superescit*, si standum vulgatis Festi codd. ubi scribitur, *superescit* poni, pro

pro *supererit*. Nam videtur *superesco* esse à *supero*; quod ejusdem est significacionis verbum; ut apud Maronem *:

— *Superarne, & vesciunt antà*

Aetherà?

Sed hoc argumentum planè, puto, imbellè; quando in *superescit* non est significatio inchoativorum: eoque apud Festum *superessit* potius legi debere, quorundam opinio est; quam superius refutavimus. Verius illi, qui *superescit* retinent: sed deducunt non à *supero*, verum *esum* pro *sam*. Cujus futurum *esco* pro *ero*: quemadmodum antea ostendimus. Accommodatius exemplum est, quod ab *ingravo* dicimus *ingraveſco*, si codices vulgati non fallunt. Etiam ante seculum, & amplius, quæsitum fuit, *flammaſcat*, an *flammeſcat*, scribendum sit in Ambrosii hymno, ubi canitur:

Os, lingua, mens, sensus, vigor,

Confessionem personent.

Flammaſcat igne charitas.

Super quâ lectione jam olim à Petro Schotto doctissimus Rodolphus Agricola per epistolam consultus fuit.

Imò & in iis, quæ à secunda veniunt, E quandoque in I mutatur. Vt *Luciscit*, pro *lucescit*. Sanè Petrus Bembo, in dialogo suo de fabulis Terentii, in optimo illo Comici hujus codice, ac Politiano ipsi tantopere laudato, liquidò ita scriptum fuisse, ait:

Luciscit † hoc jam: cur cesso pulsare ostium?

† Heant.

ad. 3. sic. I.

Vt quidem ibi editum, cum scribi debeat:

Luciscit hoc jam: cesso pulsare ostium.

Etiam Petrus Victorius in Ciceronis codice Mediceo, quem cæteris præferbat, locum illum in epistola ad Catonem ita scriptum invenit: *Expedito extrorsu ua noctu iter feci, ut ad III idus Octobr. cum lucisceret, in Amanum ascenderem*. Imò idem Castigat. in lib. xv, epist. ad Att. disertim ait, *Luciscit per I, non Lucescit, semper in antiquis libris scriptum se observasse*.

† 12. An.

verf. 46.

* 1. En.

verf. 717.

Valla, lib. I, cap. xxii, negat, verba in S C O rectè dici inchoativa. Certè in illo Maronis † de Turno, salubria Latini regis consilia aspernante, *ægrescitque medendo*: cumque idem * ait de Didone,

Expleri mentem nequis, ardescitque ruendo:

neque significatur, Turnum, cum medicinam facere ejus morbo tentaret Latinus, cœpisse ægrotare; sed ægrum magis factum: neque poëta vult, Didonem ardere cœpisse intuendo; sed amorem fumsisse incrementum. Compluria id genus apud Vallensem vide, quæ idem adstruant. Quare rectius *convinnatur* dici videntur. Augustinus tamen Saturnius, lib. iv, cap.

cap. XVI, existimat, non malè *inchoativa* appellari: cujus sententiæ etiam subscribit Cæsar Scaliger de causis L. L. cap. 123. & Nicodemus Frischlinus. Movet eos, quòd quæ perfecta non sunt pro inchoatis habeantur. At ista inchoationem, quamquam cum incremento, significant. Nam *calesco* denotat, calorem inchoatum in me magis magisque augeri. Ac par aliorum ratio videtur. Qui incrementum malunt attendere, non *inchoativa*, sed etiam *augmentativa* vocant, vel quoque *exercitativa*. Et certe cum verbum *cepit* apponitur non per *incipio*, sed *fio* exponere cogimur. Vt illo Cæsar's VI belli Gallici: *Cum maturefcere frumenta inciperent*. Et isto Plinii lib. XI cap. XI: *Cum mella cœperunt maturefcere*. Virgillii quoque est, Incipiunt agitata tumescere: ubi non possis per *incipimus* exponere. Nec commodè satis dixeris poni pro primogenio: cum sententia sit, incipiunt magis & magis tumere. Vt hujusmodi verba non solum inchoativa, sed etiam augmentativa rectè dicantur.

Malè autem negatur à Charifio, Servio, Diomede, atque aliis, inchoativa habere præteritum. Nam etsi à *caleo*, *palleo*, *horreo*, sunt *calui*, *pallui*, *horruui*; atque à *calesco*, *pallesco*, *horresco*, dici debebat, *calescui*, *pallescui*, *horrescui*: tamen, cum linguæ Latinæ auctoribus non fuerit visum ἀναλογία sequi; minimè eò quòd inchoativorum præterita voce eadem sint, ac verborum, unde veniunt; carere illa præteritis putari debet: sed contrà præteritum ea habere existimandum, quia præterita istæc nunc neutrorum, nunc inchoatorum, habent significationem. E. G. *caleo* est, calidus sum; *calesco*, calidus fio. Itaque cum *incalui* dico, pro *calidus factus sum*, erit ab *incalisco*. At si *calui* usurpes, pro *calidus fui*, erit à *caleo*: ut, *Calui priusquam ad ignem accesseram*. Itidem si dicam, *Semper Titio magis genæ rubuerunt, quam Sempronio: rubuere est à rubeo*, quia significo *rubras fuisse*. At in illo*, *Erubuit, salva res est: erubuit est ab erubescō*, quia notat *factum esse rubicundum*. Sic *perarui* à *peraresco* signat *factum esse aridum*. Varro lib. I de R. R. *Quoad perarescat, furcillus versari: cum peraruit de his manipulos fieri*. Vbi præteritum verbo jungitur principali: ut & in illo Catonis lib. de R. R. cap. CXXVIII: *Quatriduum fracescat; ubi bene fracteris, rutro concidito*. Et apud Lactantium lib. V, cap. XIX: *Decet eos suscipere defensionem Deorum suorum; ne, si nostra invalesuerint, ut quotidie invalescunt, cum delubris suis deserantur*.

* Adolph.
ad. 4. sc. 5.

Objectant Charifius, & Diomedes, cum ista sibi mutuo adversentur, ut quid inchoet, & simul perfectum sit: fieri minimè posse, ut quod inchoativum est verbum, id tempus habeat præteritum. At levius plumâ hoc est argumentum. Nam ipsum verbum *inchoo* præteritum perfectum habet. Præterea non significatur verbis in S C O

mera inchoatio ; sed etiam, sicut diximus, continuatio, ut perfectum tempus significare mirum non sit. Cùm enim, ut philosophi docent, motus omnis fiat successivè ; erit in eo initium, medium, finis : atque aliud longè erit perfecta esse, quæ initii sunt, aliud jam rem incrementum coepisse, aliud rem totam esse absolutam perfectamque. Iam verò, qui inchoasse se ait, hoc solum vult, esse perfecta, quæ initii sunt. Qui verò dicit, *tam cito macruisti*, aut *pinguisti* ? non tantum de eo, quod initii est, quærit : sed sententia est, *tam cito macer, aut pinguis factus es* ? ut ipse agnoscit Valla.

Ad inchoativa aliqui etiam referunt imitativa, quia in imitatione est actio frequens. Sed nobis de iis nunc sermo, quæ in S C O delinunt. Imitativa nunc neutra sunt in 1550, ut *parasso, Græcisco* ; nunc deponentia O R, ut *vulpinos, philosophos, Græcos, &c.* Præterea non semper frequens actio denotatur imitativis. Nam possim semel omni in vita poetari, cornicari, poetari ; quæ imitativa sunt. Denique non idem est formale, hoc est considerandi modus, in frequenti actione, alius in imitatione. At pro formæ diversitate debent diversa constitui genera verborum. Atque hæc de verbis inchoativis.

C A P V T X L I V.

De iis, quæ frequentativa appellantur. Gellius correctus. Syriados scriptor notatus. Verba in T O, nunc frequentem actionem signare ; nunc significationem intendere ; nunc accipi pro verbo, unde veniunt ; nunc diminutionem notare ; nunc studium ac voluntatem. Postremi generis esse capto, vendito, dormito, ostento, munito. Verba in S O non esse inchoativa, quod Valla putavit. Nec omnia esse desiderativa, quod Saturnio visum. Prenso quid proprie. De iis, quæ S ante S O habent. Facesso, & petisso, studium notare, contra quam Servius, & Festus, tradunt. Incipisso. Errare, qui omnia in I S S O vocant imitativa. Pitiisso, unde. De verbis in X O. Verba in C O potius idem ac primitivum, vel ejus imminutionem, quam frequentem actionem, significare.

Frequentativa, sive iterativa (utraque appellatio apud Charisium est, ac Diomedem) definere dicuntur in T O, S O, X O, & C O. Exeuntia in T O multa colligit Gellius lib. ix, cap. vi. Inter alia hæc duo adfert : *Moneo, monitus, monito* : *pendeo, pensus, pensito*. Atqui *monito* non dicitur : nec *pensito* est à *pendeo*. Corrigo igitur, *Moveo, motus, motivo* : *pendo, pensus, pensito*.

Quaedam ex his totidem sunt syllabarum, ac verbum principale, & ejus supinum : ut *traho, tractum, tracto* ; *adjuvo, adjucum, adjuro* : quædam

dam æqualia verbo principali, at non supino; ut *hæreo, hæsum, hæsito*; quædam supino, at non verbo principali; ut *vendo, venditum, venditio*: quædam utrumque syllabâ exsuperant, ut *ungo, unctum, unctio*. Sunt & quæ utrumque habeant frequentativum, quorum unum ab altero syllabâ exceditur: ut, *gero, gestum, gesto, gestio*; *capio, captum, capto, capito*. Ac Petrus Angelius Bargæus simile putavit, *fluo, fluctum, flucto, fluctio*. Sic enim scripsit in primo Syriados:

— *Ut conditus alveo*

Pertenui, in summo primium fluctaverat amne.

Verùm non *flucto*, sed *fluctio*, in ulû est.

Etiã verò hujusmodi verba frequentem dicant actionem notare: ut *clamo* est frequenter clamo; *ago*, sæpius ago: nonnunquam tamen veriùs sunt ἀνεληκτά*. Velut cum Maro ait *Æn.*

Ter circum Iliacos raptaverat Hæctora muros.

* significan-
tia incre-
mentum.

Nisi malis, ἀπλω̄ς sumi pro primigenio: quomodo illa in TO sæpe accipiuntur. Vnde apud Plautum Bacch. *Ita ad eam frequens*. Et Plin. lib. *II*: *Sæpius factitatum*. Et lib. *XXV*, cap. *V*: *Sæpius sumisitaverunt*. Item *XXXV*, cap. *X*: *Frequenter in officinam veniant*. Et Agell. lib. *XI*: *Sæpius lætarentur*. Est etiam cum illa potiùs diminutionem, quàm frequentem actionem signant: ut in *Efito, Cærito*. Possis & dormire huc referre, ut sit leviter dormio. Vel exponendum, *cupio dormire*. Saltem non significat, frequenter dormire. Idem de multis aliis dictum velim. Nec enim *vendicare* est crebrò vendere, sed velle vendere. Plinius lib. *I*, epist. *XXIV*: *Tranquillus, contubernalis meus, vult emere agellum, quem vendicare amicus meus dicitur*. In eadem nobiscum sententiã est Turnebus lib. *XXV* Advers. cap. *XV*. Locum apponam, propter summam viri auctoritatem. *Verba, inquit, sunt multa, quæ à Grammaticis literarum formæ censentur frequentativæ, & ejus plane speciem præ se ferunt: quæ tamen si quis propius inspiciat, & quo iis modo auctores utantur, attendat; animadvertet, desiderativa potiùs esse. Eorum pauca commemorabo: sed quæ studiosis exemplo erunt, ut alia ejusdem generis exquirant*. Ac paullo post: *CAPTO* non est frequenter capio, sed capere desidero: ut, capio cornam, capto benevolentiam. *VENDITO* non est frequenter vendo, sed vendere cupio. Cicero †, *Atque ei sese, cui totus venerat, etiam vobis inspectantibus vendicaret. id est, se ei vendere vellet*. Proinde apud Plautum in *Sticho* ‡, *Lingua venditaria ea est, non quæ vendit, sed vendere cupit; qualem suam dicit parasitus, qui auctorem faciebat, & vendere cupiebat*. *DORMITO* non est sæpe dormio, sed dormire expeto. Plautus*: *Te dormire ajebas, mensa sublata est, cubicum hinc abimus*. Sic in sancto Evangelio †, quod ἐνύστασαν Græcè scriptum est, dormitarunt, reddidit interpres eleganter,

† de Arnsp.
resp.

‡ Sc. Fa-
mem fuisse
suspicor.

* Amphi-
sc. Satin
parva res.

† Matth. 25.

quod qui dormire cupiunt, caput tenere non possunt. OSTENTO non est frequenter ostendo, sed ostendere in re aliquâ volo. MVNITO, pro munire cupio, pro Rosc. Amer. Denique multa esse alia scio, quæ referri possunt: sed satis est eam speciem tanquam digito indicasse, studiosisque specimen demonstrasse. Hactenus Turnebus. Pro Rolcio verba Ciceronis sunt ista: Nunc vero quam viam muniet, quo ier affectet, videris. Vbi ex eo, quod sequitur, asse.ter, satis clarum arbitror, desiderium ac studium designari. Vt non possim assentiri Henrico Stephano, quando in Pseudocicerone suo * hanc Turnebi sententiam impugnat. Mavult exponere munire incipiat, vel paret. Sed non excludit Cicero studium. Tantum dicimus esse hic sermonem de studio se exerente, & jam erumpente in actum. Nempe uti dormito est, dormire cupio, & jam incipio, ita munito est munire cupio studeoque, non autem frequenter munio. Sic tamen ne sit ἀνολογία, interpretari non possumus in illius Ciceronis in primo de Divinatione: Ad lucem denique ardē & graviter dormire cœpit. Vbi ponitur pro primitivo.

* pag. 80.
81.

† lib. I Ele-
gam. cap.
23.

Venio nunc ad verba in SO: de quibus litem Grammaticis intentat Laurentius †. Negat illa esse frequentativa: quando visō non significat, frequenter video; sed, in eo omnis sum, ut videam. Conatum igitur significat. Vnde colligit, rectius dici inchoativa. Sed si visō est, eo ad videndum, quomodo erit inchoativum? Nam qui hoc agit, ut videat, is nondum videt. Quare hac quidem parte perspicuus est error Vallæ. Nec tamen iccirco assentimus Saturnio, qui verba in SO censet esse desiderativa. Vt enim visō sit desiderativum; alia tamen sunt, quæ omnino sint frequentativa. Sanè pulsō est sæpius pello: ut cum dico, pulsare ostium. Et versō est frequenter verito. Quomodo Horatius in Arte ait:

— Vos exemplaria Græca

Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.

Prensō tamen & ipsum est desiderativum, si audimus maximum Turnebum, qui de eo sic scribit, loco, quem antea signavimus: PRENSO non est prendo frequenter, sed prendere cupio. Nam qui suffragium alicuius mereri studebat, & qui suffragium captabat, prensare dicebatur. quod erat tanquam hominem enim, cuius suffragium captabat, prendere velle. Itaque qui se adiri à candidato viderat, dicebat, Iste me prensat, id est, prendere cupit. Mihi hoc de verbo paullò aliter videtur. Nam candidati, blandiendi causâ, sæpius manum eorum prehendebant, quorum suffragia rogarent.

Quæritur, utrum verba in SSO frequentativis, an desiderativis, sint accensenda. Servius quidem faceffō frequentativum esse annotavit ad illud iv Georg.

Hant

Haut mora : continuo matris præcepta faceffit.

Est, inquit, *Faceffit frequentativum, pro principali Facit. Aut certe idco Faceffit, quia plures hostias immolavit.* Verum alia mens Nonii Marcelli : uti & Donati in Phorm. act. iv, sc. iiii. Vterque enim *faceffo* simpliciter exponit *facio*. Meo tamen iudicio *faceffo* plus significat verbo principali. Ut in illo è Marone jam adducto. Vbi *faceffit* idem est, ac studiosè facit, ac exequitur. Quod indicant illa verba, *Haut mora ; & Continuo*. Similiter cum dico, *Faceffe hinc*, sententia est, *Fac omni studio, ne hic te deprehendat quisquam.*

Quod si Festum audimus, etiam *petisso* sit frequentativum. Sic enim scribit : *Petisso antiqui dicebant pro petere, eâ formâ verbi, quâ sunt laceffere, & inceffere. Sed ut mihi videtur, eo significabant, sæpius petere ; ut petissant, sæpius petant.* Mihi contra, consideranti usum veterum, magis placet, & hoc verbum primò intendere significationem ; ut *petesso* live *petisso* sit ardentè peto : secundò autem idem significare ac primigenium : ut *petisso* sit *peto*. Lucret. lib. v : — *Humorem, auramque petissens.*

Cicero lib. ii de Consulatu suo :

Præcipites cæli partes obitusque petisset.

Item : *Mentique divinâ cæbum, terrasque petissit.*

Nec refugit in prosa. Ut lib. ii Tusc. Quærit. *Qui hanc gloriam petissant, nullum fugiunt laborem.* Sic *appetisso*, & *expetisso*. Attius Armarum iudicio apud Festum : *Cur vetera tam ex alto appetissis dissidia Agamemnon ?* Plautus Mil. act. iv, sc. i :

Quæ te amat, tuamque expetissit pulcrâ pulchritudinem.

Et sc. cujus initium, Hera eccum :

Vt ejus mihi sit copia, quem amo, quemque expetisso.

Sic *incipisso*. Idem Mil. act. i, sc. iiii :

Nunc sic rationem incipissam, ita hanc institutam fallaciam.

Vfus eodem Capt. act. ii, sc. i, ubi clarissimus Meursius observat, in vet. codd. legi *incipesso* per E, ad instar verbi *laceffo*. Atque ex his constare arbitror, illa in *isso*, vel *ἀνεξήλικα* * esse, vel primogeniorum loco usurpari. Eâdem liquet, falli, qui imitatorum hanc propriam esse terminationem putant. Nam solum imitatio significatur illis, quæ à nominibus veniunt : ut *Atticisso*, *Sicelisso*, *parrisso*. At locum ea non habet in iis, quæ veniunt à verbis : ut in *vibrisso*, à *vibro*. Vel quæ à Græcis profecta sunt : ut, *comissor*, quod est à *κωμισάω* : & *pitisso*, quod Priscianus lib. i deducit à *πιπίω* ; & à Festo, juxta Giffanii † emendationem, exponitur, *sæpius bibo*. Verum non simpliciter significat sæpius bibere, sed paululum sæpius bibere : ut solent vinum degustantes, quo bonitatem melius explorent. Terent. Heaut.

* augustinus
significationem

† Ind. Lucretianæ

Puiff

Pitissando modo mihi, quid vini absumpsit!

Censeo enim non multum distare ab eo, quod in Adelphis legas, *cyathos sordillare*: de quo mox loquar.

Tertia erat terminatio in X O. Vt *nexo*, quod frequentativum à *necto* esse, etiam testatur Priscianus in nono. Sic *amplexor*. Caper de verbis dubiis: *Amplexor semel. Amplexor sæpius*. Item *taxo* à *tago*, sive *tango*. Sanè *taxare pressius crebriusque esse. q. am. tangere*, etiam Gellius ait lib. II, cap. VI. Atque idem scribit, *vexo* esse *gravius & violentius*, quàm *veho*. Quamquam ea interpretatio non tam frequentativum esse arguat, quàm significationem augere.

* *agens significatio.*
† *significatio.*
‡ *consonantiam inueniens.*

At contrà quarta terminatio C O non tam *αὐξήλη** videtur, quàm *μείωλη†*. Liquec hoc ex *albico*, *candico*, *nigrico*. Nam aut nihil est discriminis inter *nigrantem*, & *nigricantem* colorem, aut eo differunt, quod *nigricans* minus sit, quàm *nigrans*. Itidem *albico* sit, parùm albeo; *candico*, parùm candeo. Sed magis eo inclinatur animus, ut nihil putem differre. Nam ut Maro XII Æn. ait, — *Campique ingentes ossibus albeant*: ita Horatius inquit lib. I, od. IV: *Nec præca canis albicans pruinis*. Sin velis dicere leviter *albere*, suppetit vox *subalbico*: ut apud Varro nem lib. III de R. R. cap. IX: *Palea rubra subalbicans*. Qualia cum Diomede dixeris *αὐξήλωσα*, quia terminationis incremento, non significatione variant à primitivis. Fortasse nec *fodicare* differt à verbo principali. Nonio quidem *ἀπλωσ* exponitur *fodere*: item in veteri onomastico, *ἐρύπλω*. Et cura dicitur *fodicare*, non solum quæ sæpius quasi fodit: sed simpliciter, quæ stimulat ac pungit. *Vellicare* similiter proprium eorum, quæ vellendo extremis corporis partibus molestiam exhibent. Vnde *ἔμειζορᾶν* sumitur pro criminari. Nec puto naturam vocis id omnino exigere, ut sæpius quis vellat, aut criminetur. *Frondeco* quoque, quod est apud Eutychem lib. I, haut aliud videtur notare, quàm quod Maroni est *frondeo*. *Claudicare* itidem *ἀπλωσ* signat *claudere*, sive *claudire*, quod est claudum esse. Onomasticum, *Claudeo*, *χλωδῶ*. Cæcilius in Epiclero apud Priscianum: *An ubi vos sitis, ibi consilium claudicat?* Gloss. Isidori: *Claudire, claudicare*. Quod si aliud sit *claudeo*, quàm *claudico*; existimem, *claudico* valere, leviter *claudeo*, hoc est aliquantum *claudus sum*; non autem idem ac frequenter *χλωδῶ*.

C A P V T XLV.

De Desiderativis, Meditativis, & Diminutivis. Verba in RIO potius desiderium; verba in SSO insuper studium significare, & apparatus. Morituro.

turio. Vnde verba in R I O formentur. Poni interdum pro primitivis. Scaturio, & ligurio, non esse desiderativa. Martialis lux. Verba in L O diminutiva esse. Sorbillo quid, conscribillo, haustillo. Super modulo penultima in talibus recessum à Turnebo.

Accedamus ad ea, quæ vel *Desiderativa*, vel *Meditativa* appellant. Hujusmodi sunt definitia in R I O, quæ differunt à verbis in S S O, quodd hæc adfectum tantum; illa tum adfectum, tum effectum notent. Nam *cœnaturio* non significat *cœno*; sed *cœnare capio*: *mixturio* item non est jam *mixor*, sed niti volo, ut Nigidius apud Nonium interpretatur: unde & *φιλολιμέω* exponitur in Onomastico Latino-græco. At *faceffo* est facere desidero, ac jam ago. Itaque (contrà quàm Saturnio visum lib. iv, cap. xix) verba in R I O *Desiderativa* rectiùs vocentur; verba autem in S S O, *Meditativa*. Nam desiderare tantum adfectus est: ut in *esurio*, *nupturio*, *cacaturio*, *moriturio* (quo Ciceronem de philosophis usum esse, ait B. Augustinus in Grammaticis *) ac par ratio est similium: quippe quæ, ut dixi, nihil aliud, quàm adfectum notent. At *petisso*, *faceffo*, aliæque id genus, non tantum signant adfectum, sed & studium atque apparatus: unde jure iis competit nomen *Meditativorum*, quia *meditari*, ut ipse agnoscit Saturnius, est *moli-ri*, & *apparare*. Itaque Livius, cum dixisset lib. xl: *Fugam ad Romanos Demetrius meditabatur*: post sese interpretans ait: *Fugam per Pæoniam preparatâ*. Ac Tacitus similiter Annal. lib. iv: *Neque Scianus ita Drusum forebat, ut non in eam semina futuri exitii meditaretur*. id est, moliretur.

Formantur verba in R I O, vel, ut vulgò dicunt, à supino, sive, quod eodem recidit, à participii passivi præterito: ut à *nuptu*, sive à *nuptus*, aut *nupta*, *nupturio*: vel, ut mavult Iul. Scaliger †, à participio activo in V R V S: ut à *nupturus*, sive *nuptura*, *nupturio*. Sed potiùs accedimus receptæ sententiæ, eo quòd V in *cœnaturio*, & similibus, corripitur: contrà quàm fit in *cœnaturus*, & talibus. Vnde & cognoscimus, *scaturio* non esse desiderativum, cum penultima in *scaturit* producat: idemque judicium de *ligurio*: quod potiùs per geminum R R, *ligurio*, scribitur: ut observat Muretus annot. in Terent.

Quod verò de frequentativis dicebamus, ea interdum poni pro primigeniis, idem hic quoque locum habet. Plaut. Aulul. † *Vbi erit hæc desossa, occæpit scalpturire* * *ibi unguibus*. id est, scalpere. Ac similiter capio illud Martialis lib. iiii, epigr. xciii:

Gaudes ducenas nupturire post mortes.

Vbi *nupturire* dixit pro *nuptum ire*. Nam *nuptus* † capi vix possit; cum in voce *gaudes* desiderii sive affectus vis insit. Vel hæc vera est

z

sententia,

* cap. de desiderativis.

† cap. 123 de causis. L. L.

‡ act. 3. se. 4.

* In omni-

bus libris est

ibi scalptu-

rire, contra

naturam

versus tro-

chaici, quia

sic sede sex-

tâ esset jam-

bus. Repetis

igitur. Scal-

pturire ibi.

Ac similiter

eâdem senâ

pro me in-

tus, lege in-

tus me: &

pro illi

merce-

dem, mer-

cedem illi.

Aliquis

enim hu locis

versus clau-

dicabit: qui

trochaicus

ædonarius

catalepticus

esse debet.

† proprii.

sententia, vel legendum, *Audes pro gaudes*. Et sanè *Audes* in vet. libris reperias hoc loco. At non probo clarissimi viri sententiam, qui legere jubet:

Gaudes ducentas nuptum ire post mortes.

Nec enim, puto, quod Ennii seculo licuit, id fecisset Martialis, ut *M*, vocali sequente, non elideret. Neque effugere est, si dicatur, *nuptum-ire* vel *nupture* vocem esse unicam: eoque nihil impedire, quo minùs secunda syllaba permaneat integra. Nec enim ex ullo Poëtarum simile exemplum adduci potest.

Fingere vero Romani etiam desiderativa quædam à nominibus. *Quale Syllatario*. Cicero lib. ix ad Att. epist. xii de Cn. Pompejo: *Ita Syllatario animus ejus, & proscripturus jamdum*. Hoc est, Syllæ mores desiderat imitari, & proscriptionem ejus. Simile *adolescensurio*. Laberius apud Nonium: *Incipiunt adolescensurire, & nescio quid nugarum facere*. Hoc est, adolescentes imitari. *Vfus & Quinctilianus* lib. ii, cap. ii: *Qui jam sunt in suprema parte pueritiæ, & adolescensurire incipiunt*.

Superfunt diminutiva, quæ in *LO* desinunt & cum imminutione frequentiam actus signant sæpius. Terent. Adelph. act. iv, sc. ii:

Et cyathos sorbillans paullatim hunc producere diem.

Non satis dicit vir doctus, qui *sorbillans* exponit, *potum continuans*. Est enim *haustillatim*, & minutim sæpius tamen forbere. Sic *consillo* parùm, vel submissâ voce cano. Item *conscribillo*, leviter aut minutis notis conscribo. Sic tamen utrobique, ut actus continuatio accedat. Varro Marciore: *Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes caelum*. Idem Columnâ Herculis, *ædè dôctis*: *Itaque eas in ceram inscribillavi Herculis athlis*. Sic Mercero rescribenti adsentio, quia & in membranâ nostrâ pro *conscribillavi* reperiam *inceravi*: & pro *athleta*,

* *Carm. 25. adlis. Catullus* *:

*Ne lanæm latrisculum, naseque mollicellas,
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.*

Satullo etiam hujus loci videtur. Ut enim ad *saturo* se *saeculus* habet, sic ad *saturo* *satullo*. *Vfus* eo, Nonio teste, Varro *ædè aiptorav*: *Neque in pulvere myrbico coquam carnes, quibus satullem corpora, ac famem ventris*. Hoc est, paullatim sæpius aliquid cibi sumentibus satorem. Nempe ut actus imminutio, & iteratio concurrunt.

Haustrillare quoque dixit, recentior quidem ille, sed elegantissimus tamen scriptor, Iovianus Pontanus in *Ægidio* †: *Agite, optimi viri, haustrillate penuli nostri, non Rhetica illa Vergili; aut Horatii Cæcuba pocula; sed nostratua hæc, tum Sorbinia, tum Mononica*. Doctissimus Turnebus lib. xxv, cap. xxi, suspicatur, verba istiusmodi unico *L* scribi debe-

re:

† fol. 155, edit. Ald.

re: idque quia legere fit apud Plautum Pœn. act. 1, sc. 11: *Hem mihi jam video propter te vituandam sorbulo*. Versus est trochaicus, ut penultimam corripere sit necesse. Sed summo viro adversatur Catulli versus ille, quem adducebamus. Nec è Plautino illo certi quid exterebrare licet, quando versus istum variè ad eò emendant viri docti.

CAPVT XLVI.

Varie derivatorum terminationes: NO, ut expleno, natino, redino, prodino, suffarcino, lurcinor, pagino, tricino, evaginar, sentino, carinor, negino, seu neguno, stano, aliàque. CINOR, ut lenocinor, vaticinor. GO, ut jurgo, mergo, spargo, clarigo &c. RO, ut tolero, blatero, lambero, angero. CVLO, ut pensiculo, fissiculo &c. VLO, ut ustulo, postulo.

PRæter terminationes derivatorum hæcenus expositas, aliæ quæ sunt: sed quibus exeuntia non habeant proprium nomen, quo à derivatis aliis distinguantur. Aliquas ex terminationibus istis adjiciam. Non parum enim earum notitia prodest ad veram originem verbi indagandam, sive illud à nomine, sive à verbo deriveretur.

Hujusmodi est NO: ut *expleo, expleno*. Festus: *Explenunt, explenti*. *Nato, natino*, pro *suæctuo*, & *negotior*; apud Isidorum in glossis. Indèque *natino*, *negotiatio*, de quo Festus. Apud eundem legas: *Redunt, redeunt*. Similiàque *prodeo, prodino: suffarcio, suffarcino*, à quo *suffarcinatus: lurcor, lurcinor*, unde *collurcinatio* Appulejo: *pago, pagino*, à quo *pagina*. Etiam à *trico, tricino*: ab *evagor, evaginar*: à *sentio, sentino*, apud Cæcilium: à *carere, carinare*, apud Ennium. Scio illud à *sentina*, hoc à *carina* navis, deducere Festum Pompejum: ac Iosephum quoque Scaligerum putare, ob secundam porrectam non posse ex hexametro esse illud Ennii:

— *Neque me decet hæc carinantibus edere chartis.*

Verùm magis placent, quæ de iis ad Solinum notavit Salmasius, non Galliæ suæ duntaxat, sed jam & hujus Bataviæ ingens decus, atque adeò totius Reip. literariæ præsidium. Qui & à *laco*, sive *λακῶ* (unde *λάκω*, & *λακίς*) *lacino* deducit, indèque *lacina*. Sanè in vet. libb. *lacino* est, quod usitatius *lacino*, adscito N: quomodo à *frago*, & *pago*, sunt *frango*, & *pango*. A *nego* quoque fuit *negino*, seu *neguno*: pro quo in vulgatis Festi codd. *neguno*, sed *ἀναλογία* adversante. Vfus Cn. Martius vates: cujus verba sic corrigit Scaliger: *Quamvis endoium duonum, negunare*. Hoc est, quamvis initium bonum, negate.

A *sto* quoque, sive *stare*, est *stano*; unde *destino, præstino, obsino*: à

quo *obstinatus*. Et quid si à *separo* dicamus fuisse *separatio*; atque inde, vocis compendio, *sperno*? Quid item si statuamus à *verecor* fuisse *verimor*, indeque esse *veneror*? item à *nugor* fuisse *nuginor*: proque eo dici *muginor*? Sed de istis fatis.

Vicina est terminatio CINO, vel CINOR: ut *leno*, *lenocinor*: *vases*, *vasicinor*: nec enim Perottus audiendus, qui à fatis canendis originem arcessit.

Multa etiam GO adsumunt. Ita à *lite* est *litigo*: à *fumus*, *fumigo*: à *seminatio*, *juare*, *juergo*: à *mari*, *mergo*, utrobique i eliso: à *arrogē**, vel *εαρερον*†, à *seminari*, *spargo*: à *fustus*, *frustigo*: ab *humus*, *inhumigo*, apud Livium Andronicum; ubi *humus* adjectivum, pro *humido*. Sic *clarus*, *clarigo*; *mis*, *mitigo*. Credo & à *πiv*‡, *ringor*.

‡ mari.

Quaedam etiam in RŌ exeunt, adscito R ante O verbi, unde descendunt. Sic à *tolō*, (unde *resuli*, & *tuli*) est *tolero*: à *blacii* est *blaterat*: à *lambo* quoque *lambero*; quod Festus quidem exponit, *laniare*, *scindere*; sed videretur primò idem notasse ac *lambero*; ac possis sic accipere in illo Lucilii lib. xxxiii:

Invidasque puer quas lamberat ore placetas.

* cap. 25
hujus libri.

Sed Priscianus, ut superiùs* dicebamus, eo ostendit, *lambo* in præterito facere *lambi*. Si ipse Lucilius exstaret, certius aliquid diceremus. At laceffendi significatione habes apud Plautum Pleudolo act. II, sc. IV. Facile etiam maximo Salmasio credo, ab *ango* dixisse *augero*: indèque silentii Deam præsidem dici *Angeronam*; non quasi *augenoram*, ab *angendo* ore, ut Scaliger conjectabat.

Sunt & quaedam definentia in CVLO, præeunte I: quæ à supino veniunt, vel participio passivo: ut, *pendo*, *pensum*, vel *pensus*, *pensiculo*: *mitto*, *missum*, *missiculo*: *fundo*, *fissum*, *fissiculo*. Interdum & à præsentibus: ut à *pando*, *pandicular*. Nisi cum Festo malis à *pandus*, quod à *pando*.

Sunt & quæ V habeant ante LO, & similiter à supino sive participio passivo deriventur. Vt ab *uro*, *ustrus*, *ustrulo*: à *posco*, *posciturum*, & compendii causâ olim, *postum*, unde *postulo*. Fortasse & à *cedo*, *cesum*, *cesulo*, & per syncopen *calo*.

Atque ex his non difficile erit statuere de cæteris. Nunc à specie transeo ad figuram.

CAPVT XLVII

De figura verborum. Quibuscum verba componantur. Simplicia multorum exoleverunt. Composita non semper retinent simplicium genus, vel conjugationem. Nec raro pro simplicibus sumuntur.

VT nominum, ita verborum, alia sunt simplicia, alia composita, five ex uno, five ex pluribus verbis. Ac constantur hæc, vel cum nomine, ut *ædifico*, *belligero*: vel cum verbo, ut *calefacio*, quasi calere facio; *patefacio*, hoc est, facio, ut pateat: vel cum adverbio, ut *satago*, *malo*: sed cum præpositione, ut *perjucio*, *antecello*.

Sæpe verò simplicia non sunt in usu. Ut *leo*, unde *deleo*, juxta Priscianum. Nisi à *δηλέω* *. Vel ex *de*, & *oleo*, quod olim *eleo*, ab *ἐλαιον* †. Item *pedio*. Vnde *impedio*, *ἐμποδίζω*; uti *impedimentum*, *ἐμπόδιον*, *ἐμποδισμός*. Eadem ratio in *expedio*; item *præpedio*, apud Plaut. Terent. Cic. & *compedio*, quo usus Varro, apud Nonium ‡. Nisi hæc potiùs ab *impes*, *expes*, *præpes*, *compes*. Puta à genitivis: ut *compes*, *compedis*, *compedio*. Similiter *fendo*. A quo *defendo*, *offendo*, *insensus*. Glossæ Isidori: *Fensus*, *iratus*. Par ratio in *specio*. Vnde derivatum *specio*: composita, *inspicio*, *conspicio*, & similia: nomina item derivata, *species*, *specimen*, *spectrum*. Similiter *livisco*. A quo *oblivisco*, ut Cæsellius ait apud Cassiodorum. Tamen non displicet, esse ab *oblino*; cujus præteritum fuisse *oblivi*, indicant *oblivio*, & *oblivium*, atque adjectivum *oblivius*. Nempe veteres eadem significatione *leo*, & *lino*, dixere: ut nihil mirum sit, si *oblivi* à *leo* dicamus, quod olim *oblivi*, à *lino*. Huc refero quoque *pleo*. Festus: *Plentur antiqui etiam sine præpositionibus dicebant*. Respicit quòd cum præpositione efferantur *impleo*, *compleo*, *expleo*, *repleo*; nec non *depleo*; quod apud Papinium *, & Manilium †. Notum quoque de *lacio*, ex quo conflata *allicio*, *illicio*. Adderem *fligo*; unde *affligo*. Sed simplici usi non solum Livius Andronicus, & Artius; Nonio teste: sed etiam Lucretius lib. 11. Atque inde *flictus* apud Virgil. 1x Æn. Vbi Servius *flictum* ait poni pro *afflictu*. Huc etiam referunt *pernocto*, & *suffragor*. Nec enim *nocto*, & *fragor*, dicimus. Sed puto hæc potiùs esse denominativa à *pernox*, & *suffrago*. Nisi malis *suffrago* esse à *fragare*; unde *refragare*, & *refragari*. Quam sententiam firmat illud Nonii: *Refragabunt*, pro *suffragabunt*. Quibus subjicit Sisennæ locum, ubi *suffragorum* dicat. Nimirum *refrago*, & *suffrago*, sint à *frago*, unde *frango*: quomodo *refrago* sit *refringo*; *suffrago*, *suffringo*. *Frago* autem veteres dixisse, ostendit præteritum *fragi*; & derivatum *fragilis*.

Quorundam verò simplicia, non quidem Latinis, attamen Græcis sunt

sunt usitata. Ita à δύνω, est *induo*, Græcè ἐνδύνω : & *exuo*, quod ἐκδύνω. Atque à κέλλω sunt *antecello*, *excello*, *precello*; quemadmodum & verba-
 * *celsius*. Nam à *cello*, *celsius* : ut ab *excello*, *excelsus*. Similiter à *περιεῖν* *
 sunt *comperior* & *experior*. Id enim non paullò est verisimilius, quàm
 ut sint à *pario*. Sed de his, & aliis id genus multis, plenius in Originum
 libris agemus.

Ac plurimùm quidem composita retinent simplicium genus, & conjugationem : quomodo, ut *amare*, ita *redamare*; atque ut *currere*, ita *succurrere*, dicitur. Sunt tamen non pauca, ubi contrà fiat. Sic genere variant *sacro*, & *exsecror*. Nec à *sentio* solum *assenio*, sed *asseniar* etiam dicimus. Conjugatio autem diversa est in *ædificare*, & *magnificare*, à *facere* : item in non paucis à *do* compositis; ut *abdere*, *tradere*, *condere*, atque aliis. Item à *cubo* venientibus, quando M assumunt : ut *recumbere*, *discumbere*, ac similibus. Quædam etiam & genus, & conjugationem, variant : ut à *facio* sunt *midificare*, *mellificare*, *gratificari*, *velificari*. A *specere*, *conspicari*, *susplicari*. A *spernere*, *aspernari*. A *sternere*, *consternari*, & *exsternari*. A *gerere*, *morigerari*. A *ferre*, *vociferari*.

Nec rarò videas composita sumi pro simplicibus : ut *misto*, pro *omisto* : *temno*, pro *contemno*. Atque hoc imprimis apud antiquissimos habet locum. Vti in legibus vetustis apud Tullium lib. 11 de Legg. scriptum est, APPARENTO, pro PARENTO; & ADSCISCERE, pro SCISCERE. Suntque multæ hujus notæ apud alios.

Excussimus Speciem, & Figuram; quarum beneficio primigenium verbum in formas penè innumeras diffunditur. Habet id locum etiam in nominibus : sed magis in verbis; præsertim si pro diversis habeamus, quæcunque numero, persona, vel alio declinationis accidente variant. Est hac de re illustis locus apud Varronem lib. v de L. L. Cum, inquit, verborum declinantium genera sint quatuor : unum quod tempora adsignificat, neque habet casus; ut ab *lego*, *legis* : alterum, quod casus habet, neque tempora adsignificat; ut ab *lego*, *lectio*, & *lector* : tertium, quod habet utrumque, & tempora, & casus; ut ab *lego*, *legens*, *lecturus* : quartum, quod neutrum habet; ut ab *lego*, *lectè*, *lectissime* : horum verborum si primigenia sint ad mille (ut *Cosconius* scribit) ex eorum declinationibus verborum discrimina quingenta millia esse possunt : ideo quia singulis verbis primigeniis circiter quingentæ species declinationibus sunt. Primigenia dicuntur verba, ut *lego*, *scribo*, *sto*, *sedeo*; & cætera, quæ non sunt ab aliquo verbo, sed suas habent radices. Contra, verba declinata sunt, quæ ab aliquo oriuntur; ut ab *lego*, *legis*, *legi*, *legam*; & sic itidem hinc permulta. Quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille sunt, quingentùm millium simplicium causas aperuit

ruit unâ. Etſi verò ſatis mirabile ſit, quod de tantâ unius verbi fœcunditate Varro ex Colſonio ait : tamen longè ea major eſt, quàm ipſi putarunt. Quippe à recentioribus eſt obſervatum, ex uno verbo *doceo* deduci ſpecies non quingentas ſolùm, ex numero Varroniano : ſed mille ſexcentas, & quinquaginta. Ac eo ipſo longè fœcundius eſſe verbum *duco* : ex quo, ſi ſeptendecim ejus compoſita accenſeas ; proveniant voces amplius quater mille. Quod monitum quoque aliis, & in iis, erudito viro, Thomæ Freigio. Hęc fœcunditas mirum in modum ditavit ſermonem : qui quo uberior, eo meliùs certiùſque animi ſenſa exponimus. Sed ad hęc artis Grammaticæ miracula non attendit vulgus ; ſapientes verò penè obſtupescunt.

Atque hęc potiffima ſunt, quæ de Verbo in mentem venerunt. Sunt quædam in iſtis, quæ cùm carptim tantùm ac vellicatim dixerimus, fuſiùs exponi potuiſſent. Sed eo conſilio pepercimus verbis, quòd iſta ab aliis fuſiùs exponantur. Nonnullos etiam errores taciti, idque prudentes, præterimus. Nempe metus erat, ne ſaſtidium gigneremus, ſi minutias omnes ſectaremur. Et Augiæ ſtabulum egere ſeſe ſtudeat, qui adnitatur omnes expurgare errores. Quare anchoras tollo, & remis veliſque tendo ad reliquas vocum claſſes.

FINIS LIBRI QVINCTI.

GE-

GERARDI IOANNIS VOSSII
ARISTARCHI,
SIVE
DE VOCVM ANALOGIA,
ET ANOMALIA,
LIBER QVARTVS;

sive commentariorum

DE ARTE GRAMMATICA
LIBER SEXTVS;

qui est DE SEX RELIQVIS VOCVM
CLASSIBVS.

CAPVT I.

DE PRONOMINE. Pronomen, & Provocabulum, *recte pro eodem sumi, nisi distinxerit Varro. Dissertatum, quatenus & Pronomen Nominis, & Nomen Pronominis sit nota. Item num de Verbo prius, an Pronomine, agere debeat Grammaticus.*



Esiduæ sunt nobis sex vocum classes, Pronomen, Participium, Adverbium, Præpositio, Coniunctio, & Interjectio; in quibus non ita multa sunt, quæ, expositis jam duabus classibus primariis, considerationem magnopere mereantur: eoque universas libro hoc sexto, uno quasi fasce, complecti visum fuit.

Ab appellatione ipsa Pronominis initium fiat. Quæ duplex apud veteres invenitur; sed ab eadem causâ promanans. Nam quia plurimum idem sunt *nomen, & vocabulum*; etiam *pronomen, & provocabulum*, idem erunt. Varroni tamen secus videtur. Nam cum *nomen, & vocabulum*, ita distinxisset, quodd illud uni, hoc multis conveniat: etiam *pronomen, & provocabulum*, eo differre putavit, quodd illud proprii subeat vicem, hoc pro communi sumatur. Sanè de *nominis, & vocabuli* usu, quæ non incommodè

modè sic distingui fatemur, nolumus contendere cum doctissimo Varone : sed quod ait, pronomina finita pro propriis, infinita pro vocabulis accipi ; eoque illa rectius *pronomina*, hæc *provocabula* dici ; id verò verum esse pernegamus. Siquidem & finita accipiuntur pro communibus, sive, ut vulgò loquuntur, appellativis : & infinita vicissim sumuntur propriorum loco. Prioris exemplum fuerit : *Saius est in corvos incidere, quam in adulatores ; cum illi mortuos solum comedant, hi etiam vivos*. Posterioris exemplum habemus in illo Maronis * :

* i. En.

— *Coram, quem quæritis, adsum**Troius Aneas.*

Altera quoque de ipso *pronominis* vocabulo, ac *provocabuli* nomine, disceptatio oritur. Quæritur enim, utrùm pronomen nominis nota sit, an verò nomen *pronominis* ; aded ut pronomen debuerit potiùs nominis nomine nuncupari. Hanc rem eò lubentiùs ad iudiciù examini perpendemus, quòd eadem inde cognoscere liceat, utrùm nominis, an *pronominis* doctrina debeat præcedere. Ac mihi quidem suum nimis præcipitasse iudiciù videntur, qui uno verbo de re totà *ἀπλῶς* statui posse crediderunt. Quippe non una nominum omnium, *pronominumque*, ratio est. Longè aliter enim de *pronomine gentili*, aut *possessivo* ; aliter iudicandum est de *demonstrativo*. In iis, quæ vel gentem, vel possessionem, signant, pronomen est nomine posteriori, ac nominis proinde nota. Nam cum *meus* dico, constare nequit, quem dicam, nisi ex eo, quod antecessit ; filius puta, pater, famulus : neque aliter perspicitur, si *nostris* dixero, num agricolam dicam, an militem, an jurisconsultum, an mercatorem. Quare huiusmodi *pronomina* nihil certi significant, nisi ex iis, quæ antecesserunt, Quod si est, huiuscemodi *provocabula* erunt priora nominibus. Nam nemo ignorat, prius esse subjectum accidentibus. In *demonstrativis* verò *provocabulis* dispar ratio est. Siquidem res, vel sunt absentes, vel præsentis ; eademque, vel nomine sunt donatæ, vel donandæ. Si spectentur, ut nomine donandæ ; priora erunt *pronomina*, ac proinde nomina sint eorum notæ. Quippe, antequam nomina rebus essent imposita, hunc in modum consultare solent. Quid nominis huic, quid illi item rei indemus ? quod isti, atque isti rei nomen faciemus ? post placuit, ut huic *arboris*, illi *equi*, isti *vestris*, alii aliud nomen inderetur. Hæc sic se habere, argumento est evidentissimo, quòd hodièque *pronomine demonstrativo* utamur, quoties nomen rei præsentis, aut nullum est, aut nobis ignotum est, aut non succurrit. At aliter longè hac de re iudicandum est, si res considerentur, quatenus iam donatæ sunt nomine ; quomodo in Grammaticis considerari solent.

Et tamen ne sic quidem uno de omnibus modo iudicium ferri debet. Considerantur enim res, vel ut præsentes, vel ut absentes. In præsentibus certum magis individuum significant pronomina demonstrativa, quàm nomina. Si enim Alexander Macedo dicat, *Ego Clivum occidi*, certius cognoscitur, quis interemerit, quàm si dicatur, *Alexander Clivum interemit*. Quippe plures sunt Alexandri. Quare hæc considerantibus paret, nomen potiùs pronominis istiusmodi notam esse, quàm contrà. Non eadem verò in rebus absentibus ratio est. Nam in his vix usus ullus pronominis demonstrativi esse potest: ac proinde priùs erit nomen, quando, cùm pronomine destituimur, nomen necessaria est pronunciati pars: at necessarium prius est eo, quod necessarium non est.

Quæstionem hanc excipit altera de ordine. Nam nomini proximè doctrinam pronominis subjiciunt Palæmon, Probus, Diomedes, Donatus, alii. At Priscianus priùs tractat de verbo, quàm pronomine; atque id facit approbante magno censore, Julio Scaligero; qui ejusmodi argumento sententiam suam fulcit. Cùm, inquit, nomen, & verbum, constituent enunciationem; pronomen necessaria orationis pars esse non potest. Vbi autem est rei nota, haut opus fuerit notà nominis. Pro Diomede verò hæc ratio adfertur: quandoquidem, quod alicui subicitur, ac substernitur, prius est illo, quod de eo prædicatur; certè & pronomen fore prius verbo. Nec flaccidus tibicen sententiæ huic est Aristoteles; qui cùm lib. *æti iquilevius* de nomine agit; antequam de verbo tractat; etiam pronomen sub nomine comprehendit, cùm ei Aristotelica nominis competat definitio. Quod autem opponit Scaliger, pronomen haut esse necessariam enunciationis partem, id non usquequaque verum est. Nam antè ostendebamus, sive res considerentur, ut donandæ nomine; priorem fuisse usum pronominis, quàm nominis: sive spectentur, ut nomen nactæ, modò consideremus easdem, ut præsentes; certius pronomina demonstrativa indicare rem, quàm nomina. Quæ profectò si sunt, extra controversiam poni debet, neque Nomen, neque Pronomen, necessariam esse orationis partem, sed nunc Nomen, nunc Pronomen, necessariò adhiberi. In hoc argumentorum conflictu ita iudicium est meum, saltem dignitatis ratione priorem Verbo, quàm Pronomini, locum deberi. Nam res in Grammaticis considerantur, ut nomine donatæ: eoque Pronomen ferè Nominis nota est. At quod vicarium est, non adurgit ad dignitatem principis; quale Verbum non minùs est, quàm Nomen; cujus vice Pronomen fungitur, uti nomen ipsum arguit.

CAPVT II.

De Pronominum Significatione, Numero, & Persona. Pronominum significatio quintuplex. Interrogatiua nominibus adscripta ad pronomina pertinere; contra quam Priscianus putauit. Gentilia etiam dici, quæ notant aliquem esse scilicet eiusdem. Cur Romani non, uti nostrates, & uestrates, ita etiam dixerint luates. Totus relationum & Quotus. Quintuplici, quæ uulgo adfertur, significationum classi addendam esse sextam, Distributiuam, & Partitiuam. Idem pronomen pro usu, aut respectu diuerso, diuersam ad classem pertinere. Discrimen, quod inter Pronomina pleræque ab iis statuitur, qui De uocum differentiis scripsere, non raro negligi ab antiquis. Pronomina omnia utrumque numerum habent. Personæ definitio. Vniuersa pronomina, Ego, & Tu, exceptis, omnis sunt personæ; non tertiæ solius.

DE interrogatiuis dubitant multi, utrum ea hujus sint classis. Stoici illa, propter relationem, Articulo subijciebant: ut testatur Priscianus in xvii. Sed ipse ea Nomini subdit. Mihi sic uidetur, duas esse classes principes, Nomen, & Verbum: omnem item interrogationem ad alterutram earum referri. Nam de Nomine quæro, quis, uer, qualis, quantum, quot, quotiens: de Verbo autem, ubi, unde, quò, quò, quando, quoties, qualiter, cur, quare. Quemadmodum igitur hæc, quæ Verbo inserviunt, Adverbiorum ad classem pertinent: ita illa, quæ de Nomine interrogant, Pronomina esse arbitramur. Eoque superuacua est quæstio illa à Prisciano * proposita: *Queritur, inquit, quamobrem cunctis nominatiuæ interrogationes pronomina soleant fieri, non etiam verbales fiant per uerba.* Nam nec nominatiuæ per Nomina, sed per Pronomina fiunt: uti verbales non per Verba, sed Adverbia.

Gentilia non rectè definiunt, quòd patriam, aut gentem, significant. Est enim cum signent scilicet; ut optimè ostendit Valla in secundo Elegantiarum, cap. iiii. Mirum uerò, cur homines Romani, cum nostras, & uestras, dicerent, non etiam finxerint suas. Vti si dicas, *Romani captiuos suas Amibali tradendos censuerunt.* Simplicissimè, puto, & uerissimè dicemus, id propterea omissum, quòd sæpe exigeret usus uoces nostras, & uestras; multò autem rarissimè opus esset uocabulo suas; eòque tanti non esset, ut noua uox induceretur. Sed subtilissimus Cæsar Scaliger † alteram etiam rationem adtexit, imperandi libidinem: quod, uti in totum, uel summi uiri causa, rejicere non lubet, ita non uideo, ut solidi quicquam crepet. Quippe si eos dicere suas gravarentur, qui degerent extra imperium Romanum, adde etiam, si lubet, socios populi Romani: at saltem suas dixissent ciues suos.

* lib. 17.
cap. 1.† de causis
L. L. cap.
130.

* *five de
analogia pri-
mo, cap. 2.*

Ista etiam ad Significationem Pronominum quæstio pertinet: utrùm Pronomina illa, quæ eo quodd Nomina esse putarent, nullo hic loco habuerunt (cujusmodi esse longè plurima libro artis Grammaticæ tertio * ostensum fuit) accenseri possint quintuplici Significationum classi, quam, consentientibus Grammaticis, attulimus: an verò, adaucto Pronominum numero, etiam opus sit, constituere novas significationum classes. Super hac quæstione eorum me sententiæ aggrego, quibus placet, quædam novorum horumce, ut ita dicam, civium, rectè referri ad interrogatorum tribum; ut, *uter, quantus, qualis, quot, quotus*: quædam item non malè relativis accenseri; uti ea, quæ vel substantiam referunt; ut, *alius, alter, cæterus, reliquus*: vel accidentis relationem habent; ut, *qualis, quantus, quot, quotus*; quando extra interrogationem ponuntur. Ut in illo Lucretii, lib. vi t:

Nec tota pars hominis terræ quot a totius unius:

quomodo verum eum ex manuscripto nostro codice lib. ii rei Grammaticæ, cap. xvii, emendavimus. Vbi & Manilium similiter loqui videbamus. Sed, præter ista, sunt alia, quibus classis propria debeat. Nempe distributiva, & partitiva: cuiusmodi sunt, *omnis, quæque, nemo, nullus, quidam, aliquis, uter, alter, neuter, ambo, uterque*, & his familia. Ac propter hujusmodi, quintuplici omnino significationum classi sexta annumerari debet.

Sunt interim ex istis, quæ pro diverso vel usu, vel respectu, ad diversas pertineant classes. Nam ex partitivis, *uter, & alter*, prius quidem etiam interrogativum, posterius autem quoque relativum est. Quod eo in his minùs mirari convenit, quando idem usu venit in quinque classibus vulgaris. Nam *hic, ille, ipse*, nunc demonstrativa, nunc relativa sunt: & *cujus* tum interrogativum, tum possessivum est: imò & genitivi, *hujus, illius, ipsius, istius, ejus, cujus*, etsi demonstrativa, & relativa sint, tamen etiam possessionem significant.

Nimià verò religione se obstringunt, qui anxie adè observant, quæ commenti, an commentati, sunt Grammatici de provocabulorum differentiis. Vix enim dici potest, quàm multa apud veteres legere sit, in quibus discrimen, quod adferunt, negligatur. Est tamen, ubi eorum laudem curiosam industriam: in iis dico, quæ pertinent ad proprietatem vocabulorum. Hujusmodi fuerit discrimen, quod inter *Hic, iste, ille, is*, Cornelius Fronto statuit lib. de sermone Latino: *Hunc & istum*, inquit, *in proximo notant: illum, ostendit quidem longè stantem, sed in conspectu: eum, absentem refert.* A quo haut longè abeunt, qui *hic* ad primam, *istic* ad secundam, *illic* ad tertiam personam referri docent. Atque id discrimen tuetur quoque Augustinus Saturnius, cum in pro-

nomi-

nominibus, tum adverbii exinde derivatis. Idem tamen agnoscit, non perpetuò id discrimen observari: eoque nec nobis huic rei immorari visum. Ipsum, sis, potius adi lib. II, cap. IV.

Itidem nec discrimen illud perpetuum est, quod ponunt inter *quis*, & *qui*: uti Attii, & Virgilio loco, evincit Charisius. Etiam Pierius, ad Ecl. II, auctor est, promiscuè legi in vet. libris; *Nec quis sim quæris, Alexi*; & *Nec qui sim*.

Neque semper observatur differentia, quâ *omnis*, & *quisque*, ab *utroque* separant: aut quâ *alter*, & *alius*, distinguunt. Nam *omnis*, & *quisque*, de duobus interdum dicuntur. Terentius Phorm. act. II, sc. I:

Ecce autem, similia omnia, omnes congruunt.

Vnum cognôris, omnes nôris. P. H. hanc ita 'st.

D. Hic in noxâ 'st, ille ad defendendam causam adest.

De Antiphone, ac Phædriâ, loquitur Demipho. Quo exemplo & Agellius lib. XVI, cap. IX: *Susque deque fero, aut susque deque habeo (his enim omnibus modis dicitur) verbum est scriptum plurisariam.* Quintilianus lib. VII, cap. V: *Illâ quoque pendet ex jure, an cum duo fures pecuniam abstulerunt, separatim quadruplum quisque, an duplum, debeat.* Et lib. X, cap. I: *Macer, & Lucretius, legendi quidem; sed non, ut phrasim eloquentiæ faciant. Eleganter in suâ quisque materiâ: sed alter humilis, alter difficilis.* Similiter Cajus I. C. * usurpat.

Itidem *alius* quoque de duobus invenitur, contra quàm docuit Agroecius. Plautus prologo Captivorum:

Captus fuit in pugna Hegionis filius:

Alium quadrimum fugiens servus vendidit.

Cæsar lib. III belli civilis: *Duas leges promulgavit; unam quâ mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; aliam tabularum novarum.* Crebrò ita locutus Appulejus. Et contra *alter*, pro *alius*, usurpat Phædrus fab. XVIII.

Ajunt quoque, *uter*, & *quis*, differre, quòd illud de duobus, hoc de multis usurpetur: eoque *uter* exigere comparativum, *quis* superlativum. Hinc dicere Quintil. lib. VII, cap. V: *Ex duobus uter dignior, ex pluribus quis dignissimus.* Verùm discrimen id non semper observatur. Nam *uter* superlativo jungit Cicero lib. II de Invent. *Quamquam præstat honestas incolumitati; tamen utri potissimum consulendum sit, deliberetur. Potissimum dixit, non potius.*

Quis autem rectè de duobus usurpari, ostendit hoc Livii lib. XXVI: *Duo celeberrimi duces, quis eorum prior vicisset.* Et istud Hirtii, vel Balbi potius, aut Oppii, lib. de bello Hispanico: *Inter duos fit contentio, quis prior pontem occuparet.* Et si quoque *uter* de duobus tantum dicatur; ad-

* I. Si fer-
vum. s. Si
inter. ff. De
verb. obli-
gat.

verbum tamen, quod ab eo venit, de multis quandoque interrogat. Cicero in Verrem: *Vtrum impudencius à sociis abstulit, an turpius meretrici dedit, an improbius populo Romano ademit, an audacius tabulas publicas commutavit?*

Pariter negligi solet discrimen inter *aliquis*, & *quidam*: etsi non dif-
fitear, si proprietatem spectes, *quidam* significare rem certam: *aliquis*
verò incertum quid; quasi dicas, *aliud quid*. Vnde Plaut. Cur-
cul. act. II, sc. III:

P H. *Iam edes aliquid.* C V. *Nolo hercle aliquid; certam, quàm
aliquid, mavelo.*

Vide & Saturnium lib. v, cap. xxxv.

Ceterus, & *reliquus*, interdum referunt antecedens diversæ speciei.
Columella lib. II: *Leguminum non alia cura, quàm reliquorum frumentorum.*
Plinius lib. IX: *Delphini, & reliqua cete, simili modo coquuntur.* Sed
dixeris, *frumentum* & *cete*, laxius hic capi, ut illud legumina, hoc &
delphinos comprehendat. Sed quid dicemus de isto Appuleji lib.
VIII de A. A. *Iamque me (asinum) cursu ceteri ceteros equos antecellentem
præabantur omnes.*

Sed hæc fortasse, quia significationem respiciunt, ad Exegeticen
potius, quàm Methodicem, pertinent: vel si ad Methodicem pertinent,
non in *Αναλογία*, sed *Συλλογή* de iis agi debet: nempe ubi de Conve-
nientia nominum tractatur.

A Significatione nunc accedamus ad Numerum, & Personam:
quorum utraque Pronomini accidit. Ac ratione Numeri quidem hoc
distat Pronomen à Nomine, quòd illud, contra quàm in Nomine fit,
nunquam numero alterutro destituitur. Persona, non quidem, ut com-
munis est Pronomini, & Verbo; sed quatenus hujus est loci propria,
rectè definitur à Thoma Aquinate, proprietas, secundum quam Pro-
nomen significat suo modo loquendi de se, ut de se; ad alium, ut ad
alium; de alio, ut de alio. De se, ut de se, velut *ego*. Ad alium, ut
ad alium, velut *tu*. De alio, ut de alio, quomodo Pronomina cetera
plurimum accipi solent. Plurimum inquam. Nam ex se promiscua,
atque omnis personæ sunt. Ita *ille* primæ est personæ, cum Maro dic-
cit, *Ille ego**: item *meus*, in hoc Persui:

* I. En.

Vndicità postquam meus à prætorè recessi.

Cumque Euripides ait, *Εγὼ δὲ ἑμὸς εἶμι*. Quod & Priscianus ob-
servat in XVI I. Item *nosster*, cum Plautus ait, *Nosster sum*: similiter *ipse*,
cum dicitur, *Ego ipse*. At idem est secundæ, cum dicimus, *Tu ipse*. Sic
tuus, si dicas, *Tua es*: ac par ratio in aliis. Quod parùm consideravit
Grammaticorum vulgus; uti nec Brassicanus, qui, *Ille ego*, figuratè
dici

dici putavit. De quo proprius erit agendi locus libro de Structura : ubi Grammaticorum ἑκκλησιῶν sive evocationem expendam. Interim, si, ipse & idem, exceperis, cætera semper fere esse tertiæ, verissimum est.

CAPVT III.

Refellitur Grammaticorum error, qui Pronomina omnia, tribus solum, ut Priscianus voluit, sive quatuor, ut alii malunt, exceptis, vocativo cœtere tradiderunt. Charisii lapsus contrarius, etiam Ego domantis Vocativo. Partitiva quoque, & distributiva, vocativum habere ostenditur.

MEtuo, ne jamdudum iis, qui omnia solo sermonis usu metiuntur, spinosas atque inutiles videar quæstiunculas consecrari. Quare etsi non temere ab his dissentiam : tamen, quia illa, quæ hoc de genere supersunt, præsertim quæ ad Reciprocorum naturam pertinent, sedulò jam ab aliis sunt excussa, nihil, puto, peccabo, si, iis superfluis, conferam me ad genus, casum, & declinationem provocabulorum; quorum notitiam adedò necessariam esse confitentur ipsi, ut prope in talibus solis Grammaticam esse artem positam existiment. Auspicabimur autem à casu. Ac quia in eo penè omnes sumus, ut runcinemus, cum vulgarium; tum etiam primi subsellii Grammaticorum errores; quos inter etiam est ille de Vocativo Pronominum : age de isto nunc litem intendamus penulatis illis magistris. Quotusquisque enim eorum non illuviem verborum consecrari contendat, qui libertum ita compellat, *O tue nunc?* aut ad libertam scripserit, *O tua nunc virgo?* At nihil est caussæ, cur minùs patrono ita loqui fas sit : quàm si antè dixisset, *O mi Sosia*; aut, *ò mea Syra*. Quamquam hîc siquis dissentiat, manum non verterim. De aliis quibusdam non æquè me facilem sentiant. Nam eum, qui Latine sese scriptitare studeat, negant *hic*, vel *ille*, vel *ipse*, in vocandi casu usurpaturum. At error iste Ætneo est scarabæo grandior. Nam ipsius est Maronis XII ÆN.

Esto nunc, Sol, testis, & hæc mihi terra precanti.

Iridem Tullii est pro Flacco : *O nox illa, quæ penè æternas huic Vibi tenebras attulisti.* Et hoc Tibulli * :

* lib. 2. cl. 4.

Tu mihi libertas illa paterna vale.

Ovidius † quoque dixit :

† in Ibin.

Ipse meas æther accipe summæ preces.

Quare hac in parte Bonæ Menti litare debuerunt viri cætera haut indocti, qui ut minùs errarunt, quàm Trypho, quem Priscianus lib. XVII soli TV vocativum tribuisse scribit : ita eo interim nomine penè dicam pastoritiâ digni sunt fistulâ, quòd omnia, quatuor exceptis,

voca-

vocativo docuere destitui. Estque hæc ipsius Prisciani sententia, cum scribit : *Et sciendum est, quod vocativum non habet aliud pronomen, nisi secundæ personæ primitivum, ô tu, ô vos : & primæ possessivum, quando ad secundam transit personam. Nam possessio est, quæ vocatur ab ipso possessore, ad quem loquitur prima persona : ut Terentius in Eunuchis *, Mea tu. Idem in Andria † : O noster Chremes.* Hactenus Priscianus, qui, parum consideratè, omittit nostras : quod ipsum quoque à prima venit persona, nequè tamen possessivum, sed gentile est. Quare minùs miramur, si in cæteris idem sæpius aberret. Nam rariùs quidem, obscuriùsque, attamen præter sui (quod etiam recto caret) penè omnia vocativum habent : aded ut Charisius propiùs abfuerit à veritate, cum ne Ego quidem, in quo tamen valde eum fugit ratio, hunc habere casum prodidit.

Itidem iratos me veterum Romanorum manes habiturum multi audent, si partitivis, & distributivis (quæ & ipsa esse pronomina, non semel diximus) casum hunc tribuam. At ea hunc habere, haut mihi

Difficile † est ratione docere, & vincere verbis.

Neque tamen cum Frischlino id probatum ibo isthoc Plauti * : *Quisquis es, adolescens.* Nam quisquis esse nominandi casum, liquet ex simili loquendi genere : ut cum dico, *Quomodo cumque de me meritis es, adolescens.* Nec fortasse validum magis illud Maronis, quod idem affert è IV Æn.

Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor.

Nam itidem dixerò,

Exoriare aliquis Pœnorum accensus amore.

Accommodatius verò istud Terentii Adelphis † : *Aperire aliquis acturum ostium.* Eidem probando est illud Virgilii primo Georg.

Dique, Deæque omnes, studium quibus arva tueri.

Et Ovidii hoc : *Quilibet hinc, dixit, confuge : tuus eris.*

Et ista, puto, sufficient ad jugulandum errorem vulgarium.

C A P V T I V.

De declinatione pronominum, Ego, Tu, Sui. Pro mei, & tui, olim dixere mis, & tis ; unde dativi mihi, & tibi. Nos, & Vos, unde veniam. Nostri, & vestri, an nostrum, & vestrum, ab eo dicuntur, quod est ego, & tu. Flavius Caper emendatus. Vestrorum, pro vestram. Meum, tuum, nostrum, in genitivo plurali. Cur Sui destituantur casu recto. Vt ejus defectum suppleant Latini. Sui, sibi, se, unde deriventur.

A Casuum doctrina ad Declinationem transeo : quæ in Pronomine est triplex. Quædam enim longissimè abeunt ab analogiæ nomi-

* aB. 4.
f. 3.
† aB. 4.
f. 2.

‡ Lucret.
lib. 5.
* Pseud.

† aB. 4.
f. 4.

nominum ; ut , *ego, tu, sui*. Quædam propiùs abfunt : ut , *ille, iste, hic, is, quis, qui*. Quædam planè fequuntur , vel fecundam , vel tertiam. Secundam , ut , *meus, tuus, nofter, vester &c.* Tertiam , ut , *cujas, noftras, veftras*. De primis nunc videamus.

Ego, & tu , in patrio cafu olim *mis, & tis*, habuiffe, pro *mei, & tui* ; agnofcunt Donatus , Servius , Prifcianus. Vfus priori Plautus Trinummo , fc. Salfipotentii. Alterum idem ufurpat Milite , act. IV, fc. I I :

— *Lamentari*

Ait illam miferam, cruciari, & lachrymantem fe afflictere :

Quia tis egeat, quia te careat : ob eam rem huc ad te miffa 'ft.

Idem Pseudolo , vel Agellio teste lib. xx, cap. vi. Scio, Emmanuèli Alvarez impenfius placere , *mis, & tis*, apud Plautum efle dativos plurales , pro *meis, & tuis* : idque eo magis , quia & Diomedes illa omiferit ; & *sis* (quod veterum nemo genitivum fecit) eodem modo legatur pro *fuis*. Verùm mihi fecus videtur , eo quòd TIS nullo modo pro *tuis* accipi poffit in illo Plauti * adducto ab Agellio :

Si ex te tacente fieri poffem certior ,

Here, quæ miferiæ te tam miferè macerem :

Dniem labori ego hominum pariffem lubens ,

Mei te rogandi, & tis respondendi mihi.

Ita legendi hi verfus , & in numeros redigendi apud Agellium † . † *lib. 20. c. 6.* Temerarii funt , qui pro *tis* fubftituunt *tui*. Neque aliter exponi potefl *mis* in illo Enniano , in fecundo Annalium :

Ingens cura mis cum concordibus æquiperare ,
quomodo apud Prifcianum etiam in membranif noftris invenimus ; five, prout Valla citat ,

Ingens cura mis efl concordibus æquiperare.

Quare nihil cauffæ efl, cur cum Alvero immutemus, legamufque,

Ingens cura meis efl concordibus : ut S, per *ἐπιδιδω*,

elidatur : quod verè eliditur in *mis*, fi Prifciani fcripturam fequamur , quali *mi* fcriptum efler. Quod nec Scaliger attendit , cum pro *mis cum concordibus*, reponeret, *mihi concordibus*.

A genitivo *mis* non tantùm *mius* olim dixere pro *meus* , (de quo poftea agemus) fed hodiè que in ufù efl *mihi*. Et fimiliter à *tis* efl *tibi*. Falluntur , qui contrà malunt , *mis* , & *mihi* , deducere à *mius* : quod non magis , quàm poftiviva alia , primigenium efl potefl. Quare falluntur , cum dicunt , vocativum MI factum efl ex *mic*. Quemadmodum nec verum efl, quod Prifcianus fcribere non dubitavit , *mi ex mee* contractum efl. Nam fi dativum *mihi*, aut *mi*, non habet à *mius*, vel *meus* : quid cauffæ erit , cur vocandi cafum ab alterutro mutari credamus ?

b b

Miran-

Mirantur quidam, quâ ratione ab ego in plurativo sit *nos, nostri, nobis*: à *tu, vos, vestri, vobis*. Sed *nostri, & nostrum, ac nobis, à nos* venire, satis est apertum. Vti & illud, à *vos esse vestri, & vestrum, & vobis*. Quare de solo nominativo dispiciendum. Descendit autem *nos* à Græco *νῶς*, adjectione literæ S. Vti à *nos* ἡμετέρας factum Germanicum *ons, Vos* quoque à *εφὼ* venit, itidem per literarum trajectionem.

Illud præterea de provocabulis *Ego, & Tu*, anquisitione indignum non est, utrum in genitivo plurali dicendum sit *nostri, an nostrum; vestri, an vestrum*. Sulpicius Apollinaris, ut ex Agellio * constat, malebat, *miserere nostrum*, quàm *nostri*: etsi eo pacto locutos esse fateatur L. Syllam, Terentium, Afranium, & Laberium. Apollinaris sententiam etiam probat Flavius Caper lib. de Orthographia. Verba ejus in postrema editione Heliaz Putchii sic concipiuntur: *Hilarus, hilari facit; Hilaris, hilares. Sic Nostri, nostrorum, nostrum, venit à nos: sicut Vestri, vestrorum, venit à vos*. Sed locus hoc pacto corrigendus: *Sic Nostri, nostrorum; Nostrum venit à nos: sicut Vestri, vestrorum; Vestrum venit à vos*. Imò Diomedes quoque (cujus editiones varias consulimus) ab *ego, nostrum; à tu, vestrum*, declinat: *nostri* verò, & *vestri* omittit. Nos utrumque probamus, quia Ciceroni utrumque in usu est: ut in provocabulorum constructione ostendemus. Nunc hoc tantum dicam, *nostri, & vestri*, facta esse ex *nostrum, & vestrum*; quæ usurpata Graccho Sempronio, aliisque antiquis: indeque factum, ut altera illa *nostri, & vestri*, (quibus tamen & Cicero usus) Apollinaris damnarit, tanquam nova, minusque proba. *Nostrum* autem, & *vestrum, ἡμετέρας* facta videri queant ex *nostrorum, & vestrorum*. Id confirmat hic Plauti locus Mostell. †

† AB. I. Sc.
Iam pridem
castor.

*Verum illuc esse maxima pars vestrorum intelligit,
Quibus anus domi uxores sunt, quæ eos dote meruerunt.*

Vbi *vestrorum*, pro *vestrum*, positum esse, rectè censuit Apollinaris apud Agellium †. *Vestrum* autem, pro *vestrorum*, dixere; uti *meum, tuum, nostrum*, pro *meorum, tuorum, nostrorum*. Quod Priscianus in VII probat his Plauti locis. In Trinummo * :

* AB. 3. sc. 2.

Vt rem patriam, & gloriam majorum sedarim meum.

† AB. 5. sc. 2.

In Poenulo † :

Equid meministi tuum parentum nomina.

† AB. 1. sc. 2.

Idem in Menæchmis † : *Avertit prædam ab hostibus nostrum salus sciendum*. Nempe quasi Æolum hæc moxæ, qui Ionum genitivos in *ων*, ut *ἡμεῶν*, & similes, in *ων* contrahunt.

Sed de duobus pronomibus primæ secundæque personæ satis multa. Nunc transeamus ad S VI. Quod cur Nominativo careat, justa ratio

ratio est. Nam, ut Prisciani verbis utar, *nec ἐαυτῷ apud Græcos habet nominativum, quia ipse in se agere, qui patitur, per hoc pronomen ostenditur: nec eget recto casu, quem verbum habet in se.* Quod si nominativo casu exprimere lubeat, id quod in obliquis per *sui* dictum erat: operam suam commodabit provocabulum *ipse*. Cæsar libro primo belli Gallici: *Diviuiacus Cæsarem complexus obsecrare cepit, ne quid gravius in fratrem statueret: propterea quod ipsi gratiâ plurimum domi, ille minimum posset.* Nam poterat dixisse: *plurimum se domi, illum minimum posse.* Est autem à Græco ὄν, ut ab accusativo ἔ, *Se* dicitur. Spiritus asper in S mutatur, ut aliàs sæpe. *Sibi* autem est à σφίβ, converso φ in B: quomodo pro φρύγες veteres dixere *Bruges*, teste Tullio in Oratore ad Brutum.

CAPVT V.

De declinatione pronominum ille, ipse, iste, hic, & is. Ollus, olle, oloe. Ipsus. Cur veteres non dixerint ipsud, ut illud. Alium corpus. Alis; alid, aliuta. Hic unde derivatum, & quâ ratione ex se formet obliquos suos. Hæc in plurali feminino, pro hæc. Im, pro eum: ibus, & in feminino eabus, pro iis.

Sequuntur pronomina, quæ minùs recedunt à nominum declinatione. Huiusmodi, ex omnium consensu, sunt, *Ille, Ipse, Iste, Hic, Is, Quis, Qui.* Pro *ille* veteres dixere *Ollus*, vel *Olle*. Vnde *Olli* apud Enn. Plaut. Lucret. atque etiam Maronem, cuius antiquus pluralis est *oloe*, pro *olli*, sive *illi*. Vt in lege Regia: **SI PARENTIS PVER VERBERIT, AST OLOE PLORASSINT.** *Ipsus*, pro *ipse*, Comicum est: *Ipsud* barbarum esse, disertim scribit Diomedes lib. primo; ut locus corruptus esse videatur, quo id legitur in novantiquâ Quercoli comediâ. Sanè damnat quoque Rhemnius Palæmon, eumque sequitur Beda. Glossæ tamen Cyrilli: *Αὐτό, ipsud.* Invenitur quoque in farragine epistolarum Bonifacii, aliorumque ab Nic. Serario editarum. Sed nostrum non est in sermonis castimoniâ hos morari scriptores, qui vitio, non tam suo, quàm seculi, barbare sunt locuti. Porrò nec ratio desit, cur non æquè dicamus *ipsud*, atque *illud*. Quippe *ipsum* est ab *ipsus*, quo Comici utuntur. Prisciano tamen è plumbo, aut vitro, esse argumentum hoc videtur. *Ille*, inquit, *que quibusdam visa est ratio, non adeo firma videtur; ideo in VM facere neutrum, quia in VS desinit masculinam. Nam Alius, cum in VS terminetur, neutrum tamen Aliud facit.* Verùm rectè Rhemnius Palæmon, Diomedes, aliique, quos Priscianus signat, eam adferunt rationem, quia sufficit, ut pleraque in VS desinentia VM faciant in neutro. Adde

* Inscriptio
num a Græ-
tero collecta
num pag.
1056. num.
et.

quòd iusta causa est, cur *alium* non faciat *alium* (quàm tamen ratione, *alium corpus*, legere est in antiqua hominis Christiani inscriptione, quæ Mediolani est in æde Divi Victoris *) sed pro eo malit *aliud*, contra quàm faciunt cætera in V. S. In causa enim est, quòd olim dixerint *alis*, & in neutro *alid*. Posteriori usus Lucilii lib. IX, teste Charisio: item Lucretius lib. I, III, V. Prius usurpat Catullus, carmine de comâ Berenices:

*Anne bonum oblita' s facinus, quo regium adepta' s
Coniugium? quòd non fortior aut sit alis?*

Est igitur *alind* per ἐπιένθησιν unius vocalis factum ex *alid*, quod ab *alis*; à quo adverbium *aliter*, ut à *fortis fortiter*. Nam ab *alino alio* dicitur; pro quo antiqui maluerunt *alitura*: ut in legibus Numæ Regis: *Siquis alitura faxit, ipsos Iovi sacer esto*. Ac Plautino quoque Rudentis prologo hanc vocem restituendam putabat Janus Guiljelmus Verisimil. lib. II, cap. ultimo.

Nec tanta est ἀνωμαλία in *Hic*, quàm videtur. Nam ut *fac* est ex *face*, ita *hic* est ab *hice*; pro quo nunc, geminata consonâ, *hice* malumus. *Hice* autem est ex antiquo *his* (quod ex ἠς) & *ce*: ut ab *is*, & *ipse*, *ipse*, unde femininum *eapse*, de quo postea. Ut verò ab *Is* est *ejus*, *ei*, *eum*, *eo*: ita ab *his* esset *hujus*, *hui*, *hunc*, *ho*: sed pro *hui*, & *hunc*, & *ho*, adjecto *ce*, fit, *huice*, *humice*, *hoce*: unde, abjectâ vocali, factum, *huic*, *huic*, *hoc*. Sic in plurativo erat *hæ*, etiam in neutro. Nempè, ut à *quis* dicimus *quæ*, tum in feminino, tum in neutro. Sed pro *hæ*, addito *ce*, fecere *hæce*, unde *hæc*. Quod in neutro remansit in usu, ut differret à feminino *hæ*. Sed olim etiam in muliebri genere *hæce*, &, per apocopen, *hæc* dixere. Plautus Mostell. act. I, sc. III: *Periere hæc oppidâ ædes*. Ea est vera lectio, ut Camerarius monuit. Et possis similiter capere Rudente act. I, sc. III: *Hæc bonorum ejus sunt reliquiæ*. Prout est in MSSis. Terent. Eun. act. III, sc. V:

— *Continuò hæc adornant, ut lavet.*

† act. 5. sc. 9. Vbi sic Donatus: *Hæc pluraliter, pro hæ: ut in Phormione †, Hæc illæ erant iuvenes*. Similiter de hoc Comici loco Iunius Philargyrus in illud Maronis III Georg. *Hæc quoque non curâ nobis levitate tuenda*. Ac scribit Calpurnius, similiter accipi Heautont. act. IV, sc. VII:

*Minas quidem jam decem habet à me filia
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hæc ornamentis consequentur alteræ.
Porro hæc talenta dotis apposcent d. o.*

Sed causam non video, cur adsentiam. Nec tanti nobis Calpurnius, qui à multis pro Donato citari solet, quia, quod Donato deerat, supple-

supplevit. Atqui Donatus B. Hieronymi præceptor fuit ; ut ante annos vixerit prope mille trecentos : Calpurnius ante annos centum quinquaginta, æqualis Angeli Politiani, discipulus Omniboni ; ut ipse de se ait epistolâ ad Marcum Aurelium , quæ editioni Terentii Tarvisinæ * subjungitur.

* an. 1477.

Ab *ea* feminino antiqui in genitivo fecere *ea* , pro *ejus*. Ab *is* item in accusativo *IM*, idque ἀναλόγως , uti à *sitis sitim*. Festus : *Im* ponebant pro *eum* , à nominativo *IS*. Glossæ Philoxeni : *Im*, αἰὸν, εἰς αἰὸν. Macrobius lib. 1 Saturn. cap. 1v , citat è legibus xxi Tabb. *SEI IM OCCISIT*. Atque addit : *Notandum quòd ab eo, quod est Is, non eum casu accusativo, sed Im dixerunt*. Lucilium quoque usum non dubito lib. 1x. Sed locus est corruptus , cui varii medicam adferre manum conati. Verùm proximè ad MSos, ac nostras etiam membranas, accedit emendatio Iosifæ Merceri :

Arripio, & rostrum, labeasque, osque serio, atque im Percutio, demesque adversos discutio omnes.

Locus est apud Nonium in *Rostrum*. Atque apud eundem, in *Mendicariis*, est illud Plauti *Vidulariâ* :

Malim morri meos, quam mendicariis.

Boni im miserantur ; illum irridere mali.

Ita eleganter restituit Lipsius *Antiq. Lect.* lib. 1, cap. ult. *Assentio* quoque *iis*, qui apud Plautum legunt *Pseudolo*, act. 111, sc. 1 :

Is odos demissis pedibus in caelum volas.

Im odorem carnat Iupiter quotidie.

Nempe ut *im* non elidatur , primâque sede sit anapæstus. In MSSis pro eo est , *Eum modorens* ; in excusis , *eum in odorem*. Nempe *im* aliquis interpretatus fuit *eum* : quæ glossa in contextum irrepfit. At planè audiri non debent , qui & apud Terentium legunt *Phormione* act. v, sc. ult.

Im faxo tali immistum, ut hic nunc est, infortunio.

Vbi in optimo illo codice Bembino , & nostris MSSis , ac veteri editione Tarvisina † , utique plurimis in locis optimæ notæ , legitur † an. 1477. hunc in modum :

Faxo tali sit maclatus, atque hic est infortunio.

Quo pacto vel *S* in *maclatus* elidi debeat , vel versus claudicabit. In aliis libris est ,

Faxo tali eum maclatium, atque hic est infortunio.

Quæ vera est scriptura : ut ostendit Donatus, qui eum in locum sic notavit : *Pro, is sit maclatus*. Sic locum hunc emendo, ac suppleo : ubi vulgò duntaxat , etiam in veteri, quam dixi, Tarvisinâ, & quam Lin-

denbrugius collatis edidit MSSis : *Pro eo, quod est Eum.* Sententiam nostram firmat, quòd subjiciat Donatus : *Sic frequenter veteres. Eumius :*

Omnes corde patrem præbent, animoque benigno

Circumfusum.*

* *Alii tamen. Circumfunduntur.*

Nempe hoc velle videtur Donatus : ut Ennius ait, *præbere animo circumfusum* ; sic Comicum dicere, *facere malitatum.*

Sed ad I S redeamus : à quo in plurali pro *ea* videntur dixisse eo : unde *adeo*, pro *ad ea* : q. d. ad eum locum. Nempe ut *quoad*, pro *ad quæ* : & *quosque*, pro *ad quæ usque* : de quibus cap. prox. Ab eodem *is* in dativo & ablativo plurali etiam *ibus* dictum pro *is*. Plautus Milite Glorioso act. I, sc. Curate, ut splendor :

— *Ibus disnumerem stipendium.*

Et Rudentis prologo :

— *Navis contracta est ibus.*

Et Truculento act. I, sc. II :

Ibi est ibus pugne & virtuti, de prædonibus prædam capere.

Eidem in Captivorum prologo, tum autem Varroni *Et in xij libro*, vocem hanc restituit Janus Guiljelmus quæst. Plaut. in Capt. cap. I. Titinnium quoque, & Pomponium, similiter esse locutos, ex Nonio Marcello discimus. In feminino item pro *is*, *ebus* dixere. Ut Priscianus in VII ostendit illo Cassii Heminæ in IV, sive, ut in aliis libris est, in III Annalium : *Scriba Pontificum, qui cum ebus* (de Vestalibus sermo est) *stuprum fecerat.*

Porò quid si dicamus, videri *is* olim in casu patrio fecisse *itis* ? Valde id fateor incertum : nec qui sic locutus sit, valeo adferre. Attamen, ut à *tu* est *is*, & in nominibus à *Charis*, *Charitis* : sic ab *is* potuit esse *itis*, correptà priori. Sanè ab *itis* videtur esse *item*, indeque *videm*, quasi & *item*, vel *ita item*. Imò ut ab *eros* est *erous*, sic ab *itis* fuerit *ita*. Verùm hæc, ut incerta, in medio relinquamus.

C A P V T V I

De declinatione pronominum Quis, & Qui. Quomodo ex se cujus, & cui, gignant. Quoius, pro cujus. Quoi, pro cui, nec Maro, nec Cicero ipse resugerunt. Ques, pro qui ; & quescunque, pro quicunque. Ablativus qui, pro qua. Vllus, alius, similiæque, olim secundum casum per I, tertium per O, inque feminino utrumque per E terminabant. Altero, pro alteri.

Maxima etiam *ἀνωμαλία* in eo quibusdam esse videtur, quòd *Quis*, & *qui*, in obliquis *cujus*, & *cui*, faciant, per C. Atqui eadem

dem est litera C, & Q: uti ostensum, cum de literis ageremus*. * lib. I arti Grammaticæ, cap. 18.

Adde quòd veteres ut Victorinus lib. I Grammatices testatur, in genitivo dixere *quojus*. Ut si legas apud Plautum Pseudolo, act. I, sc. Exite, agite:

— *Quojus amatores olivi*

Dunamin domi habent maximam.

Itidem in dativo quoque scripsere *Qui*, per Q: Donato teste in Andr. act. I, sc. I. posteriores verò C prætulerunt; ut differret à nominativo *Qui*: aut si qui mallent Q reservare, *Quoi* scribebant, per diphthongum. Auctor mihi hujusce rei Fabius lib. I, cap. VII. Ejus verba sunt: *Illud nunc melius, quòd CVI tribus, quas posuisti, literis enotamus: in quo pueris nobis, ad pinguem sanè sonum, Quoi utebatur, tantum ut ab illo Qui distingueretur.* Donatus quoque in Andr. sc. primâ ad isthæc verba:

— *Restat Chremes,*

Qui mihi exorandus est:

scribit hunc in modum: *legimus & Expurgandus. Si expurgandus, lege Cui, non Qui: quia Cui per Q veteres scripsere. Quoi legas in veteri inscriptione Romana †, QVOI FATVM GRAVE.* Ac usurpat quoque Plautus, cum alibi, tum in prologo Mercatoris, & Pseudolo act. I, sc. Si de damnosis. Item Lucretius lib. I, II, & III, & Catull. Epigr. primo, atque aded Maro ipse. Nec tamen huc refero illud in Bucol. † — *Quoi non risere parentes.* Nam qui jam olim legit Quintilianus lib. IX, cap. III. Qua de re satis dictum nobis in Institutionibus Oratoriis*. Potius igitur monebo, in plerisque codd. (ut scribit quoque Pierius) similiter legi III Georg. * lib. 4. c. 1. sc. 14.

Quoi non dictus Hylas puer?

Et alibi non semel. Imò & Tullius scripsit epist. VII, lib. VIII ad Att. *Quoi tu (video enim quid sentias) me comitem putas debere esse.* Et epist. IX: *Quoi tali in re libenter me ad pedes abjecissem.* Et epist. ult. lib. XI: *Quoi siquâ re consulere aliquid possum.* Leonardus quoque Malaspina refert, se lib. VII ad Att. epist. XIII, invenisse penè in omnibus libris suis: *Quoi ne Picena quidem nota fuerim.* Itidem lib. VIII semel iterumque *quojus*, pro *cujus*, legere est in castigatioribus codd. Nec dubium, quin aliis quoque in locis crebrò ita scripserit Tullius: sed, ut antè conquesti sumus, librariorum audacia imperita scripturam eam nobis immutavit.

Ab hoc dativo *quoi* est ablativus *quo*, omisso *i*: quomodo, abscissâ eadem vocali, à veteribus dativis, *musai*, & *poploi*, sunt ablativi *musâ*, & *poplo*. Nec inde solum apertus ablativus *quo*, sed etiam dubius, sive

quo

quo adverbiale, quando ponitur pro *ad quid*. Ut cùm Cicero ad Gal-
lum sic scribit : *Martis verò signum quo mihi pacis auctori ?* Vel in illo
Horatii lib. I, ep. v : *Quo mihi fortuna, si non conceditur uti ?*

Nam quo valet *quoi*, puta *rei*, vel *negotio*. Sed quo in *quoad* non est à
quoi; verùm mutatione vocalis venit à *qua* : *qua* verò, vocali abscissâ,
quai, sive *que* : ut *quapropter*, pro *quæpropter*; *hacpropter*, pro *hæcpropter*.
Ergo *quoad* valet *ad quo* : ut pro eo Afranius in *Promo* dixit, & ite-
rum in *Privigno*, teste Nonio. *Ad quo* valet *ad qua*; uti *ad qua*, notat
ad que. Ac similiter *quonsque* valet *quausque*, sive *quensque*.

* lib. I.

Etiam in plurali nominativo veteres, teste Charisio * & Festo, tum
qui dixere, tum *ques*. Pacuvius Medo :

† al. II.

— *Ques sunt isti † ? ignoti, nescio ques ignobiles.*

Cato lib. II Orig. *Quæcumque Roma regnavissent*. Et Plautus : *Ques*
ignobiles. Citat ista Charisius lib. I. Ac Priscianus lib. XII addit, simi-
liter Attium in Neoptolemo dicere : *Sed quædam*. Imò in codd. ali-
quot antiquis Virgillii, *quæcumque*, pro *quæcumque*, invenisse se refert
Pterius ad *Æn.* III. Sed Virgilium usum non arbitror. A *ques* re-
mansit dativus, & ablativus, *quibus* : nimirum ut à *puppis* est *puppibus*.
Charisius lib. I : *Vocem QVES tametsi novitas abdicavit, declinatio*
eiusdem tamen manet. Nam QVIBVS crebrò dicimus. At tertius sex-
tusque casus *quis* est à *qui*, ut à *docti*, *doctis*. Nisi eos casus malis for-
mare à tertio sextoque singulari. Sunt in hac sententia Rhemnius
Palæmon, & Servius, interpretatione in secundam editionem Do-
nati. Uterque volunt, quemadmodum à *docto* est *doctis*, ita & à *quo*
esse *quis* : ut apud Maronem †, *Quis ante ora patrum* : ut item à *puppi*
est *puppibus*, ita & *quibus* esse à *qui* : quo usus Plautus *Amphitr.* act.
I, sc. *Qui me alter* :

‡ i. *Æn.*

Pòst ob virtutem hero Amphitrmoni parera donata aurea est,

Qui Pterela positare rex solitus est.

Legitur & apud eundem Aulul. act. II, sc. Tace nunc jam :

— *Si qui uti voles,*

Domo abs te afferto.

Vbi in MSSis quidem, & editt. antiquis, *Si quid* legitur. Sed nisi
qui reponas, versus talo pravo inceserit. Et *qui* edidit Camerarius.
Rectèque Lambinus *qui* interpretatur, *qua re*. Si hoc de loco est du-
bium, at sanus ille Curcul. act. IV, sc. I tu præ virgo :

— *Quibus sui nihil est, nisi una lingua,*

Quæ abjurarum, siquid creditum est.

In compositis usitatus est. Plautus *Afinariâ* act. I, sc. Vnumquod-
que istorum :

Nam

*Nam neque fictum usquam, neque pictum, neque scriptum in poematis,
Vbi lena bene agit cum quiquam amante, quæ frugis esse volt.*

Terentius Adelph. act. II, sc. III :

Abs quivus homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.

Vfus quoque Maro, cum in XI ait, *Quicum partiri curas.* Et si nec ignorem, quacum in antiquis aliquot codd. inveniri.

Extra verò compositionem *qui* in usu esse desiit, quia nunc non dicimus, à *qui nancisci*, teste Servio. Excipe, cum intelligitur *modo*. Nam cum ajo, *Qui fieri potest?* planè est ablativus, ac intelligitur *modo*: ut dicimus integrè, *quomodo*. Multò minùs *qua* in nominativo singulari extra compositionem usurpare liceat: eoque haut rectè Donatus inflectit, *quis*, vel *qui*; *quæ*, vel *qua*; *quod*, vel *quid*. Certè & Diomedes *qua* prætermittit; etià *qui* in ablativo ponat: quod & Priscianus in XV facit; ubi de adverbis in I disputat. Etiam *quicum* in plurali legas apud Plautum *Corvix* act. V, sc. XV :

— *Quasi patricius pueris, aut monedula,*

Aut anates, aut corvices dantur, quicum lusissent:

Itidem hæc mi advenienti upupa, qui me delectum, data est.

Imò Janus Duza in Centurionatu Plautino lib. I, cap. XXV, censet *quibuscum* barbarè dici, proque eo semper *quicum* dicendum. Nempe ut singulari sit ex *qui*; plurali ex *quis*.

Quæcunque verò pronomina, & hoc, & superiori capite, expendimus, in eo omnia conveniunt, quòd genitivum in IVS, dativum in I faciant. Solum *Hic* in dandi casu recedere videtur. Sed, ut antea monitum nobis, primùm fuit *hui*, unde *huice*, ex quo *huic*. Similiter verò per IVS, & I, inclinantur, *ullus*, *uter*, *alter*, *alius*, & quædam alia. Quid mirum? cum & ipsa pronomina sint, ut non semel diximus. Olim tamen alteram etiam terminationem habuerunt: quia dicebatur, *ullus*, *ulli*, *ullo*; item *alius*, *alii*, *alio*; atque ita in cæteris. Cato in Censura de vestitu, & de vehiculis: *Nam perinjuriam fecit, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur; ubi datus est, tum uti eos merem, atque alii modo sim.* Ait Daufquejus*, corruptè hunc locum legi apud Priscianum in novissimâ Putichianâ. Nam in ea *perjurium* scribi pro *perinjurium*. Sanè bis eum locum citat Priscianus: prius in VI, iterum in VII. Utrobique autem in eâ *perinjurium* excusum est: ut in erudito viro senile sit *παράνομα*. Nec aliter vel MSus noster, vel antiqua editio Veneta. Sic M. Cato, *alii modi*, (quod & apud Licinium) item *illi modi*: & *isti modi*, apud eundem. Titinius, *uni collegii*. Afranius, *ipsi vestimenta*, pro, *ipsis*. Plautus, *coloris ulli*. Terentius, *nulli consilia*. Loca integra non appono, quia id Priscianus facit, gemino libri VI

* in Orthographicis
p. 94.

* col. 694.
& 717.

loco *. Similéque hoc Severi in Ætna : — *Nec corporis ulli. Crebrò item sic Appulejus ; ut lib. VII : Caput pessimo isto asino demere. Lib. VIII : Viso poti...ndi studio postponens omnia. Lib. IX : Inbianisque toto filie patrimonio imminebat. Lib. XI : Principi magno, senatuique, & equiti, totòque populo Romano renunciat. Quibus Godscálcus Stewecheius tuetur genuinam Vlpiani lectionem, quæ est in Pandectis Florent. L. Invitus. CLVI. ff. de divers. reg. juris : Cum quis in alii locum successerit, non est æquum ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cuius locum successit. Est & in veteri inscriptione, fortasse tamen ab imperita manu :*

† Vule. cod. alicujus.

DATE TER. FRUCTVM VT
TERRA REDDERE POSSIT.
AB ALTERO SPERES
ALTERO QVOD FECERIS

Atque ista quidem in masculinis, & neutris. Par autem ratio in femininis : quemadmodum ostensum nobis lib. IX de Analog. cap. III. Mirum verò apud Priscianum in VI, bis idem comprobari, priorique loco corruptè legi loca auctorum omnia, quæ de genere sunt feminino. Ut hoc † Cæcili in V : *Nullius alius rei, nisi amicitie eorum causa. Et Afranii illud in Suspecta :*

‡ Editionis Putschiana col. 694.

Adeo ut te satiàs caperet toti familie.

Et M. Catonis Orig. lib. II : *Qui tantisper nulli rei sis, dum nihil agas. Nam post aliquot paginas *, ubi ea repetuntur, editum est, alie rei, totæ familie, nullæ rei. Quæ absque dubio vera est scriptura. Nec Prisciani hic ulla culpa, sed librariorum, & qui edidere. Locutus eodem modo dicitur Cornificius ad Herennium lib. IV : Non res tota totæ rei necesse est similis sit. Sed aliter MSSi, & prælo excusi. Sed sic locutus videtur ejusdem ætatis scriptor Cornelius Nepos in Eumene : Presuit etiam alteræ equitum alæ. Idem in Timoleonte : Orisam totæ insule conciliavit. Ita iis in locis quidam MSSi. Etiam Terent. Eunuch. act. V, sc. VI :*

* col. 717. edit. ejusdem.

Mibi sole ridiculo fuit, quæ, quid timeret, sciebam.

Et Heaut. act. II, sc. II :

— *Hoc ipsa, in itinere alteræ*

Dum narrat, fortè audivi. —

Imò & Cicero in secundo de Divinatione : *Sed si eadem horâ alie pecudis jecur nitidum atque plensum est, alie horridum & exile.*

Etiam duo, & ambo, pronomina sunt ; uti numeralia omnia. Et hæc mistam declinationem habent. Nam juxta secundam habent duorum, & duos ; amborum, & ambos. Sed secundum tertiam habent ambobus, &

&

& duobus. Pro *ambos*, & *duos*, etiam *ambo*, & *duo*, inveniri; satis ostendimus libro de analogia secundo, cap. sexto. Solùm addam, veteres in tribus casibus, sed neutro duntaxat genere, etiam *dua* pro *duo* dixisse. Attius apud Ciceronem in Oratore :

Video sepulcra dua duorum corporum.

Posteriores verò id tantùm retinere in compositione. Fabius lib. I, cap. v : *Quid quod quædam, quæ singula procul dubio vitiosa sunt, juncta sine reprehensione dicuntur? Nam & dua, & tre, & pondo, diversorum generum sunt barbarissimi. At duapondo, & trepondo, usque ad nostram ætatem AB OMNIBVS dictum est: & rectè dici, Messalla confirmat.*

Similiter postea Gellius lib. IX, cap. IV : *Nulli aliæ causse obnoxia. Sic constanter MSSi, & editi omnes.*

CAPVT VII.

De eorum pronominum declinatione, quæ secundam nominum sequuntur. Vocativus singularis meus, pro mi; & mi fortasse, pro meum; item vocativus pluralis mi, pro mei. Sis, pro suis, vel eis; ut sam, pro eam. Duzæ correctio Plantina improbat. Vti & Canteri sententia de Maronis loco. De pronominum compositorum declinatione. Eccum, eccam, similiâque, non esse $\mu\omicron\nu\acute{o}\pi\omega\tau\epsilon$, cum legamus in recto, eccâ, & eccista. Alteriusutrius. Falli, qui alteruter in dativo, accusativo, vel ablativo, tantùm posteriori ex parte putant declinari.

Diximus de istis, quæ mixtam declinationem habent. Aliquid etiam de illis addamus, quæ sequuntur secundam. Vti est *Meus*; cujus vocativus, tum singularis, tum pluralis, patitur $\acute{\alpha}\nu\omicron\mu\alpha\lambda\lambda\alpha\nu$. Sed singularis apud posterioris ævi scriptores; pluralis apud antiquos. Nam pro *Mi* (quod non ex *mee*, ut Priscianus * putabat, sed ex *mie*, ab antiquo *mins*, contractum est; ut rectè censent Diomedes †, & Cæper ‡) labascente Romani sermonis puritate *meus* dixere. Ita locutus est vetus bibliorum interpres *. Quod culpant aliqui : defendit autem Ioannes Filescus lib. I Selectorum, cap. XIV. Sanè locutus eodem modo vetus interpres B. Irenæi lib. primo adversus hæreses cap. primo : & Tertullianus, qui bis libro adversus Praxeam adfert verba isthæc : *Deus meus, ad quid me dereliquisti?* Eodémque modo Optatus lib. IV † : *Oramus, & cum non vultis, ut dicat unusquisque vestrum, Pater meus, qui in cælis es.* Victor Vticensis lib. II ‡ : *Curre, Domine meus : vides universos sanctos, quomodo pergunt & festinant bilares ad coronas?* Salvianus epist. VIIII ad Eucherium : *Vale, Dominus, & dulcis meus.* Crebrum quoque hoc sermonis genus Sidonio : ut lib. I, epist. IX : *Eia, inquit,*

* lib. 3, de

3 declin.

† lib. I de

Pronomine.

‡ lib. de

Orthogra-

phia.

* Psal. 49,

vers. 7, &

Psal. 77,

vers. 1, sive

Hebr. Psal.

78 : item

Iesai. 3, 12,

& 26, 20 :

Ierem. 51,

45.

† pene initio

libri.

‡ in medio

libri.

Solli meus. Liv. iv, epist. x : *Erumpo in salutationem licet seram, domine meus.* Lib. v, epist. xvii : *Es, Heruphi meus.* Et in Narbone :

Marcelline meus, perite legum.

Itaque non est, quòd miremur, hæc apud Charisium legentes, lib. primo Instit. *Scaurus artis Grammaticæ libris addit, quòd vocativus singularis generis masculini multos dissidentes etiam nunc generat, ò mi, an, ò meus, facere debeat.* Quod ipsum è Donati * in Ter. commentariis cognoscere. Nos interim cum veteribus illis inculpatæ Latinitatis auctoribus *mi* dicemus, non *meus*. Neque enim illi unquam dixissent, *Domine meus*; sed *Domine mi*. Etsi per Enallagen casus, sive antiptofin, in vocandi casu non refugerent, *Dominus meus* : nempe eà ratione, quâ apud Livium † in vocativo est, *populus Albanus* : apud Horatium ‡, *Pompeilius sanguis* : apud Persium *, *patricius sanguis* : de quibus in secundâ Nominum diximus. Ita legitur apud Plautum *Asinar. act. iiii, sc. iiii* :

Da meus ocellus, da mea rosa, da anime mi.

Casinâ act. i, sc. i :

Sine tuis ocellis deosculer, voluptas mea.

Sine amabo ted' amari, meus festus dies,

Meus pullus, passer, mea columba, mi lepus.

Persâ act. v, sc. i :

Sed amabo, oculus meus, quin lectis nos actutum commendamus ?

Quibus geminum illud Maronis Æn. vi :

Projice tela manu, sanguis meus.

Et imprimis illud Augusti ad Cajum nepotem, apud Gellium lib. xv, cap. vii : *Ave, mi Cai, meus ocellus jucundissimus.* Sanè si *mi* dixisset, etiam maluisset, *ocelle jucundissime* : nunc ut *meus*, ita quoque *ocellus* prætulit. Ac Plautus similiter, vel *mi ocule*, vel *meus oculus*, uti & *meus pullus* ait ; non, *meus ocule*, vel *pulle* : quomodo tamen, *Domine meus*, *Victorem*, *Salvianum*, *Sidoniumque*, dicentes audivimus.

Videamus deinceps de plurativo : in quo *Mi* itidem vocandi casu dicebant : ut apud Plautum *Cistell. act. iv, sc. ii* : *Mi homines.* *Petronius* : *ò mi hospites.* Puto autem, *mi* contractum hîc esse ex *mei*. Cujusmodi compendium in obliquis à *suus* usitatus est. Ut *sis*, pro *suus*. Fuere olim, qui, ut *mis*, & *tis*, uli veteres pro *mei*, & *tuis*; ita *sis* staterent accipi pro genitivo *suus*. Verùm assentio Prisciano, qui ait, *sis* numquam esse genitivum ; sed semper poni pro *suus*. In eo tamen nobilem hunc Grammaticum falli puto, quòd scribit, veteres *mis* quidem, & *tis* usurpasse ; at *sis* eò averfatos, ne confunderetur cum *sis* verbo. Nam hæc justa si ratio foret, nec *sis* pro *suus* dicendum esset. At dixit Ennius † :

Postquam lumina sis oculis bonis Anch' reliquit.

† apud Festum, lib. 17.

Nec est, quòd de veritate hujus scripturæ ambigamus. Nam & *fos* eodem modo usurpat idem, teste Festo. Versus Ennii est Annalium primo : *Virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas.*

Vel potiùs, *Virgnes nam sibi quisque domum Romanus rapit sas.*

Vt describat Sabinarum raptum, de qua Ennium egisse constat in primo Annalium. Eoque & *rapit*, quàm *habet*, Merula malebat. *Virgines* autem *διουδαίως* efferendum, *ἡ σωίζησιν*, ne sit creticus primâ fede : etsi non ignorem, Giffanium in Lucretiano indice contendere, etiam creticum locum habere in hexametro. Quod si *rapit* placeat, puto quoque non *domi*, verùm *domum*, rescribi oportere. Nec enim domi raptæ, sed cùm certamen spectarent ludorum equestrium : unde eas Romanus quisque domum suam rapuit.

Quod verò de *sas* monuimus, idem in similibus habuit locum. Ita *sis*, pro *suus*, dixit Nævius * : *Sic Pœni contremiscunt artubus : magni metus tumultus pectora possidet.* Audiamus & Cornutum, ut vulgò inscribitur, qui potiùs, ex MSi fide, Helenius Acro dicendus. Is in Persii satyram primam ait : *Sis, pro suis, apud antiquos ponebatur ; Sos, pro suos ; Sas, pro suas, detractâ V syllabâ.* Subjungit deinde, *Lumina sis oculis relinquere.* Vbi sine dubio Ennianum illud respexit. Aliàs verò agnoscimus, *sam*, & *fos*, exponi debere, *eam*, & *eos*. Enn. i Annal.

* apud Calpurnium Pissonem, lib. I.

Constitit inde loci propter fos dia Dearum.

Et lib. III : *Circum fos quæ sunt magnæ gemes opulentiæ.*

Item lib. VIII : *Dum censent terrere minus, hortantur ei fos.*

Præterea in XI :

Contendunt Grajos : Græcos memorare solent fos.

Quæ Festo debemus : ac putabat Duza, Plautum *Asin. act. iv, sc. r, forum* itidem dixisse, pro *eorum*. Sed rectum est *eorum*, quod in vulgatis legitur. Error, ut clarissimus Gruterus sagaciter observavit, ortus est ex eo, quòd E, & F, similes sint ; unde pro *eorum* scriptum *forum*. Pro *forum* autem *forum* unde irrepsit, videt quisvis. Nihilò rectiùs existimabat Canterus, lib. VI *Novarum Lect. cap. xxxviii*, Maronem *sua ἡ σωικῶνσιν* unâ extulisse syllabâ, versu isto :

Strata jacent passim sua quæque sub arbore roma.

Nam, ut alibi diximus, *sua* hic omnino nominandi casu prolatum.

Extremùm aliquid addamus de declinatione compositorum. Qualia sunt *istic*, & *illic*. Ea non declinantur, nisi casibus in C desinentibus : ut *istic*, *istac*, *istoc* vel *istuc*, *istunc*, *istanc* &c. Quæ cum *en*, vel *ecce*, componuntur, usitatè accusandi casum habent ; ut, *eccum*, *eccam*, *eccos*, *eccas*, *ellum*, *ellam*, *ellos*, *ellas* ; similiterque *eccillum*, & *eccistam*, apud Plautum legimus. Falli tamen, qui nominativo ajunt carere, docebit

Plautus, qui *ecca*, & *eccissa*, usurpat in nominativo : illud Menæchmis act. 1, sc. Ni mala, ubi ait, — *Hercle ab se ecça exit*. posterius hoc Stichō act. 14, sc. Ita me dī bene ament.

Alteruter non tantum apud scriptores priscos *alteriusutrius* facit : sed & Ciceronem, è cuius Protagorà Priscianus hæc citat verba : *Quæ igitur potest esse indignitas voluntatis ad molestiam, nisi in magnitudine, aut in longitudine alteriusutrius, posita?* Sed & Leonardus Malaspina se apud eundem in compluribus MSS epist. 1, lib. x ad Att. reperisse ait : *Non alteriusutrius partis*. Cave autem verum putes, quod vulgò ajunt, *alteruter*, in *alterutrius*, & *alterutri*, & similibus, ab alterà tantum parte declinari. Nam integrum est *alterius utrius*, & eliso S, veterum more, *alteriū utrius*; ex quo ἐὐφωνίας ergo fecere *alterutrius*. Itidem ex *alterutritium*, κατ' ἐκδίψαν, est *alterutrium*. Et sic in aliis. Nonnullis magis placet, *alterutrius* conuari ex *alteri*, & *utrius*. Mihi ob hoc solum id minus placet, quia sic fieret ex antiquo genitivo in I, & usitato in IVS. Eoque malo recurrere ad elisionem literæ S in priori parte. Nec aliter de *alterutras* statuo. Sed si nec hoc satisfacit, superest dicamus, *alteruter* nunc ex altera, nunc ex utraque parte declinari. Nunc de genere pronominum agamus.

C A P V T V I I I .

De genere pronominum. Ego, tu, sui, *malè credi adjectiva*. Mi, pro mea, vel meum. *Non videri sic locutum Tibullum, etsi id visum Scaligero. At veterem interpretem videri eo usum, licet musarum juniores*. Quis, pro qui. Et quisquis, pro quæcunque. *Prisciani, vel librarii error*. Ecqui, & aliqui, pro ecquis, & aliquis. Ecqua, pro ecquæ, *immerito improbari*. Cuiæ vox. Cuiate, vestrate, nostrate, *non videri Latina, contra quam docuit Donatus*. Cuiatis, nostratis, *in casu nominandi*.

Pronomina penè omnia sunt adjectiva; quæ iccirco, omnis esse generis, consequitur. Sed præter ista quædam sunt substantiva. Ex quibus, *Ego, tu, sui*, adjectivorum instar omnis sunt generis. Nec desunt, qui inde ipsa etiam adjectiva esse collegerint. In quo planè falsi sunt. Significant enim rem per se subsistentem. Vt in istis; *Ego dixi; tu ades; sui causâ fecit*. Vnum inter pronomina substantivum est, & neutrum; nempe *Quid*.

Olim verò quædam alius quoque generis erant, quàm hodie usurpantur. Nam *Mi*, non utriusque tantum numeri erat, quod supra ostendimus : sed etiam omnis generis. Sanè Appulejus epigramma Platonicum sic vertit aplog. 1 :

Astra

*Astra vides. Vtinam fiam, mi fidus, Olympus,
 Vi multis sic te luminibus videam.*

Apud eundem IV Metam. puella à latronibus capta anui subiratæ, & vivicomburium minanti, ait hoc pacto : *Pæce, mi parens.* Ac paulò pòst sic anus virginem compellat : *Bono animo esto, mi herilis, nec vanis somniorum figmentis terreare.* Intègrè sit, *mi filia herilis.* Item libro VIIII, *Umbræ, inquit, miserè trucidati Tlepolemi quietem pudicam interpellat uxoris : Mi conjux, quod tibi profusus ab alio dici non licebat &c.* Vides, ut hic quoque Tlepolemus Charitæ conjugii, *mi, pro mea,* dicat. Quare metuo, ne fallatur Sosipater, cùm sic scribit * : *Nec aliud significat in masculino MI, quam in feminino MEA. Denique in omnibus fere comædiis MI ad masculinum dicitur : ad femininum nunquam.* Si enim nunquam sic veteres essent locuti : credo nec ausus fuisset ita loqui Appulejus ; quem antiquitatis verba sedulò aded sublegisse, nemo ignorat. Et credebat propterea Iosephus Scaliger, Tibullum ei prævisse istoc lib. I, eleg. VI :

Vrve diu, mi dulcis anus.

Sed, si Scaligeri editionem excepero, cæteræ, etiam vetusta Regien-
 sis †, habent :

Vrve diu mihi, dulcis anus. —

† an. 1481.

Sanè dativi illi, *mihî, tibi, sibi,* sæpe ἀνεοράζουσι † : ut alibi ostendimus. Nec Tibullianum est, dicere, *mi anus* : imò neque cujusquam illius seculi. Vel si quis sic loqueretur, is Varro potiùs, aut alius antiquarius, foret ; non cultissimus Tibullus. Sed Appuleji seculo, ac deinceps, complures non refugisse, certissimum est. Quomodo Alexander Severus ad Mammæam, *Mi mater.* Etiam B. Hieronymus epistolâ, quâ Paullam solatur super obitu filix Blefillæ : *Testor, inquit, mi Paulla, Iesum, quem Blefilla nunc sequitur.* Quare nolim damnare lectionem antiquam, quæ est in historia Ruth cap. I, vers. XI : *Revertimini filix mi.* Quam scripturam retinuit editio Complutensis, item Stephanica anni CIO IO LVII, ut cæteras optimæ notæ taceam. Et si non diffitear, in MSO nostro esse *mea*, etiam Venetâ Iuntarum, quæ cum notis Isidori Clarii anno prodiit CIO IO LV. Atque aded Romanâ * quoque, à Sixto V recognitâ.

† redundant.

* an. 1603.

Quis olim in feminino quoque usurpatum. Plautus Aulul. †

MEG. Da mihi optima femina manum. EVN. Vbi ea est ?

† aB. 2. sc. 1.

Quis ea

Est nam optima ?

Quisnam, pro quenam. Ac postea :

Dic mihi quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem ?

Item Vidulariâ, prope iisdem verbis :

Dic mihi, si audes, quis ea est, quam vis ducere uxorem ?

Citat Priscianus in XII I. Ambigo, utrùm Priscianus errarit memoriâ ;

rià ; an Plautus utrobique eundem prope usurpârit versum. Idem Truculento act. 1, sc. 1 :

Sed hæc quis mulier ? Astaphium est ancillula.

Vulgò, *quis mulier est ?* Sed metri ratio verbum est recusat. Idem Sticho act. 1, sc. Tamen fuisse :

— *Quis hæc est, quæ adversum te mihi ?*

Eoque Scaliger apud Varronem lib. 1 de R. R. cap. XVI II legit, *Quis itio ad priorem dominum*. Vbi editum, *Requisito ad priorem dominum*. Atque idem apud Varronem lib. VI de L. L. legit, gemino in loco : **OLLA VETER ARBOR , QVIS QVIS EST**. Vtrobique vulgò pro *quisquis* est, *quicquid*. *Quisquis* autem feminino etiam genere dixisse veteres, ostendit Nonius ex Livio Andronico, Cæcilio, Pacuvio, & Ennio. Ac Donatus similiter *quisquam* usurpari ait, ad illud Terentii Eun. act. 11, sc. 111 :

Quandoquid : m illarum neque quisquam te novit, neque scit, qui sis. Vbi sic Grammaticus, quem dixi : *Quisquam multis exemplis probatur etiam feminino genere veteres protulisse : ita ut in numeris, & generibus, hæc pronomina infinita sint*. Idem Comicus eâpse comœdiâ ait act. 1V, sc. 1V :

— *Hunc oculis suis*

Nostrarum nunquam quisquam vidit, Phœdria.

Quem versum Priscianus adducit lib. XIII, cap. de secunda Pronominum declinatione. Continud autem præmiserat : *Quis etiam communis esse generis, putaverunt vetustissimi, sicut apud Græcos, ὄσις*. Atqui ὄσις in feminino facit ὄσις. Quare lubens pro eo τίς rescribam : unde *quis* venire est verisimile : uti τίς à Chaldæo ⁷³, *qui*.

* L. I. D.
de verb. si-
gnif.

Fortasse aliquis huc referat, quod Paullus * dicat : *Verbum hoc, S I QVIS, tam masculos, quam feminas complectitur*. Sed in Iure id tantummodo locum habet, ubi maris, & feminæ functio est : ut in factioe testamenti. Eoque nihil necesse sit in testamentis, *qui quæve, ille illave*, dicere, quia sub virili sequior sexus comprehenditur. Vide similem locum Vlpian. L. VII. §. 1. De juridict.

Quæstio est inter Grammaticos, utrum à *quis* venientia, & exeuntia in IS, ut *siquis, aliquis, ecquis, nequis*, tantum in IS desinant : an ut *quis*, & *qui* dicimus, sic composita hæc utroque modo terminentur, *ecquis, ecqui ; aliquis, aliqui ;* & ita in aliis. Vt utroque modo exire, fidedem fecerit Plautus Sticho act. 1, sc. Famem fuisse :

Qui cenâ poscit ? ecqui poscit prandio ?

Vbi *qui*, pro *quis* : *ecqui*, pro *ecquis*. Cicero pro Sulla : *Atque illud etiam addam, nequi fortè incipiat improbus*. Ibidem : *Providi primum, nequi posset tantum, aut de republicæ, aut de alicujus periculo meminisse*. In vert. quoque

que codd. legere est lib. VII, epist. I ad Marium : *Si te dolor aliqui corporis, aut infirmitas valetudinis tue tenuit.* Et apud Cælium ad Cicer. epist. VII : *Ne hunc risum mentem metus aliqui perturbet.* Et eadem : *Cum qua sit aliqui deprehensus.* Gellius lib. XI, cap. XIII : *Dicatque mihi quæso aliqui vestrum.* Paullus lib. II Sentent. *Siqui debitum quocumque modo confessus fuerit.* Vtitur quoque Appulejus lib. I, & VI Miles. ac Tertulliani est de Anima : *Aliquis Chryssippi adsentator.* Multa hujus generis in antiquis sunt codicibus, quæ imperiti librarii mutarunt : quemadmodum inter alios testantur Petrus Victorius Castigat. in Cælii epistolas ad Ciceronem, & Obertus Victorius Ind. Lucret. voce QVI.

Composita à quis in feminino pro Æ simplicis, accipiunt A : ut *siquis, siqua*, non *sique* : *aliquis, aliqua*, non *aliquæ*. Sed *ecquis* facit *ecquæ*. Virgil. III Æn.

Ecquæ jam puero est amissæ cura parentis ?

Tamen nec *ecqua* damnare audemus, etsi id faciant non pauci. Nèmpè, ad ita sentiendum, compellimur autoritate cum MSSorum, tum excusorum melioris fidei codicum ; quos in hoc manu exaratos esse secutos, minimè dubitandum. Sanè apud Ciceronem in Lucullo, ab Aldo quidem, Pauloque Manutio, editum est : *Quid si in quosmodi cerâ centum sigilla hoc annulo impressero, ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio ?* Item lib. I in Verrem : *Statim negotium dat illis suis comisibus nequissimis, turpissimisque hominibus, ut videant, ecquæ virgo sit, aut mulier digna, quam obrem iste Lampaci diutius commoraretur.* Sed utrobique à Roberto Stephano, item à Sebastiano Gryphio, ac denique à Dionysio Lambino, *ecquâ* per A est excusum. Etiam in Vaticano codice locus iste primæ Verrinæ *ecqua*, non *ecquæ*, habet. Ac Muretus quoque in eopse loco Manutiani exemplaris, quod dono ipsius Paulli acceperat, ex *ecquæ*, deleto E, fecit *ecqua* : uti, qui codicem eum vidit, Marianus Benedictus * testatur. Imò & epist. VIII, lib. VII ad Att. *Quod*

* Responso ad Orlandum Pesteam pro Emmanuele Altaverez pag. 34. & 35.

queris, ecquæ spes pacificationis sit : Lambinus ecqua rescripsit, cum prius *ecquæ* legi soleret.

Etiam inter adjectiva, quæ sub tribus terminationibus trium sunt generum, est *Cujus, cuja, cujum*. Bœotum sanè, vel, si malis, Oscum, aut Volscum, non Romanum fuisse, oportuit, qui in Marone, ut in vitâ ejus scribit Donatus, vel alius, reprehendit *Cujum pecus*. Nam Plauti est Curcul. †

† *Ab. 2. sc. migrare certum 'B.*
‡ *Ab. 5, sc. 2.*

— *quojam vocem audio ?*

Et Mercatore ‡ :

Nescio cuja vox ad aurem mihi advolatit.

d d

Suntque

Suntque sexcenta hujuscemodi apud eum scriptorem.

Donatus dicendum docet, *Cujate, nostrate, vestrate mancipium*; pro, *cujas, nostras, vestras*. At nulla est ratio, cur existimemus, aliter hæc in neutro genere desinere, quam nomina in *as*; in quibus *hoc Arpinas, hoc Sarsinas* dici, antè ostendimus. Sed quod in nominibus eos fefellit, idem hîc induxit in errorem. Nam *cujatis, nostratis, vestrais*, olim dixerunt Cassius Hemina apud Priscianum lib. VII: *Hos libros siquis mo-*

* apud Cic. pro Balbo.

† Sive, ut alii malunt, Quisquis fiet, *cujati* fiet.

‡ *Al. 2. se. Bene obsona- vi.*

* apud Nenum in Cajus.

stratis sapiens. Ennius * :

Hossem qui feriet, mihi erit Carthaginensis,

*Quisquis erit, *cujatis* erit †.*

Plautus Menæchmis † :

*Rogant *cujatis* sit, quid ei nomen fiet.*

Attius Epigono * :

*Qui neque, *cujatis* esset, unquam potuimus*

Mistra rogitates scire.

Verùm ex his neutiquam consequitur, in neutro dicendum esse *cujate*, aut *nostrate*. Nam cùm terminationem ATIS in AS converterent, simul quoque mutarunt genus; ita ut è communibus duùm generum, omnis generis esse cœperint.

C A P V T I X.

De Pronominum Specie, & Figura. Rejicitur Caninii ἐτυμολογία in patella, catinus, lepista, meus, & vester. Antiquum mius, pro meus, atque unde id veniat. Diminutio etiam pronomini accidit. Valli duplex significatio. Compositio pronominum quintuplex. Ubiqueque. Met meum, pro meummet, an Plautinum. Mihipte, nepte. Particulis, quibuscum componi ajunt pronomina, adjici debere, pfe, piam, dem, dam, ac fortasse que, & quam, & cumque. Vterlibet trifariam sumitur. Ubiqueque. Ipse unde constat. Eapfe, reapfe. Harumpiam. Idem non est ex is, & demum. Hisdem. Quidam non semper per contemptum dicitur. Geminatio, & additum cunque, tantundem valent in quibusdam provocantibus. Cum in compositis omissam. De compositione numeralium, atque ut nunc minor, nunc major numerus, proponatur. Saturnii error.

SVper sunt ex iis, quæ accidentia Pronominum faciunt, Species, & Figura. Primitiva sunt *ego, tu*, & similia; quorum pleraque etiam à Græcis accepimus, ed tamen primitiva vocantur, quia in Latino originem nullam habent. At planè derivativa sunt, *meus, tuus, suus*, similiaque: etiam doctissimus Angelus Caninius † etiam istorum aliqua à Græco fonte derivabat. Ut ab ἐμός, *meus*; à σφέτερον, *vester*; utrun-

† in Hellenismi Al. phabete.

que ἡ μεταθεσις *, quâ , inquit , ratione *patella* est à λοπίς λοπίδ ἡ . * per TRANS-
 Sed multimodis fallitur. Primum enim *patella* est à *patina* , quod à πατήνη ;
 ut à κάτιν ἡ , *catinus* ; à λεπίσι , quod apud Athenæum ac
 Pollucem , Latinis *lepista* , genus vasis aquarii , ut exponit Festus. De-
 inde manifestum est, possessiva venire à genitivis primitivorum. Puta
 à *mei* , *tui* , *sui* , *nostri* , *vestri* , & *cujus* ; *meus* , *tuus* , *suis* , *oster* , *vester* , *cujus* ;
 item *nostras* , *vestras* , *cujas* . Atque hinc ratio paret, cur *mius* etiam pro
meus dixerint veteres. Nam ut à *mei* fecerunt *meus* ; ita à *mis* dicebant
mius . De quo auctores sunt Sospater , Diomedes , Priscianus ; qui &
 Celsum id ostendisse scribit. Idem docet his verbis Velius Longus :
Item miis per I (scribendum) non meis per E, ut Terentius t :

† Heaut. act.
4. sc. 3.

At enim istic nihil est magis, Syre, miis nuptiis aduorsum.

Vbi nunc in omnibus codd. legitur *meis* , per E.

Nec pronomina omnia derivata vel possessiva sunt , vel gentilia :
 sed quædam etiam diminutiva. Nam *nullus* , ex quo *nullus* , est ab *unus* ,
 quod ab *unus* , uti hoc ab ἐνός . Nempe eâ ratione, qua à *bonus* pro
bonus , unde *bone* , est *benulus* , à quo *bellus* : item à *vinum* , *vinulum* , unde
villum : à *varius* , *varulus* , *vallus* : aliâque significatione à *vannus* , *vannu-*
lus , *vallus* , pro parva vanno.

Compositio pronominum est quintuplex. Prima est cum nomine.
 Qualia sunt, *hujusmodi* , *ejusmodi* , *illiusmodi* , *istiusmodi* .

Alterâ fit cum pronomine : ut, *isthic* , *illic* , *quisquis* . Imò huc quoque
 pertinent , *alteruter* , *aliquis* , *unusquisque* , *quotquot* , *qualisqualis* , *undecim* ,
decimus sextus , vel *sextu(s)decimus* , & similia.

Tertiâ fit cum verbis : ut, *quisvis* , *uteruis* , *quilibet* , *uterlibet* . Quorum
 postremum tum per optionem quandam ponitur, ut apud Ciceronem
 pro Quinctio : *Utrumlibet elige* ; *alterum incredibile est* , *alterum nefarium* ;
 & *ante hoc tempus utrumque inauditum* : tum citra eam , ut in illo Livii :
Eos esse consules, quorum utrolibet duce, bellum Erruscium geri rectè possit : tum
 copulativè , pro *uterque* , ut in hoc Fabii lib. IX : *Nihil refert, quomodo*
appellesur utrumlibet eorum . Iisdemque modis usurpatur *uteruis* ; ut docet
 Saturnius lib. V, cap. XXXI I.

Quarta compositio fit cum adverbio : quomodo ab *ecce* veniunt ,
eccum , *eccam* ; *eccos* , *eccas* ; *ellum* , *ellam* ; *ellos* , *ellas* . Item à *ne* , pro *non* , est
neu(er) . Ab *ubi* est *ubiquisque* : quod Maro usurpat VI I ÆN.

— *Io matres audite ubiqueque Latine.* pro *quæcumque* .

In vulgatis Virgillii codd. legitur *quæcumque* : quod ex interpretatione
 irrepsisse videtur in contextum. Sanè Priscianus *ubiquisque* dici, eo ex
 loco probat : ac Pierius testatur, *ubiqueque* legi in Medicæo, & omni-
 bus Vaticanæ bibliothecæ libris.

Etiam nobiles Grammatici huc referunt *idem* : quod conflatum ajunt ex *is*, & *demum* : sed significatio reclamat. Quare cum Rhemnio Palæmone * statuimus, potius esse ex *is*, & syllabicâ adjectione, *dem* : de quâ inferiùs dicam.

* in arte
grammatica
de Pronom.

Quincta fit cum præpositione per Anastrophen : ut, *meccum, tecum, nobiscum, quicum* : quæ Donato quidem sunt adverbia personalia ; sed Diomedii, ac Prisciano, rectiùs, ob partem principem, inter pronomina referuntur.

Sexta fit cum conjunctione : ut, *quisque, uterque, ecquis*. Nam T in C abiit. Quamquam Priscianus malit, C esse ex N ; ut integrum sit, *en quis*.

† lib. 5, ubi
de Que in
Vterque
agit.

Septima fit cum syllabicâ adjectione, sive, ut Priscianus † vocat, *epectasi* : fortasse *postpositionem loquelarem* novè, at non ineptè, appelles ; quomodo, *re, de, se,* & similes, vocant *præpositiones loquelares*. Particulas tales vulgò recensent quinque. Eas priùs commemorabimus : post alias illis adjiciemus.

Prima est *met* : quod vulgò persuasum est, non aliis apponi, quàm tribus his, *ego, tu, sui*. Sed scrupulum injicit locus Plauti Curcul. act. v, sc. ii :

— *Tanquam met genium meum.*

‡ voce Met.

Prout locus is à Rob. Stephano adducitur in Thesauro ‡, ac legitur in editione Plauti Venerà, quæ cum variorum notis ante seculum, & amplius, prodiit *, item aliis antiquis ; imò & quam Camerarius recensuit, ut Paræanam taceam.

* an. 1518.

Ita *met meum κατ' ἀναστροφῶν* ponetur, pro *memmet*. Verùm in plerisque MSSis reperitur :

— *Tanquam me, & genium meum.*

Quæ sine dubio genuina est lectio. Maluere aliqui :

— *Tanquam me genium meus.*

Sed libris omnibus invitis : à quibus non temere recedendum. Et quàm proclivis lapsus, ut librarii ex *me &*, facerent *met* ?

Interdum autem *met* redundat. Seneca in Agamemnone act. iv, sc. i :

A. *Σεκκρά vivε. C. mors mihi est σεκκράς.*

A. *Nullum est periculum tibi metes. C. At magnum tibi est.*

Et Oedipo, act. iv, sc. iii :

S E. *Nosçisne memet ? P. Dubitat anceps memoria.*

Et Hippolyto, act. ii, sc. ii, vers. ult.

Tuus en, alumna, temet Hippolytus tenet.

Sed fortasse hoc metri necessitati, aut labanti tribuendum Latinitati.

Altera loquelaris particula est T E : quæ secundæ tantùm personæ jungitur, *ente, tete*.

Tertia est C E : ut, *hicce, hujusce, hisce, hosce ; ejusce, istiusce, illiusce.*

Quarta

Quarta est PTE : quæ non tantùm jungitur pronomi-
nibus possessivorum; ut, *meapte, vestrapte* : sed etiam primitivis; ut, *mihapte* : quomodo
Catonem locutum, ait Festus Pompejus : item *mepte*, pro *me ipsum*,
apud Plautum Menæchmis act. v, sc. VIII :

— *Cui certissimum st,*

Mepte potius fieri seruum, quam te emissam manu.

Eandem vocem clarissimus, & amicissimus Meursius restituit Plaut.
Asin. act. III, sc. III.

Quincta est CINE; quæ additur pronomini Hic; sed iis dun-
taxat casibus, quæ in C terminantur : ut, *hiccine, huncine, hancine,*
hoccine, hæccine.

Atque hæ sunt particulæ, quibuscum pronomina componi, etiam
Grammaticorum vulgo, atque aded iis, qui necdum ære lavantur,
notum est. Nunc istis quatuor alias adjungemus.

Sexta igitur esto PSË : ex qua, & provocabulo *is*, conflatum est *ipse*.
Integrum esset *ispse* : sed, sibilo omisso, *ipse* dicimus ob *ἰψουπιαν* *. In
feminino provocabulum integrum remansit : nam ab *ea*, & *pse*, est
capse; quod idem est ac *ipsa*. Vñus eo Plautus Mil. Glor. act. II, sc. I :
& Festus quoque † auctor est, Scipionem Africanum, cùm pro æde † In Reap-
Castoris diceret, eo modo locutum. Verba Scipionis, juxta Scaligeri
restitutionem, sunt ista : *Quibus de hominibus cum ego scæpe, atque in mul-*
tis locis, operâ, factis, consiliis, reque capse bene meritus sum. A *re*, & *capse*, est
reapse : quod nec Cicero refugit in primo de Divinatione, & epistolâ
ad Papirium Pætum, quæ est decimaquincta libri IX.

* sonum me-
lorem.

† In Reap-
sc.

Septima est PIAM : ut, *quispiam, quempiam*. Etiam cum *Hic* com-
ponitur. Claudianus Mamertus lib. II de statu animæ initio capitis
duodecimi : *Igitur quamquam nonnullus locorum sit, ubi hauripiã scriptu-
rarum testimonius usus sim.*

Octavum locum damus adjectioni syllabicæ DEM : ut, *idem, ejus-
dem*. Quod cùm à *demum* venire, ajunt Priscianus, & alii, planè fallun-
tur, ut diximus. Ac vel eo refelluntur, quod similiter dicamus, *tantum-
dem, totidem, pridem*. Imò fortasse dativus quoque pluralis provoca-
buli *hic* tibi *dem* adsciscit, ut sit *hisdem* : quod in antiquis codd. cre-
brum est. Ita, ut observavit Carrio ad lib. II Val. Flacci, in Bulli-
diano codice, atque aliis plerisque veteribus, scribitur secundo Ænei-
dos :

— *Et sedibus hæret in hisdem.*

Siquis tamen malit *isdem*, pro *isdem* non multùm repugnabo.

Nona nobis est DAM. Vt enim à *dem* est *idem*, pro *isdem* : ita à
dam est *quidam*, pro *quidam*. Ac ponitur hæc vox sæpius in contemtum.
Nec semper tamen, ut patet illo Quadrigarii lib. IX, cap. XIII : *Id*

subitò perditum est cuiusdam T. Manlio, summo genere nato. Et plura similia occurrunt.

Vndecima fortassis addi possit, *QVE*: ac duodecima, *QVAM*: ut, *quisque, quisquam*. Nec enim vel *que* in illo naturam conjunctionis sapit; vel *quam* in hoc vim habet provocabili, aut adverbii. Par ratio est in *plerique*. De quo assentientem habeo Priscianum in quinto. *Nihil aliud, inquit, est in hoc nomine QVE, nisi syllabica expectasis: quomodo CE in quibusdam pronomibus, & adverbis. Nam & plerus, plera, plerum, & plerisque, & pleraque, & plerumque, idem significant.*

Decimamtertiam similiter statuere fortasse liceat *CVMQVE*. Quod componitur cum *quis, qualis, quantus, quot*. Quemadmodum & hæc ipsa in compositione geminantur. Utroque autem modo generalitas significatur: prout Priscianus monet in xvii. Ita nihil refert, utrum dicas, *quisquis, an quiscumque; qualisqualis, an qualiscumque; quantumquantus, an quantumcumque*. Terentius Adelphis *:

Tu, quantumquantus es, nihil nisi sapientia es.

Vbi Donatus interpretatur *quantuscumque*.

Sic *quotquot, vel quotcumque*. Priori ita usus Horat. lib. ii, sat. vii:

— *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.*

† *Similis vis in adverbis. Quale, utut, vel utcumque*. Terent. Phorm. † *Vtut erant alia. Item ubiubi, vel ubicumque; undeunde, vel undecumque; quaquaque, vel quacumque.*

Ibidem monet Priscianus, interdum *cum* syllabam omitti. Ut *quisque*, pro *quiscumque*; *qualisque*, pro *qualiscumque*. Et similiter in adverbis, *quoque*, pro *quocumque*; *quaque*, pro *quacumque*; *quandoque*, pro *quandocumque*.

Ad provocabula quoque, non ad nomina pertinent, quæ numerum ordinemve significant. De plurium numerorum compositione, non unus est alterque scrupulus. Priscianus libello de Ponderibus ita numerare jubet: *decem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septem, decem & octo, decem & novem, viginti*. Apud Suetonium tamen in Nerone legitur, *septendecim*, itémque in Ciceronis Verrinis: *octodecim* quoque, & *novendecim*, scribitur in Eutropii breviario. Verùm suspicatur Elias Vinetus, librarios, cum numeros notis comprehensos invenissent, suo more integros extulisse. Illud quidem extra controversiam poni debet, sæpius in antiquis codd. inveniri *decem & septem, decem & octo, decem & novem*, quàm *septendecim, octodecim, novendecim*: quæ sola nunc vulgò sunt in usu.

Idem Priscianus jubet dicere, *decimus & tertius, vel tertiusdecimus; decimus & quartus, vel quartusdecimus; decimus & quintus, vel quintusdecimus*; atque ita in aliis, usque ad *vigesimus*. Negari tamen nequit,

in

in probatis quoque autoribus inveniri *decimustertius*, *decimusquartus*, *decimusquintus*, &c. Interim, quod facilis in his esse potuerit librarium lapsus, quandoquidem, ut dicebamus, numeros nunc integros, nunc notis scripserint: tutius cum Elia Vineto iudico, Priscianum hanc in parte sequi, quam codices vulgatos. Nec causa est, cur de *septimusdecimus*, *octavusdecimus*, *nonusdecimus*, magis dubitemus, quam de *tertiusdecimus*. Nam Ciceronis est in Cluentiana: *Sententia septimadecima accederet*. Plinii lib. x: *Namque octavodecimo die excludunt*. Et Taciti est lib. xiii Annal. *Cum nonodecimo ætatis anno Cæsar Octavius civilia bella sustinuerit*. Sed hæc non minus ad *ὄνταξιν*, quam huc pertinent. Vt enim *quartusdecimus* vox una censeatur: tamen *quartus* & *decimus*, oratio est.

Expectet fortasse aliquis hinc quoque nonnulla de erroribus, qui in gentilibus committuntur; quandoquidem Saturnius, in mediâ provocabulorum doctrinâ, tribus capitibus * de iis tractat. Verum non quia ad provocabulum *cujas* respondetur *Arpinas*, aut *Corinthius*: ^{* lib. 5, cap. 17, 18, 19.} iccirco hæc quoque provocabula dicenda sunt; non magis sanè, quam provocabulum est *bonus*, aut *magnus*; quæ respondemus ad provocabula, *qualis*, & *quantus*. Quare iis contentus, quæ de Gentilibus in Nomine diximus, transeo nunc ad Participium.

CAPVT X.

De PARTICIPIO. Definitio ejus, & *ἔτυμον*, atque ut à Stoicis appelletur. *Qui primi à Nomine, & Verbo distinxerint. Quo respectu vel participium pronomini, vel pronomem participio, possit præponi. Angeli Decembrii error. Multa participiis similia, vera participia non sunt. Vt Verba participium habeant vel nullum, vel unum, vel duo, tria, aut quatuor. De significatione participiorum. Volens, pro eo, quod volumus; ut evidens, quod clare videmus; volvens, quod voluitur. Participia passivæ vocis, sed activæ significationis. Neutra supini expertia, non item participii. Terminationibus tribus præteritorum additur quarta, VS primum. Reselluntur, qui mortuus participiis excludunt. Vti quoque, qui participium præteritum, & futurum in RVS, à posteriori, quam priori supino, deducere maluerunt.*

PARTICIPIVM Comminiano apud Charisium definitur, *pars orationis cum tempore & casu*. Vbi, *cum tempore*, est, cum adsignificatione temporis. Nam nomen etiam tempus significat: ut *hora*, *dies*, *mensis*, *annus*. Sed hæc primaria ejus significatio est. At participium commune illud habet cum verbo, quod tempus *ἡσθημεν* †, ut loquitur ^{† adsignificati.}

* de inter-
pretatione.

quitur Philoſophus *ἐπισημαίνεαι* *. Quare clarior definitio erit: Participium eſt vox variabilis per caſus, ſignificans rem cum tempore. Nam cum verbo in eo convenit, quòd tempus conſignificet: ſed diſcrepat ab illo, quòd caſibus varietur. Cum nomine commune habet, quòd varietur per caſus: ſed diſfert eo, quòd tempus adſignificet. Ut igitur mulus aſini, & equæ; hinnus equi, & aſinæ, unde generatur, participat indolem: ita hujus claſſis omnia, & nominis, & verbi, participant naturam: unde & meritò *participia* nominantur.

Ex quibus etiam liquet, eſſi Stoici non ſeperent participium à nomine, aut verbo; ſed, Prifciano teſte, vocarint illud *nomen verbale*, vel *modum verbi caſivalem*: tamen juniores meritò diſtinxiffe. Quorum primus fuit Trypho: eum ſecutus Apollonius, maximus Grammaticæ artis auctor: ut idem Prifcianus de utroque teſtatur. Hæc naturæ convenientia cum nomine & verbo, fecit, ut Prifcianus, qui ubique ſe Apollonium ſequi profiteretur, tertio de participio egerit loco; quartum verò pronomini adſignarit. Et ſanè cum pronomen alterius ſolum obeat vices (nam ut nomen rei, ita pronomen nominis nota eſt) videri poſſit, vel omnibus debuiſſe orationis partibus poſtponi; vel ut ſanè ob dignitatem particulis præponeretur, non tamen collocari poſuiſſe ante participium, quod primò rem ſignificat. Nos aliter hæc conſideravimus. Nomini, & verbo, principem locum adſignamus, quia omnium conſenſu præcipuæ ſunt orationis partes: particulis poſtremum, quia primariis famulantur. Medii ordinis ſunt pronomen, & participium; ex quibus, quo jure nomen præit verbo, eodem pronomen anteit participio. Nam pronomen nominis ſolum vices obit: participium verò verbi ferè locum ſupplet. Nam uti dico, *Socrates philoſophatur*: ita aio, *Ille eſt philoſophatus*.

Sunt viri eruditi, qui negant, verum eſſe, quod dicebamus, participia adſignificare tempus, & eo diſferre à nominibus. Nam (ut Gropippus contendit) *nullum participium eſt certi ac deſiniti temporis, cum omnia omnibus temporibus deſerviant. Ut præſenti: Sum amans, amaturus, amatus, amandus. Præterito, Fui amans, amaturus, amatus, amandus. Futuro, Ero amans, amaturus, amatus, amandus.* Aliquid diceret vir doctiſſimus, ſi nihil referret, cujus temporis participium verbo adderetur. Nunc ſignificatio non minùs variat ex participio, quàm verbo. Nam ex verbo quidem, non ex participio, variat tempus, cum dico, *ſum amans, fui amans, ero amans.* Item in his, *ſum amaturus, & fui amaturus.* Sed ex participio, non è verbo, eſt varietas temporis in iſtis: *ſum amans, ſum amatus, ſum amaturus, ſum amandus.* Nam verbum eſt ejuſdem temporis: & tamen diverſum ſignatur tempus: quod unde, niſi è parti-

participio tempus definiente? Sic aliud tempus notat, *Socrates est philosophans*; aliud, *Socrates est philosophans*; aliud *Socrates est philosophaturus*. Nec mirum, verbum præsens triplicis temporis participiis aptari. Nam, ut philosophi docent, solum præsens propriè est: præteritum non est, sed fuit: futurum non est, sed erit: nec de præterito quicquam verum est, nisi quia potuit in præsentem, cum res fieret, dici, *est*: nec de futuro quicquam verum, nisi quia dici aliquando poterit, *est*: Quare proprius imprimis sermo, *Socrates est philosophans*. Sed dicitur quoque, *Socrates est philosophans*: quia de philosophato dici antea potuit, *est philosophans*. Ac similiter dicitur, *est philosophaturus*: quia postea dici poterit, esse philosophantem. Interdum autem tum ex verbo, tum ex participio, tempus definitum cognoscitur: ut *philosophans fui*: ubi præteritum præterito jungitur. Item, *philosophans ero*: ubi futurum additur futuro. Quod si verbum præteritum locietur participio temporis futuri, duplex tempus indicatur. Vt, *fui amaturus*. Parque ratio, si verbum futurum addatur participio temporis præteriti: ut, *ero amatus*. Quomodo Cicero ait: *Scipionis amicitiam, & Lælii, notam posteritati fore*. Item Cæsar: *Commissum cum equitatu fore prælium videbatur*.

Participia omnia à verbis originem capiunt, ideòque participium non est *factus*. Nam fallitur cum multis Angelus Decembrius, qui lib. III de Politia literaria, cap. xxviii, id participium esse vult à *fruo*. Falluntur item omnes illi, qui participia faciunt, *præditus*, *prægnans*; multaque habitum significantia, ut *pileatus*, *tunicatus*, *galeatus*, *chlamydatus*; aliæque id genus, ut *columnatus*, *virgatus*, &c. Augustinus Saturnius * ea vocat participialia: verum, non quia ementiuntur participiorum naturam, participialia dici meruerunt: sed illis solum hoc nomen convenit, quæ è participiis in nomina transferunt.

* lib. 6.
cap. 16.

Sunt autem & quæ veniant à verbo, nec tamen participia sint. Sic *solens*, quo usus Plaut. Amph. † & Epidico ‡, nomen potiùs videtur. Idemque de *iratus*, *præstus*, & aliis quibusdam, iudicium esto.

† Scenâ. qui
me alter.
‡ Sc. Tamem.

Porrò licet omnia participia orientur à verbo: non tamen par omnium verborum fecunditas, sed quibusdam nullum est participium: ut à *fit*, quod non magis *fiens* habet, quàm *fiendus*; etsi prius illud Diomedes probet. Quædam unicum habent; ut, *furo*, *furvens*; *reor*, *ratus*. Aliqua duo; ut prope omnia activa, & passiva, ac maximam partem neutra, præter neutropassiva. Alia tria; ut, *gaudeo*, *gaudens*, *gavisus*, *gavisurus*: *proficiscor*, *proficiscens*, *profectus*, *profecturus*. Quædam quatuor; ut, *amplector*, *amplectens*, *amplexus*, *amplexurus*, *amplectendus*.

Et activorum quidem participia ἀναλόγως significationem habent activam; passivorum participia, passivam; neutrorum, neutralemp.

e c

Tamen

Tamen participium *volens* passivè usurpat Sallustius lib. xv Hist. ubi *Volentia verba*, id est, *placencia* dixit, interprete Nonio. Sic *evidens* passivam habet significationem. Etiam *volentia plaustra* passivè usus Maro. Et similia quædam inferiùs adducemus; cum de præsentis participio passivorum disertabimus.

Contra passivæ etiam vocis participia significant actionem: ut *circumspectus*, qui circumspicit; *consideratus*, qui considerat; *profusus*, qui profundit; *cavens*, qui cavet; *tacitus*, qui tacet; *suetus*, qui suevit; ac par ratio in compositis, *adsuetus*, *consuetus*, *insuetus*. Similiaque *argutus*, *falsus*, *disertus*. Cujusmodi pleraque omnia nominum naturam induerunt.

Quodque neutra diximus ἀναλόγως habere significationem neutralem, id etiam locum habet in neutropassivis: ut sunt *solitus*, & *ausus*; quæ etsi terminationem habent passivorum, activam tamen retinent significationem.

Vulgò participium in *rus* à supino formant. Quædam tamen neutra supino destituuntur, non item participio. Ut *metuo*, *sileo*, *ambigo*, atque alia. Maro XII Æn.

Nuncius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyranno

Hæc placitura refer.

¶ vers. 590.

Ovid. XIII Met. * — *Non ut delubra, diesque*

Des mihi sacrificos, calidæisque ignibus aras.

† vers. 777.

Stat. VII Theb. †

— *Hæc vetito nudus jacitare sepulchro.*

Nocivus qui hæc inter reponat, fallatur; non quia Latine non dicitur (nam usurpat Tacitus i histor.) verum quia & supinum in usû est. Iulii enim Cæsaris est lib. v belli Gallici: *Ipsi verò nihil nocivum iri*. Cujus exemplo etiam B. Augustinus sermone de S. Cypriano (quem Possidius etiam in Indiculo, ut genuinum agnoscit) his verbis usurpat: *Non sancto Cypriano aliquid nocivum est*. Magis idoneum exemplum est *morivus*. Item præteritum *mortuus*; quod ἀναλόγως *mortuus* foret, si agnosceret supinum. Ex *morivus* autem καὶ συνηρητὴν *mortuus*, pro quo κατ' ἐπέθεσιν *mortuus*, ut *alivum* pro *alivum*. Atque hinc liquet, tribus præteritorum terminationibus T V S, S V S, X V S, etiam quartam jungi debere: nempe V S purum. Nam falluntur, qui *morivus* esse participium negant, cum varietur per casus, & cum re tempus significet.

Participium præteritum, ac futurum in R V S, vulgò formari ajunt à posteriori supino: ut *amatus*, & *amaturus*, ab *amari*; *dictus*, & *dicturus*, à *dictu*. Sed *secutus*, & *secuturus*, non sunt à *secum*: quia deponentia

nentia carent posteriori supino. In causâ est, quodd postorius supinum habeat significationem passivam. At deponentia, etiam in participio præterito, ac futuro in RVS, activè significant. Quocirca ut præceptum esset καθελικόν *, rectius dixissent, & præterita, & futura in rus, venire à supino priori. Ita *secutus*, & *secutus*, sunt à *secutum*; *amplexus*, & *amplexus*, ab *amplexum*. Quia autem utrumque hoc tempus à supino venit; eò quæ supino carent, fere etiam carent participiis, quæ inde formantur: uti diximus.

* universale, ac perpetuum.

CAPVT XI.

Multa eorum, quæ deponentia vocantur, præterita in TVS passivè accepta. Participia in DVS sæpius officium significare. Interdum tamen non officium notare. sed aliquid futurum: eoque falli, qui participiorum numero errant.

Supereff particulatim dicamus de communibus, & deponentibus. Ac communium quidem præsentia, futurâque in rus, significant actionem: ut *tuens*, & *tuendus*. At futura in dus passionem notant: ut *tuendus*. Præterita autem utrumque: ut *tuens*.

Sola deponentium futura in dus notant passionem: ut *sequendus*. At tam præterita, quàm futura in rus, actionem signant: ut *secutus*, *secutus*.

Nec tamen hæc perpetua sunt. Nam præterita in rus, aut sus, ut de iis prius dicam, non rarè passionem significant: nempe quia communia olim fuerunt. Hujusmodi, inter alia, sunt, quæ literarum serie subjecimus.

Adeptus. Cicero in Catone: *Senectutem ut adipiscantur omnes optant: eandem accusant adeptam*. Ovid. IV Trist. el. VII:

Ne cadat, & multas palmas inhoneste adeptas.

Aggressus. Iustinus lib. VII: *Facillimis quibusque aggressis*. De bellis sermo.

Comitatus. Cic. II Catil. *Illud etiam modestè fero; quod ex urbe parum comitatus exierit*. Ovid. I de Arte:

— *Populo per me comitata placebat.*

Commentatus. Q. Cicero ad Tironem lib. XVI, epist. XXVI: *Diu & multis lucubrationibus commentatus à oratione*.

Commentus. Appius Cæcus apud Priscianum: *Amicum cum vides, obliviscere miseras; inimicum si es commentus, nec libens æquæ*. *Commentus*, πεπλάσμεν. Ovid. VI Met. fab. VII:

Dat gemitus fictos, commentaque sœvera narrat.

Complexus. Cicero pro Roscio Amer. *Quo vero maleficio scelera omnia complexa esse videamur.*

Conatus. Cæsar i bell. Gall. *Perfacile facta esse probat conata perficere.* Livius lib. xxxiv : *Ne litera interceptæ conata palam facerem.* hoc est, tentata.

Confessus. Cicero v Verr. *Confessa res, & manifesta.* Quintil. lib. v, cap. iv : *Est & assentio interim confessa.* In xii Tabb. *Aris confessi, rebusque iudicatis xxx dies iusti sunt.*

Consolatus. Iustinus lib. xxii : *Sic consolatis militibus, universas naves incendi juber.*

Deprecatus. Idem lib. viii : *Deprecati belli promissio.*

Despicatus. Terent. Eun. act. ii, sc. iii :

— *Illis crucibus, que nos, nostramque adolescentiam*

Habent despiciam. —

Dimensa. Vide Mensa.

Eblandius. Vt *eblanditæ preces*, apud Plin. in Panegyrico :

Execratus. Horat. Epod. od. xvi :

Eamus omnis execrata civitas.

Exsecutus. Iustinus lib. vii : *Brevi tempore, exsecuto regis imperio.*

Exorsus. Virgil. x Æn.

— *Sua cuique exorsa laborem,*

Fortunamque ferent.

Interpretatus. Cic. lib. ii de Legg. *Vesta quasi focus Urbis, ne Græco nomine est appellata : quod nos prope idem Græcum interpretatum nomen tenemus.*

Lamentatus. Silius lib. xiii :

— *Quam sunt tua fata per Urbem*

Lamentata diu !

Largitus passivè accipi, ait Robertus Stephanus, apud Plinium lib. xvii, cap. xi. Vbi ille, *Magis ante annum præfodere (scrobes) jubet, ut solem pluvia&que combibant : aut si id conditio largita non sit, ignes in medio fieri ante menses duos, nec nisi post imbres in his feri.* Locum integrum apposui, ut pateat omnino accipi activè. Sed Sallustium passivè dicere *dularitus*, ostendimus alibi*.

* lib. 3 de Analog. cap. 6.

Machinatus quandoque sumi passivè, probant istoc Livii lib. xxiv, in descriptione obsidionis Syracusanæ : *Turres contabulatas, machinata&que alia, quatiendis muris portabant.* Quomodo & Calepinus legit. Sed in melioribus libris est, *machinamentaque.*

Mensus. Cic. lib. ii de Nat. Deor. *Spacia mensa, quia conficiunt cursus Lunæ, menses vocantur.* Idem in Catone : *A quo essent illa dimensa, atque descripta.* Virgil. iii Æn.

— *Phæ-*

— *Phœbumque remensō*

Hortatur pater ire mari, veniamque precari.

Mentius. Cicero ibidem: *Mentia, & falsa, plenâque erroris.*

Virgil. II *Æneid.*

— *Primi clypeos, mentitaque tela*

Agnosunt.

Mercatus. Plin. lib. xxxvii, cap. ii: *Alius hic furor, H-S C L. M. trullam unam non ante multos annos mercatam à matre familias, nec diuise.* Scio, esse in aliquibus, *mercatâ matrefamilias.* Sed optimi quique, ac prope omnes, vel habent, ut retuli: vel, ut est in veteri *Parmeni**, *Trulla una mercata à matrefamilias.*

* an. 1476.

Meritus. Plin. lib. vii, cap. xxviii: *Quas Trebia, Ticinusque, aut Thrasymenus, civicas dedere? que Carnis corona merita?*

Opinatus. Cic. I *Academ. Quæst. Improvisa, nec opinata nobis.* Imò compositum *inopinatus* nunquam aliter sumitur.

Pactus. Horatius lib. iii, od. iii:

— *Ex quo desistunt Deos*

Mercede pactâ Laomedon.

Sic *pacta conventa*, sine copula, apud Cic. lib. ii de *Orat.* & apud *Iurifconsultos* passim: atque interdum cum copula; ut apud Cic. pro *Cæcina*: *Aut pacti & conventi formula.* Et Sen. de *Benef.* cap. xv: *Nec pacta conventaque impressis signis custodirentur.* Estque *inscriptio*, de *pactis & conventis*, apud *Paullum* lib. i *Sentent. Tit. i.*

Pollicitis. Ovid. I de *Arte*:

Pollicitis dives quilibet esse potest.

Et alibi:

Exige polliciti debita jura iheri.

Populatus. Livius lib. xxxvii: *Omnis ora maritima depopulata ab Achaëis erat.* Et lib. v: *Ab his ager est depopulatus.*

Professus. Ovidius lib. iii *Am. el. xiii*:

Solâque deformem culpa professa facit.

Seneca Medea:

Professa perdunt odia vindictæ locum.

Testatus. Cic. II *Verr. Res ita notas, ita testatas.* Plin. lib. viii, cap. xl: *Actis populi Rom. testatum.*

Præter ista, quæ jam vidimus, (quorum aliqua superiori etiam libro † allata, sed nunc aliis firmata testibus) multò quoque plurima sunt, quæ nunc omisimus; idque non aliâ de causâ, quàm ne actum ageremus. Nam sufficere posse arbitror, quæ de participiis hisce exposuimus; cum in deponentibus passivè acceptis versaremur. Vbi ostensum nobis, passivè etiam inveniri, *abominatus, adminicularius, adortus, adulatus, ag gressus, amplexus, arbitratius, architectatus, auxiliatus, blandius, cæ-*

nificatus, cavillatus, complexus, consecutus, dignatus, ementitus, emixus, frustratus, furatus, hortatus, cum compositis adhortatus, exhortatus; jactatus, molitus, sive compositum immolitus, mediatuus, metatus, moderatus, modulatus, nactus, orsus, percontatus, populatus, stipulatus, sive instipulatus, velificatus, nisi hoc à velifico esse malis, veneratus, usus cum composito abusus.

Est verò ubi simplex quidem activè semper accipiatur: compositum autem semper passivè. Fit hoc in *ultus*, & *inultus*. Quod videas etiam usu venire in neutris. Nam *ausus* activum est; *inansus*, passivum.

De præteritis fati. Futura in DVS passivè accipi solere, planè est pervulgatum. Hujusmodi sunt *ulciscendus**, *obsequendus*†, *adipiscendus*‡, *precandus**, & plurima id genus, quibus propterea non insistam. Sed magis hoc insolens in iis, quæ non tam activam, quàm neutralem, sive absolutam significationem habent. Quomodo Paullus L. XIV. D. de injuriis, ait, *Cum de jure finiendo agatur*. Et Ulpianus L. XXXIII. De rebus auctoritate judicis possidendis, vel vendendis: *Si pupillus ex contractu suo non defendatur, ideoque bona ejus creditores possidere ceperint: deminutio ex his bonis fieri debet, rescendi pupilli causâ*. Hoc est, alendi.

* Porc. La-
tro decla-
mat. in Ca-
tit.
† Gell. lib.
I, cap. 13.
‡ idem lib.
18.
■ Auson.
Ephemeride.

Verùm, quæ hac de re diximus, plane alius sunt loci, si illa in DVS participia non sunt; uti quorundam est sententia; qui nec ratione destitui videntur. Nam cenient, istiusmodi potiùs esse nomina, ed quod non tam tempus significant, sive præsens, sive futurum; quàm officium ac necessitatem. Nec mediocriter illud sententiam eorum juvat, quod exponantur per *debet*, aut *oportet*. Ita dixit Cicero pro Fonteio: *Orandus erit nobis amicus meus Pletorius*. Et eadem: *Si illi bellum facere cœbuntur, excitandus nobis erit C. Marius*. Longè verò clarissimè id perspicere est ex illo magistri Herenniani loco lib. III: *Iustitia partibus utimur; si aut innocens, aut supplicium dicemus misereri oportere: si ostendimus, bene merentibus gratiam referri convenire: si demonstrabimus, ulcisci male meritos oportere: si fidem magnopere censebimus conservandam: si leges & mores civitatis egregiè dicemus servari oportere: si societates atque amicitias studiosè dicemus coli convenire: si quod jus in parentes, Deos, patriam, natura comparavit, id religiosè colendum demonstrabimus: si hospitium, clientelas, cognationes, affinitates, castè colendas esse dicemus: si nec prece, nec precio, nec gratiâ, nec periculo, nec simultate, à viâ rectâ ostendimus deduci oportere: si dicemus, in omnibus jus æquabile statui convenire*. Ex hoc loco, vel cœco pateat, illa in DVS significare officium. Quis autem nescit, participia necessariò significare tempus? Quare, quæ in DVS desinunt, videri possint nomina potiùs esse, quàm participia. Sensit hoc Augustinus Saturnius lib. VI, cap. ult. item præstantis judicii vir, Emmanuel Alvarus; extremo cap. de Constructione gerundiorum. Sunt tamen,

quæ

quæ scrupulum injiciant. Nam quid si dicamus, ita officium signare, ut simul notent tempus futurum? Accedit, quòd officium non significatur illo Ciceronis pro Sexto Roscio Amerino: *Quomodo occidit? ipse percussit, an aliis occidendum dedit?* Adhæc dici nequit, officium tum notari, quando vel præsens liquidò indicant; cujusmodi aliquammulta inferiùs commemorabimus: vel futurum, ut cum Gellius ait lib. III, cap. x: *Ad homines quoque nascendos.* Pro quo Porcius Latro in declamatione suâ *nascituros* dixit. Video esse, qui * Gellianum illud respuat, ut propè barbarum. Sed Gellius nihil dixisset sine veterum auctoritate: ut sciunt, qui subactò sunt in istis iudicio. Et Varro prior usus, imò & Silius. Denique liquet ex gerundiis: ut hoc ejusdem Gellii lib. XVII, cap. vi: *Nomine non adepto jam, sed cum spe, & omnino, jam adipiscendi.* Quid apertius, quàm *adipiscendus*, hic futuri esse temporis; nec significare, quid fieri oporteret, sed quid fore speraretur? Aliâque ejus generis apud alios invenias. Quare non possum penitùs rejicere sententiam veterum Grammaticorum, qui hæc participia faciunt: uti & doctissimus Fabius, qui lib. IX, cap. III, *gerendum* disertim *participium* appellat.

* *Red. Coel. Grammatic. problem. cap. 43.*

CAPVT XII.

De participiis anomalorum, & defectiuorum. Ens quis veterum dixerit. Præsens *utrum* à præ sit, an præes. Vnde prius S in Absens. Fiens, aut fiendus, an dicatur. Iens. Phocas male ita dici negabat. Meminens. Ofus.

DE participiis verborum, quæ ἀνολόγως, atque integrè declinantur, hæctenus vidimus. Nunc accedamus ad ea, quæ veniunt ab anomalis & defectivis.

Ab *eram* Iulius Cæsar in libris de Analogia non incongruè protulit *ens*; ut Priscianus ait in duodevigesimo. Syllaba ultima, uti in aliis, mutatur in NS. Sed hoc si est, unde S in *præsens*, & *absens*? De prior ratio videtur esse in proclivi. Nempe ut constatum dicatur, non ex *præ*; sed ex *præs*, & *ens*. Nam ait Festus 7 *prædem* dici, quòd interrogatus à populo, num *præs* esset, responderet *præs*, supple *sum*. Itaque *præesse* antiquitus significabat præsentem esse, *παρῆναι*: quâ de re plurà Scaliger ad Festum. Vnde autem S in altero illo composito? An putandum, esse ex *Abs*, & *ens*? At hoc si foret, in secundâ, tertiâque, *abses*, & *absesit*, pro *abes*, & *abest*, diceretur. Quid si ergo potius statuamus, ab *esum*, (quomodo, Varrone teste †, antiqui pro *sum* efferebant) fuisse prius *esens*, atque ut κατὰ ἀφαιρέσιν pro *esum* dixere *sum*, ita

† lib. 2 de Analogia

ita ab *efens* fecisse *sens*; tandem etiam sibilum abjecisse; sed eum tamen remansisse in compositis, *præsens*, *absens*? Nunc quidem nihil verisimilius occurrit.

* apud
No. in
Facitur.
† lib. 6.
cap. 5.

Fio participio destituitur. Nam *fiens* non arbitror inveniri; *factus* verò est à *facior*; quo usus Nigidius Comm. xi x * : *Id quod est huiusmodi facitur. Fiendus quoque barbarum.* Nam apud Plinium lib. xxix (ut Saturnius † monuit) ex codice antiquo legi debet: *Quæ ut una cre-mari possit, minutim findenda est. non fienda.*

Sed unde *iens*? ab *ibam* esse non potest. nam ut à *serviebam*, *bam* in *ns* mutato, est *serviens*: sic ab *ibam*, converso *bam* in *ns*, foret *ms*. Imò unde ipsum *ibam*? Nam ne unica quidem hic litera est verbi principalis *Eo*. Quod si ἀναλογίαν spectemus, ut à *servio*, pro o recepto *bam*, vel *ebam*, dixere *scrubam*, & *serviebam*: ita ab *eo*, pro oposito *bam*, vel *ebam*, fuerit *ebam*, vel *eebam*. Mihi sic videtur, ut Græci ab *ἔω* fecere *εἶω*, inde *εἶμι*, ac futurum *εἶσομαι*, *ibo*: sic Latinos quoque formare imperfectum, ac participium, ab *eio*. Vnde ἀναλόγως est *eibam*, & per ἀφαιρεσιν *ibam*: porro ab *eibam* esset *eins*, pro quo κῆμελάθειν dictum *iens*, idque propterea, ut simile, non formatione quidem, sed exitu tamen, aliorum esset participiorum: qualia *faciens*, *veniens*, cæteraque id genus.

Verùm de *iens* repugnat nobis Phocas, qui id participium respuit. Adversus eum ad partes vocabimus optimum omnium patronum, Marcum dico Tullium: cujus est illud epist. ix, lib. iv ad Att. *Ante diem quartum Kalen. Majas, iens in Pompejanum, bene mane hæc scripsi.* Et lib. xvi, epist. primà: *Nonis Quintilibibus veni in Puteolanum. Postridie iens ad Brutum in Nesidem, hæc scripsi.* Interim in obliquis non dicimus *iensis*, *ienti*, sed *euntis*, *eunti*.

A defectivo *memini* dixere *meminens*: cujus caussa est, quòd *memini* non minùs præsens, quàm præteritum, signet: ut observat Priscianus in xi. Vbi & eo usum docet Livium in Erotopægniois, his verbis: *Meminens Varo corde volutat.* Vsi quoque Aufonius, & alii; ut supra ostendimus.

Ab odi dicitur, & *ofus*, & *ofurus*. Plautus Amphitr. act. i i i, sc. ii: *Inimicos semper ofa suam obtineret.*

‡ in Off.

Festus ‡: *Ofi sunt, ab Audio (ab Odio, rectè est in schedis Pomponii Læti) declinasse antiquos, restis est C. Gracchus in eà, quæ est de lege Minucia, cum ait: Mirum, siquid iis injuriæ sit? semper eos ofi sunt.* Quod nunc quoque cum præpositione elatum frequens est, cum dicitur *perosi*. Gellius lib. iv, cap. viii: *Ofusque eum morum causâ fuit.* Idem lib. i, cap. i i i: *Hæc, inquit, fini ames, tanquam forte fortuna ofurus.* Ab *ofus* remansit

mansit non modò *perosus*, sed etiam *exosus*; quod activè sumitur, cùm jungitur accusativo: passivè, cùm dativo; ut apud Gellium lib. II, cap. XVIII: *Dus exosus*.

CAPVT XIII.

De participiis, quæ orta ab impersonalibus, quadripartitò actum: puta de præsentibus in ns; futuris in rus; præteritis in tus, tus, xus; & futuris in dus. Pœniturum. Placendus. Multa participia præterita orti ab impersonalibus, quæ perperam venire credantur ab integris. Lævius corrigitur. Apulejus emendatus. Sol occasus. Sosipatri error. Properor. Regnor. Senecta membra, & ætas. Successa bona. Lambinus, & Stephanus, refutantur. Palmarius trifariam refellitur. Participia in dus ab impersonalibus progenita. Navis naviganda. Pereundus.

Veniamus ad participiorum illa, quæ ab impersonalibus gignuntur. Nam cùm & impersonalia sunt inter defectiva; proximus sanè hîc iis locus debetur.

Prima terminatio est præsentium in NS; ut *pœnitens*, quod crebrum: *pudens*, apud Horat. in Arte:

Cur nescire pudens, pravè, quàm discere, malo?

Ac similiter, *anmi pudentis signum*, apud Ter. Heaut. * *Nisi malis*, * *ad. i. se. i.*
ex participio in nomen degenerasse; ut *libens à liber*.

Altera terminatio est futurorum in RVS: ut apud Cic. lib. II ad Att. epist. I: *Nihilo magis ei liciturum esse plebeio, quam similibus ejus, me consule, patriciis esset licitum*. Plin. lib. xxxvi, cap. xv: *Cum pudeset vivos, tanquam pudeturum esset extinctos*. Fabius quoque, lib. ix, cap. III, indicat, Sallustium scripsisse, *pœniturum*, pro *pœnientiam acturum*. Analogia tamen requirat, *pœniturum*. Et suspicor ita scripsisse Sallustium, Fabiumque. De *præstat, constat, vacat, evenit, convenit, & similibus*, minùs mirum; quia propriè impersonalia non sunt, utcunque absolute interdum in tertia inveniuntur persona. Cujusmodi cum participium obtinent in RVS, etiam habent futurum in infinitivo. Terentius Hecyrà act. iv, sc. iv:

Nunc, cùm ejus alienum esse à me animum sentiam,

Nec conventurum inter nos posthac arburer;

Quamobrem reducam?

Præterita exeunt in TVM, SVM, vel XVM: atque alia quidem veniunt ab activæ, alia à passivæ vocis impersonalibus. Activæ, ut, est *miseritum*, vel *miserum, pertæsum, libitum, licitum*, & similia. Cicerò pro Sex. Roscio: *Id quod postea, si per vos, judices, licitum eris, aperietur.*

victur. Idem II de Legg. *Libitum est vobis, me ad hoc impellere.* Virgilius *Æneidos IV* :

Si non pertæsum thalami, tædæque, fuisset.

Et v :

Huic irade, amissis superant qui navibus, & quos

Pertæsum magni incepti serumque inarum est.

* apud Gell.
lib. 9, c. 13.

Claudius Quadrigarius annali primo * : *Id subito perditum est cui-*
dam T. Manlio. Statius lib. VII Thebaidos :

Nec pigitum parvosque lares, humilisque subire.

Appulejus in Apolog. *Nonne vos pudicum est, hæc crimina tali viro*
objectare ?

Imprimis verò hujusmodi præterita veniunt ab impersonalibus passivæ vocis. Ut à *pugnatur*, *pugnatum est* ; à *curritur*, *cursum est* ; & similia. Quædam & à deponentibus ; ut, *veritum est*. Cic. lib. II de Fin. *Primum Aristippi, Cyrenaicorumque omnium ; quos non est veritum in ea voluptate, quæ maximâ dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere.*

Superfunt participia impersonalium, in DVS terminata : quæ similiter vel sunt à voce activa, vel passiva. Ab activâ, ut à *puget*, *pu-*
gendus ; à *piget*, *pigendus*. Cic. de Clar. Orat. *Induci ad pudendum, ad*
pigendum. Ovid. epist. Didûs ad *Æn.*

— *Nullâ parte pigendus erit.*

Et quid mirum, sic dici, cum & *pudicum*, & *pigitum*, dicatur ? Similiter à *placet* est *placius*, & *placendus*. Plautus Trinummo act. V, sc. II :

Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.

Porrò longè plurima sunt participia vocis passivæ, quæ vulgo quidem creduntur à verbis integris descendere, cum revera oriuntur ab impersonalibus. Participia ejusmodi partim in TVS desinunt, partim in DVS. Illorum in TVS alia veniunt ab impersonalibus usitatis, alia inusitatis. Prioris generis sunt *cessatus*, *erratus*, *conspiratus*. Quæ non possunt esse ab integris verbis. Nec enim dicitur, *cessor*, *error*, *conspiror*. Sed in usu sunt, *cessatur*, *erratur*, *conspiratur* : unde participia, *cessatus*, *erratus*, *conspiratus* ; indeque præteritorum circumlocutio, *cessatum est*, *erratum fuit*, *conspiratum fuerat*. At *obsolescitur* non est in usu : unde tamen participium *obsolescens*. Nec ab *occido*, mediâ correptâ, dicimus *occiditur* : attamen hinc, *occasus*. Vtriusque generis participiorum in TVS, vel SVS, pluscula congeffi, juxta feriem literarum.

Adultus. Ut *virgo adulta*, quæ adolevit, apud Tullium in Clar. Orat. & ibidem, *Iam adultis Athenis*. Petronius : — *Non Solis adulti*

Manfuescitur radius, non verni temporis aurâ.

Vbi *adulti* rectè interpretantur *meridiani* : quomodo & Sidonius loquitur lib. IV, ep. VIII.

Ante-

Antecessus. Vt apud Senecam epist. cxix : *Bene credi tibi scio : itaque in antecessum dubo.* Et epist. vii : *In antecessum accipe.* Ac fortasse apud Petronium : *Vbi antecessa latrocinia didicisti? Quomodo legendum* Scoppius in Verisimilibus docet.

Cessatus. Ovid. iv Fast.

*Largaque provēnt cessatis messis in arvis ,
Et vix congestas area cepit opes.*

Etiā apud Vegetium lib. i artis Veterinariæ cap. xxiii sic est in MSSis : *Cum niger , vel corruptus humor cessatus est , & cæperit rubicundior emanare , vel purior.* Vbi pro *cessatus est*, repositum est *egeretur*, in editio-
ne Basileensi Ioannis Fabri anni c15 15 xxviii.

Concretus. Cic. iii de Nat. Deor. *Corpus concretum ex elementis.* Gell. lib. xii , cap. i : *Cujus ex sanguine concretus homo & coalitus sit.*
πρωτόμυθ.

Conspiratus. Suet. in Iul. cap. lxxxii : *Affidentem conspirati specie officii circumspeterunt.*

Decretus, ut *concretus*. Livius , prout vulgò apud Priscianum vocatur , vel potius Lævius , ut est in MSo nostro , lib. iii Erotopægnion : *Noite de que decretum , & auctum.* Quomodo nec idem refugillet , *Luna decretà* : vel , *ostreis decretis.*

Decessus, ὁ ἀναρχησις. Ita apud Priscianum Cæcilius , ut est in vet. libb. sive potius Cælius , in iv Histor. *Custodibus discessis , multi interficiuntur.*

Decursus. Lucretius lib. iii :

— *Decurso limine vitæ.*

Solinus cap. xlvi : *Tenuatur , cum , iam Leone decurso , ad extrema Virginis curricula facit transitum.*

Defectus. M. Seneca Suasoria pro Cicerone : *Quippe non satiarus modo (Antonius) cadendis civibus , sed defectus quoque.* Quintilianus lib. iii , cap. viii : *Aquâ , ciboque defecti.* Seneca Hippolyto act. ii :

— *Vidit incerto pede*

Iam viribus defecta.

Deflagratus. Ennius apud Cic. iii Tuscul.

Fana flammâ deflagrata : rosti alii stant parietes.

Emeritus. Vt , *Emeritus miles* , apud Lucanum in primo. *Emeritam puppim.* Martiali lib. x , ep. lxxxv , hoc est , jam carie ac vetustate fatiscentem.

Emersus. Cic. in Vatin. *E caeno emersus.*

Erratus. Vt apud Maronem Ecl. i , *Pererratis finibus* : iii Æn. *Errata litora.* Vbi Servius , *Participium s. ne verbo.* Ovid. iii Fast.

Protinus erratis lati vescuntur in agris.

Evasus. Liv. lib. xxii : *Exercitum casum, evasumque se esse.*

Excretus. Virgil. iii Georg.

— *Excretos prohibent à matribus hædos.*

Exoletus. Liv. lib. xxvii : *Exoleta annalium vetustate exempla.*

Festinatus. Vt, *Mors festinata*, apud Tacitum in vita Agricola: *Festinatæ honoribus*, apud Plin. in Panegyri. *Maturitatem festinatam*, Quintiliano in præmio lib. vi.

* apud Prisc. *Interitus*, ἀναρπεθείς. *Claudius Quadrigarius* * : *Pugnâ acriter commissâ, multis utrimque interitis.*

Inveteratus. Vt *inveterata querela*, Ciceroni in Lælio.

Inratus passive. Ovid. epist. Phyllidis :

At tu lentus abes ; nec te jurata reducunt

Numina : nec nostro motus amore redis.

Laboratus. Maro ii Æn.

Arte laborata vestes.

Nuptus : ut passim *nova nupta* : & apud Plautum Casin. *Novus nuptus.*

Obitus. Livius, sive potius Lævius (prout in chirographis nostris est) in Protefilao † : *Cupidius miserulo obito.* Sive potius,

Cupidius obito miserulo.

† apud Priscianum lib. 9.

Vt sit jambicus dimeter. *Quales iudem ex Laodamia Livii, vel potius Lævii, adducta † :*

* à Prisciano no lib. 10.

— *Aut*

Nunc quæpiam alia te Illo,

Asiatico ornatu affluens,

Aut Sardiano ac Lydio

Fulgens decore, & gloriâ,

Pellucuit.

Sic in numeros redigendi hi versus, *Illo* etiam rescripto, pro *illo* : ut optimè vidit maximus, nec sine laude nominandus, Hugo Grotius. Cæterum participium *obitus*, crebrum imprimis, cum *morte obitâ* dicitur. Vt apud Lucretium gemino in loco * :

* lib. i. vers. 135. & lib. 4. vers. 735.

Morte obitâ quorum tellus amplectitur ossa.

Item Maronem in x :

Morte obitâ quales fama est volitare figuras.

Imò Cicero ipse pro Sextio : *Quos à majoribus nostris morte obitâ posteros in illo loco videtis.* Est & Appuleji de Mundo : *Dius sacrificatur, genius ministratur, obitus libatione perfundatur.* In vulgatis est, *aliis libatione p.* sed corruptè. proximè ad veram lectionem accedit MS. ubi est *obitus libatione p.* Vnde *obitus* restituendum : quomodo idem eopse libro dixit : *Sors nascentium, obitorum loco pullulat.* Vbi Aristoteles, vel alius, quem

Appu-

Appulejus vertit : *αἰ μὲν ἡμέρας ἐπαναστάσεις τὰς φρεγῆς* : sive potius , prout Stobæus citat , *ἀνασηκῶσι τὰς φρεγῆς* , quod est , *compensat obitus* .

Obsoletus . Vt *obsoletum amiculum* , apud Curtium lib. vi . Sic autem vocatur , quo quis ab longo tempore uti solet . Vt hoc quoque ostendat , potius esse à *soleo* , quam ab *oleo* : de quo supra * diximus . Nempe * *lib. 3 de analogia cap. 23.*
ut à *solere* est *insoleo* , & *insolesco* : ita ab *exoleo* , *exolesco* , unde *exoletus* .

Occasus , ὁ δύνους . Leges xii Tabb . *Sol occasus suprema tempestas esto* . Etsi pro eo *Solis occasu* legere sit lib. vi Varronis , etiam in editione Rom. Antonii Augustini . Plautus Epid. act. ii , sc. i : *Ante solem occasum* . Claudius Quadrigarius in primo Annali † : *Sole occaso* . Lu- † *apud Gell.*
cilius in secundo :

— *Quæ horis sublata duabus*

Omnia sunt Sole occaso, diciturque.

Quem verum ita Franciscus Duza non incommodè supplebat ,

— *Sole occaso, obdueloque tenebris.*

Satis verò mirari nequeo , quid in mentem venerit doctissimo Sospitro , ut libro iii scriberet : *Quaedam nomina manent ; ut, Occasus Solis* . Nam dici non potest , *Sol occasus* , δύνους ὁ ἡλιος . Quanto aliter Gellius lib. xvii , cap. ii . *SOLE* , inquit , *OCCASO* , non insuavi venustate est ; si quis aurem habeat non sordidam , nec proculcatam . Nec tamen iis accedo , qui existimant , familia esse , *sol occasus* , & *sol meridies* . Nam *occasus* est adjectivum , ὁ δύνους , qui occidit : quasi dicas , *sol decursus* : ut simile sit ac *sol exortus* , vel *sol adules* , pro meridiano , apud Petronium . Plinius tamen , Gelliusque † , nec refugisse dicuntur * , *Sol meridies* : † *lib. 3, c. 2.*
indèque colligunt , non solum dici posse , à *sole occaso* ; verum etiam à *sole occasu* . Sed de eo alibi dicemus . Nunc hoc agamus , hoc est , de solis Participiis videamus . * *Lps lib. 2. Et c. cap 3.*

Potus & activum , & passivum est . Verum *appotus* semper activè , vel neutraliter ; *epotus* semper passivè accipitur .

Properatus . Vt *stylus properatus* , apud Quinctilianum lib. x , cap. iiii . At de isto quid mirum ? quando & Plinius in Panegyrico ait : *Hinc porticus, hinc delubra, oculi à celeritate properantur* .

Redundatus . Ovid. iii Trist. el. x :

Sive redundatas flumine cogit aquas.

Et vi Fast.

Amne redundatis fossa madebit aquis. hoc est , refusus .

Regnatus quoque huc refertur , propter Maronis illud vi Æn .

— *Regnata per arva*

Saturno quondam — .

Cui geminum , *regnata terra* , apud Ovid. lib. iv Ponticorum , eleg. xv .

Nec mirandum, cùm & *regnatur* dicatur. Tacitus lib. I Histor. *Necque enim hic, ut in cæteris gentibus, quæ regnauer, certa dominorum domus.*

Requies. Columella lib. II, cap. IX : *Vicibus annorum requies: in volunt aru mo.* Seneca de Tranquill. cap. XV : *Danda est remissio animis: meliores, acrioresque, requieti surgent.*

Senectus, ò *meoio* a, à *seno*; quo usus Catullus, carm. in phaselum. Sallust. in IV Histor. *Omnes, quibus senecto corpore animus militaris era.* Sic *senecta membra*, apud Lucretium lib. III; & *senecta ætas*, lib. V, & Plaut. Amphitr. act. IV, sc. II.

Status, ut *stato tempore* apud Plin. lib. IX, cap. XXXII.

Successus. Cicero filius lib. XVI, epist. XXI, ad Tir. *Nam cùm omnia meâ causâ velles mihi successa, tum etiam tuâ.* More suo facit Lambinus, cùm præterit verba isthæc, *mibi successa*: quæ meritò retinuit Manutius. Improvidè quoque hæc verba in Pseudocicerone * suo damnat Henricus Stephanus; ubi ita scribit: *Ne Latinum quidem esse crediderim sermonem, si hæc addantur.* Quippe ita quoque locutus, sive Plautus, sive incertus, sed antiquus auctor prologi, qui præmittitur Plauti Pseudolo. Ejus est: *Hos fugiastus, Quirues, successis bonis.*

Titubans. Maro VI Æn.

— *Vestigia presso*

Hanc tenuis titubata solo.

Triumphatus, ut apud Mar. *triumphatae † gentes*, & *triumphata † Cærinthus*. Taciti quoque est, *Triumphatae magis, quam victi Germani.*

Vigilatus. Ovid. I de Arte:

Attenuant juvenum vigilare corpora noctes.

Eodemque à fonte & alterum participium. Quintilianus lib. XI, cap. III: *Et vigilande noctes, & fuligo lucubratorum bibenda.*

Par ratio compositi *evigilo*. Cicero ad Att. lib. IX, epist. XIV: *At quam honesta, at quam expedita tua consilia! quam evigilata tuis cogitationibus, quæ itineris, quæ navigationis! Sive, ut Lambinus mavult, Quam evigilate tuæ cogitationes!* Sed prius est in omnibus MSSis.

Miretur fortasse aliquis, à nobis præteritum esse *adventus*, pro eo, qui advenit: quomodo usi Terentius, & Sallustius; si fides Palmerio in Spicilegiis †. Cujus iccirco sententiam nunc paullo accuratius examinabimus. Ac geminum quidem Terentii locum adducit. Prior est Andr. act. V, sc. II:

Ego commodiorem hominem adventum ad tempus non vidi.

Sed præverbum *ad* abest ab optimis MSSis, ut Rivius quoque testis. Nec in meis chirographis, uno excepto, reperio. Eoque omnino sic legi ac distingui oportet:

* pag. 213.

† 3 Georg.
† 6 Æn.

† Tom 4 facis Critica.
pag. 652.

Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.

Quin & legit ita jam olim Donatus, ut hæc ejus verba ostendunt :
*Potest & commodus esse quis, & alieno tempore supervenire potest. Et commo-
 ditas in homine est : sed & opportunus malum etiam adventum habere potest.*
Nam commodum in homine est ; adventus in facto est ; tempus in opportunitate
facti. Commodiorem hominem, adventum, tempus, αὐδύψις. Alter Comici
 locus est Phorm. act. I, sc. III :

Adeon' rem rediisse, ut qui mihi consultum optumè velit esse,

Phadria, parem ne eximecam, ubi in mentem ejus adventi venis ?

Vbi ejus adventi interpretatur, patris qui advenit. Sed adventi est
 substantivum ; poniturque more antiquo, pro *adventus*. Imò in pleris-
 que libb. *adventus* legitur. Sed rectum esse *adveni*, fidem fecerit vetus
 interpres, his verbis : *Sic veteres genitivo casu proferebant.* Et post pau-
 ca : *Multiplicit. r. declinatur, & adveni, & adventus. Sic & in Andria ** : * *act. 2. sc. 2.*
Nihil ornati, & tumulti. Credo, notationem unam esse ab Helenio
 Acrone, (quem in Terentium esse commentatum, Charisius nobis
 testis) alteram ab Dopato. Nihil enim attinebat bis idem dici. Atque
 alibi quoque hoc fieri observo : ut commentarius ille non solius sit
 Donati, sed ex eo, & alio interprete, confarcinatus. Interea hæc
 ostendunt, *adveni* non participium esse, sed nomen.

Præterea à Palmerio adfertur Sallustii locus in Iugurthinâ, ubi ser-
 mo de Capsâ, Marii infidiis interceptâ : *Dein tertia multò ante lucem ad-
 ventam pervenit in locum tumultuosum ab Capsâ non amplius duum milium in-
 tervallo.* Sic enim existimat Sallustium scripsisse, contra omnium, &
 MSSorum, & excusorum fidem : atque id censet levissimo impulsus
 argumento. Nempe non alio, quàm quia in Coloniensi simpliciter
 esset, *ante lucem* ; in aliis, *ante lucem advenientem*. Nos verò in nostris
 MSSis reperimus, *multò ante lucis adventum*. Ac sic quoque editiones
 veteres †, & recentes, ex MSSorum fide doctissimorum hominum
 industriâ recensitæ : ut, quin eâ germana sit scriptura, minimè de-
 beat dubitari.

† in his Me-
 diolanensis
 anni 1508,
 à Pomponio
 Læto, & Hy-
 acinto Ar-
 pinate casti-
 gata.

Quemadmodum autem ab impersonalibus in TVR multa veniunt
 participia in TVS, vel SVS, quæ ab integris neutris vel absolutis
 proficisci existimantur : ita quoque non à verbis integris, uti traditur
 vulgò, sed ab impersonalibus vocis passivæ, descendunt participia
 compluria in DVS. Nec enim dicitur *juror*, vel *vigilor*, vel *audcor* : sed
 in usu sunt impersonalia, *juratur*, *vigilatur*, *audetur* : unde ut præterita
juratus, *vigilatus*, *ausus* ; sic futura, *jurandus*, *vigilandus*, *audendus*. Ho-
 rat. ad Augustum lib. II epist.

Jurandaque tuum per nomen ponimus aras.

Vir-

Virgil. vi Æn.

— *Si unquam regnandam acceperit Albam.*

Tibullus lib. i, eleg. ii :

— *Cum fletu nox vigilanda venit.*

Livius de Annibale : *Nullâ re , quæ agenda audend. ique magno futuro duci esset , prætermissa.* Similiaque Catullo , nox dormienda : Ovidio , *vir*

* *Annal.* *carendis , pœna dolenda.* Persio , *olla coenanda* : Tacito * : *exerndi ordms*

† *lib. 2. c. 12.* *jus* : ubi perperam aliqui , *exuendi* : Gellio † , *ad disinendam seditionem.*

Item *horrendus , pavendus , tremendus , erubescendus.* & alia ejus monetæ.

Apud Iuriconsultos quoque à *navigatur , navigandus* dixit Vlpianus.

Vt , *Qui navis navigandæ causâ in nave sunt.* L. i. § i. D. de exercito-

ria : & L. i §. 2. D. nautæ , cauponæ. Fortassè & quemadmodum ab

itur est evadens , ita à *peritur* est *pereundus*. Plautus Epid. act. i, sc. i :

— *Puppis*

Pereunda est probe.

Vt vulgati habent codices. Sed valde ed inclinatus animus , ut iis assentiam , qui corrigunt : *Pupis* , hoc est , pueris , sive servulis , *pereundum est probe* : quasi dicas , de tergo eorum actum esse.

C A P V T XIV.

Participia in NS usurpata in significatione temporis præteritii. Vetus Novi fœderis interpretis ab Humfredi , atque aliorum reprehensione vindicatus. Eadem participia in NS sumta in significatione præsentis passivi. Diomedis locus emendatus. Participia in TVS , SVS , aut XVS , in eadem passivi præsentis significatione. Nomi error super voce Torti. Item participia in DVS simulter accepta. Ennii locus apud Varronem correctus. Sciligeri emendatio improbata. Participia in DVS sæpius significare officium. Esse nihilominus ea participia potius , quam nomina , contra Saturnium , atque alios , ostensum.

EX iis , quæ hæcenus diximus , cognoscere fuit , & activæ verborum formæ , & passivæ , duplex plurimum esse participium : activæ quidem præsens in NS , & futurum in RVS : passivæ , præteritum in TVS , SVS , XVS , & futurum in DVS. At constat , Græcos aliud præterea tempus habere in participiis , & activis , & passivis. In activis quidem præteritum , ut *πελευσας* : in passivis autem præsens , ut *πυλόμενος*. Hinc quæstio exsurgit , quomodo Latini efferrerant hæc Græcorum participia. Communis ita fert opinio , tum præterita in voce activâ , tum præsentia in voce passivâ , Latine non nisi *πελευσάντος* exprimi posse. At fecus se res habent : quia Latini , quod

linguæ

linguæ Latinæ egestati hæc in parte succurrerent, sæpius & participiis in NS, præteriti; & participiis in DVS, præsentis donant significationem. Ac illa quidem in NS, non semper præsentis, sed præteriti quoque temporis significationem habere; multa multorum loca evincunt. Ita nusquam non verus Novi fœderis interpretes vertit participium perfecti temporis per præsens. Plufcula ejus generis adducit doctissimus Gaspar Sanctius comm. in Act. Apost. cap. 1, vers. 2. Quibus præteritis, unum ex Euangelio Lucæ adferam. Lucæ cap. primo dicitur de Zachariâ: *Postulans pugillarem scripsit*. At fieri non poterat, ut scriberet, cum postularet. Sed *postulans* dixit, pro, *cum postulasset*. In Græco est, *Και αιτιώς πινυδιον ἔγραψε*. Scio, à Laurentio Humfredo*, aliisque plurimis doctissimis viris; reprehendi hoc nomine interpretem. Sed ignorasse hi videntur, frequentari id ipsum loquendi genus, non dico ab aliis quoque scriptoribus Ecclesiasticis, (nam hos non immerito censent potius habendos bene vivendi, quam loquendi, magistros) sed optimis illis, ac classicis linguæ Latinæ autoribus. Ita ait Plautus Amphitr. †

*Abscede, moneo, molestus ne sis, dum Amphitryo
Cum uxore, modò ex hostibus advemens, volupratem capit.*

Advemens, id est, postquam advênit. Similiter Terentius Phormione †:

— *Offendi advemens,*

Quocum volebam, atque ut volebam, collocaram filiam.

Cicero pro Ligario: *A quo hoc ipso C. Pansa mihi nuncium perferente, concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putavi.* hoc est, cum nuncium pertulisset. Val. Maximus lib. v, cap. 11: *C. quidem Marii, non solum præcipuus, sed etiam præpotens gratæ mentis fuit impetus. Duas etiam Camerentium cohortes, mirâ virtute vim Cimbrorum sustinentes, in ipsâ acie, adversus condutionem fœderis, civitate donavit.* id est, quæ sustinuerunt. Columella lib. v, cap. 1: *Neque inficior, aliqua me præterisse, quamvis inquirentem sedulo, quæ nostri sæculi cultores, quæque veteres literarum monumentis prodiderunt.* hoc est, quamvis inquisivissem. Plinius lib. VIII, cap. LII: *Tunc apri inter se amicant, indurantes atritu arborum costas.* hoc est, ubi prius induraverunt costas. Martialis lib. x, epig. LXXII:

Vilior hæc nobis, alio mittente, fuisset.

Plura qui desiderat, adeat Augustinum Saturnium lib. VI Mercurii Majoris, cap. XI.

Vidimus, quomodo in activâ voce, citra circumlocutionem, exprimi queant præterita, cum finita, tum ἀόριστα*. Porro ostendam, in voce passivâ præsens, quo ea vox destitui videtur, trifariam posse per sim-

g g

plex

* lib. de ratione interpretando.

† act. 4. sc. Quæ ad j. res est.

† act. 5. sc. 1.

plex participium significari. Ac primò per participium in NS. Diomedes lib. I : *Participia in passivis præsens temporis non sunt. Abiunxit autem veteres activo pro passivo : veluti , Genibusque * volutans Hærebam.* Deest Se, ut sit *volutans se.* κολιόμην. Item, *Præcipitans † traxi mecum,* deest Se, ut sit, *Præcipitans se.* καὶ ἄκρημιζόμην. Sed locus hic Diomedis planè est corruptus. Legendum puto : *Præcipitans traxi mecum, deest Me, ut sit, Præcipitans me.* Imposuit oscitanti librario, quòd Diomedes, in *Volutans*, dixerat subintelligi *Se* ; unde in cæteris parem esse rationem credidit. Alius existimet rescribendum, *Præcipitans traxit omnia.* Deest se, ut sit, *præcipitans se.* Quomodo legitur apud Charisium lib. III, cap. de Confusis, quem Diomedes excipit. Sed omnino potius Charisius ex Diomede emendandus. Nec enim verisimile est, alterutrum Grammaticum immutasse verba Maronis in VI ; ubi sic loquitur Palinurus, uti adducit Diomedes.

Alter modus est, cùm participium in TVS, SVS, aut XVS, induit significationem temporis præsentis. Ut apud interpretem divini scriptoris ad Hebræos cap. I : *Omnes sunt administratorii spiritus ad ministerium missi.* Græcè est, *ἀποστέλλόμενοι*, id est, qui mittuntur. Interdum hoc à classicis quoque fieri, ostendit Plinii illud lib. II, cap. CIII : *In Salentino, juxta oppidum Manduriam, lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur.* hoc est, neque, si exhauriantur aquæ, minuitur ; neque, si infundantur, augetur. Et hoc Maronis primo Georg.

*Quam quibus in patriam ventosa per equora veltis
Ponnis, & ostriferi fauces tenentur Abydi.*

Veltis dixit de iis, qui vehuntur, Græcè *ὄχουμένοις*. Plura hujusmodi adfert Saturnius libri ejusdem cap. XIII. Quibus non possum, quin addam illud Pacuvii in Duloreste :

*Nam se tenebricâ sepe lacerabo fame
Clausum, & fatigans artus torto distraham.*

Quippe sententia est, *distraham artus tibi, dum torqueris.* Ut omnino falsus sit Nonius Marcellus, & quos ille lexicographos in errorem induxit, quando hinc colligunt, *torrium* antiquè accipi pro *tormento* : quod solidiori sanè argumento adstruere eos oportebat.

At multò etiam magis id, quod diximus, præstant, (qui tertius modus est) participia in DVS : ut jam nec pueris ignotum esse debet ex illo Tulliano, in ipso penè ingressu primi de Officiis : *Orationem Latinam legendis nostris efficias pleniorum.* hoc est, legens nostra. Et hoc ejusdem lib. I de Oratore : *Exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quam plurimis, & nostris scriptis, & alienis.* Quasi diceret, Exercere debemus

bemus memoriam ediscetes. Etiam indicium facit vox *volvenda*; quæ crebrò ita accipitur. Maro Æneidos 1 :

Triginta magnos volvendis mensibus orbes.

Et lib. IX :

Turpe, quod optanti Divum promittere nemo

Auderet, volvenda dies en attulit ultro.

Id est, dies quæ volvitur.

Sed & Ennius apud Varronem lib. VI dixit :

Clamor (f. clamos) *ad cælum volvendum per æthera vagit.*

Ita habet & antiqua Mediolanensis anni 119 10. Vellem autem vir illustis eum locum non sollicitasset. Nunc corrigit :

Clamor it ad cælum, volitatque per æthera vagor.

Sanè *volvendus* eo, quo dixi, modo usurpat quoque Lucretius : ut lib. V, *volvenda ætas* : & lib. VI, *glans volvenda*. hoc est, quæ volvitur. Respondet Alvarus, hujusmodi locis, *volvenda* figuratè poni, pro *volubilis*. Quomodo nempe *pudenda* usitatum, pro *pudibilia*; ut loqui ma- luit Lampridius in Heliogabalo : *Ad honores*, inquit, *reliquos promovie commendatos sibi pudibilibus enormitate membrorum*. His ita occurrimus. *Pudendum* propriè est, cujus pudebit, vel jam pudet. Sed quod ejus- modi est, id turpe, pudorèque dignum, sive, ut Lampridium loqui dicebamus, *pudibile* est. *Volvendus* propriè, qui volveretur, vel volvitur. Sed quæ volvuntur, ea volubilia esse necesse est. Quid igitur impediisset, quo minùs promiscuè hæc usurpentur? Verùm non si loco illorum in DVS nominibus uti possumus, eo illa nunquam fuerint participia, vel esse jam desierint. Nam hodièque iis, nunc futuri, nunc præsentis significatio inest. Quid enim illustrius illo Livii lib. I : *Que ante conditam, condendamve urbem, poetis magis decora fabulis, quam in- corruptis rerum gestarum monumentis, traduntur, ea nec affirmare, nec refellere, in animo est*. Nam sententia hujus loci est, antequam urbs aut condita esset, aut jam conderetur. Vide quæ hoc de Livii loco scripsit P. Nan- nius lib. quinto Συμμικτ. cap. II. Par ratio in voce *jurisjurandi*. Quamquam non ignoro, *jurisjurandum*, ut & *volvenda*, prius fuisse futu- ra; quod etiam monuit Iul. Scaliger de caussis L. L. cap. CXLIII; & ex iis satis liquet, quæ de propria participiorum in DVS signi- ficatione superiùs dicebamus.

Participia hujusmodi in NDVS, quando veniunt à verbis tertie aut quartæ, olim pro E habuere V. Tale est, *prologis scribendis*, apud Ter. And. *præda dividenda* apud Cat. teste Gellio, *reddenda* apud Lucret. Ac sic loquitur etiam Cicero. Ut pro Cæcina : *Cum ad vim faciendam veniretur*. Et Verr. VII : *Quid censetis in hoc sedere faciundo vo-*

uisse Mamertinos impendere laboris? Ac observatum Hotomanno, similiter esse in vet. libb. Verr. v: Ornatores, tuo iudicio, ad testimonia dicenda venerunt. Et ibidem: Ob jus dicendum. Item in III: Iuriscandi. Est & Velleji Paterculi lib. II: III viros agris dividendis. Similiâque, rei gerundæ causâ, regundorum finium, herciscunda familia, aliâque in vet. incrypt. Participiorum naturam gerundia sequuntur. Ut Verr. v: Emundi duo sunt genera. Vifundi apud Sallust. in Jug. & sexcenta huiusmodi: quibus, ut notissimis, quid insistant?

C A P V T X V.

Participia nec compositione, nec comparatione, nomina fieri, docetur. Etiam participia passiva fieri nomina, contra Cæsarem Scaligerum ostenditur.

EXtremo illud loco considerandum, cujus debeat fieri, quod non parvo consensu à vulgo traditur Grammaticorum, participia vel compositione, vel comparatione, fieri nomina. Mihi longè aliud videtur. Nam compositione ea non mutare naturam, indicat hoc Terentii Andr. act. III, sc. IV:

Feci hodie, ut fierent, insperante hoc atque invito Pamphilo.

Si enim participium sit, *me sperante*; utique erit &, *me nensiquam sperante*: si hoc, sanè & istoc, *me insperante*. Quippe ubi eadem sit significatio. Par ratio in isto Tullii Ciceronis ad Tironem lib. XVI, ep. XXI: *Hac introductâ consuetudine, inscientibus nobis, & cenantibus, obrepit. Quemadmodum enim, cum dico, me gnaro, me ignaro, gnarus, & ignarus, ad eandem vocum classem pertinent: itidem cum ajo, me sciens, & insciens; sciens, & insciens, eiusdem fuerint classis.*

Par ratio in præteritis. Horatius lib. III Carm. od. XXV:

Dicam insigne, recens, adhuc

Indictum ore alio.

Cato apud Agellium lib. XIII, cap. XXIII: *Decem hominibus vitam eripis indictâ causâ, injudicatis, indemnatis.* Addit Saturnius, ex eisdem Agellii lib. IX, cap. X: *Annæus Cornutus, homo sanè pleraque alia non indoctus, neque imprudens. Sed indoctus non notat tempus: eoque participium esse nequit. Neque obstat, quod accusativum habet annexum. Nam id fit, Græcorum more, per ἀελαψα Grammaticam: de quâ suo loco dicemus.*

Nihilo magis Comparatio mutat participiorum naturam: quamquam id à Prisciano quoque traditum est in XVII. Ut *occlusissimus*, apud Plautum Curculione *: ubi perperam aliqui libri, *oculissimus*. Similèque *exclusissimus*, Menæchmis †: & apud Petronium. *Cognitior*, apud

* aB. I.
sc. I.
† aB. 4.
sc. 3.

apud Nafonem IV Trist. eleg. VI *. Cognitissimus apud Catullum * var. edmi. cl. 5.
 ep. IV. Apud Cic. quoque II de Orat. est *peruagatior* : in Oratore
 item *peruagatissimus*. Apud Ciceronem quoque pro Cæcina, *armatissi-*
mus : & alibi, *expectatior, expectatissimus* ; *optatior, optatissimus* ; *intrica-*
tior, intricatissimus ; *confusior, confusissimus* : item *sectior, spoliator* ; *meri-*
tissimus, persuasissimus ; & similia, quamdiu tempus adsignificant. Ita
 Ciceronis est ad Cornificium lib. XII, epist. XXVI : *Cæterisque omnibus*
rebus habeas eos à me commendatissimos : quo loco aduersus recentiores
 pro veteribus pugnat Iul. Scaliger lib. IV de causis L. L. cap. CI. Et
 alios duos addam locos. Eiusdem Ciceronis est in Pison. *Tu abundan-*
tior consilio, ingenio, sapientiâ. Et lib. I, epist. ult. ad Quint. fratrem :
Sic enim habeo, nunquam me à causis, & iudiciis, districtiorem fuisse. Nam
 hæc participia esse, ostendit, quòd tempus adsignificant, nec constru-
 ctionem verbi mutant. Non quidem nego, ferè usu venire, ut quæ
 comparantur, eæve constantur compositione, quam verbum non agno-
 scit, (quomodo *indoctus* dicitur, *indoctor* non dicitur) sæpius multò esse
 nomina, quàm participia : verùm id neutiquam fit ob compositionem,
 vel comparisonem ; quemadmodum ex iis, quos adduxi, locis videre
 fuit : sed quòd tempus amiserint, aut verbi constructionem. Interim
 est, ubi nec Iulio Scaligero adsentiri possim. Quemadmodum, cùm,
 ut *commendatissimus*, similiaque, nunquam nomina esse comprobet *, * lib. 4.
 negat participia omnia in nomina posse transire. Nam si, inquit, *cap. 101.*
 participia passiva semper passionem significant sub tempore, *quomodo no-*
minum naturam adsciscant ? Atqui hæc quoque temporis amissione fieri
 nomina, vel indicio sit vox *doctus*. Nam *vir bene doctus*, idem est, quod
 summâ doctrinâ præditus, aut vir magnæ eruditionis. Quod si hæc
 non significant tempus, utique nec *doctus* semper significabit.

CAPVT XVI.

Quo ordine debeant collocari quatuor postremæ vocum classes. Adverbio un-
de nomen impositum. Defenditur ea appellatio aduersus Cæsarem Scalige-
rum. Vera adverbii ἰσχυραφῆ. Veterum item definitiones recensentur, &
consentur.

EXposuimus eas partes, quæ variantur per casus, numeros, modos,
 aut personas. Sequuntur, quæ mutationem istiusmodi ignorant :
 ut sunt adverbium, præpositio, conjunctio, & interjectio. Vnde li-
 quet, haut rectè de participio inter adverbium & conjunctionem tra-
 ctari à Donato, Aspero Iuniore, Servio, Sergio, & Cledonio. Acce-
 dat illa ratio, quòd ut nomen & verbum, ita participium determinetur

adverbio. Nam ut *bene doctus*, & *bene dicere*; ita & *bene differens* dicimus. Quare ut nomen & verbum, ita participium præponi debet adverbio, tanquam determinatum determinanti. Nec de pronomine scrupulus injici debet. Nam causæ nihil video, cur non illud etiam adverbio determinetur. Vt enim dixerō, *prorsus amicus*, sic *prorsus meus*: ut *propemodum liber*, sic *propemodum suus*: ut *magis Romanus*, aut *Græcus*, sic *magis nostras*: atque ita in aliis. Et quid mirum, cùm pronomen ponatur pro nomine?

Quam seriem servare in his classibus oporteat, minimè convenit. Diomedem hoc ordine tractantur: adverbium, præpositio, conjunctio, interjectio. Prisciano autem istoc: præpositio, adverbium, interjectio, conjunctio. Atque is sequi se ait ordinem Apollonii, Græcorum doctissimi. Aliis illo ordine: adverbium, conjunctio, præpositio, interjectio. Ita Valerius Probus, Charisius, Donatus, Asper Junior, Servius, Sergius, Cleonius. Nos Diomedem sequimur. Sed Cæsar Scaliger cenet, præpositionem adverbio præmitti oportere, eo quod adverbium sit minùs necessarium in oratione. At si ratio ea idonea sit, etiam præpositionem sequetur pronomen. Nec propterea de ordine dissentio à Prisciano, sed aliud me movet. Videlicet, quod ut se habet verbum ad nomen, sic adverbium ad præpositionem. At nomen est natura prius verbo. Præpositio igitur præit, quia jungitur nomini: ut adverbium præcipuè verbo, ut ipsum nomen indicat. Nec rectè præpositionem conjunctioni postponunt; cùm hæc sententias jungat; illa etiam simplici voce sit contenta, ut munus compleat. Atqui simplicia sunt priora compositis. Interjectio ultimum sortita est locum, non quia imperfectior aliis (nam per se complet sententiam) sed quia ferè continet sonum rudem atque inconditum, quem homines edunt, quando affectu aliquo moventur.

De causâ nominis sic Apollonius Dyscolus lib. I Syntaxeos: *Ἐπιρρήματα μᾶλλον ὀπὸ τῆ σωλῳξίως τῶ ὀνομασίαν ἔλαβεν, ἤπερ ὀπὸ τῆ δηλομένην.* Adverbia magis à structura nomen acceperunt, quàm à significatione. Rectè Apollonius, quia primùm inventa, ut verbo adjecta ejus significationem implerent. Quod exemplo ejusmodi declarat Charisius: *Cum dico, Palæmon docet, nondum significo satis vim plenam verbi, nisi adjecero, bene, aut male.* Idem plenius expressit Priscianus: *Hoc, inquit, perficit adverbium verbis additum, quòd adjectiva nomina appellatis nominibus adjuncta: ut prudens homo, prudenter agit: felix homo, feliciter vivit.* Non tamen solis adjicitur verbis; sed etiam nominibus, & participiis. Nomen igitur acceperit, non ex eo quod semper, sed quod plurimùm fit, & cujus causâ primùm est inventum. Atque hoc satis fuit,

ut

ut rectè istud nomen imponeretur : ut omnino injurià eam appellatio-
nem reprehendat Cætar Scaliger.

Quid Adverbium sit, lib. III dicebamus. Ibi sic definivimus, *Ad-
verbium est vox, quæ nominis, verbo, aut participio, additur ad circumstantiam,
aut qualitatem ejus significandam.* Vbi nominis voce & pronomen com-
plectimur ; quia nominis vicem subit. Videamus verò, in quo ea de-
finitio distet ab antiquis.

Comminiano, & Iulio Romano, itémque aliis, apud Charisium
definitur, *pars orationis, quæ adjecta verbo significationem ejus implet, atque
explanat.* Eandem definitionem retinet Diomedes. Græci similiter,
eodem Charisio teste : *Ἐπιρρημα * ἐστὶ μέρος λόγου ἀκλίον, ὅτι τὸ ῥήμα*
τὸ ἀναφορὰν ἔχον. Scaurus apud Diomedem ita describit : *Adver-*
bi:m est, quæ modum rei ipsâ dictionis pronuntiatione definit. Asper junior
hoc pacto : *Adverbium est pars orationis, quæ verbi vim explicat.* Donatus
in Edit. II, isto modo : *Adverbium est pars orationis, quæ adjecta verbo*
significationem ejus aut complet, aut mutat, aut minuit. Maximus Victori-
nus sic : *Adverbium est pars orationis, quâ adjectâ verbo, plenior, & manife-*
stior redditur. Priscianus denique in hunc inodum : *Adverbium est pars*
orationis indeclinabilis, cujus significatio verbis adjicitur. Omnes verò istæ
definitiones in eo mihi deficere videntur, quòd adverbii ὄσιαν † in eo † *essentiam.*
constituant, quòd adjiciatur verbo. Atqui accidit ei quoque, ut aliis
classibus jungatur : ut cùm dico, *bene doctus, scitè pingens.* Fortassè nec
illud verum est, quòd Priscianus appellat vocem indeclinabilem. De-
clinatur enim per gradus : quod Comparisonem appellant. Atque
id manifestius fiet ex iis, quæ mox dicam. Interim scrupulus hic non
difficulter eximitur. Nam *declinandi* vox trifariam sumitur : commu-
niter, propriè, & maximè propriè. *Communiter* dicitur de quacun-
que terminationis variatione, sive per genera, quæ vulgo *motio* dicitur : si-
ve per gradus, quæ *comparatio* vocatur : sive per numeros & casus,
quæ pressè, generis nomine, *declinatio* appellatur : sive per numeros,
personas, ac modos, quæ *conjugatio* vulgo nuncupatur. Quam decli-
nationis nomine contineri, ostendi lib. II de Analog. cap. I. Ex his
propriè dicitur *declinatio*, quæ fit per numeros, casus, personas, aut mo-
dos. Itaque *motio*, & *comparatio*, ab hoc ejus vocis usu excludun-
tur. *Maximè autem propriè* pressèque *declinatio* est, quæ per numeros,
& casus fit. Itaque & opponitur *conjugationi*, quæ fit per numeros,
personas, & modos. Cùm adverbium dicitur indeclinabilis vox, de-
clinationis vox secundo accipitur modo : quo pacto comparisonem
excludere dicebamus.

Comparatio etiam accidit adverbis, quæ non veniunt à nomine comparabili. Non tamen esse ejus generis sæpius, & sæpissimè, vel penitissimè; cum etiam sæpissimus, & penitissimus, legantur. Numerum non accidere Adverbio; quod statim oporteret, si de age, & agite, vera esset Prisciani sententia.

Comparationem autem, quàm vulgò prætereunt, rectè à nobis inter adverbii accidentia referri, liquidò comprobatur ex comparativis ejus, & superlativis. Ut cum Tacitus ait, penè initio quartidecimi Annalium: *Compositius cuncta, quàm festinantius, agerem.* Huic argumento sic occurri video: accidere quidem adverbio comparationem; attamen non primò, & suâ naturâ, verùm ratione vocis primogeniæ comparabilis. Nempe ut, quia absolutum *pulcher* format adverbium *pulchrè*, & à comparativo *pulchrior* alterum venit adverbium *pulchrius*, & à *pulcherrimus* itidem descendit *pulcherrimè*; hinc fiat, ut non minus istiusmodi adverbis, quàm nominibus, à quibus descendunt, institui possit comparatio, non quidem κατ' αὐτὸ *, αὐτὰ καὶ συμπεθευκός. Voluit id Comminianus apud Charisium: *Comparationem recipiunt adverbia, quoties appellationes, unde transeunt, comparantur: ut doctè, doctius, doctissimè; quia doctus, doctior, doctissimus.* Eadem verba apud Diomedem legas lib. I. Itaque & *valdius* non reformidat Horatius: non tam à *valde*, quod ex *valide*: quàm ex nomine *validius* καὶ συνηκλώ. Sed enim longè alia mihi, cur comparantur adverbia, ratio videtur. Nimirum, quia adverbia sæpe qualitatè signifiant, & qualitas recipiat magis, & minùs; ut vel notum ex doctrina τὴν καλῆς ἡγοριῶν. Præterea nec illud perpetuum est, quòd dicunt adverbia comparari, quia à nominibus, quæ comparantur, descendant. Nam (ut Priscianus ait in xv) *inveniuntur pauca, quæ quoties à nominibus non deriventur, tamen habent comparativa, vel superlativa.* Hujusmodi est *sarius* à *saxis*; *secius* à *secus*; nisi *sarius*, à *sarius*; & *secius*, à *secior*. *Sarius* est apud Plinium lib. xvii, cap. v: *Erit igitur hæc (terra tenera, quæ vocatur pulla) optima, & operi sarius.* Altero usus Appulejus: apud quem in vi, & vii de A. A. legas, *sequior secus.* At non memini me legere *diuior*, *diuissimus*; vel etiam *penissimus*: eoque hujus fortasse generis sunt, *diu*, *diuius*, *diuissimè*; *penè*, *penissimè*. Plautus Mostellaria: *Itane mea consilia pervertit penissimè?* Item à *tempore* est *temporius*; quo usi Columella, & Ovidius; imò ipse Cicero. At *tempore* est à substantivo, & ejusmodi quidem, ut ex Aristotelis eadem τὴν καλῆς ἡγοριῶν semper norunt omnes, non admittat intentionem, aut remissionem, cum sit ex numero

* per se, sed
ex accidenti-
11.

numero quantorum. Rectè igitur Priscianus PAVCA ait inveniri, quæ gradus admittant, præter nominum, unde veniunt, naturam. Quod & ante eum indicarat Valerius Probus lib. I Grammaticarum Institut. *Adverbia qualitatis sive quantitatis pleraque gradus recipiunt, PRÆSSERTIM si à nomine veniant. Nam PERPAVCA sunt adverbia, quæ ab se orta gradus recipiunt.* At pauca si fuerint non venientia à nominibus, quæ nihilominus comparentur, suffecerit illud, ut Comparatio inter adverbii accidentia reponatur.

Quæritur, an in istis paucis, quæ Probus, & Priscianus, excipiunt, etiam sint comparativi, & superlativi, à sæpe, & penitus. De priori rectè negat Priscianus in xv, eò quod antiqui & sapior, & sapissimus, protulisse inveniantur. Quod ab eo verè dici, arguit illud Catonis Nepotis de actionibus ad populum ne lex sua abrogaretur* : *Facile vobis in mentem veniat, Quirites, ex ære alieno in hac civitate, & in aliis omnibus, propter diem, atque fœnus, sapissimam discordiam fuisse.* Itidem penitissimè, quo Plautus usus in Mollèllariâ, venit à penitus : unde apud eundem Afinariâ : *Ex penitis faucibus.* Et in Perla : *Ex penitissimâ Arabiâ.* Sed ut per gradus variari Adverbia fatemur ; ita numerum quoque accidere ei, pernegamus. Estque eâ parte liberalior nobis Priscianus in xv, ubi ait : *Notandum videtur, quod Adverbium Age etiam pluralem habet : ut Virgilius in VIII :*

Ergo agite, ô juvenes, tantarum in munere laudum.

Nos negamus, agite, adverbium esse : imo nec age ejusmodi est naturâ. Nempe uti *vim obtinem imperativi activi*, (quod de iis agnoscit Charisius in secundo) ita etiam veri sunt imperativi verborum, non adverbia. Age autem tum demum videtur induerè adverbii naturam, cum plurali verbo sociatur. Ut apud Valer. Flaccum lib. III Argon.

Vos age funereas ad litora voluite silvas.

Vbi age pro agite dicit. Quomodo Maro I Æn.

Quare agite ô rectis juvenes succedite nostris.

Par ratio in *agedum*, & *agitedum*. Illud cum adverbium fit, jungitur etiam plurali. At *agitedum* semper pluralem exigit. Exempla suggeret Linacer in v de emendata structura. Nec aliter de *apage*, & *apagite*, statuendum.

C A P V T X V I I I .

Adverbiorum significatio multiplex. Quam multa veteres falso habeant pro adverbis. Repens, & repentinò, pro repente. Adverbia prohibendi, excludendi, & personalia, comprehendi sub negandi, separandi, & qualitatibus adverbis.

TRanſeamus nunc ad ſignificationem adverbiorum. Eſt ea multiplex. Charifiſus has viginti & unam recenſet. Adfirmationis, ut *etiam*. Communicationis, ut *pariter*. Comparationis, ut *potius*. Demonſtrationis, ut *ecce*. Dubitationis, ut *fortaſſe*. Eventus, ut *forte*. Hor-tationis, ut *eia*. Interrogationis, ut *cur*. Invocationis, ut *heus*. Loci, ut *hic*. Negationis, ut *non*. Numeri, ut *ſemel*. Optationis, ut *utinam*. Ordinationis, ut *deinde*. Prohibitionis, ut *ne*. Qualitatis, ut *bene*. Quantitatis, ut *nimum*. Reſponſionis, ut *hem*. Separationis, ut *ſerſum*. Similitudinis, ut *quaſi*. Temporis, ut *beri*. Quibus duas ab aliis adjungi, idem Charifiſus ait : Monſtrationis, ut *ecce* : & Percunctationis, ut *quicum, mecum* ; quæ ab nonnullis *Personalia* ait vocari.

His alias alii ſignificationes addunt : ſed, dum adverbia ſingula ſuas ad claſſes referre conantur, nimum quantum de alieno ſunt liberales. Aded multa inferciunt, quæ minimè ad hanc claſſem pertinent. Quod eſt ex parte oſtenſum nobis antea * : viſumque pluribus id nunc ex ipsis commonſtrare veteribus. Sic Charifiſo nomina, & pronomina, ſiunt adverbia, cùm dicimus, *quanti* dantur, *magni* te facit, *magno* ſta-bit, eras *Romæ*, is *Romam*, venit *Româ*; item, eſt *rure*, vel *ruri*, vel *domi*, venit *die quarto*, *poſt meridiem*, *ante meridiem*, comprehendam *brevi*, *Li-tybæo* mittit, *primo pedato*, *pedibus ingreſſus*, *rumore primo*, *mero ſuo* recepit. Etiam *Plinius Secundus*, eodem auctore, *inter adverbia qualita-tis poſuit, dicendo, legendo; dicendi, legendi*. Idem Charifiſus teſtatur, eſſe qui inter adverbia referant, *quot, tot, aliquot* : atque ait, non eſſe *ſue æſtimationis reprobare* hanc ſententiam : interea ſuum ſe magiſtrum ſe-qui profitetur, qui retulit ea inter nomina aptota pluralia ; uti alii in-ter pronomina. Idem Grammaticus autor eſt, alios *inter adverbia hæc poſuiſſe, quæ etiam apud veteres obſervata ſunt, tranſlatini, dimiſſivi, receptivi, oſtendi*, & quæ ejuſmodi ſunt alia. *Prifcianus* lib. xv, non tantum *Romæ, Athenas, domi, militia, ruri, veſperi, forte*, adverbia facit, ſed etiam *forti*. Vti in illo *Georg. iv* :

Sunt quibus ad portam cecidit cuſtodia forti.

Item *alternis* : ut in *Bucolico* :

Alternis diceris, amant alterna Camæne.

At

At rectè idem postea : *Sponde suâ , & mane primo, nomina esse ostenduntur, conjunctione aliorum casualium, ut domi suæ.* Rectè etiam Donatus in Edit. II : *Facile , & difficile , quæ adverbia ponuntur, nomina potius dicenda sunt pro adverbis posita ; ut est , torvum clamat , horrendum resonat.* Quæ etiam excipit Cledonius in Arte suâ. Imò non adverbia sunt , sed ablativi, primo, secundo, tertio, postremo ; puta loco. Sic *fero*, vel *optato advenis*. Puta *tempore*. Ac par ratio in *horno*. Etiam *diu noctuque*, (quæ adverbia Fabio dicuntur lib. I, cap. IV) veri sunt ablativi. Vnde Ennius, *Hac noctu*, & *quâ noctu*, & *noctu concubiâ* : & Quadrigarius, *de noctu*, & *noctu multâ*. Vide de eo Macrobius lib. I Sat. cap. IV. Addeque potuit, similiter Plautum loqui Amphitr. act. I, sc. II, & alibi. Fortasse & *interdiu* ablativus est, cum Cicero dicat, *noctu, ac interdiu* : ac apud Plautum fit *interdiu*, Aulul. act. I, sc. I :

Tum autem interdiu,

Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.

Imò & *repente* itidem est ablativus à recto *repens*. Qui & ipse pro adverbio sumitur. Vt enim *libens* pro *libenter* sumitur ; sic *repens* pro *repente*, quasi *repenter* barbarè dixeris, crebrum est. Recto usus Cic. III Tuscul. *Hostium repens adventus*. Varro lib. VI de L. L. *Recens vniua aperuit*. Silius lib. X :

Clamor sæpe repens, & sæpe silentia fixis

In tellurem oculis.

Et postea :

Hæc Libys, atque repens crepitantibus undique flammis

Æthereas anima exultans evasit in auras.

Statius Papinius VII Theb.

— *Vocisque repens singulus apertum*

Interclusit iter.

Terentianus Maurus :

Sed ne corporeum repens

Tabem arceseret otium.

Placidus Lactantius in commentariis illis, quos ex Hygino, Servio, paucisque aliis, congestit, ad superiorem Statii locum, *Repens*, inquit, & adverbium potest esse temporis, & nomen participiale. Sed semper est nomen. Itaque idem in X Theb. * *repens* interpretatur *repentinus*. *Repente* * vers. 154. igitur dicitur, ut *repentino*, puta *tempore*. Posteriori hoc Afranius utitur in Emancipato :

Vi sint repentino apparande nuptie.

Item in Vopisco :

Vbique repentino huius consimile accidit.

Adducit utrumque locum Charisius : atque addit, Statilium Maxi-

h h 2

mum

mum notare, similiter loqui Ciceronem. Credo, signat illud pro Quinto : *Moritur in Gallia Quintus, cum adesset Nævius, & moritur repemino.* Hæc fati ostendunt, *repente, & repemino* dici, ut *brevi, subito, & similia;* in quibus itidem tempore intelligitur. Etiam ablativi sunt *falso, & merito;* ac supplendum *ipse: secreto;* ubi reticetur modo: ac par ratio in perpetuo. Vnde Plautus Mostell. act. III, sc. I, promiscuè ait: *Peri perpetuo, & in perpetuum modam.* Imò & *tanto, quanto, multo, & alia* ejus farinæ, sunt ablativi; atque intelligitur *negotio,* hoc est, re. Vt *multo doctior* aut *melior,* pro *multo negotio.* Quomodo dicimus, *multis partibus,* aut *multis rebus melior.* Lucilius:

Qui melior multis, quam tu, fuit, improbe, rebus.

Eo me accusat, pro in eo, puta negotio. Sic *eo veni,* pro de eo. Vt dicimus, *eâ de causâ.* Præpositio *de* omiſſa, ut in *quare,* pro, *qua de re.* In *fortuito* omiſſum *caſu.* Nec diffiteor, sæpius hæc per copulam jungi. Sed tum *fortuito* semper scribendum. Vt apud Cornificium in primo ad Herennium: *Casu, & fortuito, navis in portum delata est.*

Quod pronomen est, etiam cum dico, *Gaudeo, quod veneris:* vel illo Horatii lib. I, sat. IV:

— *Incolomis lætor quod vivit in Vrbe.*

Nam integrè sit, *Gaudeo* eo nomine, vel lætor ob id, sive propter id negotium, quod est, te venisse; hoc est, adventus tuus. Sic in illo Terent. Eunuch. act. IV, sc. VII:

Sanè, quod tibi nunc Vir videatur esse hic, Nebulo magnus est.

Vbi *quod* καὶ ἐπιεικῶν ponitur, pro ad id, quod. Nam sententia est, *Quod attinet ad illud, quod tibi hic videatur vir.* Sic idem eadem comœdiâ act. V, sc. VIII:

— *Quod dicas mihi,*

Alium querebam, iter hac habui: peristi.

Pro, Ad illud, quod dicas. Sive, De illo. hoc est, quantum atinet ad istud. Favet his etiam Donatus, vel alius in illud Hecyrâ act. III, sc. III:

Postquam me adspexere ancilla advenisse, illico omnes simul

Lætæ exclamant: Venit, id quod me repente adspexerant.

Vbi in illud, ID QVOD ME, annotat: *Deest PROPTER, ut sit, PROPTER ID: ac per hoc, IDEO.* Ac ex altero, ut cenſeo, Grammatico subditur: *Causſa cur lætæ exclamaverim.* ID ergo, OB ID. Interdum & pronomen *id* exprimitur, ut solum delit præpositio. Cicero ad Quintum fratrem lib. III, epist. II: *Teneo ab accusando vix mehercule: vel id quod nolo cum Pompejo pugnare, vel quod iudices nullos habemus.* Vtrobique *id* omittit Lambinus: sed est

est in vett. libb. Neque caussa est, cur furcillet. Nam *id* ponitur pro *propter id*, vel, *ob id*.

Referunt & huc præpositionem cum nomine positam. Vt *Inter-ea*, *præter-ea*, *post-ea*, puta, *tempora*. Item *adhuc*, pro, *ad hoc tempus*: *antehac*, & *posthac*, pro *ante*, vel *post hæc tempora*. Nam *huc*, pro *hoc*, dixere: & *hac*, pro *hec*. At verè ablativus est in *hætenus*, pro *hac sine tenuis*.

Quæ adduximus, vel nomina sunt, vel pronomina, vel participia, vel saltem ex præpositione cum pronomine conflata. Præterea verò & verba huc retulerunt: uti *age*, *agite*, de quibus antè diximus. Item *amabo*: quod semper esse Verbum, etiam agnoscit Cælius Calcagninus. Sic enim ille epist. VIII, lib. II: *AMABO minime adverbium est, ut Grammatici putavere (alioqui casum habere non posset) sed dicendi figura, quæ ita rem nobis gratiam fore ostendimus, ut inde amori cumulus sit accessurus. Interdum sine casu pronunciamus: ut illud Catullianum**:
* Carm. 33.

Amabo, mea dulcis Hypsithilla.

Interdum casum addimus, & tunc perfecta locutio est. Cicero ad Atticum † † lib. 9. ep. 21. *sic quandam finit epistolam: Amabo te, epistolam, & πολιτικῶν.* Vnde colligas, *amabo*, *scribe epistolam*, *valere*, *amabo te*: ut hic Cicero loquitur. At si dicas, *amabo*, *scribite epistolam*, significare, *amabo vos*. Eadem ratio in *quæso*, & similibus; quemadmodum dictum in primo de Analogia cap. secundo.

Denique huc inferciunt particulas alijs classis: uti quæ optandi, vel hortandi significationem habent. Nam illis sanè competit magis definitio interjectionis, quàm adverbii. Item ordinis significativas: ut sunt, *deinde*, *præterea*, *tum*, *insuper*: pro quibus vulgò dicunt, *secundò*, *tertiò*, *quartò*, & ita deinceps. Sunt verò priora ista conjunctiones potiùs, quàm adverbia: nisi fortè, pro diverso respectu, diversarum classium facere visum est: quomodo verò non semper est conjunctio, sed quandoque etiam adverbium: ut cum affirmandi vim habet, atque idem valet ac *sanè*, vel *profecto*. Quo pacto usi Terentius, Cicero, alii.

Alterum etiam in classibus significationum digerendis errorem committunt. Nam multas, velut distinctas, recensent, quæ sub alijs comprehendendi queunt. Sanè prohibendi adverbia referenda sunt ad negandi adverbia, & adverbia excludendi complecti debemus sub adverbii separandi, eadèmq; ratio in quibusdam alijs.

Neque ulla sunt adverbia personalia. Nam *tuam*, quo Plautus utitur in *Amphitryone* †, est qualitatis, quia significat *tuò more*. Neque † ad. 2. sc. 1. obstat, quòd *tuus* personam notat. Nam si iccirco architectari insuper debeamus aliam adverbiorum significationem: pari ratione etiam

tempus reposueris inter nominum accidentia , ob vocabula *crastinus* , *hominus* , similiaque ; quæ non minùs in nomine tempus notant , quàm in adverbiiis antiqua illa , *meatim* , ac *tuatim* , significant personam .

C A P V T X I X .

Adverbia diversæ terminationis sub eadem significatione : ut here , heri ; præfiscine , præfiscini ; peregre , peregri ; tutissimè , tutissimò ; arcane , arcandò ; cotidie , cotidie ; cotidianè , cotidiano ; commodè , commodò ; rare , rarò ; falsè , falsò : largè , & largiter ; ample , & ampliter ; durè , & duriter ; lascivè , lasciviter ; humanè , humaniter ; firmè , firmiter ; insanè , insaniter ; severè , severiter . In sermone potius consuetudinem sequi oportet , quàm rationem . Disertè , disertim ; minutè , minutim ; scelestè , scelestim ; juxta , juxtim ; hinc , & him ; illinc , & illim ; primò , primùm ; publicè , publicitus . *Discrimen , quod Priscianus inter humanè , & humanitus ; statuit , non esse perpetuum , ostenditur . In Plinio vetus lectio defensa , adversus Dalecampium .*

PLurima verò adverbia geminam habent terminationem : unde jam olim inter Grammaticos quæsitum fuit , hoc , an illo modo , proferre ea oporteret . Ac primùm sunt , quæ promiscuè in E , vel I , desinant : ut *here* , & *heri* . Horat. II Serm. Sat. VIII :

*Nam mihi convivam quærenti , dictus here illis
De medio potare die .*

Ita etiam Priscianus legit in xv. Ac manifestiùs in illo Juvenalis sat. I :

*Res hodie minor est , here quàm fuit ; atque eadem cras
Deteret exiguis aliquid .*

Simile est *præfiscine* , & *præfiscini* : illo usus est Afranius in Consobriano ; hoc autem Titinnius in Setinà ; Charisio testante lib. II . Vbi & *peregre* , & *peregri* , ita distinguit , quòd hoc in loco , illud in locum significet . Sed nihilo amplius discriminis est inter ista , quàm in prioribus . Quod probare nihil attinet , quia Charisius ipse agnoscit , *peregri* , pro *peregre* , dixisse Nævium , & Plautum .

Sunt item alia , quæ utrùm in E , an O , desinant , olim fuerit quæsitum . E. G. *tutissimè* , an *tutissimò* ; *arcane* , an *arcandò* . Per E efferri vulgò audias : & ita etiam legas in plurimis codd. antiquis . Sed , uti Charisius observat , ipsius Ciceronis est ad Atticum lib. VII : *Vbi tutissimò essent* . Et ad eundem : *Rhetoris convivis tui arcandò legis* . Inque Cæsaris lib. I de bello civili est : *Domitius arcandò cum paucis suis familiaribus colloquitur* . Ita est in optimis quibusque MSSis ; etiam Palatinis : ut non debeant audiri , qui , in *Arcano* , reponunt . Ex eodem Charisio scimus ,

fcimus, *cotidio*, pro *cotidie*, dicere Cæpionem, in M. Æmiliū Scaurum, his verbis : *Cum ab isto viderem cotidio hostes consiliis adjuuari*. Ac simili-
 teste eodem, *cotidianò*, pro *cotidianè*, est apud Afranium in Vopisco, &
 Frontonem ad Marcum Imperatorem. *Reperitò* item apud Ciceronem * ; ut superius dictum. Et *commodò*, pro *commode*, apud Plautum * pro Quin-
 Frivolarià : *Commodò dicitur*. Sed nisi aliorum exemplis niteremur, *Bio.*
 hac quidem parte minor apud nos esset Plauti auctoritas ; quia, ut
 ejusdem Charisii verba usurpem, *Ultra Sarsinum, Ofceatinis, & Marru-*
cinis, erat moris, E literam relegare ; O videlicet pro eadem litera claudenti-
bis dictionem. Nunc, præter Sarsinatem Plautum, ita alios loqui vide-
 mus. Est enim apud Titinnium in Iurisperità : *Nunc adeò visam : velle*
rem magnam agebat sese † mecum loqui. Et commodò eecum exit. id est, in
 tempore. Item Sisennæ est Milesiarum decimotertio : *Eamus ad ipsum :*
aque ipse commodò de parte superiori descendebat. Similia, *assiduo* apud
 Plautum Trucul. *assiduo* Maroni Ecl. II : *tacite* Cicero sæpe, *tacito*
 idem Verr. IV, uti & Iustinus lib. xv III de Didone : *Tacito fugam mo-*
lunt. In talibus neutrum damnabimus : sed eo sæpius utemur, quod
 veteres frequentarunt. Quomodo *raro* malim, quàm *rare* : etsi hoc
 Ciceronem usum esse Statilius notavit ; ac Cato quoque, & Plautus
 Rudente, usurparint ; ut Charisius observat. Similiter *falsè* non dam-
 nem, quando Charisius citat ex lib. IV Sisennæ : *Iudicium falsè factum*.
 Sed *falsò* magis amem : quomodo apud Tullium loco non uno legi-
 tur : & Sallustius ab eo Iugurtham suum orditur ; idque Catonis sui
 exemplo, qui dixerat in orat. dierum dictarum de Consulatu suo : *Ei*
rei dant operam, ut mihi falsò maledicatur.

Præterea sunt adverbia, quæ exeant in E, & ER. Nec enim per-
 petua est regula illa Rhemnii Palæmonis in Arte Grammaticà : *Abla-*
tivo diriguntur adverbia. Si habuerit ablativus O, adverbium in E mittit.
Si vero ablativus in I exierit, adverbium in ER exierit. Quo subnixus
 Charisius tenerè mavult, quàm teneriter. Sed, uti dixi, regulam hanc
 securè transfiliunt veteres : quod Charisius agnoscit ; ac Donatus item
 in Edit. II. Nam *largiter*, pro *largè*, dixit Laberius in Augurè : & *am-*
pliter, pro *ample*, Plautus Bacch. & *duriter*, pro *durè*, Terentius Adel-
 phis : & *longiter*, pro *longè*, Lucretius in tertio : & *lasciviter*, pro *lascivè*,
 Livius in ἐπιτομῆς γένωμῶν sexto. Itaque Cicero & *humanè*, & *humaniter*,
 usurpat ; ut Priscianus in xv probat ex ejus epist. ad Panfam, & III
 Verr. Similéque est *firmè*, & *firmiter*. Nisi quòd, ut Charisius putat,
 veteres quoque *firmis* dixerunt : ut *hilarus*, & *hilaris* ; unde *hilarè*, &
hilariter. Sed ut duplex ista nominum terminatio in aliquibus habue-
 rit locum ; de omnibus tamen ex se formantibus duplicis terminatio-
 nis

† Aut velle
 redundat,
 aut sese.
 Scaliger in
 Catul. præ-
 terit, velle.
 Malim ego
 omitti sese.
 Versus est
 jambicus
 octonarius :
 cum sequen-
 tis tribus pe-
 dibus priori-
 bus.

nis adverbia, id verum esse non potest : ut in *insanus*, unde *insaniter*, apud Pomponium in Autorato : & in *severus*, unde *severiter*, apud Tittinnium in fabula, cui nomen Proelia * : multaque id genus suppedabit Priscianus in xv, & Daufquejus in Orthographicis.

* in Prisciano est Proelia; sed apud Nonium in MSO nostro est Prælia: & ita quoque editur Mercetius.

Nec tantum à nominibus secundæ, fiunt quandoque adverbia in E R definentia : sed etiam à nominibus tertiæ veniunt adverbia in E; ut à *facilis*, *facile*. Quippe hoc non definit in R, nisi in compositione: ut *difficiliter*. Fuere tamen olim, qui contenderent, juxta illum Palæmonis canonem, *faculter* dici oportere. Testis Charifius, qui optime respondet, *Ridiculum esse, legem adversus consuetudinem ferre; quæ sola in nostro sermone dominatur*. Eaque consuetudine quoque docet, etsi *ἀνολόγως* ab *audaci*, *audaciter* descendat : tamen *audaciter* pronunciandum *ἔσσυγγαπλω*. Sic enim Charifius : *Meminerimus Audaciter eruditorum consuetudine sine I licet à elatum; non ut Procaciter, aut Loquaciter*.

Quemadmodum verò sunt, quæ per E, vel I, efferuntur, ut supra diximus : ita etiam sunt, quæ in EM, & IM, desinunt : ut, *diserte*, *disertim*; *minutè*, *minutim*; *cautè*, *cautim*; *exquisitè*, *exquisitim*; *artè*, *artim*. Quibus adde, *scelestè*, & *scelestim*. Ennius Phœnice, apud Nonium :

Plus miser sim, si scelestim faxim, quod dicam fore.

Ita est in membranis nostris, nec non MSO, quem sequitur Mercetius. In prioribus editis, malè *scelestum* legi solet. Vulgare etiam *confuse*, pro quo *confusim* Plin. lib. xviii, cap. xvi : *De ea, & cyrbis, volumen Amphiloehius fecit confusim*. Pro *occultè*, *occulim* Solinus cap. x. Pro *perplexè*, *perplexim* Plautus Stichus. Pro *restricte*, *restricim*, Afranius Thaide. Etiam *directè* Cicero : at *directim* Macrobius lib. vii, cap. xiii, & Appulejus *ἔσσυγγαπλω*.

Sunt etiam adverbia in IM, quæ aliàs in A, vel O, desinant. In A, ut *juxta*, *juxtim*; quod usurparunt Lucretius, & Tranquillus. In O, ut *privato*, *privatim* : illo (ut Priscianus in xv monet) usus Livius in xiv, hoc Sallustius in Catil. Imò & quædam in IM, vel INC, exhibant. Nam pro *hinc*, & *illinc*, veteres *him*, & *illim*, usurpabant : ut docet Muretus lib. xii Var. Leæ. cap. xi, & Giffanius indice Lucret. in *Illim*.

Adhæc multa per O, vel VM, proferebantur : ut *primò*, *primim*; *tertiò*, *tertim*; *postremò*, *postremim*. Quæ tamen naturâ suâ sunt sublativi, & accusativi, ἐπιθετικῶς positi. Sic, *quanto*, *quantum*; *tanto*, *tantum*; *aliquanto*, *aliquantum*; *paullo*, *paullim*; *multo*, *multum*; *nimio*, *nimum*; ubi *paullo*, pro à paullo; *paullim*, pro ad paulllum; *nimio*, pro à nimio; *nimum*, pro ad nimum, & ita in aliis. Plautus : *Nimio facius* : & , *Nimum liberter*. Item *æterno*, pro ab æterno; *æternum*, pro ad vel in æternum.

eternum. Priori usus Plinius lib. II, cap. CVII. *Vixit eterno hunc fontem igneum congegens fraxinus*. Vbi tamen antiquissima Parmensis *, ex * an. 1476. *eterno*. Sed prope omnes MSSi, & alii, aliter.

Aliqua etiam efferuntur per O, & VS, sive ITVS: ut *primo*, *primus*. Item per E, & VS; ut, *publice*, & *publicus*. Sed in his subinde contingit, ut significatio variet. Quod Priscianus factum ait in *divine*, & *divinus*; *humane*, & *humanus*. Nam *divine* notat, similiter ac divi: *humane*, similiter ac homines. At *divinus* est ab *divis*: *humanus*, ab *hominibus*. Tamen hoc Prisciani discrimen non observatur perpetuo. Nam *humanus*, pro *hominum more*, dixit Cicero Philipp. I: *Siquid mihi humanus accidisset*. Mortem *αἰσθησι*. Item Plinius lib. X, cap. LXIII. Vbi de coitu loquens animantium, *Vrsi*, inquit, *humanus strati*. Doctissimus Dalecampius legit, *humii strati*; quomodo de iis loquitur Aristoteles Histor. lib. V, cap. II. Sed Plinius amplius dicere voluit, quam istis verbis indicatur. Nam subjungit mox, *vulpes in latera projectas misceri*: quæ sanè ipsæ etiam *humii sternuntur*; nec tamen iis convenit, quod Plinius de *ursis* dicere voluit, quia *vulpes femellæ non ineuntur supinæ à pronis*. Sed istiusmodi mittamus.

Denique etiam sunt, quæ in VM, & VS desinant: ut *versum*, *versus*; *prorsum*, *prorsus*; *adversum*, *adversus*. Frustra enim sunt, qui *versus* negarunt rectè dici: quos Charisius refellit auctoritate Maronis, crebrò usurpantis; Nævii item, cujus hoc in Tarentillâ: *Quæ porro confidentiâ ausus fueris versus verbum cum eo facere*. Duplex verò his terminatio, quia dicitur *versus*, & *versum*; unde veniunt. Nam *versus*, à *revorsus*; *versum*, à *revorsum*: *prorsus*, à *provorsus*; *prorsum*, à *provorsum*. Par ratio in aliis inde derivatis. Ut *reorsus*, quod apud Plinium, Fabium, alios: *quorsus* apud L. Senecam non semel; & Appul. lib. I Flor. *inorsus* apud Ovid. XII Met. *deorsus* apud Appul. lib. VIII, & IX: ut *mittam*, *anorsus*, *dextrorsus*, *extrorsus*; de quibus Charisius. Etiam alia videntur utramque hanc terminationem habuisse: ut *dennum*, pro quo Livius Andr. *dennus*, teste Festo.

C A P V T X X

De adverbii derivatis. Fortunatim, testatim, columbatim, filatim, templatim, pectinatim, anferatim, cuspidatim, *aliæque id genus multa.* Fustim. *Stephani Pighii emendatio gemina in dubium vocata.* Blanditer, primitèr. Tuatim, meatim, nostratim. *Sed suatim, ut canatim, bovatim. Perditim, coactim, cogitatim, similiaque.*

Superest de Specie, & Figura. Ac de illâ priùs videamus. Veniunt adverbia ab omnibus vocum classibus : sed terminatio multùm variat.

Si nomen exeat in **A**, adverbium rariùs fingitur in **ITVS**; ut *medulla, medullius*: plurimùm in **ATIM**; ut, *centuriatim, decuriatim, copulacim, summatis, guttatim, semicicim, fortunatim*, quod apud Ennium; *testatim*, quomodo Iuuentius*, *Caput ei testatim defregero; particularim*, apud Varronem satyrâ, *Age modò; columbatim*, Mæcenati; *resellatim*, Apicio lib. VII, cap. IX; *fistulacim, & laciniatim*. Appulejo; *cochleatim*, apud Sidonium; *lunatim* Eulogio. Puto & à *caxa* priùs fuisse *coxatim*; inde *coxim*, sive *cofim*, Plauto.

* apud Charisium.

Similiter ab **O** fuerit **ATIM**, si à *micron*, *micromatim*. Sed Charisius putat, potiùs esse à *micronatus*.

Ab **VM** etiam videtur quandoque esse **ITVS**: ut *caelum, caelius*. Sed vocem eam metuo ne apud quemquam reperias Lactantio vetustiore: qui usus lib. V Institut. ut & postea Servius in I Georg. vers. 168. At frequenter ab **VM** est **ATIM**; ut *membraim, oficiatim, filatim*, quod apud Lucretium lib. II; *granatim*, Appulejo; *frustratim*, eidem, & Victori Vticensi; *templatim*, Tertulliano; nempe ad instar *oficiatim*.

Ab **EN** similiter terminantur: ut *agminatim, pectinatim*, quod apud Vitruvium lib. II, cap. V.

Ab **R** secundæ declinationis venientia amant **E**: ut *piger, pigre; eger, egre; faber, fabre*, apud Plautum in Cæco, sive Prædonibus: à *satur* item *saturè*.

Quandoque **ITIM**, vel **ATIM**: ut, *vir, viritim; sequester, sequestratim*, apud Cassiodorum lib. XI, epist. I. Nisi hoc potiùs verbale.

Ab **R** tertiæ interdum in **R** terminantur: ut, *acer, acriter*; nisi potiùs ab *acris*. Sic *par, pariter*; *memor, memoriter*; quamquam aliquid est, quòd in recto antiquissimi etiam *paris*, & *memoris*, dixerint.

Interdum autem in **ATIM**: ut *anseratim, passeratim*; quæ apud Charisium: *aggeratim*, Appulejo. Sed ab *uber, ubertim*.

Ab **ES** in **IM**: ut *vices, vicissim*, unde *vicissatim*.

Ab

Ab IS, in ER, ut, *fortis, fortiter*; *dapsilis, dapsiliter*, Nævio Corollariâ.

Item in E, ut *facilis, facile*. Similiter, si audimus Charisium, *vilis, vile*. A peregris quoque, (unde accusativus *peregrum*) *peregre*, vel *peregri*: quo Plautum, & Titinium, usos, docet idem Charisius. Item AS, ut *foris, foras*; vel O, ut *omnis, omnino*.

Item ATIM, ut *cuspis, cuspidatim*, apud Plinium; *tenuis, tenuatim*, Apicio lib. II, cap. VI; *fascis, fasciatim*. Nam non esse à *fascis*, eo probat Charisius, quia ut *centuriatim* est non *per centuriones*, sed *per centurias*, unde à *centuria* venire consequitur: sic *fasciatim* non est *per fascias*, sed *per fasces*: quod inde propterea derivari colligitur.

Etiam IM, ut *amussis, amussim*, unde *adamussim*. Imò à *fustis, fustim* quoque dixere, si recta est emendatio Stephani Pighii, apud Valerium lib. VI, cap. III, legentis: *Quod vinum bibisset, fustim incremî.* Vbi veteres libri *fusti*. Idem adverbium restituendum putat Plinio lib. XXII, cap. XIII. Ego contrâ omnium codicum fidem vocem alibi non lectam infercire illis scriptoribus non ausim.

Ab VS, in E: ut *doctus, doctè; placatus, placatè*. Vt, *Placatè & moderatè seramus*; apud Ciceronem, quemadmodum observavit Statilius Maximus * libro de Singularibus Ciceronis. Sic *effrenatè*, apud Cic. * teste Charisio lib. 2. de Senectute. *Facetè, & defricatè*, apud Nævium Tarentillâ. Ennius †: † ibidem.

Hispanè, non Romanè, memoretî loqui me.

In O, ut *cirus, ciò*. Sic *continuo, secreto, tuto, bipertitò, tripertitò, fortitò, continuo*. Helenius Acro † in Ter. Adelphos: *Vt falsò, & consultiò, ita sedulo dicituratum.* † apud Charis.

In ATIM, ut *gradus, gradatim*; *vicus, vicatim*; *articulus, articulatim*. Sic *angulatim, acervatim, minutatim, cuneatim*, quod apud Appulejum; *canaliculatim* Plinio lib. IX, cap. XXXIII. *cancelatim* eidem lib. VII, cap. XX: item Sidonio lib. IV, ep. III; *Grecatim* Tertulliano. *Saluatim* dubium, sitne à *salu*, an *salio*, aut *salto*. Αναλόγως à *salio* est *salim*, unde *exsultim*: à *salto* autem, & *salvus*, sit *salatim*. Nempe *ν* insertum κατ' ἐπέθεσιν. A *cunctus* est *cunctim*, apud Sidonium.

In ITER, ut *largus, largiter*; *blandus, blanditer*. Sic *duriter* Terentio; *naviter* Plauto; *primiter* apud Titinium Maccis Geminis prioribus.

In ITVS, ut *fundus, funditus*; *humanus, humanitus*. Item *antiquus, publicitus*.

In VM, ut *primium, caeterium*. Sed hujusmodi potius sunt nomina κατ' ἐπέθεσιν prolata. Sallustius Histor. lib. IV: *Scio equidem, tibi magnas opes virorum, armorum, & auri esse, & eâ re ab nobis ad societatem; ab illis, ad prædâ perieris. Caeterum consilium est, Tigranis regno integro, meis*

milibus belli prudentibus, procul à domo, per nostra corpora bellum conficere. Vbi Asper, Charitio teste, hæc annotavit: *Ceterum, quomodo positum est? pro, alioquin consilium est? an pro, reliquum consilium est? Puto ego, ceterum dici in ἐπιμαῖς, pro, ad ceterum, sive, ad reliquum quod attinet.*

Atque hæc sunt terminationes venientium ab VS secundæ. Ab VS tertiæ est *atim*; ut, *genus, generatim*.

Ab S præcedente consonâ, item ab X, quandoque finiuntur in ITVS: ut *stirps, stirpius; radix, radicatus*; etiam à *mordax*, (unde *mordicibus* Plauto *) *mordicus*, & ἄστυγχιῶ, *mordicus, id est, Latim*, vetus accusativus est, pro, quod ad partem, κατ' ἕκαστον.

Vel in ATIM, ut ab *imbrex, imbricatus*, apud Plinium. Aut IM, ut *pars, partim*.

Sed læpius in ER terminantur: ut, *elegans, eleganter; prudens, prudenter; opulens, opulenter*, quo usus Plautus in Cæco sive Prædonibus; *incidens, incidenter*, Laberio in Thufcâ; *demens, d. menter; audax, audaxer*, ut ex Verrio Flacco ait Charitius; *concors, concorditer*, Ennio in 1. Annal. *procax, procaciter; loquax, loquaciter; audax, audaciter, audacter*. Etiam à *prisco* als est ulitatum aliter: ut ab ulitato alius *priscum alimâ*.

Sunt & aliæ terminationes: ut à *fores, foras*: ab *omnis, omnino*.

Alia veniunt à pronomibus: de quo frustra ambigunt. Nam clarè id evincunt adverbia loci derivata ab *hic, iste, ille, is*. Ut *hic, huc, hac, hinc, istic, istuc, istanc, istinc* &c. Quod si *uer* est pronomen, ut diximus, etiam hujus loci est *uatum*. Sed de prioribus res est extra controversiam. Quare cautè parùm scripsit Charitius cap. de Adverbio: *Signa videntur à pronomibus trahi adverbia, tantum in Grammaticorum commentariis animadvertimus; in consuetudine non videmus: que ut fuerint, tamen consensu publici usus antiquata sunt.* Hujusmodi est *tuatum*: quo utitur Plautus Amphitr. *Iam tuatum facis*. Vbi Sisenna (ut ibidem Charitius testatur) ita scripsit: *Tuatum, ut nostratum. Significat autem, tuo more*. Sic *meatum* est apud Diomedem lib. 1, Asperum Iuniorum in Arte, Donatum in Edit. 11, Cledonium in Arte 11. Addunt aliqui *suatum*. Sed hoc aliunde est. Nam notat, *suam more*. Quomodo & *canatum*, & *bovatum*, dixere: ut Nonius notavit, & ante eum Nigidius Figulus.

Præterea veniunt adverbia à verborum supinis, aut participiis. Ac plurimum in IM desinunt: ut *perditim amare*, apud Afranium Vopilco; *perplexim*, Plauto in Stichis; *blanditum*, Lucretio lib. 11. Item *stacim, raptim, cæsum, stritum, cursim, afflictim, efflicim, factim, pressim, defecim, concenim, tractim, singulim, præstruclim*, quod apud Tertullianum de Pallio; *coactim* Sidonio lib. 11; ep. xvi; *secretim*, Vincentio

Liri-

Lirinenſi. Sic illa in ATIM, *vellicatim, ſaltinatim, geminatim, memora-
tatim, rotatim, glomeratim, celatim*, quod apud Gellium lib. XII, cap.
XIV; *cogitativum*, de quo Feſtus Pompejus; *congregativum*, Prudentio;
epicatim, Sidonio lib. II, ep. XIII; *tumultuativum*, eidem lib. VIII.
Abundè etiam ſit à verbo *abundo*: niſi præſci dixerint *abundus*: unde
ἀναλόγως magis derivetur.

Sunt etiam, quæ à præpoſitionibus deriventur: ut *ſubitus* à *ſub*; *in-
tro* ab *intro*; *clancula* à *clam*.

Accidit & adverbii diminutio primitivi. Vt *celeriuscule*, apud ſcri-
ptorem ad Herennium lib. III: *ſæpiuscule*, apud Plautum Caſinâ.
Hæc de Specie.

CAPVT XXI.

De figura adverbiorum. Forſit, *ex d. obus*; forſitan, *ex tribus conſtatim.*

Quomodo, quare, quamobrem, *utrum partim nomina, partim promo-
nena ſint*; an tertius adverbii accenſentur. Cur, *ex cui rei, vel quare.*
Unde pedetentim, perendie, nimirum. Per *quandoque non præpoſitio,
ſed ſyllabica adje.ivo, & Latinus, & Græcis.* Vtribi. Vtrinde. Quin,
ex qui ne: ubi qui utriusque generis. Unde conſtatim, ilicet, & deinceps.
Adhæc. Amuſſim *adverbium*; unde examuſſim *non minus, quam ad-
amuſſim, dicitur.*

VT in aliis claſſibus, ita quoque in adverbii, compoſitorum alia
fiunt è duobus; ut, *per d. n. abhinc*: alia è pluribus; ut, *forſitan.*
Nam ut *forſit, ex forſ. & ſit*, quali *forſe ſit*; ac *forſan* *ex forſ. & an*; quod
& in *forſaſſen*: ita *forſitan* *ex tribus iſtis, forſ. ſit, an.*

Nulla vero eſt vocum claſſis, (ſi interjectionem excipias) ex qua
non adverbium componatur. Quod exemplis deinceps planura fa-
ciemus.

Ex duobus nominibus fiunt, *poſtredie*, quaſi *poſtero die*; *nudius tertius*,
quaſi, *nunc dies tertius.*

Ex nomine, & pronomine, ſunt *quare, adhuc.*

Verùm quaeritio hic exoritur, utrum *quomodo, quare, quamobrem, ad-
huc, & ſimilia*, rectè inter adverbia recenſeantur. Vt de *quomodo* pri-
mùm dicam, videtur id nomen compoſitum ablativi caſus. Cicero
lib. XII ad Att. ep. VI: *Quomodo hoc erit laes? uno ſcruicet. ſi multo librum
miſeris.* Plautus Truculento act. V, ſc. I:

P. H. *Quem ego magis amo, quam te.* S. T. *Quam me? quomodo?*

P. H. *Hoc modo, ut maleſtis ne ſis.*

Videmus, ad *quomodo* reſponderi, *quo modo, hoc modo.* Quæ & *quo-
modo.*

modo esse ablativum arguunt. Dicas obstare, quòd, si quomodo ablativus foret, ultimam produceret. Nunc corripit Horatius lib. I, sat. II:

Cum Vĩtore sequor. Mæcenas quomodo tecum.

Sed enim jure oggerat aliquis, cùm, *quo modo*, unam in vocem coalescit, ob pronunciationis celeritatem aliquid deteri de modulo ultimæ syllabæ: nec tamen illud, cùm modulus solum sit accidens vocis, significationem variare: ex significatione autem statuendum esse, ad quam vocum classem aliquid pertineat. Puto igitur, verè esse nomen compositum; sed quod adverbii penè universam induerit naturam: cujusmodi appellant *nomen adverbiascemia*; vel, *adverbia non nativa, sed reperta*, sive, ut dicunt, *usurpata*.

Quod de *quomodo* dixi, idem dictum velim de *quare*. Nam nomen est compositum ex *qua*, & *re*: quod *κατ' ἰδιωξιν* ponitur, pro *qua de re*, vel, *qua in re*. Hæc integrè sic interdum reperias. Atque hoc non parùm confirmat id, quod de ellipsi dicebamus. Plaut. Pœn. act. I, sc. II:

A N. *Nimiam nos socordia hodie tenuit.* A D. *Quâ de re, obsecro?*

A N. *Quia jam non dudum ante lucem ad eadem Veneris venimus.*

Similiter Cornelius Nepos in Timoleonte: *Qui quidem, cum suas laudes audiret predicari, nunquam aliud dixit, quàm se in eâ re maximas Diis gratias agere, atque habere.*

Idem de *cur* statuendum videtur. Est enim contractum ex *cui rei*. Integro hoc usus Plautus Pœnulo, act. II, sc. I:

— *Viscum legioni dedi,*

Fundasque eo præsternebant salsæ farferi.

L Y. *Cui rei?* A N. *Ne ad fundas viscus adheresceret.*

Quamquam & dicere possis, *cur*, sive *quor* (sic enim veteres pro eo scripsere) *κατ' ἰδιωξιν* factum esse ex *quare*: quod pro *qua de re*, vel *qua in re*, poni, antea diximus. Sed ad composita ex aliis nunc classibus veniamus.

Ex nomine, & verbo, conflatur *pedetentim*: quasi *pede sentando*. Cato, dierum dictarum de consularu suo: *Eam ego viam pedetentim tentabam.* Est apud Charisium in II.

Ex nomine, & participio est, *perendie*, quasi *ex peremta die*: ut Grammaticos notasse, idem ait Charisius.

Ex nomine, & adverbio, est *nimirum*, quasi *ne*, hoc est, non *mirum*. Sic *dextrorsum* pro *dextrovorsum*, quasi *dextram versus*. Item *meccaster*, ex adverbio *me*, quod Græcis *μὲν*, & *Castor*: quasi dicas, per Castorem.

Ex nomine, & præpositione, fiunt, *exemplo*, *illico*, *profectò*, *obviam*, *obitor*, *præfiscini*, *peregre*.

Ex

Ex nomine, & syllabicâ adjectione, sunt, *tantisper, aliquantisper*: ubi *per* accessio est syllabica, ut in *parumper*, & Græco *ὄραρον*, ac similibus.

Ex duobus pronominibus, ut *ideo*. Nam prior pars est *id*, pro *ob id*: quomodo Terentius ait Andr. act. II, sc. IV: *Si id succenscat nunc*. Posterior pars est *eo*, pro *ex eo*, hoc est, ea de causa. Quomodo idem Hec. ait act. II, sc. I:

Enim lassam oppido tunc ajebant: eo ad eam non admissa sum.

Ex pronomine, & adverbio, resultat *alicubi*: puta ex *aliquo*, & *ubi*. Sic *alibi*, ex *alio*, & *ibi*; *alicunde*, ex *aliquo*, & *unde*, & similia. Nævius in Tarentillâ:

Vt tibi cenatori estis? hiccine, an in triclinio?

Cato pro Lusitanis: *De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur; utrinde iram, utrinde factiones tibi pares*. Vtrumque hoc est apud Charisium. Huc etiam pertinet *quin*. Est enim conflatum ex *qui*, & *ne*: ubi *ne* valet *non*, ut in *nefarius*, *nescio*, *nequaquam*: *q* u autem ponitur pro *quo*, vel *qua*; ut in *quicum*: hoc est, *cum quo*, vel, *cum qua*. Eaque causa est, cur *quin* dicatur de viro ac femina, & horum naturam sequentibus. Cic. ad Att. lib. VII, epist. xv: *Vt ab urbe discessi, nullum adhuc intermissi diem, quin aliquid ad te literarum darem*. Imò & naturam nominativi includit. Vt si dicam, *Nullus est mortalis, quin peccet*. Pro, qui mortalis non peccet. Itidem in feminino. Plautus Persâ act. III, sc. I:

S A. *Virgo, atque mulier, nulla eris, quin sis mala,*

Quæ præter super, quam placet parentibus.

V I R. *Virgo, atque mulier, nulla eris, quin sis mala,*

Quæ reticet, siquid fieri pervorsè videt.

Utrouque, *quin sit*, pro, *qui non sit*. Nam & *qui* in recto olim utebantur genere feminino.

Ex pronomine, & præpositione sunt, *antea*, *postea*: item *adhuc*, *adhæc*. Eorum prius ponitur pro *ad hoc*: quod integrè sit, *ad hoc temporis*. Posterius ab aliquibus viris doctissimis improbatur. Sed *adhæc* legitur in optimis libris Ciceronis pro Flacco, item apud Sallustium, ac Tacitum sæpius. Est tamen, cum unum pro altero irreperit. Vnde Gellio lib. I, cap. IV, ubi vulgò *adhuc* legebatur, alterum illud, fidem MSSorum secutus, restituit Carrio lib. I Antiqu. Lect. cap. XI.

Ex duobus verbis est *scilicet*, pro *scire licet*; *videlicet*, pro *videre licet*; item *licet*, pro, *eas licet*; ut Celsus ait apud Charisium. Etli, ut ibidem ex Martio Salutari legas, quandoque interrogativum putent pro *hem*.

Ex verbo, & adverbio, fit *deinceps*, quasi *dein capiendo*. Nisi, quæ ordinem significant, conjunctionibus adnumeranda: de quo antea*.

Ex duobus adverbis sunt, *etiannunc*, pro *etiam nunc*; *sicut*, pro, *sic*

* Gb. I de Analogia, cap. 2, & hujusce libri, cap. 17.

us. Item *tanquam* : quod tamen integrè sit ex duobus nominibus, *tanquam*, *quantum*.

Ex adverbio, & præpositione, componuntur, *antequam*, *inibi*, *provenni*, *adeo*, *abhinc*, *deinde*, *perinde*, *proinde*, *subinde*. Ac hujus quoque loci est *admissim*, quod significat *examine*. Ac par ratio in *exmissim*. Quamquam non desunt, qui, compositione novâ offensi, *exmissim* Latine dici negent. Nos, ut *admissim* probamus : quippe quo Varro utatur lib. I de R. R. cap. I, Macrobius lib. I Saturn. cap. IV, atque alii : ita *exmissim* quoque Latinum esse didicimus, cum ex Silenna apud Charisium, & veteri glossario, atque aliis; tum Plauto, qui eo utitur sæpius. Neque offendit, quod præpositio *ex* videatur jungi accusativo. Nam *missim* hic non accusativus est, sed adverbium obsoletum. Estque simile *exadversum*, quod non est ab *ex*, & nomine *adversus* (nam semper *exadverso* diceretur) sed adverbio, vel præpositione *adversum*.

Ex adverbio, & conjunctione, est *etiam*, *pro*, & *jam*.

* extensio-
nem vocis.

Ex adverbio, & syllabicâ adjectione, est *parumper*. Nam per hic se habet, ut in *sansifer*, de quo dictum. Censeo & *que* in *quandoque*, & *ubique*, potius ad *ἐντεῦθεν* * pertinere, quam ut conjunctio sit. Sed in *cumque* videtur *que* conjunctio. Nam *ubicunque* valet hoc loco, & cum eo quovis alio. Par ratio in *quandocunque*, & *quomodocunque*. In quibuscunque notat distributionem rerum suo eodem toto pertinentium. Sic in pronomine *qualiscunque*, quasi dicas, *qualis*, & iterum *qualis*. De Adverbio hæcenus.

C A P U T X X I I

De Præpositione. Eam potius, quam Adverbium, Præverbium appellari. Virumque nomen ex eo desumi, quod plurimum sit. Ordinem quoque Præpositioni accideret. Prisciani, & Cæsaris Scaligeri definitiones resellunt. Vera definitio. Præpositionum distributio. Sola ex particulis præpositio casus naturâ suâ regere videtur. Male nonnullos in præpositionibus omittente ponè, palam, & iocus. At versus, ante verbum, non est præpositio. Ad meridiem versus. Ciceronis memorie lapsus. In Arvernos versus. A Concordiâ versus. Cum adversus, & adversum, adsciscant accusativum. Procul, & usque, non esse præverbia, casusque eis addi solitis regi à præpositione intellectâ, que quandoque etiam exprimitur. An, inter accidentia præpositionis, etiam Comparatio sit.

Sequitur Præpositio, quam (ut Priscianus nos docet in XIV) *Socii* non bene inter conjunctiones ponebant, præpositivam conjunctionem eam nominantes. Quomodo enim conjunctionis nomen mereatur, cum hujus natura

natura sit jungere verba & sententias; eoque inserviat orationi compositæ: præpositio verò primò inserviat simplici orationi sive non enunciati: ut, *In quid dirigit arcum?* Et, *Reduo, circiter meridiem*: sive enunciati: ut, *Mævius d. rexu arcum*, inferam: *Seius rediit circiter meridiem*. Præpositiva Tullio vocatur in Topicis. Alio etiam nomine Præverbium dicitur. Varro lib. v de L. L. *Consuetudo autem communis, quæ cum præverbiis conjuncta sunt, etiam nunc servat: ut adspicio, conspicio, respicio &c.* Et eodem libro: *A quibus isdem principiis, antepositis præverbis paucis, immanis verborum accedit numerus, quod præverbis additis, atque commutatis, aliud atque aliud fit. Vt enim Cessit, atque Reccessit, sic Accessit, & Abcessit.* Item Gellius lib. VII, cap. VII: *Addebat Amianus, AD præverbium acui, cum significat ἄνιστον* : sicuti Adfabre, & Admodum, & Adprobe, dicuntur.* Quare miror, à Sosipatro quæri, Præverbium, an Adverbium, dici debeat. Vbi & ista subjungit: *Suetonius Tranquillus Præverbium putat dici debere, quòd antiè; vel Adverbium, quòd post verbum appellatio ejus nomenque ponatur.* Vnde cognoscimus, secundum Tranquillum, quæ vulgò dicuntur Adverbia, alio ea nomine præverbia nuncupari: etsi, ex mente Varronis, præpositiones potiùs præverbiorum obtineant nomen. Cornelius Fronto, libello de vocabulorum differentiis, quæ adverbia sunt, cum Tranquillo & ipse vocat præverbia, planèque rejicit adverbii vocabulum. Ita enim loquitur: *Præverbium est ἐνφρημον: adverbium & vitiosum, & fictum est: tamen in usu nunc est receptum.* In libello autem Terentii Scauri quatuor ista, *ex, in, ad, ab*, vocantur adverbia localia: sed additur, aliis præverbia nominari. In hoc appellatio-num dissenso, Varronem tutiùs sequimur; neque id solum ob viri auctoritatem, sed etiam quia pro eo stat ratio. Sanè adverbium, etsi in sermonis usu sæpius præponatur verbo, (quomodo dicere solemus, *male canit, celeriter curru*) tamen naturà posterior est: ut rectè docent, qui differunt de discrimine ordinis Grammatici, & Oratorii. Præpositio verò, ut usù, ita naturà etiam prior est verbo suo. Vt omnino præpositioni potiùs, quàm adverbio, præverbii nomen competat. Itaque nec Cæsar Scaliger scribere veritus est libb. de causis L. L. *Non est præpositio, quia præponitur: sed præponitur, quia est præpositio.* Satis acutè, etsi ineptum videri possit. Rem enim significatam Scaliger attendit, à cujus natura vocabulum petitur. Sanè ordinem naturæ, quem Grammaticum vocant, spectare si velimus: præpositio omnis in mente humana casum suum præcedit: & inde præpositionis nomen datum est rei. Verùm vocabulum si spectes, non semper præponitur, quomodo præpositio sive præverbium non semper fit, quod dicitur. Interim vocis quoque usum non rem ipsam, &

naturæ in mente ordinem si consideremus. Fateri cogimur istam etiam appellacionem ab eo sumi, non quidem quod semper, artamen quod plurimum fiat. Sunt enim præpositionum aliæ præpositivæ, aliæ postpositivæ. Priores non postponuntur, nisi figurate; ut illo Sallustii & Histor. *Quos inter maxime*. Posteriores semper postponuntur. Ut *tenuis*: quomodo dicimus, *Pube * tenuis*. Ac *versus*, etiam, & *usque*, quæ à plurimis præpositiones creduntur, frequentius postponuntur. Ac movit hoc nonnullos, ut Ordinem inter Præpositionis accidentia reponerent. Quos inter Nicodemus Frischlinus: atque idem veteres quosdam factitasse, auctor est Diomedes. Quare non placet definitio ista Prisciani, quæ dicitur esse *pars orationis indeclinabilis, quæ præponitur aliis partibus, vel appositione, vel compositione*. Nam in eo peccat, quod non convenit cuivis præpositioni; uti *tenuis*, quæ verius *postpositio* dici mereatur. Imò est, cum in compositione quoque postponantur: ut *hætenus*, *quatenus*; *quicum*, *mecum*, *quibuscum*, *nobiscum*. Atque adeo sibi etiam ipsi postponitur: ut, in *circumcirca*, *inane*, *exane*, & aliis, de quibus mox plura. Præterea definitio ista etiam competit conjunctionibus præpositivis: ut, *nam*, *si*. Item particulis optandi: ut, *utinam*, *ô si*. Atque aliis.

Ex acutissimo Julio Scaligero videtur definitio ejusmodi extrahi posse: *Præpositio est vox significans rei motum, vel quietem*. Sed *ob*, & *propter*, non motum, vel quietem signant, verum causam. Non fugit hoc perspicaciam Scaligeri; sed occurri eo putavit, quod olim habuerint loci rationem: ut, *Ob Romam obequitans Hannibal*: &c., *Atque sine propter amicum*. Verum hoc non est satis. Nam si de *ut* & *si* † præpositionis est, signare motum, aut quietem; etiam cum denotent causam, connotabunt motum, aut quietem: vel si ea non connotant, præpositiones esse desinent. Aliud quoque telum libramus. *Absque* non significat motum, aut quietem. At, inquit Scaliger †, *tamen si verum motum non dicat, significat tamen absentiam, & intervallum, quod possit esse locus rei motæ inter duo extrema*. Mirificum responsum, quasi idem foret, notare absentiam, ac notare locum: quasi item pro eodem censere oporteat motum, & locum, in quo motus fiat.

* *descriptio*. Melior *ἰσχυραφή* * ista, quam etiam alibi dedimus, ut definiatur vox, quæ nomen adjungitur verbo, ad causam, locum, tempus, conjunctionem, aut privationem significandam. Sanè Frischlinus etiam, è Prisciano, ac Valla, distinguit præpositiones, in temporales, ut *citer*: causales, ut *pro*, *præ*, *ob*, *propter*, *secundum*: privativas, ut *preter*, *absque*, *sine*, *clam*: comitativam, ut *cum*: locales, ut sunt cæteræ omnes, aliæ ad locum, aliæ in loco, aliæ per locum, aliæ de loco.

Quod

Quod si, ut verisimile credimus, in quo libro de Structura ostendimus, adverbia nulla, nullæ etiam interjectiones, casum regunt : casusque additus adverbio, si dativum exceperis, potius regitur à præpositione κατ' ἐλαψιν subauditâ : non melius præpositio definitur, quam particula casum regens : sive, ut ἐλαψικαὶ illa apertius excludantur, naturâ suâ casum regens. Nec propterea existimandum, rectè præpositionem etiam adjungi adverbii, vel præpositionibus, quoties casus adponitur. Quippe ubi perpetua est ἐλαψις ex probatâ loquendi consuetudine : ibi nec nobis licet eam Latii legem migrare. Dixeris, regimen non ad singularum vocum ἀναλογίαν, sed ad structuram earum, quam σύνθεξιν dicimus, pertinere. Non diffiteor : verùm nihil hoc officit nobis. Quippe si voces singulæ sint propter orationem, cujus est structura : à structura, tanquam sine, singularum vocum petere discrimen ac definitionem licet. Vt præteream illud, quòd hîc universè modò dicatur, præpositionum esse naturam, ut extra compositionem casum regant : non autem additur, quem casum regant : quia posterius hoc συντίξιδι explicetur.

Ex iis, quæ de præpositionum naturâ generatim diximus, facile deinceps erit statuere, ut quædam præpositionibus annumerent, quæ hujus loci non sunt : quædam contrâ prætereant, quæ iis conveniat accenseri. Hoc exemplis planius fiet. Ita *ponè*, & *palam*, addi oportet, etiam Charisio iudice. Livius lib. x belli Macedonici : *Ponè castra*. Idem lib. vi ab V. C. *Palam populo*. Cicero, sive potius declamator vetus in Sallustium : *An turpius est scribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem ?* Nec displicet ibidem * : *His palam refelle* : ubi ^{* al. Hic.} postponitur. Vti & in illo Horatii libro Epod. od. xi :

Vbi hæc severus te palam laudaveram.

Quo ex loco simul dilucet, falli Fl. Caprum libello de Orthographiâ, ubi legas : *Coram illo dicendum est ; non, Palam illo : nam palam ad multos refertur*. Quæ & Alcuini in Grammaticis, & aliorum, sententia fuit. Quæritur, an *secus* addi etiam oporteat. Sanè vulgatus interpres Plal. i ait : *Ligno secus decursus aquarum*. Sed adverfatur Sospater Charisius lib. i, ubi ait : *Secus adverbium significat aliter. Vnde nascitur Secus, ἀποδοσίσις. Cæterum id quod vulgus usurpat, Secus illum sedi, id est, secundum illum, & fatuum, & sordidum est*. Verùm non solum vulgus sic locutum videtur. Nam est Sempronii Afellionis lib. xiv Histor. *Ne possent stationes facere secus hoc*. Et Plinius lib. xxiv, cap. xv, *Secus fluvios*. Item Fabius lib. viii, cap. ii : *Pessima sint ἀδόντια, hoc est, quæ verbis aperta occultos sensus habent : ut, Conductus est cæcus secus viam stare*. Vbi non satis video, cur is sensus sit obscurus. Nam satis liquet, hanc

eorum esse verborum mentem : *Cæcus est preiio ad hoc conductus, ut staret juxta viam* : puta ad stipem emendicandam, vel aliud. Interim liquet, *secus* præpositionem esse ; verùm quâ elegantix studiosus rectius abstineat : utcumque semel & iterum exciderit bonis scriptoribus , qui ex vulgari usû eam admifere , non ex consensû doctorum.

At perperam præpositionibus addidere *versus*. Scio, Ciceronem ad Matium *, scribere , *Brundisium versus* : similiaque alibi legi. Verùm est sermo hic ἐπιεικῆς , quia ad reticetur , unde *Brundisium* regitur ; non autem ab adverbio *versus*. Integrè dixit Livius lib. I : *Deductus in arcem, in lapide ad meridiem versus confedit*. Imò quandoque etiam in additur. Cæsar lib. VI I de bello Gallico : *Quorum ille precibus permotus, castra ex Bisurigiis movet in Arvernos versus*. Ac similiter fortasse Tullius , libro de Amicitia. Nam ubi vulgò editum : *Is primum instituit in forum versus agere cum populo* : quod planè ineptum : in libris vet. ut Carolus Langius, & Dionysius Lambinus, observarunt, legitur, *in forum versus*. Sermo est de C. Licinio Crasso ; qui cum alii, cum populo agentes, senatum versus spectare soleant ; faciem in forum versus convertibat , ut honorem populo præstaret. Plutarchus tamen id non de C. Crasso, sed C. Graccho narrat. Quæ nomina aded sunt vicina, ut facilis in eo fuerit lapsus Tullio. Nam quo minùs librarii culpa putetur, facit quòd Licinius, non Tiberius vocetur. Plutarchus, dum id refert, habet hunc in modum, Πρώτων τῶν στραφείς ἐξω πρὸς τὴν ἀγορὴν δημογορήσων. Eaque verba confirmant, quod diximus. Nam quod Plutarchus, στραφείς ἐξω πρὸς τὴν ἀγορὴν δημογορήσων, id Tullio est, *in forum versus agere cum populo*. Vnde aliquis conjectet, *versus*, quod στραφείς redditur, participium, non adverbium esse. Verùm non minùs probabile est, Plutarchum sententiam solùm, ac vocis ἐπιμὸν, spectasse. Nam ad *Orientem*, vel *urbem*, vel *forum versus*, dicimus, quia ed nos vertimus, quòd iter dirigimus.

† Primum
hinc exterris
conversus ad
populum
conciatus.

Porro quòd non *versus* solùm, sed etiam *versum* dixere, minime mirandum : quando in his nihil aliud est discriminis, quàm quòd illic sit recti casus forma, hic inculativi, vel illic masculini generis, hic neutrius. Cato dierum dictarum de consulatu suo : *Pone versum illac mare est*. Nec tantùm dico, *ad Romam versum ire* : sed etiam *à Roma versum*. Quomodo locutus Varro lib. IV de L. L. *Tum quendam Curium, virum fortem, armatum ascendisse equum, & à Concordiæ versum, cum equo in eum precipitatum*. Ei quod hic dicitur, *à Concordiæ versum*, contrarium est, *ad Concordiæ versum*. Sive unâ voce, sed compositâ, *adversus*, vel *adversum Concordiæ*, puta *idem*. Sic *adversum*, vel *adversum urbem*, valet *ad urbem versus*, vel *ad urbem versum*. Atque hinc causam videmus,

videmus, cur *adversus*, & *adversum*, regant accusativum: nempe non vi posterioris partis, quæ est *versus*, vel *versum*; sed prioris, quæ est *ad*.

Quæ verò de causâ *versus*, & *versum*, è præverbiis ejjicimus: ob eandem inde arcemus *procul*, & *usque*. Non quidem ignoro, *procul* ablativo jungi. Vt apud Livium initio lib. XLIV: *Tumulo hant procul hostium castris capto*. Et lib. XLVIII: *Procul Oceano*. Item apud Suetonium in Claudio: *Procul dubio*: & Columellam præfat. lib. I: *Procul vero*. Sed enim hæc ἐπιπικῶς dicuntur, quia reticetur præpositio *a*, vel *ab*. Sanè ut Ennius*, *patria procul*: ita Maro†, *procul a patria*. Et Ovidius epist. Phædræ ad Hippolyt.

Sint procul à nobis juvenes, ut femina, comiti.

Fabius‡, *Procul à literis*. Item*, *Procul ab ostentatione*. Objectant, quòd & accusativo jungatur. Ac adferunt illud Livii lib. XXXI: *Locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit*. Item hoc Plinii lib. IX, cap. LIII: *Villa est Campaniæ hant procul Neapolim*. Vtrumque locum sic adducunt Ninivita, & Linacer: priorem etiam Rob. Stephanus in Thesauro. Sed in melioribus Livii codd. est, *procul muro*: in Plinianis, *procul Neapoli*: quomodo & habet antiquissima & optima editio Parmensis. Atque hinc etiam liquet, cujus sit fidei, quod è Curtii lib. IV, de Alexandro aciem disponente, vulgò objiciunt: *Impedimenta hant procul aciem in eduto colle constituit*. Vbi Hadrianus Iunius ex codd. suis expressit, *hant procul ab acie*: sed ad oram addidit, in aliis libris legi: *hant procul acie*. Mirum, Modium quoque edidisse, *hant procul aciem*. Nisi, quæ Acidalii est suspicio, culpâ typhotetæ *aciem* pro *acie* irrepfit.

In *usque* similiter deceptos diximus. Nec diffiteor, accusativo jungi. Vt Terent. Adelph. act. IV, sc. V: *Miletum usque*. Et Cic. ad Att. lib. XV, ep. XXVIII: *Usque Puteolos*. Sed ellipsis est præpositionis *ad*, quæ sæpe adjungitur. Vt Cic. lib. II de Invent. *Usque ad hoc tempus*. Virgil. Ecl. V:

Daphnis ego in silvis hinc usque ad sidera motus.

Horat. lib. I, sat. III: — *Ab ovo Usque ad mala* — Tacitus lib. XIX: *Ad seram usque diem*. Et alibi crebrò. Quare quod dico, *Romam usque*, integrè fuerit, *usque ad Romam*. Interdum & *sub* possis intelligere: quod exprimitur à Marone I Georg.

— *Serite ordea campis*

Usque sub extremam brumæ intratætabilis imbrem.

Ac similiter & ablativo jungitur cum præpositione. Vt Terent. Eunu. act. III, sc. II: *Ex Ethiopia est usque hæc*. Et Phorm. act. II, sc. III:

k k 3

Pro-

* *Medea*
apud Cic.
lib. 7. epist. 6.
† Ecl. 10.

‡ lib. 7. c. 2.
* *proamia*
lib. 4.

Progeniem vestram usque ab avo, atque atavo profertens.

Cic. in Top. *Usque a capite arcessere.*

Virgil. VII Æn.

— *Sicilo prospexit ab usque Pachyno.*

Videtur & *prope* magis adverbium esse. Nempe ut, *prope urbem*, usu receptum dicamus, loco integri, *prope ad urbem*: quomodo Belgæ dicunt **dicht by de stad**: ubi **by** (quod valet *ad*) exprimi videmus. Et cur non æquè intelligatur præpositio *ad*, cum accusativus sequitur: quàm exprimitur præpositio *a*, cum sequitur ablativus? Vt apud Ciceronem *, *Bellum prope a Sicilia*: item †, *Prope ab domo desineri*: & similibus. Nam ut dicimus, *prope abesse ab urbe*: sic dici potuit, *prope adesse ad urbem*. Valde etiam pro hac sententia est, quod *prope* comparatur, & tum comparativus, tum superlativus, eidem casui jungatur. Vnde apud Livium, *Propius Albam*: item, *Propius fidem*: & apud Ciceronem VI Philipp. *Propius urbem*: & Philipp. X: *Quàm proximè Italianam*. item apud Sallustium in Iugurth. *Proximè Hispaniam Mauri sunt*. Iulius Scaliger lib. IV de L. L. cap. CI, colligebat ex ejusmodi structurâ, etiam comparisonem inter præpositionis accidentia reponi oportere. Vellem, præter *prope*, adducere aliud potuisset. Nam hoc, an præpositio sit, in controversia est nobis. Alii aliter respondent. Nam dicunt, præpositiones comparatione fieri adverbia. Verùm nemo, qui philosophiæ oram adhiberit, ex accidente, qualè est comparatio, iudicium facere volet de *σίμα* ‡ vocum, ad quam pertinet classium distinctio. Quare si *prope* est præpositio, cum dico, *prope Romam*: præpositio quoque erit, cum aio, *propius Romam*, &, *proximè Romam*. Sin hæ præpositiones non sunt, ne *prope* quidem fuerit. Fortasse & aliquid est, quodd hi gradus eadem significatione etiam dativo junguntur. Nam dicimus, *propius urbi*, & *urbem*; *propius castris*, & *castra*. Maro I Georg.

* 7 Verr.
† 4 Verr.

‡ *essentia*.

Agricolæ propius stabulis armenta tenerent.

Cæsar: *Quàm proximè potest hostium castris castra communis*. Atqui præpositiones nullæ dandi casum regunt. Oggeret pro Scaligero aliquis, cum aio, *propius*, vel *proximè urbi*, esse adverbia: at cum dico, *propius*, vel *proximè urbem*, esse præpositiones. Sed si utrobique eadem omnino significatio est, eadem quoque, uti dixi, erit pars orationis. Omnes enim orationis partes distinguuntur significatione, ut formæ essentiali, sive differentiâ, quam Græci *είδομαίον*, vulgò autem *specificam* appellant. Nihil hîc obtendere possumus, nisi fortè, quod propriè non est regimen, cum dativus apponitur acquisitivis: de quo libro proximo.

Penè

Penè etiam est, ut ne *circiter* quidem præpositionem agnoscam. Nam aliquando suspicio mihi incidit, ut *obiter* dicimus voce ex *ob*, & *iter*, composita: ita etiam *circiter* esse conflatum ex *circum* vel *circa*, & *iter*. Ita *circiter Romam*, integrè sit, *circum uer ad Romam*: hoc est, *circa illud iter, quo Romam itur*.

CAPVT XXIII.

De præpositionum derivatione, & compositione. Origo præverbiorum propter, circum, secundum. Præsentè, & absente, cum plurali, testibus, suis, omnibus, nobis, legatis, ambobus. Nobis insperanti. Præfiscini. Vnde consuetur apud, prope, post. Cum aduerbijs præpositiones componi, exemplis comprobatur. Deprocul, proporro, impridie, impalam, propalam &c. Appulejus emendatus. Ostenditur easdem cum se ipsis componi: ut, inante, exante, postante, circumsecus, incircum. Insuper cum accusandi casu. Insuperhabere. Incoram. Præpositionem compositione cum altera præpositione non fieri aduerbium, contra quam credidit Valla.

Accidit quoque præpositioni, tum derivatio, tum compositio. Derivatio, ut, *intra, extra, circa*. Item *inter, subter*. Quorum primogenia, *in*, & *sub*. Simile *propter*, à *prope*. Nam primò idem valuit ac *juxta*. Etiam à nomine veniunt: ut, *circum* à *circus*, quod à $\kappa\iota\rho\upsilon\sigma$: *secundum* à *secundus*, quia quod secundo loco situm est, id post aliud est, ac *prope* illud. Hinc Priscianus lib. XIV, quando præpositio est, significare dicit $\kappa\alpha\lambda\acute{\alpha}$, vel $\mu\epsilon\lambda\acute{\alpha}$. Arque ita ait accipi apud Sallustium, oratione Adherbalis ad Senatum: *Secundum ea, si desideranda erant, mihi debitis merer*. Et istoc Lucani lib. VIII:

— *Secundum Emathiam lis tanta datur* —.

At falsus cum aliis Linacer, cum *secundum* hîc exponit *super*. Nec audiendus Fulvii codex, qui apud Sallustium pro *secundum ea*, habet *sed ea*.

Ex his liquet, præpositionum aliquas à nominibus venisse. Prope igitur est, ut iis adsentiam, qui *præsentè*, & *absente*, arbitrantur in præpositiones degenerare, quoties plurali sociantur; idemque valere ac *coram*. Pomponius Syris:

Quidam apud forum, præsentè testibus, mihi vendidit.

Attius Menalippa:

Est res aliqua, quæ, præsentè his, maturè prius institit.

Ita rescribo, metro compulsus: pro quo, *prius maturè*, est apud Nonium. Qui & Fenestellam in secundo Annalium, & Novium in Maniâ

niâ Medicâ, similiter docet locutos. Illius est: *Et quædam exta, præ sente suis, quædam absente porrecissimæ.* Hujus est:

Te volumus dono donare pulcro, præsentem omnibus.

Alibi etiam adducit ex Afranii Auctione:

*Sin * hic, absente nobis, venierit puer.*

Et Plauti hoc Amphitry. act. II, sc. II:

Nec, nobis præsentem, aliquis nisi servus Sosia adfuit.

Quamquam verus iste, uti & prior, in codd. aliquot desideretur.

Sed non levis est pro eo Nonii auctoritas. Et quid vulgatius illo Terentiano Eun. act. IV, sc. III:

Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi.

Vbi sic vetus interpretis: *Pro præpositione ponit A B S E N T E: ac si diceret, coram nobis.* Alter etiam vetus Grammaticus (nam ex duobus minimùm consarcinati illi commentarii) antè dixerat, vel in *absente* subaudire *me*, quomodo post *absente* debeat distingui: vel esse *ἄχαισµόν*, ac similiter dixisse Pomponium:

— Ergo istuc sine †,

Præsentem amicis, inter cœnam —.

Item Varronem ad Marcellum: *Id, præsentem legatis omnibus, exercitum † pronunciat.* Nec respuere ausim eorum conjecturam, qui jam à Decemvirorum temporibus hoc loquendi genus arcessunt. Sic enim legunt in XII Tabb. POST. MERIDIEM. PRÆSENTE. AMBOBUS. STLITEM. CONDICITO. Quod nisi istiusmodi obstarent, ubi *præsentem* jungitur cum *suis, omnibus, amicis, legatis*: poterat in illo, *absente nobis, videri nobis*, per synecdochen poni pro *mibi*, vel *me*. Vt in hoc Catulli *:

— *Insperantique ipsa refers te*

Nobis.

Compositionem quoque præpositioni accidere, liquet ex *adversum, & absque*. Etiam *apud*, juxta Cæsarem Scaligerum, prius fuit *ad pedes, πρὸς τοὺς πόδας*. Quo exemplo itidem *prope* dictum, quali *pro pedibus*. Post etiam fortasse ex *pone, & est*. *Pone* autem à *ponendo*, id est, desinendo. Non, ut visum aliquibus, ex *po*, pro *post*, (ut in *pomeridianus*) & *ne*: ut *sine* ex *se* (unde *sedulo, separo*) & eodem *ne*.

Componuntur autem præpositiones *cum* quibusvis classibus. Cum nomine; ut, *prædives, subrubidus, præfiscini*, quali *præ*, hoc est, sine *fascino, αἰσχροπλάγος*. Cum pronomine; ut, *quicum, secum*: quod malè negat Priscianus in XVII. Cum verbo; ut, *perfero, cispedello*, quod apud Plautum. Cum participio; ut, *præcedens, inambulans*. Cum adverbio; ut *perdocte, adprimè*. Cum se ipsa; ut, *præterpropter*. Cum conjunctione; ut, *absque*.

De

* al. Adest, si hic a. Membrana nostra: Abest, si hac absente. Sed hic malim. Senarius sit, Abest, si absente hic n. v. p.

† Ita numerorum ergo rescripsi, pro. Sine ergo iituc. † Distinctionem notam post exercitum sustulit, quia censet exercitum non esse auferendi, sed dandi casus. * carm. 108.

De adverbis tamen negant veteres. Verba sunt Maximi Victorini in Arte Grammatica: *Adverbis adijci præpositiones, negant omnes Technici: quamvis licenter veteres usi sint.* Quod de veterum ulu addit, exemplis istis comprobatur. Legimus apud illos, *de repente, de subito, de procul*, quo Plautus utitur Perf. act. IV, sc. II; & *proporro*, quod aliquoties apud Lucretium invenitur; *in simul*, quo ulus Papinius primo Sylvarum; *in pridie*, ut apud Tertullianum ad Scapulam: *Sed idem ipsi, qui per genios eorum in pridie usque juraverant.* Et *in palam*, ut apud Hilarium ad Constantinum: *Pugnaremus in palam cum fiducia contra nequantes, contra torquentes, contra jugulantes.* Sic *propalam*. Appulejus de Mundo: *Species immensus modo propalam, sepe consecutas, ab uno principio agitari jubet.* Vbi Aristoteles, *πολε* μὲν ἀφαιζομένην, πολε δὲ φανεμένην.* Vnde legendum liquet: *modo propalam, sepe consecutas*: ut quidem emendat Vulcanius: vel potius *consecutas*. In MSO est *consecutas*, unius literulæ vitio. Similiter cum *ibi* conjunguntur variæ præpositiones. *Inibi, & interibi*, quod Appulejus in Apolog. usurpat: *Interibi revalesco.* Hoc est, interea. Vbi notat Scipio Gentilis: *Non memini alibi legere.* Sed etiam utitur Plautus. Vt & *postibi*, apud eundem legas aliquoties. De quo Scoppium vide lib. I Sufp. Lect. cap. xv. Ac alia quædam in hanc mentem Rævardus lib. III Var. cap. iv.

Nihilo rectius dubitant, an etiam componantur cum se ipsa. Quod Donatus, Cledonius, alii, apertè testantur. Sergius in edit. II Donati: *Præpositionem præpositioni sic coherentem, ut pro una parte præpositionis habeatur, invenimus sepe apud Ciceronem: ut, circumcirca, id est, circa.* Simile est *præterprop. cr.* apud Ennium; de quo Gellius lib. XIX, cap. x: *exadversus, & exadversum*, apud Terentium Phormione act. I, sc. II, Cicer lib. I de Divin. † Appul. in Apolog. Item *inante*, quo, juxta veteres aliquos codices, utus Cicero lib. II ad Att. ep. IX: *Inante diem XVI Kal.* Et Propertius lib. II, El. III:

Hic dominam exemplo ponas inante meam.

Ita rectè legit Georgius Fabricius. Ac Scaligeri conjectura est, eodem usum Catullum, Carm. de Acme. Estque simile *exante*. Cic. lib. III ad Att. epist. XVII: *Exante diem Non. lun.* Appulejo quoque hanc vocem restituit Janus Guilielmus lib. II Verif. cap. IV. *Postante*, apud Varronem lib. V de L. I. *Circumsecus*, Appulejo lib. V, & XI. *Incircum*, apud Macrum Jurifconf. L. XXVII. D. de reliq. & sunt. fumer. *Veluti incircum porticationes.* Insuper, quod eundem, ac *super*, casum regit. Vitruvius lib. V, cap. XII: *Deinde insuper eam exæquationem pileam quam magna constituta fuerit, ibi struatur.* Eodemque modo & Cæsar, & alii, usurpant: sed sæpius sumitur adverbialiter. Nec minùs, quàm

* modo cordia, modo apparet.

† pag. 107. edit. Ald. Vbi exadversus habet omnium Ciceroni editionum vetustissima. In Stephani ca. illa Lambini, & alia, est adversus.

præpositiones cæteræ, cum verbo componitur. Nam *insuperhabere*, pro posthabere ac contemnere, usurpat Papinianus in Pandectis; uti & Agellius, & Appulejus.

Quod verò Laurentius ait, præpositiones fieri adverbia, quoties aliis præponuntur præpositionibus; id tantum verum est, cum casum amittunt. Ut in illo Terentii Adelphi.*

* *Ed. 4.*
sc. 2.

— *Apud ipsam lacum*

Est pistrilla, & ex adversum fabrica: ibi est.

Livius lib. xxvi: *In æde Concordiæ, Victoria, quæ in culmine erat, submissa ita decussaque ad Victorias, quæ in ante fixæ erant, hæsit, neque inde prociidit.*

Appulejus lib. ix Met. *Insistens jubebat, incoram suis, plagas mihi quam plurimas prozari.* Et lib. x: *Nam & juniorem, incoram suis, sumerari videbat.*

C A P V T XXIV.

De præpositionibus inseparabilibus. Equivocè eas & improprie præpositiones dici. A veteribus quoque vocari loquelares. Ve etiam loquelarem esse. Di, & dis, eandem esse; ut tra, & trans. Dis à Dg. Con eandem videri ac cum, etsi aliter Fabius. Probus male di, & dis; co, & con, pro d. versis habet. Nec an, & am, diversè sunt. Anquiro. Anus, & annus, unde veniant. Am extra compositionem in usu olim erat. Palemon male AS inter loquelares reponit: male item Diomedes AV. Asporto, & aspello, cur S pro B habeant. De au Diomedis faver Gellius. Idem Gellius emendatur. Ne loquelarem non esse. Sed pro se. Marid.

HActenus egimus de præpositionibus separabilibus, hoc est, quæ extra compositionem sunt usitatæ: quas etiam solas, cum superius definiremus hanc classem, respiciebamus. Cæteræ equivocè præpositiones dicuntur; cum non voces sint, sed partes vocis, eoque ad nullam ex octo vocum classibus directè pertineant. Quod etiam Priscianus fatetur; sed alias adducit causas, ob quas præpositionibus accenseantur. Sic enim loquitur in xiv: *Quædam per se poni non possunt separatæ in contextu orationis, idcircoque partes orationis dici verà ratione non possunt: tamen, quia vim & significationem præpositionum habent, & in ipsâ compositione semper præpositivæ sunt; ideo & præpositionibus connumerantur.* Sed quod dicit, vim habere præpositionum, perpetuum non est. Nam repono est iterum pono; revertor, iterum vel retro vortor; secubo, seorsum cubo. In cujusmodi non præpositionis, sed adverbii vis est. At rectè nobis largitur, non esse VERA RATIONE partes orationis. Vbi rationem vocat λόγον & εἰσίας. Quod si est, nec competere ei debet præpositionis definitio, cujus est explicare λόγον & εἰσίας*. Et tamen

* *rationem naturæ.*

tamen indirectè ad aliquam saltem classium, sive ea præpositio, sive adverbium sit, pertinere, argumento est, quod compositio vocis sit accidens; ut ex ea simpliciter iudicium de essentia fieri non debeat: quodque extra etiam compositionem quædam olim in usu fuerint, ut *am*: quædam etiam à Græcis acceperimus; ut *dis*, quod è *δυσ*, ut postea explicabitur.

Hujusmodi præpositiones à veteribus dicuntur *loquelares*. Valerius Probus lib. 1, cap. de Præposit. *Præpositiones duobus generibus constant. etenim alie sunt Loquelares, quæ ornandi sensus, aut agendi, vel minnendi gratiâ, cæteris partibus præponuntur; alie autem Casuales vocantur, quod casibus seruiant. Loquelares sunt, an, co, con, re, se, di, dis. Hæc Probus, qui & paullò post indicat, loquelares dici, quoniam per compositionem loquelis inherant. Loquelare verò dicitur, ut Græce λεκλικόν. Ac monet Achilles Staius, Observationum difficiliorum cap. xi, apud Tullium de Somnio Scipionis itidem legi: *Homines loquelariter animum tantummodo Solis, id est, unius astri reditu metiuntur.* Sed melius vulgati populariter: quod ipse Achilles non diffitetur.*

In enumeratione præpositionum loquelarium Probum sequitur Grammaticorum vulgus. Sed profectò, & mutile, & malè, loquelares præpositiones recentent. Nam *ve* prætereunt, quæ & ipsa inseparabilis est: ut in *vecors, vesanus, vehemens, vegrandis, vejuvis*. Nam cum *VE* tantum in compositione nominum præponi queat: quò potiùs, quàm ad præpositionem loquelarem, referatur? Contrà alias bis ponunt. Quemadmodum enim *T R A* in compositione haut est aliud, quàm *TRANS*: quomodo dicimus *tradere, & transdere; tralatio, & translatio*: ita & *D I* idem est, quod *DIS*: unde *dispuer*, apud Plaut. Bacchid. † *Nam alia memorare, quæ illis facere vidi, dispuer.*

Item *disædet*. Terent. Phorm. †

— *Nam me cum hoc ipso disædet loqui.*

Charisius cap. de Adverbiis interpretatur *valde tædet*. Est vero *DIS* à *δισ*, id est, *bis*, quod divisionem indicat. Vt in *distrabo, distinguo*. Vel potiùs à *δισ*. Nam quod Græcis est *δισφίρω*, Latinis est *differo*: quod illis *δισγνωσκω*, aut *δισλύω*, id his *dignosco*, aut *diluò*. Confirmat, quæ dixi, hic Velii Longi locus lib. de Orthographiâ: *Et quatenus incidimus in mentionem præpositionis Dis; adnotabimus, & illam plenam præscribi cæteris, nisi his partibus orationis, quæ incipiunt à litera M, ut dimorvit: aut N, ut dinoscit: aut L, ut diluit: aut B, ut dibucinat: aut G, ut digerit: aut si à D litera incipit, ut dididit; quomodo Virgilius, Tua terris dedita fama: aut in F literam transit, si ab hac eadem sequens vox incipiat, ut diffudit.* De *tra, & trans*, ibidem sic scribit: *Trans quoque*

† ad. 3.
sc. 3.
† ad. 5.
sc. 9.

præpositio interdum plena est, ut transtulit: interdum minuitur, ut trajicit, tradaxit. Idem de TRA, & TRANS; DI, & DIS, legere est apud Papirianum in Conlectaneis Cassiodori de Orthogr. Fortasse nec meliori jure CON inter loquelares reponunt, cum idem ac CVM esse videatur. De quo tamen non pertinaciter repugnem, quando pro diversis etiam habuit vir summus, Quintilianus, lib. I, cap. VII: *Freq̄. enter, inquit, præpositiones quoque copulatio ista corruptæ: inde abstulit, aufugit, amisit, cum præpositio sit AB sola: & coit, cum sit præpositio CON.* Idem cap. VI: *Inherent tamen quidam molestissimâ diligentie perversitate, ut audaciter potius dicant, quam audacter; licet omnes oratores aliud sequantur; & emicavit, non emicuit; & coire, non coare.* Vides, ut utrobique dicat CON, non CVM. Adi & Gellium lib. II, cap. XVII. At longè etiam spissior est error Valerii Probi in Catholicis: ubi ut DI, & DIS, ita CO, & CON, pro diversis ponit. Nam CO amittit N: ut in *coherere, coërce, coalesco, cogo, cohubeo* &c. At interdum pro CON dicimus COM, non solum sequente M, ut in *communis*: sed etiam aliàs: ut *compello, comburo*. Quod si ex *xro* sit, b fuerit infertum. Sed fortasse est ex *buro*, hoc è *αυρω*. A *buro* autem sunt *buftum, & buftar*.

Nec rectè inter præpositiones loquelares ponunt AN. Nam AM dicere debuerant, ut ex Festo Pompejo cognoscimus. Sanè dicitur *ambedo, ambages, ambigo*. Est autem *αμ κατ' ἀποκρίπιν* ab *ambe* vel *ambi*: quod apud Varronem in VI de L. L. *Ambages*, inquit, *profectum à verbo AMBE: quod est in AMBITV, & AMBITIOSO.* *Ambes* autem, vel *ambi* est à Græco *ἀμφι*. Sanè ut Latini ab *ambi*, & *icere*, vel *jacere* dicunt *amicire*, unde *amicus*, & *amiculum*. Sic Græci ex *ἀμφι* & *ἐννύω* vel *ἐννυμ* fecerunt *ἀμφιέννυμ*, quod idem ac *amicire*. In *amicire* non comparet b, uti neque in *amplector*. Sed est illud in *ambigo*, unde *ambiguus*. Item in *ambarvalis, ambaruales, ambegnus, ex ambi, & agnus*. Vide de his Festum. Vnde integrè erat *ambe*: de quo dictum lib. II de arte, qui est de syllabis, cap. XVII I. In compositione verò interdum M commutatur in N: ut, *ansfractus*: item *anquiro*: quo Cicero, aliique usi, pro *am*, hoc est, circum sive undequaque quæro. Nec in compositis tantum locum habet, sed etiam derivatis: ut in *annus* pro *podice*, & *annus* pro *circo*, unde *annulus*. Olim verò AM etiam separabile fuit. Siquidem Cato, *am terminum*, pro, *circum terminum*, dixit: ut cognoscimus ex Macrobio lib. I Saturn. cap. XIV. Vnde Commianus apud Charisium inter eas reponit, quæ casum regunt; exemplumque idem ponit, *Am segetes*. Et fortasse iccirco eam inter loquelares præterit Palæmon, apud eundem Charisium. Sed Palæmon

læmon ejus loco reponit AS, ut *aspello*. Malè. Est enim ex *abs*, & *pello*, eliso B: nisi ex *ab* esse malis, & B in S abire. Nihilo rectius Diomedes addit AV, ut *ausfero*. Nam integrum est *abfero*. B in V abiit, ut in sexcentis. Et illum Palæmonis, & hunc Diomedis errorem refellit Priscianus in XIV: *In Ausfero B in V convertitur, tam euphonia, quam differentiaè causâ: ne, si adfero dicas, ab ad, & fero componi videatur. Asporto, in quo B in S commutatur, sicut & aspello, dfferentiæ causâ; ne si apporto, & appello, dicamus, ab AD composita existimantur.* Imò longè antè idem docuerat Cicero in Oratore, ubi dicit (ut Gellius etiam monet lib. xv, cap. III.) *verba hæc, ausugio, & ausfero, composita quidem esse ex ab, & ex verbis fugio, & fero: sed eam præpositionem, quæ fieret vox pronuntiatur audiri que levior, versam mutatamque esse in AV syllabam; cæptumque esse dici ausugio, & ausfero, pro absugio, & abfero.* Diomedes tamen accedere videtur idem Gellius, quando postea subjungit: *Sed illud magis inspicere quæritur dignum est, versamne sit, & mutata AB præpositio in AV syllabam, propter levitatem vocis; an potius AV particula suâ sit propriâ origine, & proinde, ut pleræque aliæ præpositiones, à Græcis, ita hæc quoque inde accepta sit: sicuti est in illo versu Homeri:*

Αὐ * ἐρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἰσφαξάν, καὶ ἰδερσασ.

Καὶ ἄεθρομοὶ αὖ ἰαχοί.

Prout locus is legitur etiam in Stephanicâ. Priorem habes versum Homeri II. α, estque CCCCLX: atque iterum II. β, numero CCCXXI. Quæ sequuntur, non puto esse à Gellio, sed Græculo, qui similem locum adscripserit, hoc pacto: *Καὶ, Ἀεθρομοὶ, αὐλαχοί.* Ut illud *καὶ* sit non Homeri, sed ejus, qui similem locum annectebat. Habes eum II. N vers. XLII. Sed Eustathius censet, istoc T in *αὐλαχοί*, esse ab *Ἄο*-licâ epenthesi, pro *αὐλαχοί*: ut *ἀγανὸς*, & *ἀγανυρὸς*, ab *ἀγάνω*, & pro *ἀπρηλί* & *ἀπρηλί* dicitur.

Video etiam esse, qui NE inter loquelares referant, propter *nefrens*, *nefas*, *nefastus*, *nolo*, quod ex *nevolo*, & similia. Sed hoc etiam extra compositionem obtinet. Vti in dehortatione: *Tu † ne cede malis.* † Quod est, *non cedes.* Terent. Phorm. †

Quod utinam ne Phormioni id suadere in memem incidisses.

Vide Priscianum initio lib. xv. Sed enim, inquit, *ne* adverbium producit in compositis: ut, *nequiquam*, *nequicquam*. Sanè producit in his; sed in aliis corripitur: ut in *neque*, & *nequeo*. Nec ex quantitate sola, quæ tantummodo accidens est; sed imprimis, ut sæpius diximus, ex significatione judicium fieri debet. Quare de *ne* statuimus, uti de *nec*: quod & ipsum, tum seorsim, tum in compositione, pro *non* sumitur. De quo vide, quæ Festus ex Sinnio Capitone in *Nec* annotavit.

* Retro tra-
zerunt qui-
dem, pri-
mum, & ju-
gularunt, &
excortiarunt.

† 6. En.
‡ alt. 1.
§. 3.

Pro *se* etiam *sed* dixere : teste Festo , qui *sine* exponit. Atque ita in lege vetustà , ut ibi Scaliger monet , QVÆSTORQVE EAM PECVNIAM SED FRVDE SVA SOLVITO. Metuo , ne semper *se* dixerint : nisi cum *d* apponeretur formà aliis etiam vocibus communi : ut cum *marid* , pro *mari* , legitur in columna Duillii. Aut cum *med* posuere , pro *me* , unde *mederga* . Quomodo item à *se* , & *uio* , est *seduio* ; à *re* , & *uio* , *r. diuo* . Verùm si non alià ratione , *sed fraude* , dixerint , nihil in eo erit proprium ac peculiare. Sanè *se* nunc tantum in compositione , nisi vocalis sequatur , inuenias : ut *sedulo* , *separo* , *segrego* . Sæpè verò E in O abit : unde *focors* , & *sobrius* , à *bria* , unde & *ebrius* : ut alibi dicimus. Non semper verò SE in compositione è præpositione est , sed quandoque ex nomine *femis* : ut in *femodius* , & *selibra* .

C A P V T X X V .

Conjunctio quid. Propriè ea sententias , non verba connectit. Aliqua inter conjunctiones falsò referuntur. Aliqua item , pro diverso usu , nunc adverbia sunt , nunc conjunctiones. Igitur , pro postea. Quatinus , & quatenus , ut à veteribus Grammaticis distinguantur.

CONJUNCTIO , quam Græci σύνδεσμον , nonnulli ad verbum , sed duriusculè , *conuincionem* nominant , est *pars orationis connectens ordinansque sententias* : prout à Commiano apud Charisium , & à Palæmone apud Diomedem , non incommodè definitur.

At parùm rectè illi , qui dicunt conjungere verba : quandoquidem non simplices connectit voces , quatenus tales : sed voces complexas , quatenus constituunt pronunciata plura vel reapse , vel potentià . Quomodo τῆ δυνάμει * *duæ sunt sententiæ* , *Catonem fuisse bonum & senatorem* , & *agricolam* .

Non pauca verò sunt , quæ falsò ad Conjunctiones retulerunt : quam rem etiam attigimus lib. IIII artis Grammaticæ † . Sanè nomina sunt *caussà* , & *gratià* , etiam cùm pro *ergo* sumuntur : etfi aliter visum Charisio.

Quamobrem , *quasobres* , *propterea* , *quare* , & similia , non videntur hujus esse classis ; quia non tam vox unica sunt , eaque composita , quam plures : cui rei argumentum nobis est , quòd structura , quæ in simplici voce locum non habet , in earum singulis observatur. Et vix *caussa* apparet , cur *quamobrem* magis sit vox unica , quàm *eam ob rem* : vel *quare* , quàm , *eà re* : ut illo Tulliano , *Eà re statim ad te Aristocrissem misi* .

Nec , quòd vulgò conjunctionem disjunctivam faciunt , ex Festo discimus esse adverbium negandi , & idem valere , quòd *non* . Nam ut ea præ-

† sive lib. I
de Analog.
cap. 2.

* potentià.

præteream, quæ Festus adducit, etiam ex compositione id liquet. Quippe *negocium* dictum, quod non sit *ocium*: *negligens*, quod non *legens*, ut idem Festus alibi testatur.

Quam Priscianus statuit conjunctionem electivam. Sed rectius lib. xv facit adverbium comparandi. Idem iudicium esto de *tanquam*, & *tam*. Item de *potius*, *magis*, imò: ut cum dico, *Hic eat, imò ille, aut potius iste*. Quamquam propterea Plinius ponat conjunctiones *relativus ad aliquid*: ut Charisius, & Diomedes, perhibent.

Sed neque *admodum* conjunctiones sunt, quæ utramque rem tollunt. Vt in isto, *Neque natare, neque literas novit*. Vbi *neque* magis negandi adverbium est; quam conjunctio. Certè in eâ particula duo sunt, *ne*, quod negandi adverbium est, & *neque*, quod copulativa est conjunctio. Vtrumque munus præstat *neque*: ac quatenus negat, adverbium est: quia verò & disjunctas connectit sententias, quodammodo conjunctio est.

Multa etiam esse alia fatemur, quibus, & in adverbiiis, & hîc, rectè tribuatur locus. Sic *deinde*, cum verbo jungitur ad circumstantiam temporis indicandam, adverbium est: conjunctio autem, cum tantum ad orationis juncturam pertinet. *Ac, &, atque*, conjunctiones sunt, cum dico, *Brutus, ac vel atque Cassius*. Adverbia sunt in isto, *Aliter facit, ac tu, vel atque tu*. Nam idem valent, ac adverbium comparandi *quam*.

Igitur quoque interdum non conjunctio est ratiocinativa; sed adverbium temporis; poniturque pro *deinde*, sive *postea*. Plautus *Mstellariâ* *:

— *Miserum est opus,*

Igitur deum fodere putavim, ubi sitis fauces tenet.

Et Amphitryone †:

— *Sin aliter fieri animati, neque dent, quæ petat,*

Sese igitur summâ vi, virisque, eorum oppidum expugnassere.

Vbi *igitur*, pro *deinde*, accipi, observat Nonius Marcellus: ut & Donatus ad illud Terent. Eunuchio: *Quid igitur faciam?* Ac eodem modo locutus Propertius ‡, & fortasse Maro *. Vide Guil. Canterum lib. iv Nov. Lect. cap. xxxvi, & Ob. Giffanium Indice Lucret. voce *Igitur*.

In nonnullis verò hujus generis literarum aliquod discrimen commenta est Grammaticorum curiositas. Sic *Quamvis*, per I, ad causales retulerunt. At *Quatenus*, per E, loci, vel temporis adverbium est, juxta Caprum. *Quomodo* & in *Proximis*, ac *Protenus*, discrimen statuerunt.

* *act. 2. sc.*
Iupiter super-
premus.

† *act. 1. sc.*
Es qui me
aliter.

‡ *lib. 3.*
el. 2.
* *6 An.*
vers. 384

C A P V T X X V I .

De potestate seu significatione, itemque de ordine Conjunctionis. Quomodo conjunctiones aliquæ dicantur copulativæ, si omnes copulent: qui aliquæ disjunctivæ, cum omnes conjungant. Ut subdisjunctivæ à disjunctivis differant. Adversativæ. Diminutivæ. Causales, juxta Apollonium, quin, triplices. Ratiocinativæ. Ramirezii error. Ordinativæ. Expletivæ. Πλεονασµὸς alterius conjunctionis, cum duæ junguntur ejusdem significationis: ut, quamvis licet, ergo igitur, quoque etiam. Similis pronomen in adverbis; ut, jamnunc: in nominibus; ut, totus integer, universi omnes, totæ perpetuæ. Enim interdum est prepositiva. Enclitice alteri junctæ voci, quam exigit ordo naturalis.

Potestas seu significatio conjunctionum variat. Aliæ sunt copulativæ; ut, & que, ac. Quæ copulativæ dicuntur strictè. Nam omnis quidem conjunctio copulat; uti ipsum arguit nomen: sed hæ simpliciter id præstant citra disjunctionem sententiæ, aut causalitatem, vel ratiocinationem. Gellius lib. x, cap. ult. *comexivas* vocat. Aliæ sunt disjunctivæ; ut, vel, aut. Mirifica autem videtur appellatio, ut conjunctio sit disjungens. Sed junguntur voces materialiter; disjunguntur formaliter. Nam ita junguntur sententiæ, ut iis res disjungi significetur. E. G. cum ita dissero, *Vel dies est, vel nox est*, non utraque, sed alterutra significatur vera. Item cum dico, *Vel hoc fac, vel illud*, non utrumque, sed alterutrum præcipitur. Atque hoc est, quod Boëthius agebat, conjunctionem ea, quæ conjungit inter se, disjungere in tertio.

A disjunctivis non immeritò eas distinguit Priscianus, quas subdisjunctivas vocat. Nam in disjunctivis unum esse, alterum non esse, indicatur. Exemplo fuerit, *Aut dies est, aut nox est*. Contrà in subdisjunctivis utrumque esse significatur. Ut, *Alexander, sive Paris*; pro, *Alexander, qui & Paris dicitur*.

Copulativis & disjunctivis adfines sunt concessivæ, & adversativæ. Ut etiam sit indoctus, vir tamen est pius. Vbi etiam est concessivum: tamen adversativum. Sententia enim est, Concedo tibi esse hominem indoctum. Attamen in eo adversabor, si pius neges. Concessivæ sunt *est, tamen est, quamvis, quamquam, licet* &c. Adversativa est, *tamen*. Item *sed, at, ast*, ac similes, ex quibus *ast* nec oratores refugiunt. Nam Cicero utitur ad Atticum lib. i, ep. xi. His cognatæ sunt diminutivæ. Quale est *saltem*.

Præter istas sunt causales. Ut, *nam, quoniam*. Has verò Apollonius, Herodianus pater, Prisciano teste, in quinque species dividebat: in

continuatiuas, subcontinuatiuas, causales, adjunctiuas, effectiuas. Continuatiue sunt, quæ significant ordinem præcedentis rei ad sequentem : idque cum dubitatione de essentia rerum. Vt, *Si ex animo quidem ista dixit, sanè dignus est amore nostro. Subcontinuatiua* causam continuationis ostendunt consequentem cum essentia rerum. Vt, *Quia ista ex animo dixit, dignus est, quem amemus. Causales* vocantur, quæ causam reddunt superioris sententiæ. Vt, *Amore dignus est. Nam vir probus est, & amat nos. Vbi* significatur causa impulsiva. *Adjunctiuæ* sunt, quæ sub-iunctivis verbis adduntur. Vt, *Amo te, ut vicissim ames. Vbi* est causa finalis. *Approbatiuæ* dictæ, quæ rei approbationem continent. Vt, *Equidem facer, te semper dignum fuisse amore nostro.*

Proximum post causales locum obtinent *illatiuæ*, ut vocat Lina-
cer : aliis *rationatiuæ* : quæ & *racionales* nuncupantur Probo, Pri-
sciano, Alcuino. Συνδεσμοὶ συνλογιστικῶν Solipatro. Vt, *ergo, proinde,*
itaque. Hæ conclusionem accommodant præpositæ rationi. Cave au-
tem credas Laurentio Ramirezio de Prado, docto cæteroquin Hispa-
no ; qui *ergo* interdum non conjunctionem esse censet, sed idem vale-
re, quod Græcum ἔργω, vel Latinum *reapse* : atque ita in Notis suis
capere jubet apud Martialem lib. IV, epigr. XXVI I :

Sæpe meos laudare soles, Auguste, libellos.

Invidus ecce negat. non minus ergo soles.

Et penultimo ejusdem libri epigrammate :

Ergo nec argenti sex scriptula Septitiani,

Missâ nec à querulo mappa cliente fuit.

Quæ sententia, salvo aliorum iudicio, nec refutatione digna est.

Præterea sunt & conjunctiones *ordinatiuæ* ; ut, *Deinde, postea, insu-*
per, denique, & similes.

Expletivæ sunt, quæ nullâ necessitate sententiæ, sed explendi tan-
tùm gratiâ, usurpantur. Vt quæ metri, vel ornatus causâ, inferuntur.
Sallust. in Catil. *Verum enimverò is deum mihi vivere, & frui animâ, vi-*
detur. Vbi verum redundat. Virgil. in XII I :

— *Equidem merui, nec deprecor, inquit.*

Plena fuerit sententia, licet *equidem* tollas. Huc refero, quando al-
tera conjunctio redundat ἔπιπλεονασμὸν. Nam, ut passim legimus,
nunc jam : ita etiam, *quamvis licet*, dixit Lucretius * : *ergo igitur*, aliquo-
ties usurpat Appulejus, ut lib. XI, ubi Isis Dea ita Appulejum, tum
asinum, compellat : *Iam tibi providentiâ meâ illucescet dies salutaris. Ergo*
igitur imperiis istis meis animum intende sollicitum. Plautum quoque Sticho
ita locutum, censet Gaspar-Schoppius : quem vide lib. quinto Su-
spect. lect. epist. XII I. Nempè is veterum mos fuit, ut interdum

* lib. 6. vers.
600. & 620.

conjungerent voces idem significantes. Vnde & similiter legimus, quoque etiam. Vt Epid. act. iv, sc. ii :

Hanc quoque etiam, si me appellet filiam, matrem vocem.

Apud eundem Cistell. actu iii in manuscriptis Camerarii, ac Langii, legitur, *properè ocyus*. Idem in nominibus fieri (ut obiter hoc addam) docet, quòd dixere, *totus integer*; quo Agellius usus, ut in noctibus Parisinis ad eum scriptorem docuit H. Stephanus. Item, *universi omnes*; & , *totæ perpetuæ*; quomodo locuti Plautus, & Appulejus; ut docet Schoppius, eà, quam supra dicebamus, epistola.

Conjunctioni etiam accidit Ordo : secundum quem aliæ sunt præpositivæ; ut, *Et, nam* : aliæ postpositivæ; ut, *quoque, autem* : aliæ communes; ut, *equidem, itaque*. Igitur sæpius postponitur. Enim etiam est particula præpositiva. Terent. Phor. act. v, sc. viii : *Enim neque solus*. Ita enim est in melioribus libris. Plaut. Epid. act. v, sc. ii : *Enim istuc captio st*. Sic idem Aulul. iii. v. Casinà ii. vi. item v. ii. Adhæc Milit. iv. ii. Pseud. i. i. Perf. ii. ii. & v. ii. Trinummo ii, & alibi. Eum crebrò imitatus Appulejus : cuius loca, hujusce rei ignorantia, corrupit, vir alioqui multæ lectionis, Philippus Beroldus. Locutus & ita Tacitus putatur lib. iv Histor. *Asiaticus (enim is libertus) malam potentiam servili supplicio expiavit*. Sed rectè hic legendum H. Grotius monuit me : *Asiaticus neu civis libertus*. At locutus ita Iulianus lib. xxx Digest. *Enim dum proprietatem adquisis, jus omne legati ususfructus omittis*. Vide plura apud Godscalcum Stewechium ad quartum Arnobii, & Obertum Giffanium in indice Lucretiano : ubi & ostendit, *enim*, cum postpositiva est, tertio nonnunquam quartoque loco poni, ac hujusce quoque rei ignaros multa loca depravasse.

Ad postpositivas etiam pertinent Encliticæ. Ex his que interdum alteri verbo jungitur, quàm nativus verborum ordo exigebat. Vt apud Horat. lib. ii, od. xix :

Ore pedes, tetigitque crura,

Pro, *cruraque tetigit*. Tibullus lib. i, eleg. iii :

Messallam terrâ, dum sequiturque mari.

* lib. 2, sc 2

Pro, *marique sequitur*. Insolens etiam est illud Plauti Captivis * :

Est profecto Deus, qui, quæ nos gerimus, auditque, Et videt.

Sed de Ordine fati, præsertim quando alieno loco. Nec enim rectè ordinæque Grammatici hoc loco de Ordine tractant, quia consideratio ejus non ad voces singulas, sed ad vocum structuram pertinet.

CAPVT XXVII.

De Coniunctionum derivatione, & compositione. Quoniam, hac propter, iccirco, unde conflat. Sedum. Equidem non dici, quasi ego quidem. Iungi quibusvis personis cuiuscunque numeri. Etiam an dicatur quasi, & jam. Iam disyllabon. Et etiam. Etiamque. Et ab ἔτι.

Accidit Coniunctioni quoque Derivatio, & Compositio. Derivata sunt *verò, licet.*

Componitur Coniunctio etiam cum se ipsa. Vt, *etsi, ex ἔ, ac si, ut καὶν ex καὶ & ἄν.* Item *verumtamen namque, siquidem, etenim, sedenim, sive, unde seu, quoniam, quod ex quom sive, cum, & jam:*

Item cum adverbio: ut, *neque, quandoquidem, dummodo, quod est, si modo.*

Est verò cum utraque compositi pars alterius est classis. Ita ex nomine, & pronomine, fit *quare*: quod utrum hujus loci sit, vidimus antea. Sed ut naturà suà coniectio non sit, vim tamen habet coniectiois *itaque.*

Ex duobus pronominebus nascitur *ideo*: ex pronomine, & verbo, *quomvis, & quamlibet.* Ex pronomine & verbo, *quomvis.* Quod simile pronominebus *quisvis, & quolibet*: quasi dicas, quovis, quolibet. Ex pronomine, & præpositione, *quocirca, iccirco.* Nam integra essent, *quod circa, id circa.* Similiaque, *quapropter, hac propter*; si vox unica sint. Sed videtur & hic iusta structura, ut, *quapropter sit propter quæ; hac propter, propter hæc, κατ' ἀνάστροφῶν.* Veteres enim *qua*, pro *quæ*, dixerunt: unde in compositis, *siqua, aliqua.*

Item conflantur ex præpositione, & adverbio: ut, *proinde.* Estque & hujus generis *sed*, sive *set.* Nam ut ex *ne, & dum, nedum*: sic ex *se*, præpositione loquelari, & *dum*, est *sedum*: unde κατ' ἀφαιρέσιν, *sed.* Veteres *sedum*, pro *sed*, dixisse; auctores sunt Charisius lib. 1. Mar. Victorinus lib. 1. artis Grammaticæ*, & Isidorus lib. 1, cap. xxvi. * cap. de Orthograph.

Alioqui poterat videri, *D* esse ex usu veterum; ut *marid*, pro *mari*: vel dici quasi *se ἔ*: quando promiscuè *sed, & set,* legas in vet. libris. *Quamquam* fit ex duobus adverbis, sive uno secum geminato; sed quod vim habeat nominis, unde factum. Nam *quam* ex *quantum.* Vt illo Livii lib. v belli Maced. *Homo non quam isti sunt gloriosi.* hoc est, *quantum.* Sic in composito *II Æn.*

Quamquam animus meminisse horret.

Pro, *quantumquantum*, id est, *quantumcunque.*

Duæ verò conjunctiones sunt, de quibus, an composita sint, dubitatur.

tatur. *Exe sunt equidem, &c etiam. Equidem ex ego, &c quidem*, conflatum esse, scribit Servius in 1 *Æn.* Sed Priscianus in fine sextidecimi duplici telo hanc jugulat opinionem. Vnum est, quia *etiam* cum *ego* conjungitur: ut in illo Sallustii in *Catilinariâ*: *Equidem ego sic existimo, Patres conscripti.* Cui simile hoc in Iugurth. in orat. Micipsæ: *Equidem regnum ego vobis trado firmum.* Et similiter dixerat Plautus *Amph. act. 11, sc. 11*: *Ego equidem ex te audivi.* Alterum est, quia jungitur verbis secundæ, tertiæque personæ. Secundæ: ut apud Persium *sat. v*: *Non equidem hoc dubites.* Tertiæ verò, ut apud Catonem in *Originibus*: *Equidem principatus originis semper Scythis debetur.* Et Ciceronem fortasse*, *epist. xxvi, lib. xiiii ad Att.* *Equidem credibile non est, quantum scribam die.* Et certius illo Propertii *lib. 11, eleg. xxxi*:

Hic equidem Phæbo visus mihi pulchrior ipso.

His adde, quòd etiam jungitur plurali. Cum primâ quidem personâ: ut apud Sallustium in orat. *Catonis*: *Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus.* Cum tertiâ verò: ut apud Plautum *Epidico, sc.* *Quid est pater: Adolescentem equidem dicebant emisse.* Et *Peri. sat. 1*:

— Per me equidem sint omnia protinus alba.

Quæ pluribus eo profecuti sumus, quia quantivis pretii argumentum illud esse videtur, quòd Maro religiosè illud observârit, ut ne alteri jungeret, quàm verbo singulari primæ personæ. Nos propter ea, quæ diximus, simplex esse putamus; vel, si compositum est, valere, & *quidem*. Vbi & vim prope eam habet, quàm in illo Maronis primo *Æn.*

— Et quisquam numen Iunonis adoret

Præterea?

Etiam videtur dici, quasi, & *jam*. Quod aliqui probatum eunt isto *Martialis lib. 1, epigr. lxxii ad Fidentinum*:

Hac etiam ratione tu Poëta es.

Vbi *etiam* disyllabum esse ajunt. Sed in melioribus libris est, *Hac & tu ratione*. Objectant alii, quòd, si à *jam* veniret, disyllabon foret: contrâ quàm in Horatiano illo *fit lib. 1, sat. 11*:

Hunc permixerunt calones, quin etiam illud.

Et lib. 11, sat. 111:

Clarus eris fortis, justus, sapiens, etiam rex.

Et lib. 11, epist. 1:

— Paullatim vello, demo unum, demo etiam unum.

Item epist. 11:

Si tamen attendas, quæreris super hoc etiam, quòd.

Sed dici potest, & simplex iam interdum disyllabon esse: uti agnoscit

* Fortasse ajo, quia post equidem distinguere, ut illud conveniat cum scribam. Adde Nizolius è lib. 2 de *Divinat.* Huic equidem *Anti-pho.* *Vi quoque Rob. Stephanus* edidit. *Varim Lambinus* mallet, *Sed eadem.* *Quod ad loca orat. pro Plancio.* & *ad Att. lib. 13, ep. 16, pro equidem utroque loquar, &c quidem.* *Prima plurali addi ajunt lib. 3 de Fin. tertia plurali ad Quintum Fratrem lib. 3, ep. 1, & lib. v. Insc. Qu.* *Sed prioribus locis pro equidem est, &c quidem: postremo, pro eodem est quidem.* *Vi Cicero non minus quàm Maro, semper prima plurali jungeret equidem videtur.*

agnoscit Cæsar Scaliger cap. XII de cauffis L. L. Exemplo est trimeter iste in prologo Alinaræ :

Hoc agite sultis, spectatores, nunc iam.

Nam quod ajunt , ut *hice pro hic* , sic *jame pro jam* , dici solere , commentum non placet. Denique objiciunt, quòd *etiam* inveniatur conjunctum cum *Et* , vel *jam*. Cum *Et* , ut apud Cic. epist. xxvi, lib. ix ad famil. *Autoritate tuâ nobis opus est, Et consilio, Et etiam gratiâ.* Itémque Oppium de bello Africano : *Cæsare clamante, Et etiam aciem sustentante.* Quomodo & apud Vitruvium non semel *Etiámque* invenias. Cùm *jam* verò jungitur lib. xi ad Att. epist. ix : *Populares isti jam etiam modestos homines sibilare docuerunt.* Sed his quoque non difficulter obviam itur. Nam , *Et* , nunc idem est ac Græcum *καί* , nunc idem quod *ἐν* , hoc est , *præterea, insuper.* Atque ita hic sumitur. Imò forte ab *ἐν* fit *Et* , καὶ ὑποκρίνω. Cum *jam* verò conjungi, nihil mirum, cùm Latini non refugiant, *jam nunc.* Itaque, ut Græci ajunt, *ἐν ἐνυ*, ita quoque Latini dicunt, *etiam nunc*, quasi, *Et jam nunc.*

CAPVT XXVIII

De Interjectione. Cur ita dicatur. An distincta sit classis ab adverbis. Bisariam interjectionem differre ab adverbio. Variæ definitiones interjectionis ex antiquis. Male pro interjectionibus habita. Trit. Bat. Bat tat ti. Malum ἐξελιασθὲν non esse interjectionem. Si interjectio. Erythraei error. Si, pro ὅτι. Servii ἐμάρημα. Io nunc gaudens est, unde júbilo nomen: nunc dolentis. Babæ, bombar. Pax. Παξ. Terentio lux. Priscianus emendans. De Interjectionum derivatione, Et compositione. Sis, Sodes, Sultis, unde. Plautus correctus. Item vetus Persis interpres.

REstat classium extrema , Interjectio. Hujus appellatio non similiter se habet ac Conjunctionis. Nam cùm hæc dicatur conjunctio , quia jungat : interjectio tamen , non quia interjacet , sed quia interjicitur , nomen accepit. Nec tamen de *ὑσιᾶ* ejus est, ut interjiciatur ; cùm per se compleat sententiam , nec rarò ab ea incipiat oratio.

In dubium aliquis vocet , annon rectiùs sub adverbis comprehendatur : uti fit apud Græcos. Sanè *Vmbrinus Primus interjectionibus locum non dedit* : ut testatur Charisius cap. de Adverbio. Sed rectiùs, meo judicio, Charisius ipse ibidem, cùm ait : *Hanc partem orationis inde, non ut numerum octo partium articulo, id est, τῷ ἄρθῳ deficiente, supplerent : sed quia videbant, adverbium esse non posse, segregaverunt.* Nempè in eo ab adverbio differt , quòd hoc circumstantiam , vel qualitatem rei, signet :

interjectio autem fit animi affecti nota : unde & Comminiano apud Charisium definitur , *pars orationis significans adfectum animi*. Cajo Julio Romano ibidem sic : *pars orationis motum animi significans*. Palæmoni apud eundem in hunc modum : *Interjectiones sunt , quæ nihil docibile habent : significant tamen adfectum animi*. Quæ definitio nunc in Palæmone non compareret : sed fuerit è libro de Artibus , ubi in extremo hoc libello ait cætera se de Particulis plenius persecutum. Itidem Asper Iunior : *Interjectio est pars orationis adfectum animi significans*. At iisdem plane verbis Maximus Victorinus : verbis aliis , sed mente eâdem Cleodnius. At , duobus verbis additis , Diomedis ita definitur : *Pars orationis adfectum mentis significans voce inconditâ*. hoc est , rudi & illiteratâ. Ac iisdem verbis Cassiodorus definit. Quas definitiones quatenus vel probemus , vel improbemus , diximus lib. I de Analogia , cap. II , & III.

Alterum etiam & illustrius est discrimen harum partium ; quia interjectio , contrâ quàm in adverbio fit , per se implet sententiam , animumque explet audientis , utut nullum apponatur verbum. Velut si *papæ* dicam , tantundem est , ac , *Equidem miror*. Quæ & Prisciani sententia est in fine quindecimi. Sic *heus* idem fere ac *ades*. Hanc causam adducit Priscianus extremo lib. xv , cùm ait : *Interjectionem Græci inter adverbia ponunt : quoniam hæc quoque vel adiungitur verbis , vel verba ei subaudiuntur. Ut si dicam , Papæ , quid video ? vel per se , Papæ ! etiamsi non addatur , Miror ; habet in se ipsius verbi significationem : quæ res maxime fecit Romanarum artium scriptores separatim hanc partem ab adverbis accipere ; quia videtur adfectum habere in sese verbi , & plenam motus animi significationem , etiamsi non addatur verbum , demonstrare*.

Ac verisimile est , hoc voluisse B. Augustinum cum in fine Grammaticæ suæ scribit , interjectionem non esse partem orationis. Nempe censet non semper esse partem , sed si interleratur orationi , hoc convenire illi ex accidenti , non verò esse de essentia ; quia eiusmodi se aliter habere non possunt. Imò tum quoque non est pars orationis ; cum interjicitur , quia novam per se sententiam constituit , haut aliter , ac aliquid per *πρόσθεσις*. Nam sententia , quæ sic inseritur , non est pars illius sententiæ , cui inseritur ; non magis sanè , quàm clavus ferreus ligno infixus est pars ligni.

Quod si interjectio est animi adfecti nota , ut Charisius agnoscit : jam voces bestiarum hujus loci non erunt. Malè igitur idem huc refert TRIT ; quæ murium vox est apud Nævium Corollariâ. Par ratio erit Aristophanici *βραχύνεξ* : quæ vox ei Ranarum.

Idem censendum de rei inaniquæ sono ; vel humano quidem , sed nec

nec ex instituto aliquid significante, nec animi affectum testante. Vt *bat*, qui sonus est ex ore cornicinis lituum eximentis; quemadmodum ex Cæsello Vindice observat Charisius. Vtutur Plautus Pseud. Item *bat tui ti*, *fluctus quidam*, & sonus vocis effeminatior, ut esse in sacris anagrammorum, vocium veterum interpres scribit: & ex eo idem Charisius, extremo lib. II.

At sunt alia, quæ, etsi animi adfectum testentur, ad hanc tamen classẽm non pertinent. Vt, *malum*; quod rectè interjectionum numero eximit Cælius Calcagninus lib. II, epist. VIIII. Sed est *ἄπαινημα* per interpositionem; ut Donatus quoque annotavit super Terentii non uno loco. Similis ratio in istis, *miserrum*, *insandum*, *nefas*, atque aliis: ut diximus lib. de Analogia primo.

Ne *utinam* quidem interjectio videtur, etsi contra differit Cæsar Scaliger de causis L. L. cap. CLVIII. Cui & in Strigili sua accedit Nicodemus Frischlinus. Eo autem in contrariam adducor sententiam, quod animi quidem adfectum indicet, non tamen per se sententiam perficiat. Nam cum dico *utinam*, integrè sit, *utinam foret*, vel *contingat id, de quo sermo, vel cogitatio est*.

Si Scaligero nihilominus assentire placet.

Etiam optandi interjectionibus annumerari debet SI. Nam eadem significatio est ejus, ac particule *utinam*. Hoc inde apparet, quia, ut dixit Naso*:

O utinam tuum, cum Lacedæmonia classe petebat,
Obrutus infans esset adulter aquis!

Sic dixerit Maro Æn. VIII:

Quamquam o si solite quicquam virtutis inesset!

Erythræus in Virgiliano indice, ubi de SI tractat, his addit illud in sexto:

Estè duces o si qua via est.

Sed *siqua* dixit Maro voce unicâ. Nec *o* hîc est optantis; sed orantis. Interdum autem, ut *utinam*, ita *si* quoque per se est optantis. Quemadmodum apud Maronem VI Æn.

— Sic ore precatur:

Si nunc se nobis ille aureus arboræ ramus
Ostendat nemore in tanto!

Quem ad locum ita Servius: *Si adverbium roganis, & optantis, est per se plenam: sicut & O, licet neoterici hæc jungant, & pro uno ponant. Persius †: † sat. 2.*

— O si *Ebullis parvis præclarum funus!* —

Hæc Servius, quæ sanè doctissimo Grammatico excidisse miramur. Nam quod Persius, atque alii, quos neotericos vocat, *o si* conjunctim dicunt;

* epist. Penelope.

dicunt ; id Maronis faciunt exemplo , quem ita esse locutum , paulò ante vidimus.

Sed ut de *minam* antea fecimus , ita de *si* etiam sententiam nostram exponamus. Ne *si* quidem his in locis interjectio videtur : sed potius non quidem adverbium , sed conjunctio tamen. Nam Maronianum illud *o si inesset virtus* : ac Persianum hoc , *O si ebulliat fœnus* : integrè sint , o , si hoc foret , vel si hoc contingat , quantum felicitatis accesserit , sive quam beati simus &c. Vbi *si* esse conjunctionem conditionalem satis est evidens.

Doloris interjectiones sunt , *hei* , *heu* , *ah* , *ô*. Ah similiter *dolemis* est Hebræis , qui itidem dicunt תח אה : ut Ezechielis xv. 15. Sed pro *ah* in veteribus libris sæpius à legas absque spiritu : ut *prò* , *divi tu proh*. Et sanè similiter Græci à sine spiritu dicunt. Imò Priscianus in xv differtim ait , A esse & nomen literæ , & præpositionem , & interjectionem : ac Probum apud Maronem legisse liquet , *A virgo infelix* ! Quomodo etiam in optimo cod. Romano Pierius invenit. Fusius de hoc Achilles Stadius Observationum , ut ipse vocat , difficultium cap. xxii.

* Ovid. initi-
tio lib. 2 de
arte Aman-
di.

Ad gaudii interjectiones refer non solum *enax* , sed etiam *io* : ut * , *Dicite io pœan*. Vnde *jubilum* , & *jubilare*. Calphurnius Ecl. vii :

Es tua merentes expectant jubila iantri.

† pag. 176.
‡ vers. 267.

Interdum tamen (ut ad Claudianum Parrhasius † monuit) *io* dolorem indicat. Quomodo Claudianus in xi de raptu Proserpinæ † usurpat : & Tibullus , in isto * . *Vror, io, remove, seva puella, faces.*

* lib. 2. el. 4.

Et apud Sophoclem Philoctetes itidem clamat , *io* , *io* : item Polymestor apud Euripidem Hecubâ.

Contra dolentis sunt *hei* , *heu* , *ehen* , *vah*. Lacrimantis , *hei* , *hoi*. Vti & Hebræis תח hei , i Reg. xiiii. 30 : item תח oi , Num. xxiv. 23.

Eux est bacchantis , Græcè εὐοί , fortasse ex Hebræo תח אנוי. Ab εὐοί sunt εὐοί , & εὐοί .

Babe , & *bombax* , sunt hominis cum admiratione aliquid approbantis , aut mala ingesta læto animo rejicientis. Ita utroque utitur Plautus Pseud. act. i , sc. Pseudole non audis.

Vah interdum esse mirantis , comprobant è Plauto in Casina act. iii : ubi post memoratas veras fictalque nationes multas dicitur :

Dimidiam partem nationum usque omnium

Subegit solus intra viginti dies.

LYCO. *Vah ! CVCVL. Quid mirare ?*

Quia enim in cavea si forent

Conclusi , itidem mi pulli gallinacei

Ita non potuerit uno anno circumirer.

Sed ,

Sed, puto, sedulo dispicienti, parebit Vah esse hic non mirantis, utcumque ita interpretaretur parasitus: sed vere esse ridentis. Non enim rem mirabatur Lyco, qui nihil eorum credebat, sed miram Curculionis impudentiam: quem ob tam calida spūsaque mendacia irideret.

Verè ajunt hem esse indignantis: nec tamen id perpetuum est. Quandoque enim est commiserantis: ut Donatus docet in Andr. act. IV, sc. v. Imò lætitiæ etiam esse videtur act. IV, sc. VII I, vers. 25.

Malè autem quidam interpretes * posuere pax inter admirationis interjectiones. Nam, ut pluribus ostendit Ios. Scaliger in Aufonianis lectionibus †, est silentium sibi, aut alteri, imponentis. Hesychius: Πάξ ‡, ἤτι τὸ τέλ. § ἐχεν. Vñus hoc pacto Plautus Mil. act. III, sc. Cohibete intra limen. Item Terentius Heaut. act. II, sc. III. Nam cum Syri verba interrumperet Clinia, veniam sibi hac voce postulavit: ut bene observavit doctissimus, & amicissimus Meursius. At in codd. vulgatis malè ea vox Syri claudit sermonem. Hinc cum se extricare non possent interpretes, eorum nonnulli admirantis esse adverbium persuadere aliis studuerunt. Atque hoc etiam in Bemini Terentii margine annotatum fuit, Faërno teste: qui in eo legi testatur, pax interjectionem esse tranquillantis, admirantis, & sollicitudinem adimentis. Sed hoc classici scriptoris autoritate comprobandum fuerat. Quà quia destituebantur, fortè satius foret, si tantummodo dicerent, adverbium esse Comicum, quo Terentius utatur, quod similiter Græcum est. Ita Priscianus lib. XIV. Sed ne id quidem hic locum habere potest, cum eundem pòst sermonem insistant Syrus. Siquis est Comici locus, qui eam interpretationem admittat, is fuerit hic eadem Heautontimorumeni comœdià, act. IV, sc. III:

Vnus est dies, dum argentum eripio. pax! nihil amplius.

Quod verò in superiori Prisciani loco editio Putschiana habet, pax, πᾶσιελῶς (quomodo & legitur in veteri Venetâ anni MDCCC LXXIV) Græcum illud interpretamentum planè est nihili, neque est à Prisciano, cum is dicat, esse à Græco πᾶξ, quod longè aliud signare, ex Hesychio ostendimus: præter quem vide sis doctissimum Casaubonum lib. II Animadvers. in Athen. cap. xxvi. Quare τὸ πᾶσιελῶς planè furcillandum è Prisciano. Quod eo facimus fidentiùs, quia etiam in MSo nostro, Græcorum alioqui retinentissimo, planè abest.

Valde autem errat Nicodemus Frischlinus *, cum negat opus esse interjectionem, quæ animi affectus exponit, è præceptis addiscere, cum pueri è quovis obvivo rustico possint percipere, quæ sint interjectiones gaudii, quæ doloris, quæ risus, quæ vocantis, quæ respondentis. Hæc speciosè dicerentur, si

nn

voce

* notū in Ter. Heaut. 2, 3.

† lib. I. cap. 19.

‡ Πάξ. ad significandum, sermoni finem esse.

§ Præmissit Hesychius.

Πάξ etiam esse ἰσχυρῶς ἐπισημῶν.

calceamentum, quod facile induatur. Atque inde βαζα, Plauto Menach.

act. 2. sc. 3.

Vñ ἡ πᾶξ forte esse a βαζα, eo.

* præfat. Grammatica Latina.

voce convenirent ubivis. Nunc aliter hunc illum affectum exprimit Germanus, aliter Gallus, vel Italus, aliter Latinus, aut Græcus. Significationum numerus ad naturalem Grammaticam pertinet: eoque est uniusmodi. Sed in artificiali Grammatica, vel saltem lexicis, doceri opus, quomodo quæque gens hunc illum exprimat affectum. Atque hinc facile corrui, quod idem alibi ait* *interjectiones melius d. sci in foro scruiario, quàm in schola.* Mihi verò res dictu satis difficilis videtur, quam varias una sæpe interjectio significationes habeat: nec lexicographi vel diligentissimi satis accurate has excusserunt.

Supereſt de interjectionum derivatione, & compositione dicamus. *Interjectionum voces propriè sunt primitivæ*: ut ait Priscianus extremo lib. XVI, *hem, papæ, euax, heu, au,* & similia. Mihi quoque similiter, derivationem non accidere interjectioni videtur: nisi quatenus nonnullæ alia ex lingua veniunt: ut *euce*, ex *ivoi*: *ab ex* τῆς: *hoi ex* τῆς, vel τῆς. Qui verò speciem inter accidentia ejus referunt, pro exemplo adducunt, *ehem*, ab *hem*; & *ehen*; ab *heu*. Alii compositionem hic agnoscunt. Neutris accedimus. Sed compositionem invenimus in *euge*. Nam Græcum est *εὐγε*, quod ex *εὐ*, & *γε*. Similiter in *ehodum*. Item in *sis*, *sodes*, & *sultis*, si eas interjectiones esse placet. Nam *sis* est, *si vis*; *sodes* est, *si audes*; *sultis*, *si vultis*; Festo, & Donato, testibus. Et sententiam eorum confirmat vetus Perlii Scholiastes à Pythæo editus in sat. III, vers. XXXIX: ubi sic scribit: *Sodes antique affectationis est, adeo ut soluto eo quidam usi sint: ut Plautus, qui per solutionem sic ait: Dic mihi, si audeas, quæ est quam ducere vis uxorem?* Verùm locus is Plauti aliter nunc concipitur in libris vulgatis. Ita enim legimus Aulul. act. II, sc. I: *Dic mihi, quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem?* Quare tum apud Plautum, tum Perlii interpretem, legendum censeo: *Dic mihi, si audeas, quis ea est, quam ducere vis uxorem?* Nam *quis*, non *quæ*, legit quoque Priscianus lib. XIII. Illud verò *quæso* ex glossemate irreplit. Cæterùm miror locum cum, qui est in Plauti Aululariâ, à Prisciano citari è Vidulariâ. Ita enim non modò in Putschianâ editione, sed etiam Aldinâ, imò & Venetâ anni MDCCCLXXVI, atque adeò & optimo MSSo meo, constanter legitur. Vt Prisciani ipsius *μνημονικῶν ἀποδείγματα* †, aut librarii error, videatur.

† memoria lapsus.

Hactenus de octo vocum classibus: necnon ἀναλογία, & ἀνωμαλία, quatenus definiuntur, illa quidem *similium similis declinatio*, hæc verò *inæqualitas declinationum consuetudinem sequens*: ut apud Gellium legere est lib. II, cap. XXV. Atque hinc videmus, strictè vocem ἀναλογίας sumtam in privis duntaxat vocibus considerari, non item in verborum

stru-

structura : etsi in eâ quoque similitudo , & , ut ita dicam , regularitas spectetur : quemadmodum libro proximo videbimus. Quod si analogia , & anomalia , in declinationis similitudine & dissimilitudine consistant : solùm videntur ἀναλογία , & ἀνωμαλία , in quatuor declinabilibus vocum classibus inveniri. Hæ enim solæ inclinantur in genera , numeros , casus , tempora , personas , ac modos. Ac propterea negare non possumus , præcipuè hic ἀναλογίαν attendi. Falluntur tamen , qui eam penitus à cæteris classibus excludunt. Nam , ut nihil dicam de comparatione per gradus , quæ in quibusdam particulis invenitur : saltem in illis locum habet derivatio , quæ Varroni dicitur declinatio voluntaria : quia nempe terminatur quidque , ut tulit voluntas eorum , qui primi voces eas induxere. Hanc declinationis ἀναλογίαν etiam in particulis considerat Terentius Varro ; & ex eo Gellius loco antè memorato ; ubi cùm de ἀναλογία , & ἀνωμαλία , quædam præmisisset , ista subjungit : *M. Varronis ad Ciceronem de lingua Latina liber octavus , nullam esse observationem similis docet. Itaque in omnibus penè verbis dominari consuetudinem ostendit. Sicuti cùm dicimus , inquit , Lupus , lupi ; Probus , probi ; & Lepus , leporis. Item , Pavo , pavani ; Lavo , lavi ; Pungo , pungi ; Tundo , tundi ; & Pingo , pinxi. Cùmque , inquit , à Cæno , & Prandeo , & Poto , & cænatus , & pransus , & potus sum , dicimus : & ab Adstringor , tamen , & Extergor , & Lavo , adstrinxi , & extersi , & lavi , dicimus. Item cùm dicimus ab Osco , Thusco , Græco ; Osce , Thusce , Græcè : à Gallo tamen , & à Masuro ; Gallicè , & Masuricè dicimus. Item à Probus , probe ; à Doctus , doctè : sed à Rarus non dicitur rare , sed alii raro dicunt , alii rarenter.* Vnde satis liquet , in particularum etiam derivatione attendi declinationis similitudinem , & dissimilitudinem ; quam ἀναλογίαν , & ἀνωμαλίαν , dicimus.

FINIS LIBRI SEXTI.

I N D E X

LIBRI TERTII, ET QUARTI, DE ANALOGIA.

Prior numerus Romanus librum, alter caput designat,
Barbaricus indicat paginam.



pro *ab*, interjectio dolentis, IV. XXVIII. 228.

Ab in compositione mutatur in *AS*, & *AV*, IV. XXIV. 268, 269.

Abominor passivè, III. VI. 24.

Abscido, pro *absfindo*, III. XXVI. 110.

Abcondo abscondi, & *abscondidi*, *absconditum*, & *absconsum*, III. XXVI. 113.

Abstenti in jure qui, III. XXIV. 102.

Abstineo cum accusativo constructum, III. IV. 16.

Abstinet pro *abstinit*, III. XXXI. 128, 168.

Abstersti, pro *absterfisti*, 167.

Ac, & *aque*, pro *quam*, adverbio comparandi, IV. XXV. 271.

Accedisse, pro *accessisse*, III. XXVI. 112.

Acet, III. XLIII. 169.

Actio, & *passio*, non sunt diversarum categoriarum nomina, III. IX. 56.

Activa quædam transitiva malè neutrorum classi à Grammaticis adscribi, III. III. 8.

Activa multa passivè, vel absolutè usurpari, III. III. 9. vel potiùs per elliptipin accusativi, 16.

Acuis, pro *acidum* fuit sive factum est, ab *acesco*, sive *aceo*, III. XXII. 97.

Adeprus, passivè, IV. II. 219.

Adduxit, pro *adduxisse*, 168.

Adeo, unde, 198.

Adaquare pro *adaquari*, III. VII. 35.

Adglomerò passivè acceptum, II. III.

9. *Adhac*, an Latine dicatur, IV. XXI. 255.

Adhuc, pro *ad hoc tempus*; *ante hac*, pro *ante hac tempora*, IV. XVIII. 245.

Adipiscor, passivè, III. VI. 25.

Adjuratum, & *adjuratus*; at non item *adjuratus*, pro *adjuratus*, dicitur, III. xx. 89.

Admuniculo, pro *admiculor*, 35.

Admuniculatus passivè, III. VI. 25.

Admiror passivè, *ibid.*

Adoleo, *adolevi*, & *adolui*, *adoletum*, & *adultum*, etiam de ætate, III. XXIII. 100.

Adortus passivè, III. VI. 25.

Adusco, *consuesco*, *insuesco*, cum accusat. constructa, III. IV. 16.

Adventi genitivus, pro *adventus*, IV. XIII. 231.

Adventus, an participialiter sumatur pro eo, qui advenit, IV. XIII. 231.

Adverbium cur nomini, & verbo, postponatur, IV. xv. 238. unde nomen hoc ei impositum, 238. Definitio vera ponitur, & veterum definitiones variz recententur, & censentur, *ibid.* & 239. Adverbia multa habita veteribus, quæ nomina, pronomina, aut verba sunt, IV. XVIII. 242, 243. Adverbia diversæ terminationis sub eadem significatione, IV. XIX.

xix. 246. Adverbia ab omnibus vocum classibus derivantur, & variz eorum terminationes, IV. xx. 250, 251, &c.

Adversii, III. XLII. 167.

Adversus, & *adversum*, cur accusativum adsciscant, IV. XXII. 260.

Adulo, pro *adulor*, III. VII. 35, 36.

Adulor passivè, III. VI. 25.

Adultero, pro *adulteror*, III. VII. 36.

Adultus, pro *meridianus*, IV. XIII. 226.

Ægyptii quomodo triplex tempus signarint, III. XXXIII. 68.

Æquo passivè, vel absolutè acceptum, III. III. 9.

Æternò, 248.

Affector, pro *affecto*, III. v. 21.

Age, & *agite*, non esse adverbia, contra Priscianum ostenditur, IV. XVII. 241.

Aggredior commune, III. VI. 25.

Aggredior aggredieris, & *aggredieris*, III. XXV. 143.

Aggressus passivè, IV. XI. 219.

Agminatim, IV. xx. 250.

Agnitus, & *agnotus*; *agniturus*, & *agnoturus*; *ignosciturus*, & *ignoturus*, III. XXV. 107.

Aibans, pro *ajebans*, III. XL. 160.

Ai, *ibid.*

Ajo defectivum, *ibid.* & 159.

Alii, pro *alius*, IV. IV. 201, 202. *Alii modi*, pro *aliusmodi*, *ibid.*

Aliquis, *quilibet*, *omnis*, vocandi casu, IV. III. 192.

Aliqui, pro *aliquis*, IV. VIII. 208.

Alium, & *alium*, ab *alo*: sed illud præferri ad ambiguitatem vitandam, III. XXVIII. 118.

Aliud cur dicatur, & non *alium*, IV. v. 196.

Alius quoque de duobus invenitur, IV. II. 189.

Aliusa, IV. v. 196.

Allicui, *pellicui* pro *allexi*, & *pellexi*,

exoleta, III. XXXII. 130.

Altera, & *alia*, pro *alteri*, & *alii*, IV. VI. 202.

Alterz, pro *alterius*, 202.

Altercor, pro *altercor*, III. VII. 36.

Alteruter, *alterius* (surtius) in genitivo: & aliis item casibus utraque ex parte declinatur, IV. VII. 206.

Alvarus Plauti locum parum commodè exposuit, III. XVIII. 84.

Am olim etiam separabilis fuit præpositio, IV. XXIV. 268.

Ama, & *amato*, itemque *amare*, & *amator*, unius ejusdemque temporis videri, III. XIV. 71.

Amabo semper verbum, IV. XVIII. 245.

Amamitor, *docemitor*, similiaque, rectè dici, III. XIV. 72, 73.

Ambo, pro *ambos*, 202.

Ametur, & *amatur*, similiaque, perperam ad imperativum referri, III. XIV. 73.

Amicio, *amicui*, & *amixi*, III. XXXIII. 133.

Amplecto, & *amplexo*, pro *amplector*, & *amplexor*, III. VII. 36.

Amplector passivè, III. VI. 25.

Amussum adverbium: unde *examussum* non minùs, quàm *adamussum*, dicitur, IV. XXI. 256.

An in compositione idem, quod *am*, IV. XXIV. 268.

Analogiam, & anomaliam, etiam in particulis attendi, IV. XXVIII. 282. strictè suntam in singulis duntaxat vocibus considerari, 283.

Anet, III. XLIII. 169.

Angelus Bargæus, III. XLIV. 173.

Angelus Decembrius, III. XXVI. 113.

Angerona, dea silentii, unde dicta, III. XLVI. 180.

Annud transitivè sumptum, III. IV. 17.

Annurvit, pro *annuit*, III. XXXII.

131.

- Anquiro*, IV. XXIV. 268.
Antecessus participium passivum, IV. XIII. 227.
Ansestor passivè, III. VI. 25.
Anus, & *annus*, unde veniant, IV. XXIV. 268.
Anxius non videtur esse participium ab *ango*, sed nomen verbale, III. XXVII. 115.
Apiscor, *aptus sum*, III. XXV. 107.
Appulejus emendatus, IV. XIII. 228.
 Et alter ejus locus, IV. XXIII. 265.
Apud unde constat, IV. XXIII. 264.
Arbitro, pro *arbitror*,
Arbitror passivè, III. VI. 26.
Arcanè, & *arcandè*, IV. XIX. 246.
Architectus passivè, III. VI. 26.
Argumentatus passivè, *ibid.* & 131.
Aspello, IV. XXIV. 268.
Aspernor commune, III. VI. 26.
Asporto, & *ausero*, composita ex *Ab*, *cur S*, & *V*, pro *B* habeant, IV. XXIV. 269.
Affector passivè, III. VI. 26.
Affentia, & *Affentior*, III. VII. 36.
Affiduo, 247.
Attii versus numeris redditus, III. XXXVIII. 154. IV. XXIII. 263, 264.
Attotonsè $\alpha\tau\tau\omega\tau\omega\sigma\epsilon\ \kappa\epsilon\ \sigma\upsilon\gamma\gamma\epsilon\pi\lambda\omega$ positum, pro *attotondisse*, III. XIX. 86.
Attulo, & *abstulo*, pro *adfero*, & *ausero*, III. XXXVII. 149.
 A V an inseparabilis præpositio sit, IV. XXIV. 269.
Aucupo, pro *aucupor*, III. VII. 36.
Audaciter, IV. XIX. 248.
Audendus, IV. XIII. 232.
Averto passivè, III. III. 15.
Augeo passivè acceptum, III. III. 10.
Auguro, pro *auguror*, III. VII. 36.
Auguror passivè, III. VI. 26.
Aurelius Opilius, III. VI. 25.
Ausi, *gavisi*, præterita antiqua, III. XXI. 95.
Ausim, ex *ausirim*, III. XLI. 163.

- Auspico*, pro *auspicor*, III. VII. 36.
Austrum perculi, an rectè pro *paremia* habeant *Erasmus*, & *Rhodiginus*, III. XXVIII. 119.
Astutus $\alpha\sigma\tau\upsilon\tau\omega\sigma$ quis modus, III. VIII. 47.
Ausus, *inausus*, IV. XI. 222.
Auxilio, pro *auxilior*, III. VII. 36.
Auxilior passivè, III. VI. 26.
Auxisti, 167.
Axites, *axitiosi*, qui, & unde, III. XLI. 162.
Axo, & *adaxo*, pro *agam*, & *adigam*, vel *egero*, & *adogero*, unde fiant, III. XLI. 162.

B.

- B** *Abas*, *bombax*, IV. XXVIII. 280.
Baxea, *ibid.* in margine.
Bellor, pro *bello*, III. V. 21.
Beroaldus notatus, IV. XXVI. 274.
Blanditum, IV. XX. 252.
Blanditus passivè, III. VI. 26.
Blatero unde, III. XLVI. 180.

C.

- C** *Cachinno*, & *cachinnor*, III. VII. 17. 36.
Cado, *cécidi*, III. XIX. 87.
Cado, *cécidi*, non *cacidi*, *ibid.*
Celo unde, III. XLVI. 180.
Cæsarius *Diomedem* saepe corrupit, III. 111.
Cæterum, pro *ad cæterum*, IV. XX. 251.
Calisturus, III. XXIV. 105.
Calpurnius Terentii interpres quando vixerit, IV. V. 197.
Calumnior passivè, III. VI. 26.
Canatim, & *bovatim*, IV. XX. 252.
Cano canui, pro *cocini*, III. XXIX. 162.
Canuius, apud *Priscianum* quis, III. VI. 25.
Canteri in *Varrone* emendatio rejecta, III. XXIX. 121.
Capero, pro *caperor*, III. III. 10.
Capesso,

- Capesso*, *capessivi*, *capessitum*, III. XXXI. 125.
- Capto* non est frequentativum, III. XLIV. 173.
- Carbsi*, pro *carpsi*, III. XXV. 105.
- Carino*, à *carere*, III. XLVI. 119.
- Carnificatus* passivè, III. VI. 26.
- Cassim* nomen est, non supinum à *carere*, III. XXIV. 103.
- Casini* erymon, IV. IX. 211.
- Catum* non est supinum, III. XXIV. 103.
- Cavere*, penultimâ brevi, III. XXXV. 141.
- Cavillatus* passivè, III. VI. 26.
- Causa*, & *gratia*, etiam cum pro *ergo* sumuntur, nomina sunt, non conjunctiones, IV. XXV. 278.
- Cautum*, supinum à *caveo*, & *συνεπιλυ* factum *cautum*, III. XXIV. 103.
- Cecidi*, priori correptâ, 87.
- Cedo*, pro *dic*, *præsto* pro *coram* cur usurpentur, è Rudolpho Agricola ostensum, III. XL. 160.
- Celero* transitivè acceptum, III. IV. 17.
- Celsus* unde, III. XLVII. 182.
- Censeor*, pro *cenſeo*, III. V. 21.
- Censere* antiquum, pro *cenſere*. *Censitor* pro *cenſor*, & *recensitus*, penultimâ productâ, pro *recensus*, III. XXIV. 103.
- Censorinus* cujas, & quando vixerit, III. XXXIX. 120. Locus ejus expensus, *ibid.*
- Certifico*, non *certisso*, apud Nonium legendum, III. XLIII. 169.
- Cessatus* participium passivum, IV. XIII. 227.
- Certe*, pro *cadite*, id est *date*, III. XL. 161.
- Charisius* falso credidit, *ego* habere vocativum, IV. III. 192. quàm multa perperam inter adverbia referat, IV. XVIII. 241, 242.
- Cicero*, *cies*, & *cio cis*, III. XXXV. 142.
- Circiter* an præpositio sit, IV. XXII. 263.
- Circum* propositio à *circus*, IV. XXIII. 263.
- Circumcirca*, IV. XXIII. 265.
- Circumsecus*, *ibid.*
- Cispallo*, IV. XXIII. 264.
- Clamo* transitivè acceptum, III. IV. 17.
- Clango clangi*, non *clangui*, III. XXVII. 116.
- Clarigo* unde, III. XLVI. 180.
- Clepo*, *clepsi*, & antiquè *clepi*, III. XXX. 107, 123.
- Clepsi*, & *clepsisse*, 168.
- Co*, vide *Con*.
- Coastim*, IV. XX. 252.
- Cochlearim*, IV. XX. 250.
- Cœnati*, 95.
- Cœno*, *pranleoque*, tantùm *cœnari* facere, & *prandi*; non *cœnatus*, & *pransus sum*, III. XXI. 94, 94.
- Cœo* cum accusativo constructum, III. IV. 17.
- Cœpi* ab antiquo *cæpio*, III. XXXIX. 158.
- Cæptus sum*, pro *cæpi*, *ibid.*
- Cogitativum*, IV. XX. 253.
- Cognissor*, IV. XV. 236, 237.
- Cohorto*, pro *cohortor*, III. VII. 37.
- Collicui*, à *colliquesco*, sive potius *colliqueo*, III. XXIV. 102.
- Columbatim*, IV. XX. 250.
- Comedim*, 152.
- Comes*, & *comeſt*, pro *comedis*, & *comedis*; sic *exest*; pro *exedit*; *comeſsem*, pro *comedissem*, III. XXXVII. 151.
- Comesse*, pro *comedere*, *ibid.*
- Comesus*, & *comeſtus*, III. XXVI. 112.
- III. XXXVII. 151, 152.
- Comitatus* passivè, IV. XI. 219.
- Comio*, pro *comitor*, III. VII. 37.
- Comitor* passivè, III. VI. 26.
- Commentatus*, passivè, IV. XI. 219.
- Commentus* passivè, III. VI, 26, 219.
- Communiſco*, 37.
- Communiſcor*, & *raminiſcor*, unde, III. XXXIX. 157.
- Commodo*, & *commodo*, IV. XIX. 247.
- Communia* quæ vocantur, & deponentia, quid differant, III. VI. 24. commune

mune genus non est naturâ diversum à deponenti, III. VI. 35.

Communicor, pro *communico*, III. V. 22.

Como comas, passivè acceptum, III. III. IO.

Compactum nunc à *compingo*, nunc à *compago*, vel *compaciscor*, dicitur, III. XXVII. II7.

Comparatio etiam accidit adverbii, quæ non veniunt à nomine comparabili, IV. XVII. 240. Ea an ex præpositione faciat adverbium, IV. XXII. 262.

Comperio, & *comperior*, eadem significatione: sed præteritum tantum est *comperi*, III. XXXIII. 136.

Comperior, & *experior*, unde veniant, III. XLVII. 182.

Complecto, pro *complector*, III. VII. 37.

Complector commune, III. VI. 27.

Complexus passivè, III. XXXI. 128.

Complexus, pro *pluvia madefactus*, III. XXXII. 131.

Composita non semper retinent simplicium formam, vel conjugationem, III. XLVII. 182. nec rarè pro simplicibus sumuntur, *ibid.* Compositio verborum quot modis fiat, III. XLVII. 181. Compositorum multorum simplicia exoleverunt, III. XLVII. 181.

Con eandem videri ac *cum*: etsi aliter Fabius, IV. XXIV. 268. *Co.* & *con*, malè pro diversis habet Probus, *ibid.*

Conatus, IV. XI. 220.

Concessivus modus, III. VIII. 47.

Concredidi, pro *concredidi*, III. XXVI. II3.

Concretus, IV. XIII. 227.

Concurro, *percurro*, *excurro*, *procurro*, *decurro*, præteritum interdum habent geminatum, III. XIX. 85, 86.

Confessus passivè, III. VI. 27, 29, 220.

Confictus, *infectus*, pro *confixus*, & *infixus*, III. XXVII. 116.

Confido, *confidi*, & *confisus sum*, III. XXVI. III.

Conflicto, pro *conflictor*, III. VII. 37.

Confusum, 248.

Congemino passivè acceptum, III. III. IO.

Congredio, *progradio*, pro *congradio*, *progradio*, III. VII. 37.

Congruo, *ingruo*, *congruus*, *ingruus*, & quid propriè notent, III. XXXI. 131.

Conjugationum divisio, & earum characteristica, III. XVIII, 84.

Conjunctio quid, IV. XXV. 270. propriè ea sententias, non verba connectit, *ibid.* quædam ei falsè à Grammaticis adscripta, IV. XXV. 270, 271. aliqua item pro diverso usu nunc ad verbia sunt, nunc conjunctiones, *ibid.* earum genera pro generibus vinculorum, quibus variè aliquid enunciatur, distincta, IV. XXVI. 272, 273. Conjunctionum nomen quomodo mereantur, quæ à distinguendo *disjunctiva* vocantur, *ibid.* Conjunctiones quam variè inter se, & cum aliis vocibus, componantur, IV. XXVII. 275. Conjunctio interdum redundat, IV. XXVI. 273. atque illustratum hoc simili pleonasmò in adverbii, & nominibus, 274.

Conjunctivus modus unde dicitur, III. VIII. 40.

Connectus pro *connexus*, III. XXXI. 47.

Connexiva conjunctiones, IV. XXV. 272.

Conniveo, *connivi*, & *connixi*, III. XXIV. IO4.

Conniveo, & *connivo*, III. XXXV. 140.

Conquisisco *conquexi*, quid, III. XXV. IO7.

Conscribillo, III. XLV. 178.

Consequor, & *consequor* passivè, III. VI. 27.

Consistisse, pro *constituisse*, III. XXVI. II2.

Consisto, pro *constituo*, III. IV. 17.

Consolatus passivè, IV. XI. 220.

Consolo, pro *consolor*, III. VII. 37.

Consolor passivè, III. VI. 27.

Conspiratus, IV. XIII. 227.

Conspicor

Conspicor passivè, III. VI. 27.
Consumsi, 169.
Contemplo, pro *contemplor*, III. VII. 37.
Confessor commune, III. VI. 27.
Continuativa, IV. XXVI. 272.
Converritor, III. XXX. 125.
Conversus à *converro*, ibid.
Convivo, pro *convivor*, III. VII. 37.
Copulor, pro *copulo*, III. V. 22.
 Cornutus non est dicendus, qui in Per-
 sium scripsit; sed Helenius Acro, IV.
 VII. 205.
Coxim, sive *coffim*, IV. XX. 250.
Crepusculasco, III. XLIII. 169.
Cretum, pro *statutum*, III. XXIX. 122.
 hinc *cretio*, ibid.
Crevi, pro *vidi*, & *constitui*, à *cerno*, ibid.
Crimino, pro *criminator*, III. VII. 38.
Criminor commune, III. VI. 27.
Crucio passivè acceptum, III. III. 10.
Cubasse à *cubo* apud Quintil. III. XX. 93.
 & *incubavere* apud Plinium, ibid.
Cudo cudi, non *cusi*, III. XXVI. 112.
Cujatis, *nostratis*, *vestratis*, pro *cujus*, *no-*
stras, *vestras*, IV. VIII. 210.
Cujus, *cuja*, *cujism*, 209.
Cum, & *si*, particulæ, rectius in sub-
 junctivi inflexione omittuntur, III. VIII.
 46, 47.
Cumulo, pro *cumulo*, III. VII. 38.
Cupere, & *cupire*, III. XXXV. 142.
Cur ex cui rei, vel *quare*, IV. XXI. 254.

D.

D*asi*, pro *dari*, III. XVIII. 84.
Decem & *septem*, *decem* & *octo*, sæ-
 pius in antiquis codd. inveniri, quàm
septemdecim, *octodecim*, IV. IX. 214.
Decens, & *deducere*, III. XLII. 165.
deceant, 166.
Decessus, IV. XIII. 227.
Declinationis vox trifariam accipitur,
 IV. XVI. 239.
Declino transitivè sumtum, III. III.
 17.

Decoquo passivè, vel absolute, acce-
 ptum, III. III. 10.
Decretus, IV. XIII. 228.
Decursus, participium passivum, ibid.
Dedecui, III. XLII. 167.
 Defæta præterita dicentia impro-
 priè præteritum habere dicuntur, quia
 aliunde id mutantur, III. XXXVIII.
 155, 156.
Defectus participium passivum, IV. XIII.
 228.
Deflagratus, ibid.
Defricatè, IV. XX. 251.
Defricatus, *infricatus*, *perfricatus*, III. XX.
 92.
Defrutum quid, & unde dictum, III.
 XXXII. 132.
Deinceps unde, IV. XXI. 255.
Deinde nunc adverbium, nunc conjun-
 ctio est, IV. XXV. 271.
Delargior, commune, III. VI. 28.
Deleo, unde, III. XLVII. 181.
Delibutus à quo verbo, III. XXXII.
 131.
Délitor, & *délitus*, III. XXIX. 121.
Dememini, pro *non memini*, an apud
 Martialem legatur, III. XXXIX. 157, 158.
Demolio, pro *demolior*, III. VII. 38,
 41.
Demolior passivè, III. VI. 27, 28.
Demus, pro *demum*, 249.
Densio densus, & *densio denses*, III. XXXV.
 139.
Depacitor, *depactus*, vel *depacitor*, & *de-*
pectus, III. XXV. 108.
Depeculor passivè, III. VI. 28.
Deponentium passivè acceptorum syl-
 labus, III. VI. 24, 25, 26. Deponentia,
 & communia, sunt ejusdem generis, III.
 VI. 35. quomodo differant, III. VI.
 24, 35. Deponentia quædam olim in
 O, & O-R, terminata, III. VII. 35,
 36.
Deprecatus, IV. XI. 220.
Deprocul, IV. XXIII. 265.
Depso, *depsi*, III. XXXI. 126.

Descendidi, pro *descendi*, III. XXVI. IIO.

Desiderativa rectius vocari ea, quæ in RIO exeunt; *meditativa*, quæ in SSO, III. XLV. 177. verba in RIO unde formantur, & ut interdum pro primitivis ponantur, *ibid.*

Definendus, IV. XIII. 232.

Despero transitivè acceptum, III. IV. 17.

Despicatus, passivè, IV. XI. 220, 28.

Despondeo, *despondi*, & *desponendi*, III. XIX. 87.

Desitus, & *desertus*, pro *insito* sive *inserto*, III. XXX. 124.

Destino, *præstino*, *obfuso*, unde *teriventur*, III. XLVI. 179, 180.

Detestor, *detestatus*, passivè, III. VI. 28.

Detondeo, *detondi*, & *detotondi*, III. XIX. 86.

Detorsum, pro *detortum*, III. XXIV. 102.

Dextrosus, 249.

Di, in compositione idem, quod *dis*, IV. XXIV. 267, 268. ejuſque etymon, *ibid.*

Dicebo, III. XXXV. 142.

Digno, pro *dignor*, III. VII. 38.

Dignor commune, III. VI. 28.

Dilargitus passivè, III. VI. 30.

Dimico *dimicui*, sæpius *dimicavi*, III. XX. 90.

Diminutiva sunt verba in LO, III. XLV. 178. Vnicône, an gemino L, scribenda, *ibid.*

Diomedea Verbi definitio rejecta, I. 1. 2. Diomedes refellitur, qui putabat, impersonalia in TVR semper agendi habere significationem, I. 1. 3. idem perperam credidit, *ama*, & *amato*, similiaque, differre significatione, & nonnisi *expansivè* pro eodem sumi, III. XIV. 71. Idem emendatus, III. XXVI. III. Item IV. XIV. 234.

Directim, 248.

Dirivus, III. XXXII. 131.

Dis præpositio unde, 266, 267.

Discurtus, III. XV. 107.

Discrepo, quandoque *discipui*; sed *discrepari* usitatus est, III. XX. 89.

Disserè, & *disertim*, IV. XIX. 248.

Disputet, IV. XXIV. 267.

Dissero, *desero*, *insero*, quid propriè no- tent, III. XXX. 124.

Distadet, IV. XXIV. 267.

Dixe, 168.

Doceo verbum non quingenta solum habet derivata, ut Varro cenet; sed mille sexcenta & quinquaginta, 182.

Doliturus, *nociturus*, aliaque participia à neutris, quæ existimantur carere supino, III. XXIV. 104.

Dominator passivè, III. VI. 28.

Domo domavi apud Florum; hinc *domator*, III. XX. 93.

Donatus quando vixerit, IV. v. 197. ejus locus correctus, IV. v. 196. Solius ejus non est commentarius in Terentium, sed partim Acronis, IV. XIII. 231.

Dormibo, 137.

Dormito malè statuitur frequentativum, III. XLIV. 173.

Dua, pro *duo*, 203.

Dubitativus modus idem qui *subjunctivus*, III. VIII. 46.

Duine, pro *dens*, III. XXXVII. 152.

Duo, pro *duos*, 136, 137.

Durè, & *duriter*, IV. XIX. 247.

Duro transitivè acceptum, III. IV. 17, 18.

DVS an participiorum sit terminatio, IV. XI. 222. Sæpius sic exeuntia officium signare, *ibid.*

DVS terminatio participiorum, quæ ab impersonalibus veniunt, IV. XIII. 231, 232.

E.

Eabus, IV. v. 198.

Eblanditus, IV. XI. 220.

Ecum,

- Eccum, eccam, ecca, & eccista*, IV. VII. 205, 206.
Ecque, & ecqua, femininum ab *ecquis*, IV. VIII. 208, 209.
Ecqui, pro *ecquis*, ibid.
Edice, pro *edic*, III. XVIII. 85.
Edim, pro *edam*, III. XXVII. 152.
Edo anomalum unde tempora sua formet, *ibid.*
Effrenatè, IV. XX. 251.
Ego, tu, sui, malè credi adjectiva, IV. VIII. 206.
Ejulo, cum accusat. III. IV. 18.
Electrum an Maroni corripiat priorem, III. XXXVI. 147.
Elucubror, elucubratus epistolam, III. V. 22.
EM, & AM, terminatio, nunc præsentis est, nunc futuri, III. XV. 75.
Ementis passivè, III. VI. 28.
Emergo transitivè acceptum, III. IV. 18.
Emeritus, IV. XIII. 227.
Emersus participium passivum, IV. XIII. 227.
Emicam, IV. XX. 252.
Emico, emicui, III. XX. 90. at Solino *emicavi*, 92. *emicaturus* apud Senecam, *ibid.*
Emmantelis Alvari laus, IV. XI. 222.
Emmoxisti, 167.
Enim interdum præponitur, IV. XXVI. 274.
Enisus, & enixus, differunt, juxta Grammaticos : sed discrimen eorum non observatur, III. XXXI. 129. *Enixus* passivè, III. VI. 29.
Ennius correctus, III. VII. 42. III. XIX. 86. III. XXXVIII. 155. ejus in versu conjectura, IV. VII. 205.
Ennius Rudias, XII. XXXVI. 146.
Ens participium analogum ; unde *præfens, absens*, III. XXXVI. 146.
Ens quis veterum primus dixerit, IV. XII. 223.
Eo in compositis etiam passivè conjugatur, III. XXXVIII. 153.
Epectafes syllabicæ pronominum ; ut *mes, ce, cine, & similes*, IV. IX. 212. & seqq.
Equidem an conflatum sit ex *ego, & quidem*, IV. XXVII. 276. quibusvis personis cujuscunque numeri jungitur, *ibid.*
Erant unde sit, III. XXXVI. 146.
Ergo an interdum idem valeat, quod Græcum ἔργον, vel Latinum *reapse*, IV. XXVI. 274.
Erratus, IV. XIII. 227.
Erumpo, prorumpo, transitivè accepta, III. IV. 18.
Erumpor, & prorumpor, pro *erumpo, & prorumpo*, III. V. 22.
Escit, III. XXXVI. 146.
Es, pro edic, & esse, pro *edere*, III. XXXVII. 151, 152. sic *comesse*, pro *comedere*, *ibid.*
Est, pro edit, *ibid.*
Essum, pro sum, III. XXXVI. 145, 146.
Estur, pro editur, III. XXXVII. 151, 152.
Evasus, IV. XIII. 228.
Et, pro præterea, IV. XXVII. 277.
Etiam, quasi & jam, *ibid.* *Eriammum*, quasi, *& jam nunc*, *ibid.*
Euge unde conflatum, IV. XXVIII. 282.
Evasi, 165.
Evidens passivà significatione, pro eo quod clarè cernitur, IV. X. 218.
Evigilandus, IV. XIII. 231.
Eva bacchantis interjectio, unde, IV. XXVIII. 280.
Exante, IV. XXIII. 265.
Exadversum, IV. XXIII. 266.
Excantasso, levasso, & similia, pro *excantavero, levavero*, III. XV. 76.
Excello, & excelleo, III. XXVIII. 119, 120.
Excessis, pro *excofferis*, 168.
Excludendi adverbium non conficiunt classem distinctam, IV. XVIII. 245.
Exclusissimus, & oclusissimus, IV. XV. 236.

Excretus, 228.

Executus, IV. XI. 220.

Execratus passivè, III. VI. 29. IV. XI. 220.

Exhibeam, indulgeam, & similia, sequioris ævi scriptores dixere pro *exhibebo, indulgebo*, III. XXXIV. 138.

Exoletus, III. XXIII. 99, 100. IV. XIII. 228.

Exorsus passivè, III. VI. 29. & IV. XI. 220.

Expedio, pro *expedior*, III. III. 10.

Expergisco, pro *expergiscor*, III. VII. 38.

Expertus, & *experrectus*, ab *expergiscor*, ut distinguant veteres, III. XXV. 108.

Experiendus, &

Expertus passivè, III. VI. 29.

Expleno, III. XLVI. 179.

Expositus, III. XXV. 107.

Execro, pro *execror*, III. VII. 38.

Exsequor passivè, III. VI. 29, 220.

Extrorsus, 249.

Existimasti, 165.

Excugebo, III. XXXV. 141.

Excuo unde, III. XLVII. 162.

Excuiendus, 232.

F.

F *Abre*, IV. XX. 251.

Fabricor, pro *fabrico*, III. V. 21.

Faceffo, faceffivi, vel faceffi, faceffitum, III. XXXI. 126.

Faceffo non esse frequentativum, III. XLIV. 175.

Faciem, pro *faciam*, III. XIII. 68.

Facitur, III. XXXVII. 155.

Factus sum, non est præteritum à *fi*: sed ab antiquo *facior*, ibid. & IV. XII. 224.

Falsè, an *falsò* præterit. IX. XIX. 247.

Fartium, è farcium, III. XXXIII. 134.

Fari passivè, III. VI. 29.

Faris *faturo*, defectivum ab inusitato *for*; unde *effor*; & *fans*, unde *infans*, III. XL. 159.

Fasciatim, IV. XX. 251.

Fateor passivè, III. VI. 29.

Faxim, axim, pro *secarim, egerim*, unde, III. XLI. 162. *faxem*, pro *facissim*, ibid.

Faxo, pro *faciam*, vel *secero*, unde derivetur, III. XLI. 161, 162, 163.

Fenerator, pro *fenore*, III. V. 22.

Fensus, III. XLVII. 181.

Fero, & *edo*, anomala, unde tempora sua forment, III. XXXVII. 148, 149, 151.

Fario sine præterito, & *supino*, III. XXXIII. 134.

Ferre gradum Latine dicitur, III. XXXVII. 150.

Feruo, & *fervo*, III. XXXV. 104.

Ferui, & *ferbui*, dici; sed à verbis diversis, III. XXIV. 104.

Fessus, & *desessus*, non videri participia, à *fasisco*, III. XXV. 107.

Festivatus, IV. XIII. 228.

Fiendus malè comprobant Plinii auctoritate, IV. XII. 224.

Fiens, quod Diomedes agnoscit, barbarum videri, ibid.

Filatum, IV. XX. 250.

Finitivus modus Diomedis idem ac *indiscativus*, III. VIII. 45.

Fio, in imperativo *fi, site*, III. XXXVIII. 154. Vnde *fit*, 155.

Firmè, & *firmiter*, IV. XIX. 247.

Firi antiquum, pro *fieri*, III. XXXVIII. 154.

Fistulatum, IV. XX. 251.

Fitur, fiebatur, fitum est, obsoleta, III. XXXVIII. 155.

Flammafco, an *flammafco*, dicendum, III. XLIII. 170.

Flugo, fixi, & inde verbale *fixus*, III. XXVII. 116, 117. & III. XLVIII. 181.

Fluctico, non *flucto*, quo verbo usus est Syriados scriptor, III. XLIV. 173.

Fluctum, pro *fluxum*, vetus *supinum*, III. XXXII. 132.

Fluctuor, pro *fluctuo*, III. V. 21.

Fluxo, 168.

Fodico, pro *foedio*, III. XLIV. 176.

Fodire,

Edire, 144.

Forem veterum iudicio insolens, III.

XLII. 164.

Forceps, ex *ferriceps*, 157.

Forfis ex duobus, *forfiam* ex tribus conflatum, IV. XXI. 253.

Fortuisu aliud, ac *fortuito*, 244.

Frequentativorum quæ vocant variz classes, & terminationes, III. XLIV. 172. Frequentativa in T O non semper frequentem actionem signare, 173. Verba in S O non esse inchoativa, quod Valla putavit: nec desiderativa, quod Saturnio visum, 174, 175. In I S S O non semper sunt imitativa, 175. In X O multiplicant, vel augent significationem: in C O idem quod primitivum, vel ejus imminutionem, significant, 176.

Fricatio, & *frictio*, à *frico*, III. XX. 92.

Frigo, *frixi*, *frixum*, & *frictum*, III. XXVII. 116.

Frixi nunc est à *frigo*, nunc à *frigeo*, III. XXXIII. 98.

Frondico idem quod *frondeo*, III. XLIV. 176.

Frontonis discrimen inter *parvi*, & *parvi*, inane est, III. XXV. 106.

Fructus etymon, III. XXXII. 132.

Frnor, *fruitus*, & *fructus*, unde *perfructus*, *fructurus*, *ibid.*

Frustram, IV. XX. 250.

Frustrò, pro *frustror*, III. VII. 38.

Frustror, *frustratus* passivè III. VI. 29.

Fructico, & *fruscor*, III. VII. 38, 22.

Fui, *forem*, *fore*, ex antiquo *fuo*, III. XXXVI. 146. *Fuvi*, pro *fui*, *ibid.*

Fulsi à *fulcio*, 135.

Fulgeo, & *fulgo*, III. XXXV. 141.

Fuo unde, III. XXXVIII. 155.

Furatus passivè, III. VI. 30.

Furio, quod apud Servium, & Sedulium, rejicitur, III. XXX. 125.

Furo caret præterito, & supino, *ibid.*

Fustim adverbium an rectè apud Valerium & Plinium reponatur à Pighio, IV. XX. 251.

Futura secundæ in Bo, sequioris ævi scriptores interdum per A M efferunt, III. XXXIV. 138. Futurum perfectum, quod in R O definit, distinguitur à futuro simplici sive insecto, III. XIII. 68, 69, 75, 76. estque non minùs indicativi, quàm subjunctivi modi, 69. Græci quomodo id expriment, *ibid.* Futurum indicativi pro imperativo positum, III. XIV. 74. Futura futuris rectè jungi, imò & præteritis tum activæ vocis, tum passivæ, III. XVI. 80. Futura in R V M antiquis omnis generis, & numeri, 79. circumscribitur etiam hoc tempus per verbum *fore*, 80. antiquis in *Affere* terminabatur, XVII. 82.

Gellius vel, quod malim, Agellius, bis emendatus, XII. VI. 29. malè negat veteres *pansum* dixisse, III. XXVI. 109. idem correctus in voce *monito*, pro quo *motio* scribendum, III. XLIV. 173.

G.

Geno, pro *gigno*, III. XXIX. 120.

Gentilia etiam dici, quæ notant aliquem esse sectæ ejusdem, IV. II. 187.

Gerundia unde dicuntur, III. XI. 60. Gerundia supinaque olim idem significabant, III. IX. 49. Gerundia, & gerundiva, olim eadem, ac quomodo distinxerint juniores, III. IX. 50. Gerundia non esse verba, quia casus habent, 50, 51. nec item esse participia, quia non significant tempus, *ibid.* & 52. nec à participiis, sed immediatè à verbo venire, III. IX. 54. passivè etiam usurpari, multis exemplis probatur, 54, 55, 56. non omnia tamen simul activam, & passivam, habent significationem, 56, 57. Gerundia deponentium etiam passivâ significatione inveniuntur, III. IX. 57. Gerundiva quoque non solum passivè, sed præterea activè interdum significant, *ibid.* Gerundia etiam rectum & dativum casum habere, exemplis ostenditur, III. X. 58, 59.

Gesto, pro *gestor*, III. III. IO, II.

Glifcor, pro *glifco*, III. v. 22.

Granatim, IV. xx. 251.

Grosippus refellitur super eo, quòd neget, participia adsignificare tempus, 216.

H.

H. Grotius, III. xxxi. 127. ejus
laus, III. xlII. 167. IV. xIII.
229.

Habivi, seu *habuivi*, pro *habui*, III. xxII.
96.

Hacropter, 199.

Hac pluraliter, pro *ha*, IV. v. 196.

Haurumpiam, IV. IX. 213.

Haurio, *hausi*, *haustum*, vel *hausum*, &
haurii, *hauritum*, III. xxxIII. 134, 135.

Hausillo, III. XLV. 178.

Helenius Acro, Persii interpres, qui
Cornutus putatur, IV. VII. 205. ex par-
te etiam is auctor veteris commentarii
in Terentium, IV. xIII. 231.

Hem indignantis, commiserantis, &
lctitiaz, IV. xxxVIII. 281.

Here, & *heri*, IV. XIX. 246.

Hic unde derivatum, IV. v. 196.

Hic, ille, ipse vocandi casu usurpata re-
periuntur, IV. III. 191.

Hispian, ut *quispian*, IV. IX. 213.

Hieronymus Rufcellus, III. VIII.
46.

Him, pro *hinc*, IV. XIX. 248.

Hisdem, IV. IX. 213.

Homio, unde, III. xxxIX. 157.

Horror, *adhorrer*, *cohorror*, *exhorror* passivè,
III. 30.

Huic, & *hanc*, & *hoc*, quomodo ab *hic*
καλός formentur, IV. v. 195.

Humanè, & *humaniter*, IV. xx. 247.

Humanè, & *humanitus*, pro, hominum
more, IX. XIX. 249.

Humfredus refellitur, IV. XIV. 233.

I.

I *Aculatus* passivè, III. VI. 30.

Iam dissyllabon, IV. xxVII. 276, 277.

Ianus Rutgerfius, III. XIV. 73.

Iaxo, *injexo*, III. xLI. 162.

Ibus, pro *is*, IV. v. 198.

Iccirco unde compositum, IV. xxVII.
275.

I CVLO terminatio in verbis deri-
vatis, III. XLVI. 181.

Idem non est ex *us*, & *domum*, IV. IX.
212.

Iens, an dicatur, & unde, IV. XII.
224.

Ignosciturus, & *ignoturnus*, III. xxv. 107.

Igitur, pro *deinde*, sive *postea*, adver-
bium temporis, IV. xxv. 271.

Illicet, pro *ira licet*, IV. xxi. 255.

Illexe, 168.

Illim, pro *illinc*, IV. XIX. 248.

Illucefco transitivè acceptum, III. IV.
18.

Im, pro *eum*, IV. v. 197.

Imiso, pro *imitor*, III. VII. 38.

Immolitus passivè, III. VI. 28.

Imperativus unde dicatur, III. VIII.

48. rectiùs *postulativus* diceretur, *ibid.*

Imperativus passivus quo pacto impera-
tivi significationem habere possit, III.

xiv. 69. Imperativi non minùs primà

carent plurali, quàm singulari, III. xiv.

71, 72. Tertia ejus singularis nunquam

in T, sed in TO semper desinit. se-
cunda pluralis in TE, vel TOTE,

terminationem habet, *ibid.* Pluralia in

VNTOTE non sunt Latina, sed ina-
ne Grammaticorum commentum, 73.

Imperativi passivi præterita perfecta, &

plusquamperfecta, æquè circumscribi

possunt ac indicativi, itemque subjuncti-
vi passivi, III. xiv. 70.

Imperpersonalia quoque tum activè, tum

passivè vocis, crebrò ante se nominati-
vum habent, III. I. 2. & si is non est

ex-

expressus, tacite intelligitur, *ibid.* & 3. an semper & quid proprie significant, 5, & 6. Impersonalibus in T V R non semper actionem significari, nec semper intelligi nominativum cognatæ significationis, III. I. 3, 4. nec tempore generationem designari, 6. Impersonalia non deficere tertiâ plurali, III. XLII. 164, 165. nec tantum infecti in indicativo, sed & in cæteris modis, III. XLII. 166. ante se habent nominativum expressum, non intellectum; etiam illa passivæ vocis, III. I. 4, 5.

Impersonativus modus, quis, III. VIII. 45.

Impertio. & impertior, III. VII. 39.

Impetrassere, expugnassere, & similia futura antiqua, pro imperatorum esse, expugnaturum esse, III. XVII. 82, 163.

Inante, exante, IV. XXIII. 265, 266.

Incesso, incesso, III. XXXI. 126.

Incircum, IV. XXIII. 265.

Inchoativa an rectè dicantur, & an non potius *continuativa* dici debeant, III. XLIII. 171, 172. an habeant præteritum, & quo indicio cognosci possit, utrum præteritum sit ab inchoativo, an à primigenio, *ibid.* Inchoativorum in *scò* definitum syllabus, & unde ea formentur, III. XLIII. 169, 170.

Incipisso, & incipio, III. XLIV. 175.

Incoram, IV. XXIII. 265, 266.

Increpo sæpius *incredui, increpitum*, etiam objurgandi significatione, III. XX. 89.

Indicativi, imperativi, & subjunctivi, variz appellationes, III. VIII. 45, 46.

Indicativus etiam circumscribitur per E O, aut I T V R, & per supinum, III. XVII. 82, 83.

Indixe, 168.

Infectum subjunctivi pro plusquamperfecto, III. XXIX. 121.

Infinitivus unde vocetur, & variz ejus appellationes, III. VIII. 48. non esse modum actu, sed potestate, quia in modos proprie dictos resolvitur, 48, 49. Infinitivi futurum activum duplex, infectum, &

perfectum, malè à Grammaticis confundi, III. XVI. 78, 79. Infinitivi præsens non est voce idem ac præteritum infectum, III. XVI. 78. circumscribitur per supinum, & verbum *ire*, XVII. 80, 81. ut præteritum per *ivisse*, 83. sed & extra infinitivum hæc circumlocutio locum habet, *ibid.* Infinitivi futuri passivi circumlocutio per supinum in V M ab omni numero & genere absolutum, & verbum *iri*, III. XVII. 83. Infinitivi præteritum activum circumscribitur per supinum in V M, & præteritum *ivisse*, *ibid.*

Instit, pro *incipit*, defectivum unde, III. XL. 160.

Ingemino passivè acceptum, III. III. II. *Io* nunc gaudentis est; unde *jubilo* nomen; nunc dolentis, IV. XXVIII. 280.

Inolesco transitivè acceptum, III. IV. 18.

Inpalam, IV. XXIII. 265.

Inpridie, ibid.

Inquiso, inquirimus, inquisit, inquebant, inquisit, inquires, inquisit, inque, III. XL. 159.

Inquam, & οὐρανὸν ἐξ inquebam, ibid.

Inscribillo, III. XLV. 178.

Inservi, conservi, habent significationem seminandi: at *infernus, consernus*, ordinandi, III. XXX. 124.

Insidia unde dicantur, III. VII. 39.

Insidio, pro *insidiosus*, *ibid.*

Insinuo, pro *insinuo*, III. III. II.

Insuper eundem, ac *super*, casum regit, IV. XXII. 265.

Insuper habere, 266.

Intellexeris, pro *intellexeris*, III. XXVII. 116.

Interdiu, & inserdius, 243.

Interitus, pro *sublatas*, IV. XIII. 228.

Interpretatus passivè, IV. XI. 220.

Interjectio cur ita dicatur, IV. XXVIII. 277. an distincta sit classis ab adverbis. Variz definitiones interjectionis ex antiquis, 278. Unde ejus voces deriventur, & componantur, 282.

Interibi, pro *interea*, IV. XXIII. 265.

Interrogativa nominibus adscripta ad pro-

pronomina pertinere, contra quam Priscianus putavit, IV. II. 187.

Interpretor, interpretatus passivè, III. VI. 30, 220.

Innotatus, à tono, III. XX. 92.

Introrsus, 249.

Insuor passivè, 30.

Invergo, hoc est, *infundo*, III. IV. 21.

Invetusatus, IV. XIII. 228.

Ioviani Pontani laus, III. XLV. 178.

Ipsè unde, IV. IX. 213.

Ipsus, pro *ipsius*, IV. VI. 201.

Ipsus, pro *ipse*. *Ipsud* cur non æquè dicatur, atque *illud*, IV. V. 195.

ISSO terminatio verborum cujus fit formæ in derivatis, III. XLIV. 175.

Isto, pro *isti*, IV. VI. 202. [198.

Item, & ita, unde esse videantur, IV. V.

Iubilo, unde, IV. XXVII. 280.

Iuratus sum, pro *juravi*, vide *Iuro*.

Iuratus passivè. 228.

Iurgo, pro *jurgo*, III. VII. 39.

Iurgo unde, III. XLVI. 180.

Iuro constructum cum accusativo non rei modò, sed & personæ, III. IV. 18.

Iuro, juravi, & iuratus sum, III. V. 22, & III. XXI. 95.

Iusso, pro *jussero*, & *jussit*, pro *jusserit*, III. XV. 77.

Iuvaturus, III. XX. 89.

Iuvo præteritum *ivi*, vel *juri*, priore brevi, *ibid.*

Iuxta, & juxtim, IV. XIX. 248.

L.

L *Abfarcare*, pro *Lapsare*, III. XXV. 105.

Laceffo, laceffivi, laceffii, & laceffi, laceffitum, III. XXXI. 126.

Lachrymo, & lachrymor, III. VII. 39.

Lacinia etymon, III. XLVI. 179.

Lævii ex Erotopægnis versus correcti, III. XXXI. 128. *Lævii* nomen fortè Prisciano restitutum, III. XXXV. 144.

Lambero quid, & unde derivatum, III. XLVI. 180.

Lambini emendatio in Plauto rejecta, III. XIV. 73.

Lambo, lambi, pro quo posterioris seculi scriptores *lambio*, vel *lambeo*, III. XXV. 106.

Lamentatus, passivè, IV. XI. 220.

Lachrymo, & lachrymor, III. VII. 39.

Langueo, languis, III. XXIV. 104.

Lapsus, labfus, prolapsus, III. XXV. 105.

Largibar, 137.

Largio, pro *largior*, III. VII. 39.

Largitus, passivè, IV. IX. 220. III. VI. 30.

Latro cum accusativo personæ, & rei, constructum, III. IV. 18, 19.

Latum, supinum mutuaticum verbi *fero*, quomodo à *tollo* seu *solo* derivetur, III. XXXVII. 150.

Lavo, intransitivè acceptum, III. III. II.

Lavo, lavas, & lavo, lavis, III. XXXV. 139, 140.

Laciniatim, IV. XX. 251.

Lenio, pro *lenior*, III. III. II.

Lopista, genus vasis aquarii, IV. IX. 211.

Leuasso, impeirasso, & unde formentur, III. XLI. 163.

Levi, à leo, & lino, III. XXIII. 99.

Liceo, & liceor, III. VII. 39.

Liceffit, pro *licuerit*, III. XV. 77.

Licitus, nunc est à *licet*, nunc à *liceor*. item *licuit* nunc à *licet*, nunc à *liqueo*, III. XXII. 97.

Linæum supinum vel participium à *lingo*, III. XXVII. 115.

Linibo, 137, 143.

Lino, lini, livi, & levi, III. XXIX. 121, 143.

Liqueo, liquo, liquor, III. XXIV. 102.

Lisum supinum à *lino*, hinc *delitor*, III. XXIX. 121.

Livius Andronicus apud Nonium correctus, III. VII. 43.

T. Livius Patav. in Martii vatis versibus emendatus, III. XXVII. 116.

Longifco, III. XLIII. 169.

Loquelares quæ præpositiones dicantur, IV. XXIV. 266, 267.

Loquo-

Loquulariter an Tullius dixerit, IV. XXIV.
 267.
Loqui passivè, III. VI. 30.
Lurari, antiquis pro *lucere*, III. XXXII. 131.
Lucretius apud Priscianum correctus,
 III. XXXV. 142.
Lucifit, pro *lucescit*, vet. *Lucis* approba-
 ri, III. XLIII. 170.
Lucto, pro *luctor*, III. VII. 39.
Ludifico, & *ludificor*, ibid.
Lunatum, IV. XX. 250.
Lurcinor, idem quod *lureor*, III. XLVI. 179.
Luxi, à *luceo*, & *lugeo*, III. XXIII. 98.
Luxi. 167.
Luxuria, & *luxurior*, III. VII. 40.

M.

M*achinatus* passivè, III. VI. 30. an
 Livio passivè sumatur, IV. XI. 220.
Maculo, pro *maculor*, III. III. II.
Malaspina refellitur de præteritis com-
 positorum à *curro*, III. XIX. 86.
Malum *χριστιανικόν* non esse interjectionem,
 IV. XXVIII. 279.
Mando, *mandi*, III. XXVI. 110.
Maneo transitivè acceptum, III. IV. 19.
 à *meno*, 157.
Maneri, à *maneo*, III. XLII. 166.
Marid, pro *maris*, IV. XXIV. 270.
Martialis locus expensus, III. XLV. 178.
Measim, pro, *meo more*, IV. XX. 252.
Mecastor unde, IV. XXI. 255.
Mederga, IV. XXIV. 270.
Medico, & *medicor*, III. VII. 40.
Medisativa rectius vocantur, quæ in
 S S O exeunt; *desiderativa*, quæ in R I O,
 III. XLV. 177.
Medisatus passivè, III. VI. 30.
Meminens, participium quasi à *memino*,
 III. XXXIX. 157. & IV. XII. 224.
Memordi, *spondei*, per e olim scripta, pro
memordi, *spondei*, III. XIX. 88.
Mensus passivè, IV. XI. 220.
Mentio, & *mentum*, unde, III. XXXIX. 157.
Mentitus passivè, IV. XI. 221.

Mercatus passivè, ibid.
Merco, *meris*, & *mercor*, *maritus sum*, III.
 VII. 40.
Merge unde, III. XLVI. 180.
Meritus passivè, IV. XI. 221.
Met meum, pro *meummet*, an *Plautinum*,
 IV. IX. 112. *Met* redundans, ibid.
Metatus passivè, III. VI. 31.
Mesior, passivè, III. VI. 30.
Meto, *messui*, III. XXXI. 128.
Metutus, III. XXXII. 130.
 Io. Meursius, IV. IX. 213.
Meus, pro *mi*, IV. VII. 203, 204.
Meum, *tuum*, *nostrum*, pro *meorum*, *tua-
 rum*, *nostrorum*, IV. IV. 194.
Mi vocativi sing. à *meus*, pro quo se-
 quioris zvi scriptores *meus* maluerunt.
 item vocativus pluralis *mi* contractus ex
mei, IV. VII. 203, 204. *Mi sidus*, pro *meum*,
mi parens, pro *mea*, similiaque, IV. VIII. 207.
Migravit nidam, III. IV. 19.
Mihi, est ab antiquo genitivo *mi*, IV. IV.
 193.
Mihipte, & *mepte*, pro *mihī ipsi*, *me ipsum*,
 IV. IX. 213.
Mingo, vel barbarum, vel obsoleto, pro
 quo usitatus *mejo*, III. XXVII. 115.
Minio, pro *minitor*, III. VII. 40.
 MINOR esse veram imperativi ter-
 minationem, III. XIV. 72, 73.
Miro, pro *miror*, III. VII. 40.
Mis, & *tis*, antiqui genitivi pro *mei*, &
tui; unde dativi *mihī*, & *tibi*, IV. IV. 193.
Misereo, & *miseror*, III. VII. 40.
Miserete, *miserescite*, ab antiquo *miserere*, &
miseresco, III. XLII. 166, 40.
Misero, pro *miseror*, III. VII. 40.
Mistum, an *mixtum*, dicendum, III.
 XXII. 97.
Mius, pro *meus*, & unde id veniat, IV.
 IX. 211.
Mixtus, pro *mistus*, an probum. 97.
Moderatus passivè, III. VI. 31.
Modero, pro *moderor*, III. VII. 40.
 Modi tantum tres sunt, indicativus, im-
 perativus, subjunctivus, III. VIII. 46.

Modulatus passivè, III. VI. 31.
Modulo, modulator, 39.
 Modus potentialis, & concessivus, ad
 subjunctivum pertinent, III. VIII. 47.
 promissivus; item hortativus, & precati-
 vus, sub imperativo comprehenduntur, 48.
Maestus nomen est, non participium à
mareo, III. XXIV. 102.
Molior passivè, III. VI. 31.
Molitum, à *molo*, III. XXVIII. 118.
Mollibo, 137.
Mordicitus, & *mordicus*, IV. XX. 252.
Morior, moriris, & *moreris*, III. XXXV. 143.
Moriturio, pro *mori cupio*, III. XLV. 177.
Moro, pro *moror*, III. VII. 41.
Moror passivè, 30.
Mortuus, an sit participium, IV. X. 219.
Moveo passivè acceptum, III. III. 12.
Muginor unde videatur, III. XLVI. 181.
Mulgeo, mulsi, & *mulxi*, *multum* potius
 facit supino, quam *mulsum*, III. XXI. 98.
Mulsi, à *mulceo*, & *mulgeo*, *ibid.*
Mulsum unde dicatur, 99.
Mulcor, pro *multo*, III. V. 22.
Mumeror, & *numero*, 23, & 41.
Mutato perperam inter frequentativa
 retulere, III. XLIV. 174.
Murmuror, pro *murmuro*, III. V. 23.
Musso timorem, III. IV. 19.
Muso, pro *musor*, III. III. 12.
Mutus, pro *mutuor*, III. VII. 41.

N.

N *Natus* passivè, III. VI. 31, 108.
Navius emendatus, III. XXXII.
 130.
Natino, III. XLVI. 179.
Navigandus, IV. XIII. 232.
 Ne an loquelaris præpositio sit, IV.
 XXIV. 269.
Nee adverbium negandi, IV. XXV. 270.
Neco necavi, quod & *necui* Ennio. *Nestum*,
 & *noctus*, non legitur, præterquam in com-
 positis, III. XX. 90.
Nesto, neci, & *necui*, III. XXXI. 228.

Nestum, pro *necium*; unde *connectus* pro
connexus, III. XXXI. 228.
Negino, III. XLVI. 179.
Neglegi, & *in allegi*, pro *neglecti*, & *intel-
 lecti*, III. XXVII. 116.
Neque quatenus adverbium, quatenus
 conjunctio sit, IV. XXV. 271.
Nequitur, III. XXXVIII. 155.
Natum supinum à *neo*, apud Corippum,
 III. XXIV. 102.
 Neutra propriè nulla esse, sed absoluta
 potius dicenda, quia actionem notent, li-
 cet immanentem, III. III. 8, 9. Neutra
 sive absoluta, accepta & constructa more
 transitivorum, III. IV. 16, 17. Neutra
 quædam sine supino, non tamen sine parti-
 cipio, IV. X. 218.
 Neutro-passiva quæ dicantur, III. XXI.
 95, 218.
Nexo, nexas, & *neco, necis*, III. XXXV. 140.
Nictor, pro *nictio*, III. V. 23.
Ninivum unde, IV. XXI. 254.
Ningo, nixi, & *ninguis*, III. XXVII. 116.
Ninnius Crassus, III. XXIV. 104.
Nitor, nisus, & *nixus*; unde *ensis*, & *eni-
 xus*: in quibus discrimen, quod inter hæc pon-
 unt Grammatici, non semper observa-
 tur, III. XXXI. 129.
Nocium supinum à *necio*; unde *nociurus*,
 IV. X. 218.
Noctesco, III. XLIII. 169.
Noctum, ablativus est. 243.
 Nominativus *meus* cum nomine suo
 non rarè pro vocativo ponitur, IV. VII. 204.
Nomus, pro *novimus*, III. XXXIX. 158.
 Nonius Marcellus de *sorti* voce refelli-
 tur, IV. XIV. 234.
Nos, & *vos*, unde veniant, IV. IV. 194.
Nostrais, pro *nostras*, IV. VIII. 210.
Nostri, & *nostrum*, *vestri*, & *vestrum*, in
 genitivo plurali rectè dici, IV. IV. 194.
 NOTE non est terminatio impe-
 rativi, contra quàm Grammaticis tradi-
 tum, III. XIV. 73.
Novi cur defectivum statuatur, cum
nosco sit in usu, III. XXXIX. 158.

No-

Novius apud Nonium correctus, III.
VII. 42.
Noxii, pro *nocuerit*. 168.
Nubo nupsi, & *nupta sum*, III. XXV. 106.
Nubere cum aliquo, pro *alicui*, ibid.
Nudius tertius, unde, 253.
Nulli, pro *nullius*, IV. VI. 202.
Numeralium illud, quod est minus, in
compositione non raro præponitur, IV.
IX. 215.

Numerus an adverbio accidat, IV.
XVII. 241.
Nutricio, & *nutricor*, eodem significatu,
III. V. 23.
Nupturio, pro *nubo*, III. XLV. 177.
Nuptus, IV. XIII. 228.

O.

O *Beditum*, supinum ab *obedio*; hinc *obe-*
diturus, III. XXXIII. 134.
Obies participium passivum, IV. XIII.
228.

Objurgo, pro *objurgo*, III. V. 22, 23.
Obliviscor, *oblitus*, passivè, III. VI. 31.
Obliviscor unde derivatum, III. XLVII. 181.
Oboleo aliud, ac *obsoleo*, III. XXIII. 108.
Obsoleo, *exoleo*, unde *obsoletus*, *exoletus*, du-
bium, num ex *oleo*, an ex *soleo*, composita
sint, III. XXIII. 99, 100.

Obsoletus, IV. XIII. 229.
Obsono, & *obsonor*, III. VII. 41.
Obtrusus, pro *obtrusus*, III. XXVI. 111.
Occano, & *recano*, pro *occino*, & *recino*. Item
recanus, *occanus*, *concanus*, pro *recinus*, &c. à
cano, III. XXIX. 120.
Occasus, *occasurus*, *recasurus*, III. XXVI. 113.
Occasus participium passivum, IV. XIII.
229.

Odi, ab *odio*; unde *odiantes*, *odiendi*, *odia-*
tor, III. XXXIX. 156. [99].
Oleo an olim *olevi* habuerit, III. XXIII.
Oleo unde, III. XLVII. 181.
Oletum pro loco malè olenti non à supi-
no venit, sed à præsentis *oleo*, III. XXIII.
99, 141.

Ollus, vel *olla*, unde pluralis *olæ*, pro *olli-*
vel *illi*, IV. V. 195.

Omino, pro *ominor*, 41.
Omnis, & *quisque*, de duobus interdum
dicuntur, IV. II. 198.

Ong Germanicum ex Latino *nas* per
transpositionem, IV. IV. 194.

Oporior, *oportet*, & *operitur*, III. XXXIII. 136.

Opinatus passivè, IV. XI. 221.

Opino, pro *opinor*, III. VII. 41.

Opistulo, pro *opistulor*, ibid.

Oportent, *oportebant*, III. XLII. 165.

Oporteto, *oportuerint*, 166.

Opsisti, ab *opsto*, sive *opsto*, per P. III.
XXV. 105.

Optativus sub subjunctivo comprehen-
ditur, III. VIII. 46. ejus terminatio in
R E M triplici tempori accommodata,
III. XV. 75.

Opulisco, III. XLIII. 169.

Ordinativa, IV. XXVI. 273.

Orior oriris, & *oreris*, III. XXXV. 144.

Orsus, *ordisus* passivè, III. VI. 31.

Osceatinus, & *Marrucinus mos*, **O** pro
E in adverbii extremo loco ponere, IV.
XIX. 247.

Oscisor, pro *osciso*, III. V. 23.

Osculo, pro *osculor*, III. VII. 41.

O *SI*, pro **O** *utinam*, IV. XXVIII. 279.

Osus sum, pro *odi*, III. XXXIX. 157. Sic
perosus, & *exosus sum*, ibid.

Osus activè; unde *osurus*, IV. XII. 224.

Ostendo, *ostendi*, *ostensum*, & *ostentum*; un-
de *ostenturus*, III. XXVI. 111.

Ostento perperam putatur frequentati-
vum, III. XLIV. 174.

P.

P *Asisco*, pro *paciscor*, III. VII. 41.

Pactus passivè, III. VI. 32. IV. XI.
221.

Pagins etymon, III. XLVI. 179.

Palam præpositio est ablativum regens,
IV. XXI. 259.

Palamon de Artibus, IV. XXVIII. 278.

Palmerii sententia excussa de participio
adventus, IV. XIII. 231.

Palpo, & *palpor*, III. VII. 41.

Pansum, pro *passum* recte dici, III. XXVI.

IO9.

Parco, *parsi*, *peperci*, & olim *parcui*, III.
XXV. IO6.

Parere, & *parire*, à *pario*: unde *aperio*, *ope-
rio*, *reperio*, III. XXXV. 142.

Parii an pro *peperi* dixerit Manilius, III.
XXXII. 129.

Paritum apud Scævola, à *paroo*, III.
XXIV. IO5.

Participialis modus qui dictus, conti-
nebat gerundia, & supina, III. IX. 49.

Participii propriam notam non esse,
quòd habeat structuram verbi sui, contra
Saturnium ostenditur, III. IX. 52. ejus
definitio & etymon, utque à Stoicis appel-
letur, IV. X. 215. ad significare tempus.
216. Participia passivæ vocis, sed activæ
significationis, IV. X. 218. Participiis multa
familia, quæ tamen vera participia non
sunt, 217. Participia præterita, & futura
in R V S, rectius à priori, quàm poste-
riori supino, deduci, IV. X. 218, 219. præ-
terita multa in T V S, & S V S, eorum
quæ deponentia vocantur, passivè accipi,
219, 220. Participia in D V S sæpius of-
ficium signare; interdum tamen non offi-
cium, sed aliquid futurum, 222. & IV.
XIV. 235. Participiis an sint accendenda,
quæ in D V S exeunt, IV. XI. 222. Partici-
pia præterita ab impersonalibus cum
activæ, tum passivæ vocis orta, IV. XIII.
225, 226, & seqq. item participia in *du*s
ab impersonalibus passivis, 231. Partici-
pia in N S usurpata in significatione tem-
poris præteriti, IV. XIV. 233. Item præ-
sentis passivi, 234. & participia præterita
in eadem passivi præsentis significatione,
234. Item similiter usurpata participia in
D V S, *ibid.* Participia etiam comparan-
tur, & in comparatione constructionem
verbi sui servant, IV. XV. 236, 237.

Partim vetus accusativus, IV. XX. 252.

Pario, pro *partior*, III. VII. 41.

Parvifaciatur, *satisfaciatur*, III. XXXVIII.

155.

Pasco, pro *pascor*, III. III. II, 13.

Pascuntur sylvas, III. V. 24.

Passiva quædam *adivè* accepta, III. V. 21.

Passum, ex *pansum*, à *pando*; ut *frustum*,
ex *frensum*, à *frendo*, III. XXIV. IO3.

Paseo sine supino, *ibid.*

Patellæ etymon, IV. IX. 211.

Patio, pro *patior*, III. VII. 39.

Pax, an sit interjectio admirationis, IV.
XXVII. 281.

Pedinasim, IV. XX. 250.

Pectio, *pecti*, & *pezi*, *pezum*, *pectissum*, *pe-
ctum*, unde *impectare*, III. XXXI. 127.

Pedetentim unde, IV. XXI. 254.

Peditus, vel *peditum*, verbale à *pedo*, III.
XXVI. 110.

Pei, pro *pæxi*, à *pango* hoc est *figo*. at *pe-
gigi* à *pigo*, hoc est *pacifcor*, III. XXVII. 117.

Penis, pro *pependi*, III. XXVI. 110.

Penetro transitivè acceptum, III. IV. 19.

Penitus nomen, unde *penitissimus*, IV.
XVII. 241.

Per quandoque non præpositio, sed syl-
labica adjectio, IV. XXI. 255.

Peragror, pro *peragro*, III. V. 23.

Percontor, pro *percontor*, III. VII. 42.

Percontatus passivè, III. VI. 32.

Percusti, III. XLII. 167.

Perdant se Diis, & similia, num præsentis,
an futuri habeant significationem, III.
XV. 75.

Perditim, IV. XX. 252.

Perditum ire, *malefactum iri*, & similia,
etiam femininis junguntur, III. XVII. 83.

Perdolitum, IV. XIII. 226.

Perduaxint apud Plautum scriptura su-
specta, III. XLI. 162.

Perdunt, III. XXXVII. 152.

Peregre, & *peregri*, IV. XX. 251.

Perendis unde, IV. XXI. 254.

Pereundus, IV. XIII. 232.

Pernoctio, à *pernoct*, 181.

Perosus, & *exosus* aliquem, III. XXXIX. 157.

Per-

Perplexim, IV. XX. 252, 248.
Perferuso, pro *perferusor*, III. VII. 42, 43.
Perfii interpretis vetus correctus, IV. XXVII. 282.
 Personalium definitio ex eo petita, quòd habeant ante sex nominativum, rejicitur, III. I. 2.
 Personalium, & Imperpersonalium doctrina, ad quem Grammaticæ locum pertineat, *ibid.*
Petisso, *appetisso*, *expetisso* vel *αὐτενόμι* sunt, vel primitivorum loco usurpantur, III. XLIV. 175.
Petrarcha feritum dixit, absque veterum auctoritate, II. XXXIII. 134.
Pierius refellitur eo, quod *tremesco* ma-
 lauit, quàm *tremisco*, III. XLIII. 169.
Pigritum, IV. XIII. 226.
Pignoro, pro *pignero*, III. V. 23.
Pintere, *pinere*, *pinisire*, III. XXXI. 126, 127.
Pinso, *pinisui*, *pinisissum*, *pinissum*, *pistum*, *ibid.*
Pistrinum unde, 127.
Pirisso unde, III. XLIV. 175.
Plaudo, III. IV. 19.
Plausitrum percussit, parcemia explicata, III. XXVIII. 119.
 Plauti locus expositus contra sententiam Alvari, III. XVII. 84. ejus versus numeris redditus, III. XLV. 130. ad oram. Idem expensus, IV. IV. 193, 196. correctus, IV. XXVIII. 281. [127.
Plecto, *plexui*, & *plexi*, antiquè, III. XXXI.
Pleo, III. XLVII. 181.
Plico, *plicui*, *plicavi*: unde composita *ap-
 plico*, *explico*, *implico*, *complico*, Cicero in præ-
 terito sæpius effert per A V I, quàm per
 V I, III. XX. 91.
Pluvi, pro *plui*, III. XXXII. 131.
Polliceo, pro *polliceor*, III. VII. 42. *Pol-
 liceo* passivè, III. VI. 32. *Pollicitus* passi-
 vè, IV. XI. 221.
Polluceo, *polluxi*, compositum à *luceo*, III.
 XIII. 98.
Pono, unde conflatum, IV. XXI. 264.
Pono, *palam*, & *secus*, malè à nonnullis in
 præpositionibus omitti, IV. XXI. 259.

Pono, olim *posivi*: hinc composita *reposit-
 vi*, *deposivi*, III. XXIX. 121, 122.
Pono passivè, vel absolutè acceptum,
 III. III. 13.
Paniseo, pro *paniset me*, III. XLII. 167.
paniturum, *ibid.*
Populus passivè, III. VI. 32.
Populo, pro *populor*, III. VII. 42.
Possum, quasi *potius sum*, III. XXXVI. 147.
Porgere, 168.
Porxit, *ibid.*
Postulo unde, III. XLVI. 180.
Post, unde conflatum, IV. XXIII. 264.
 Postpositiones loquæles, IV. IX. 212,
 214.
Postulo, *ustulo*, similiaque, à supinis ve-
 niunt, III. XLVI. 180.
 Potentialis modus. Vide Modus.
Potestur, *poteratur*, *possatur*, antiqua, & ob-
 soleta, à *possum*, III. XXXVI. 147.
Potiri, *potitus*, passivè, III. VI. 32.
Potior, *potirus*, & *poteris*, III. XXXV. 144.
Potio, vel *potio est*, III. XXXVI. 147.
Potisse, 147.
Potus, activum, & passivum, IV. XIII. 229.
Poto, in supino *potatum*, & *πὶ οὐρανῶν
 ποτῶν*: hinc *potatus*, & *poturus*, III. XX. 89.
Precandus, III. VI. 32.
Premi, pro *pressi*, & alia, quæ apud anti-
 quos reservantur consonam præsentis,
 III. XXIX. 121.
Presso quid propriè significet, III. XLIV.
 174.
Præcipio passivè sumptum, III. III. 13.
Præcurro, *præcurri*, & *præcursum*, III. XIX. 85.
Præficiunt unde conflatum, IV. XXI. 264.
Prælio, pro *prælior*, III. VII. 42.
Præmordeo, *præmordis*, & *præmorfi*, III.
 XIX. 87.
 Præpositio potius, quàm adverbium, præ-
 verbum appellatur, IV. XXI. 257. defini-
 tiones Prisciani, & Scaligeri rejectæ, & ve-
 ra definitio proposita, *ibid.* & 258. Præpo-
 sitiones an comparatione fiant adverbia,
 IV. XXI. 262. Præpositionum cum adver-
 biis, item cum seipsis compositarum, exem-
 pla,

pla, IV. XXIII. 264, 265. an cum seipsis compositæ semper fiant adverbia, quod credidit Valla, 266. Præpositionum aliarum casuales, aliarum loquæles, IV. XXIV. 267. Præpositiones inseparabiles, æquivocæ præpositiones dici, IV. XXIV. 266. cur à veteribus loquæles vocentur, 267.

Præfens, & absens, unde IV. XII. 224.

Præfente, & absente cum plurali sociata, an in præpositiones degenerent, IV. XXIII. 263, 264.

Præstatum, præstaturus, constaturus, & similia, III. XX. 90.

Præsto, præstiti, resto, restiti potiùs, quàm *præstavi, restavi*, III. XX. 90. *Præsto est*, 160.

Præstructum, IV. XX. 252.

Præter-propter, IV. XXIII. 265.

Præterita passiva in *Tum* antiquis omnis generis, & numeri, III. XVI. 79.

Præteritorum in compositis primitivi geminationem retinentium syllabus, III. XIX. 86.

Prævertor, pro *præverso*, III. III. 15. III. V. 23.

Præverbia, 257.

Præcor, pro *procor*, 42.

Primigeniorum species quingentæ, & pro his verborum quingenta millia, juxta Varronem, 121.

Primo, & primum, IV. XIX. 248.

Primum, & cæterum, nomina *æquæ* *imæ* prolata, IV. XX. 251.

Priscianus refellit, qui existimabat, in impersonalibus passivis semper intelligi nominativum cognatæ significationis, I. I. 4. Idem correctus, III. VI. 33. Et IV. VI. 202. Et IV. XVII. 281, 282. maximè in omnibus Apollonium secutus, IV. X. 216. ut multa malè inter adverbia reponat, IV. XVIII. 242.

Proco, pro *procor*, 42.

Procul, & usque, non esse præpositiones, IV. XXII. 261.

Produxo, pro *produxisse*, III. XIX. 87.

Professus, passivè, IV. XI. 221.

Proficisco, pro *proficiscor*, III. VII. 42.

Prohibendi adverbia non constituunt classem distinctam, IV. XVIII. 245.

Proles, à proleto, III. XXIII. 101.

Promisse, pro *promisisse*, III. XIX. 87.

Pronomen, & provocabulum, rectè pro eodem sumi, etsi distinxerit Varro, IV. I. 184, 185.

Pronomen quatenus nominis, & nomen pronominis nota sit, IV. I. 185. hujus, an verbi doctrina præcedere debeat, IV. I. 186.

Pronominum plerorumque differentiam, quæ vulgò statuitur Grammaticis, non raro negligi ab antiquis, IV. II. 188.

Pronominum quintuplici, quæ vulgò adfertur, significationum classi addendam esse sextam, *ibid.* Idem pronomen, pro usu aut respectu diverso, diversam ad classem pertinere, *ibid.*

Pronomina genitivum in IVS, dativum in I, finientia, olim genitivum per I, dativum per O, inque feminino utrumque per Æ terminabant, IV. VI. 201, 202.

Pronomina omnia utrumque numerum habent, IV. II. 190. omnia sunt personæ, non tertiæ solius, exceptis *ego, & tu, ibid.* non omnia carere vocativo, quæ vulgò Grammaticis eo carere putantur, IV. III. 191.

Partitiva quoque, & distributiva, eundem casum habent, 192. Pronominum compositio quotuplex, IV. IX. 211, 212.

Propalam, IV. XXIII. 265.

Prope sitne adverbium, an præpositio; dubitatum, IV. XXII. 262.

Prope unde constatum, IV. XXIII. 265.

Properor, IV. XIII. 229.

Proporro, IV. XXIII. 265.

Propter à *prope*, IV. XXIII. 263.

Propter, vel *ob, æquæ imæ* intellectum, IV. XVIII. 244.

Prosusus, 249.

Prorsus cum accusativo, III. IV. 18.

Psallo, psalli, III. XXVIII. 118.

Publicè, & publicitus, IV. XIX. 249.

Pudendus, pigendus, placendus, IV. XIII. 226; 167.

Pudens, pœnitens, pudicurus, pœniturus, I. V. XIII. 225.

Pudens, III. XLII. 165.
Pudico, *ibid.* 167.
Pudibile, IV. XIV. 235.
Puduit, & *pudisum* est, III. XLII. 167.
Pulchrosc, III. XLIII. 169.
Puls, pro *pepuli*, III. XXVIII. 118.
*Pulv*ero intransitivè acceptum, III. III. 13.
Punio, *punii*, & *punius sum*, III. XXXIII. 136.
Punior, pro *punio*, III. V. 23.

Q.

Qua de re integrè, pro *quare*, IV. XXI. 254.
Quaso, *quasit*, *quasere*, *quajens*, à *quaso*, III. XLI. 163, 164.
Quaso, pro *posco*, & *invoco*, quare sumatur, *ibid.* [271.
Quam adverbium comparandi, IV. XXV.
Quamquam. 273.
Quantus-quantus, pro *quantus-cumque*, IV. IX. 214.
Qua propter, & *hac propter*, an unica vox sint, IV. XXVII. 275.
Quapropter unde. 199.
Quare, pro *qua de re*, vel *qua in re*, IV. XXI. 254.
 Quarta conjugationis verba olim dicta tertie productæ, III. XXXIII. 133. in imperfecto erat IBAM pro IEBAM, III. XXXIV. 137. futuro IBO, quod & in verbis tertie locum habuit, 138.
Quasi præteritum à *quatio* non legitur, III. XXXII. 130.
Quasso passivè acceptum, III. III. 13.
Quatinus, & *quatenus*, ut à Grammaticis distinguantur, IV. XXV. 271.
Que Enclitica alteri juncta voci, quam exigit ordo naturalis, IV. XXVI. 274.
Queo anomalum quartæ. Hinc *quibo*, *quiverem*, III. XXXVIII. 153. *quitur*, *quonantur*, *nequitur*, 154.
Quis, pro *quis*, & *quicumque*, pro *quicumque*, IV. VI. 200.
Qui ablativus, pro *qua*, IV. VI. 201.
Qui, *ecqui*, & *aliqui*, pro *quis*, *ecquis*, & *aliquis*, IV. VIII. 208, 209.

Quibus quomodo à *quis* veniat, IV. VI. 199.
Quicum h. e. *cum quo*, vel *cum qua*, in ablativo plurali. 201. 255.
Quidam non semper per contemptum dicitur, IV. IX. 213.
Quin ex *qui*, & *ne*, pro *non*, IV. XXI. 255.
Quiritor, pro *quirito*, III. V. 24.
Quis etiam rectè de duobus usurpatur, IV. II. 189, 190.
Quis, & *quis*, quomodo ex sese *cujus*, & *cui* gignant, IV. VI. 198, 199.
Quis unde, IV. VIII. 208.
Quis, pro *quid*, apud Tullium in vet. libb. III. XXXVIII. 154.
Quisus, & *quita sum*, pro *quivi*, *ibid.*
Quocirca, IV. XXVII. 275.
Quo ablativus, & adverbium, unde. 199, 200.
Quoad. 198.
Quod pronomen etiam, ubi adverbium creditur, IV. XVIII. 244.
Quoja vox, IV. VIII. 209.
Quojus, pro *cujus*, IV. V. 198, 199. *quoi*, pro *cui*, nec Maro, nec Cicero ipse, resugerunt, 199.
Quoniam unde constatum, IV. XXVII. 275.
Quomodo, *quare*, *quamobrem*, utrùm partim nomina, partim pronomina sint; an rectiùs adverbis accenscantur, IV. XXI. 254. *Quomodo* cur postremam corripiat, *ibid.*
Quorsus. IV. XIX. 249.

R.

R Amirezius, IV. XXVI. 273.
Rard, an *rare* præstet, IV. XIX. 247.
Rancio, *rancus*, an *raus* faciat, III. XXXIII. 135. *Rausurus*, *ibid.*
Rausse unde, IV. IX. 213.
Recasurus, III. XXVI. 113.
Recano, pro *recino*, III. XXIX. 120.
Recesset, pro *recessisset*, 168.
Recordo, pro *recordor*, III. VII. 42.
Reddibo, *fugebo*, pro *reddam*, *fugam*, III. XXXIV. 138.

Redino, III. XLVI. 179.
Redundatus, IV. XIII. 229.
Refrago, *suffrago*, pro *refragor*, *suffragor*, III. VII. 42.
Reficaturus, III. XX. 92.
Regnor, *regnatus*, IV. XIII. 229, 230.
 R E M terminatio triplici tempori accommodata, III. XV. 75.
Reminisco, pro *reminisco*, III. VII. 42, 43.
Repens, *repente*, *repentino*, nomina sunt, non adverbia, IV. XVIII. 243, 244.
Replico, *replicari*, potius quàm *replicui*, III. XX. 91.
Repungo, *repunxi*, & *repupugi*; in quibus Capri discrimen rejectum, III. XIX. 87.
Requiesco transitivè acceptum, III. IV. 19.
Requiescit, IV. XIII. 230.
Respexis, pro *respexeris*, III. XLI. 163.
Respondeo, *respondes*, & *respondo*, *respondis*, III. XXXV. 141.
Resulsare sonum, III. IV. 19.
Revelli, & *revulsi*, III. XXVIII. 119.
Reverso, & *reversor*, III. VII. 43.
Rhetorico, pro *rhetoricor*, III. VII. 43.
Rideo, & *rido*, III. XXXV. 141.
Ringo hodie nusquam legitur, sed *ringor*, III. XXVII. 115.
 R I M terminatio nunc simplicis præteriti, nunc futuri perfecti; R O semper futuri perfecti significativa est, III. XV. 75, 76.
 R I O terminatio est desiderativorum, III. XLV. 177.
Rixo, pro *rixor*, III. VII. 43.
Rogandi, ac *respondendi* modus, quis Varro ni dicatur, III. VII. 45.
Rufior avis, III. V. 24.
Rudo, *rudi*, & *rudivi*, nisi hoc sit à *rudio*, III. XXVI. 112.
Rugo passivè acceptum, III. III. 14.
Ruminor, & *rumino*, III. V. 24, 37. III. VII. 43.
Ruo, *rui*, *rutum*: unde *ruta casa*, & *dirutus*: *rutinum*; unde *ruticurus*, & *dirutius*, III. XXXII. 131. [IV. 19, 20.
Ruo, *irruo*, *proruo*, transitivè accepta, III.

Rursum, & *rursus*, IV. XIX. 249.

S.

S *Acrificor*, pro *sacrifico*, III. V. 24.
Sapius, ac *sapissime*, item *penitissime*, adverbia deducta à nominibus *sapior*, *sapissimus*; *penitissimus*, IV. XVII. 241.
Salio, *salivò*, *salii*, & *salui*, III. XXXIII. 133.
Sallo, & *sallo*, III. XXXV. 142, 143.
Sallustii locus expensus, IV. XIII. 231.
Salmastii laus, III. XLVI. 179, 180.
Saluatim, IV. XX. 251.
Sapio, *sapivi*, vel *sapiò*, *sapui*, *respici*, *respici*, *respici*, III. XXXII. 130.
Sapio transitivè acceptum, III. IV. 20.
Sarius, & *sarior*, à *saris*. 240.
Saturnius refellitur de verbis meditati-vis, & desiderativis, III. XLV. 177.
Sancio, *sancivi*, & *sancii*, III. XXXIII. 135.
Scabo, *scabi*, III. XXV. 105.
Ios Scaligeri sententia rejecta, *Maium* pro *Ninnio* reponentis, III. XXIV. 104.
ejus in *Tibullo* correctio improbata, IV. VIII. 207. & alia in *Ennio* apud *Varro* nem loco, IV. XIV. 235.
Iul. Cæsar Scaliger refellitur, super *Verbi* definitione, I. I. I. Item super eo, quod putàrit, participia passiva non fieri nomina, IV. XV. 235.
Scalpturio, pro *scalpo*, III. XLV. 177.
Scaturio, & *ligurio*, non esse desiderativa, *ibid.*
Scelerus, pro *scolestus*, III. XXX. 123.
Scibam, *lenibam*, & similia, pro *scibam*, *lenibam*, III. XXXIV. 137.
Scibo, *expedibo*, pro *sciam*, *expediam*, *ibid.*
Scindo, *scidi*, *scisum*, pro quo vulgo *scisum*, III. XXVI. 110.
Scripsi per B. III. XXV. 105.
Scruto, pro *scrutor*, III. VII. 45.
Secaturus, à *seco*, III. XX. 92.
Secior passivè, III. VI. 32.
Secundum, à *secundus*, IV. XXIII. 263.
Secus, pro *juxta*, an *fatuum*, & *sordidum* sit, IV. XXII. 259.

Sol.

Sed, pro *se*, hoc est, *sine*, extra compositionem, IV. XXIV. 270.

Sed unde compositum, IV. XXVII. 275.

Seditio unde, IV. XXIV. 270.

Sedo passivè sumptum, III. III. 14.

Sedum, IV. XXVII. 275.

Senecta membra, & *etas*, IV. XIII. 230.

Senectus adjectivè sumtum, III. XXV. 94.

Sentino, III. XLVI. 179.

Sepelio in supino *sepelitur*, & *sepultum*, III. XXXIII. 135.

Sepio, *sepsi*, & *sepivi*, III. XXXIII. 134.

Sequior. 240.

Serò olim duplex fuisse videtur, III.

XXX. 124.

Serui, pro *sevi*, III. XXX. 123, 124.

Servio. 137.

Servio malè negabat *pansum* dici, III. XXVI. 109. idem perperam credidit, *facto* esse frequentativum, III. XLIV. 174. reprehensus super *O si*; IV. XXVIII. 279.

Servitius *opulento*, *obtemperatio* *legibus*, & similia verbalia cum casu verbi constructa, III. IX. 53.

Scicidi, *scicidi*, vel *scicidi*, præteritum antiquum à *scindo*, III. XIX. 88.

Sì, pro *ò si*, optandi interjectio, IV. XXVIII. 280.

Sido, *fidi*, III. XXVI. 113.

Significor, pro *significo*, III. V. 24.

Sim, ex *siem*, III. XXXVI. 146.

Sino, *svi*, vel *si*, interdum & *simi*, III.

XXIX. 122.

Siquis utrumque sexum comprehendit, IV. VIII. 208.

Siqui, pro *siquis*, ibid.

Sis, pro *suus*, vel *eis*; ut *sam*, pro *suam*, vel *eam*; & *sos*, pro *suos*, vel *eos*, IV. VII. 204.

Sisenna apud Priscianum correctus, III. XXXV. 143.

Sisto, *stii*, *statum*; unde *stator* *Iupiter*, III. XXXI. 128.

S terminatio in verbis cuius significationis sit index, III. XLIV. 174.

Sodes, *sis*, *sultis*, unde, IV. XXVIII. 282.

Sola, pro *solius*. 202.

Solui à *soleo*, præteritum antiquum, III. XXI. 95.

Sonaturus, à *sono*, III. XX. 92.

Sorbeo, *forbui* antiquis, Lucano & junioribus *forpsi*, III. XXII. 96.

Sorbillo, *conscribillo*, *hustusillo*, quid notent, III. XLV. 178.

Sortio, pro *fortior*, III. VII. 43.

Sos, pro *suos*; *sas*, pro *suas*, IV. VII. 205.

S S O terminatio ad quam derivatorum formam pertineat, disputatum, III. XLIV. 174. Est ea terminatio meditativorum, III. XLV. 177.

Spargo unde, III. XLVI. 180.

Spector, pro *specto*, III. V. 24.

Sperno unde videatur, III. XLVI. 179.

Spiro transitivè acceptum, III. IV. 20.

Statii interpres vetus Lutatius unde suos commentarios consarcinavit, IV. XVIII. 243.

Stasim, *vapsim*, similiaque à supinis, aut participiis, derivata, IV. XX. 252.

Stator, Iovis cognomen, unde, III. XXI. 128.

H. Stephanus perperam damnabat *successus* adjectivè sumtum, IV. XIII. 230.

Sternuo, *sternui*, III. XXXII. 130.

Stertui, III. XXXI. 128.

Stinguo in raro usu, III. XXVII. 116.

Stipulor commune, III. VI. 33.

Silites, pro *lites*. 150.

Srrideo, & *strido*, III. XXXV. 141.

Strido, *stridi*, non *stridui*, III. XXVI. 113.

Suates cur non dixerint Romani, uti dicunt *nostrates*, & *vestrates*, IV. II. 187.

Suasus, pro *suam more*, IV. XX. 252.

Suavio, pro *suavior*, III. VII. 43.

Subcontinuative, IV. XXVI. 272.

Subdisiunctivæ quomodo à disiunctivis differant, IV. XXVI. 272.

Subduxo, & *indixi*, 168.

Subiunctivus sapius pro imperativo ponitur: ut *facias*, pro *fac*; *faciatis*, pro *facite*, & similibus, III. XIV. 73, 74. Subiunctivi terminatio EM, vel AM, nunc præsentis est, nunc futuri, III. XV. 75.

R I M terminatio nunc simplex præteritum, nunc futurum perfectum; **R O** semper futurum perfectum significat, 75, 76. futurum perfectum olim in **S S O** terminabatur, 77.

Suboles unde, III. xxxiii. 101.

Subedi dubium, sitne à *subsido*, an *substido*, III. xxvi. 113. [230.]

Successus participium passivum, IV. xlii.

Sudare sanguinem, III. iii. 9. *Sudatus*, ibid.

Suevius, vel *Sævius*, à Cornelio Severo diversus, III. xxxvii. 150.

Suffragino idem, quod *suffragio*, III. xlvi.

Suffragor unde derivetur, III. xlvi. 181.

Sugo, & *sugeo*, III. xxxv. 141.

Sui cur nominativo careat, & quomodo defectus ejus suppleri possit, IV. IV. 194, 195.

Sui, *sibi*, *se*, unde deriventur, *ibid.*

Sum, *es*, *est*, unde formentur, III. xxxvi.

145. eram, *ero* unde, *ibid.*

Supereciti, III. xxxvi. 146.

Supereffo, pro *superero*, vox apud Festum Ennio, & Attio, restituta, III. xv. 77.

Supersedeo liborem, III. iv. 20.

Supina unde nomen acceperint, III. xi.

60. *Supina* in **V M** nec verba, nec participia esse, sed nomina, III. xi. 61, 62. In **V** esse nomina ablativi casus, III. xi. 62, 63. *Supina* priora naturâ suâ significant motum ad locum, III. xii. 64, 65. eadem interdum passivè; & contrâ *supina* posteriora activè etiam accipiuntur, 65, 66. Posteriora quoque exponi posse per verbale, contrâ quàm traditum Vallæ, III. xii. 67.

Supplico unde, III. xx. 91, 92.

Surpise, *surpuerat*, 168.

Surseptum erit, sitne præteritum, an futurum, disputarunt olim doctissimi etiam Romanorum, III. xiii. 67.

Surrexit, 167.

Susque deque fero, IV. ii. 189.

Sustuli, à *sustollo*; *consuli*, *protuli*, à *consol- lo*, *protollo*, III. xxxvii. 150.

Syncope in præteritis perfectis infinitivi crebra, III. xix. 87.

T.

T *Acidè*, pro *sacidè*. IV. xix. 247.

Tanto, *quanto*, *multo*, & alii ablativi, in quibus substantivum intelligitur, IV. xviii. 244.

Taxo, frequentativum à *tago*, III. xlv. 176.

Taxis, ex *tetigeris*. 163.

Templatum, IV. xx. 250.

Temporum in verbis distinctio, etiam florente Româ, doctissimos viros exercuit, III. xiii. 67, 68.

Tempus triplex cur Ægyptii signarint capite leonis, lupi, & canis, III. xiii. 68.

Tempus aliud infectum, aliud perfectum; & utrumque horum triplex, III. xiii. 68, 69.

Tendi, pro *tentendi*, III. xxvi. iii.

Tenivi, à *teneo*. 102, 142.

Tentum supinum à *teneo*, vel *tendo*, III. xxiv. 102.

Tentum, à *tendo*; ut *ostentum*, ab *ostendo*, III. xxvi. iii.

Tensus, 257.

Terui, pro *trivi*; *serisum*, pro *trisum*, III. xxx. 123.

Tessellatum, IV. xx. 250.

Testarim, *ibid.*

Testatus passivè, III. vi. 33. IV. xi. 221.

Tetini, à *teneo*. 102.

Tetuli, pro *tuli*, III. xxxvii. 150.

Tetuli non à *fero* esse, sed *solo*, unde *tolere*, III. xxxvii. 149.

Tibi est ab antiquo genitivo *tu*, IV. IV. 193.

Titubatus, IV. xiii. 230.

Tibullus an dixerit, *mi anus*, IV. viii. 207.

Tis, pro *tui*, IV. IV. 193.

Tis unde, IV. viii. 208.

Tondeo intransitivè acceptum, III. iii. 14. *tonandi*, 86.

Tolere

Tolero unde veniat, III. XXXVII. 149.
& III. XLVI. 180.

Tollisse, pro *tulisse*, III. XXXVII. 149.

Ton:re. 140.

Torsum supinum antiquum à *torqueo*,
III. XXIV. 102.

T O T E vera est imperativi terminatio,
III. XIV. 72.

Toti, pro *totius*, & *toto*, pro *toti*, IV. VI. 202.

Totus relativum & *quotus*. IV. II. 188.

Tra in compositione idem quod *trans*,
IV. XXIV. 268.

Transgressiva, & mixta verba quæ,
III. XXI. 95.

Transiet, pro *transibit*, III. XXXVIII. 153.

Tremisco, non *trimesco*, contrà ac scriptum
Pierio, III. XLIII. 169.

Trepidans *presagia*, III. IV. 20.

Trit, *bat*, item *bat*, *sat*, *ti*, malè pro interjectionibus habita, IV. XXVIII. 278, 279.

Trium: hatus, IV. XIII. 230.

Trypho Grammaticus putabat, pronomina omnia, præter **T V**, habere vocativum, IV. III. 191. primus separavit participium à nomine, IV. x. 216.

Tuatim, pro *suo more*, IV. XVIII. 245, &
XX. 252.

Tueor passivè, III. VI. 33. *Tuor*, *tutus*,
tutari, 144.

Tuitio à *tueor*, *ibid*.

Tumultuo, pro *tumultuor*. 43.

Turbo, pro *turbor*, III. III. 14.

Turnebus rectène putàrit, diminutiva in
verbis unico **L** scribenda, III. XLV. 178.

Tuto, pro *tutor*, III. VII. 44.

V.

Vago, pro *vagor*, III. VII. 44.

Vah, an interdum sit admirantis,
IV. XXVII. 280.

Valli duplex significatio pro duplici etymo,
IV. IX. 211.

Vario, pro *vari r*, III. III. 14.

Varro in adductis Manilii versibus
emendatus, III. XXXII. 130.

Vasi, à *vado*, rarum est extra compositionem,
III. XXVI. 114.

Vaticinor non esse compositum, contrà
ac creditum Perotto, III. XLVI. 180.

Vbiq;ique, pro *quicunque*, IV. IX. 211.

Vbi: ubi, IV. IX. 214.

Ve etiam præpositionem inseparabilem
esse, IV. XXIV. 267.

Vectus, pro eo qui vehitur, IV. XIV. 234.

Veho, pro *vehor*, III. III. 14.

Veioris, IV. XXIV. 267.

Velificus passivè, III. VI. 34, 222.

Velisco, & *velificor*, III. VII. 44.

Velim quo pacto ex *volo* descendat, III.
XXXVII. 148.

Velli, & *vulsi*; *revelli*, & *revulsi*, III.
XXVIII. 119.

Vellico, pro *vello*, III. XLIV. 176.

Vendito malè frequentativis accensetur,
III. XLIV. 173.

Vendo, pro *venundo*, à *venum*, & *do*, III.
XXXVIII. 153.

Venco, *venis*, sine supino, III. XXXIII.
134. unde factum, *ibid*.

Veno, *venui*, 134.

Veneratus passivè, III. VI. 34, 222.

Venero, pro *veneror*, III. VII. 44.

Venum non est supinum, sed nomen, III.
XXXIII. 134, 135. Hinc, *veno exercere*, *ponere*, & *venui subicere*. Vnde *venu*. *ibid*.

Verbalia cum casu verbi constructa, ut
obsempetratio legibus, *servitius opulento*, *vitabundus castra*, III. IX. 53.

Verbalia primæ, **A** in antepenultima
fere amant, etsi supina in **I T V M** sint
usitata, III. xx. 93.

Verbi definitio vera adfertur, falsis
rejectis, III. I. 2.

Verba apud Latinos, & Græcos, non
habent genus propriè dictum, III. II. 6.
eoque cum verba activi & passivi generis
vocantur à Grammaticis, *generis* vox improprie
sumitur pro significatione, vel potius forma,
aut terminatione 7, 8. Verbum activum & passivum aliud
Grammaticis, aliud philosophis dicitur, *ibid*, Verba

supina quæ dicantur Diomedii, 7. Verborum variz divisiones, & quænam earum aptissima videatur, III. II. 8. Verba plurima geminam habent conjugationem, idque vel in eadem significatione, vel in diversa, III. xxxv. 139.

Vereor passivè, *verisum est* impersonaliter, III. VI. 34.

Vergo, invergo, devergo, evergo, nunc absolute, nunc transitivè capiuntur, III. IV. 20, 21.

Verro, verri, versum, III. xxx. 124.

Verisum est, impersonali significatione, IV. XIII. 226.

Versus unde dicantur, III. xxx. 124, 125.

Versus, aut *versum*, non est præpositio, IV. xxii. 260.

Verro, pro *verror*, III. III. 14, 15.

Vescendus, pro *alendus*, IV. xi. 222.

Vestio, pro *vestior*, III. III. 15.

Vestrapte, 213.

Vestri, & *vestrum*, rectè dici casu pluralivo, IV. IV. 194.

Vestrorum, pro *vestrum*, ibid.

Veto, vetari, indeque *vetatus*, III. xx. 93.

Vetus scriptura interpretis bibliorum defensa, IV. viii. 207. Vide inferiùs *Vulgatus*.

Vexo, ἀνελεῖν ἀ νεχο, III. xliv. 176.

Vigilatus, vigilandus, IV. xiii. 230.

Virectum, pro *viretum*, III. xxiii. 99.

Viscellius apud Prisc. quis, III. vi. 29.

Vitabundus castra, III. ix. 45.

Vivebo, III. xxxv. 142.

Vixer, pro *vixisset*. 168.

Vlciſco, pro *ulciſcor*. 44.

Vlciſcor, ulciſcendus, ulcus passivè, III. vi. 34.

Vllus, ex *anulus* diminutivum ab *unus*, IV. ix. 211.

Vndeunde, IV. ix. 214.

Vndus participiorum terminatio pro *endus*. 235.

Vngui, pro *unxi*, III. xxvii. 116.

Vni, uno, pro *unius, uni*, IV. vi. 202.

Volens passivè, pro eo quod volumus, IV. x. 218.

Volo, cum compositis *nolo*, & *malo*, unde tempora sua formet, III. xxxvii. 148.

Voluto, pro *volutor*, III. III. 15.

Volvenda dies, pro die quæ volvitur, IV. xiv. 235.

Volvens passivè, pro eo quod volvitur, IV. x. 218.

Volvo, pro *volvor*, III. III. 15.

Vos unde sit Latinis, IV. IV. 194.

Pro transitivè acceptum, III. IV. 21.

Vrforum congressus, IV. xix. 249.

Vsque non est præpositio, IV. xxii. 261.

Vsus optimus loquendi magister, IV. xix. 249.

Vter superlativo junctum invenitur, IV. II. 189.

Vterlibet, & *utervis*, quot modis usurpentur, IV. ix. 211.

Vtor, abutor, passivè, III. vi. 34, 35.

Veribi, utrinde, IV. xxi. 255.

Vivum de multis quandoque interrogat, IV. II. 190.

Vtut, pro *utuncque*, IV. ix. 214.

Vulgatus Scripturæ interpretis defensus, III. vi. 27. Vide superiùs *Vetus*.

Corrigenda libro tertio, & quarto de Analogia.

Pag. 57, vers. 36, pro *interficeret Rabirium*, scribe, *interficeret Saturninum*. pag. 75, vers. 32, pro *habere*, scribe, *hiberet*. pag. 100, vers. 16, pro *ablandiri*, scribe, *adblandiri*. pag. 102, vers. 25, pro *Liquo facis*, scribe, *Liquo olim facis*. pag. 279, vers. 19, lege, *Si Scatigero miltum-nus assentire placet, eiam optandi interjectionibus annumerari debet O S I*. Ibid. vers. 38, pro *Ebul-lus*, scribe, *Ebullus*.

GERARDI IOANNIS VOSSII
ARISTARCHVS,
 SIVE
 DE SERMONIS
CONSTRUCTIONE
 LIBER;
 qui est commentariorum
 DE ARTE GRAMMATICA
 LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

Syntaxios objectum, oratio. Orationis definitio. In Charisio conjectura. Orationis ἐτυμολογία vera, contra Diomedem, & Alcuinum, adfertur. Definitio Diomedis, & Prisciani, refellitur. Chrysippi Stoici geminum opus ἐὶ συντάξεως, sed dialecticum. Ratio vetus tradendi Latinam structuræ doctriinam. Constructionis divisio in analogam, & figuratam; analogæ in convenientiam, & regimen; convenientiæ in propriè, & impropriè dictam.



Ovas iterum ad lineas revertimur. Postquam enim de literis, syllabis, vocibus, egimus; de oratione dissertandum est nobis. Hæc Charisio initio lib. II sic definitur: *Oratio est ore missa, & per dictiones ordinata pronuntiatio, ut oris ratio.* Est ea, ut ex Diomede constat, Scauri definitio; nisi quod illic tria postrema verba non habentur. Et meritò sanè, quando non ad definitionem, sed ἐτυμολογίαν, pertinent. Planèque verisimile fit, ea apud Charisium ex margine irrepsisse. Verùm neque definitio, neque ἐτυμολογία, placet. Nam antiquum verbum est *orare*, pro *ore proferre*. Vnde *Oratur*; ut Græcis ῥήτωρ à ῥέω, κατ' ὄπισθιπλω facto ex ἔρεω; quod idem est ac εἶρω, sive *dico*. Ab *orare* igitur *oratio* est; non quasi

oris ratio, quod Diomedes, & Alcuinus, scripserunt: uti neque ab ὁμοιοπύματο, quo Homerus * utitur pro *sermocinari*. Quam alteram ἐπιμοιοπύματο apud eundem Diomedem invenias. Vera autem orationis definitio petenda est ex Aristotelis lib. περὶ ἑρμηνείας. Ex quo etiam discimus, mutilam esse definitionem istam quorundam apud Diomedem: *Oratio est compositio dictionum consummata sententiam remque perfectam significans*: sive, ut apud Priscianum est, *oratio dictionum cognitam sententiam perfectamque demonstrans*. Nam, secundum hanc definitionem, oratio non erunt, si dicam, *scripta philosophorum*, aut *præcepta Grammaticæ*, aut *loqui & scribere*; similiaque quæ non significant sententiam perfectam, verum animum auditoris relinquunt suspensum. At esse eas veras orationes, argumento est, quod sint plures voces conjunctæ, earumque structuræ ratio explicetur in συντάξει, quæ circa orationem versatur.

† De structura verborum.

Περὶ συνθέσεως, sive συντάξεως varii olim scripsere: at non pauci eorum de Rhetoricâ potius, vel Dialecticâ structurâ, quàm Grammaticâ, egerunt. Sanè Rhetoricum est opus Dionysii Halicarnassensis, quod περὶ συνθέσεως ὀνομάτων † inscribitur. Chrysippus Stoicus, ut Laërtius in Indice ejus librorum testatur, fecit περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων δ, περὶ τῆς συντάξεως ἑ σοικείων τῶν λεγομένων περὶ Φίλιππων γ. De structura eorum quæ dicuntur, libros IV. De structura & elementis eorum, quæ dicuntur, ad Philippum libros III. Sed cujusmodi fuerint argumenti, hæc verba Dionysii docent libro memorato: Ἀς ἡ Χρυσίππου ὁ καταλείπει συντάξεις διττὰς, ἑτηχεῖα φιλῶ ἐχέσας περὶ τῆς συντάξεως τῶν ἑ λόγων μερῶν, ἑ ῥητορικῶν θεορίαν ἐχέσας, αἰτῶν δὲ Διλεκτικῶν, ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες, ἑπὲρ ἀξιωματῶν συντάξεως, αἰτηθῶν τε ἑ ψευδῶν, ἑ δυνατῶν, ἑ ἀδυνατῶν, ἐνδεχομένων τε, ἑ μέγα πτόνων, ἑ ἀμφοβολῶν, ἑ ἄλλων πινῶν ποιητορῶν, ἑ δεμίαν ὅτι χρεῖαν ἑπὶ ὠφέλειαν τοῖς πολιτικῶν λόγοις συμβαλλομένων, εἰς γὰρ ἡδονῶν, ἑ κατὰ ὁ ἑρμηνείας, ὡν δὲ σοικείων τῶν σύνθεσιν. *Geminum* vero illud de structura opus à Chrysippo relictum, quoniam unumque de partium orationis collocatione inscribitur, non rhetoricam, sed dialecticam considerationem habet: ut sciunt, quos eos libros legere: nempe ubi agatur de compositione enunciationum, veterum ὁ falsarum, possibilem, ὁ impossibilem, contingentem, ὁ mixtam, ὁ ambiguarum, aliarumque ejusmodi; quæ nullum usum sermoni adferunt civili, nec elocutioni præstant voluptatem, aut elegantiam, ad quæ collocatio præcipue debet collimare. At verè opus Grammaticum est, quod περὶ συντάξεως quatuor libris reliquit Apollonius Alexandrinus, cognomento Δυσκολῶν, sive Difficilis, summus artis Grammaticæ scriptor: ut eum Priscianus appellat. Qui & in orationis structurâ lib. xvii, & xvi i i, ejus maximè vestigiis institit; ut ipse agnoscit.

Idem

Idem è Græcis postea fecit Theodorus Gaza libro iv Grammaticæ. Et ex Latinis junioribus, Thomas Linacer, Anglus.

Quà ratione autem veteres Romani docere hanc Grammatices partem soleant : cognoscere est ex iis, quæ de idiomatis scribit Solipater libro ultimo , & Diomedes lib. primo. Nobis certè, quibus non est lingua vernacula , aliquantò aliam *συλλαβῆως* docendæ incundam esse rationem , lubens agnosco : etsi interim tantam canonum exceptionumque molem , quæ pueritiæ ingenia hodie obtundunt , nequiquam necessariam , imò noxiam maximopere esse sentio. Quod utinam intelligerent, qui pueritiam in hujus artis præceptis formandam aut firmandam susceperunt. Nam per eos haut alia ratione Grammaticam licet discere , quam discendis tot supervacuis , quæ paullo post ventis tradantur. Atque utinam hac solùm parte peccaretur. Nunc illi etiam, qui non exiguâ curâ omnia in docentium potius , quàm discendum , gratiam perlequi sese studuerunt , immane quantum falsorum canonum coacerarunt : & tamen in tantâ commentorum commentariorumque mole plurima quoque momenti maximi nec digito attigerunt. Quæ cum ita sint , operæ me facturum existimo , si ea hoc loco persequar , quæ magnâ ex parte , vel assecuti non sunt, vel saltem non persecuti. Ordinem autem à structurâ analogâ, sive regulari, hoc est, eâ , quæ sequitur nativam loquendi formam, regulisque artis maximè communibus consentanea est. Cui opponitur consuetudo figurata, sive irregularis ; quæ quidem consuetudini convenit rectè loquentium : à nativâ tamen ac primogeniâ loquendi formâ recedit ; uti & à simplicissimis maximèque communibus artis regulis. Ita ut , si eam conferas cum nativâ & simplicissimâ locutione , aliquid comperias vel superesse, vel deesse, vel transponi, vel immutari.

Qui sequitur regulas linguæ nativas , Grammaticè loquitur. Si tamen aliud ferat consuetudo Romana : Latinè non loquitur. Porrò tam analogâ , quàm anomala structura est duplex , concordia , & relictio. Illa est duarum , vel plurium vocum convenientia. Hæc est jus sive potestas justum casum exigendi. Ut enim in societate humana , nunc duo pluresque conspirant , etsi unus in alterum non habeat imperium : nunc posterior priori adhæret, eo quod imperium ejus sequi debeat : ita etiam in structura orationis nunc voces quasi sponte congruunt , nunc ob unius potestatem altera certo casu, quem illa requirit, sequi cogitur. Vna igitur vox præest, altera inservit : ut quæ non nisi certo flexionis fine voci jungatur : idque sine eo , quem prior exigit.

Concordia vel est propriè, vel impropriè sic dicta. Propriè dicta est, quando

quando convenitur in aliquo tertio. Ita *Aeneas adsum*, convenientia est propriè dicta : quia & *Aeneas*, & *adsum*, est singulare. *Lucra, quas d:disti*, est convenientia generis, & numeri ; quia & *lucra*, & *quas*, sunt generis muliebris, ac numeri pluralis. Etiam *boni mores*, est convenientia horum, ac infuper casus. Impropiè Concordia dicitur, quando non est aliquod tertium, in quo partes conveniant. Eaque in particulis locum habet. E. G. *Vt*, pro *postquam*, sive *ex quo*, non sub-iunctivum adsciscit, sed indicativum. Ovid. v Trist. eleg. xi :

Vi sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister.

Non potest dici, *ut*, & *sumus*, convenire in tertio, puta modo indicativo : nam particulæ sunt modi expertes. Non igitur est concordia propriè dicta. Nec regimen potest vocari. Nam quomodo particulæ ea insit potestas, ut modum præscribat verbo, cum verbi ea sit dignitas, ut ne à nomine quidem regatur, nedum à particula ? Discors tamen sermo fuerit, si dicamus : *Vt fuisset in Ponto*. Concors, *Vi sumus* ; vel etiam, *ut fuimus* : quomodo Cicero ad Att. lib. vii, ep. xv : *Vt ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literularum darem*. Quare & hæc Concordia vocetur : utcunque non tam propriè, quàm illa duarum partium declinabilium.

C A P V T I I.

Appositionem videri ἐπιειφως genus. Terra Gallia, Hispania, Arabia. Appositio alia ἐρημευλική, alia ἐγκρατίσκειυ. Rete jaculum, taberna diverforium, pallium peristroma, nugæ ambages. Falli, qui arbitrantur ; in Appositione alterum nomen semper proprium esse. Homo servus, homo histrio, mulier meretrix, nemo conviva, nemo homo, & similia. Adjectiva substantivè, substantiva adjectivè usurpata. Latex Lyæus, longum inane, heroës sensus, generosum honestum. Eridani amnis. Medorum hostes, pro hostes Medi.

IN Convenientiâ propriè dictâ primùm eam spectabimus, quæ est nominis cum nomine : in hac, priori loco eam, quæ est substantivi cum substantivo. Vulgò Πρόθεσιν, sive Appositionem, vocant. Idque præeunte Alexandro Grammatico. Veteres ἐπιειφωσιν nominant ; *appositionis* appellationem nesciunt. Apud Fabium quidem, Charisium, Diomedem, Priscianum, & iis æquales, nusquam legas. Est verò ἐπιειφως genus, ubi intelligitur participium verbi substantivi, aut vocativi. *Vt, Anna soror, valet, Anna ens soror*, sive Græcè, ἔου, quæ es. *Vrbs Athenæ*, integrè sit, *Vrbs, quæ est, vel dicitur Athenæ*. Livius: *Celsiberi, novus miles, diffugerunt*, h. e. ὄντες cum essent novus miles.

Sub-

Substantiva sic sociata necesse est casu convenire : de genere, aut numero, nihil necesse. Nam, ut dicimus, *Leo rex quadrupedum*; sic, *Aquila rex avium*. Ut, *stella Capra Otensia*; sic, *stella cometes*, *stella Arcturus*, aut *Sirius*, vel *Canopus*. Ut, *sidus plaustrum*; sic *sidus Persens*, vel *Andromeda*. Ut, *tempus magister multorum*; sic *usus*, vel *dies magister*. Ut *urbs Roma*, vel *Stajira*; sic *urbs Salsmo*, *urbs Lugdunum*, *urbs Philippi*, *urbs Athenæ*, *urbs Ba.ira*.

Etiam hujus generis sunt *vinum absinthites*, *abrotonites*, aliæque id genus: quasi dicas, *vinum, quod dicitur absinthites*. Vbi itidem genus diversum, quia *absinthites*, & similia, virilia sunt: quæ propterea genere hoc donarunt, quia virile Græcis eiset generale nomen *divos*, quod in hisce, substantivis quidem, sed naturam adjectivorum respicientibus, respicitur.

Quæritur, utrùm ad *ἡγεμονίαν* quoque pertineant, *terra Gallia*, *regio Thessalia*. Quomodo Appulejus dixit i Met. *Et morem Thessaliæ regionis, instar solitudinis, & scopuli, edulium caritatis deducis*. Ac *terra Gallia, Hispania, Græcia*, passim apud Gellium legas: idque Plauti exemplo, cujus est in Trinummo, *Arabia terra*. Nec refugere aut Cæsar, aut Livius. Illius est lib. i de bello Gallico: *Eam rem non minus ex usu terræ Galliæ, quam populi Rom. accidisse*. Hujus est lib. xxxix: *Siquis eorum, qui tum extra terram Italiam essent, nominaretur*. Et lib. xlii: *Non urbs tantum Roma, nec terra Italia, sed omnes reges civitateque*. Sunt qui hic malint statuere *ἡγεμονίαν* substantivi pro adjectivo. Nam, inquit, *terra Gallia* ponitur, pro *Gallica*; *Thessalia*, pro *Thessalica*. Sed si *Gallia*, & *Thessalia*, esse substantiva agnoscunt: cur hic magis *ἡγεμονίαν* statuunt, quàm cum dico, *urbs Roma*? Sin verè substantiva non sunt, jam nec Appositio erit. Et sanè alibi * ostendimus, potius esse adjectiva: sed quorum masculina, & neutra, exoleverint in plurimis; nec tamen in omnibus. Nam à *Babylone*, est *Babylonius*; unde *Babylonia*. A *Lacedæmon*, est *Lacedæmonius*; unde *Lacedæmonia*. A *Phryx* est *Phrygius*; unde *Phrygia*. A *Thrax*, *Thracius*; unde *Thracia*. A *Juda* patriarchâ, *Judeus*; unde *Judea*. Nempe *terra*. Atque ita in aliis quibusdam. Qua de re diximus quoque lib. i de Anal. cap. xi i.

Est verò duplex Appositio; una simplex, quæ unius est vocis, & *ἑπιπλω δὲ ληξί* † à nonnullis vocatur: altera *ἑπικατάσπονδ* ‡, cum quasi oratio adtexitur illustrandi causâ. Prioris generis sunt, quæ hæctenus diximus. Similèque, *rete jaculum*: quod apud Plautum Afri. & Trucul. utrobique act. i, sc. i. Et alibi *, *tabernam diverforiam*. Vlpiani est †, *pallium peristroia*. In Sergii Polensis epitaphio legitur, *nugæ ambages*, pro *nugæ ambages*, aut *nugæ ambagose*. Et Palmerius, *acus*

* lib. i de Analogia cap. 12.

† q. d. interpretatoria.

‡ q. d. cumulatoria.

* Menecle mu. alt. 2. sc. 3.

† l. infrato 45. D. de verb. signif.

eruum, legit apud Plautum *Casina* I, I. Alterius exemplum est illud Horatii lib. IV *Carm. od. VIII*:

*Donarem tripodas, præmia fortium
Graiorum.*

Et hoc Claudiani lib. II de laudibus Stiliconis, in descriptione

* vers. 450. ævi * :

— *Stabant rutili, grex aureus, anni.*

Ita enim is locus legi debet.

Ex quibus omnibus falli etiam liquet, qui in Appositione putant, alterum nomen semper proprium esse.

Ad Appositionem quoque referunt ista, *homo servus, homo histrio, & similia*. Cicero lib. II de Orat. *Cum mihi ardere oculi hominis histriomus viderentur*. Plautus Mil. act. II, sc. VI: — *Hominem servum suos Domitos habere oportet oculos, & manus, Orationemque*. Et Mercat. IV, I: *Mulier meretrix*. Item hoc Gellii lib. III, cap. X: *homo fabulator*. Idemque statuunt de aliis verbalibus in TOR, & TRIX, exeuntibus. Ut apud Cic. pro lege Manilia: *Bellum in Africâ maximum consecit, victorem exercitum deportavit*. Et apud Maronem, *victor equus, satis auctoribus*. Verum hæc ad naturam adjectivorum proximè accedunt.

Etiam sunt alia, quæ, etsi utrumque videatur substantivum, tamen hujus loci non sint. Ut apud Plaut. *Afin. IV, I: Vocet conviviam neminem, tum voces*. Sic nemo homo, crebrò legas apud eundem. Nec refugere vel Terentius †, vel Cicero ‡. Verum hinc nemo ponitur pro nullus. Nec enim rarum est, ut vel substantiva pro adjectivis, vel adjectiva pro substantivis, ponantur. Prioris generis est illud Maronis * :

† Eun. 3. 5.
‡ in *Adlon.*

* *Æn. I.*

Regales inter mensas, laicemque Lyæum :

hoc est, Lyæium, sive Bacchicum. Item cum Persius sat. I, ait, *Heroas sensus*, hoc est, heroicis. Posterioris generis est istud Maronis XII *Æn.*

Amè leves jaculo longum per inane securus.

Et Pers. sat. II :

— *Incoctum generoso pectus honesto.*

Interdum verò alterum substantivorum effertur gignendi casu. In quo Græcos imitantur. Ac obtinet hoc sermonis genus etiam in sermone Belgico. Sic enim dicimus non solum, *de stad Amsterdam, urbs Amstelodamum*: sed etiam, *de stad van Amsterdam, urbs Amstelodami*. Ita Cicero in V ad Att. libro, ep. XVIII: *In oppido Antiochie*. Qui & alibi †, *Arbor fici*. Imprimis verò hoc sermonis genus à

† pro Flacco.

‡ 6 *Æn.*

Poëtis frequentatur. Ita Maro ‡ dixit :

Plurimus Eridani per sylvam volvitur annis.

Pro annis Eridanus.

Horat. lib. epod. od. II: *Aut herba lapathi*. Et lib. II, sat. IV: *Et lapathi brevis herba*.

Pro-

Propertii quoque est * :

— *Medorum pugnaces ire per hostes.*

Pro *hostes Medos*. Est verò Hebraismus. Nam sic in Scripturis, *Expansum cœli*, pro expanso cœlo : ut exponit Abenezra ad Gen. 1 : *sculpeilia Deorum*, pro sculptiles Dii, Esai. XXI. 9. *Sidus Dei vestri*, pro fidere Deo vestro, Ose. v. 26. Hæc de appositione : de quâ, an Figuræ nomen mereatur, non satis est apertum. Priscianus quidem initio lib. XVIIII, ellipsis genus facit. Nam pro exemplo adducit, *filius Pelei Achilles* : ac deinde addit : *subaudiuntur participium verbi substantivi* E N S : *quod in usu nunc nobis non est : pro quo possumus, qui est, vel qui fuit Pelei filius, dicere, vel subaudire*. Sed enim mox idem subjungit, itidem hæc esse *ἐπιθετικὰ* : *commodus mihi amicus proficiscitur* ; pro, *qui est mihi commodus*. *Vir faciem honestus*, pro, *qui est faciem honestus*. *Homo pedibus celer*, pro, *qui est celer*. Quam viam si insistimus, metuo, ne tandem omnis adjectivi, & substantivi, convenientia dicenda sit figurata.

C A P V T I I I.

Adjectivum se accommodare accidentibus substantivi, non contrâ. Plura adjectiva circa conjunctionem interdum uni substantivo jungi : est aliter Servius putavit. Ellipsin videri, quoties duobus vel pluribus singularibus, sociatur adjectivum, aut verbum plurale. Idem fieri, si substantivorum alterum in ablativo ponatur cum prepositione. Collectiva, ac participia, singulo numero vim habent pluralivi. Ambo duo per pleonasmum. Synthesis vocem fuisse ignotam olim Grammaticis : ac rectius Synesin dici potuisse.

Nunc videamus de convenientia adjectivi cum substantivo. Sic enim dicere malo, quàm convenientiam substantivi cum adjectivo : non quasi non ambo inter se convenient ; sed quia adjectivi est accommodare se substantivo ; utpote digniori. Nec quia adjectivi dico, eò existimandum, uni substantivo unum semper adjectivum convenire. Interdum enim plura ei adjectiva, ac sine copula quidem, junguntur. Scio, hoc Servium negare, ad illud Maronis Ecl. III :

Lenta quibus torno facili superaddita vitis.

Vbi Donatus legebat *facilis*. Sed Servii sententiam jam varii discussere : inque aliis eam refellit Obertus Giffaninus in Ind. Lucret. Tit. *Epitheta geminata*. Locis ab eo productis multa addere possemus. Quale inter cætera isthoc ex Alinar. act. II, sc. I :

Atque ad ingenium vetus versusum te recipis tuum.

Et hoc Catulli Carm. LVI ad Camerium :

Nec Rhesi nivea curæ quadrigæ.

Quod etiam usu venit in adjectivis substantivè positis. Vt, *vita caesa, varia testa, pacta conventa*. Quamquam Marius Corradus in quarto de L. L. † censet ea in vocem unam conflari.

† p. 147.

* Sulpic.
prol. Terent.
Pisarm.

† aequalem
eorum pote-
statem.

Atque hic quidem plura adjectiva uni sociantur substantivo. Sæpe autem contra unum adjectivum pluribus substantivis respondet. Sed in substantivis copula vel exprimitur, vel intelligitur. Nec adjectivum semper numero cum substantivis convenit. Nam non tantum dicitur, *pater, & Chremes reversus*: sed etiam, *Pater*, & Chremes, reversi*. Ac similiter etiam cum verbo, *Revertitur pater, & Chremes*: vel, *Pater, & Chremes, revertuntur*. Cujus causa est, quod duo numeri singuli pro plurali censeantur in structura. Num autem hoc fieri credamus propter *ισοδυναμίαν* †? Tantumdem enim valet, *Castor, & Pollux*, ac *Tyndaridae fratres*, vel *Dioscuri*. Tantumdem item, *Prætor urbanus, & peregrinus*: ac *ambo prætores*. Quid mirum igitur, si dixerò, *Castor, & Pollux, alternis orientes & occidentes*: vel, *Prætor urbanus, & peregrinus, jura dicentes*. An potius cum aliis, & in his Grosippo, sive Scoppio, *ἐπιεικῶν* statuemus? Vt integrè sit, duo illi, *Castor, & Pollux*, sive, duo, qui sunt *Castor, & Pollux*: item duo illi, quorum unus *urbanus*, alter *peregrinus* prætor. Sanè sententia hæc à vero non abhorret. Siquidem *ἐπιεικῶν*, quam dicebamus, sic quandoque ab optimis scriptoribus suppletur. Fidem fecerit vel unicus Plautus: qui ante plurale verbum (par autem adjectivi pluralis, ac verbi ratio est) *d:io hi*, vel *ambo*, vel utrumque etiam, præmittit. Vt *Amphitr. act. III, sc. III*:

Iam hi ambo, servus & hera, frustra sunt duo.

Vbi superflua ac redundanti utitur oratione, cum dicit: *Iam hi ambo duo sunt frustra*. Integer & proprius sermo sit: *Iam hi ambo*, vel, *Iam hi duo sunt frustra*. Sed *ἐπιεικῶν* foret: *Servus, & hera, sunt frustra*. Similiter *Epidico act. v, sc. I*:

Quem Apelles, atque Zeuxis, duo pingent pigmentis albeis.

ἐπιεικῶν esset, *Apelles, atque Zeuxis, pingent, aut pingentes*. Nunc integrè ait, *Duo pingent*. Nempe *Apelles, atque Zeuxis*. Vbi intelligitur Græcum *ὄντες*, sive, *qui sunt*. Quasi dicas, *Duo pingent, qui sunt, Apelles, atque Zeuxis*.

Nec hoc solum habet locum in duobus: sed etiam cum intelligitur, *hi tres, hi quatuor*, ac ita deinceps. Citra hanc *ἐπιεικῶν* dixit Plautus *Bacchidibus act. II, sc. III*:

*Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei quatuor,
Scelestiorem nullum illuxere alterum.*

Vnde liquet, potuisse similiter participio dici, *illuminantes alterum*: vel nomine, *illuminatores alterum*.

Eadem

Eadem ratio, cùm substantivum alterum priori in auferendi casu cum præpositione adjungitur. Quod Poëtis usitatus. Cum adjectivo quidem plurali, apud Ovidium lib. 11 Met. fab. 1 :

Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat.

Quod integrè sit, duos illos amnes Ismarios, Hebrum cum Strymone, sive Hebrum & Strymonem.

Cum verbo plurali similiter eidem lib. 1 Met.

*Litora cum plausu clamor, superasque Deorum
Implevere domos.*

Vbi, *clamor cum plausu*, tantundem est, ac, *duo illa, clamor cum plausu*. His enim duobus ait litora, & Deorum domos impletas. Item Maroni 1 Æn.

Cana Fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus

Iura dabunt.

Pro, duo illi, Remus & Quirinus.

Interdum & oratores sic loquuntur. Cic. lib. 1 Tuscul. Quæst. *Dicaearchum vero cum Aristoxeno aequali & condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus.* Ac similiter Curtius lib. 14 : *Pharnabazus cum Apollonide, & Athenagora, victi traduntur.*

Quandoque etiam pro plurali censetur nomen, vel collectivum; ut, *omnis, populus, civitas, pars, manus* &c. vel partitivum; ut, *quisque, uterque, aliquis, alter, neuter*, & similia. Itaque & illa plurali junguntur, tum nomini, tum verbo. Horat. lib. epod. od. xv 1 :

Eamus omnis execrata civitas.

Vbi, *Omnis civitas execrata*, tantundem valet, ac, *omnes cives execrati*. Idem lib. 1, sat. v :

— *Missi magnis de rebus uterque*

Legati.

Nihil refert, ambo, an uterque dicas. Sic

Ovidius lib. 11 de Remedio Amoris :

Utraque formosæ Paridi potuere videri.

Poterat dixisse ambæ. Virgil. 11 Æn.

Ascaniumque, patremque meum, juxtaque Creüsam,

Alterum in alterius matatos sanguine cernam.

Nativus sermo requirebat *matatum*: sed *matatos* ait, quia sententia est, *alios in aliorum sanguine matatos*.

Ac ne poëtas solum adducam, Sallustii est in Catil. *Alius alium cunctanes expectatis.* Livius similiter lib. 11 : *Missi confestim honoratissimus quisque ex patribus.* Tacitus : *Tum inimicus quisque libertorum vincti, abreptique.* Item : *Eo suffragio turbidissimus quisque delecti.* Gellius lib. 1, cap. xxiii : *Ad Senatum postera die matrum familias caterva lachrymanes atque obsecrantes orant.* Ignoto veteribus Grammaticis nomine *ούνησιν* vulgò

appellant. Id Latinis foret *compositio*. Rectiùs autem *σύνθεσις*, hoc est, *intelligentia*, vocaretur. Est enim structura congrua non ratione ejus, quod dicitur, sed quod intelligitur.

CAPUT IV.

Triplex Zeugmatis appellatio, pro situ diverso adjectivi. Syllepsis. Pœtica magis est, quando sociantur nominativus, & ablativus cum præpositione. Femininum potius est neutro. Familiæ erecti sciendæ, vel sciendæ. Quandoque adjectivum pariter cum propiore & digniore convenit. Nonnunquam uem cum neutro: ut cum adjectivum neutrum subditur masculinis, vel femininis: præsertim si res sionent inanimas. Cum utro conveniat adjectivum, si substantiva diversi generis per Appositionem jungantur. Item num superlativa, & partitiva, genus sequantur genitivi, quem superlativus, aut partitivum regit; an vero ejus nominis, quod subiecti munus obit.

HAtenus in substantivi, & adjectivi dissensu non aliud, quam numerum, spectavimus. Nunc videamus de generis consensu, ac dissensu. Quæ res plus difficultatis habet. Ac primùm dispiciemus de genere adjectivi, quando pluribus substantivis diversi generis subjicitur. Estque ea doctrina bipartita. Primùm enim videndum de genere adjectivi substantivis additi conjunctione connexis, sive ea copula exprimitur; ut cum dico, *locus, & tempus*; sive intelligatur, ut, *locus, tempus*. Hæc ipsa doctrina est trimembris. Trifariam enim adjectivum à substantivorum alterutro, vel etiam plurium aliquo, discordat. Primùm id fit Zeugmate: deinde Syllepsi: denique Ellipsi istiusmodi, ubi nec cum propiore, nec cum digniore, fit consensus.

Ζεύγμα Prisciano *Conjunctio*, vel *Adjunctio*, Julio Scaligero *Ingiatio* dicitur. Fit hoc, cum nomen adjectivum diversis additum substantivis convenit cum propiore. Estque vel generis, vel numeri. Generis, ut illo Horatii *:

* lib. 2.
sat. 5.

Et genus, & virtus, nisi cum re, visor algâ est.

† Andr.
alt. 3. sc. P.

Et Terentii †,

Vinam, aut hic sordus, aut hæc mitta facta fit.

‡ I. En.

Numeri ζεύγμα est in illo Maronis ‡:

— *Sociis, & rege recepto.*

Pro situ autem nominis adjectivi (uti & verbi in Zeugmate verborum, de quo suo loco dicemus) dicitur vel *συνέλιξις*, sive *ζεύγμα* ἢ *ἡγυμένον*: vel *μεσάζουμα*, sive *σίζδξίς*, ἢ *ζεύγμα* ἢ *μέρος*: vel *σπίζουμα*, ἢ *ὑπερίζουμα*, ἢ *ζεύγμα* ἢ *ἰσπόμενον*.

Altera figura est *σύνθεσις*, quæ Prisciano in XVI I, præceptio dicitur.

Ad

Ad verbum fit *comprehensio, conceptio*. Imò & Papiæ definitur, in *diffimilibus clausulis per unum verbum conglutinata conceptio*. Nempe minus hic, & ignobilius, comprehenditur sub majori, ac nobiliori. Quippe in eo adjectivum cum digniori convenit. Vt illo Ciceronis lib. 11 de Nat. Deor. *Quin etiam vires à caulibus brassicisque, si prope sati sint, ut à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere*. Ovidii lib. 11 de Arte :

Mulciberis capti Marsque Venusque dotis.

Et 1 Fast. *Iane fac æternos pacem, paciſque ministros.*

Nam genus masculinum est dignius feminino. Vnde fit, ut *uxer, alter, similiaque*, de femina quoque dicantur, cum de viro feminaque est sermo. Maro Ecl. 111 :

Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos.

Ad quem locum sic Servius : *ALTER de noverca. Nec nos moveat, quòd ALTER dixit de femina. Nam & in subauditione ponuntur ea, quæ non possumus dicere, & sciuntur : quia quoties hæc duo genera junguntur, masculinum præponderat feminino. Syllepsin hoc implicuam appellant. Quale etiam fit, si de marito & uxore dixeris, Vterque beatus. Sed nunc de explicitâ loquimur. Qualis fuerit, Marius, & uxor, beati.*

Cæterum antea vidimus, non solum, *Mars, & Venus*, pro plurali censerî : sed etiam, *Mars cum Venere*. Itaque non tantum dixere, *Mars, & Venus, capti* ; verum etiam, *Mars cum Venere*, vel, *Venus cum Marte capti*. Ovid. lib. 1v Fast.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

Imò similiter Justinus extremo lib. xiv : *Filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit. Quod integrè fit, duos illos, Alexandri filium, & matrem, custodiendos mittit.*

Similiter femininum genus dignius est neutro. Eòque dicendum, *Vxor & mancipium salvæ. Ancilla & jumentum repertæ*. Nempe ut in isto, *Feminas & pecora ducendas habebat*. Sic Lucanus lib. 1 :

— *Hinc leges, & plebiscita coactæ.*

Sive divisim, ut Claudio Salmatio visum,

— *Hinc leges, & plebis scita coactæ.*

Leges, inquit, & scita plebis vi coactæ. Ac censebat idem maximus * vir, huic geminum esse illud, *Familie eriti sciendæ, vel ciscendæ. Familie* enim nomine notari homines, sive famulorum turbam, quæ potior pars hæreditatis. *Erictum* dici pecunias, ac cætera bona. Istis, à *cio*, vel frequentativo *cisco*, hoc est, *divido*, subdi adjectivum *ciendæ*, sive *ciscendæ*, id est, *dividundæ* : quòd cum *familie* conveniat genere, non cum *eriti*, quia femininum dignius est, ut dicebamus.

* in Solonum.

For-

Fortasse & simile hoc Ovidii lib. XI Met.

Iamque mare inuictæ flumen populare relinquunt.

Nisi ad lyram, & linguam, poëta respexit: quia proximè antecessit:

Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua

Marmurat exanimis.

Sed potius censeo, attendisse id, quod præmisit:

— *Caput, Hebre, lyramque* *Excipis.*

Nam utcunque sola lingua flebile quid sonaret: non tamen sola, sed caput integrum, mare est inuictum. Eoque *inuictas* non ad linguam, & lyram; sed caput, & lyram, verisimilius refertur.

Aliquis etiam hujus loci esse dixerit illud Gellii lib. IX, cap. III: *Vim atque arma* (Philippi) *toti Græciæ cavendam metuentumque inclita ille Demosthenis orationes concionesque vociferant.* Sic quidem etiam adducit Augustinus Saturnius lib. X, cap. IV, ac *præposterum zeugma* appellat. Sed in optimis libris nunc legas in neutro, *cavenda, metuentumque.*

* lib. 10.
cp. 24.

Quod si masculinum feminino, hoc autem neutro est dignius: longè magis virile dignitate exsuperat neutrum. Vt, *Servus, & jumentum mortui. Fatum, Deusque adversari.* Plancus Ciceroni *: *Amor tuus, ac iudicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis, quovis die sit allaturus, non facile dixerim.* Sic Virgilius Æn. VII:

— *Cæfosque reportant,*

Almonem puerum, sedatque ora Galefi.

Quamquam hic altera etiam ratio est: quia *ora Galefi* dixit poëta *σωξενδοχικῶς*, pro Galefo ipso. Vt synthetis sit: quia in animo erat, Almonem, & Galefum cæfos.

Interdum junguntur substantivum virile, femininum, & neutrum, sequente adjectivo masculino. Valerius Max. lib. IX, cap. II: *Protinus caput ejus, & pedes præcisos, & manus, in cista chlamyde opertos, pro munere natalitio matri misit.* Vbi *opertos* ad *caput, pedes, & manus*, pertinet.

Est verò, ubi idem sit propius digniusque. Masculinum quidem illo Ciceronis Catil. IV: *Video, P. C. in me omnium vestrum ora, atque oculos, esse conversos.* Et Somnio Scipionis: *Concilia, cœtusque jure sociati.* Femininum autem hoc ejusdem lib. I ad Att. ep. XIV: *Nobis inter nos, nostra, sive incommoda, sive vitia, sive injurias, esse tolerandas.* Atque hæc de zeugmate, & syllepfi: in quorum utroque est ellipsis. Nam cum dicitur, *Locus †, tempus constitutum est*; integrè sit, *locus constitutus, tempus constitutum.* Adjectivum igitur, quod semel tantum exprimitur, iterum animo concipitur. In syllepfi item hac, *Pater ‡, & mater mortui*; sic supplendum videtur, *Duo illi, puta pater, & mater, sive, qui sunt pater & mater, mortui.*

† Eun. act. 3. sc. 3.

‡ Ter. Eun. act. 3. sc. 4.

Venio

Venio nunc ad ea, ubi ellipsis quidem statui possit; sed in genere adjectivi, nec ad propius, nec ad dignius, attenditur: ut cum duobus virilibus animatis subjicitur neutrum. Solinus cap. **XXIII**: *Sed & polyphus, & chameleon, glabra sunt.* Imò & tribus: ut hoc Tacit. in **V** Annalium: *Parentes, liberos, fratres, vilia habuere.* Sed possis priori loco sic supplere, *duo ista glabra.* Posteriori sic, *tria hæc vilia.* Itidem masculino, & feminino, neutrum subjicitur. Lucretius lib. **III** *:

*Sic anima, atque animus, quamvis integra, recens in
Corpus eunt.*

Livius quoque lib. **v**, in oratione Camilli ad Ardeates: *Gens est, cui natura corpora, animosque, magna magis, quam firma dederit.* Videtur autem eo neutrum subjicere, quia respiciatur ad illud, quod deest. Nam integrè sit, *duo illa, anima, & animus: utraque hæc, corpora, & animos.* Atque hic principes animalis partes referuntur: quæ non possunt inanimis accenseri.

Similiter neutrum quandoque subjicitur, cum substantivorum unum est animatum, alterum inanimum. Cicero de Senectute: *C. Dnilius, rediens à cæna, delectabatur crebro funali, & ibicine: quæ sibi nullo exemplo privatus sumserat.* Ovidius similiter:

Classe virisque potens, per quæ nova bella geruntur.

Vicinumque illud Statii **VII** Theb.

Iura, fidem, ac superos, unâ calcata ruinâ.

Quod sic suppleveris, universa hæc, & jura, & fidem, & superos, hæc, inquam esse calcata.

Imprimis autem neutrum genus amant scriptores, cum utrumque substantivum verè rei est inanimæ. Virgil. Ecl. **III**:

— *Cum Daphnidis arcum*

Fregisti, & calamos: quæ tu, perverſe Menalca,

Et cum vidisti puero donata, dolebas.

Livius similiter: *Mærus, & porta, de caelo tacta erant.* Quod integrè erit, *duo illa mærus, & porta.* Atque ita in aliis.

Inanimatorum autem nomine Grammatici, qui crassius philosophari solent, etiam accidentia sive affectiones comprehendunt. Livius lib. **v**: *Labor, voluptasque, dissimillima naturâ, societate quadam inter se naturali sunt innexa.* Sallust. in Catil. *Hinc ab adolescentia, bella intestina, cædes, rapinæ, discordia civis, grata fuerunt.*

Vidimus hæcenus de genere adjectivi, quando additur pluribus substantivis copulâ sociatis, sive ea copula expressa sit, sive animo solum concipiatur. Nunc dicamus de eo, quando copula hujusmodi non habet locum. Quod fit bifariam. Nam vel substantivorum unum alteri

f f

per

per appositionem sociatur : vel in genitivo positum partitivè accipitur.

De priori quæritur hoc loco , quando in Appositione junguntur substantiva diversî generis , cum utro substantivo adjectivum debeat convenire. Exempli gratiâ , dicendumne sit , *Tullia, deliciae meae, mortua* ; an *mortuae*. Apud optimos scriptores , cum alterum est hominis proprium , adjectivum potius respondet proprio. Cicero pro Cornelio Balbo : *Cum , duo fulmina nostri imperis , subitò in Hispania, Cn. & P. Scipiones, exstanti occidissent.*

Atque idem locum habet, si appellativum sit, quo animal significetur. Catullus Carm. II :

*Passer, deliciae meae puella ;
Quicum ludere, quem sinu tenere ,
Quoi primum digittum dare adpesenti ,
Et acres solet incutere morsus.*

Vbi relativum vides masculinum , ac singulare. Nominum autem adjectivorum par ratio est, ac pronominis relativi. Vt igitur dixeris , *Dicaearchus, deliciae meae, mortuus* : ita quoque , *Filiolus, deliciae meae, vel, passerulus, deliciae filioi, mortuus est.*

Quod si substantivum sit proprium urbis , potius adjectivum cum appellativo, quàm cum proprio, consentiet. Plinius lib. II, cap. LII : *Volsinii, oppidum Tuscorum opulentissimum, locum concrematum est fulmine.* Idem lib. III, cap. V : *Præterea auctor est Antias, oppidum Latiorum Apulas captum à L. Tarquinio Rege.* Nec tamen id perpetuum videtur. Est enim Iustini lib. IX : *Ad cuius emolumentum egregie pertinere ratus, se Byzantium, nobilem & maritimam urbem, receptaculum terræ marique suis copiis futurum, in potestatem redegit.* Si urbem respexisset, dixisset, *receptaculum futuram.* Dispar interim hic ratio est, ac in illis Plinii : quia in Iustini verbis alterum etiam substantivum accedit. Nam, inquit, *Byzantium urbs receptaculum futurum.* At prius foret simile isti, *Byzantium urbs capta.*

In ludorum quoque nominibus appellativo videas potius , quàm proprio, concordare. Livius lib. IX belli Macedonici : *Ludi Tantrius per biduum facti religionis causa.*

Superest dicamus de superlativis, & partitivis. Vbi quæstio est, an genus perere debeamus ex substantivo , de quo sermo est, an ex genitivo partitivè posito. E. G. utrùm dici conveniat, *Leo animalium fortissimus* ; an, *Leo animalium fortissimum.* Vtroque autem modo loquuntur antiqui. Posterius, ut de eo prius dicam, defenditur hoc Pliniano lib. IX, cap. VIII : *Velocissimum omnium animalium, non solum marino*

rum, est delphinus, ocior volucre, ocior celo. Est & ejusdem lib. x, cap. xxvii: Venens caprea & coturnices pinguescunt, placidissima animalium. Et lib. viii, cap. xxxii: Cervus quoque est sua malignitas, quamquam placidissimo animalium. Verum est hic gemina ellipsis. Vna apertior, ejus nempe substantivi, quod in genitivo ponitur. Quomodo animal intelligitur, cum dico, fortissimum animalium: atque hoc è genitivo animalium cognoscitur. Altera est occultior, quia deest, è numero: ac genitivus animalium regitur à substantivo numeri intellecto. Istoc igitur è Plinio sic suppleveris: Caprea & coturnices animalium è numero animalium placidissima.

Alterum verò loquendi genus multò est frequentius. Cicero lib. i i de Natura Deorum: *Indus, qui est omnium fluminum maximus, non aquam solum agros letificat, sed eos etiam conferit.* Plinius lib. viii, cap. xxxiii: *Solus animalium (chamaeleo) nec cibo, nec potu, alitur; nec alio, quam aëris alimento.* Et ejusdem lib. cap. xlv: *Boves animalium soli & retro ambulantes pascuntur.* Idem lib. xviii, cap. i: *Hordeum frugum omnium mollissimum est.* His in locis nulla est nominativi ellipsis; sed solum teetior illa nominis numerus cum præpositione. Integrè enim fuerit: *Indus maximus è numero fluminum. Hordeum mollissimum è numero frugum.* Et ita in aliis. Nempe, ut Cicero, *Ex numero disertorum*, in primo ait de Oratore. Et sanè ipsi, qui propriam volunt locutionem esse, exponunt ejusmodi genitivos per *ex*. Vt, *sapientum octavus*, interpretantur, *ex sapientibus*. Rectè, quando & sæpe sic loquuntur scriptores. Vt Cicero in secundo de Oratore: *Acerrimum autem ex omnibus sensibus esse sensum videndi.* Sed non sic causa intelligitur, cur hujusmodi etiam per genitivum efferantur. Ea autem elucebit, si integrè sic extuleris: *Ex numero sensuum sensus videndi est acerrimus.* Quod concisè oratione erit: *Visus, vel visio, vel videndi sensus est acerrimus sensuum.*

C A P V T V.

Substantivo duorum generum adjectiva sociata prius unius, hinc generis alterius. Servitia, cujus: pro, quorum. In quibus Synthesis maxime habeat locum. Triste lupus, varium femina, similiæque, non tam per enallagen generis dici, quam per ellipsin substantivi negotium, aut quiddam, aut similis.

EXpositis iis, ubi duobus diversi generis substantivis adjectivum vel solum alterutrius, vel neutrius etiam generis, subjicitur: ad ea nunc venio, ubi uni substantivo unum adjungitur adjectivum genere diverso. Quod trifariam fit. Primùm, cum substantivum unum duorum est generum: ac prius quidem uno genere accipitur; mox

verò diverso genere *ἄλλο γένος* repeti debet. Vt, si dicam, *Dies initio letus, mox infelicitissima*. Poëtæ quidem videntur hoc interdum sibi permituisse. Nam Ovidiu est XIII Met. fab. VIII, ubi Cyclops sic Galatæam compellat :

Hoc pecus omne meum : multæ quoque vallibus errant :

Multas sylva regit : multæ stabulantur in antris.

Prius pecus neutro usurpat, cujus genitivus *pecoris* : postea non *pecora*, sed *pecudes* respexit. Quod alibi, etiam ubi *pecus* non antecessit, intelligitur. Vt IV Fast. in precibus ad Palem :

Pelle procul morbos : valeant hominesque, gregesque,

Et valeant vigiles, provida turba, canes.

Neve minus multas redigam, quam manè fuerunt :

Neve gemam referens vellera raptâ lupo.

Cum *multas* ait, *pecudes* intellige. Nisi *oves* malis.

Idem Ovidius eopse libro Factorum, ubi agit de Cerere raptam Proserpinam quærente, prius *specus* jungit malculino ; mox femininum subdit. Sic enim canit :

Est specus exesi structurâ pumicis asper,

Non homini facilis, non adeunda seræ.

Nempe est in talibus *ἑκείνης* vocis alio genere supplendæ. Quomodo *ἑκείνης* vocis alio numero repetendæ est apud Sallustium in Catil. *Servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copæ concurrerant*. Scio, Priscianum, *cujus*, interpretari, *cujus rei*. Sed statuas simplicius, cum *servitia* dixisset, postea, *cujus*, pro, *cujus servitii*, posuisse : inque causa esse, quia, ut *dies*, & *specus*, duorum sunt generum : ita *servitium* significatione sit utriusque numeri. Sanè in eadem Catilinariâ legas plurativè, *servitia concitare*. hoc est, *servos*. At Ciceronis est Verrinâ VII : *Coepit esse in Sicilia moveri aliquot locis servitium*. Vbi *servitium* singulo numero pro *servis* dixit. Sallustius igitur, cum *servitia* dixisset, mox *servitii* in animo habuit ; quia & *servitia*, & *servitium*, idem omnino, nempe multitudinem servorum, significarent. Sed hoc quidem propriè numeri discordiam spectat. Ad eam, quæ generis est, redeamus.

Altera generis disconvenientia est, cum in substantivo expresso aliud substantivum animo attenditur ; atque huic potiùs adjectivum accommodatur. Synthefin vocant : de qua antea quidem diximus, quatenus in collectivis, & distributivis, quæ singuli sunt numeri, plurativi vis consideratur : nunc autem particulatim de eo agimus, ob diversitatem generis. Ita usurpat Livius lib. I : *Maxima pars ab equitibus in flumen acti*. Propriè fuerit, *Homines*, vel *milites*, maximâ ex parte in flumen acti.

Simi-

Similiter cùm ad generale nomen respicitur : ut illo Ciceronis lib. 11 de Oratore : *Cæteræ fere artes , se ipsæ tuentur per se singulæ : benedicere autem , quod est scienter , & peritè , & ornate dicere , non habet definitam aliquam regionem , cuius terminus septa teneatur.* Vbi Lambinus malit *septem* : sed repugnantibus libris. Nempe non cogitavit , Ciceronem *ars* respicere , quod longius antecessit. Præterea cùm vox per metaphoram ponitur pro proprio virili. Livius lib. x : *Capita conjurationis virgis cæsi.* Pro , potissimi , sive principes , sive qui imprimis auctores ducesque erant. Item cùm numerus numerans , (ut loquuntur) ponitur pro numerato. Curtius lib. iv : *Duo millia crucibus adfixi.* In anigmo erat , *homines bis mille.* Item cùm per metonymiam affectio accipitur pro subiecto. Terent. Eunuchus * :

* Act. 2. sc. 3.

Vt illum Di Deæque senium perdant , qui me remoratus est.

Senium, pro *senè*. Itidem cùm in individuo ad speciem, sive in specie ad genus attenditur. Vt apud Maronem † , *Centaurro magnâ*, puta *navi*. † *Æn.* 5. Apud Terentium ‡ , *Eunuchum suam*, nempe *fabulam*. ‡ *Prolog. Eum.*

Reliquum est tertium discordiæ genus , quo substantivo virili , aut muliebri , additur generis neutrius adjectivum. Vt Ecl. 111 :

Triste lupus stabulis. Et ibidem :

Dulce satis humor. Et Ecl. v :

Tale tuum carmen nobis , divine Poëta ,

Quale sopor fessis in gramine — .

Et iv *Æn.*

— *Varium & mutabile semper*

Femina.

Vocant quidam *ἐναλλαγή* generis. Sed , si rem ad vivum referemus , nulla hic *ἐναλλαγή* est , sed *ἑπιψίσις*. Sic enim loquuntur Latini more Græcorum , quibus intelligitur *χρήμα*. Vt in illo Homero * : * *Il.* 6.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκρίεσθιν.

Quasi dicas , *Non bonum est multorum dominatus.*

Integrè sit : *Οὐκ ἀγαθὸν χρήμα ἴσι πολυκρίεσθιν.* q. d. *Non est bonum negotium multorum dominatus.* Par ratio in isto Demosthenis : *Πονηρὸν ὁ συσφάγις , Improbum est scophantes.* Item hoc ejusdem : *Ἀπιστοι ταῖς πολιείαις ἢ τυραννίς.* *Infidam rebus publicis est tyrannus.* Latinis verò similiter posse intelligi *negotium* , liquidius erit ex iis , quæ capite proximo de hujus vocis ellipsi afferemus. Quamquam & suppleere defectum possis pronomine *quid* , *quiddam* , vel *aliquid* : quæ vel vera sunt substantiva , vel eorum naturam penitus induerunt. Itaque illud , *Triste lupus stabulis*, possis sic integrè efferre : *Triste quid lupus.* Item hoc , *Varium & mutabile semper femina* , hunc in modum suppleveris :

f f 3

Varium ,

Varium; & mirabile quiddam. Sic supplet Seneca ipse libro de beata vita: *Altum, inquit, quiddam est virtus, excelsum, & regale.*

Fortasse autem hujus etiam loci sunt ista, in quibus Nonius ait, neutrum poni pro masculino. Ut *simile est*, pro *similis est*. Titinnus Fullonibus: *Formica pol. persimile est rusticus homo.* Nævius Gymnastico: *Pol. hanc parasitorum aliorum simile est.* Novius in Militibus Promeninensibus: *Tu enim pueri paucissimi simile es: quia enim ad os fers, quicquid nactus es.* Simile pro simile negotiorum, vel simile quid. Idem Nonius sic legit Captivis act. II, sc. III:

Fac fidele sis fideli. cave fidem fluxam geras.

Perperam tamen *fidelo* explicat *fideliter*. Nam si *simile* pro *similis* dixerit, cur non & *fidele* pro *fideli*? *Fidele* autem etiam est in Aldina, & aliis antiquis. Legitque ita Pylades Brixianus. Festus * quoque sic legit hunc Aululariæ locum act. II, sc. II:

* in Nundinalis.

Cocus ille nundinale est, in novum diem

Solet ire costum.

Etiam MSSi plerique, & vet. editt. habent Mercatore act. v, sc. ult.

Eamius intro. non utibile hic locus factis tuis.

Utibile pro utibile negotiorum, vel utibile quid: ut diximus. Vel hoc verum est: vel fides deroganda plerisque codd. antiquis: imò Festo quoque, Nonioque, qui sic legerunt. Grutero tamen id displicuit: arbitratur autem loca esse corrupta, idque occasione eâ, quòd S foret extritum, & I facile in E commigraret. Nempe ut sic scriptum fuerit, utibili st, nundinali st, fideli sis, & ita in aliis.

C A P V T V I.

Exemplis illustribus comprobatur, substantivum sæpe per ellipsin desiderari, in nominibus natura adjectivis, sed positivis substantivæ.

EXposui, quàm variè, uno pluribusve substantivis expressis, adjectivum vel revera discordet, vel discordare saltem videatur. Nunc ostendam, ut sæpe nullum exprimaturs substantivum; & tamen concordia sit adjectivi cum substantivo: nempe cum eo, quod per ellipsin reticetur; cujus generi se adjectivum æquè accommodat, ac si exprimeretur. Præcipua talis ellipsis apponam exempla, idque juxta feriem literarum.

Es intelligitur, cum dico, *ratio, vel tabulae accepti, & expensi. Supple ari.* Sic, *parvi facio.* Item, *non sum solvendo: nempe ari.* *De meo, vel de tuo: videlicet ari.*

Ætas reticetur quandoque in *senecta.* Virgil. XI Æn.

— Sors

— *Sors ista senectæ*

Debita erat nostræ.

Vbi sic Servius : *Deest ætati. Nam senectæ ætas dicitur. Sallustius : Senectæ jam ætates. Per se autem plenum est, si senectus dicamus. Nam si senectæ, aut addendum ætas, aut intelligendum.*

Amnis desideratur in torrens, confluens, profluens : imò & in fluvius, cum naturâ suâ sit adjectivum, ut pluvius. Itaque ut pluvia dicitur, ita & olim fluvia. Vtrobique intelligitur aqua. Sisenna Historiarum lib.

IV * : *Quod oppidum tumulo, excelsò in loco, propter mare, parvis mœnibus inter duas fluvias, intra Vesuvianum collocatum. Et eodem : Transgressus fluviam, quæ secundum Herculaneum ad mare pertinebat.* * apud Romanum. in Fluvius.

Anguis deficit in serpens; unde, uti anguis est utriusque generis, ita & serpens. Sed si ponatur in feminino, etiam bestia intelligere possis.

Aqua deest in profluens. Vt apud magistrum Herennianum lib. I : Qui parentem necasse judicatus erit, is obvolvitur & ligatur culeo, debeatur in profluentem. Intègrè legas lib. III ad Quintum fratrem, ep. I : Ego locum æstatis umbrosiorum vidi nunquam : permultis locis aquam profluentem, & eam uberem. Etiam aqua, ut dixi, intelligitur, in pluvia : & , ut puto, par ratio est in piscina. Eadèmq; ellipsis est apud Græcos : quí dicunt, θερμὴ λὰεθῆ, calidâ lavari. Vt Latine intelligitur aquâ, sic Græcè ὕδατι, vel speciatim λουακροῦ, lavacro, unde Latini in muliebri dicunt therae, quia aquæ intelligitur. At Strabo, Græcum respiciens substantivum, θερμὰ Καυροῦσιν αἰτ. Variâque loca θερμὰ dicta : ut Stephanus ait in Ethnicis. Similéque, ψυχρὸν πίνειν, frigidam bibere : puta ὕδωρ, aquam, vel speciatim Græcis πόμα, potionem.

Par ratio in stativæ. Plinius lib. II, cap. LXXXVIII : In eadem & oppidum haustum profundo, aliqui motu terræ stativas emerisse. Intègrè dixit Varro de Admirandis ad Fundanium Soceris : Secundo de stativis aquis : ut sunt lacus, stagna, putea, & maria.

Ars, vel sciencia, vel facultas, in Grammatica, Rhetorica, Musica. Nempe ut Græcis τέχνη, ars ; δύναμις, facultas, vel simile. Puto quoque, idem habere locum in fabrica, & Medicina. Quod intègrè fortassis extulit Plinius lib. XVIII, cap. VII : Unum laudibus ejus discavit volumen Hippocrates, clarissimus medicinæ sciencie. Vt editum in veteri Parmenî t. † an. 1476. Sed in aliis est scienciâ.

Arum in novale. Maro Ecl. I :

Impius hæc tam culta novalia miles habebit ?

Possis & rus intelligere ; quomodo Servius Ecl. I, novalia exponit nova rura. Item sola, vel singulo numero, solum : quod Columella expressit præfat. lib. VI, cap. I : Cum ille quàm maximè subactò & puro solo

solo gaudeat ; hic novalis, grammisogue. At idem Maro I Georg.

— *Tomas cessare novales.*

Putaterras. Quod additur in glossis Cyrilli : Νέασις, novalis, novalis terra. Ac in Dig. lib. L. tit. xvi, leg. xxx legas : Νόβαλις est terra præscissa*, que anno cessavit.

* al. præcisa, vel proscissa.

Avis in volucris, atque etiam præpes, & ales.

Bestia in animans, quadrupes, fera.

Bucula, in Burrâ. Festus : Burrum dicebant antiqui, quod nunc dicimus rufum : unde rustici burram appellant buculam, quæ rostrum habet rufum. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

Canis, in Molossus. Virg. Georg. III :

Veloces Spartaæ catulos, acremque Molossium,

Pasce sero pingui.

† al. i. s. i.

Seneca in Hippolyto † : *Teneant acres lora Molossos.*

Substantivum exprimitur à Marone in Culice :

Illum Scylla rapax canibus succincta Molossis.

Capilli in cani. Cic. de Senect. ut Græcis καλιάι, scilicet κείχες.

Caro, in agnina, bubula, caprina, ferina, ovilla, suilla. Virgil. I Æn.

Implentur veteris Bacchi, pinguisque ferina.

Castra, in stativa. Quod Cicero addidit in Verrina VII : Iste novo quodam ex genere Imperator pulcherrimo Syracusarum loco stativa sibi castra faciebat. Nisi castra ex glossemate sit. Possis & loca intelligere, ut quoque in hyberna. De quo postea.

Cælum, vel tempus, in serenum, & nubilum. Plinius lib. xi, cap. xxiv : Aranei sereno non texunt, nubilo texunt.

Corona, in civica, laurea, muralis, obsidionalis. Item in ferta. Vti in fertum, coronamentum, quo post Catonem usus non uno loco Plinius. Sed de hoc dictum quoque lib. II, cap. xxxi.

Consilium, in arcanum, secretum, propositum.

*Culmen, in sectum, cum pro summo domus sumitur. Expressit Maro II Æn. — Tecta domorum Culmina convellunt. **

Culpa, in noxia. Nam noxius est adjectivum ; ut noxius conjurationis, apud Tac. v Annal. Nempè à noxa, quod à nocendō, ac damnatum sive nocumentum signat.

Dentes, in molares, teste Prisc. in v.

Dies, in natalis. Ecl. III : — Mens est natalis, Iola.

Et similiter in prima, & novissima. Ovidio I Fast.

Bruma novi prima est, veterisque novissima Solis.

† pridie.

* postridie.

† al. c. 21.

Sic Græci, τῆ προηγία †, τῆ ὑστερία*, sive τῆ πρώτης † : quasi dicas, priori, & postera.

Dii

Dii, in *superi*, *inferi*. Item in *manes*, pro *mani*, id est, boni; ut *porci sacres*, pro *sacri* *. A *manis*, remanfit *immanis*, & ablativus *mane*.

* Varro lib. 1 de R. R. cap. 1.

Domus, in *regia*, & *basilica*.

Equus, in *ferus*, *cornipes*, *sonipes*, *quadrupes*. Vt *equulus*, in *burrichus*; quod ex *ῥῆπιχ* Ⓞ, id est, *rufus*. Et fortasse *equulus*, vel *equus*, similiter intelligitur in *mannus*. Nam videtur naturā adjectivum à *μάιν* Ⓞ, id est, *pumilus*, N in M converso.

Plaut. Menach. act. 2. sc. 2. & Rud. act. 4. sc. 6.

Fabula, in *prætexta*, *togata*, *palliata*. Quomodo Ennius, Pacuvius, Attius, dicuntur docuisse prætextas: sed Afranius, & Titinnius, togatas; puta *fabulas*.

Factum, exprimitur quidem isto Plauti *Asinariæ* act. II, sc. IV:

Non hercle te provideram. quæso, ne vitio veritas.

Ita iracundia obstitit oculis. M E R C. *Non mirum factum est.*

At reticetur hoc Menæchmis act. II, sc. III:

Animule mi, mihi mira videntur,

Hic te stare foris.

Exprimitur quoque Rudente act. II, sc. III:

— *Pol haut miranda facta dicis,*

Si deos decepit, & homines, lenonum more fecit.

Pro quo citra *ἔδειξεν* hanc dicit Pseudolo act. IV, sc. VII:

Mibi quoque edepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit,

Symbolum qui hoc accepit. Mira sum. Pseudolus est.

Febris, in *tertiana*, *quartana*, *quotidiana*. Vt Græcis *τεῖται* Ⓞ, supple *ῥηπέλος*. Suetonius in *Julio*: *Quamquam morbo quartanæ ag gravante.*

Feriæ in *Latinæ*. Livius lib. xxxvii. *Latinæque instauratæ*, quod *Laurentibus* carnis, quæ dari non debet, data non fuerat.

Festa, in *Agonalia*, *Saturnalia*, *Terminalia*, & similibus. Ac interdum & substantivum apponitur. Horat. Epod. od. II: *Vel agna festis cæsa Terminalibus*. Possis & *sacra* intelligere: ut postea dicam.

Finis, in *hætenus*, *quatenus*. Nam integrè sit, *hac sine tenus*.

Frater, in *germanus*, *patrielis*, *uterinus*.

Fruementa, in *sata*; uti *fruges*, in *satæ*.

Funera, in *justa*, *suprema*, *sollemnia*.

Funis, in *rudens*: quomodo dicitur, quia rudit ventorum procellis.

Homo, in *adolescens*, *amicus*, *familiaris*, *juvenis*, *liber*, *maritus*, *nuncius*, *rivalis*, *servus*, *socius*, *tabellarius*. At *homo amicus* intelligitur illo Terentii Eun. act. II, sc. II:

— *Plurimâ salute Parmenonem*

Summum suum impertit Gnatbo.

Et Adel. act. III, sc. III:

t t

Nam

Nam is nostris Simulo fuit summus, & nos coluit maximè.

Similiter homines supple in ceteri, mortales, majores, minores, magnates, optimates, Germani, Britanni, Galli. Sic, Mortui non mordent. Vt Græcis, νεκροί: puta ἀνεργῶν. Homines quoque, vel potius specialius quid (ut domestici, amici, ministri, vel simile) intelligitur illo Ciceronis ad Valerium lib. I, epist. ult. *Tanquam Ulysses cognosces tuorum neminem.* Et hoc Plinii ad Pompejum Celerem lib. I, epist. IV: *Hoc tamen differ, quod sollicitius, & inveniatis, tui me, quam mei, recipiunt.*

Hora, in quarta, prima, sexta.

Horologium, in solarium.

Iaculis, in hoc Maronis IX Æn. Missilibus certant.

Iure, vel iudicio, in falso, & merito.

Lapis, in molaris, teste Prisciano in quinto.

Liber, in annalis, & diurnus. Sic annales, puta libri: pugillares, supple libelli. Quod & intelligendum in duplices, triplices, ebores.

Ligones, cum ajo, dixi bidentes. Nisi rastris potius, de quo mox.

Lineas, cum quis dicitur ad incitas redactus: ut non Plautus modò, de quo vidimus lib. I de Analogia, cap. XXXIV: sed etiam ut Appulejus loquitur lib. III Met. Nam in ludo XII scruporum, redacti ad lineas ultimas, non poterant calculos amplius cedere, hoc est, movere: unde & calculi dicebantur inciti, quasi immobiles: teste Isidoro lib. XVIII, cap. LXVII. Lucilius sat. III, ac XV, apud Nonium †, pro eo dixit, ad incita: ubi loca intelligitur.*

Litera, in vocalis, consonans, semiconsonans, muta, liquida, duplex.

*Literas apud Plautum Mercatore ‡: Hodie in ludum occæpi ire literarum: ternas jam scio. Intelligit tres has literas, A, M, O: unde verbum Amo conflatur. Sed hic literarum vox cognoscitur ex eo, quod proximè de ludo literario antecessit. Est verò cum literarum nomen pro epistola sumtum penitus reticetur. Vt ad Att. lib. xv, ep. XXII: *Acceperam autem satis celeriter Iconii per publicanorum tabellarios à Lentuli triumpho datas. In his illud confirmas &c.* Et alibi: *Triduo abs te nullas acceperam.**

Locus, in æstiva, hiberna, rosaria, pomaria, supera, infera, secreta. Sic, de proximo: ab humili in summum. Item in his, primo, secundo, tertio, quarto, postremo. Similèque, in medio, supple loco. Nisi spatio malis, de quo postea.

Manns, in dextra, sinistra. Vt Græcis, τῆ δεξιᾶ, τῆ δεξιερᾶ, scilicet χειρὶ. Ἀλλεῖν ἀμφότερας, puta χειρὶ †.*

Mare, in profundum, altum, tranquillum, caeruleum. Vt I Æn.

— *Terris jacatus, & alio.*

Æn.

* A. 17.
† in Inci-
tas.

‡ A. 2.
§. 2.

□ haurire
Anabus.
† manibus.

Æn. IV : — *Torquent spiritus, & cœrula verrent.* Sic cùm dicitur, *In tranquillo quemvis posse esse gubernatorem.* Vnde $\tau\epsilon\mu\epsilon\phi\omicron\rho\alpha\nu$ Terent. Eunuch. act. v, sc. ult.

Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.

Vbi Donatus, *Bene in tranquillo, quia mari, & tempestatibus, amica mobilitas & instabilitas comparatur.*

Membranae intelliguntur, cum in muliere dicimus *secundas* : nempe quia secundò ex utero excluduntur.

Mensis, in *Januarius, Aprilis, September, vel Septembris*, & similibus. Vt *Kalendis Ianuarii.* Nam esse adjectivum, indicat, quòd dicimus quoque, *Kalendis Ianuarii.* Sic *Nonis Februarii, Idibus Martii.*

Milites in *hastati, cetrati, sagittarii, triarii.*

Modo, in *perpetuo, certo, secreto, & similibus.* Itaque Plautus Mostell. act. III, sc. I, non solum dicit, *Metuo, ne perpetuo perierim* : sed etiam, *Perii in perpetuum modum.* Par ratio in his, *ex composito, de compacto, & similibus.* Sic, *Qui fieri potest? Pro, quo modo.* Nam qui est quo; ut *quicum, cum quo.*

*Morem, vel animum, in istoc Terentii Eunuch ** :

— *Non cognosco vestrum tam superbum.* —

Et hoc Andr. †

— *Pol, Crito, antiquum obrines.*

Quamquam & *ingenium* intelligere possis. Vt omnino apud Plautum opus Mostellarià ‡ :

Antiquum hoc obrines tuum, tardus ut sis.

Navis, in *Liburnica.* Item, *biremis, triremis.* Vt Græcè in $\tau\epsilon\iota\eta\rho\eta\varsigma$, *puta ναῦς.* Similis ratio in $\pi\epsilon\upsilon\lambda\eta\kappa\acute{o}\nu\lambda\omicron\pi$, *quinquaginta habens remos, Φογνίς, oneraria, & alii.*

Negotium, significatione, ut vocant, transcendentali, pro eo, quod Græcis $\chi\epsilon\eta\mu\alpha$, Latinis aliter *res* dicitur, crebrò admodum intelligitur in adjectivis neutris, quæ substantivè poni dicuntur. Eam rem video accuratè satis expositam à Pascasio Grosippo in Mercurio bilingui. Quem, cùm nostra jam prælo excudi cœpta essent, invisum antea, sponte nobiscum communicavit, ut alibi * quoque diximus, præstantissimus & amicissimus David de-Willem, cujus consiliis bono publico utitur magnus Araufionensium Princeps. Habes autem ejus vocis $\epsilon\iota\delta\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ in illo Ovidii † :

Omnia sunt hominum tenui pendencia filo.

$\tau\alpha\ \tau\epsilon\ \acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\omega\pi\alpha\nu\ \omega\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon$: *puta, $\chi\epsilon\eta\mu\alpha\tau\epsilon$. Omnia hominum negotia.* Sic in hoc Terentii Adelph. act. III, sc. IV : *Vinam hoc sis modo defunctum.* Quo loco Donatus : *Hoc, id est, negotium, id est, raptus virginis.* Sic illo Ciceronis, in IV contra Verrem, *Fecerunt, ut ego solum accusa-*

* act. 5.
sc. 8.

† act. 4.
sc. 5.

‡ act. 3.
sc. 2.

* lib. 2 artis
Grammaticæ
cap. 3.

† lib. 4 de
Ponto, el. 3.

rem : à quo mea longissime ratio, voluntasque abhorrebat. Vbi ita Asconius annotavit : A quo, à qua re, à quo negotio ; accusationis scilicet. Nec solum Grammatici veteres suppleant : sed ipsi etiam scriptores classici addunt sæpius. Ut Horatius lib. II, Sat. IV :

— *Aliena negotia curo,*

Excussus propriis.

Quod *ἐξ ἑστέρων* extulit Terentius Heautont. act. I, sc. I :

Chreme, tantumne ab re tuâ est otii tibi,

Aliena ut cures, eaque nihil quæ ad te attinent ?

Sic *Letari* seruo, bono. Ut Attius :

— *Et te ut triplici letarem bono.*

At idem Horatius lib. III, od. XXIX :

Fortuna seruo leta negotio.

Sic Plautus Trinummus act. IV, sc. II :

Viden egestas, quid negoti dat homini misero mali ?

Pro quo usitatius diceretur, *quid mali det homini*. Ciceronis quoque est ad Att. lib. V, ep. XII : *Negotium magnum est navigare, atque id mense Quintili*. At omisso substantivo ait pro Plancio : *Decertare mihi seruo magnum fuit*. Et Tusc. Qu. lib. I : *Quos enumerare magnum est. ita sunt multi*. Pro quo & *magnum quid* legas : ut lib. II ad Att. *Magnum quid, & multæ cogitationis, atque otii*. Hæc eo quoque firmantur, quod promiscuè sumi videmus, *rem, & negotium*. Ut *conficere rem, & negotium*. Priori modo loquitur Cicero oratione post reditum in Senatu : *Qui cum suam rem non minus strenuè, quam postea publicam, confecisset*. Posteriori autem ad Att. lib. XVI, ep. XVII : *Ut totum hoc negotium, ita agas, ita trahes, ita conficias*. Sic dicimus, *Timeo, quid rei sit*. At Plautus Casina act. III, sc. V : *Timeo hoc negotium, quid est !* Idem Stichus act. V, sc. III :

Inter illud tamen negotium meis curavi amicis,

Sticho, & seruo Sagarino meo, cœna cocta ne esset.

At idem Cistell. act. IV, sc. II :

Sed inter rem agendam istam heræ huic respondi, quod rogabas.

Etiam Plautus Bacch. act. IV, sc. IV :

Cum amicâ suâ uterque accubitu m eatis. ita negotium est.

Item Milite act. II, sc. VI :

Transcurrere curriculo ad nos. ita negotium est.

At Menæchmis ait act. V, sc. I :

I Decio, quere meum patrem, tecum simul

Ut veniat ad me : ita rem esse dico.

Item Terentius Eun. act. I, sc. I :

— *Sed ita erat res : faciendum fuit.*

Denique Plauti est Truculento, sc. ult.

Fiat. ut rem gnatam video, hoc accipiendum est, quod datur.

Vbi rem gnatam dixit, pro natam. At Scipio Africanus *, apud Fes-
tum Pompejum † : *Vt negotium natum erat.* Atque his quidem, & simili-
bus, compulsus, cum Grosippo, sive veriùs Scoppio, existimo, sæpe in
adjectivis neutro genere positis intelligi negotium, hoc est, $\chi\epsilon\eta\mu\alpha$, sive
rem. Itaque huc etiam respici statuo in his ablativis, tanto, quanto, ali-
quanto, hoc, eo, quo, multo, paullo, nimio. Vt multo doctior, idem sit, ac multo
negotio doctior. hoc est, multa re, vel multis partibus doctior. Etiam,
cum Poëtæ ajunt, dulce videt, torvum videt : integrè sit, dulce negotium, id
est, dulcem rem, sive dulcem risum ridet. Torvum negotium, id est, tor-
vam rem, torvam visionem videt. Scio, dici, nomen præ adverbio poni;
dulce, pro dulciter ; torvum, pro torviter. Et, si mentem loquentium
spectes, rectè. Sed non aliunde, quàm eo, quod dixi, causam videmus,
ob quam nominis pro adverbio usus esse cœperit. Nec minùs negotia
intelligo in illis, *Scrata viarum, abdita rerum,* & similibus. Cui tamen du-
riùs videtur, in istis negotia intelligi, is sanè dicat Hellenismum esse, ac
quasi Græcorum more respici $\chi\epsilon\eta\mu\alpha$, & $\chi\epsilon\eta\mu\alpha\tau\omicron$. Nam quin Græcis
 $\chi\epsilon\eta\mu\alpha$ sit res, & in neutris adjectivis intelligi soleat, ambigit nemo.

* Oratione
eâ, quam
scripsit, post-
quam ex
Africa
reducit.
† In Quæ-
tenus.

Nomen, pro causa, sæpe intelligitur. Vt *Aululariâ act. II, sc. II :*

— *Eo me salutabat blandus.*

Quod tantundem est, ac eo nomine. Quomodo Cicero ad Att. *Ego
eo nomine sum Dyrrachii, ut quam celerrimè, quid agas, audiam.* Et in Ver-
rem lib. I, seu Præturâ urbanâ : *Hoc uno nomine absolvi.* Idem Plautus
Amphitryone act. III, sc. II :

Et id huc reverti, uti me purgarem tibi.

Integrè sit ; *Ob id nomen.* Nec tamen adveser, si quis in hoc poste-
riori negotium malit intelligere.

Nummus intelligitur in *quinarius, denarius.* Varro lib. IV de L. L.
Denarius, quod denos aris valebat. Item in *sestertius*, quia dicitur, quasi *se-*
mitertius. Similéque, *donari centenis aris.* Intelligitur quoque idem in
assarius, assipondius, decussis, centussis, argenteus, aureus. Livius lib.
XXXVII : *Dum pro argenteis decem aureus unus valebat.*

Nux in avellana, pinca, persica, castanea.

Oculus intellige in *Limis adspicere* : ut monitum Donato †. Ac quan-
doque * additur.

Officium, ut illo Terentii Andr. act. IV, sc. I :

Tuum est, siquid præter spem evenit, mihi ignoscere.

At integrè idem dixerat act. I, sc. I :

Nunc unum est officium, has bene ut assumules nuptias.

† in Eun.
act. 3, sc. 5.
* Plaut.
Milit. act. 4
sc. 6.

Opera, in muliebri genere, cùm dico, *Eadem feceris.*

Opus, ut in hoc Propertii lib. iv, eleg. xi :

Vincere cùm Vejos posse laboris erat.

Integrè Ovidius lib. ii de Arte :

Casus inest illic, hic erit artis opus.

Quamquam & *negotium*, & *factum*, & similia, intelligere possis. At plurativus hujus vocis, qui est *opera*, intelligendus in istis, *Bucolica*, *Georgica*, *Rhetorica*, *Astrologica*, *Meteorologica*, & ejus monetæ aliis.

Oratio, supple in *prosa*, seu *prosa* : quod valet *recta* ; cui opponitur *versa*. Sic *prosi limites*, de quo Festus. Et *prosa*, *pexa tunica*, *πεξὶν ἰμάτιον*, ut est in glossis.

* ad famil.
lib. 10. ep.
32.

Ordines, cùm dicitur, in *quatuordecim*. Asinius Pollio ad Cicero-
nem * : *Herennium Gallum in quatuordecim sessum deduxit*. Sic legendum.
Suetonius in Augusto cap. xl : *Cum plerique equitum, attrito bellis civilibus*
patrimonio, spectare ludos e quatuordecim non auderent. Citra hanc *ἐπιπέδον*
Cicero Philippicâ ii : *Illud tamen audacie tuæ, quod sedisti in quatuordecim*
ordinibus, cum esset lege Rosciâ decemtoribus certus locus constitutus ; quam-
vis quis fortunæ vitio, non suo, decoxisset. Iuvenalis sat. xiv :

Ergo aliquid nostris de moribus, effice summam

Bis septem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.

Ac similiter Plinius lib. xxxiii, cap. ii, & Suetonius in Augusto
cap. xiv. Possis & in xiv intelligere *gradus*, *sedes*, vel *subsellia* : juxta
hoc Martialis lib. v, epigr. xxviii :

Bis septena tibi non sunt sellia tani.

Epitome Livii lib. xcix : *L. Roscius, Tribunus plebis, legem tulit, ut equi-*
tibus Romanis, in theatro quatuordecim gradus proximi assignarentur. Aulo-
nius in ludo Sapientum : *Interpretare tu, qui orchestra proximus Gradibus*
propinquis in quatuordecim sedes. Itaque Seneca expressit lib. iii de Be-
nef. cap. ix : *Beneficium vocas, dedisse potentis populi civitatem, in quatuor-*
decim gradus deduxisse, & defendisse capitibus reum. Nisi, cum Obloproæo,
delere malis vocem *gradus*. Ut hic ea vox, vel *subsellia*, vel potius *ordi-*
nes, intelligatur. Sed, ut puto, nihil coëgit Senecam magis, quam
alios, ἐδειπνῶς loqui.

Ostium, intellige in *posticum*.

Oves, in *bidentes*, factæ. Ideo *bidens* muliebres. At virile idem, si jun-
gatur cum *verre*. Pomponius apud Nonium : *Mars, tibi voveo factu-*
rum, si unquam redierit, Bidenti verre.

Pars in *antica*, *postica* ; *decima*, *quadragesima*. Ac similiter Græcis, ἐξ
ἰόνος, ἐξ ἰμορείας, puta μοίρας, vel μερίδων, q. d. *ex æqua, ex semissi*, puta
parte. Sed Latini pro eo potius, *ex æquo*, & *ex semisse*, dicunt. Lucianus :

Τὸ ἡμίτοιμον εϛ, supple μέρ ⊕ : *dimidia tui, nempe pars*. Sic, *Pro virili*, *puta parte*. *Primas, secundas, postremas ferre* : nempe *partes*. Terent. Adolph. act. v, sc. iv : *Non posteriores feram*. Quintilianus lib. x, cap. i : *Quamvis ei secundas fere Grammaticorum consensus deserat*. Sic cum dicimus *secundus agere*, eum qui semper assentit, & sequitur. Loquitur sic Seneca lib. iiii de Ira cap. viii. Substantivum expressit Horatius :

Aut minimum partes tractare secundas.

Vide Taubman. ad Asia, act. ii, sc. iv.

Pecunia, cum dicitur, *lex*, vel *crimina*, vel *pœnæ repetundarum* : item *insumulari*, vel *postulari*, vel *reum agi repetundarum* : vel *de repetundis*. Nec raro tamen substantivum adjungitur. Ut apud Ciceronem pro Cluentio : *Teneri lege pecuniariam repetundarum*. Et eadem : *Rationem repetere de pecuniis repetundis*. Item Verr. vi : *Ferre legem de pecuniis repetundis*. Quod etiam est lib. ii de Offic. Ac similiter Calvus apud Quintilianum * : *Non ergo magis pecuniarum repetundarum, quam majestatis ; neque majestatis magis, quam Plautiæ legis*.

* lib. 9
cap. 3.

Pellis, ut *leoninam*, vel *vulpinam*, induere. Sic Græcis, *λεονίη*, *leonina* ; *άλωπεκῆ*, *vulpina* ; *ῥεκλῆ*, *ursina* ; *νεβελς*, *hinnulina* ; *ῥερακίς*, *agnina* : *puta δορά*, *pellis*.

Porcus, in *majalis*. Est enim *χοῖρ ⊕ πομίας †* : ut in Onomastico exponitur.

† porcus ex
scilicet.

Prædium, ut in *suburbanum*, *Tusculanum*, *Pompejanum*, & similibus. Plinius lib. i, epist. iv : *Quantum copiarum in Osticulano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo*.

Pretium, cum dico, *magno emere* : vel, *non parvo stare*.

Puer, vel *puella*, in *infans*, à *parvulo*, & *exoletus*, h. e. qui *olefcere* sive *crefcere* desiit. Quamquam & altera est nominis ratio, de qua alibi †. Sic *pueri* intelligo in *liberi*, & *geminum*.

Raster, vel *rastrus*, (ut antiqui pro *rastrum* dixere, unde plurale *rastri*, & *rastra*) intelligi videtur in *bidens*, *tridens*, *quaridens*. Glossæ Cyrilli : *Δίκερδα*, *rafter*, *rastrum*, *videns*. Vbi *bidens* rescribendum esse, satis liquet.

Ratio, deest in *expensa*, *impensa*, *summa*.

Res ; fortasse in hac formula *, *Savin salvæ* ? Integre est in veteri proverbio, apud Festum : *Salva res est, dum saliat senex*. Nec semel apud Terentium †. Sed malim adverbio, *Savin salvæ* : id est, *integre* : idque ob Donati ‡ auctoritatem, & quia *salvæ* * extra etiam hanc formulam legas.

Reliquæ, intellige in *parietine*. Ut apud Ciceronem lib. xiii, ep. i, ad Memmiam : *Vt nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes*.

Nempe

‡ lib. 3 de
Analogia,
cap. 23.
* Plaut. Trin-
num. sc. ult.
Terent. Eun.
act. 5, sc. 6.
Liv. lib. 1.
10. & 40.
Sallust. apud
Donat. in
Terent. Eun.
Aufon. in
Grat. act.
† Eun. act.
2, sc. 2.
Adel. act.
4, sc. 5.
‡ in Eun.
act. 5, sc. 6.
* Plaut.
Stich. act.
1, sc. 1.
Appul. i
Met.

Nempe à *paries* est *parietinus*, ut ab *aries*, *arietinus*, apud Columellam, Plinium, Capellam, alios : ac oraculum Iovis Ammonis, quia is cum arietinis cornibus fingeretur, *arietinum* propterea dicitur.

Sacra, vel potius *negotia sacra*, in *Bacchanalia*, *Liberalia*, *Compitalia*, *Terminalia*, & similibus.

Securis, in *bipennis*. Ac interdum substantivum exprimitur. Varro Parmenone, apud Nonium : *Ferens ferream humero bipennem securem*. Pro quo similiter *ferrum bipenne* dixit Maro Æn. XI :

— *Ferro sonat alta bipenni*

Fraxinus. —

Vbi sic Servius : *Ad epitheton transtulit nomen proprium. Nam bipennis per se plenum est, & securim significat. Vt **, — *Crebrisque bipennibus instant*. Sed hæc sententia eo refellitur, quòd *hic*, & *hæc bipennis*, & *hoc bipenne*, dicatur à binis pennis, hoc est, pinnis : nempe quia (ut Servius ipse ait in XI Æn.) *ex utrâque parte habeat aciem quasi duas pinnas, quas veteres dicebant pennas*. Vt & refert II Æn. Ergo *securis bipennis*, ut *αἰξίνη δίσημ*, quæ uno verbo *πέλεκυς*, teste Hesychio, & veteri Homeri scholiaste. Priscianus in quinto geminam adfert caussam, cur *bipennis* sit femininum : unam, quia intelligatur *securis* : alteram, quia sit à *penna*. Sed posterior nullius est momenti : cùm à *penna* etiam *pennatus*, *penniger*, & similia, dicantur.

Sermo, vel *rumor*, in *nuncius*, cùm de re dicitur nunciata. At homo, cùm de persona nunciante.

Servius, in *ostriarius*, *vicarius*, *mediastinus*, *atriensis*.

Sinas, in *Puteolanus*, *Tarentinus*.

Sol, in *Oriens*, *Occidens*. Sic, *die crastini*, *die quinti*, *die perendini* ; de quibus Gellius lib. x, cap. xxv. Vbi integrè sit, *solis crastini, quinti &c.*

Solum, ut illo Suetonii in Tiberio : *Indiceque, aut è plano, aut è questoris tribunali, admonerebat. Plano*, puta *solo*. Nam *plani* nomine intelligenda soli planities, ubi populus staret. Sic, *De plano interloqui*, L. I. ff. De constitut. Princip. Et alibi sæpe apud vet. I. C.

Spatium, ut, *medio campi, diei*, & similibus. Sic, *in medio relinquere*, Cic. pro Cælio : *in medium proferre*, II Verr. *de medio tollere*, pro Roscio Amer. Virgil. III Georg.

In medio mihi Cæsar erit.

Stabulum intelligitur in *bubile*, *equile*, *suile*.

Stipendia, vel *æra*, cùm dico, *quadringenta annua*. Sic Iuvenalis sat. VI : *Sunt quæ tortoribus annua præsent.*

Stridor, vel *sonus* in *sibulus*. Nam *sibulus* valet *sibilans* ; unde apud Maronem, *colla †*, &c, *ora sibila †*.

† 3 Georg.
‡ 5 Æn.
‡ 2 Æn.

Stuprum, vel *flagitium*, deest in *incestum*. Nam adjectivum hoc æquè est, ac *castus*, undè conflatur.

Tabellæ deest in *pugillares*, *duplices*, *triplices*, & similibus. At in neutro *pugillaria* dicitur *Catullus*, subaudiendo *schedia*, vel simile.

Taberna subaudiendum in *textrina*, *tonstrina*, *sutrina*, *fabrica*, *medicina*. *Plautus Amph. act. IV, sc. I*: *In medicinis, in tonstrinis, apud omnes ædes sacras*. *Varro lib. VII de L. L.* *Taberna, ubi venit vinum, à vino vinaria, à creta, cretaria, ab unguento unguentaria dicitur ἀναλογικῶν si essent vocabula; ubi caro venit, carnaria; ubi pelles, pellaria; ubi calcei, calcearia, dicuntur: non laniena, pelle-suina, sutrina*. *Charifius lib. I*: *Pistrinum in neutro dicitur: sed Lucilius in XVI, feminino extulit: Media è pistrina: ad tabernam referens*. Sententia est, eo *Lucilium pistrina* dicere in feminino, quia respiciat *taberna*. *Taberna* in *libraria*. *Agellius lib. V, cap. IV*: *Apud Sigillaria forte in libraria ego, & Iulius Paulus Poëta, vir memoriâ nostrâ doctissimus, confederamus*. Similiter *Donatus in Adel. act. IV, sc. II*: *Veteres absoluit dicebant pistrinam, ut sutrinam, & medicinam, ad tabernam referentes*. Ex his satis liquet, *sutrina*, *pistrina*, *textrina*, *medicina*, & similia, naturâ suâ esse adjectiva. Nec ἀναλογία repugnat. Nam ut ab *adulter*, *adulterinus*; à *Macer*, *Macerinus*, & per syncopen *Macrinus*: sic à *pistor*, *textor*, *sutor*; *pistorinus*, *textorinus*, *sutorinus*; & per syncopen, *pistrinus*, *textrinus*, *sutrinus*. Item ut à *vicus*, *vicinus*; à *libertus*, *libertinus*: sic à *medicus*, *medicinus*. Atque hæc etiam firmant, quod dicebam *, ^{cap. 6.} fortasse apud *Plinium* retinendum, *medicinam scientiam*. Nec impedit aliquid, quo minùs adjectivè capiamus apud *Hyginum* illud fab. CLXXIV: *Nequis servus artem medicinam disceret*. Et si vulgo *Appositionem* statuunt.

Tabule in *Duodecim*. *Cicero lib. II de Legg.* *Discebamus pueri Duodecim*. *Festus* quoque: *Vagulatio in L. XII significat questio cum convicio*. Vbi in illâ etiam *Scaligeri* est, *in lege XII Tabb.* Sed *Tabularum* abest ab *schedis MSSis Pomponii Læti*. Nec dubium, quin è *glossemate* irrepserit.

Tempus deest in *istis*, *Ex quo, ex eo, ex illo*. *Virgil. II Æn.*

Ex illo fluxere, ac retro sublapsa referri.

Sic *tertio, quarto, septimo, consule*. *Extremo*, quod integrè, *extremo tempore*, *Nepoti* in *Datame*, & *Eumene*. *Optato* *advenis*, pro *tempore optato*. Item, *brevi senties, sero sapiunt Phryges*. Etiam *mane*, pro *mane tempore*. Nam *ablativus* est ab *inuitato manus*, undè *immanis*. Vt simile sit illi *Græcorum*: *πεωίας ἡμομένων*, supple *ῶρας*. hoc est, *tempore matutino*. Sic, *in continenti occidit*. Atque in his intelligitur auferendi casus. At *genitivus* in isto †, — *Non ignara futuri*.

† 4 Æn.

u u

Accu-

* 2. 4. 6. 2.

Accusativus in hoc Plauti Epidico * :

— *Qui illam, ut primum vidi, nunquam vidi postea.*

Ac Ciceronis ad Licinium lib. v, ep. VIII : *Vi primum forum attingi.* Vbi quoque præpositio *ad* intelligitur, ut apud Græcos in talibus κατὰ. Eoque integre fit, *Ad primum tempus.* Sic, *tertium consul. Postremum ad me venit.* Itidem in illis, *hoc nōstis, id ætatis.* Sed exprimitur *ad in adhuc* : quod integre fit, *ad hoc tempus, vel factum.* Nam veteres *huc, & hoc, dixere.* Etiam in hoc III Georg.

— *Hosti**Ante expectatum positus stat in agmine castris.*Pro, *ante tempus expectatum.*

Itidem in plurali, *antehac, posthac.* Hac enim pro *hæc*, ut in *hæcenus.* Etiam in *postea, & præterea,* vel *tempora,* vel *negotia,* possis intelligere.

Terra, in continens. Quod integre extulit Varro in primo de gente populi Romani : *In terra continens.* Citat Charitius. Similiter in *patria* : ut Græcè *εἰς πατρίδα* †, *εἰς πατρίαν* ‡, puta γῆν *.

Toga, in prætexta : de toga, quæ purpurâ prætexeretur. Integre Livius lib. xxxiv : *Liberi nostri prætextis purpurâ togis utuntur.*

Tribu, in ablativis, quibus proprium nomen urbanæ, rusticæve tribus indicatur. Cicero lib. ii contra Verrem : *C. Verrem Romiliâ.* Vbi sic Asconius : *C. Verrem nomen est proprium. Romiliâ nomen est tribus, ablativi casus, ut sit, ex Romilia.* Subjicit postea, sic alibi dicere Ciceronem : *L. Claudium Palatinâ.* Nempe citra ellipsin fuerit, *Ex tribu Palatinâ.* Idem Cic. Philipp. ix : *Serv. Sulpicius Q. F. Lemoniâ Rufus.* Hoc est, *ex tribu Lemoniâ.* Plufcula ejusmodi jungit Cælius ad Cicer. epist. viii : *Pridie Kal. Oct. in æde Apollinis adfuerunt, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimius T. F. Quirinâ. C. Luccejus C. F. Pup. Hannus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atejus L. F. An. Capito, M. Oppius, M. F. Terentinâ.* Vbi videmus, nomen tribus nunc integre exprimi ; ut *Quirinâ, Terentinâ* : nunc prioribus solum literis ; ut *Pom.* pro *Pompinâ, Pup.* pro *Pupiniâ, An.* pro *Anniensi.* Ac posterior in vet. lapp. prope perpetuum est : ubi legas, *FAL.* pro *FALERINA, MÆC.* pro *MÆCIA, VOL.* pro *VOLTINIA, VET.* pro *VETVRIA* : atque ita in tribubus aliis.

Tunica, in Dalmatica, quia tunica hæc à Dalmatis †. Similiter *chiridota* ‡, puta *tunica, χειρῶδὸς χιτῶν, tunica manuleata,* sive habens *χειρῶδες,* id est, *manicas.* Contrarium *colobus* *, *κωλοῦδος,* nempe *tunica.* Nam *tunica* erat sine manicis : ut Isidorus indicat lib. xix Orig. cap. xxii.

Vada, in brevina, quæ Græcis similiter *βεργία,* à *βεργίος,* vel *βεργίος,* à *βεγ-*

† in patriam.

‡ in hostilem.

* terram.

† Isid. lib.

19, cap. 22.

‡ Capitol. in

Perrin.

* lib. 1, quo

quemque

habitu in ur-

be esse oport-

eat, in Cod.

Theod. nempe

lib. 14, tit.

12.

à βεράχ. Virgil. 1 Æn.

— Tres Eurus ab alio

In brevia, & Syrtes, urget, (miserabile visu)

Illiditque vadis, atque agere cingit arenae.

Vbi Servius: *Brevia vadosa dicitur, per que pedibus possumus vadere.* Sanè sunt *brevia vadosa*. Sed sic generale loca intelligas. At cum *vada* natura sit substantivum, *brevia* adjectivum: non *brevia* in *vadis*, sed *vada* in *brevibus*, animo rectius concipimus.

Vasa, supple in *fœtilia*, *vitrea*, *crystallina*. Itidem in *amentarium*, & *salmum*, puta *vas*.

Ventus deest in *Favonius*, *Subsolanus*, *Africus*. Sic Græcis ἐπιάναι, q. d. *anniversarii*, puta ἀνεμοί, *venti*, *flatus*. Item τροπῆαι, q. d. *reciproci flatus*, è mari in terram revertentes. At τροπῆαι est femininum, quia intelligitur πνοαί. Masculino τροπῆαι, sive τροπῆαι, usus Plinius lib. 11, cap. XLIII. Puta à recto τροπῆαι. Femininum τροπῆαι usurpat Aristoteles lib. 5, problemate 5, & XL. Nempe à recto τροπῆαι, qui apud Plutarchum in Othone.

Verba, in itis, *Paucis te volo*. *Quid opus est multis? Homeri illud.* Vt Græcis, ὀμηρικὸν ἐκείνο, nempe, ἐπ, *verbum*.

Vestis, in *serice*, *Coæ*, *undulatae*, *bombycinæ*, *burrae*. Vt in veteri epigrammate:

Nobilis horribili jungatur purpura burrae.

Nam, ut eximius Salmasius ad Vopiscum optimè notavit, *burrus* nunc valet *rufus*, à πύρρος: nunc *hispidus*, à βεπρός: unde *vestis burra*, quæ villosa, *hispidaque*, & , ut hîc dicitur, *horribilis*. Isidorus in Gloss. *Reburrus*, *hispidus*.

Vestimenta itidem in *galbana*, *pecha*, *rasa*, *scutulata*. Sic Matth. c. XI: Οἱ τὰ μαλακὰ φορέοντες, *mollia gestantes*, nempe ἱμάτια, *vestimenta*, sive ἐνδύματα, *indumenta*. Ioann. cap. XX: Ἀγγέλους ἐν λευκοῖς καθεζομένους. *Angelos candidis amictos*.

Via, in his, *qua*, *hac*, *illac*, *istac*, *ea*, *recta*. Ter. Phorm. * *Postridie ad* * *ad. 1. sc. 2.* *anum recta pergit.* Cicero ad Att. lib. VI, ep. VIII: *Recta venit ad me.* Similiter Græci, ut illo Synesii: Ὡς ἔπερχώρη τῶν ἡ, ἐπέγον ἐπέπλο. *Vi hac non successit, ad aliam se convertit.* Ταύτη, puta ὁδῶ: & ἐπέγον, nempe ὁδόν. Latine *hac via*, & , *aliam viam*. Interdum autem & integre loquuntur scriptores. Cicero orat. 1 in Catilinam: *Si mihi inimico, ut predicat. tuo constare vis invidiam, recta viâ perge in exilium.*

Vinum supple in *mustum*, *merum*, *Falerum*, *Massicum* &c.

Vir, vel *uxor*, in *conjux*, *maritus*, *marita*. Vti *viri*, vel *feminae*, cùm dico, *optimates*, *primates*, *magnates*. Sunt enim natura adjectiva. *Conjux*, ex *conjugis*, σύζυγ. Quemadmodum aperte hoc usus Solinus cap. xxx.

Sic *optimas*, (si rectus ille invenitur) ex *optimatis*. Cyrilli Glossæ: *Αελσοι*, *optimates*.

Virga in *rudis*: ut, *rudem donatus, rudem accipere, vel mereri*.

Viscera in *intestinali*, & *interanea*. Nam et si *viscerum* appellatio latius pateat: præcipuè tamen ea his tributa. Nisi *ilia* malis intelligere, quod proprium magis: quippe ex Græco *ειλεός*. Similiter *de* intelligas in *intestinum*.

Vices, in *aqualis*.

Visura, in *centesima*, *besses*, *semisses*, sive *semissales*, *dextantes*, *quincunces*, & ita in aliis. Sic *tertiam centesimam* ait Paullus L. XVII in fin. D. de usuris. Hoc est, *usura centesimæ*, *εκατοστίαύ τούτων*, ut dicitur Constantin. lib. III Epitom. Tit. VII.

C A P V T V I I

*De substantivis genitivum regentibus. Quam variè genitivus sumant. Res voluptatum, aut cibi; pro voluptatibus, ac cibo. Abietis arbores. Parthorum equites, pro Parthis. Argenti crater, aut talentum. Vir opionis, aut gloriæ. Genitivi vel activè, vel passivè, vel utroque modo, accepti. Vulnus Vlyffis, quod accepit, vel inflixit. Dotis logi, pro dos logorum, & alia, ubi nomen regens, & rectum, casus suos commutat. Ελευσις quinqueplex substantivi regentis genitivum. Acuta belli, inania famæ, ac, quæcumque ejus monetæ, nam *ελευσις* dici. Sophia Septimiar, pluriæque; ubi filia, vel uxor, vel servus, aut simile, intelligitur. Libertatis, pro libertatis causâ, & alia id genus. Ad Apolliniam in Veneris, à Vestæ, ex Apollodori, & his affinis. Genitivus falsò crediti à nomine regi, cum à nomine regamur, quod intelligitur.*

EX multis, quæ de Convenientia occurrebant, exposuimus ea, in quibus etiam ab non indoctis hæreret solet. Ad Regimen casuum nunc accedo. Ac primum de Nomine videndum.

In hoc prius considerabimus substantivum. Cujus regimen vel verum, vel apparens, ac falsò creditum. De vero, tum universè tractandum, tum particulatim de verbalibus.

In vero substantivorum regimine, ut generatim attenditur, princeps est canon de rectione genitivi. Estque hujuscemodi. Omnis genitivus regitur à substantivo vel expresso, vel suppresso. Si exprimitur substantivum, constructio est analogæ, sive regularis. Si supprimatur, est anomala, sive irregularis.

Genitivus, quem regi diximus, variè significat. Interdum enim, quod est essentiale, notat: ut genus, aut speciem; materiam, aut formam;

mam ; totum materiale, vel partem. Interdum designat, quod non est de *είδη* * ; attamen essentia est conjunctum : ut si subiectum sit, vel affectio inhærens, vel causa efficiens, aut finalis. Interdum est res disjuncta, ut objectum, vel relatam, vel aliud ejusmodi. Hæc exemplis illustrabimus. Ac primum, quibus essentiale aliquid denotatur : ut inter alia sunt species, materia, totum, ut vocant, quantitativum, & pars materialis.

Species significatur isto Plauti Amphitryone act. II, sc. I :

Sæc in parva res est voluptatum in usâ,

Atque in etate agundâ,

Præ quam quod molestum est.

Sententia est, parum esse homini voluptatum, si cum molestiis conferas. *Res* igitur *voluptatum*, pro *ipsis voluptatibus*. Genitivus speciem signat ; quia *res* sub se voluptatem omnem comprehendit. Similiter Phædrus fab. LXV :

Hæc cum tentaret, si qua res esset cibi,

Limam momordit.

Hoc est, *si quis foret cibus*. Planèque hoc loquendi genus petitum à Græcis : apud quos Aristophanes similiter, principio Nubium, *ἡ νύκτα τῶν νυκτίων*, q. d. *res noctium*, pro *ipsis noctibus*, posuit. Ac pluribus id firmarem exemplis, nisi abunde ab aliis præstitum scirem.

Huc etiam refer, quæ alioqui per Appositionem eodem casu efferruntur. Ut apud Ciceronem, *oppidum Antiochiæ*, & *arbor fici*, pro, *oppidum Antiochia*, & *arbor ficus* : de quibus antè † dictum. Ac Livius simi- † cap. 2.
liter : *Lucus frequenti silvâ*, & *proceris abietis arboribus septus*. Pro, *abietibus arboribus* : sive, *arboribus quæ abietes sunt*. Adduximus quoque antea † † ibid.
ex Propertio, *Medorum hostes*, pro, *hæstibus Medis*. Cui geminum hoc ejusdem Poætæ lib. II, el. x :

Itam negat Euphrates equitem post terga tueri

Parthorum.

Nam *eques* pro *equitibus*. *Equitas* autem *Parthorum*, pro, *equitibus Parthis*, sive, equestri exercitu Parthico. Est & Lucani lib. IX :

Quam juxta Lethes tacitus prælabitur annis.

Lethe annis, pro *Lethe annis*.

Materia significatur illo Plauti Pseudolo act. I, sc. III :

Nimis miser sum ; numquam nusquam reperire argenti queo.

Ac Persius similiter, sat. II, *crateras argenti*. Imò & Maro v Æn.

— *Argenti, antique talenta.*

Simile etiam, *acervus lapidum*.

Totum integrale significat, cum dicimus, *Cornua boum, jecur asferis*,

vertex montis, conclave adium. Etiam in affectionibus : ut hoc Publii Syri : *Pars beneficii est, quod petitur, si cito neget.*

Pars exprimitur hoc pacto : Vix magni nasi : herba exigua radicit. Et hæc omnia essentiam respiciunt. De conjunctis videamus.

Subjectum notat genitivus in his, *Facundia Ulyssis : officium, vel munus, pastoris, aut regis.* Sic *felicitas rerum, benevolentia hominum, vulnus capitis, incommodam militis.* Cæsar lib. 11 de bello Civili : *Felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, & res adverse odia conciliant.* Ibidem : *At non uti corporis vulnera, ita exercitus incommoda sunt regenda, ut spem adversarius aug. umus.*

Adj. n. tum receptum, sive inhærens significatur in illis : *Puer optime indolis, boni ingenii, egregiæ formæ, eximie spei. Vix moris antiqui, excessi animi, summæ prudentiæ, magnæ auctoritatis.* Item, *homo proceræ stature, magnæ audaciæ, nullius fidei.* Cicero lib. 11, epist. ult. *Non multo cibi hospitium accipies, sed multo joci.* Hoc est, *facetum magis, quam voracem.* Sine adjectivo rarius reperias. Oratione tamen declamatoris antiqui, Ciceronis nomine in Sallustium editâ ; legas : *Velim mihi respondeat, numquid ii, quos protulit, ante fuerint, aut opinioris, aut gloriæ, quam eos res gestæ suæ, & vita innocentissime acta commendavit.*

Causam efficientem explicant, *Ilias Homeri, oratio Demosthenis, Venus Praxitelis, opus virtutis, vel artis.*

Causæ finalis est, *apparatus triumphi* ; quia triumphus gratiâ fit apparatus. *Potio soporis*, quia præbetur, ut quis soporetur. Vbi etiam notatur effectum. Nam *sopor finis* est, quatenus animo proponitur : effectus, ubi consecuti sumus, quod nobis proposuimus.

Hæc de conjunctis. Sequuntur disjuncta, sive externa : ut sunt *objectum, correlatum, possessor, circumstantia loci, & temporis, quodve in tempore est, aut loco.*

Objecti genitivus est, *deliberatio studiorum*, quæ de studiis suscipitur : *cogitatio belli*, quæ circa bellum versatur.

Correlati, ut *mater Socratis, pupillus Periclis, auditor Aristotelis, inimicus Clodii, servus Pompeji.* Hujus etiam loci sunt, *canicium canicorum, rex regum, ars artium.* Nam excellentiam significant, ac quasi principatum : quæ sunt ἐν τῶν ἀρχῶν.

Possessorem indicant, *pecus Admeti, domus Crassi, horti Sallustii, codex fratris.*

Tempus verò, spatium horæ, iter bidui.

Quod in tempore est, tempus belli, vel induciarum. Hora cœne, vel somni.

Locum, sive continens, incolæ hujus urbis, vinum majoris cadi.

Locum,

Locatum, seu contentum, *cadus* vel *amphora vini*, *sinum lactis*, *aula*, sive *olla auri*.

In hujusmodi structurâ, quando actio vel passio significatur, gignendi casus nunc activè solùm accipitur, nunc solùm passivè, nunc utroque modo. Activè solùm, ut *Providentia Dei*, hoc est, qua providet rebus omnibus; *regnum Dei*, hoc est, quo ipse nos verbo & spiritu regit. Passivè solùm, ut *timor Dei*; hoc est, quo timetur; *cultus Dei*, hoc est, quo colitur. Nec enim natura Dei finit, ut aliter illa sumantur. Vtroque autem modo accipi possunt, *amor*, vel *odium Dei*, hoc est, quo amat suos, odit improbos; vel quo pii amant Deum, impii eundem odio prosequuntur. Sic, *metus Pompeji*, quo metuit, vel quo metuitur; quomodo Sallustio *metus Punicus*, (pro quo *Pœnorum* quoque dici potuit) is vocatur, quo Pœni metuunt, vel metuuntur. Ac ne putemus, id solùm habere locum in affectibus: similiter vocatur *vulnus alicujus*, quod ipse dedit, vel quod accepit: ut apud Maronem *Æn. II*:

— *Pelias & vulnere tardus Vlyssi.*

Hoc est, quod Vlysses Pelæ infixerat. Vide Gellium lib. IX, cap. XII.

Scitè autem scriptores classici nomen regens casu recti, & rectum regentis casu efferunt. Plautus *Perf. act. III, sc. I*:

Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi.

Logi dotis, pro, *Dos logorum*. Quod imitatus Appulejus in *Apologia* ait: *Trecenis millibus dotis fuit contenta*. Pro, *dote trecenorum millium numerorum*. Idem Plautus *Pœnulo*: *Trecenos nummos præsidii*, pro *præsidium trecenorum numerorum*. Nec refugit Cæsar lib. I de bello Gall. *Sex dies ad eam rem consiciendam spatii postulant*. Pro, *spatium sex dierum*. Aliæque hujusmodi.

Abunde de iis vidimus, ubi substantivum regens exprimitur. Venio ad ea, ubi reticetur. Quod quinque imprimis modis fit. Primum cum adjectivum poni dicitur substantivè. Vbi substantivum, *negotium*, *ἔργον*, vel aliud specialius, intelligi, satis antea ostendimus. Fit hoc numero vel singulari, vel pluralivo. Singulari, ut apud Livium, *ultimum dimicationis, ultimum seditionis*. Vbi genitivus regitur à substantivo *tempus*, quod supprimitur. Pluralivo, ut apud Maronem *, *telluris operata*; * *6 Æn.* apud Horatium †, *amara curarum*; item †, *acuta belli*, pro strategematis. Quæ quomodo supplenda sint, nihil attinet repetere. Hoc loquendi genus mirè amant Lucretius, Tacitus, Appulejus. Singularium unum apponam locum. Lucretius lib. I:

*Nubibus ut tenebras faciat, cælique serena
Concutiat sonitu.*

Tacitus lib. II *Annal.* *Neque suspiciones imbecilles, aut inania fame
periti-*

perirescenda. Appul. lib. I Met. Postquam ardua montium, & labrica vallium, & rosida cespitem, & glebosa camporum emens.

Alter modus est, cum reticetur nomen relativum : ut *filius, uxor, peltex. Cicero lib. IX, epist. X : Cum Sophia Septimie. puta filia. Ac similiter Maro VI Æn. Deiphobe Glauci. At idem III Æn. Hectoris Andromache. puta, quondam uxor. Item Tacitus in IV Annal. Per Apicatam Seiani proditus. Nempe uxorem. Quomodo & Plinius lib. XXVIII, cap. XII : Poppæa hoc Neronis principis instituit. Pro quo integrè lib. XXXIII, cap. XI : Poppæa conjux Neronis principis. Quod autem Servius ait, hoc loquendi genus tantummodo obtinere in parentibus, & maritis, id perpetuum non est. Nam Plauti est Curcul. act. II, sc. I : Estne hic Palmyrus Phædromi ? Nimirum, servus. Ac similiter Terent. act. II, sc. II : Fortè hujus (Charini) video Byrrham.*

Tertius modus est, cum reticetur ablativus, *causâ, vel ratione* : ut Græcis *ἐνεκα*, vel *χάριν*. Plautus Rudente act. V, sc. III :

Insuperandis rei servandæ, non perdendæ, conditum est.

Cicero lib. II de Oratore : *Cum ille se custodiæ diceret in castris remansisse. Apertiusque non uno loco Sallustius. Sic enim is loqui amat. Ut in Catilin. Post ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis, atque augendæ Reip. fuerat. Idem in Jugurth. Quæ postea gloriosa modò, nec belli patranda, cognovit. Scio, copiam in vulgatis apponi. Sed non agnovit Priscianus, ut liquet ex XIX. Idem Sall. lib. I Histor. tum orat. L. Philippi, tum illâ M. Æmilii : Omnia revincendæ dominationis honesta estimat. Livii quoque est : Ea prodendi imperii Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse. Item Taciti lib. IV Annal. Magis usurpandi juris, quam quia unius culpa foret. Vbi falsi, qui causâ inferciunt. Rectè etiam in Pandectis Florentinis sic Ulpiani verba leguntur : Siquis evitandi criminis id egit, ut Reip. causâ abesset. Sed plurimis scriptorum locis causâ, aut simile, inculcarunt nobis librarii. Quod Andreas Scottus * etiam factum arbitratur istoc Sallustii Jugurth. Præterea iere sagittarii, & cohortors reliqua cum velitaribus armis, inimeris properandi causâ.*

Quartus modus est, quando genitivus additur præpositioni locali. Ut cum A D jungitur genitivo, intellecto accusativo *ædem*. Hujusmodi sunt, *ad Iovis, Apollinis, Opis, Vestæ, Dianæ, &c.* Cicero ad Att. lib. VI, ep. II : *Eâ statuâ, quæ ad Opis apertè posita in excelso est. Pro Cluentio : Sicut in statuâ inascratis, quas ad Internæ posuit. Itidem pro Mil. Ad Castoris. Philipp. II : Ad Opis. Cælius ad Cic. † Ad Apollinis. Livius lib. I, Ad Murcia : item, Ad Iovis Statoris. Et trecenta id genus. Similiter, cum præpositione IN, Plautus Pœn. act. I, sc. II, in Veneris dixit. Vbi ædem addidere : sed contra vet. libb. fidem.*

* Observa-
tionum Hu-
manarum
lib. 3. c. 13.

† 66.8. ep. 4

fidem. Idem fit, cum genitivus jungitur præpositioni A, intellecto *æde*. Cicero lib. XIV, ep. II: *Ad me P. Valerius, homo officiosus, scripsit, quemadmodum à Vestæ ad tabulam Valeriam ductus esses.* Nec putandum, solum id fieri intelligendo *ædem*, vel *æde*. Nam familia, per Varronis, puta *fundum*. Ex vicinis, nempe agro. Imò & Tullii est, Ex Apollodori puta *Chronicis*. Vlpiani autem, Ex *feminini sexus descendentes*. Videlicet *stirpe*.

Quintus modus est, cum genitivus additur verbo, qui non à verbo regatur, sed nomine substantivo. Ut, *est regis, vel pastoris*. Nempe *munus, officium, opus, negotium*. *Estimare litis*, scilicet *causâ*, apud Cælium ad Cic. ep. VIII. Et si Manutius antiquè *litis*, pro *litibus*, scribi putet. *Absesse bidui*, puta *irremere*, apud Cic. ad Att. & Cæs. lib. VI de bello Gall. *Accusare furti*; scilicet crimine. *Est Romæ*, pro, *in oppido Romæ*. Aliaque id genus, ut in Verbo dicitur.

Est denique ubi reticetur genitivus rectus, ut in mensuræ vocabulis. Livius lib. XLIII: *Tritici decies centum millia, & hordei quingenta, indicantes se ad mare deventâ habere.*

C A P V T V I I I.

Verbalia regunt casum verbi sui. Domuitio, vel domum itio. *Supina non esse verba, sed nomina quartæ declinationis: eoque aliorum instar verbalium regere casum verbi sui.* At, præter verbalia, nullum substantivum regere alium casum, quam genitivum. Eoque ablativum causæ, instrumentis, & modis, proprie non regi à nomine; sed præpositione per ellipsin præteritâ. Eam præpositionem quandoque exprimit. *Fas, & nefas, naturâ suâ videri adjectiva.* Unde ea dicantur: item res unde veniat. *Ab Alvaro recessum.* Opus nec adjectivum est, nec necesse notat. Opus impensæ, opus lectionis. *De Fabii loco quæsitum.* Opus, & necesse, ut differant. Hæc res est opus: sed, hanc rem esse opus. *Prioris simile, Opus est loqui: posterioris, Opus esse loqui.* Ab nomine usus, hoc est usio, dici, Vsus est vires, & viribus.

Vidimus, quibus modis substantivum unum alteri jungatur in casu patrio. Sunt verò substantiva quædam, quæ diversam sequantur structuram. Ut verbalia, quæ interdum adsciscunt casum verbi sui. Cicero in Topicis: *Abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio.* Ut, *tradere alteri* dicimus: ita hic vides, *traditio alteri*. Idem lib. I de Divinat. *Rhodiiorum classi propinquum reditum ac domum itionem* * dari. Nisi *domitionem* placet; quo Nonius usum docet Pacuvium, ac Lucilium. Imò apud Cornificium quoque in IV ad Herenn. versus ille adducitur:

* Ita Rob. Stephanus, eumque Manutius & Nizolius secuti.

Iam dominationem reges Atridae parant.

Et apud Appulejum id vocis habes Met. lib. III, IV, X. Sed utcunq̄ id est, *dominatio* saltem prius fuerit *domum itio*. Similiter Afconius sPedianus in II contra Verrem: *Duae res consequerantur damnationem: altera redditio iis, ad quos pertinebat (in quo vel simpli, vel dupli, vel quadrupli ratio ducebat: n) altera exilii. Ut reddo ei, sic redditio ei.* Nec Cæsar hoc loquendi genus ignorat. Ejus est lib. I belli Gallici de Helvetiis: *Reliqua privata adificia incendunt, frumentum omne, præterquam, quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent.* Imprimis autem Plauto in deliciis est: *cujus sunt, hanc aditio, & noſſio, ac tactio nos, & similia.* Vide, quæ ex eo, & aliis, adduximus lib. III de Analogia cap. IX. Ac fortasse etiam hujus erit loci illud Mil. Glor. act. II, sc. II:

Curte in obsidium perducellis, nostris præsidium para.

Nam *perduellium* dicendum erat. Sed videtur *perduelles* posuisse, quia dicimus, *obsidere perduelles*. Aut assentiendum Camerario, qui pro *curte* legit *coge*; idque assentiente Lambino; sed dissentientibus Lipsio, & Douzâ, qui *curte* approbant. Vel, quo nihil puto simplicius, *perduellis* singulo numero posuerit, pro *perduellium*. Quasi dixisset, *in obsidium hostis, sive populi hostilis*. Adducunt quoque ex eadem comœdiâ act. III, sc. I:

— *Neque ego unquam oblocutor sum alteri in convivio.*

Vbi *oblocutor alteri* videtur esse, ut *obloqui alteri*. Sed dicere possumus, simile esse ac *hostis, vel inimicus alteri*.

Ad verbalia substantiva etiam pertinent supina. Sunt enim nomina quartæ declinationis: quorum alia omnes, vel penè omnes casus habent; alia solum accusativum, & ablativum, vel præterea etiam nominativum. *Supina* autem à Grammaticis tum dicuntur, cum in accusativo junguntur verbis motum ad locum, vel apertè, vel occultis, significantibus: vel cum in ablativo adduntur nominibus adjectivis, aut verbis. Itaque, etsi naturâ suâ alios etiam casus habent: tamen vulgò iis casibus non habentur pro supinis. Ita supinum iis non est Taciti hoc in III Annal. *Non sine irrisu audientium*. Multòque minus Plinii * illud, *Irrisui esse*. At supina iis censentur, *venit irrisum*; &, *ignis irrisu*. Totâ autem hac de re sententiam nostram exposuimus lib. III de Analogia cap. XI. Vbi illud quoque monebamus, supina in VM verbis jungi *in irrisu*. Sic *venit irrisum*, valet, *ob*, vel, *propter irrisum*, sive *irrisorem*. Et Plautinum hoc †, *Conductus coctum*: idem notat ac si dicas, *ad coctum*, sive, ut Plinius ‡ loquitur, *ad coctionem faciendam*. Et quid aliud, *Grex ut pastum*, quàm *ad pastum*? Quomodo

Varro

* lib. 22.
cap. 5.

† Aulul.
act. 3, sc. 3.
‡ lib. 29.
cap. 9.

Varro in III de R. R. cap. XVI ait : *Non omnis tempestas apes ad pastum prodire longius patitur.*

Nihil igitur mirum, si, ut verbalia in *io*, aliâque nonnulla : sic etiam supina in VM, casum regant verbi sui. Ut cum dicitur, *spectatum ludos*. Nam similiter Plautus diceret, *Quid tibi ludos spectatio est?* Nempe ut in Amphitryone * ait : *Quid tibi hanc curatio est rem?* Cui simile fuerit, si in supino dicas : *Quid venisti curatum hanc rem?* * ad. 1.
sc. 3.

Hæc de vero regimine substantivi. Nunc expendamus, quid statueri conveniat de eo, quod tradunt, substantiva regere ablativum, qui partem significet. Ut cum Terentius † ait : *Virginem sparsa ore, adunco naso.* Aut Virgilius ‡ :

Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphæ.

Item *, *Victorem Buten immani corpore.*

Et Plinius lib. VII, cap. II, de Choromandis : *Gentem hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.*

Adhæc si signetur caussa, modus, adjunctum, vel circumstantia. Terent Andriâ † : *Mulier egregiâ formâ, acque ætate integrâ.* Item Adelph. ‡ *Homo antiquâ virtute, ac fide.* Livius lib. XXXVI : *Mulier magno natu.* Quod ipsum etiam fit sine adjectivo. Terent. Adelphis act. I, sc. II :

Naturâ tu illi pater es, consiliis ego.

Cæsar lib. III de bello Civili : *Ibi casu rex erat Ptolemæus, puer ætate.* Hirtius de bello Alex. *Eunuchus, nomine Photinus.*

Sed, extra verbalia, nullum substantivum regit alium casum, quàm genitivum. In iis verò omnibus, ubi ablativus apponitur, non est præpositio desideratur. *Virgo adunco naso*, integrè fuisset, *cum adunco naso*. *Gens dentibus caninis*, pro, *cum dentibus*. *Mulier ætate integrâ*, pro, *in ætate integrâ*. *Eunuchus, nomine Photinus*, pro, *ex nomine*. Hæc ita esse, partim eo evincitur, quod in idiotismo Belgicæ linguæ, & aliarum, hæc præpositiones addantur : partim quòd Latini ipsi quandoque præverbium expriment. Sanè Terentii esse dicebamus, *homo antiquâ virtute ac fide*. At Plautus ait Trinummo act. IV, sc. IV :

Qualine amico mea commendavi bona?

C A L. *Probo, & fideli, & fido, & cum magnâ fide.*

Sic Cicero lib. I ad Att. ep. X : *Consul ipse parvo animo, & pravo, facie magis, quam facietis, ridiculus.* Cui contrarium, *vir pulcro magnoque animo*. At Ennii est :

Optima cum pulcris animis Romana juvenus.

Ac Terentii quoque Phorm. act. III, sc. I :

Enimvero, Antipho, multis locis cum istoc animo es vituperandus.

Vbi Donatus, *Cum istoc animo, pro huius animi.* Quod idem ac, *hoc*

animo. Nam dicitur, *vir hujus animi*, &c, *hoc animo* : pro quo Terentius citra ellipsin, *cum hoc animo*. Subjungit deinde Donatus Ennii locum, quem antea adduximus. Itidem pro illo, *Nomine Maccorogus*, integrè, *ex nomine*, habes apud Plautum Stichò, act. II, sc. I :

Nunc Maccorogus nomine ex vero vocor.

Atque hæc planiora erunt ex iis, quæ mox in adjectivis, posteaque in Verbo de ablativis causæ, vel modi, dicemus.

Quatuor præterea substantiva regere ajunt ablativum; *fas, nefas, opus, usus*. Ut apud Ciceronem lib. V Tuscul. Qu. *Sed hoc fas est dictu*. Et Ovidio III Fast. *Ecce nefas visu*. Item Terent. Andr. act. I, sc. I :

Nihil istac opus est arte.

Et ejusmodi pervulgata. De voce *usus* arguere ajunt Plautum Añ. act. I, sc. I :

Viginti jam usu 'st filio argenti minis.

Et Persâ act. II, sc. Paratum jam :

Non usus factu est mihi nunc huic intro sequi.

Ac ne solos ita Comicos locutos putemus, etiam Maronis est in VIII :

Arma acri facienda vivo; nunc viribus usus,

Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistrâ.

Sed nihil hæc, similiæque, vulgarem sententiam juvant. Nam ut prius de *fas*, &c *nefas*, dicam, ea origine suâ sunt adjectiva. Vti enim dixerit *singularis*, &c *singularius*; ita, ut cenfeo, à *fari* fuit *farius*, &c *farius*. Ex *farius* contractum *fas*; ex *nefarius*, *nefas*. A *farius* autem est *nefarius*. *Fas* igitur idem ac *sandum*, vel *fari dignum*. *Nefas*, *nefarium*, *nefandum*, indignum fari, sive dici, magisque indignum fieri. Nam dici, &c fieri, quodammodo sunt ἀνὴσπέφοντα* : unde & *res* ex *resis*, ῥῆσις, ab ῥῆω, id est, *dico*. Et Hebræis דַּבַּר, *dabar*, & *verbum*, & *rem*, notat. *Fas* igitur, quod dicere, vel facere liceat. Nempe ὁσιον ἢ δίκαιον : sive, ut in vet. glossis exponitur, ἁγαθόν : *nefas*, ἀθέμιτον. Unde & Servius in I Georg. ea interpretatur *licitum*, &c *illicitum*. Quare *fas*, &c *nefas dictu*, similia sunt, ac *licitum*, aut *illicitum*; *honestum*, aut *turpe dictu*. Ut ea ad substantivorum structuram minimè pertineant. Accedit, quod non est sermo is proprius ac naturalis. Dicuntur enim hæc ἰδιωματῶν : quia intelligitur præpositio IN : ut planius fiet ex iis, quæ postea trademus de ablativis sociatis nomini adjectivo.

Accedo ad *opus* : quod, quando adjectivum est, ablativum regere, etiam à doctissimo Alvaro traditum est. Atqui *opus* non magis est adjectivum, quàm *usus* quartæ declinationis; quod non minus ablativo jungitur. Verùm, inquiunt, *opus* valet *neesse*, sive *necessum*, quæ adjectiva sunt. Veteres enim dixerunt, hic & hæc *necessis*; unde neutrum, hoc

* reciproca.

hoc *neceſſe* : item, hic, & hoc *neceſſus* ; unde hoc *neceſſum* ; quod idem ac *neceſſarium*. Equidem fatemur, *neceſſe*, & *neceſſum*, eſſe adjectiva. Sed etſi *opus μετὰληπτικῶς* poſſis exponere *neceſſe* : ſi tamen vocis naturam ſpectemus ; non *neceſſe*, verum *operam*, vel *negotium*, notat. Vnde & adjectivo jungitur. Vt apud Horat. lib. I, od. VII :

*Sunt quibus unum opus eſt, imæ læ Palladis arcem
Carmine perpetuo celebrare.*

Item, aliorum more ſubſtantivorum, genitivum regit. Quod etſi veriſſimum, malè tamen aliqui firmatum eunt illo Ciceronis lib. II de Divinat. *Si mures corroſerim aliquid, quorum eſt opus*. Vbi integrè locus habet, *quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus*. Atque hic itidem adjectivum videmus addi. Magis firmum validumque hoc Cn. Planccii ad Coſs. Præt. &c. lib. X, epist. VIII : *Sed aliquantum nobis temporis, & magni laboris, & multæ impenſæ opus fuit ; ut, quæ Reip. boniſque omnibus polliceremur, exitu præſtaremus*. Nam temporis quidem ab *aliquantum* pendet : verum *laboris*, & *impenſæ*, aliunde reguntur ; cum Latine non dicatur, *aliquantum magni laboris*, aut *aliquantum magnæ impenſæ*. Ac fortæſſe etiam ſimiliter Quintilianus lib. XII, cap. III : *Sed etiam ſi noſſe, quid quiſque ſenſerit, voler, lectionis opus eſt*. Scio, *lectione* maluiſſe Vallam, & Aſcenſium : atque ita editum non ab Aſcenſio modò, ſed etiam Rob. Stephano. Verum credibilius eſt, ſciolum aliquem ex *lectionis* feciſſe *lectione*, quàm ut pervulgatum ſermonis genus in inſolens mutârit. Sanè *lectionis* editum ab Aldo, Vaſcoſano, Gryphio : & ſimiliter MSus noſter membranaceus, bonæ notæ : qui olim fuit magni illius, Ioachimi Camerarii, Germaniæ ſuz Phœnicis ; nobiſque ex avità paternaque ſua bibliothecâ donatus ab nobiliſſimo, & doctrinâ pariter ac prudentiâ ſummo viro, Ludovico Camerario, Lud. F. Ioach. N. Sereniſſimi Suecorum regis apud Fœderatos Belgicæ Ordines Legato. Porro *lectionis opus* dixerit Fabius, ut Plancus, *Opus multæ impenſæ*. Et ſanè, ſi non anticipatâ opinione, verum proprietate vocis, rem æſtimemus : ſimile fuerit, ac Maronis illud in VI, *Hoc virtutis opus* : vel illud Naſonis in II de Arte : *Hic erit artis opus*. Græcis ea ſint, *ἔργον πολλῆς δαπάνης, δαίτης, τέχνης*. Atque ex his cauſſam videre licuit, cur *opus* genitivum regat.

Ab eâdem cauſſâ eſt, quòd crebrò fungatur munere nominativi conſequentis, ſive, ut vulgò ineptè dicunt, à tergo recti. Ita Plautus Aulul. ſc. Prælagibat : *Siquid opus eſt, impera*. Idem Curcul. act. XI, ſc. II :

*Palinure, quid ſtas ? quin depromuntur mihi,
Quæ opus ſunt ?*

Terent. Heaut. act. IV, ſc. VII :

Es illum ajunt velle uxorem, ut, cum desponderim, Des, qui aurum ac vestem, atque alia, quæ opus sient, comparet.

Et Phorm. act. III, sc. III :

Quantum est tibi opus argenti? eloquere. —

Cicero lib. II, epist. VI ad Famil. *Dux nobis, & auctor opus est, & eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam, & quasi gubernator.* Idem act. I in Verrem : *Quis, dum hic, quæ opus essent, compararent, causam interea ante eum diceret? Seneca epist. xcv, citat illa Catonis : Ernas, non quod opus est, sed quod necesse est.* Item : *Quod non opus est, asse carum est.* Vbi necesse dicitur, quo carere non possis : *opus* autem, quod usui quidem, sed tamen necessarium non est. Quomodo & distinxit Cicero in extremo longæ illius epistolæ ad Lentulum libro I : *Legem curiatam consuli ferri opus esse; necesse non esse.* Porro ex his apparet, rectè dici, *Hæc res mihi opus est* : hoc est, res hæc opera mea est, sive, hæc in re operam pono.

Nec tantum in casu nominativo convenit cum nominativo antecedente; sed etiam est casus accusativi præcedente accusativo : quasi dicam, *hanc rem esse operam*, hoc est, in hæc re operam poni. Nam quia rectè dicitur, *nummi sunt mihi opus*; ideo nec Cicero dubitavit dicere lib. VI ad Att. epist. ult. *Dices, nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi.* Et lib. XV, epist. XX : *Equidem video, mihi quoque opus esse viaticum.* Et ad famil. lib. VII, epist. XXXII : *Sulpicii tibi operam intelligo ex tuis literis multum opus fuisse.* Item in melioribus codd. legitur apud Iustinum lib. XI, quo loco nodi Gordii fabulam exponit : *Oracula responderunt, regem discordiis opus esse.* Pro, rege in istis discordiis esse opus. Dixerint aliqui, his in locis accusativum regi ab *opus* : ac similiter Plautum dicere Truculento * : *Puero opus est cibum.* Sed Lambinus hic *cibus* malebat. Mihi, propter MSSorum, & editorum auctoritatem, *cibum* placet retinere. Sed suspicor, *cibum* esse nominativum antiquum pro *cibus*. Quomodo dixere, *baculus, baculum; barbitus, barbitum; firmus, firmum*; aliaque id genus, adducta nobis lib. I de Analogia cap. XXXVI. Atque, ut *δεχαινά*; † regeret accusativum; nunquam tamen sic locuti essent Cicero, vel Iustinus. Quod verò in allatis eorum locis accusativum videmus; id non fit, quoniam eum casum regat : imò neque propterea, quòd adjectiva cum substantivis debeant consentire (quam Alvares rationem adfert) sed quia verbum substantivum aut utrumque nominativum habet, aut utrumque accusativum : quomodo dicimus, *ira furor est*; & in accusativo, *iram esse furorem*.

Pro nominativo hujusmodi, vel etiam accusativo, interdum est infinitivus. Ut cum Cicero ait lib. VII ad Att. ep. VIII : *Quid opus est de Dionysio iam valde affirmare?* Et in hoc Terentii And. †

* act. 5.
sc. ult.

† antiquum more.

† act. 1.
sc. 5.

*Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa, ad-
versum hunc loqui.*

Vbi infinitivus nominativi loco est. Accusativi verò vicem supplebit, si dixeris: *Negat fuisse opus affirmare.* Item, *Puto, peropus esse loqui.*

Ex hisce omnibus colligimus, *opus* planè esse substantivum; nec quicquam compellere, ut pro *neceſſe* unquam poni dicamus. Ac tum quoque, cum ablativo jungi videtur; exponi posse per *opera*, vel *labor*. Exempli causà, *Opus est arte, vel libris*; valet, *opera, sive labor, aut negotium est arte, vel libris.* Quod ἐν τῷ ἔργῳ est, pro, *in arte, in libris.* Quasi dicas, *opera, & occupatio omnis est in arte, in libris.*

Quodque de *opus* diximus, idem fortasse in *Vsus* locum habet. Nam quid impedit, quo minus Plautinum istud, *Vsus filio xx minis argenti*; exponas, *Labor & opera* requiritur, ut acquirantur xx minæ argenti. Sic Maronis illud, *Viribus usus*; valet, *Nunc labor & opera omnis in viribus comparandis.*

Sed de voce *usus* nolo pertendere. Nec mihi obstitit, quòd antea negabam, extra verbalia ullum à substantivo casum regi, præterquam genitivum. Nam & *usus* verbale est ab *utor*. Diciturque *usus, & usio; abusus, & abusio*; ut *itus, & itio; reditus, & reditio.* Quemadmodum igitur legas, *reditio domo, & reditio domum*; uti, *redire domo, & domum*; sic quia dicimus *utor viribus, vel vires*; rectum quoque erit *usus viribus, vel vires.* De ablativo res satis est aperta. De accusativo nobis fidem fecerit hoc Plauti Pseudolo*:

Ad eam rem usus est hominem astutum, doctum, scitum, & callidum.

* Ab. §. 36.
Pseudolo
non audi.

Nam, qui *usus* hic participium esse credat, næ eum planè fugiat ratio.

C A P V T I X.

Adjectiva verbalia casum etiam regunt verbi sui: sæpe illa in bundus, raro alia. Medentes, pro medici. Studentes. Participia in NS nomina sæpe fieri, semper autem, si genitivum regant.

TRanſeo ad adjectiva: ubi primùm de iis videbimus, quæ verè casum regunt; deinde, quæ regere existimantur.

Verbalia adjectiva regunt quandoque casum Verbi sui. Plautus Mil. act. III, sc. I:

Qui nisi adulterio studiosus, rei nullæ aliæ est improbus.

Quamquam alii ablativum esse malint, simileque illi Enniano:

— *Studiosum robore belli.*

Quod integrè sit, *in robore belli*: hoc est, cujus studia versarentur in iis,

iis, quæ ad belli robur pertinerent. Similiter igitur, *studiosus adulterio*, ponatur, pro *in adulterio*. Sed magis fit verisimile, ut *studere adulterio* dicitur, ita dixisse *studiosus adulterio*. Nec aliter Iustinus lib. IX: *Rex armorum, quam convivorum apparatus studiosior*. Sed quicquid de eo, nihil sanè aptius Ovidii illo I Met.

Cumque sit ignis aquæ pugnax.

* 4 Æn.

Aquæ pugnax ait, ut Virgilius *:

— *Placidone etiam pugnabis amori?*

Interim agnoscimus, raram esse huiusmodi structuram; præterquam in verbalibus, quæ exeunt in *bundus*. Hæc enim crebrò regunt verbi sui casum. Vt, *populabundus agros*. *Vitabundus hostium castra*. Nempe ad modum, quo dicimus, *agros populari, castra vitare*.

Ad verbalia etiam pertinent adjectiva in NS, eorumque comparativi & superlativi. Hæc regunt genitivum. Vt, *abstinens vini, solens injuriæ*. Ovid. †

† I Met. fab. 10.

Non illo melior quisquam, nec amantior æqui

Vir fuit, aut illa metuentior † ulla Deorum.

Virgil. II Æn.

— *Iustissimus unus*

Qui fuit in Tencriis, & servantissimus æqui.

Sic, *patiens, patientior, patientissimus, inedia, algeris, vigilia*.

Nec dubitandum, quin huiusmodi in NS ex participiis vera fiant nomina. Vti in illo Lucretii lib. I, & IV:

Sed veluti pueris abstinentia tetra medentes

Cum dare conantur.

Vbi clarè *medentes* ait, pro *medici*. Quemadmodum & Ovidius xv Metam.

— *Nihil artes posse medentium.*

Cujus generis multa possunt adferri. Nec sanè aliunde est, quòd *studemes* vulgò audias, pro *studiosis*, sive *scholasticis*. Et ita jam olim Isidorus in Glossis: *Pappas, pædagogus, qui sequitur studemes*. Planèque hic fermo à Græcis profectus. Qui è *ειδω*; dicunt, pro *ειδήμων*; οἱ φρονήτες, pro *φρόνιμοι*, atque ita in aliis. Et Latinis quid aliud *appetens vini*, quàm *appetitor*; *amans virginis*, quàm *amator*? Dixeris, his in OR non significari tempus: contra fieri illis in NS. Sed aliter est. Nam sæpe illa in NS, tempus amittunt. Imò id semper fit, cum genitivo junguntur. Sanè *fugitans lites* est, qui eas fugit. Vt planè hic participium sit, quia tempus significatur. At non item, cum ajo, *fugitans litem*; quomodo de eo loquimur, cuius mos ac ingenium tale, ut fugere eas soleat. Sic *patiens inediæ*, qui nunc patitur. *Patiens inediæ*, qui pati idoneus, sive naturâ, sive consuetudine, vel aliter.

Multò

‡ sic MSSi aliqui. Alii reverentior, etiam MSSus nosser, & veteris Venetae. 1486. & Aldina.

Multò minùs ambigere liceat de illis, quæ composita sunt cum præpositione suo verbo ignotà. Ut, *inolerans*, *impaciens*, *insoens*. Tacitus primo Annal. *Multitudo laborum inolerans*. Ovid. Trist. lib. III, el. II: — *Impaciens ante laboris eram*. Cicero ad Att. lib. II, ep. II: *Amicus ille noster insolens infamiae, semper in laude versatus*.

C A P V T X.

De adjectivorum illis, quæ falsò dicuntur regere genitivum, cum genitivus potius regatur ab substantivo intellecto. Vi in partitive acceptis: *qualia*, *Nigræ lanarum*: idonei Græcorum. *Parque in comparativis ratio*, & *superlativis*. *Valla obiter refellitur*. Item *Alvarius*. *Ellipsis partitivi unus*. *Genitivus, quem verbalia, aliæque adjectiva, regere traduntur, regitur à substantivo causâ, vel ratione*. *Servii lapsus*. *Lætus frugum, liber legum, invictus laboris, delicti manifestus, impiger militiæ, pervicax iræ, potentiæ anxius, fatigationis laucius, maleficii infamis, animi infirmus, iudicii rectus, & similia inæstivâ*. *Distingui in talibus oportere, inter ea, quæ solum poetis, vel historicis; quæque etiam oratoribus sine concessa*.

Dictum de vero adjectivi regimine. Sequitur falsum. Quando nempe adjectivo additur casus, qui non regatur ab adjectivo; sed vel à nomine substantivo, quod per ellipsin intelligitur; vel à præpositione, quæ similiter reticetur. Priùs de genitivo videamus.

Adjectiva partitivè posita regere dicuntur genitivum, cum genitivus ille aliunde regatur; ut liquet, si suppleatur, quod deest. Plinius lib. VIII, cap. XXXVIII: *Nigræ lanarum nullum colorem bibunt*. Quod integrè sit: *Ex numero lanarum, lana nigræ nullum bibunt colorem*. *Lanarum* igitur non regitur à *nigræ*: sed à *numero*; quod brevitatis, & elegantiae causâ reticetur. Similiter in illo Gellii lib. V, cap. XX: *Nos neque solæcisimum, neque barbarissimum, apud Græcorum idoneos adhuc invenimus*. Integrè esset; *Apud scriptores idoneos ex numero Græcorum scriptorum*. Itaque videas, Græcos interdum ante huiusmodi genitivos exprimere * præpositionem *en*.

Quod verò de positivo vidimus, idem in gradibus aliis locum habet. Comparativus est; cum idem Plinius ait lib. XXXVI, cap. II: *Diligentiores eorum Elelvidas insulas in mari Hadriatico esse dixerunt*. Et cap. VIII: *Callaidum pulchriores oleo, unguento & mero, calorem deperdunt*. Quibus quoque locis confirmatur, comparativum rectè de pluribus dici; quod plenius infra contra Vallensem ostendemus. Superlativo similiter Lucanus ait lib. II:

* Ioann. Euan-
ang. cap. 8.
vers. 26: &
I Cor. cap.
15, vers. 6.

— *Minimas rerum discordia turbas.*

Et Tranquillus in Vespasiano cap. VIII : *In asperissimas insularum arebri.* Imò idem quoque usu venit substantivis : quomodo loqui amat Plinius ; ut lib. IX, cap. L : *Piscium lupus, & tricheas, bis anno parit* : hoc est, ex piscibus. Et lib. X, cap. VI : *Volucrum animal parit vesperilio tantum* : hoc est, inter volucres. Autumat Alvarez, in locis hujusmodi intelligi posse partitivum *solus*, à quo genitivus regatur. Verùm id verisimile non est, nedum verum. Alioqui enim Plinius non addidisset *tantum*.

Illud interea negari minimè debet, interdum κατ' ἔδαψιν intelligi ipsum partitivum. Vt in illo Horatii lib. III, od. XIII :

Fies nobilium tu quoque fontium.

Hoc est, unus nobilium fontium, sive, è nobilibus fontibus. Quomodo & Græci loquuntur. Vti Strabo lib. VIII : *Ερμιόνη δ' ἐστὶ τῶν ἐν ἀσήμεν πόλεων. Ἡερμιόνη ἐστὶν ὄψιν ἀβυσσῶν κρημνῶν.* Pro μία πόλεων, una κρημνῶν.

Hæc de partitivè usurpatis. Venio ad secundum canonem, quo genitivum regere dicuntur verbalia, multaque adjectiva, significantia animi affectum : ut desiderium, metum, curam. Sed canon ille non uno nomine peccat. Nec enim genitivus, qui addi adjectivis hujusmodi solet, regitur ab adjectivo, sed aliunde. Præterea multa sunt adjectiva quæ similiter construuntur, nec tamen affectum notant ; sed notitiam ; vel ignorantiam ; crimen aut contrarium ; & multa alia : ut postea parebit. Canon verò sic potius concipi debuit :

Adjectiva multa, & in his etiam verbalia, junguntur genitivo per ellipsin nominis substantivi, *causid*, vel *gratia*, vel *ratione* : idque Græcorum more, quibus genitivus adjectivo additus similiter regitur ab intellecto ἔνεκα *, vel χάριν †. Hujusmodi, Servii quidem iudicio, est Maronis illud Ecl. I :

— *Rapidum Crete venientem Oaxem.*

Vbi crete nomen commune esse putat, ac rapidum crete interpretatur, *lurulentum*, quod rapiat cretam. At id Latinum non est. Ac vel hoc præcipuè argumento Servii sententiam impugnare poterat Politianus ‡.

Sed ut in eo deceptus sit nobilis Grammaticus, exemplorum tamen abunde est ; quæ si coacervare velim, vastum sit ingrediendum mare. Paucis ero contentus. Tale hoc Maronis I Æn.

Lucus in urbe fuit mediâ letissimus umbra.

Vbi Servius monet, vel *umbrâ* legi debere, ut sit quem casum septimum vocant : aut *umbra*, secundam Probum, ut simile sit isti Sallustii :

Fragum

* *causid.*
† *gratia.*

‡ *Miscell.*
cap. 37.

Frugum pabulique letus ager : quod Servius ait esse dictum ad imitationem Græcorum ; qui, itidem ajunt, *ἐὺλοχὸς τῶν ἀβύρων* *. Similiter in

* Felix laborum.

XII : *Præterea regina tui fidissima dextrâ*

Occidit ipsâ suâ.

Hoc est, fidissima ratione tui. Lucanus lib. VI :

— *Felix, ac libera legum*

Roma fores.

Id est, ratione legum, sive, quod ad leges. Crebrum id sermonis genus Tacito. Vt Annal. I : *Antiquam duramque militiam revocabat, invidius operis ac laboris.* Pro, *invidius ratione operis* : hoc est, quod ad opus ac laborem attinet. Sic lib. II Ann. *Cui in uxore delicti manifestâ ultionem legis omisisset.* Et libro Annal. III : *Impiger militia.* Et Annali IV : *Ferox scelerum.* Item : *At Agrippina pervicax ira, & morbo corporis implicata.* Posteaque : *Animum supra naturâ potentie anxians.* Item : *Sui non anxius.* Et Annal. VI : *Magis ac magis trepidus admirationis, & metus.* Item : *Gallo exprobrabat, quod scientiæ ceremoniarumque vetus apud senatum infrequentem egisset.* Vbi *vetus* valet *gnarus*. Similia sunt apud Livium, Gellium, alios ; imprimis Appulejum. Ejus sunt ista : Lib. II Met. *Mibi vero, fatigationis hesternæ etiam nunc saucio, da veniam.* Lib. III : *Quod alioqui publicitus maleficæ disciplinæ perinsames sumus, arreptam inclementer increpat.* Lib. IV : *Tandem postumæ spei fatigasi.* Item : *Sed Psyche virgo vidua domi residens, deflet desertam suam solitudinem, ægra corporis, animi saucia.* Lib. V : *Psyche & corporis, & animi alioquin infirma.* Lib. XI : *Quibus, & cæteris benevolis præceptis summatis Deæ, recreatus animi, ad receptaculum sacerdotis concendo.* Et lib. I Florid. *Eo igitur omnium metu factum, solus Alexander ut ubique imaginum summus esset.* Hoc est, ut imaginibus vinceret alios. Sed ista oratori esse imitanda, nemo sanus dixerit. Imò ne quidem albâ signabit lineâ, quæcunque legerit apud Sallustium, Livium, Tacitum ; ut mittam, quæ apud solos Poëtas inveniuntur. Quocirca graviter plerique peccant Grammatici, dum non discernunt, quæ adjectiva oratores ; quæ item historici, aut Poëtæ, gignendi casui adjungant. Sanè *integer animi* magis Poëtarum, aut historicorum est, quàm oratorum ; qui dicerent, *ineger animo*. Scio, à Budæo adferri è secundo Ciceronis de Invent. *Hoc autem ipsum genus erit eo firmitus, si eo ipso in genere, quo arguetur, integer animi fuisse demonstrabitur.* Verùm in editione Roberti Stephani, & aliis optimis codd. pro *animi* editum est *anica*. Nec oratori imitandum illud Senecæ lib. de vitâ beatâ, *Timida lucis* : aut, *Iudicis rectus*. Senecæ enim dictio proximè ad historicorum phrasin accedit. Itidem Poëtarum, & historicorum, magis sunt : *Fessus belli, inglorius militiæ, tenuis opum, ambiguis consilii,*

consilii, multaque id genus. At contra sunt alia plurima, quæ tunc imitabitur Orator. Tale est hoc Ciceronis ad Att. lib. II, ep. XXI: *Tam insuetus contumeliae*. Columella lib. II, cap. II: *Callidissimi rusticarum verum genera terreni tria esse dixerunt; campestre, collinum, montanum*. Quintilianus lib. IV, cap. II: *Iudex quam primum certus esse sententiae cepit*. Idem lib. VIII, cap. III, sive de Ornatu: *In quod saepe incidit etiam Cicero, securus tam parvæ observationis*. Plinius Veronensis lib. XXV, cap. II: *Medicinæ peculiariter curiosus*. Tacitus lib. II Annal. *Dum vetera extollimus, recentium incuriosi*. Et lib. III Hist. *Summi discrimini incuriosi*.

Sed enim contendat aliquis, hæc Latine quidem, nec ineleganter, dici: sed falli nos, quando putamus ut Græci in talibus genitivis intelligunt *ἐνεκα*, vel *χάριν*, sic apud Latinos etiam intelligi *caussa*, *gratia*, vel *ergo*: & inde genitivum regi, non ab adjectivo. Interdum quidem id satis verisimiliter dici: ut *trepidus rerum suarum*, valeat, *verum suarum causa*: ac *furti reus* integrè sit, *furti ergo*. Sed enim dure quædam sic exponi, ut *tenax sciti pravique: rudis rerum*; Esto, ut duriuscula sit hæc *ἐνεκα*, non tamen absurda, & *αιὶσθησι*. Nam sententia est, *Tenax, & quidem rei scite, ac pravæ ergo. Rudis rei ignoratæ causâ*. Quicquid sit de nonnullis: illud saltem pro certo habemus, ab huiusmodi causa fuisse, quod adjectiva primò coeperint jungi genitivis. Nec enim existimandum linguam vel Græcam, vel Romanam nullis esse causis subnixam.

CAPUT XI.

Ad falsum genitivi regimen referuntur adjectiva amicitiae, proprietatis, similitudinis, æqualitatis. Par ejus. *Non esse perpetuum, quod ajunt, similis genitivo additum referri ad formam. Itidem falso statui, adjectiva mensuræ, vel copiae & inopiæ, regere genitivum*. *Expers unguentis, de unguento. Quo pacto genitivo jungantur, contentus, dignus, alienus, diversus*.

Habemus de iis, quæ solum regere genitivum, Grammaticorum est opinio. Sed sunt alia, quæ præter genitivum creduntur regere, vel dativum, vel accusativum, vel ablativum. De quibus nunc dicam. Ac primò de illis, quæ putantur regimen habere genitivi, & dativi. Ut sunt, quæ amicitiam, proprietatem, similitudinem, vel his contrarium signant. Ut, *Ciceronis, vel Ciceroni amicus, vel inimicus. Propria ejus, & ei. Communia omnium, & omnibus. Similis Socratis, & Socrati*. Ac de dativo quidem non est, quòd ad ellipsum recurratur. *Nativa enim ea locutio est, ut dicam capite proximo. Vbi eadem ostendam,*

dam, propriè hoc *regimen* vocari non posse. Nunc autem genitivo insistendum: qui; extra verbalia, nunquam regitur ab adjectivo, nisi suam priùs exuerit naturam; ut tùm verius sit substantivum. Quando igitur genitivum videmus jungi illis antè memoratis: alterutrum statuerè convenit; vel ea naturam exuere adjectivorum, ut verius pertineant ad canona de substantivo regente alterum substantivum in casu patrio; vel si ea videantur naturam retinere adjectivi, regi genitivum non ab adjectivo, sed ab substantivo intellecto; quod est *ca: sã*, vel *ratione*.

Ita substantivè hæc sumi videmus: *Amicus, cognatus, propinquus, affinis ejus*. Nam eodem modo hæc dicuntur, ac *frater ejus*. Et hoc quidem locum quoque habet in illo Ciceronis, *Plato veritatis amicissimus*. Idemque judicium esto de illo Ciceronis in IV de Fin. *Conferam autem avunculum tuum cum C. Graccho, ejus fere æqualis*. Et illo in Pisonianã: *Cujus paucos pares hæc civitas tulit*. Vbi tamen Lambinus *cui* mavult. Nihil verò controversiæ de Lucretiano hoc lib. II:

Quem metuis, par ejus eras.

Errant quoque, cùm adjectiva similitudinem significantia genitivum regere ajunt, quoties forma significatur; dativum, cùm mores: ut nempe aliud sit, *patri similis*; aliud, *patri similis*. Nam contrà ad mores pertinet hoc Terentii in Eunuchò act. III, sc. II:

Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.

Et isthoc Ciceronis Philipp. II: *Anonius saturavit se sanguine dissimiliorum sui civium*. Imò &, si nonnullis codicibus credendum, contrà eodem in loco, de forma agens, utroque in casu dixit Cicero lib. I de Nat. Deorum: *Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit, nisi homini similis esse. Et quidem formica formicæ. Sed tamen cujus hominis?* Verùm in illà Roberti Stephani, & aliis melioris notæ, utrobique nunc *hominis* legitur.

Proximum est, in ea inquiramus, quæ apud vulgus se jactant regimine tum genitivi, tum accusativi. Vt sunt, quæ mensuram significant. Dicimus enim, *longa sex pedum, vel pedes*; imò & *pedibus*. *Crassus sex digitorum, sex digitos, & sex digitis*. Sed accusativi, & ablativi causam suo loco adferemus. Nunc de genitivo solum videndum. Vt illo Columellæ lib. XI, cap. II: *Medicæ singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum*. Eodemque modo lib. secundo dixerat: *Areas longas pedum denum, longas pedum quinquaginta facito*. Vbi genitivus non regitur ab adjectivo, ut putarunt: sed à substantivo, sive generatim significante spacium, aut mensuram: sive speciem mensuræ, ut longitudinem, latitudinem, vel crassitiem. Ita in illo, *Areole longæ pedum*

pedum denum : intelligitur, *mensurâ*, *spatio*, vel *longitudine*. Similiter illo Plinii : *Pyramides quinque in ima latæ pedum septuaginta quinum* ; *altæ centum quinquagenum*. Vbi similiter, vel generatim supplendum *mensurâ*, aut *spatio* : vel speciatim, priori loco *latitudine*, posteriori *altitudinem*. Ablativus autem hic unde regatur, postmodo dicendum erit.

Deinceps se offerunt, quæ vulgò gloriantur de regimine genitivi, & ablativi. Vtrumque enim tribuitur adjectivis copię, & inopię. Nec inficias ire licet, utrique casui conjungi solere. Nam, ut à copię verbis ordiamur, Virgilio est, tum, *Drues pecoris* : tum, *Drues agris*. Taciti est, *Pecunię opulentus* : Plauti, *Astro opulentus*. Ovidii est, *Res est solliciti plena timoris amor* : Ciceronis, *Plenus corporis*, & *externis bonis*. Eiusdem est, *Urbs bonorum referta* : & , *Græcia referta sceleratissimorum hominum* : at idem quoque dixit, *Licerio refertis omni officio, diligentia, suavitate*. Virgilio est, *Lactis abundans* : Ciceronis autem, *Tamens*, & *rerum copiâ*, & *sententiarum varietate, abundantissimus*. Taciti est, *Provincia annonæ secunda* : Plauti verò, *Amor & melle*, & *felle*, est *fecundissimus*. Terentii est, *Omnia verum sacra* : Ovidii, *Ambrosiæ succo sanatos*. Plauti est, *aulam onustam auri* : Ciceronis, *Onustus cibo*, & *vino*. Martialis est, *Mactæ animi* ; uti Sillii, *Mactæ virtutis* : Virgilio, *Mactæ novâ virtutis puer*. Nam *mactus* quoque inter copię nomina meritò reponi, vel *τροπον* ostendit, cum dicatur, quasi *magis auctus* : teste Servio, in *rv*, & *xx Æn.* ac Prisc. lib. *v*.

Similis est ratio in adjectivis inopię. Ciceronis est, *Inops amicorum* : & , *Inops verbis*. Eiusdem est, *Inanissimus prudentiæ* : uti Ovidii, *Sanguinis, atque animæ corpus inane fuit* : Ciceronis iterum, *Nulla abs te per hos dies epistola inanis aliqua re ntili*, & *suavi, venerat*. Terentii est, *Tempus vacuum laboris* : Ciceronis, *Molestus, & negotiis vacuum*. Plauti est, *Auxilii orbis* : Plinii, *Luminibus orbis* ; & , *Aliero lumine orbis*. Ovidii est, — *Nudus arboris Othrys erat* : Ciceronis, *Urbs nuda presidio*. Statii est, *Simque angur cassa futuri* : h. e. mendax : Virgilio, *Nunc cassum lumine lugent*. Ovidii, ac Sillii est, *Viduus teli* : Horatii, *Viduus pharetrâ*. Maronis est, *Immunis belli* ; uti Ovidii, *Immunis mali* : at Livii, *Immunis militiâ* ; Senecæ, *Immunis metu*. Taciti est, *Captus animi* : Ciceronis, *Captus membri* ; Virgilio, *Capti oculis*. Eiusdem est, *Trunca pedum* : Ovidii, *Trunca pedibus*. Lucretii est, *Lejensus vini* : & alibi, *Succo jejuna*. Sillii, *Extorris regni* : Livii, *Extorrem urbe* : imò Sillii ipsius, *Extorrem regno, patriâque*. Quin *expers* quoque utroque modo invenitur. Nam

* initio libri
2 de Orato-
re.
† lib. 3, ad 4.

Cicero * inquit : *Ancoratum omnis eruditionis expertem*. Ac Horatius † :

Ves consili expertis mole ruit sua.

At Plauti est *Amphitr. act. II, sc. II :*

Ex more expertem te factam adveniens offendi domi.

Idem Afin. act. I, sc. I :

Domo te ob istuc dictum, ut expert sis meum.

Et Persa act. IV, sc. III :

— *Ea res me domo expertem facit.*

Lucret. lib. VI : *Lucamina somno expertia.* Item lib. II :

Ipsa sua per se sponte omnia Dis agere experts.

Sallustius in Catil. *Crudelitate foeneratorum plerique patria, sed omnes famam atque fortunam expertes sumus.* Imò huc quoque Muretus referebat illud Catulli * : — *Omnibus expert Vnguentis.* Sed vel *expert* notat hoc loco *adpersus*, nec à *pars* descendit, verum *exspargo* : vel, ut à *pars* sit, præpositio hic habeat vim augendæ significationis. Vtrumque summus viros adfertores habet : illud Scaligerum, hoc Casaubonum.

Quamquam autem hæc abunde doceant, duplicem esse talium structuram : non eò existimandum, nihil referre, utrum hoc, an illo pacto loquamur. In aliquibus enim tutius priori ; in aliis, posteriori modo rectius utimur. Ita, ut Quintilianus † auctor est, Cicero potius *plemus* jungit gignendi casui, quam auferendi. Etiam *pauper* malim sociare genitivo : quomodo Horatius ait ‡ :

— *Pauper agrestium*

Daumus.

Item *, *Argenti pauper, & auri.* Ac similiter *egenus*. Lucretius † : *Lucis egenus.* Itidem *indigus*. Idem gemino in loco ‡ :

Ipsa suis pollens opibus, nihil indoga nostri.

Similiter *fertilis, & sterilis*. Cicero * : *Agros fertiles fructuum.* Livius † : *Fertilis hominum, frugumque Gallia.* Tacitus ‡ : *Virtutum sterile seculum.*

Nec verum est, genitivum hîc, vel ablativum, regi ab adjectivo. Causa de ablativo dicetur postea. Genitivo autem junguntur more Græcorum : qui itidem dicunt, *πλείστον χρημάτων, divus pecunie : ἐσθητός πάντων, indigenus omnium.* Sic Sophocles :

Στέγαι φίλων ἔρημοι, τῆν δ' ἀποπλήντων πόλιν.

Quasi dicas :

Inops amici, plena perditionem domus.

Cujusmodi structura nec apud Græcos videtur esse nativa, sed *ἰλιεριστική* : ut nempe genitivus regatur à præpositione *ἐν*, vel aliâ. Hujus rei inde argumentum capio, quòd Latini sæpius expriment præpositionem, ac in vulgariis etiam linguarum idiotismis præpositio addi solet. Hinc enim conjecturâ adsequi licet, quis sermo sit nativus, & simplicissimus, communique hominum conceptui maxime

con-

* Carm. de Coma Beronice.

† lib. 3, initio capiti 3.

‡ lib. 3, ad. 3.

* lib. 2, sat. 3.

† lib. 3.

‡ lib. 3, vers. 60.

¶ lib. 2, de Nat. Deor. vers. 649.

* lib. 2 de Nat. Deor.

† lib. 5 ab V. C.

‡ lib. 1. Hîstor.

conueniens. Latini verò, qui omnia prope debent Græcis : eos quoque imitati sunt in hac structura. Sed si iupplendum sit, quod deest : quia nulla est Latinis præpositio, quæ genitivum amet ; eò animo concipitur substantivum generalissimum ; puta *negotium*, vel *res*. Itaque *plenus vini*, valet, *re vini* ; sive, cum præpositione, *ad re vini*. *Vacuum curiarum*, valet, *à re curiarum*. hoc est, *a curis*. Quomodo *res voluptatum* pro *voluptatibus*, dixit Plautus. Sic, *dives agrorum*, hoc est, *re agrorum*. Possis tamen in his etiam *ratione*, vel *ergo*, intelligere. Vt, *dives agrorum* ponatur, pro *ratione agrorum*, sive *agrorum ergo*. Nam *ergo* dativum, sive ablativum esse ab ἔργον *, aliàs diximus.

* ἔργον.

Præter ista, etiam genitivum, & ablativum, regere ajunt ista quatuor ; *contentus*, *dignus*, *alienus*, & *diversus*. Ac de *contentus* Linacer Livium laudat ; cuius sit, *Contentus libertatis*. Ac similiter Claudius Iurifconsultus L. xxxvii. §. nuptura, in fin. D. de leg. iii. *Quoniam in his expressit, ut contentus esset partis dimidiæ doris*. Iustinus quoque ita locutus lib. xlii : *Scythæ autem contenti victoriæ, depopulata Parthiâ, in partem revertuntur*. Ita in MSS Fuldensi legi, monuit Modius. Appulejum quoque de pugna dixisse, *Contenta manus unice* ; suspicatur Gaspar Schoppius, lib. ii Suspect. Lect. epist. viii. Videtur autem intelligi substantivum *re* : q. d. *contentus re libertatis, vel re victoriæ*. Vbi præpositio *de*, vel alia, est intelligenda : ut postea dicitur.

Dignus non semper ablativo, sed à Poëtis etiam ; Græcorum more, genitivo jungi, jam pueris etiam notissimum. Vt sine dubio genuina sit lectio in tertio de Amore :

Curia consilii nunc est dignissima tanti :

De stipulâ, Tatius regna tenente, fuit.

Ita enim maxima codd. pars ; non *consilia tanto*, quod in nostris etiam est membranis. Item apud Plautum Trinummo act. v, sc. ii :

Non ego sum salutis dignus ? —

Vbi MSSi, & vet. editt. *salute* : sed *salutis* jam olim Nonius legit.

Quidam verò à Cicerone quoque genitivo jungi putant orat. de Arusp. resp. Ita enim ex eâ locum citant : *Vnum esse in hac civitate dignum huius imperii*. Sed libri omnes habent, *dignum huius imperii gloriâ*. Non tamen foli Poëtæ hæc in parte Græcos imitantur. Nam & Balbi est lib. viii, epist. Cic. ad Att. *Obsecro te, Cicero, suscipe curam, & cogitationem, dignissimam tuæ virtutis, ut Casarem, & Pompejum, perfidiâ hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas*. Et Tranquillus in Othone cap. iv : *Ut jam vix ullus esset, qui non & semiret, & predicaret, solum successione imperii dignum*. Intelligitur autem istis, vel generale nomen *re*, vel speciale aliquod. E. G. *Dignus laudis*, dicatur,

tur, pro, *re laudis*, hoc est, *laude*. Vel speciatim, *dignus premio laudis*. Sic in illo Maronis * :

* 12. *En.*

— *Magnorum haud unquam indignus avorum.*

Quasi dicas, *indignus genere avorum*.

Alienus quoque, *eti* usitate ablativo, sive cum præpositione, sive absque ea, jungitur; ut postea liquebit: interdum tamen cum genitivo invenitur. Lucretius lib. III :

Aut quia non veniunt omnino aliena salutis.

Et semel iterumque libro VI. Item Sallustius in *Catilin.* *Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena consilii propter Semproniam.* Imò Tullius ipse primo de *Finibus*: *Quis alienum esse putet ejus dignitatis, quam mihi quisque tribuit?* Et lib. IV *Acad.* *Qu.* *Et uno nomine omnia, quæ essent aliena famæ, & constantis conversionis, à virtute sapientiæque removebant.* Verùm nec ista sunt nativæ Romanorum consuetudinis; sed transmarinæ. Sic enim Græci: *Καυλας ἀλλότριον*, *alienum vitii*: pro, à *vitio*. Par ratio in *Ἀλλότριον*. Ut apud Platonem, *Ἀλλότριον ἔστιν*, *diversum aliis*: pro *ab alio*. Ac sic quoque Tertullianus lib. de *coronâ militis*: *Nam & si potest aliquando quid fieri diversum ejus, per quod fit; nihil tamen potest fieri per id, quod vacuum & inane est.* Romani autem, cum *diversus*, vel *alienus*, genitivo jungunt, *ἰδεντικῶς* loquuntur. *Alicnum* enim *dignitatis*, significat, *ratione dignitatis*: q. d. *ab aliquo*, ob dignitatem ejus, *alienum esse*. Sic in isto, *Diversum hujus*; vel substantivè *diversum* sumitur; ut in hoc, *Contrarium ejus*: vel sic supplendum animo, *diversum ab re hujus*; hoc est, *ab hac re*.

C A P V T X I I.

Adjectiva nulla, uti neque verba, regere dativum: eum tamen casum illis convenire. Vino cupidæ, auctor consiliis, particeps studiis, confcius facinori, alienus, vel diversus huic. Hujus caussa par illis. *Cum dicitur*, non esse solvendo, κατ' ἰδεντικῶν *intelligi adjectivum.* *Priscianus, & alii, reselluntur, qui solvendo sexti esse casus arbitrantur.* Aptus vescendo, vel, ad vescendum. Bonus canere. Aptus oculere. *Utrique præpositionem ad intelligi.*

DE falso genitivi regimine satis dictum. Proximum est, videamus de adjectivis, quæ regere dicuntur dativum per modum acquisitionis. Huc igitur referunt adjectiva, quæ significant commodum, vel incommodum; aptitudinem, vel ineptitudinem; facilitatem, aut difficultatem; amicitiam, vel odium; æqualitatem vel inæqualitatem: verbalia quoque in *bilis*, & quæ in *aus* exeuntia ex participiis nomina sunt

sunt facta. Et cuncta quidem ista, atque item alia indicta, dativo jungi, satis est apertum; ut exemplis opus non sit. Illud solum in disquisitionem venit, an dativus ille ab adjectivo regatur. Negat id Franciscus Sanctius Brocensis. Cujus iudicio (ut verba ejus * retineam) *dativo in nulla verba, nullaque nomina regantur: sed curvis orationi per modum acquisitionis aptè jungitur.* Ac similia alibi † habet. Et ut aliàs plurimam, ita hac quoque in re, Sanctium sequitur Pascalius Grosippus, sive Gasparus Scioppius ‡. Et, puto, si consideremus, quid verè sit *regimen casus*, nullum regimen agnoscemus, quando dativus jungitur nomini aut verbo: facileque videbitur, omnium hoc adjectivorum, omnium etiàm verborum, commune esse, ut dativus iis congruat seu personæ seu rei, quando significatur aliquid accedere, vel decedere. Et si autem propriè non possit *regimen* nuncupari: tamen nolim cum eo contendere, qui laxè vocet *regimen*. Nam de voce solum contentio fuerit. Ut si altero dicente, *utile regere mihi*; alter dicat *mihi* jungi adjectivo *utile*. Ambo enim conveniunt non in illo solum, *utile mihi*. Latinitate esse: sed & illo, dativum non aliunde pendere, quàm ab adjectivo *utile*. At dispar ratio, si sermo sit de istis, *integer vice, albus dentes, doctior illis*: ubi casus non dependet ab eo, quod exprimitur, sed quod reticetur. Quia integrè sint, *vice ergo, albus quod ad dentes, doctior pro aliis*: ut suis locis plenius comprobatur.

Quamquam quid si dicamus, & hic præpositionem intelligi? Παράδοξον hoc, quia nulla Latinis præpositio regat dativum. Sed cogitandum, ut Græcis eadem est terminatio dativi, & ablativi: ita & Latinis priùs eandem fuisse. Nec, (si exceperis, quòd in tertia nunc in ablativo sæpe est E pro I,) aliter hi casus differunt, quàm quòd I, more Æolum, auferatur: ut huic *Musai*, hac *Musa*; huic *fructui*, vel *speciei*, hoc *fructu*, hac *specie*. Quid igitur impedit, quo minùs dicamus, præpositionem animo concipiendam, quæ olim dativum & ablativum rexerit: sive ea sit *in*, sive *pro*, vel alia? Sanè Græci in dativis acquisitionis videntur præpositionem intelligere: ut *χρησιμον τῷ, utile illi*, pro *ἐν*, vel *ἐν τῷ, in illo*, vel *σὺν τῷ, cum illo*: vel *ἀμφὶ τῷ, pro illo*, sive *caussa illius*. Possit & *πρὸ, a*, vel *πρὸς* concipi: quæ & ipsæ recipiunt dativum. Sanè & Latini sæpe ejusmodi per præpositionem efferunt. Ut, *Vitis illi*, vel *ad illud*: de quo postea. Item in aliis linguis hæc nunc cum præpositione, nunc sine ea exprimantur. Ut Belgis, *T'is my goet*, &, *T'is boor my goet*. q. d. *Bonum mihi, & pro me*.

Ab universali, quam diximus, naturâ sive proprio, sive ἐκείνου esse sermonem placet, est illud, quòd tam multa, quæ naturâ suâ genitivum

* In Grammatica Græca à Plantino edita an. 1581.
† In Paradoxu ab eodem excusis anno seq.
‡ Institut. L. L. cap. de verbis Nominis: item annotat. in eisdem.

tivum postulent, dativo etiam jungi videamus. Plautus Pseudolo act. I, sc. II : *Vino modo cupidae estis.* Maro Æn. XI :

— *Consilium habemus non futilis auctor.*

Ovid. lib. II de Ponto El. VII :

Participem studium Cæsar habere soles.

Vbi, si præpositionem intelligi placet, ea fuerit *in*, q. d. *in vino cupidae* : *in consilio auctor* : *in studio particeps*. Planè ut Græcis intelligeretur ès, quæ dativum regit.

Cæteroquin dicitur, *vini cupidae*, *consiliorum auctor*, *studiorum particeps*.

Huc quoque pertinet, quòd *confcius*, non tantùm, cùm ad personam refertur, quomodo dicimus *confcius sibi* ; sed etiam, cùm respicit rem, interdum dativum admittit. Cicero pro Cluentio : *Confcium illi facinori fuisse, arbitrabantur.* Et pro Cælio : *Huic facinori tanto tua meus liberalis confcia.* Item Ovidius Metamorph. lib. VII :

Tuque triplex Hecate, ceptis quæ confcia nostris.

Par ratio, cùm Græci dicunt *συνηδαις* * *σεαυτῷ*, vel *εαυτῷ*. Vbi satis aperta est causa dativi, cùm à præpositione dependeat. Nam *σὺν*, ut extra compositionem, ita in adjectivis cum ea compositis, exigit dativum.

Alienus quoque ob eandem causam dativum adsciscit. Cicero pro A. Cæcina : *Quod illi causse maximè est alienum.* Et Quintil. proemio lib. I : *Ego autem cum existimem, nihil arti Oratoria alienum.* Pro quibus *ἐξενεχθῆναι* etiam dicitur, *alienam dignitatis* ; &c, *artis Oratoria* : ut antea dictum. Sed usitatus est, *alienum arte Oratoria*, vel, *ab arte Oratoria* : ut ostendam, cùm ad falsum Ablativi regimen devensum erit.

Par ratio in *diversus*. Ut *diversus huic*. Quintilianus lib. XII, cap. X : *Nihil est tam Lyfice diversum, quam Isocrates.* Iustinus lib. XXXI : *Diversum cæteris mortalibus esse illud, & hominum, & belli genus.*

Idemque locum habet in *par* : quod usitatè quidem confert personam personæ ; ut, *Tydidem † superis parem* : aut rem rei ; ut, *Par † vir-* † Horat. ad. 6. † Cic. in Manil. *enti oratio* : sed quandoque etiam collationem instituet inter rem, &c personam ; eam tamen rem, quæ conveniat personæ, De Græcis quidem id dubium non est. Sic enim Aristophanes Pluto :

Οὐ γὰρ μελέγχες τὰς ἰσας πηχὰς ἐμῶν.

Versu fortè minùs concinno, attamen verbum verbo, sic expresse-
ris : *Nec enim participasti pares plagas mihi.*

Mibi, pro *meis*, puta *plagis*. Ac viris eruditis * observatum, simili- * Scrip. Genil. lib. I. In Papyr. cap. 6. ter legi in Digestis : *In pari causa ceteris servis habendus est.* Et alibi : *In pari causa ei est.* Item : *In pari causa factori habendus est.* Vbi *par causa*

cæteris servis, aut par factori, poni statuo μέλων ὑμῶν, pro causse servorum cæterorum; item causse factoris.

In ambiguo est, cujus casus sit *solvendo*, cum Cicero ait Philipp. II: *Nec solvendo eras*. Et lib. III ad fam. epist. VIII: *Cum solvendo civitates non essent*. Et lib. XIII ad Att. epist. X: *Magis solvendo non eras*. Quod etiam loquendi genus apud Senecam, Fabium, Macrobius, invenias, & imprimis apud Iuriconsultos. Ablativum esse, credidit Priscianus in XVII, ubi legas: *Frequentius in hujuscemodi sensu Romani ablativo utuntur*. Terentius *Andriam* *:

* ad B. I,
fr. I.

— *Fortè unam adspicio adolescentulam*

Formâ. S O. Bonâ fortasse. S I. & vultu, Sosa;
Adeò modesto, adeò venusto, ut nihil supra.

Cic. in Philipp. contra Antonium: *Tu nec solvendo eras*. Hæsit hic etiam Laurentius Valla. Nam lib. I Eleg. cap. XXVII, sic scribit: *Solvendo non sim, nunquam patitur secum substantivum: ideoque dubitari potest, an dativus sit, an ablativus*. Sed sæpe adeò substantivum additur, ut mirum sit, hoc excidisse vel Prisciano, vel Vallæ. Tamen non desunt hodièque, qui eos sequantur. Atque hi tuentur se illo Livii lib. XXXI: *Nec solvendo ære alieno Respubl. esset*. Sed placet sententia Budæi, qui legendum putat, *æri alieno*. Quomodo idem Livius lib. II ait: *Vi divites conferrent; qui oneri ferendo essent*. Et lib. XXX: *Ea modo, que restringendo igni forent, portantes*. Similitérque Ovidius XV Metam. de Phœnice:

Vt dedit huic æras vires, onerique ferendo est.

Et Seneca epist. LXXII: *Vires suas novit, scit esse oneri ferendo*. Plinius item lib. XI, cap. II: *Telum perfodiendo tergori, quo spiculari ingenio!* Imò par ratio in substantivis. Macrobius lib. III, cap. XIX: *Sunt de agricultura scriptores, qui nuces, & mala, sic dividunt, ut Nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, & intus habeat, quod esui est: Malum vero, quod est esui, & durum intus includat*. Vbi pro esui poterat dicere *vescendo*. Vt Plinius lib. XXI, cap. XVI: *Scotyri radix vescendo est decocta*.

In hujusmodi autem congruit dativus cum adjectivo *aptus*, *idoneus*, *par*, *accommodatus*, *bonus*, vel simili: ut optimè observat Linæer lib. VI. Cujus sententia eo probatur, quòd aliquando additur adjectivum. Cato de R. R. cap. VI: *Ager oleo conservando, qui in ventum favonivum spectabit, & solis ostentus erit, alius bonus nullus erit*. Celsus lib. V, cap. XIX: *Puri movendo aliud non est melius*. Et lib. V, cap. XXVII: *Si cætera desint, imponi debet primum non pingue emplastrum, ut id reprimat: deinde, si repressit, quodlibet puri movendo accommodatum*. Columella lib. I, cap. IX: *Mediastinus qualiscumque status potest esse, dummodo perpetuando oneri sit idoneus*. Vitruvius lib. II, cap. VIII: *Ergo, que non in tactibus poterit ferre laborem,*

ca

ea non potest in structura oneri ferendo esse firma. Appulejus VII Met. Oneri ferendo non inhabiles, & cæteri ministerii parientes. Hæc satis ostendunt, cum dicitur ἀπαλῶς, esse solvendo, esse oneri ferendo, atque ita in aliis, esse ea dandi casus: eumque casum convenire cum nomine adjectivo, vel expresso, vel intellecto. Et quomodo alius sit casus, cum acquisitio, ac commodum significetur? ut inde etiam liquet, quod exponitur per præpositionem ad cum suo casu. Nempe haut aliter, ac in illo Ciceronis Philipp. II: *Illud Cassianum, Cui bono*: ubi Priscianus interpretatur, *Ad cuius bonum*. Par enim ratio, cum quis dicitur solvendo: quia valet, *ad solvendum*. Quomodo extulit Vitruvius lib. X, extremo cap. VI: *Sic Pacuvius discendo, & reducendo, pecuniam contrivit, ut ad solvendum non esset*. Sed sive solvendo dicas, sive ad solvendum, ἐπιεικής est nominis adjectivi, ut diximus.

Ex eo autem, quod videmus, pro dativo etiam poni ad cum præpositione; causam quoque cognoscimus, cur loco ejus ponatur infinitivus. Nam infinitivus vim habet nominis, ac cum additur adjectivis commodi, vel similis significationis, intelligitur præpositio A D. Ut bonus, pro idoneus, dativum amat. Vnde Fabius proemio lib. I: *Bona studii*. Pro quo possis dicere, *bona ad studia*. Ut Livius lib. II belli Hannibalici: *Bonus habitus ad cætera*. Varro in primo de R. R. cap. IX: *Ad quam rem bona, aut non bona, sit*. Quomodo & eodem ait capite: *Terra ad omnes res commodior*. Pro, *cui rei bona: omni rei commodior*. At peritus canendi, est bonus sive idoneus canendi, sive ad canendum. Proque eo, *bonus canere* dicitur: quod integrè esset *bonus ad canere*, sive *ad canendum*. Maro Ecl. V:

— *Boni convenimus ambo,*

Tu calamos inflare leves, ego dicere versus.

Similiter dicitur, *aptum occultationi*, vel *occulendo*, sive *occultando*: item, *ad occultationem*, vel *occulendum*, sive *occultandum*: ac præterea, *aptam occultare*, sive *occultare*, pro *ad occultare*. Ovidius lib. II Fast.

Sylvæque montanas occultare apta seras.

Sed hæc planiora fient, ex iis, quæ in Verbo de Infinitivo dicemus.

C A P V T X I I I.

De adjectivis, quæ falso accusativum regere creduntur; cum casus is non à nomine regatur, sed præpositione intellecta; uti genitivus apud Græcos, qui & τὸ μέγιστον quandoque exprimitur. Synecdoche Grammatica. Etiam usitata est oratoribus cum accusativo cætera: Gellio quoque cum pleraque. Easdem præpositiones intelligi, quando mensura significatur. Dignus odium:

odium: ubi in *structura* ratione etiam hæsit Donatus. Natus annos centum dici, pro ante annos. Sollicitus vicem alicujus, pro ob vicem.

Nunc considerationem intendamus in adjectivorum illa, quæ accusativum regere arbitrantur. Nostra hæc sententia est, esse in his Græcissimum; ac tum apud Græcos, tum Latinos, intelligi præpositionem, quæ eum regat casum. Vt in illo: Σύρος ἔ τένωμα, ἡ περιίδα. Vbi ἡ intelligitur. Latine similiter dixeris: *Syrus nomen, ἔ patriam*. Sic enim Maro in v: *Cressa genus Pholœ*. Pro, quod ad genus, hoc est, ratione generis. Nec eum morem loquendi refugit Tacitus vi *Annal. Clari genus*. Simile fortasse illud Gellii lib. ix, cap. xiiii: *Sed quid hostis, ἔ quod genus, ἔ quam formidandæ vastitatis, Q. Claudius descripsit*. Integre, quod genus hostis. Vbi hostis, casus recti; ut si dicas, quod genus hostes: pro, ad quod genus hostes: id est, cuius generis. Eodem modo Herodianus, Εὐθὺν ἂν πάντῃ ὁμοίαν τῷ τελεβόλησι. *Imaginem omnia similem defuncto*. Quomodo Maro ait iv *Æn.*

Omnia Mercurio similis, vocetque, coleretque.

Interdum autem à Græcis exprimitur præpositio ἡ, vel ἑ. Nam Theognidis quidem est: Οὐδαίς ἀνθρώπων ἐστὶν ἄπειτῶ σοφός. *Mortalis sapiens omnia remota datum*. Et Luciani, τὰ θηλαίτεια σοφός: *callidus res marinas*. Sed Plato pro eo: Περὶ τῆ ποιέτων σοφός: *Circa talia callidus*. Ac similiter Herodiani est: Σοφός πρὸς θηβυλλῶ: *Callidus ad insidias struendas*. Et Xenophon quidem: Ἀγαθὸν τὸ πολεμικόν: a. v. *boni res bellicas*. At Plutarchus: Ἀγαθὸν πρὸς τὸ πόλεμον: *boni, sive apti ad bellum*. Itidem Isocratis quidem est ad Dæmonicum: Περὶ τὸ μὲν σῶμα εἶναι φιλόπον, τὴν δὲ ψυχὴν φιλόσοφον: q. d. *Studeo corpus quidem esse amans laboris; animum amans, amans sapientie*. At in veteri epigrammate est:

Ὅς ἡ σῶμα καλὸς, ἡ τὴν δὲ ἄν ἐστιν ἄμορφος,

Ἄχαρὸς δὲ πλεῖόν μοι δοκεῖ, ἢ καλὸς.

Qui, inquit, quod ad corpus pulcher, quod ad mentem deformis, Deformis magis mihi videtur, quam pulcher. Quare nihil apertius, quam ἐπιρρῶν esse, cum accusativus ponitur sine sua præpositione: ac Græcis quidem intelligi ἡ, aut ἑ: Latinis verò præpositionem circa, vel ad, præcedente provocabulo quod. Vt illo iv Georg. *Criera thymo plene*. Pro, quod ad criera. Et apud Statium i i Sylv.

Incorrupte fidem, nullisque experie tumultus.

Integre sit, quod ad fidem, incorrupte. Vulgò σωκεδοχῶ vocant: quod Latine sit *comprehensio*. Nempe, quia pars toto comprehenditur; ad junctæque etiam toti insunt, & eo quasi contineantur. At in synecdoche Grammaticâ accusativus, cuius locum aliàs ablativus solet obtinere,

nere, significat totum, vel adjunctum. Synecdoche hæc figuræ nomen non meretur, nisi quatenus ellipsis in ea est præpositionis. Esto igitur figura, sed quæ sub ellipsi contineatur. Eam non temere invenias apud Oratores; vix etiam historicos, utcumque eorum dictio ad poeticam propius accedat. Cum accusativo tamen *cætera*, non apud poetas duntaxat; verum & crebrius apud historicos, & apud oratores interdum, reperias. Cicero pro Quinctio: *Sanè cætera patersfamilias, & prudens, & attentus, unâ in re minus consideratus.* Et Vellejus Patere. *Qui vir cætera sanctissimus. immo: inisque voluptariis.* Ac eodem modo loquuntur Sallustius, Livius, Tacitus. Gellius etiam junxit accusativum pleraque. Ut lib. VII, cap. II: *Homini pleraque hant indiligentis.* Et lib. IX, cap. X: *Annulus Cornutus, homo sanè pleraque alia non indoctus, neque imprudens.* Similiter lib. XII, cap. V, & lib. XIII, cap. XX.

Eadem præpositio AD intelligitur, cum accusativus certam significat mensuram. Dicitur enim non modò, *longus trium pedum*, vel *tribus pedibus*: sed etiam, *tres pedes*. Pro, *ad pedes*. Sic loquitur, inter alios, Columella lib. V, cap. VI: *Esto ager longus pedes mille, & ducentos.* Item Livius lib. XXXVII: *Habentes gladios longos quatuor cubita.* Plinius lib. XXVI: *Caulis palmam unam altus.*

Græci loco accusativi habent genitivum. Ut apud Herodianum lib. I: *Ἀνδραῖς δώδεκα πῆχεων, χεῖρεσσι.* *Statua virilis duodecim cubitorum, autem.* Sed intelligunt *ἕως τῆς μέγεθσιν*: quod expressit Diodorus Siculus lib. II, de palmarum agens fructibus: *Κατὰ τὴν μέγεθσιν ἕξ δακτύλων ὄντες.* *Quod ad magnitudinem, sex palmarum.* Atque horum exemplo Romani dicunt; *longus sex cubitorum*: puta *magnitudine*, vel *longitudine*, ut supra vidimus.

Intelligenda quoque præpositio *ad*, cum dicitur, *dignus odium*. Insolens quidem sermo: attamen non refugit Terentius Andr. act. V, sc. IV: *Dignus es cum tuâ religione odium.* Sic enim Bembi codex. Atque eam lectionem jam olim agnovit Donatus: ut inde est cognoscere, quòd ait, aut odio reponi debere, aut, si *odium* retinendum, accusativum ponitur pro ablativo. Aut post *religione* esse distinguendum: ut, quemadmodum *scelus* dicitur pro *scelesto*, sic *odium* usurpetur pro eo, qui dignus odio. Hæc enim mens est verborum Donati. Vnde satis liquet, non satis intellexisse, quâ ratione, *dignus odium*, dicatur. Quòd ἰκεπικὸν est, pro, *dignus ad odium*. Satis hoc quoque insolens. Verum tamen sic Plautus Mil. Glor. act. IV, sc. I:

Ad tuam formam illa una digna est. —

Ante autem intelligendum, cum dicitur, *Natus annos triginta*. Grippus, sive Scoppius *, ut eos refellat; qui adjectivum credunt regere

* p. 20.
edr. Bled.
did.

accu-

accusativum, dimensionem temporis signantem, hujusmodi ponit exemplum: *Vixit annos centum.* Atque hic dependere ait accusativum, non ab adjectivo, sed à præpositione *per* subiunctâ. Verùm, exemplum istoc ad nomina non pertinet: eoque credo scribere voluisse, *Natus annos centum.* Atque accusativum regi non à *natus*, sed à præpositione *ante*. Neque enim hoc nescivit vir doctissimus: sed festinatione aliud scripsit, quàm voluit. In cujusmodi culpis omnes veniam poscimus, & meremur.

Sunt etiam adjectiva curam; vel affectionem animi, significantia, quibus accusativus *vicem* addatur; regiturque is accusativus à præpositione *ob* intellectuâ. Ut apud Livium: *Clamor undique ab sollicitis vicem Imperatoris militibus sublatus est.* Item, *Suam vicem magis anxios, quam ejus, cujus auxilium ab se petebatur.* Et apud Curtium lib. VII: *Is cum flere cepit, & os suum conerberare, moestus non suam vicem.*

Atque ex his cognoscimus, nullum adjectivorum regere accusativum: tempèrque à præpositione intellectuâ casum eum dependere.

CAPUT XIV.

Ablativos non regi aliunde, quàm à præpositione. Domo Phoenix. *Ac similiter cum substantivo, Arrius Reate, ficus Zacyntho. Eundem intelligi casum, cum ablativus additur adjectivis copie, vel inopie, vel etiam mensuræ. Cui dignus ablativo societur. Contentus sine ablativo, aut verbo. Alienus, & alius aliquo, vel ab aliquo.*

Nunc expendamus adjectivorum illa, quæ significant causam, vel modum. Modi autem nomine nunc circumstantias quoque complector. De his similiter statnendum, ac de adjectivis, quæ accusativum regere existimantur. Nam utrobique regitur casus à præpositione: si accusativus sit, à præpositione accusativum regente: si ablativus, à præpositione itidem, quæ ablativum requirat. Hoc exemplis planius fiet. *Firmus equitatu*, est ἐπιπλοῦν: integrum autem, *firmus ab equitatu*. Quomodo Plancus * ad Ciceronem scribit: *Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur.* Livii quoque est in octavo belli Hannibalici: *Pænos tenere castra à stationibus, vigiliis, omni justâ militari castrodiâ, cura & firma.* Itidem ἐπιπλοῦν est, *inviectus labore, instructus philosophiâ.* At integrè ait Cicero lib. de Off. I: *Non est consensus animum, qui inviectum se à labore præstiterit, vincit à voluptate.* Et in Bruto: *Vi eò nihil ferre quisquam addere posset, nisi qui à philosophia, à jure civili, ab historia suisset instructior.* Eadem ἐπιπλοῦν in hisce: *Animo otiosus, ingenio improbus, corpore validus, facie similis, nudus pectore, pallidus metu, æger, vel tardus*

vul.

* lib. 10.
ep. 15.

vulnere, siccus sole, insignis arte, armis validus, & id genus cæteris. Vt Ovidii illo xi Met.

Felix & nato, felix & conjuge.

Pro, à nato, & conjuge. Quomodo Cicero de Claris Oratoribus ait: *Ab omni laude felicior.* Sic illo, *Iove natus:* pro, *ab Iove.* Vt Euripidi, *Διὸς πεφυκός.* Pro *Ἰσσοῦ*, vel *Ἰσσοῦ*, vel *ἐκ Διὸς:* quomodo Nazianzenus ait, *ἐκ τῆς υἱῆς πεφυκός**. Eadem ellipsis in istis: *Genere Afer, domo Siculo.* Solinus cap. xxx, ex oratione Catonis: *Karthaginem cum rex Tarbas verum in Libya potiretur, Elissa mulier exiruxit, domo Phœnix: & Karthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit, civitatem novam.* Citra ἔκθεσιν sit, *ab genere Afer, ab domo Phœnix.* Eiusdem præpositionis defectus est, cum urbis nomen in ablativo ponitur. Nec enim solum dicitur aliquis, *domo Antiochenus;* sed & *domo Antiochiâ.* Ac similiter, *domo Karthaginensis;* vel, *domo Karthagine.* Cujus rei exempla suggerent inscriptiones vet. Imò interdum *domo* præteritur: ut apud Cætlarem lib. iiii Bell. Civil. juxta edit. Ful. Vrs. *C. Felginatam Placentiâ.* Inscriptio Vetus: *Attrius. Reate.* Vide omnino Andr. Schottum Obs. Hum. lib. iiii, cap. xi. Hinc verò cognoscimus, obstantivis etiam ablativis addi, qui à præpositione intellectâ restantur. Cujus etiam generis sunt, *Vinum Chio, ficus Zacyntho.* De qualibus alibi plenius.

Quod diximus de ablativis causæ, vel modi; idem locum habet in ablativis, qui adduntur adjectivis copiæ, vel inopiæ. Nam & his causâ, vel modus, significatur. Vt, *Dives agris;* pro, *ab agris,* vel *ex agris.* *Plenus vino;* pro, *de vino;* ut Itali dicunt, *L'ieno di vino;* Belgæ, *bol van wijn.* Hæc rectè referri ad ablativum causæ, inde cognoscimus; quia, *d'ives agris,* & *plenus vini,* idem valeant, ac *d'ives ob agros,* *plenus propter vinum,* sive *vini causâ.* Par ratio in *liber.* Nam Ciceronis quidem est in i de Fin. *Liber omni curâ animus:* & in quinto: *Liber terrore animus.* Sed idem orat. i contra Rullum ait: *Liber à delictis.* Et iv Acad. Qu. *Liber ab irrisione.* Item Livii quidem est lib. vii: *Liber omni metu.* Verùm idem lib. xxxix ait: *Liber à metu insidiarum campus.* Ac Plautus similiter Trinum. act. iv, sc. iiii: *Libera à legibus.* Itidem in aliis: quomodo Ciceronis est, *inops à verbis, ab amicis:* item, *vacuus à molestia, à periculo, à sumtu: nudus a propinquis, nuda à magistratibus Resp.* Ex his ita colligimus, trifariam quidem dici, *inops verborum, verbis,* vel *a verbis: vacuus curarum, curis,* vel *à curis.* Sed in primo intelligi substantivum *ratione:* in altero supplendam esse præpositionem *a:* tertium duntaxat genus sermonis esse nativum ac integrum.

Itidem trifariam construuntur adjectiva, quæ dimensionem significat.

à a a

cant.

cant. Dicimus enim, *Longus sex pedum, sex pedes, & sex pedibus*. Sed in primo intelligitur ablativus *longitudine*, indeque regitur genitivus *pedum*. In secundo κατ' ἐπιρρησιν reticetur præpositio AD, unde accusativus regitur. Quemadmodum de utroque superius exposui. Tertium hujus loci est. Quomodo Livius lib. xxxviii ait: *Fossam sex cubitis altam, duodecim latam*. In qualibus præpositio A intelligi videtur.

Dignus cur ablativo jungatur, non aliunde petendum, quam quòd ablativus ille causam dignitatis, aut modum significet: eoque par hic ratio fit, ac in ablativis aliis causæ, vel modi: de quibus antea diximus. Sit exemplo hoc Ciceronis lib. I de Off. *Quod opere in rebus cognitione dignis ponitur, id jure laudatur*. Rebus accidit dignitas quædam: earum dignitas est ex cognitionis bono. Similiter, cum dicitur, *dignus amore, odio; vitâ, morte*. Vbi itidem est verisimile, *ab*, vel *ex*, intelligi.

Contentus ut genitivo interdum jungi vidimus, κατ' ἐπιρρησιν ablativo: ita sæpe ablativum habet expressum. Vt *parvo*, aut *modico contentus*. Sed regitur is quoque ablativus à præpositione DE. Integre in Lælio ait Cicero: *De his communis vita contenta est*. Etsi nec natura respuit IN: quomodo dicimus, *in aliquo acquiescere*. Vt eodem Lælio: *Vicissim senes in adolescentium charitate acquiescimus*. Vel etiam CVM, ut Belgis, *Eo contentus, hier met te vreden*, q. d. cum eo contentus. Præterea in eo errant, quòd negant, absolute inveniri, hoc est, absque ablativo, aut infinitivo. Quippe dixit Ovidius lib. vii Met. fab. xxvii:

*Cui non ista fide satis experientia sumo,
Magna foret? non sum contentus, & in mea pugna
Vulnera.*

* ubi tamen
Lambinus
eo addi ma-
bit.

Eodemque modo locutus Plautus Mercat. Cicero in Bruto*, atque alii.

Nec *alienus* unquam ablativum regit. Objectant hoc Ciceronis in primo de Divinat. *Neque hoc Di alienum ducunt suâ majestate*. Et de provinciis consular. *Alienum sibi videri dignitate imperii*. Sed præpositionem A intelligi, indicat hoc ejusdem in vi ad Att. *Navigations labor alienus non ab ætate solum nostrâ, verum etiam dignitate*. Ac Terentius similiter Adelph. †

† aff. 5. sc. 8.

— *Alienum à vitâ mea*

Vadetur. —

Dicitur igitur, *alienum ætatis tuæ, ætati tuæ, ætate tuâ, &c, ab ætate tuâ*. De prioribus duobus superius vidimus: de posterioribus, liquet ex iis, quæ nunc diximus. Atque hinc est, quòd interdum dissideant codices.

codices. Vt apud Ciceronem lib. IX, epist. XIV, quidam libri habent, *Non alienum dignitati tuæ*; alii, *dignitate tuâ*; alii, *à dignitate*. Interdum etiam de casu vix statui potest. Vt illo Cic. lib. XIII, ep. LIII: *Quod si alienum tuis, aut etiam suis moribus*. Nam *moribus* & dandi, & auferendi esse casus, possit.

Hinc etiam liquet, quid statuere conveniat de illo Horatii lib. I, ep. XVI:

Neve putes alium sapiente homoque beatum.

Et isto lib. XI, ep. I:

— *Nequis se, præter Apellem,
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra.*

Nempe auferendi casus dependet à præverbio *ab*. Multò enim usitatius, *alius ab illo*. Quomodo Brutus & Cassius ad Antonium apud Cic. lib. XI, ep. II. *Nos ab initio spectâsse otium, nec quicquam aliud à libertate communi quesivisse, exutus declarat*. Vbi tamen præpositio in aliquibus codd. præteritur; etiam editione Guiljelmii, & Gruteri. Ac similiter Varro lib. III de R. R. cap. XVI: *Erubacem vocant, quo favos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle, propolis*. Ellipsis fortassè & in illo Tibulli lib. III, el. V:

Felix hoc alium desine velle virum.

Ita enim veteres Cujacii membranæ, quibus usus Scaliger. Sed distinguit ille hoc pacto:

Felix hoc, alium desine velle virum.

Possis tamen hoc modo:

Felix, hoc alium desine velle virum.

In vulgatis pro hoc est, *ac*: etiam in antiquâ editione, quæ Regii Lepidi anno prodiit CIO CCCCLXXXI. Sed hoc legunt quoque Muretus, ac Lambinus, cumque *alium*, non cum *felix*, conjungunt. Quorum Lambinus existimat, similiter legi apud Horatium debere lib. II, sat. III:

*Qui species alias veris, scelerisque tumultu
Permistas capiet.*

Vbi in vulgatis, *alias veri*: quod non temere alibi reperias: sed pro eo, *alias veris, vel à veris*.

C A P V T X V.

De casu, quem comparativi regunt vi eâ, quam à positivo trahunt, nihil in comparationum doctrina speciatim præcipi debet. Prior etiam de multis dici, contra Agricolum ostenditur: causæque ejus rei adferunt. Valla in eo error.

Saturnius quoque refellitur, qui genitivos aut comparativo jungi, per Hellenismum. Comparativi mensuræ genitivum adiscunt, non ut comparativi, sed ex communi natura adjectivi. Plus, minus, amplius, curvis junguntur casui: sed casus is, si sit nominativus, non regitur ab ullo; sin obliquus fuerit, regitur, non a plus, minus, vel amplius, sed nomine substantivo, Verbo, aut præpositione.

Postea, de quibus hætenus egimus, seorsim tradere Grammatici solent de comparativis, & superlatis. Sed prope quicquid de iis adferunt, id vel falsum est, vel superfluum, vel alieno loco inferunt. Quod ut liqueat, canones eorum expendemus ad rectæ rationis trutinam, eorumque consuetudinem, qui optimè sunt locuti.

De comparativis, & superlatis, sic universè statuendum, partem eorum rationem esse, ac positivi. Quare, quæ universè de adjectivorum vel verà, vel falsà rectione diximus, ea non in positivis solum, sed comparativis etiam, & superlatis, habent locum.

Hæc ut planiora sint, priùs de comparativo agam: ordinèque ibo per casus singulos, quos regere dicitur.

Genitivi exemplum fuerit, *prior*, vel *nequior horum*: ac similiter in comparativis aliis partitivè acceptis. Sed ut in positivis, ita hic quoque est ellipsis: integrèque erit, *prior* vel *nequior è numero horum*.

Sed perpetuumne, quod Agræcius ait, *prior* dici de duobus; *primus* de multis; eodemque modo differre *posterior*, & *postremus*; *alter*, & *alius*? Sanè, contrà quàm Agræcius putavit, *prior* de pluribus dicit Varro apud Gellium lib. XIV, cap. VII: *Quotiescumque usu venisset, ut omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent; qui eorum prior alius esset, ei potissimum Senatus consulendi jus fuisse*. Plinius lib. IX, cap. LIV: *Eadem ætate prior Licinius Murræna, reliquorum piscium vivaria invenit: cuius deinde exemplum nobilitas secuta est, Philippus, Hortensius; Lucullus, exciso etiam monte*. Eodemque modo usurpatur Tit. de re militari. Plura loca suggeret Saturnius lib. IX, cap. XXXII. Nec caussa hujusce locutionis obscura est. Nam, ut Iulius Scaliger * observavit, *quoties prior* de pluribus dicitur, universi in duas dispescuntur partes, ac primus partem priorem, alteram alii conficiunt: ita ut tum quoque, cum multi intelliguntur, de duobus propriè dicatur.

* de causis.
L. L. lib. 4.
cap. 151.

† Horatius
in art. Poët.

Hoc dum non cogitat Laurentius Vallensis, contendit, comparativos tantum partitivè poni, cum de duobus est sermo: ut in illo †, *O major juvenum*. At si de pluribus ageretur, dicendum fuisse, *Maximus juvenum*, non, *Major juvenum*, sive è *juvenibus*, aut *inter juvenes*. Quod Laurentianum præceptum transgredi non metuit Plinius lib. XXIV, cap. XIV:

Inter

Inter genera ruborum, inquit, *Rhamnus appellatur à Græcis candidior*, & *fruticior*. Et lib. xxviii, cap. xi: *Inter omnia communia animalium fel* * *præstantius in effectu*. Legas quoque apud eundem lib. ix, cap. xvi: *Piscium femine majores, quam mares*. Et alibi: *Graviores alitum inferiore genâ* * Ita plerique MSS. & veteris editio Parmensis annis 1476. Vbi in aliis reperitur, vel præstantissimi effectus fel est. † cap. 10. *convivent*. Et, *Apum adulescentiores ad opera exeunt*. Aliaque id genus supra † adduximus, cum de comparativis partitivè acceptis diceremus.

Eandem ob causam etiam comparativus de pluribus usurpatur, quando conjungitur accusativo cum præpositione *inter*. Macrobius lib. i. de somnio Scipionis cap. ii: *Colores inter Epicuri auditores famosior*, & *loquacitate notabilior*. Item eodem cap. *Numenio, inter philosophos occultorum curiosiori, offensam numinum somnia prodiderunt*.

Item cum sequitur, *ante omnes*. Ut illo Maronis i Æn.

---- *Regna Tyri germanus habebat*

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

Nempe in his quoque *omnes* in duas partes dispescuntur: ac partem unam unus is constituit, cujus nomen exprimitur: sed altera est pars omnium eorum, quibuscum fit unius collatio.

Quod si audimus Saturnium lib. ix, cap. v, Latini interdum in comparativorum constructione imitantur Græcos, qui iis genitivum addunt. Quasi dicas, *Doctior Varronis*, pro, *Varrone*. *Dulcior mellis*; pro, *melle*. Verum loca, quæ adfert, id neutiquam evincunt. Adducit hoc Ciceronis, nescio unde, *Cæterarum rerum præstantior erat*. Sed forsitan interpretari possumus, è *cæteris rebus*. Adducit è Plinii lib. vii, cap. xxx: *Omnium triumphorum lauream adeptæ majorem*. Sed subintelligitur *laureis*. Adfert è Curtii lib. v: *In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt*. Verum *majora navigiorum* ait, ut Plinius, *apum adulescentiores*: quo de loquendi genere superius dictum. At Hieronymum non audimus; cujus, more Græco, illud in Daniele: *Ad ipsam consuebant Iudæi, eò quod esset honorabilior omnium*.

Præter comparativos partitivè acceptos, eoque genitivum, ut ajunt, regentes; etiam adjectiva mensuræ regere docent genitivum: idque tum absolutè, tum additâ particulâ *quam*. Atque hæc exemplis istiusmodi confirmant. Plinius lib. xiiii: *Non altiore quatuor digitorum sulco*. Et lib. xxxvi: *Nec longiores duodecim pedum*. Columella lib. ii: *Sulcæm ducere longiorem, quam pedum centum viginti, contrarium est pecori*. Et lib. viii: *Dum ne vetustiora sint, quam dierum decem*. Et aliquot aliis apud eundem scriptorem locis. Sed hic etiam canon superfluous est, quia satis ex eo cognoscitur, quod antea dicebamus, quemcumque casum admittit positivus, eundem admittere comparativum, & superlativum, sive propriè, sive ἐπιπλεως. Atqui, ut su-

perius quoque monitur, similiter in positivo dicimus, *altrum sexpedum, latrum octo pedum* &c.

Etiam *plus*, & *minus*, quod ipsum de *amplius* dictum velim, genitivo junguntur. Ut illo Plinii lib. XXI, cap. I: *Vstrum plus Surrentino, austeritatis Albano, vehementia minus Falerno*. Sed non inde consequitur; adjectivum ullum, extra verbalia, regere genitivum. Nam si *plus* substantivum est, ut quidam existimant, pertinebit hæc structura ad canona de substantivo alterum substantivum regente in genitivo. Sin verè est adjectivum; jam non genitivus regetur à *plus*, sed ab substantivo in *plus* intellecto: puta *negotium*, vel simili; ut apud Græcos in *πλεον* intelligitur *ξημια*. Verè autem adjectivum esse, arguit hoc Sallustii in Jugurth. *Neque plaris pretii coquum*. Quare in illo, *plaris emi, pretii* intelligitur: *pretio* item in illo *plure venditum*. Pluraque de eo lib. II de Analogia cap. XXIV.

Non desunt, qui contendant, *plus* quadruplicem regere casum. Dicit enim, *Interfecti plus trecenti. Cædes plus trecentorum. Interfecit plus trecentos. Plus trecentis interfectum*. Sed non cogitant, hic ellipsin esse particulae *quam*: *plus trecenti*, pro, *quam trecenti*: *plus trecentorum*, pro, *quam trecentorum*, & ita in aliis. Non igitur casus regitur à *plus*; sed si nominativus sit, ad convenientiam, non ad regimen pertinet. Sin casus obliquus, regitur à nomine, aut verbo, aut præpositione intellecta. Hæc pleniùs exponam.

Plus nunc de qualitate dicitur; ut *plus virium*, de quo antè egi: nunc certo numero sociatur. Quod cum sit, casus additus aut ad convenientiam pertinet, aut ad regimen. Ad convenientiam, si fuerit nominativus. Ut illo Varronis lib. III de R. R. *Ne plus terra pars eximatur mellis*. Livius lib. XXXIX: *Romani haec plus sexcenti ceciderunt*. Et alibi: *Paullo plus trecenta vehicula amissa*. Item Ovid. XI: Met. fab. X. *Aut minus, aut certe medium non amplius æquor Puppe secabatur*.

Plinius quoque lib. XI: *Animalibus, quibus plus quæcerni pedes, nullis sanguis*. Valde errant, cum hic *plus*, vel *amplius*, regere ajunt nominativum. Nunquam enim aliunde regitur nominativus; sed convenit cum altero nominativo, aut verbo. Vti illo Livii: *Romani haec plus sexcenti ceciderunt*: *sexcenti* concordat cum *Romani*: quicum & convenit *ceciderunt*. Atque hoc apertius erit, si integrè exprimas, *Romani ceciderunt plusquam sexcenti*. Imò *plus*, vel *plusquam*, præteratur: eadem erit structura. Ut, *Romani sexcenti ceciderunt*. Quare, cur nominativo utamur, ex *plus* ratio petenda non est.

Nec verius regere ajunt genitivum. Nam, quomodo dicimus, *inter-*
valbum

vallum triem pedum : ita & apud autorem Herennianum legas lib. III : *Intervalla locorum mediocria esse placet, fere paullo plus, aut minus, pedum tricentum*. Et quemadmodum dicitur ; *Exercitus viginti millium* : ita ait Livius lib. x ; *Paullo plus viginti millium alius exercitus fuit*. Quare genitivus regitur non à *plus*, sed ab *intervallum*, & *exercitus*.

Nec unquam accusativus à *plus* regitur. Objicitur Plautus Stichus * : *Nam illa me in alvo menses gestavit decem* :

At ego illam in alvo gesto plus annos decem.

* Sc. Fa-
mem fuisse
suspitor.

Et Terentius Adelph. †

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.

† AB. 2.
sc. 2.

Plinius quoque lib. x : *Singulos vere parit, nunquam plus ternos*.

Verùm accusativus quoque iis in locis requiritur, licet *plus*, & *amplius*, omittam : quod arguit, casum hunc in primo quidem exemplo à præpositione P E R, quæ intelligitur, regi : in secundo autem tertioque inniti verbis *infringo*, & *pario*.

Quandoque & ablativi par ratio est. Nam ut dicitur, *Triennio vixit* : pro *in triennio*. ita quoque, *plus triennio vixit*. Sic illo Plauti Bacchidibus † :

Hunc si nullus Deus amaret plus annis decem,

Plus jam viginti mortuum esse oportuit.

† AB. 4. sc.
Constringi-
tute illi.

Nam eadem structura *plus* omisso. Sed sæpe, si non vi comparativi ; at præpositionis intellectæ, ablativus innititur. Ut, *Plus æquo postulat*. Nec enim dicimus, *æquo postulat*. Itidem in illo Livii lib. XXI : *Ab utraq; parte sexcentis plus equisibus cecidit*. In his eadem ratio, ac in aliis comparativis. Vbi ablativus, per quàm exponi solitus, regitur à præpositione *præ* ; quemadmodum inferiùs dicemus.

C A P V T X V I.

Comparativus non regere dativum, accusativum, vel ablativum. Comparatio etiam instituitur voce homonymâ inter res diversas. Refelluntur, qui negant, unum ex omnibus dici posse omnibus, vel cunctis, doctiorem, aut fortio- rem. Ocius sine ablativo, pro dicto ocuus. Comparativus omnis duo respicit, quæ comparantur. Tristior, pro tristior solito. Cur subtristem malimus tristio- rem, quàm tristem, dicere. Valla error, existimantis, quis- que non jungi comparativis. De Valla iudicium Ramirezii, ac nostrum. Μαῖνον Græci magis Latini addunt comparativus, νεώτερον αἰών. De- magis. Festi error. Cur non ut pervulgatior, perlucidior ; sic dicatur perdoctior, pertristior. Quàm non componi comparativo.

DE Genitivi regimine, comparativis perperam tributo, abunde videor egisse : imò quia comparativus *plus*, præter genitivum, etiam

etiam nominandi, accusandi, & auferendi casum regere arbitrantur; eadem, quicquid hoc est, excussimus. Nunc particulatim videamus de falso regimine dativi, accusativi, ablativi.

Quamquam de dativo nihil magnopere dictu opus. Nam quæ antea de adjectivis, dativum regere creditis, universè exsoluimus; ea hic æquè locum habent. Quale enim, *aptum esui*; tale, *aptius esui*. Vti & cum positivus deficit. Quemadmodum illo Ciceronis lib. II de Off. *Res virtuti propiores*. Apud Sallustium, *nulls inferior*: ut dicimus, *nulls secundus*: *Nulli, inquit, rei bellicæ laude inferior est*. Vti & Plinius, *Nulls animam celeritate inferior est*. Atqui *propus*, vel *propus*, nusquam legitur. *Infera* genere quidem neutro legas apud Tullium ipsum. Sed *infer*, vel *inferus*, apud neminem ejus ætatis: etsi *infer* sit Catonis: *inferus*, Livii Andronici. Nempe gradus non variat adjectivorum naturam; quæ hujusmodi est ut iis, quemadmodum & verbis, dativus addatur, quodcumque acquisitionem significamus.

De accusativo pauldè plura veniunt in considerationem. Alvarus, multique alii, in comparativorum doctrinâ præcipiunt, eos interdum regere accusativum mensuræ: quomodo passim legere est, *longior cubitum*, *latus duos pedes*. Verùm superflua est hæc admonitio. Quandoquidem comparativi eum casum non suâ regunt naturâ; verùm ratione communi adjectivorum, quæ mensuram signant. Similiter enim in positivo dicitur, *longus cubitum*, *latus duos pedes*, & ita in aliis. Præterea nec dici potest, accusativum regi ab adjectivo, cum is regatur à præpositione AD intellectâ, ut superius vidimus.

Propior non dativo solum, sed accusativo etiam, sociatur: ut Priscianus observat lib. XVIIII. Ita Hirtius lib. VII de bello Gallico: *Alter, quo propior hostem in vallo collocatus esset*. Sallust. in Catilin. *Quod tamen vitium (ambitionis) propius virtutem erat*. Et in Jugurth. *Ipse propior montem cum omni equitatu*. Livius lib. II: *Propius fidem est*. Videtur in istis AD intelligi; unde casus regatur. Nisi magis placet, quia sic loquerentur, *prope fidem*, *montem*, *virtutem*; etiam *propior*, & *proximus*, *fidem*, *montem*, *virtutem*, dicere voluisse.

Venio ad ablativum; quem à comparativo regi ajunt, ac posse exponi per quàm, ac, vel atque. Vt, *Fœcundior fortibus*: pro, *fœcundiores, quàm fortes*, vel ac, aut, *atque fortes*. Vt Plinius lib. X: *Tribuit hoc avium generi natura, ut fœcundiores essent fugaces earum, quàm fortes*. Sic, *Amicior aliis*, pro, *quàm alii*, vel, *ac alii*, vel, *atque alii*: Quomodo Plautus ait Mercat. *Amicior mihi nullus vivit, atque is*. Verùm regitur ablativus non à comparativo, sed præpositione PRÆ intellectâ: ut integrè sit, *Fœcundiores præ fortibus: amicior præ omnibus*. Nempe, ut in positivo dicitur,

dicitur, *Fœcundus*, vel *amicus*, *præ illo*. Vbi *præ* valet *ante*. Quomodo Maro I Æn. ait,

— *Scelere ante alios immanior omnes.*

Vbi poterat dixisse, *immanior aliis omnibus*: ut *præ* intelligeretur. Sic, *thymo dulcior*, pro, *præ thymo*: *versutior rotâ*, pro, *præ rotâ*. Maro Ecl. VII:

Nerine Galatæa, thymo mihi dulcior Hybla.

Plautus Epid. act. III, sc. II:

Versutior es, quàm rota figuraris.

Ex utroque horum etiam cognoscimus, rectè comparationem institui rerum diversarum voce homonymâ. Aliâ enim significatione *dulcedo* convenit thymo, aliâ Galatææ. *Versutus* quoque diversimodè dicitur de rota, & callido. Prævit in hoc genere Homerus *:

Τῆ μὲν δὲ τὸ γλαΐωσης μέλιτι γλυκίων ῥέειν αὐδὴν.

Melle suavior huic ab lingua sermo fluebat.

Imò multò ante Homerum sacri vates nostri. Vt Salomo Proverb. cap. v: *Nitidius oleo guttur meretricis*. Rhetores nuncupant *σύζησαν*, quia diversa significata comprehendimus voce ambigua. Vide sis, quæ fusè de hac diximus in Oratoriarum Institutionum libris †.

* It. a.

† tib. 4. cap. 10. scilicet. 7.

Video esse, qui in dubium vocent, an rectè instituaturs comparatio, si dicatur quis, *fortior*, vel *doctior omnibus*. Nam, inquit, voce *omnes*, ipse etiam excluderetur, de quo sermo est: eoque imitandus potius Cæsar, qui lib. IV belli Gallici, non quidem, *humaniores omnibus* ait, sed *cæteris humaniores*. Verba ejus sunt: *Ad alteram partem succedunt Vbis; quorum civitas ampla, & florens, ut est captus Germanorum, qui paullo sunt ejusdem generis, etiam cæteris, humaniores, propterea quòd Rhenum attingunt.* Sed profectò intolerandi supercilii res est, velle Latinitatem metiri, non classicorum scriptorum consuetudine; sed iudicii sui ratiunculis. Nobis verò fatis est, quòd & dixerit Maro VIII Æn.

— *Sed cunctis altior ibat*

Anchises.

Quod item apud Valerium Maximum legere sit lib. IV, cap. II: *Idem sensit Fabricius Luscinius, honoribus, & auctoritate, omni civæ, temporibus suis, major.* Martialis quoque est lib. X, ep. XXIV:

Natales mihi Martiæ Calendæ,

Lux formosior omnibus Calendis.

Interdum ablativus comparationis κατ' ἰσοκρίαν reticetur. Quod in adverbio *ocius* fieri, fatis est evidens. Vt illo Maronis in VIII:

— *At illi*

Ocius incubere omnes. —

Vbi comparativum videmus: comparativo autem nomen à comparatio-

b b b

ratione : sed comparatio omnis inter duo : quare concipiendum hic aliquid, quicum fiat comparatio. Id est mandatum jubentis : quasi dicat poeta : Nondum abolverat sermonem Vulcanus, cum jam videre esset Cyclopes amovere omnia, ut arma fabricarent *Aeneæ*. Vidit hoc Servius, qui illud *ocius* sic interpretatur. *Ocius*, inquit, *incubuerit, quam ille præceperat*. Non dubium igitur, quin integrè sit, *ocius præcepto*, vel *mandato*, sive *dicto*. Quem ablativum expressit Poëta 1 *Æn.*

Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat.

Nec in nominibus minus locum habet. Nam itidem dicitur, *Tristior*, pro *tristior solito*, vel *æquo*. Potest autem quis esse tristior solito, vel æquo, qui paululum tristis sit. *Tristior* igitur naturam quidem suam plus est, quam *tristis*. Omnis enim comparativus refertur ad positivum, ac supra eum, non extremum quidem, ut superlativus ; sed aliquem tamen significat excessum. Verum ista est vocis significatio ex natura, & primo usu. Sed postea *tristior* etiam dici cœpit, qui subtristis esset : idque quia, etsi paululum tantum tristitiæ conceperit ; tamen esset tristior solito, vel æquo. Itaque quem tristem non dixero, dixero tamen tristiorum : quia licet non tantum conceperit dolorem, ut fortasse is tristitiæ nomen satis mereatur ; si tamen conferas præsentem statum cum priori, tristior jure videatur. Par ratio in *lættior*, *solicitor*, & similibus comparativis, quando iis utimur, ne excessus ab altero concipiatur. Arque ex his lucis aliquid accipient, quæ de comparativis minus significantibus positivo dicebamus lib. 11 de Analogia cap. xxiii.

Alvarus, & alii, monent, comparativos regere non comparationis modò ablativum, de quo hætenus dictum ; sed etiam mensuræ. Ut, *longior cubito*, *lættior pedibus duobus*. Verum non hoc fit naturam comparativi ; sed vi communi cum positivo. Imò nec positivus propriè casum eum regit. Quemadmodum enim cum accusativus jungitur, is regitur à præpositione A D : ita cum additur ablativus, is dependet à præpositione A B.

: Hætenus vidimus de genitivis, dativis, accusativis, ablativis ; quos à comparativo regi, communis opinio est. Nunc alia expediam, quæ huc solent referri ; etsi revera non ad regimen, sed ad concordiam, pertineant. Vti est comparativi concordia, vel cum nomine sive pronomine ; vel cum particula. De prioris generis concordia quæritur, an comparativus etiam conveniat cum *quisque*. Sanè Valla reprehendit illud Lactantii libro de Opificio : *Imbecilliora, & timidiora quæque animalia*. Arbitratur autem, dicendum fuisse, *imbecillima ac timidissima quæque animalia*. At Cicero quoque in Verrem ait : *Quisque gravior homo, atque honestior*. Et Seneca lib. 11 de Irâ : *Non vides, nisi majorem quam-*

quæque fortunam major ira committitur? Plinius item lib. XXIIV : *Ex iis majores effectus melioris cuiusque erunt.* Fabius lib. IX, cap. IV : *Pedes quique temporibus validiores.* Imò, contrà quàm Valla putavit, quisque etiam positivo junctum invenitur. Tacitus lib. XII Annal. *Invaleo quisque.* Et lib. I Histor. *Quisque ingenio validus.* Suetonius in Othone : *Ferobatur & invalidum quemque obviorem corrumpere.* Plinius lib. I epist. *Bonus quisque liber.* Appulejus in Apolog. *Peccatum bonus quisque sollicitus cavet.* Lactantius lib. I : *Errorum prudentes quique perspicimus.* Hæc, & alia, subinde fas nobis esto dislerere adversus Laurentium Vallam, virum alioqui de linguâ Latinâ præclare meritum : etsi eum, vir eruditus, Ramirezius de Prado Hispanus, suis in Martialem notis, audaciùs paullò *audacem Grammaticum*; uti & ejus libros *inelegantes elegancias* appellet. Omnino enim illis temporibus magnus fuit, & acutus Romani sermonis censor : qui tamen non rarè à veritatis via deflectat ; idque imprimis contradicendi morbo, quo vehementer laborabat : ut non temere omnino in eum jam olim dictum sit :

Carpis majores, & te quoque, Valla, minores.

Carperis, & carpis, sic tua facta ferunt.

Contrà quàm de se canebat Sulmonensis poëta * :

Vique ego majores, sic me coluere minores.

Ad comparativi, & particularum convenientiam, pertinet ; quòd interdum & *magis*, similesque particulae, adduntur nominibus comparativis. Sic Æschylus ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ :

— Τίς αἰὲν μᾶλλον ἐνδικώτερος ;

Quasi dicas, — *Quis aliis justior sit hoc magis ?*

Euripides similiter Hecubâ :

Θανὼν δ' εἴν' εἴη μᾶλλον εὐλυχέστερος,

ἢ ζῶν.

Quod esset :

Moriens sed ille sit magis felicior,

Quàm vivens.

Aristophanes in Pluto :

Τίς ὃν γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος ;

Id erit :

Quis namque fuerit hoc magis beator ?

Imò sic quoque Aristoteles Topicorum lib. III, cap. I : Καὶ ὅλως τὸ πρὸς τὸ βίαι τέλει, αἰρεσιώτερον μᾶλλον, ἢ πρὸς τὸ πρὸς ἀπὸ π. Planèque illud, quod refertur ad vicam, velut finem, optabilius magis est eo, quod ad aliud quid dirigatur. Sed Latinos videamus. Sic Plautus Captivis, sc. Quo illum nunc :

Nihil unquam invenies magis hoc certo certius.

Et prologo Menæchmorum, *Magis majores.* Item Sticho act. V, sc. IV :

b b b 2

* lib. 4
Trif. cl. 10.

Et Virgil. Culice :

Qui magis operato queat esse beator ævo ?

Valer. Maximus lib. III, cap. VII : *Sed uterque nostrum magis invidiâ, quam pecuniâ, locupletior est.* Imò Pomponius Mela lib. II, cap. VI, etiam geminato *magis*, de Hispania sic loquitur : *Magis magisque laus ad Occidentem abis.* Nec in eo sequentium ætarum scriptores sequi priores dubitant. Arnobius lib. I : *Vide ne magis hæc fortior causa sit.* Cui geminum illud lib. eodem, sed in adverbio : *Es quis magis rectius bonum feret invidiam nominum ?* Et, quod insolentius, idem ait lib. VII : *Minus gratior.* Ruffinus, eruditus Iosephi interpret, lib. I Antiquit. cap. IV : *Cum Ioseph habens compedes familiarior ei magis effectus est.* Boëthius lib. III de Consolat. Philos. carm. I :

Dulcior est apium mage labor.

Alcimus Avitus lib. I :

Quoque magis natura hominis sublimior exstet.

Et Arator lib. I Historiæ Apostolicæ :

Nona fuit tunc hora, magis quâ rectius hora

Prodiit jam trina fides. —

Et, ut tandem definam, Iustiniani quoque est, *magis pluribus*, Insti-
tut. de A&E. §. Sic itaque discretis. In cujusmodi locis, vel compara-
tivus ponitur pro positivo ; vel illud *magis*, ac similia, augment vim
comparativi ; ut fit in *demagis*, quod plus est, quàm *magis* ; quamvis
aliter legatur in schidis Festi, sive potius apud Paullum, qui præposi-
tionem in *demagis* putabat vim habere minuendi.

Alibi etiam aberratum. Ut cum ajunt, PER, & QVAM, compara-
tivus quoque conjungi posse. De priori probant eo, quòd Plinius
libro XIII Histor. Nat. cap. XXIV dicat : *Sponderique jugera ejus amos
perphores.* Quomodo est in veteri Parmentis*. Sed in aliis melius, *an-
nua HS.* Speciosius, quod adserunt è Ciceronis primò de Invent.
Nos perquisitus, & diligentius, scripsisse pollicemur. Et hoc lib. II : *Pars
autem peruvagator.* Et Agellii istud lib. VII, cap. XVII : *Quod videtur
vobis peruvagator esse, id me doce.* Quæ sanè moverint homines parum
acutos, aut attentos : eoque operæ est juventuti in talibus latus fodi-
care, ne ut, *pererudens, perelegans, percontumax*, legimus : sic existimer, in
comparativis dici posse, *pereruditior, perelegantior, percontumacior.* Ac rio-
ribus verò oculis, vel animis potius, intuenti loca illa, nihil periculi
sit, ne glaucoma, aut pulverem objiciant. Facile enim parèbit, PER
hic non usurpari, quâ ratione *perdoctus* dicimus, aut *perbonus* ; sed quâ
verba ipsa, *perquirere, peruvagari, perrepere, personare*, sexcentaque id ge-
nus.

nus. Quare cum Horatio * non metuam *perucidior*, ut *perluceo*; cum aliis *perspicacior*, & *perspectior*, ut *perspicio*; *perpolior*, ut *perpolio*; *permanacior* æquè ac *permax*, de propositi tenaci, ut simplicis *tenax* significationem multùm restrinxerit. At non item dicam, *perurbanius*, *perurbior*, *perpauperior*, *perpaucior*, *peruilius*, aliaque; quorum tamen politivi cum *per* inveniuntur.

De QVAM verò decepti sunt corruptis autorum locis. Adferunt è Ciceronis v Tuscul. Quæst. *Abacoque quàm plures ornauit argento auròque calato*. Vbi in editione Aldinà, illà Rob. Stephani, & optimà quaque, legitur *complures*. Idem de locis aliis sentiendum.

C A P V T X V I I .

Superlativus nullum naturâ suâ casum regit. Etiam jungi signo uniuersali. Imò admittere quoque exclusiuam hanc, inter cætera, vel cæterorum: uti &, aliorum. Vallæ error. Superlativus pro comparativo. Macrobinus aduersus Vallam defensio. Rectene Gallus dicatur Italorum doctissimus, vel contra. Plinii locus expensio. Superlativus cum fatiis. Peroptimus, & similia. Apprimè, & ita, cum superlativo.

R Eliquum est de superlativis videamus. Quos ajunt genitivum regere, cum partitivè sumuntur. Sed par hîc ratio, ac in comparativis: quibus, ut vidimus, casus is jungitur *admixtus*. Nam *optimus*, vel *peffimus omnium*, integrè est, è numero omnium.

Alius hic etiam se error offert. Nam ut malè negarunt, comparativos cum *omnis* conjungi: ita malè idem de superlativis inficiantur. Non jam objiciam illud Ciceronis lib. II de Orat. *Omnis tenuissimas particulas atq; e omnia minima*: aut illud ad Trebatium: *Omnî gradu amplissimo dignissimus*. Nam illud solum velle se dicent, superlativis non jungi partitivè. Sed hoc quoque fatiis refellitur isto Ciceronis epist. ad Brutum lib. XI, epist. XI: *Diis isti Segulio male faciant, homini nequissimo omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt*. Vbi hic observata est captiosa ac puerilis conclusiuncula, si omnium nequissimus, ergo & se ipso nequior fuit? Mirum verò iis non occurrisse Catulli hoc t ad Ciceronem: 72. 500

*Disertissime Romuli nepotum,
Quo: sunt, quoque fuerè, Marce Tullie.
Quoque post aliis erunt in armis;
Gratias tibi maximas Casullus.
Agit, peffimus omnium poëta:
Tanto peffimus omnium poëta,
Quanto tu optimus omnium patronus.*

b b b . 3

Hic

Hic Tullius dicitur Romanorum omnium disertissimus, & optimus omnium patronus : Catullus item sese ait pessimum omnium poetam. Ergone hoc voluit, Ciceronem sese meliorem, Catullum se ipso deteriore? Id si stultum est credere; quid profecto apertius, quam in locis huiusmodi, non ~~omnes~~ intelligi ~~omnes~~; sed subaudiri exclusivam, reliquis, cæteri, aut alii : quod adjecit Maro IV Æn.

— Ipse ante alios pulcherrimus omnes.

Imò interdum (quod ita argutantibus magis quoque absouum videbitur) superlativus loco signi universalis ipsam sibi exclusivam particulam additam habet. Seneca de vita beata, cap. XXVIII : *Inter cetera mala illud pessimum est.* Plinius lib. XXXIV, cap. X : *Ostracitis tota nigra, & cæterarum sordidissima.* Tacitus in Agricola : *Is sunt cæterorum Britannorum fugacissimi, ideoque tamdiu superstites.* Macrobius lib. VII, cap. XII : *Acetum liquidissimum est inter cæteros humores.* Nec abludivit hoc Agellii lib. I, cap. III : *Hunc locum, omnium rerum aliarum difficultimum, strictim atque carptim transgressus est.* Et Macrobius illud lib. VII Saturn. cap. VIII : *Egyptus regionum aliarum calidissima est.* Quibus ex locis eadem cognoscere est, falli in Dialecticis Vallam, cum dici posse negat, *Cæsar est aliorum fortissimus* : aut, *Varro est reliquorum doctissimus* &c. Hanc eum in sententiam adduxit, quod & natura; & usus, comparativum cum ablativo exigere videantur, hoc modo : *Cæsar alius fortior : Varro reliquis doctior.* Quasi non domina sit rerum consuetudo : quæ sibi hoc permittit, ut aliquando superlativus comparativi subiret vicem. Vti & fieri videmus in Quintii oratione ad Nabidem, apud Livium lib. XXXIV : *Quid minus conveniret, quam nos cum tyranno institueret amicitiam : & eo tyranno, quam qui nunquam fuit, servilissimo & violentissimo in suas ?* At durius etiam Appulejus, in VII Met. nec casum comparativi adjungere dubitavit. Ajunt enim scribere : *Omnibus quidem ille puer deterrimus.* Pro, omnibus deterior, vel omnium deterrimus. Censet ita Beroaldus. Sed in plerisque MSSis est, *omnibus modis* : quod firmat sententiam Iani Guiljelmii, *omnimodis legentis* *.

* lib. 9 Verisimil. cap. 13.

De superlativo præterea quaeritur, rectene is usurpetur facta comparatione rerum contrariarum. Sanè Valla non dubitat Macrobium reprehendere, quod scripserit lib. VII Sat. cap. XI : *Age, Servi, non solum adolescentium, qui tibi æquævi sunt; sed senum quoque omnium doctissime.* Nam quomodo, inquit, senum erat doctissimus, qui ipse senex non erat? Verùm imitatus est Macrobius ipsum Ciceronem; cujus illud pro domo sua : *Hoc tu scribere, hoc consiliario, hoc ministro omnium, non bipedum solum, sed quadrupedum imperitissimo, Remp. perdidisti.* Neque enim, arbitror, ambiget Valla, quin bipes, non quadrupes, fuerit

Clo-

Clodius. Quare nec malè dixeris de Gallo : *Vir hic , non suorum Gallorum modò , sed Italorum quoque , vel , si malis , Hispanorum , aut Germanorum , doctissimus est.*

Sed quid si molles Campani in Romano agant exercitu ; num liceat Campano ulli , qui virtutem Romanam sciat , dicere de cive suo supra gentis indolem forti , *Hic & exterorum est fortissimus ?* Mihi videtur particula & tantundem valere ac , *non solum aliorum , sed etiam horum.* Quare non damnem.

Dixerit aliquis , sive *non solum* apponatur , sive & ; durum omnino esse loquendi genus , ac cui ratio adversetur. Quasi non consuetudo interdum habenas excutiat rationis. Quamquam nec tam durum est , quàm videatur. Cùm enim dico , non solum Gallorum suorum , sed Italorum etiam , doctissimus est : sententia est , in amplo illo numero , qui Gallis & Italis omnibus constat , hic est doctissimus. Itaque statuo , rectè etiam simpliciter dici , *Gallorum , Italorumque est doctissimus.* Sententia enim est , ex doctis utriusque gentis hic Gallus , vel Italus , est doctissimus.

Imò , si aliquos audimus , rectè etiam dicas : *Hic Gallus est doctissimus Italorum :* vel contrà , *Hic Italus est doctissimus Gallorum.* Item , si Romanum cum exteris conferas , probum , ut inquam , erit : *Romanus hic exterorum est honoratissimus.* Tuentur autem sese illo Plinii lib. xxxi r , cap. i : ubi de annulis agens , Longo , inquit , tempore ne Senatus Romanum quidem habuisse aureos , manifestum est. Siquidem his tantum , qui legati ad exteras gentes iuri essent , annuli publice dabantur ; credo , quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. Sed non efficiunt , quod volunt. Nam iidem hic Romani , & exteri , dicuntur. Sermo enim de Romanis in provincia agentibus. Quales erant Romani ratione originis , ac loci , unde venerant : exteri tamen , ratione provinciæ , sive loci , quò venerunt. Quanto hoc aliud , quàm si Romanus Romæ de homine dixerit Romano , *Hic apud nos exterorum est honoratissimus.* Quomodo , credo , nisi madulsa aliquis , loquetur nemo.

De genitivo dictum. De cæteris casibus nihil aliud occurrit , præter proximus : quod regere ajunt dativum , & accusativum. Quippe , ut Cicero de Claris Orat. dixit , *Optimis proximis ;* & Fabius lib. ii , cap. x , *Veritati proximum :* ita Plauti esse in Pœn. *Proximus se sum ;* & Livii lib. xxxv , *Laconicus æter proximus sinem Megalopolitarum est.* Linacæ etiam * ait , in Pisonianâ legi : *Proximus Pompejum sedebam.* Verùm nihil illic tale : sed libro i ad Att. epist. xi legitur : *Proximus Pompejo sedebam.* Quomodo & Ciceronem scripsisse , ait Diomedes lib. i. Robertus tamen Stephanus , in Thesauro suo , legit *Pompejum.* Imò sic in codd.

* lib. 3.

codd. suis invenere Lambinus, & Bosius. Vtunque legatur, nec dative, nec accusative, regitur à *proximus*. Par enim ratio hoc loco, ac in *propior*, de quo antè satis diximus: quæ repetere nihil attinet.

Quæ hîc inferciunt de particulis superlativo appositione, vel compositione, addi solitis, ad convenientiam, non ad regimen pertinere, liquet ex antea memoratis. In hîc particulis est *sais*. Pomponius I. C. LII. §. post hoc quoque. D. de origine iuris, Ciceronis orationem hîc verbis commendat: *Exstat ejus oratio sais pulcherrima, quæ inscribitur pro Quinto Ligario*. Vbi quidam malè curioli nobis vocem *sais* furrillare student. Locutus eopse modo Arnobius lib. II: *Poenitæ gradibus sais plurimis ab Imperatore disjunctis*. In hujuscemodi autem locis superlativus ponitur pro positivo. Quemadmodum & fieri videtur cum *tam* additur. Vt apud Tacitum Annal. lib. I: *Tam intima causa*. Imò ipsam Ciceronem. Vt II de Fin. *Deinde dolorem tam maximum*. Et in Lælio: *Quo etiam magis vituperanda est rei tam maxime necessarie tanta injuria*. Ita complures MSSi: atque idem reperi quoque in antiquissimâ editione, ac fortasse omnium primâ. Vetustatem typi arguunt. Et annus præteritur; quemadmodum fieri amabat initiis Typographice. Sed recentiores hîc edidere: *Rei maxime necessarie*.

* ad. 3, sc.
Scolioſtorem
ergo autem.

P E R. positivis tantum præponi voluit Valla. Sed præscripta ejus non sunt edicta Prætoris. Veteres potiùs, & classici quidem, audiamus. Dixit Plautus Mostellariâ*: T H. *Non in loco emit perbono*. T R. *imò peroptimo*. Ita enim habent vet. edit. In Camerarianâ, & recentioribus omnibus, pro eo excusum est: T H. *Non in loco emit perbono has*. T R. *Imò optimo*.

Sed mutatione nihil opus fuit. Livius lib. X belli Macedonici: *Paucis, & expeditis, perdifficillimum aditum*. Columella lib. III, cap. XX: *Adhuc perpaucissimis agricolis contigerit*. Ita in editionibus, quotquot vidi, etiam illâ Roberti Stephani, excusum est. Seneca lib. II rerum nat. cap. X: *Per tenuissima dixit*: & lib. de Consol. *per lucidissimus*: eodémque modo Plinius lib. II, cap. LIV, *per plurimum refert unde venerit fulmina*.

Sic & perquam præmittit Curtius lib. IV: *Perquam maximo exercitu coacto*. Item, *inter paucas*; quod valet, *pre multis*; Plinius lib. XVII, cap. VII: *Herbæ facillima, atque inter paucas utilissima*. De absinthio fermo est.

Apprimè superlativo jungi ut probet Augustinus Saturnius lib. IX, cap. XXXI, è secundo (tertium dicere debuit) Ciceronis de Finibus libro adducit illud: *Quod autem, in quo sapienter dicimus, id apprimè et rectissime dicitur*. Eodem argumento pugnat, cum Robertus Stephanus,

† al. apprimè.

in

in Latinæ Linguæ Thesuro ; tum Leonardus Malaspina , Castigationibus in duodecim Ciceronis epistolarum ad Att. Sed apud Ciceronem , rectè , non *rectissimus* , in aliquot optimæ notæ codd. invenimus. Nec propterea alterum damnamus , quod in MSSis Palatinis reperitur : ac editione Iani Guijelmii , & Iani Gruteri exprimitur. Idem Malaspina censet , *ita frequentissimus* , ut *longè frequentissimus* dici. Eique rei adducit ex oratione Ciceronis pro Sextio : *Cujus sententiam ita frequentissimus senatus secutus est , ut unus dissentiret hostis.* Sed *ita* cum *secutus* , non cum *frequentissimus* , cohæret. Hæc autem adferuntur à Malaspina , ut probet , ferri posse hanc lectionem , quæ est in nonnullis Ciceronis codd. lib. XII ad Att. epist. xxxvii : *Sive hanc aberrationem à dolore delegerim , quæ maximè liberalissima , doctoque homine dignissima.* Vbi Dionysius Lambinus pro , *quæ maximè* , edidit , *maximèque* : sed reclamantibus , (ut ipse in Notis agnoscit) omnibus libris. Malaspina , etsi vulgatam damnandam neget , tamen legi posse existimat , *Quæ maxima , liberalissima , doctoque &c.* Sed ut omnino hic suspectus sit locus , negare tamen non possumus , alios sic loqui scriptores. Nam Columellæ est lib. ix , cap. iiii : *Apis si sævior , maximè pessima est.* Agellius lib. xiii , cap. xv : *Hi sunt vel maximè humanissimi.* Nec abludit hoc Maronis Æn. iv :

— Ipse ante alios pulcherrimus omnes
Inferit se socium Aeneas , atque agmina jungit.

Habemus de verâ fallâque nominum rectione.

C A P V T X V I I I .

DE VERBO. Convenientiæ doctrina quadripartita. Cum utro conveniat Verbum inter duo positum substantiva. A Budæo recessum. Infinitivus , vel oratio pro nominativo.

TEmpus nunc est , ut de Verbo differamus. Nam quem ordinem in libris de Analogia institi , ut priùs de Nomine , & Verbo , tamquam præcipuis Orationis partibus , agerem ; inde nostra proficisceretur oratio ad sex reliquas classes ; eundem nunc in Structurâ observabimus. Ac primùm agendum de Convenientia Nominis , & Verbi. Est ea vel verbi finiti , vel infiniti. Vtraque item vel propria , vel figurata. Ut omnis hæc de Convenientia doctrina sit quadripartita. Primùm dicendum de convenientiâ propriâ Nominis & Verbi finiti , seu personalis , seu impersonalis. Altera pars erit de convenientiâ amborum figuratâ. Tertia de convenientiâ propriâ Nominis , & Verbi infiniti. Postrema de figuratâ convenientiâ eorundem.

Convenientia propria Nominis , & Verbi finiti , est duplex , pro

c c c

Verbo

Verbo duplici, personali, & impersonali. Vtraque est nominativi, & verbi finiti. Attamen nominativi vicem sæpe obit verbum infinitum: ita ut verbum verbo concordet; sed verbum vicem subiens nominis; quod postea plenius explicabitur. Nunc illud in considerationem veniret, quomodo impersonale cum nominativo conveniat. Nam receptum penè ab omnibus Grammaticis, impersonalia non habere ante se nominativum. Sed hanc sententiam refellebamus lib. III de Analogia cap. I. Et aliquid quoque de eo mox dicam in convenientia Nominis & Verbi figuratà.

Convenientia Verbi cum Nominativo fit trifariam. Vel enim solum præcedit nominativus, qui suppositum sive subjectum dicitur. Vel solum sequitur, qui appositum, sive prædicatum nuncupatur. Vel utrimque est nominativus. Primi ordinis est illud Horatii lib. I, epist. II:

Quicquid delirant reges, peccantur Achivi.

Alterius generis est hoc Ovidii, epist. Didus:

Certus es, Aenea, cum fœdere solvere naves.

† a. l. 4. sc. I.

Tertii est illud Terentii Phorm. † *Senectus ipsa est morbus.* Et hoc Sallusti Catil. *Virtus clara æternique habetur.*

In primo genere, nunc simplex præcedit nominativus: ut, *Amor meus crucifigebatur*; vel, *Christus crucifigebatur*: nunc Appositione geminatur, ut, *Amor meus Christus crucifigebatur*.

Sed hic quæritur, si substantiva per Appositionem conjuncta diversi sint numeri, cum utro verbum conveniat. Par autem ratio hinc, ac in adjectivis, de quibus antea dictum. Vidimus illic, ut adjectivum potius consentiat cum eo, quod est hominis proprium; vel cum appellativo, quo animal significetur. Itaque dici, *Tullia, delicia mea, mortua.* Item, *Passer, delicia mea, mortuus.* In causa est, quia *Tullia, & passer*, sunt pars Appositionis nobilior. Nam *Tullia, & passer*, hoc tribuitur, quod sint deliciae; non contra. Ratio igitur iussit, ut adjectivum non cum deliciis, sed cum *Tullia, & passere*, conveniret. Similiter fit in Verbo; ubi illud convenit cum nobiliori, sive eo quod Appositionis, & fundamentum, & si verbum substantivum interferendo pronunciatum sive enuntiationem facias, subjecti locum obtineret. E. G. si dicam, *Tullia, deliciae nostrae*: *Tullia* est potior pars Appositionis, & si enuntiatio fiat, dicam, *Tullia est deliciae nostrae*. Vbi *Tullia* est suppositum, sive subjectum. Itaque cum eo conveniet verbum. Ita Cicero lib. I. ad Att. *Tulliola, deliciae nostrae, tuum minusculam flagitat.* Ac similiter i Tuscul. Quæst. *Acerrime autem, deliciae nostrae, Dicearchus contra hanc immortalitatem disputavit.*

Similis, ac prope eadem quæstio est de tertio Convenientia genere; hoc

hoc est, cùm utrimque est nominativus ; num verbum cum priori, sive supposito concorder, an cum posteriori, sive cum apposito. Plurimum sanè tum quoque convenit cum eo, quod subjecti locum in oratione obtinet, quomodocunque invertantur verba. Neque enim tantùm dixeris : *Crues improbi sunt sentina Reip.* sed etiam, *Sentina Republicæ sunt improbi crues ;* & , *Improbi crues sentina sunt Reip.* Propert. lib. IV. el. I :

Vnus erat fratrum maxima regna focus.

Ovid. I Met.

Omnia pontus erant. —

Et eodem :

Tam primùm subiere domos : domus antra fuerunt.

In VII Met.

Gaudia principum nostri sunt, Phoece, doloris.

Lucanus lib. III :

Omnia Cæsar erat. —

Et in VII :

Sanguis erant lacryme. —

Plinius lib. XXXII, cap. III : *Nota argenti fuerit bigæ, atque quadrigæ.*

Interdum tamen aliter loquuntur auctores. Appulejus initio I Met. *Hymettos Attica, & Isthmos Ephyriæ, & Tenaros Spartiaca, glebæ felices æternùm libris felicioribus conditæ, mea vetus profapia est.* Imò & classici scriptores similiter loqui, docet hoc Ovidii in tertio de Arte :

Vestes, quas geritis, sordida lana sunt.

Et hoc ejusdem :

Vror, & insidiæ sunt pudor ille meæ.

Quin Terentii * ipsius est, *Amantium iræ amoris redintegratio est.* Imò etiam, qui profà scripsere, sic loqui ; duobus hujce locis ostendit Budæus in commentariis linguæ Græcæ. Ciceronis est in Pisonem : *Aude nunc, ô furia, de tuo (consulatu) dicere ; cujus fuit initium ludæ Compitaliis, tuum primùm facti, post L. Aurelium & C. Marcium COSS. Fuit, pro fuerunt.* Plinii est lib. IV, cap. IV, de Peloponneso : *Angustie, unde procedit, Isthmos appellatur. Appellatur, pro appellantur.* Putat Budæus, hunc esse sermonem figuratum : sed falli virum doctissimum, ostendit, quòd interdum non habeat ea locum, quam propriam locutionem esse putat Budæus. Sanè dixit Cicero ult. Parad. *Contentum verò suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque divitiæ.* Et Senecæ est lib. I Epist. *Magnæ divitiæ sunt lege naturæ composita paupertas.* Hic pro sunt (quod figuratum videtur Budæo) singulare est usurpare non ausim. Quare in talibus sequendus est classicorum scriptorum usus. Quod autem de verbis diximus ; idem locum habet in *dictus, appellatus, creditus*, similibusque participiis ; uti in Participio dicemus.

Ostendimus, ut cum Verbo conveniat nominativus. Nunc videamus,

* And. añ.
3, f. 3.

mus, ut non raro locum nominativi, infinitivus, vel etiam oratio aliqua, obtineat. Infinitivi exemplum est, *Ludere est jucundum pueri: pro, lusus. Deprendi * miserum est. Pro, desprehensio est misera. Virtus † est vitium fugere: pro, vitii fuga. Cic. Orat. ad Brut. Docere non habet dignitatem, si quasi e ludo. Sallust. Catil. Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Oratio pro nominativo est in hoc Plauti Aulul. †* *Certum est Sylvano potius credam, quam Fidei.*

* Horat. lib. 1. sat. 2.

† Idem lib. 1. ep. 1.

† alt. 4. sc. 6.

Quid enim est, quod Euclio hic ait esse certum? Nempe hoc, ut credat potius Sylvano, quam Fidei. Id igitur erit subjectum, ac pro nominativo. Contra Tullius III Verr. *Incertum est, quam longa nostrum cuiusque vita futura sit. Quid incertum? Quam vita sit longa futura. Hoc ergo vicem obit nominativi. Sic in illo Plinii lib. IV, ep. XI, ad Minutianum: Confessus est quidam incestum: sed incertum, utrum quia verum erat; an quia graviora metuebat, si negasset. Nam hic quoque incertum, est nominativus consequens: quicquid autem consequitur pro nominativo est præcedente. Huiusmodi enim est pronuntiatum: Vtrum confessus sit, quia verum erat, an quia graviora metueret, si negasset, est incertum. Brevius sic constrinxeris: Causa confessionis est incerta.*

CAPUT XIX.

De convenientia nominis, & verbi figuratâ. Ἐπιεικῆς hic interdum intelligi, nunc generatim homines; nunc speciatim Poëtæ, amatores, vel simile: item nunc generatim res; nunc speciatim cura, potestas, vel aliud. Impersonalia ante se habent nominativum; sed rarius expressum, sæpius intellectum. Immane quantum, insanum quantum, & similia, de Græcorum fonte manantia, κατ' ἔδειψιν videri dicta. Crebra verbi finiti ellipsis in Proverbis. Item iis, quæ honestè dici non possunt. Vbi per Enallagen modi dicitur infinitivus poni pro imperfecto, ibi potius esse ellipsin verbi cœpit, aut similia. Zeugma voce repetitâ sine immutatione ejus. Numeri, ac personæ, tum Zeugma, tum Syllepsis. Zeugma interdum videri, quod non est. Synthesis verbi, collectivæ, aut partitivæ additi. Enallage accusativi pro nominativo. Male Evocationem in Figuris reponi. Falsò tradi, omnia nomina esse personæ tertie.

EXpediam nunc de Convenientiâ figuratâ Nominis, & Verbi finiti. Figuratur autem convenientia vel defectu vocis, vel immutatione. Deficit vox vel planè, vel ex parte. Si planè desit, generali appellatione *Ellipsis* vocatur.

Ἐπιεικῆς vel est nominativi, vel verbi. Nominativus vel est personæ, vel rei. Personæ, ut apud Terent. * *Ita prædicant, nempe homines. Ac similiter illo Catulli †:*

* alt. 5. sc. 3.

† epigr. 2.

Vt solatiolum sibi doloris

Credunt, cum gravis acquiescit ardor.

Integrè sit, *credunt homines.* Sic in Horatiano istoe :

*Sunt * quos carriculo pulverem Olympicum*

Collegisse iuvat. Item † :

Est qui nec veteris pocula Massici

Spernit. Eiusdem est ‡ :

Sunt quibus in satyra videat nimis acer. —

* lib. 1. ad.

1.

† Ibid.

‡ lib. 2. sat.

1.

Sed sæpe generalis *hominum* appellatio restringenda ad materiem, de qua sermo est. Propertius lib. 11, el. vi :

Non ita complebant Ephyræ Laidos ades.

Vbi non tam universè *homines* dixerim concipiendos ; quam parti-
culatim *amatores*. Plutarchus : *Καὶ * Ἀπὸ τῶτο μὴ λέγει τῶν Μουσῶν ἐμυ-
θολόγησεν εἶναι τῶν Μνημοσύνην.* Videlicet, *ποιηταί †.*

* Ac pra-
terea fabu-
lantur. Adno-
mosynen esse
matrem

Musarum.
† Poeta.

Atque ut his locis, vel generatim *homines*, vel speciatim *amatores*,
Poetae, vel alii, intelliguntur : ita interdum generale *rei* nomen omitti-
tur, interdum aliquod speciale ; ut, *cura, potestas*, vel simile. *Res* gener-
ratim intelligitur, cum dicitur, *bene, melius*, vel *malè alicui esse*. Sic Li-
vius de Papirii Curforis disciplina : *Bene ei, vel malè vertat.* Item illo
Ciceronis ad Trebatium ‡ : *Est quod gaudeas, te in illa loca venisse.* Puta
negotium, sive *aliquid rei*. Speciatim intelligitur *cura*, in illo Maronis
Ecl. x :

‡ lib. 7. ep.
10.

Tu procul à patria (nec sit mihi credere) tantum

Alpinas, ah, dura nives, & frigora Rheni

Me sine sola vides.

Pro, *nec sit cura, vel libido credere.* Nam sententia est, juxta Servium :
Quod utinam non credam. Sic cum dico, *Non est opitulari illis*, intellige
potestas : uti & in illo, *Est verbo negare* : hoc est, *potestas est negandi*. Li-
vius lib. xl : *Eorum, quæ objecta sunt mihi, partim ea sunt, quibus nescio an
gloriarì debeat ; partim quæ, verbo objecta, verbo negare sit.* Sic apud Vir-
gilium *, *Cernere erat.* Apud Gellium †, *Est invenire nonnunquam ita
scripsisse quosdam non ignobiles.*

* 6. En.

† lib. 12.

Huc refer, quando impersonalia, ut plurimum fit, non habent ante
se nominativum. Tale, *Non decet te ; non licet tibi* ; puta, *haec res. Evenit*,
puta *res*, vel *eventus*. Ac similiter in verbis, quæ vocant exemptæ actio-
nis. Vt, *pluit*, puta *aqua pluvia*. *Ningit*, nempe *nix*. *Lucescit*, videlicet
lux. Sic in impersonalibus vocis passivæ. Vt, *luditur*, videlicet *lusus*.
Itur, nimirum *via*, sive *itio*, vel *iter*. *Pugnatur*, nempe *pugna*. *Vivitur*,
scilicet *vita*. Nam ut dicitur, *pugnare pugnam ; vivere vitam* : sic *pugnatur
pugna ; vita, vel etas vivitur*. Item *curritur*, puta *chrysus*, & speciatim

ccc 3

mille

mille passuum. Quod & plurativo dicitur, *mille passus curruntur.* Cicero pro Quintio : *Septuaginta millia passuum vis esse decursa biduo.* Sic, peccatur; nempe hoc, vel illud peccatum. Vt i Offic. *Quo in genere etiam multa peccantur.* Vigilatur, puta nox. Vt apud Ovid. epist. Medæ ad Iaf. — *Noctes vigilatur amara.*

Sic, *festinatur, properatur.* Scilicet, res. Nam si regunt accusativum, habent etiam ante se nominativum. De accusativo autem arguit hoc Plauti Pœn. *Quicquid agit, properat omnia.* Et Taciti illud lib. xi Ann. *Nisi voluntariam mortem properavisset.* Item apud Maronem iv Æn.

Festinare fugam. Ac Ovid. xi Met.

— *Et jam, quas induat illa,*

Festinat vestes.

Nominativo autem junxit Tacitus de moribus Germanorum : *Nec virgines festinantur.* Et Plinius in Panegyrico : *Delubra oculi à celeritate properantur.* Atque ex his obscurum non est, intelligi nominativum, quoties non exprimitur.

Ab ellipsi nominis nunc accedo ad ellipsin verbi : quæ imprimis crebra in verbo substantivo. Maro i Æn.

Sed vos qui tandem ? Puta, estis.

Lucanus lib. i :

Quis furor, ô crues ? quæ tanta licentia ferri ?

Fit hoc quoque in istis loquendi formis, *immane quantum, mirum quantum, nimium quantum, immensum quantum, insanum quantum, incredibile quantum.* Vbi verbum substantivum addit Tullius in Oratore : *In Oratoribus verò Græcis quidem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat.* Sed fere verbum præteritur, etiam à Cicerone ipso ; ut in Oratore : *Huius generi orationis adspargentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent.* Et lib. iv de Fin. *Differre dicit inter honestum, & turpe, nimium quantum.* Profluxit hoc loquendi genus à Græcis, qui dicunt, *θαυμασὸν ὄσον, ἀμήχανον ὄσον, ἀμύθηλον ὄσον.* Eodem verò recidit res, utrum dicas, deesse verbum ἔστι, an superesse τὸ ὄσον, aut esse periphrasin adverbii : ut *θαυμασὸν ὄσον* sit *θαυμασῶς*, *πλείστον ὄσον* sit *πλείστα* : quæ Rittershufii sententia est ad Oppianum. Sed primum, iudicio meo, est simplicius, ac tale, ut hinc locutionis ejus causam videamus. Ex ignoratione verò ejusce loquendi formæ, sæpius apud Latinos corrupti sunt scriptorum loci : ut ostendit Carrio lib. xi Antiq. Lect. cap. xii, & xiii, & And. Schottus lib. v Observat. Human. cap. viii. Cæterum Appulejus etiam dixit, *immane quantum.* Verba ejus sunt Apol. i : *Quod quidem matrimonium Emiliano huic immane quantum angore, quantumque invidiæ fuit.*

Videtur

Videtur & verbum hoc, vel simile, intelligi, cum adverbis demonstrativis jungitur nominativus. Vt IV ÆN.

— *En, dextra, fidesque.*

Quod valet, *Hic tibi dextra est mea, hic pariter fides.* Sig I ÆN. *En Priamus.* Item illo Ciceronis lib. II ad Att. ep. IX: *Epistolam cum à te avide expectarem, ecce tibi nuncius. Puta est, adest, venit: ut integrè Naso.** * lib. I A. mor. el. 5.
Ecce Corinna venit. Et quid si itidem dicamus, intelligi verbum substantivum, cum *ve* sociatur dativo? Vt in proverbio, *Ve victis:* pro, *ve sit victis.* Vbi *ve* nominativi vim habet, quasi *malum* dicas. Sed de eo in Interjectione pluribus.

Sæpe etiam præteritur verbum *dicunt*, aut simile, nisi participium *dicens*, vel *dicens*, intelligere malis: de quo non pugnabo. Maro IX ÆN.

— *Tunc Nisus, & una*

Euryalus, confestim alacres admittier orant:

Rem magnam, pretiumque moræ fore.

Salustius in Jugut. *Postero die cum Anlo in colloquio verba facit: tamen ipsum cum exercitu fame ferroque clausum teneat; tamen se memorem rerum humanarum, si secum fœdus faceret, incolumes omnes sub jugum missurum; præterea mihi diebus decem Numidiâ excederet.* Item eodem libro: *Marius A. Manlius legatum cum cohortibus expeditis ad opidum Laris, ubi stipendium & comensarium locaverat, ire jubet; se prædabundum post paucos dies eodem venturum.* Ita enim rectè, meo iudicio, legit Andreas Schottus lib. V Observat. Human. cap. XIIII. In vulgatis, atque etiam membranis nostris, est, *dicique se prædabundum &c.*

Crebrò & verbum aliud reticetur, ut notum. Quod in proverbii imprimis crebrum. Vt in epigrammate Pomponii, apud Varronem in VI de L. L.

Ridiculum est, cum te Cascam tua dicit amica,

Fili Petroni, sequisenex, puerum.

Dic tu pusam illam. Sic fiet, MVTVA MVLI.

Nam verè pusus tu, tua amica senex.

Proverbium notum: *Musum mihi scabunt.* Vnde verbum est splendendum. Sic Cicero lib. II de Fin. *Sedulò, inquam, faciam: sed Fortuna fortes.* Nempe, *adjuvat.* Idem pro Flacco: *Hic, hercule, cornici oculum, ut dicitur. Nempe confixit, vel effodit.* Idem, *Salutem plurimam.* Pro quo integrè aliàs, *salutem plurimam dicit.* Prius fit more Græco, qui ἀπαῖς dicunt χαίρειν, intellectu λέγειν, vel simili. Sic poterat Horatius simpliciter lib. I, epist. VIIII: *Celfo gaudere, & bene rem gerere Albinovano.* Quod Græce foret: *τῷ Κέλσῳ χαίρειν, εὖ πράττειν Ἀλβινοβανῷ.* Sed nunc, ut integer sit sermo, subdit *Musa rogata refer.*

Quan-

Quandoque etiam verbum finitum honestatis causâ præteritur. Terentius Eun. act. III, sc. I :

Ego istum Eunuchum, si fiet opus, vel sobrius.

Maro Ecl. III :

Novimus & qui te, transversa timentibus hircis,

Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.

Priori exemplo ego, posteriori qui, convenit cum verbo eo, quod si honestatis causâ præterierint Poëtæ, nos sanè dicere non debemus; præsertim cum per se satis intelligatur.

Ad ellipsim verbi finiti etiam pertinent, ubi verbum infinitivum poni ajunt pro imperfecto finito. Ut hoc v Æn.

Tum pius Æneas humeris abscondere vestem.

Vbi abscondere, per enallagen dixisse censent, pro abscondebat. Sed nulla hic enallage; verum ellipsis verbi finiti. Nam abscondere ponitur, pro cœpit abscondere. Par ratio similibum. Ut illo Terentii Andr. act. I, sc. I :

— Facile omnes perferre ac pati,

Cum quibus erat cunque unâ.

Quod exponunt, perfererat, ac patiebatur. Sic eadem scenâ :

— Ego illud sedulo

Negare factum.

Sed multò malum statuere ἐπιείκειν verbi cœpit : prout Quintilianus interpretatur lib. IX, cap. III ; ubi sic scribit : *Synecdoche, cum subtractum verbum aliquod satis ex cæteris intelligitur. Vi Cælius in Antonium : Semper gaudio Græcus. Simul enim auditur, Cœpit. Arque eadem sententia est Prisciani in XVI II : ubi addit, simili ἐπιείκειν à Græcis infinitivum*

* gaudere.
† jubeo.

χάριεν * usurpari pro imperativo. Intelligi enim κελεύω †. Apud Græcos, inquit, infinitivus pro imperativo ponitur : apud nos autem in præterito imperfecto. Et apud illos tamen, & apud nos, hoc fit per figuram ἐπιείκειν, hoc est, defectiois. Gaudere enim dicunt, pro gaude : & subauditur jubeo, vel volo, vel

† act. 3, sc. 4.

opto. Sic enim antiqui : Gaudere te jubeo, pro gaude. Terentius in Adolph. † Salvare Hegionem plurimum jubeo : pro, salve, Hegio, plurimum. Sic ergo & apud nos, cum imperfectum sit, dicere cœpi, pro dicebam; scribere cœpi, pro scribebam :

* act. 1, sc. 1.

per ellipsim verbi cœpi, solent auctores proferre verba infinita : ut Terentius Andr.* Ego illud sedulo Negare factum. Deest enim, Cœpi negare, pro, negabam.

Servius historicam figuram vocat. Falluntur nihilominus, qui Poëtæ, vel historicos solum, ita loqui putant. Nam Ciceronis est lib. I de Oratore : *Galba autem alludens variè & copiosè, multas similitudines adferre, multaque pro æquitate dicere.* Plinii est in Panegyrico : *Tè parvuli noscere,*

† Faciū Critica Græcæ. Tom. 3.

ostentare juvenes, mirari senes. Alia quoque, ac ipsius Ciceronis loca collegit Bartholomæus Barrientus † in annotationum sylvâ cap. X.

Habe-

Habemus de Ellipsi ea, quâ vox prorsus desideratur. Sequitur illa, ubi vox quidem ponitur, sed *ὁρὸν κενὸν* repeti debet. Ut fit in Zeugmate, Syllepsi, & Prolepsis.

Zeugma, juxta Donatum *, est unius verbi conclusio, diversis clausulis aptè conjuncta. Estque duplex. Nam quandoque verbum, ut exprimitur, sic repeti debet: quandoque autem repetitur non similiter, sed immutatum. Prioris generis hoc exemplum adfert Donatus † è III Æn.

*Trojugena interpres Divium, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Claris laseros, qui sidera sentis,
Et volucrum pennas, & præpetis omina penna.*

Nam *sentis*, quod semel ponitur, præterea quinque similiter repetendum.

Sedulò autem attendere convenit, ne pro Zeugmate hujusmodi habeatur, quando nihil repetendum *ὁρὸν κενὸν*, sed vox alia intelligitur. Ut apud Ciceronem ad Att. lib. x, epist. xv: *Horum ego summorum imperatorum non modò res gestas non anepono meis; sed ne fortunam quidem ipsam, quâ illi florentissimâ, nos durioro conflictari videmur. Vbi consuetari non potest concipi in florentissimâ: sed intelligendum hîc *nsi*, vel ejus notæ aliud. Similiter fortasse in illo Æn. II:*

*Sacra manu, victosque Deos, parvumque nepotem
Ipse trahit.*

Nam *sacra*, & Deos, non videtur traxisse: ut intelligendum videatur *portat*. Quamquam aliter Servius: *Trahit licet ad nepotem pertineat, tamen & superiora concludit*. Sed Donatus in priori mavult intelligere *portat*. Sic enim scribit: *Portabas suis manibus sacra; portabat & deos victos; parvumque nepotem ipse trahit, quoniam fugientis passibus non valebat occurrere*. Possis idem statuere de illo Æn. XII:

*Disce puer virtutem ex me, verumque laborem;
Fortunam ex aliis.*

Vbi ita Servius: *Fortunam] subavdimus opta. Neque enim fortuna discitur. Quidam autem descitionem putant, & desse volumus, Pete, aut Accipe*. Aliqui tamen non agnoscunt hic hujusmodi ellipsin: sed existimant, verbum *disce* repeti debere. Vnde Servius continuò subjungit: *Alii figuram volumus, pro, Quid fortuna sit, ex aliis disce, cum & bona, & mala sit fortuna: Quid valeat dea hæc, ex aliis disce. Vult enim intelligi, adversâ usum*.

Vidimus de Zeugmate, ubi nulla verbi immutatio. At aliis non tam laxè zeugma sumitur: sed solùm sic vocatur, cum substantivis diversi numeri, aut personæ, subjungitur verbum, quod conveniat cum propiore. In numero quidem, ut illo Maronis Æn. v:

d d d

Tua-

* libello de barbarismo, & schematicis.

† ibidem.

Traitur favor Eryalum, lachrymaque decoræ.

In persona verò, ut illo ejusdem Ecl. II :

Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses.

Nec alio differt Syllepsis, quàm quòd Verbum plurale conveniat cùm digniori. In numero quidem, ut isto Æn. IV :

— *Dum fata Deusque sinebant.*

Nam plurativus dignior est singulo. In persona verò ; ut apud Ciceronem ad Cæsarem Imp. * *Sustulimus manus, ego, & Balbus.* Apud Virgil. †

* lib. 7.
ep. 5.
† Æn. 4.

*Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis,
Tuque, puérque tuus.*

Nam prima persona dignior est secundâ ; secunda item, tertiâ. Interdum autem est ὑπερόδωγμα, sive ζεύγμα ἑπιμένυς : ubi Syllepsin vulgò statuunt. Vt illo Maronis Ecl. VIII :

— *Nihil hic, nisi carmina desunt.*

Et illo Ovidii :

Quid nisi secreta læserunt Phyllida sylvæ?

Nec foli sic loquuntur poetæ. Nam dicit Cicero Philipp. IV : *Quis igitur illum confideam, nisi latrones putant?*

Nonnunquam autem Verbum nec convenit cum propiore per Zeugma, nec cum digniore per Syllepsin : quod præposterum Zeugma nuncupatur Aug. Saturnio †. Exemplo sit hoc Livii lib. I : *Ob eam rem ego, populusque Romanus, populus præsertim Latinorum, hominibusque præsertim Latinis, bellum indico, facioque.* Per Syllepsin enim diceretur, *indicimus, facimusque* : per Zeugma autem, *populus, & ego indico* ; non, *ego, & populus, indico.* Vt verè sit Zeugma inversum.

† lib. 10.
cap. 4.

Sequitur Περόληψις, quâ toti subjiciuntur partes, diversis numeris aut personis, verbo non repetito. Plautus Pseud.

*Duorum ego labori hominum parvissem libens,
Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.*

Maro Ecl. VII :

*Compulerantque greges Corydon, & Thyrsis, in unum ;
Thyrsis oves, Corydon dissentas læte capellas.*

Livius lib. VII : *Consules profecti, Valerius in Campaniam, Cornelium in Samnium ; ille ad montem Gaurium, hic ad Sarriculanam, castra ponunt.*

Abunde dictum de Ellipsi, tum omnimodâ illâ, cùm vox penitus desideratur ; & generali nomine ἀπλωῆς Ellipsis dicitur : tum alterâ, quâ non profus deficit ; ut in Zeugmate, Syllepsin, Prolepsin ; ubi & Ellipsis est, quatenus vox animo supplenda, & aliquid amplius Ellipsis, quando non eodem modo supplenda, sed variato numero, vel personâ.

Nunc

Nunc agendum de figuris, ubi defectus non est; & tamen est discordia; idque vel ratione numeri, ut in Synthesi: vel ratione casus, ut in Enallage: quibus addunt tertiam, ratione personæ; ut in Evocatione.

Ἐνθεσις hic fit, cùm nomini Collectivo numeri singuli verbum additur plurale. Maro v Æn.

— *Triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt.* Ovid. lib. II Fast.

Conveniunt, celebrantque dapes vicinia supplex.

Livius lib. II: *Hoc tibi juvenus Romana indicimus bellum.* Plinius in Præfat. Nat. Histor. *Magna pars studiorum amoenitates querimus.* Aliquoties etiam occurrit apud Appulejum in Floridis. Ac par ratio in Partitivis. Terentius Adelph. *

— *Aperue aliquis actutum ostium.*

Scio esse, qui *aperuo* malit. Sed Plautus quoque non semel *aperire*; & jam olim ita legit Donatus, qui sic scribit: *Aliquis vim habet pluralem, quamvis singulariter dicatur: non enim est aliquis, nisi de multis.* Sic Plautus Menæchmis: *Vter meruistis culpam?* Et Amph. *Neuter ad me iretis cum querimonia.* Cicero III de Fin. *Vt alter alterum nec opinatio viderimus.* Tacitus XIV Annal. *Agrorem, quos proximus quisque irruerant.*

Est etiam cùm Synthesis duplex concurrit; una nominis, altera verbi. Vt illo Statii lib. VII Thebaidos †:

— *Subeunt Tegeæa juvenus*

Auxilio tardi —.

Ad Synthesin etiam refertur, cùm Gen. I dicitur, *In principio creavit Elohim celum, & terram.* Nam *Elohim*, quod plurale est, (unde II Samuel VII, 23: *Iverunt Elohim*) id hoc loco jungitur cum singulari *bara*, id est, *creavit*: sive, quia Trinitas eâ locutione innuatur; ut multi viri docti putant: sive, quia, ut veteres Hebræi docent, tria sint nomina, terminatione quidem pluralia, sed significatione singularia; nempe, *elohim*, *adonim*, & *baalim*.

De Synthesi satis, sive potius Synesi, ut eam rectiùs vocari, in Namine diximus.

Sequitur *Enallage*: de quâ hic sermo, quatenus pro casu recto utimur obliquo. Ita dixit Plautus Persâ act. I, sc. III:

— *Hic leno nondum sex menses Megaribus*

Huc est cum commigravit.

Est, inquit, sex menses. Vbi *sex* valet *senos*, non *seni*. Quomodo nec in prologo Aululariæ reformidat idem:

— *Hanc domum*

Iam multos annos est cum possideo.

ddd 2

Nisi

Nisi cum Simone Bosio statuas, hîc, *multos annos*, scriptum esse, pro *multis annis*. Sed parum id mihi verisimile fit. Nam & idem Epid. act. IV, sc. II :

Ego, reliſtis rebus, Epidicum operam querendo dabo :

Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem.

Item Persa act. V, sc. I :

— *Hîc statui volo, primum*

Vnde ego omnes hilares, ludentis, letificantis faciam ut fiant aliqui mihi.

* act. 5.
sc. 4.

Et alibi sæpe. Estque simile hoc Terentii Adelph. *

Illum, ut vivas, optam.

Pro, *ille ut vivas.*

Etiam analogæ convenientiæ adverſatur illud Tibulli lib. I, eleg.

VIII : *Sic venias hodiernæ. —*

Pro *hodiernus* : quod nominativus est à tergo adscitus. Sic, *Macte esto*, pro, *mactus* : apud Lucilium, Turpilium, Pacuvium ; ut Nonius ostendit. Ac similiter Livius lib. VII.

Atque hæc de enallage doctissimorum etiam hominum sententia est : quæ nunc animus est expendere. Triplex verò exemplorum ratio est, quæ adduximus. Primum, ubi spatium temporis in accusativo ponitur cum verbo substantivo. Sed hoc cum fit, non tam enallagen casus puto, quam ellipsin præpositionis *ante*. Nempe, ut dicimus, *Natus annos triginta* ; pro, *ante annos xxx* : sic, *Est sex annos, cum veni* : pro, *est ante annos vi, cum veni*. Quâ de re iterum dicendum erit cap. XLIV. In altero accusativus ponitur post verbum *facio*, vel *opto* : ubi accusativum suspicor regi à verbo. Nimirum post *facio*, *scio*, *nescio*, vel eandem vim habentia, accusativus sæpius invenitur, qui pro nominativo poni videtur, quia præit, vel sequitur, *ut sit*, vel *fiat*, aut simile ; cum revera hæc redundant, aut pro *esse* sumantur ; accusativus autem regatur à verbo antea dicto. Ut in illo, *faciam diem exitiabilem ut fiat* : accusativus regitur, à *faciam* : sed *ut fiat*, *ἵνα γινῆται* : vel ponitur pro *esse* : q. d. *faciam hunc diem esse exitiabilem*. Item, *Faciam omnes hilares ut fiam* : valet ; *ἵνα γινῆται*, *faciam omnes hilares*, vel *faciam omnes hilares esse*. Quandoque est ellipsis relativi *talis*. Plautus Amphit. *At ego te faciam ut miser sis*. Et Pseudolo : *Satis si hanc mulierem efficio ut tua sis*. Hæc sic supplevero : *Faciam te talem, ut miser sis*. *Hanc mulierem efficio talem, ut tua sis*. Similiter post *opto*, *volo*, aut *mesmo*. *Illum t optam, ut vivas* : pro, *talem optam*. Idem Aulul. act. IV, sc. VI :

Nimis hercle ego illum corvum ad me veniat volim.

Sententia est, *Velim corvum talem esse, ut ad me veniat*. Vel, *Velim corvum, atque ut veniat ad me*. Terentius Phorm. act. III, sc. II :

— *Mesno leonem nequid suo fuit capiti. —*

Ajunt

† Terent.
Adul. act.
5. sc. 4.

Ajunt *lenonem* poni pro *leno*, quia conveniat cum *suat*. Sed distinguere fatius post *lenonem*. Quasi dixisset, *metuo lenonem : metuo, inquam, nequid capiti suo suat*. Idem in verbis *scio, & nescio* statuendum. Plautus *Menæch. act. II, sc. I* :

Ego illum scio, quàm cordi sit carus meo.

Et *Afin. act. I, sc. I* :

Vtrum meam uxorem, Libane, nescis qualis sit.

Sed post *scio, & nescis*, distinguendum. Copulâ insertâ, magis structuræ ratio parebit : nempe hoc pacto : *Scio illum, & quàm carus sit : nescis uxorem, & qualis sit*. Utrobique & fuerit ἐξυμλῆσις, ut sæpe accipitur. Idem Terentii hoc *Eun. act. V, sc. VIII* :

— *Scin me in quibus sim gaudiis !*

Sententia est, *nosti me, fortunamque meam, & in quantis sim gaudiis ?* Etiam enallagen statuunt in hoc *Aulul. act. IV, sc. VII* :

— *Sed servum meum Strobilum*

Miror ubi sit ; quem ego me jusseram hic opperiri.

Sed quid si hic quoque statuamus, *miror* convenire cum nominativo *ille*, qui desideratur : quasi dixisset Comicus : *Quem ego Strobilum, servum meum, me jusseram hic opperiri, ille miror ubi sit*.

Hactenus tantum institimus Comicorum exemplis. Expendamus nunc illa, quæ ex Cicerone afferuntur. Quale illud ad *Quinctum Fr. lib. IX, ep. XIV* : *Hæc me ut confidam faciunt. Pro, ego ut confidam. Sed, puto, hic quoque sic supplendum, faciunt me ejusmodi ut confidam. Quasi dixisset, faciunt me confidentem. Multa etiam vulgò afferuntur, ubi accusativus pro nominativo poni dicitur ante verbum *videretur*. Tale ajunt hoc in *Rullum* : *Consulibus Senatus permisit, ut vini & olei decumas, quas ante te vendere in Sicilia quæstores consuessent, Romæ venderent, legemque, his rebus, quam ipsis *videretur*, edicerent. Pro, quæ ipsis *videretur*. Pro *Rabirio* perduellionis reo : *Fit Senatusconsultum, ut C. Marius, L. Valerius Consules, adhiberent Tribunos plebis, & prætores, quos eis *videretur*. Pro, qui *uis *videretur*. Imò Livium quoque ajunt eadem enallage dicere : *Eam legionem primo quoque tempore in Sardaniam transmittendam curaret, mitteretque cum imperio, quem ipsi *videretur*. Pro, qui *videretur*. Sed nulla istis locis enallage, quia loca hæc sic supplenda sunt : *legem, quam edicendam esse *videretur*, edicerent. Adhiberent prætores, quos esse adhibendos *videretur*. Mitteret, quem esse mittendum *videretur*.******

Tertium de enallage exemplorum genus erat : ubi vocativus usurpanti dicitur pro nominativo. In quo Latini more suo, imitantur *Æoles* : ut diximus *lib. I de Analogia cap. V*. Vbi similia adduximus loca *Maronis, Persii, Aufonii*. Estque geminum hoc ejusdem *Persii sat. III* :

Stemmata quòd Thusco rariorem millefime ducis.

Sed in hujusmodi locis non omnino exui vocativam, facile videbit, qui penitus considerarit. Atque hoc poetarum licentiæ sufficit, ut casus eos permutarent. Hactenus de Enallage.

Supereft *Εκκλησις*, sive *Evocatio*. Hanc figuram definiunt, quâ nomen rectum jungitur verbo primæ, aut secundæ personæ. In prima singulari: ut apud Ovidium epist. ad Vlyssesem:

Penelope conjux semper Vlyssis ero.

Sic *Calliopius recensui*. Calliopius Critici nomen est, qui Terentium emendavit, & hanc operam suam subscribendo testatam fecit. Personâ secundâ singulari: ut apud Ovidium, epist. Deianiræ:

Siqua voles apte nubere, nube pari.

Itidem primâ plurali, apud Maronem Ecl. VIII:

— *Non omnia possumus omnes.*

Secundâ plurali, ut, *Vterque delusistis: pater, & filius, similes estis.*

Sed nulla in his omnibus est facies solœcismi: ut mirum sit, eam à doctissimo Saturnio quoque reponi inter figuras Grammaticas. Neque enim omne nomen tertiæ est personæ, quod ait Priscianus lib. XII: sed, præter vocativum, per se, & actu nullius est personæ: at per accidens est omnium personarum, non solius tertiæ. Quâ de re pluribus dictum lib. I de Analogia cap. IV.

C A P V T XX.

De convenientia nominis, & verbi infiniti. Pro infinitivo cum accusativo præcedente, poni quandoque verbum finitum cum nominativo, & particula quod. Anisiposis nominativi pro accusativo ante verbum infinitum. Hellenismus dativi, pro accusativo, post licet, expedit, necesse est, videtur, datur.

Satis de convenientia nominis, & verbi finiti. Deinceps transeamus ad convenientiam nominis, & verbi infiniti. Ac primùm agendum de convenientia propriâ, & naturali: quæ est accusativi expressi, plurimumque unius duntaxat, ejusque præcedentis: interdum verò unius quidem præcedentis, alterius verò sequentis. Par enim hîc ratio est, ac in verbo finito. Hoc solum est discriminis, quòd cum finito verbo convenit nominativus; cum infinito, accusativus. Ut igitur dicimus, *pietas alget*; sic, *pietatem algere*: &c, ut, *homo est bulla*; sic, *hominem esse bullam*. Cujusmodi accusativi resolvuntur in nominativum cum particula quod, & verbum finitum. Ut, *Poëta * ait, probitatem algere*. Pro, *quod probitas alget*. *Varro † ait, hominem esse bullam*. Pro, *quod homo est bulla*. Etsi verò nonnullis hæc, per quod enunciata, Latinis auribus non

* *Juvenal.*
sat. I.
 † *Præfæ.*
lib. de
 R. R.

convenire videantur : sic tamen interdum loquuntur optimi scriptores. Plautus *Afinariâ* act. I, sc. I :

Equidem scio jam, filius quod amet meus.

Pro, *jam filium meum amare*. Cicero lib. x ad Att. ep. IV : *Cum scripsissem, quod cuperet me ad Urbem venire*. Pro, *cupere se, me venire*. Seneca lib. XIX, ep. x : *Cum verò commendare paupertatem cœperat, & ostendere, quòd, quicquid usum excederet, pondus esset supervacuum*. Pro, *cœperat ostendere, esse pondus supervacuum*. Plin. lib. III, epist. v : *Pergratum est mihi, quòd tam diligenter libros avunculi mei lectitas*. Pro, *Pergratum est, te lectitare*. Quandoque etiam resolvitur per verbum finitum cum nominativo, & particula *ut*. Quale hoc pro Cæcinâ : *Si populus jusserit, me tuum servum esse*. Quod sic resolves : *Vt ego tuus servus essem*. Passim enim præcipiendi verba cum particula *ut* reperias.

Sed de accusativo quod diximus, non videtur perpetuum. Nam infinitivus, quæ sensus, vel desiderii, vel vocandi, aut opinandi significationem habent, usitatè additur nominativus. Vt, *Tuus*, vel *Mævius*, videtur esse probus, desiderat haberi eruditus, cupit fieri dives, vult vocari consultus, creditur esse liberalis. Item, cum gestus significatur : ut, *Solet incedere rectus*. Nempe cum verbum utrumque habet casum, casus ille, qui sequitur, etiam convenit cum eo, qui antecessit. Vt igitur dixero ; *Catonem esse, quam videri, bonum maluisse* : itidem cum Sallustio * dicendum ; *Cato esse, quam videri, bonus malebat*. Et ita quoque Terentius

Andr. act. II, sc. III :

Ipsus sibi esse injurius videatur. —

Et Adel. act. v, sc. VI :

— *Meditor esse affabilis.*

Ovid. epist. Briseidos :

Quâ merui culpâ fieri tibi vilis, Achille ?

Martialis lib. XIII, ep. LXVII :

Non edat hæc volucrum, qui cupit esse salax.

Quintilianus lib. III, cap. VI : *Non sustineo esse conscius*. Quæ sic per accusativum, sed parum usitatè extuleris : *Videtur sibi, se esse injurium*. *Studeo, me esse affabilem*. *Merui, me fieri vilem*. *Non sustineo, me esse conscius*. *Cupit, se esse salacem*. Quomodo Cicero in Catil. *Cupio, me esse clementem*. Vallam vide lib. III, cap. XXIII.

Nunc pergamus ad convenientiam figuratam. Ea est duplex ; ellipsis, & antiptosis.

Ellipsis est, cum accusativus præcedens desideratur. Hoc plurimum fit in pronomibus, *me, te, se, illum*. Quodque ex iis pronomem intelligatur, cognoscitur ex persona verbi finiti. Vt, *Statui proficisci* ; pro, *me proficisci*. *Mavis abesse* ; pro, *te abesse*. *Negat velle* ; pro, *se,*

se, vel *illum velle*. Atque hoc ita esse, cum natura, & ratio, dicatur etiam, quod antiqui illi interdum hos addunt accusativos. Plautus Aulul. act. v :

Certò enim ego vocem hic loquentis modò me audire visus sum.

Idem Milite Glorioso act. iv, sc. vii :

— *Verear magis,*

Me, amoris causâ, hoc ornatu incedere.

Mercatore act. i, sc. ii :

— *Lubet scire ex hoc me, ut sim certior.*

Epid. act. i, sc. ii :

Sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso velim.

Capt. act. iv, sc. ii :

Quin ita faciam, ut te cupias facere sumtum, etsi ego vetem.

Cafinæ act. i :

— *Quod te postules*

Gustare quicquam.

Et paulò post :

Nunc ne tu te mihi respondere postules.

Idem Afin. act. i, sc. iii :

Vult placere sese amica, vult mihi, vult pedisequa.

Idem Curculione act. ii, sc. ii :

Hac nocte in somnis visus sum viderier,

Procul sedere longè à me Esculapium ;

Neque EVM ad me adire, neque me magnipendere.

Nec solus ita loquitur Plautus. Lucretii enim est lib. i :

Quippe etenim quam multa tibi me fingere possem *Somnia.*

Sic & aliorum codices chirographi, & optimus MSus noster. Pro quo in Florentinâ Iuntæ, à Petro Candido recensitâ, est, *Iam fingere possunt.* Ennius, apud B. Augustinum lib. xiii de Trin.

Omnes mortales sese laudari exoptant.

Terentius Andr. act. iv, sc. vi :

Quæ sese inhonestè optavit parere hic divitias.

Idem prol. Ean.

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis,

Quam plurimis.

Cui geminum hoc Sallustii initio Catil. *Omnes homines, qui sese pre-
stare student ceteris animantibus.* Ut Priscianus quoque adducit in vii.
Nonnulli non hanc nativam putant structuram ; sed esse pleonasticum
pronominis. Sanè, cum prope consuetudo obsoleverit veterum, qui
pronomen addere solent ; fortasse nunc possis dicere, *ὡδ' εὐδαίμων**.
Sed non hoc impedit, quo minus alterum loquendi genus sit prius, &
nativum : eoque cum deest pronomen, potius *ὡδ' εὐδαίμων* videatur.

* redundare.

Interdum etiam accusativus non à fronte, sed à tergo desideratur per ellipsin. Ut illo Ciceronis ad Terentiam: *Me miserum! In tantas te calamitates meâ culpâ incidisse?* Supple, *num tolerabile est?* Terentius Andr. act. III, sc. v:

— *Servon' fortunas meas me commississe futili?*

Intellige, *ferendumne?* vel, *meae dignum*, aut simile. Plin. ad Adrianum: *Hominemne Romanum tam Græcè loqui?* Puta, *an credibile est?* Val- lam adi lib. II, cap. XIV.

Ab ellipsi venio ad antiptosin: quâ nominativus pro accusativo ponitur, more Græcorum. Horat. lib. I, od. II:

— *Patiens vocari Cæsaris ulsor.*

Pro, *patiens te vocari Cæsaris ulsores.* Sic lib. I epist. ad Torquatum:

— *Patiarque vel inconsultus haberi.*

Et ibidem epist. ad Quinctium:

Cum pateris sapiens emendatusque vocari.

Ac magis etiam Atticum est hoc lib. III, od. XXVII:

Vxor invicti Iovis esse nescis?

Hoc est, nescis te Iovis esse conjugem? Sic Propertius lib. I, el. VI:

Iurabo & bis sex integer esse dies.

Vulgatum quoque hoc Catulli de Phælo:

Ait, fuisse navium celerrimis.

Ovidius: *Hanc pius Aeneas eripuisse ferunt.*

Et illud Maronis Æneid. II:

Dixit, & extemplo (neque enim responsa dabantur

Fida satis) sensit medios delapsus in hostes.

Et alibi sæpe. Putat Ioannes Bernartius, & cum eo alii, Papinium eodem dixisse modo lib. I Thebaidos*:

— *Sed mox*

Attollit status ducis, & sedisse superbus

Dejecto se fratre putat.

Sed profectò rectum est, *superbum*; quod in vulgatis legitur. Nam *superbus* cum se cohærere nequit. Nisi & tunc pro se reponas: quod se facere ait Bernartius fide librorum vet. Imò ut *superbus* scribatur, non huius loci fuerit; sed conveniet cum *putat*: quia sententia erit; Ille superbus putat se jam, dejecto fratre, sedisse, sive in regno stabilitum.

Est & aliud antiptosios genus: quando infinitivus esse ponitur post *licet*, vel *expedit*. Nam, juxta nativum sermonem Latinum, utimur tum dativo cum accusativo. Sed more Græcorum pro accusativo ponimus alterum dativum. Priori modo ait Terentius Heaut. act. II, sc. IV:

e e e

Nam

Nam expedit bonas esse vobis.

Et Tullius pro Cornelio Flacco : *Si civi Romano licet esse Gaditanum. Estque simile illud Cæsaris : Quibus licet esse fortunatissimos. Et optimus Quinctiliani MSus codex, quem illustris Camerarii munificentia debemus, habet lib. IV, cap. IV : Procuratorem * tibi esse non licuit. Posteriori modo Cicero lib. I Tuscul. Quæst. Licuit otioso esse Themistocli : liceat Epaminondæ, liceat etiam mihi. Ac similiter Livius lib. XXI : Illis timidus, & ignavis licet esse, qui receptum habent ; quos suos ager, sua terra, per totâ ac pacata itinera fugientes accipiant : vobis necesse est fortibus viris esse. Verum interdum solus ponitur dativus. Cicero pro L. Flacco : Cur denique esse liberis non licet ? Horatius sat. I, lib. I :*

* Vbi Ascensius, Vasiosanus, Stephanus, Gryphus, procuratori.

— *Atqui licet esse beatis.*

Et sat. II ejusdem libri :

Munifico esse licet —.

Ovid. lib. V Trist. el. II :

An magis infirmo non licet esse mihi ?

Interdum quoque solus exprimitur accusativus. Cicero pro Ligario : *Liceat esse miseris, quamquam hoc victore esse non possumus. Idem ad Att. lib. X : In Italiâ autem nos sedentes, quid erimus ? nam medicus esse non licet.*

Quandoque autem optimi scriptores, aliis quoque infinitivum ESSE antecedentibus, dativum ponunt pro accusativo. Ut in Livii loco, quem pauld antè adduximus : *Vobis necesse est fortibus viris esse. Estque simile Plautinum hoc Cistell. act. II, sc. III :*

Mihi bonæ necessum est esse ingratis.

Lucretii quoque est lib. V :

Quidve mali fuerit nobis non esse creatis ?

Horatius lib. I, epist. XVI :

Da mihi fallere, da iusto sanctoque videri.

Et epist. ad Pisones :

— *Mediocribus esse Poëtis*

Non homines, non Di, non concessere columnæ.

Ovid. VIII Metamorph. fab. VII :

— *Vobis innumibus huius*

Esse mali dabitur.

† vers. 219.

Claudianus lib. I in Rufinum † :

— *Natura beatis*

Omnibus esse dedit, siquis cognoverit uti.

Imò neque Val. Maximus sic loqui dubitavit. Ejus enim est lib. V, cap. IV, de Cimone : *Nam etsi maximo tibi postea & civi, & duci, evadere conigit. Et lib. III, cap. VI : Lucius quoque Sylla, cum imperator esset, oblamy.*

chlamydato sibi, & crepidato, Neapoli ambulare deforme non duxit. Plura vide apud Augustinum Saturnium lib. iv, cap. v. *Causam autem utriusque sermonis pauci perspicunt.* Ea est, quod unus sit natus linguæ Romanæ; alter transmarinus, & à Græcis acceptus. Romani enim ed accusativum exigunt, quia casus is convenit cum pronomine intellecto. Ut, *Licet vobis esse otiosos*: pro, *Licet vobis, vos esse otiosos.* *Contigit tibi evadere optimum civem*: pro, *Contigit tibi, evadere te optimum civem.* At altero modo loquuntur exemplo Græcorum. Ut, *Cui primum licet, vel contingit esse medico, postea homo medico.* Sic enim Plato in Protagorâ: Ω πρώτον μὲν ἐπιάρχῃ ἰατρῶν εἶναι, ἔπειτα ἀγαθῶ ἰατρῶν. Iocrates in Areopag. Προσῆκε ἡμῖν βελτίστους ἀπάντων ἀνθρώπων εἶναι. *Convenit nobis, hominum esse optimis.* Et familia alibi, & apud alios.

C A P V T X X I.

Ad regimen Verbi acceditur. Vbi princeps, si non unicus, veri regiminis canon, de verbis activis regentibus accusativum. Moechari aliquam non æquè *videri probum, ac adulterare aliquam.* *Accusativi gemini à verbo recti semper sunt ejusdem rei.* *Adulor aliquem.* *De structura Verbi condono error Donati, item alter Julii Scaligeri: ac Erasmus adversus eum defensio.* *Eludo, maledico, medicor, noceo, cum accusandi casu.* *Hypognosticon libri non sunt Augustini.* *Palpo, parco, suadeo, cum accusativo.* *In Terulliano vetus scriptura vindicata.* *Dofstheus notatus.*

A Convenientia ad Regimen Verbi transeo: ubi primò agendum de vera Verbi rectione: deinde de ea, quæ falsò tribuitur Verbo.

De vero regimine canon est hujusmodi: Verba activæ significationis regunt accusativum, quo actionis objectum, vel effectus, notetur. Verba dixi activæ significationis, quia non illa solùm regunt accusativum, quæ formæ sunt activæ; ut quæ, R addito, fiunt passiva; quale est *amo*: sed etiam activa communia, ac deponentia; ut, *osculor, consolator*: atque aded absoluta, sive quæ non videntur R ante O admittere; ut, *præsto, eo, ambulo.* Addebam, accusativum, nunc objectum significare, nunc effectum. Objectum notatur isto, *Bacchus * amat colles.* Effectus illo, *Pollio † & ipse facit nova carmina.* Ambo miscentur in hoc pro Archia: *Studia ‡ adolescentiam alunt, senectutem oblectant; secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium præbent.*

Interea in his usus spectandus. Nam *defendo te*; probum; at non *auxilior te.* Latinum quoque *juvo te*; non item, *patrocino te.* *Stuprare aliquam* dixero; uti & *adulterare aliquam*, quomodo loquitur Suetonius:

nus : at non temere dicam , *mœchari aliquam* ; etsi sic loquatur vetus interpres Matth. v : ubi ut Græcè est , ἐμόχῃσεν αὐτὴν , ita ipse , *mœchatus est eam* , pro *cum ea* .

Interdum Verbum regit geminum , sed ejusdem rei , accusativum .
 * *ad. 4. sc. 1.* Terent. Adolph. * *Facio te Deum* . Cic. lib. i ep. *Præsta te virum* . In qualibus accusativi sunt rei ejusdem , ac alter alteri jungitur per regulam convenientiæ . Sin diversæ sint rei , alter accusativus non erit hujus loci , quia non à verbo regetur , sed à præpositione intellectâ : ut , *Oro te hanc rem* . Vbi *rem* regitur à præpositione , quæ respondeat Græco *ἔ* , sive sit *secundum* , sive *juxta* , ac *circa* , sive *ad* , vel , *quod ad* : de quo dicemus postea pluribus .

Et hæc quidem usitatè . Sunt verò alia , ubi vulgò obtineat dativus , cùm veteres fere accusativum usurpent . Paucula eorum , ut speciminis loco sint , & ut de uno altero judicium feram , juxta literarum seriem digeffi .

Adulor . Attius Prometheo apud Cic.

Tum jecore opimo facta & saziata affatim

Clangorem fundit vastum : & sublime advolans ,

Pinnat à caudâ nostrum adulus sanguinem .

Atque , ut cascos illos mittam , Ciceronis ipsius est in i Off. *Cavendum est , ne assertationibus pacifaciamus aures , nec adulari nos sinamus* . Item in Pisonem : *Adulantes omnes te videre volui . vidi* . Et Cic. lib. ii de Div. *Adulatus fortunam alterius* . Similiter alii optimi ævi . Columella lib. vii , cap. xii , de canibus : *Illi quoque furem adulantur* . Sed sequens seculum , quod non parum degeneravit à puritate illâ Iuliani , & Augustæ ævi , *adulari tibi* cœpit dicere . Seneca de vita beata cap. ii : *Qui opes sequuntur , qui gratiæ adulantur* . Super hoc , & aliis id genus , conqueritur Quintilianus lib. ix , cap. iii : *Verborum verò figura , & mutata sunt semper , & uscumque valuit consuetudo , mutantur* . Itaque si *ANTIQUVM sermonem NOSTRO* comparemus , penè jam , quicquid loquimur , *figura est* . *Vt* , *Huic rei invidere ; non , ut omnes veteres , & Cicero præcipiè , hanc rem : & incumbere illi , non in illum : & plenum vino , non vini : & huic , non hunc adulari : & mille alia ; utramque non PEIORA vincant* .

Condono perperam huc referri arbitror , quia accusativus rei junctus accusativo personæ , non regitur à verbo , sed præpositione intellectâ : ut paulò ante diximus . Ita Afranius Vopisco : — *Id autem me condonat literis* . Pro , *Quod ad id aurum attinet* . Eodémque modo
 * *ad. 5. sc. 7.* dixit Terentius Phorm. †

— *Quid vis tibi ?*

Argentum , quod habes , condonamus te .

Quem

Quem locum Donatus adducit, ut illustret illud ejusdem Comici Eunuchus * : *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur.*

* Prologo.

At malè idem (nisi libri fallunt) ait, *te* in superiori loco esse ablativum : cùm necesse sit, *quæ*, & *te*, esse ejusdem casus. Immeritò quoque reprehendit Erasmus Iul. Scaliger †, quòd ita legendum putàrit, cùm in vulgatis esset, *quæ nunc condonabuntur*. Nam futurum hoc pacto, ut metrum claudicaret. Deinde, ut de Donati apud doctos omnes autoritate nihil dicam ; *condonabitur* legitur quoque in optimo illo codice Bembino, quem omnium, quos unquam viderat, antiquissimum sibi videri, testatus est Angelus Politianus. Quod verò vir magnus addit, correctione hâc Latinam linguam ab Erasmo depravari, quia Latinum non sit, *condonare aliquem argentum*, ἀπυλοῦ ἀμεινον † : ut indicium faciunt, quæ antè diximus.

† Orat. advers. Erasmus.

† indicium melius.

Eludo nihilo rectiùs huc retulerunt. Nam, *eludo te anulum*, itidem figuratè dicitur, pro, *eludo te, quod ad anulum*. * Miles, *quæso ut mihi dicas, unde illum habeas anulum*, *quem parasitus hic te elusit*.

* AB. s. sc. Phaedrus. propera.

Maledicere (ac par ratio verbi *benedicere*) accusativo junxit Tertullianus hb. adversus Praxeam : *Nos autem dicentes Christum crucifixum, non maledicimus illum, sed maledictum legis referimus*. Similiter alii scriptores Ecclesiastici, ac Latinus Bibliorum interpret. Varennius † autumat, hoc fieri imitatione LXX interpretum. Non inficior : sed tamen similiter locuti scriptores Romani. Nam Petronii quoque Arbitri est : *Maledic illam verbis, ut habeas pudorem*. Alibi tamen idem dativo jungit : ut cùm ait, *Positâ frequentius sarcinâ maledicebat properantibus*.

† in Syntaxi sua Græcâ.

Medeor. Ter. Phorm. act. v, sc. iv :

Quas cum res adverse sient, paullo mederi possis.

Vitruvius lib. viii, cap. iiii : *Bisuminosi (fontes) interioris corporis vitia, potionibus purgando solent mederi.*

Medicari. Plautus Mostellariâ :

Habe bonum animum : ego istum lepide medicabor metum.

Maro 1 Georg., *Semina vidi equidem multos medicare ferentes.*

Quem in locum Servius monet, etsi impropriè dicatur, *medeor illum*, pro *medeor illi*, quod proprium : tamen utrumque horum, *medico*, ac *medicor illum*, propriè usurpari. Idem Maro vii Æn.

Sed non Dardaniæ medicari cuspideis ictum

Evaluit.

Vbi idem Servius, *Medicor illam rem, & illi rei*. Posterius magis obinet. Ita Terent. And. act. v, sc. iv :

Cum ego possim in hac re medicari mihi.

Et Maro III Georg.

— *Senibus medicantur anhelis.*

Nocere. Plautus Mil. Glor. act. v :

Iura, te non nociturum esse hominem de hac re neminem.

Vt in MSSis nonnullis legitur. Etiam, ex summi viri mente, Phaedrus lib. IV :

— *Nocuit hominem procinus.*

Sed & M. Seneca lib. v controverf. ait : *Dum filium vindico, ubi me gravissimè nocere possit, ostendit.* Alterum quoque citant alterius Senecæ locum ex epist. CIV, aut juxtim alios CIVI ; itémque alium Livii ex lib. III ab v. c. Verùm uterque in melioribus libris longè aliter legitur, quàm adfertur : neque *noceo* accusativo junctum, sed vel citra casum, vel cum dativo expressum, habet. Interim accusativo quoque junxit B. Augustinus prologo Hypognosticòn, sive Hypomneticòn : ubi hærefes Pelagianorum recensens, ait : *Adam, inquit, sive peccasset, sive non peccasset, moriturum fuisse : tamen peccatum ejus neminem nisi solum nocuit ipsum.* Eodémque locutus modo in ipso ingressu lib. XI Hypognost. Si modò libri isti sunt Augustini ; quam sententiam ex libro Ecclesiæ Lugdunensis de tribus epistolis ante annos scripto prope octingentos, atque aliis argumentis, refellimus Historiæ de controverfiis, quas Pelagiùs, & ejus reliquæ, moverunt, lib. I, cap. XVI.

Palpo. Juvenalis sat. I :

— *Quem munere palpat*

Carius.

Sed usitatius Plautus Amphit. act. I, sc. III :

Observasote, quam blandè mulieri palpabitur.

Et Horatius lib. II Serm. sat. I :

Cui male si palpere, recalcitrat undique tuus.

Parcere. Plautus Curcul. act. III, sc. I :

*Qui homo maturè quæsit pecuniam,
Nisi eam maturè parsis, maturè esurit.*

Locutus eopse modo Virgil. x Æneid.

*Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Natis parce tuis.*

Et Symmachus lib. I, epist. XXXIII : *Istius muneris operam non recipiam.*

Num verò & suadeo huc referemus ? Accusativo quidem jungit Tertullianus lib. de habitu mulierum cap. I : *Tu es diaboli janua, tu es arboris illius resignatrix, tu es divinæ legis prima desertrix, tu es quæ eum sustulisti, quem diabolus agredi non valuit.* Est qui * locum corruptum putet :

* Is Melchior Goldastus, ut est apud Ia. Menfium in Aulæario Philologico cap. 25.

unde legit, *quæ sic invasisti*. Sed est Græcismus. Nam *ειπὲς* *μαρτίσθης* est, *ἀνέπεισας αὐτόν*. Quomodo Homerus, Plato, Xenophon, & alii passim. Etiam Iudith cap. XII, vers. x : Πείσον τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν. Vbi vetus interpres : *Suade illam Hebræam*. Dositheus lib. III : Ἀδριανὸς εἶπεν, πείσον τὰς κελιάς, μὴ ὀφείλη τῆτον πρὸ τῶν πρὸς ἡγορίαν ἔλευθερεῖσθαι. Quod ipse sic vertit : *Adrianus dixit, Suadete iudices, non debere eam circa eam appellationem manumitti*. Vbi pro, *circa eam appellationem*, rectius eo nomine dixisset.

C A P V T X X I I.

Alia accusativum regentia. Servii, & Galeotti Martii error. Priscianus τρωολόγος. Potiri urbem, regnum. Vesci auras, ova. Fungi munus, vel officia. Abstinerē te, manum, vim. Erumpere se, vel stomachum. Verba regentia accusativum suæ originis, vel cognatæ significationis, more Attico. Infinitivus, vel oratio, pro accusativo, quem Verbum regit.

ATque ista pro accusativo sæpius habent dativum. Aliæ verò sunt, quæ usitatus cum ablativo jungantur : ut *lito*. Imò ; si Servium audimus in IV Æn. & Galeottum Martium cap. XXXIX de promiscuâ doctrinâ, vel absolute semper ponatur, vel cum ablativo, non item accusativo. Itaque juxta eos, haut liceat dicere, *litare deo sacra*, vel *exsta* : sed tantummodo, *sacris*, vel *exstis*. Atqui, ut de Virgilio * nihil dicam, apud quem legimus, — *Sacrisque litatis* : Propertii est lib. IV, eleg. I : *Pastor & ad calamas exsta litabat ovis*. Et Suetonius : *Victimas Dni patri castas litare*. Eodémque modo locutus Lactantius lib. IV, cap. XXVII.

Pleraque etiam deponentia, quæ ablativum ajunt regere, ea vi canonis superioris cum accusandi casu sæpe invenias. Ordinarè a verbo *potior*. Quemadmodum enim Græci ajunt, *δοτρίαν τῆς, ἢ δοτὶ τῆς, ἢ τῆς* ; ut Platonis, Demosthenis, & Isocratis locis Priscianus probat in XVI II : ita Latini dicunt, *potiri illius, illum, & illo* : quod Priscianus eopse libro non uno, sed tergemino in-loco, quamquam minimè diversis, sed iisdem testimoniis, probat : quam *τρωολογίαν* passim in eo deprehendas. Sed de genitivo, & ablativo, postea dicemus. Accusativum verò regere, multis probatur exemplis. Cicero lib. II Off. *Clandestino introitu urbem est potius*. Ita libri vet. Idem lib. I Tuscul. *Ego doleam, si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem nostram potiturum putem* ? Sic plerique omnes libb. Quidam tamen manuscripti, *Urbe nostrâ* : quomodo & Manutius edidit. Idem Tullius

Tullius Philipp. XIII: *Vincamus odium, pacemque potiamur*. Locutique eodem modo Terentius, & Plautus. Apud Sallustium * quoque in vet. codd. exaratum, *Adherbalem poriretur*: ubi Priscianus lib. XVII, *Adherbalis*, legit. Iustini est lib. XI: *Alexandrum* (Cleofis mater) *nominavit, qui postea regnum Indorum potius est*. Similitérque idem loquitur aliquoties.

Par ratio in *vescor*. Virgil. III Æn.

Quid puer Ascanius? super arne, & vescitur avias?

Ita in antiquissimis plerisque libris legi, scribit Pierius. Tibullus lib. II, eleg. V:

Vera cano: sic usque sacras innocia lauros

Vescar, & eternum sis mihi virginitas.

Crebrò ita locutus Plinius. Vt lib. VI, cap. L: *Si caprinum jecur vescantur*. Et lib. IX, cap. L: *Ova vescenas*. Item lib. X, cap. XXXVII: *Aves nonnullæ vescuntur ea, quæ rapuere pedibus*. Item lib. XI, cap. XXXVII: *Qui absinthium vescuntur*. Est & Taciti in vitâ Agricolæ: *Eo ad extremum inopiæ venere, ut infirmis suorum mox sorte ductos vescerentur*.

Fungor quoque accusativum non rarè adsciscit. Plautus Menæchmis †:

— *Iam isti sunt decem.*

Nam parasitus octo hominum manus facile fungitur.

Idem Trinum. Prologo:

Sequere, mea gnata, ut manus fungaris tuum.

Terentius Adel. act. III, sc. IV:

Neque boni, neque liberalis functus est officium vini.

Idem Phorm. act. II, sc. I:

— *Functus adolescenti est*

Officium liberalis.

Lucilius lib. I sat.

Munus tamen fungi, & muros servare possent.

Idem lib. V:

* *Lævin' pauperem ait se ingentia munera fungi.*

Cornelius Nepos: *Daranes militare munus fungens*. Tacitus lib. III Annal. *Supremam erga memoriam filii sui munera fungeretur*. Et lib. IV: *Ego me, P. C. mortalem esse, & hominum officia fungi, sacisque habere, si locum principem impleam, & vos testor, & cætera meminisse posteros volo*.

Est qui & notor à Cicerone accusativo additum prober illo lib. II de Orat. *Si ærari corpus utimur ad belli adiumenta*. Sed in corruptis incidit libros, cum non corpus, sed copias, habeant emendati codd. Antiquos tamen ita locutos, agnoscimus. Plautus Aſinariâ †:

Cætera quæque volumus uti, Græcâ mercamur fide.

† act. 4. sc.
Sportulam
cape.

‡ Malim
potissimè
vel potes
sint, quasi
potes sint.
* Ita MSus
noster: alii,
Livius, vel
Lælius.

† act. I. sc.
Vnumquod-
que istorum
verbum.

At *abutor* cum accusativo crebrò ita invenias apud Comicos , ut de eo tacere satius videatur.

Pertinent ad verba activæ significationis multa etiam verba , quæ intransitiva creduntur. Vt *abstineo*. Cicero Philipp. II : *Quale autem beneficium est , quod te abstinueris à nefario scelere ?* Terent. Adelph. * *Non* ^{* ad. s.} *manum abstines , mastigia ?* Horat. lib. II , sat. III :

— *Abstinuit vim*

Vxore, & gnato — .

Etiam Godescalcus Stewechius è MSSis reponit § , & quidem, Instit. de rerum divis. *Monumentis, & ædificiis, se abstineat*. Et §, si uxor, Instit. de nupt. *Qui ab huiusmodi nuptiis se abstinuerint*. Par ratio in compositis à *rumpo*. Cicero lib. XVI ad Att. epist. III : *Hunc tu iraculatum in macrocolum lege arcanò convivis tuis : sed si me amas, hilaris, & bene acceptus, ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati*. Cælius ad Ciceronem epist. XIV similiter dixit, *erumpere se ad bellum* : ut observat quoque Paullus Manutius. Est & Virg. I Georg.

Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese

Diversi erumpent radii.

— Et IV Georg.

Et caput unde altus præniom se erumpit Enipeus.

Etiam ita loquuntur Terentius, & Cæsar : ac Arnobius quoque lib. I bis dixit, *irumpere sese* : ut initio notarum in eum scriptorem monet idem Stewechius.

Etiam ad verba activæ significationis pertinent , quæ accusativum habent κατ' ἰδιότητα, ut appellant : hoc est, vel suæ originis, vel cognatæ significationis. Prioris generis apud Terentium † est, *ludere ludum* ; apud Maronem ‡ , *frivere frivorem*. Donatus *archaismum* vocat. Mallet Atticismum dixisset : partim quia Atticorum sunt, ὕβριον ὕβριζεν , μαύριαν μαύριονος , χαρὰν χαίρειν , γελᾶν γέλωτα , λῆρον ληρεῖν , πόνον πονεῖν , aliâque id genus , quæ Ἀττικὸν ἄξιμα etiam Suidas nuncupat : partim quia sic locutos constat, non eos modò , qui desita & obsoleta amant ; sed optimos quosque optimi ævi scriptores ; etiam Ciceronem, cujus est illud lib. V, epist. II ad Famil. *Magnâ voce juravi verissimum pulcherrimumque jusjurandum*. Ac similiter Cælius ad Cicer. epist. II : *Puto, ut suum gaudium gauderemus*. Et Livius lib. IX : *Atque ob eam rem noxam nocuerunt*. *Vitam vivere*, apud Terent. Adel. Ac Propertius quoque lib. I, el. IV :

— *Vitæ quodcumque sequetur,*

Hoc magis ad sueto vivere servitio.

Nec refugiunt Iurisperiti : quorum sunt , *actionem agi, cautionem cavere, obligationem obligari, tractatum tractari, partem partiri, stipulationem*

fff

stipu-

† Eun. a. 7.
3. s. 9.
‡ 12 c. 8.

stipulari, atque alia; quæ apud Iurifconsultos se observasse ait Scipio Gentilis lib. I παρήγορ. cap. VI. Vide & quæ congestere, Budæus in Commentariis linguæ Græcæ; Fulvius Urfinus ad XII Æn. & Rittershusius ad IV Oppiani Αλιόλιη.

Sed ut suæ originis accusativum regi videmus in his, *vivere vitam, olere odorem, lucere lucem, cœnare cœnam, pugnare pugnam*, ac similibus: ita accusativus cognatæ significationis est in istis, *vivere atavem, olere unguenta, lucere facem, cœnare epulas, pugnare prælium*, aliisque. Hujus etiam generis loca ex veteribus apponam. Ac primùm de oleo. Plautus Mostell. act. I, sc. III: *Mesno, ne oleant argentum manus*. Terentius Adelph. act. I, sc. II:

Obsonat, potat, olet unguenta, de meo.

Et Cicero Phil. II: *Vinum redolentibus*.

Sic *luceo*. Plautus Casin. act. I, sc. I: *Lucebis novæ nuptæ facem*. Et Curcul. act. I, sc. I:

Tute tibi puer es lautus, lucet cereum.

Cicero de Amicitia: *Prælucebat bonam spem*.

Similiter *cœno*. Plautus Afin. act. V, sc. II:

Ecastor cœnabis hodie, ut te dignum est, magnum malum.

Horat. II, Sat. VIII:

Nos, inquam, cœnamus aves, conchylia, pisces.

Epist. II, lib. II: *Erunt cœnat olus*.

Appulejus Met. IX: *Sacrificales epulas cum sacerdotibus dea cœnabat*.

Item *pecco*. Cicero I de Nat. Deor. Xenophon eadem ferè peccat. Horatius epist. ad Pisones:

Vt scriptor si peccat idem librarius usque,

Quamvis est monicus, veniã caret.

Et Plautus cum alibi, tum Cistell. act. II, sc. I:

Tu me delenis, propter te hæc pecco.

Tale etiam *plaudo*. Vt, *plaudere aquas natatu*, apud Statium Papinium lib. I Sylv. carm. IIF. Atque idem in epithalamio Violantillæ:

— *Iam Tybridis arces*

Iliacæ, pandit nitidos domus alta penates,

Claræque gaudentes planferunt limina cygni.

Simile etiam *pugno*. Horatius lib. IV, od. IX:

— *Non pugnavit intrens*

Idomeneus. Sthenelusve solus,

Dicenda Musis prælia.

Item *quiesco*. Appulejus Met. IX: *Post multum equidem temporis, somnum humanum quævi quidem*.

Hactenus vidimus, ut verba activæ significationis nomen regant accusativi casus. Sed pro accusativo interdum est verbum infinitum, vel etiam oratio. Prioris generis est, *Scit canere*; ut dicimus, *scit cantum*. *Cœpit studere*; ut, *cœpit studia*. Cicero lib. xv ad famil. ep. xv: *Interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent; alios, ut ipsam vinci contemnerent. Ipsam vinci, hoc est, ipsam victoriam.*

Petronius Arbiter:

Tanti non emo, Lai, pœnitere. Hoc est, *pœnitentiam.*

Oratio pro accusativo est in illo Terentii Phormione*:

— *An verebamini,*

Ne non id facerem, quod recepissem semel?

Sic, *Vereor, ne reprehendar à doctis.* Pro quo Cicero in Oratore, *Vereor reprehensionem doctorum.*

* *ab. 4.*
sc. 1.

C A P V T X X I I I.

Accusativus à verbo rectus κατ' ἐπιθεῖον subtractus. Ut conturbare, pro, conturbare rationes: decoquere, pro, decoquere rem: ac similia.

ATque in his accusativus à Verbo rectus exprimitur. Sæpe vero κατ' ἐπιθεῖον subtrahitur. Ut, *nubere alicui*, pro *nubere se*, vel *vultum*. Flameo enim sponsa nubebat, hoc est, velabat vultum. Maro VII Æn. *Cum venti posuere: puta se*, unde Servius exponit, *quiescere*. In Eclogis: *Cum faciam vitulâ. Nempe sacra. Appulit, vel, solvit, vel, conscendit* †, puta *navem*. *Obire, occumbere, vel, oppetere; puta mortem*. I, *amabo, pro, amabo te*. Ut Cicero ‡, *Cura, amabo te*. *Imponere, pro decipere*. Quod integrè sit, callidè alicui onus, vel ridiculi quippiam imponere. Quomodo & Græci dicunt ἐπιθεῖον. Simile etiam *conturbare*, puta *rationes*. Κατ' ἐπιθεῖον usus Cic. pro Plancio: *Virum igitur me conturbare oportet, an cæteris, cum cuiusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc cum petitur, dissolvere?* At integrè Terentius Eun. act. v, sc. 11: — *Ita conturbasti mihi Rationes omnes. Geminum huic decoquere, pro decoquere rem*. Cic. Philipp. 11: *Tenesne memoriâ, prætextatum te decoxisse?* Res enim decoquitur. Quomodo Columella lib. xi, cap. 1: *Res tamen ipsa jam domino decoxit*, hoc est, *decoxit se*, sive, *est decocta*. Sic *agere, agitare, degere; puta vitam*. *Ire, ire, ingredi; videlicet viam*. *Quo tendis, aut pergis?* scilicet *viam, vel iter*. Item, castrensè verbum, *condere* *, puta *pelles*. *Incipere, nempe rem*. *Curare, pro curare rem, vel negotium, vel simile*. Plautus Bacch. act. 11, sc. 11: *Abi intro, ego hic curabo*. Sallust. Catil. *Manlium in dextrâ, Fessulanum quendam in sinistrâ, curare jubet*. Appulejus VI Met. *Hic eam sollicitè seduloque curantem Ceres*

† *Ad Att. lib. 6, ep. 9.*
‡ *lib. 16, ep. 3, & ad 2. Fr. lib. 2, ep. 2.*
‡ *lib. 2 ad Att. ep. 2, & 4.*

* *Caesar lib. 2 belli Gallici, & Maro 2 Æn.*

alma deprehendit. Similiter, *seruo.* Plaut. Aul. I, II: *Redi nunc jam intro, atque intus serua.* Terentius Eunuch. act. IV, sc. VIII: *Solus Sannio seruat domi.* Ita enim est in melioribus libb. & agnoscit quoque eam lectionem Donatus. Ac similiter *φυλάττειν* dicunt intellecto *χρηματε*, vel *παιδύγω*. Simile quoque est *mitto.* Ter. Eun. * *Misit porro orare, ut ad se veniam.* Cic. ad Att. *Itaque obviam illi misimus Athenas.* Quod ipsum fit imitatione Græcorum. Matth. cap. XIV, 35: † *Καὶ ἑπιγνώτες ἀντὶν οἱ ἄνδρες ἦ πάντες κύνειν, ἀπέσειλαν εἰς ὄλιον πλὴν ἑλάχιστον κύνειν.* Denique hujus loci sunt omnia illa, quæ cùm naturâ suâ significant actionem transeuntem, sine accusativo tamen ponuntur. Ut, *Morbis auxilium, nox præcipitat, cure ingeminant, tempestas sedavit*: cujus generis & alia complura adduximus, veterumque auctoritate firmavimus, lib. tertio de Analogiâ cap. tertio.

* A. 3.
sc. 3.

† Et cum agnovissent eum viri loci illius, miserunt (pua nuncios, in totam undique finitimam regionem.

CAPUT XXIV.

Acceditur ad casus eos, quos à verbo dependere tradunt Grammatici falso. Ac primum de genitivo, quos à verbo regi substantivo tradiderunt. Refertur, utrum genitivo, an ablativo, in iis utamur, quando inesse aliquid, vel adesse, verbo substantivo significatur.

A Vero Verbi regimine transeo ad falsum ac commenticium. Quæ doctrina est quinquepartita, pro quinque casibus, qui regi à Verbo dicuntur.

Primum ajunt, verba à tergo regere nominativum, qui significet gestum, aut statum rei. Ut, *incedit rectus*: *compellat frequens*: *fies* † de *Rbetore consil.* Sed hujusmodi nominativus non regitur à Verbo, verum convenit cum Verbo: ut satis intelligere fuit ex iis, quæ diximus de Verbo utrimque habente nominativum.

Venio igitur ad genitivum, quem sextuplicia verba regere dicuntur. Primi loci est verbum *Sum*, quod regere ajunt genitivum, partim cùm significatur possessio, aut ad aliquid pertinere: partim cum animi, corporisve affectio alicui inesse dicitur, aut adesse. Prioris generis fuerit: *Pecus* * est *Melibæi.* *Adolescentis* † est *maiores natu vereri.* Alterius generis est: *Bone est indolis, est excellentis ingenii, nullius consilii, amplii corporis, tenuis valetudinis.* Ac par ratio in *sio*: ut, *sit majoris industrie, vel commodioris valetudinis.* Quod apud Fabium † legas.

Verum nihil horum regitur à verbo substantivo; sed à nomine intellecto. Ut illud *, — *Cujus pecus, an Melibæi?* ita supplendum, *an Melibæi pecus?* Vel generatim intellige *res*, ut integrè sit, *An pecus hoc est res Melibæi?* Sic, *Est adolescentis, nempe proprium nomen.* Quod etiam

† *Tuorum.*
sc. 7.

* *Ecl.* 3.
† *Cic.* 1 *Off.*

‡ *lib.* 6.
cap. 4.

* *Ecl.* 3.

etiam supplendum in illo libri *II* de Orat. *Tardi ingenii est rivulos confectari, fontes rerum non videre.* Nominativum expressit Cicero lib. *v* Tusc. *Quæst. Sapiens est proprium, nihil, quod penitere possit, facere.* *Munus* verò, vel *officium*, passim addi videas. Eiusdem monetæ statuo, *Est moris*; puta *res*. *Vincere est laboris*; nempe *res, negotium, vel opus*. Similèque, *Est operæ*, pro est operæ pretium. Interdum tamen dativus videtur, ut apud Plautum Pseudolo act. *I*, sc. *III*: *Ego operæ si sit, plus tecum loquar.* Ac alibi*. Vbi simile est, *curæ est, oneri est.* Et firmat hoc Mil. *III*, *II*: *Non domi est, abiit ambulatum, dormit, ornatur, lavat, potat, occupata est, operæ non est, non potest.* Vbi Taubmannus exponit, *non est vacuæ operæ.* Et sane distinguit operam & otium Plautus Mercat. *II*, *II*:

Dicam si tibi videam, esse operam & otium.

Agellii item est lib. *vii*, cap. *xvii*: *Nunc mihi operæ non est: cum otium erit, revises ad me.* Sic Baugius p. 987. Sed nihil magnopere causæ video cur nostra mutem.

Itidem in iis, ubi animi corporisve affectio inesse, vel adesse, dicitur. Vt, *Est bonæ indolis*; puta, *puer, vir, femina.* *Est amplissima cervicis*, nempe *jumentum*, vel aliud. *Abrotonum est boni odoris*; videlicet *herba*. Ac hujusmodi etiam ablativum adsciscunt. Quomodo dixeris: *Est bonâ indole: est amplissimâ cervice: est bono odore.* Qui ablativi unde regantur, alibi dicitur. Nec propterea existimandum, nusquam referre, utrùm hoc; an illo casu utamur. Planè enim secus est. Vt illo Terentii Eunucho †:

— *Bono animo es:*

Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.

Et Cicero in Bruto: *Es animo vacuo.* Item lib. *vi* ad Att. ep. *i*: *Sum † magnâ animi perturbatione.* Hic quidem genitivo uti non ausim. At contrâ, nolim uti ablativo, ubi Terentius in Andriâ ait*:

— *Hoc confiteor*

Iure mihi obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum: aut ubi Suetonius ait in Augusto: *Cibi minimi erat, ac ferè vulgaris.*

CAPUT XXV.

Genitivos urbem significantes, in qua sit actio, non regi à verbo; sed à nomine urbs, vel oppidum, quod intelligitur. In oppido Antiochiæ, pro Antiochiæ, *actus*: vel, In oppido Alexandria. Etiam regionum, & insularum nomina, idemque poni in genitivo: ut, *Est Aegypti, Cretæ.* Eademque figurâ dici, *domi bellique: vel, domi militiæque.* Item, *terræ,*

fff 3

& hu-

* Caf. *ab. 5.*
sc. *Quo su-*
gii.

† *ab. 1.*
sc. 2.

† *Ita libri*
vett. Non-
nulli tamen
in magna.
* *ab. 3.*

sc. 5.

Ἐ humi, *pro in terra*, Ἐ humo, *vel in terram*, Ἐ humum. *Sic foci, Ἐ vicinix.*

Alter falsi regiminis canon est de verbis genitivum regentibus, qui Urbem significet, ubi quis agat. Ut, *Est Romæ, Antiochiæ, Dyrrachii*. At genitivus ille non regitur à verbo, sed substantivo intellecto. Romani enim, cùm urbis sive oppidi nomen est declinationis primæ, vel secundæ, ac numeri singularis, contenti sunt ponere genitivum, κατ' ἔδαμψιν intelligentes, *in urbe, in oppido*. Quæ ipsa interdum exprimuntur. Cicero ad Att. lib. v, epist. xviii: *Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitum*. Sin nomen sit tertix declinationis, vel primæ quidem, aut secundæ, sed pluralis numeri, gaudent ablativo: ut, *Est Sulumone, Carthagine, Athenis*. Vbi ablativus regitur ab *in* præpositione intellectà. Quasi dicas, *in Carthagine, in Athenis*.

Sed de ablativo nunc non agemus: verùm postea, cùm ad falsum ablativi regimen deventum erit. Nunc videbimus de urbium nominibus singuli numeri, & primæ secundæve inclinationis, quæ in genitivo Verbis junguntur.

Vbi quæstio ejusmodi exurgit, an iis subscribere conveniat, qui dicere jubent, *Vrux Amstelodami, celebris emporii*. Vel, *Deiit Londini, urbis inclytæ*. Verùm omnino is solœcismus foret: quia dicendum, *Amstelodami, celebri emporio*. *Londini, inclytâ urbe*. Vel sic, *In Amstelodami celebri emporio*. *In Londini celebri urbe*. Vel etiam, *In Amstelodamo, celebri emporio*. *In Londino, inclytâ urbe*. Cicero pro Archiâ: *Primum Antiochiæ: nam ibi natus est loco nobili Ἐ celebri quondam urbe, &c.* Ferè autem additur præpositio, quoties appellativum diversi casus proprio subditur. Cic. pro Rab. Post. *Sed Neapoli in celeberrimo oppido*. Philipp. iv: *Albæ constituerunt in urbe opportunâ, &c.* Plinius ipsi proprio præponit præpositionem lib. ii, cap. lxxiii: *Constâtque in Berenice, urbe Trogloditarum*. Libro eodem cap. xcvi: *In Neâ, oppido Troadis*. Ibidem cap. xcvi: *Eadem natura in Hispali oppido*.

Ex iis, quæ de nominibus Urbium in genitivo positis dixi, causam quoque est cognoscere, cur similis interdum obtineat locutio in nominibus regionum, & insularum. Ut illo Maronis Æn. iii:

Mutandæ sedes: non hæc tibi litora suasit

Delius, aut Cretæ jussit considerare Apollo.

Propriè dixisset, *in Cretæ*: atque id non paullò usitatius. Nunc figuratè ait, *Cretæ considerare*: pro, *in insula Cretæ*. Similiter Varro lib. i de R. R. cap. vii: *Itaque Cretæ ad Gortynam dicitur placanus esse, quæ folia hieme non mutat*. Eadem ellipsi Appulejus lib. i i Met. *Te Thessalix*

*consistere. Quod integrè sit, in regione, vel terrâ Thessaliæ. Sed fortasse aliquis auctoritatem Maronis refugiet, quia Poëtæ aliâ linguâ loquantur, ut ait Tullius * : Varronis item phrasin aspernetur, ut antiquarii : ac longè magis Appuleji, qui profecto eruditè interdum ineptit. Sed enim ei opponimus Valerium Maximum ; si non classicum omnino scriptorem, tamen ævi Tiberiani ; qui & ipse sic loquitur lib. iv, cap. 1 : M. Bibulus, vir amplissima dignitatis, & summis honoribus functus, cum in provincia Syria moraretur, duos egræviæ indolis, ipsos suos a Gabinianis militibus Ægypti occisos esse cognovit. Sed video, quid hic quoque aliquis dicere possit. Nempe Stephanum Pighium, virum de Valerio, imò analibus suis Romanis, de universâ antiquitate Romanâ præclare meritum, Ægypti vocem in codice Campensi non reperisse. Mihi id de uno codice dilutum nimis videtur, ac potius censeo, librarium, insolentiori structurâ offensum, vocem eam sustulisse. Et quid dicemus de altero ejusdem Valerii loco, qui est lib. v, cap. 111 : Solon, inquit, senectutem Cyprî profus exegit. Vbi nullam Pighius reperit diversitatem. Iustini quoque est lib. xxxix : Nec filium (Ptolemæum Lathurum) regno expulisse contenta, bello Cyprî exulancem persequitur. Prout quoque est in MSSis, & editione Venetâ † Sabellici, & aliis inde consecutis ; etiam optimâ illâ, quam exhibuit Iacobus Bongarsius, Galliarum regis legatus. Scio, id aliquos offendisse : in his Salianum, qui in Annalibus suis Ecclesiasticis hunc locum adducens ‡, pro Cyprî exulancem, reponere maluit, in Cypro. Sed planè codicibus invitis : & ipse postea *, eundem locum reponens, Cyprî retinuit. Quid quod Cæsar ipse libro 111 belli civilis dicat : Cæsar cum audisset, Pompejum Cyprî visum.*

Vulgò his simile arbitrantur illud M. Ciceronis lib. xvi, epist. vii : *Septimum jam diem Corcyræ tenebamur. Et ad Att. lib. v, ep. xiii : Quæ mihi jam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi præsto fuit. At parùm hæc firma : quia Corcyram oppidi etiam nomen esse, Plinius testatur lib. iv, cap. xii : & Samum urbem vocat Strabo lib. x. Nempe urbs, & insula, cognomines fuere, ut sæpe fit. Quare non evincunt hinc, insularum nomina, cum aliquid in iis fieri signatur, in genitivo. poni. Sed sive urbs, sive insula signetur, ellipsis erit : integrèque sit, in urbe vel insula Corcyræ, aut Sami.*

Sunt etiam appellativa, quæ similiter in genitivo ponantur. Dicimus enim, *domi, bellique* : vel *domi, militiaeque*. Cicero lib. 11 de Off. Præterea quibuscunque rebus, vel belli, vel domi poterunt, Kemp. a. geant imperio, agris, vectigalibus. Idem iv de Rep. Periclem, cum jam civitati maximâ auctoritate plurimos annos domi, & belli, præfuerat. Idem Tulcul. v : *Quorum virtus fuerat domi, militiaeque, cognita.* Et pro lege Maniliâ :

Quan-

* lib. 2 de Orat.

† an. 1494.

‡ ad an. mundi 3948, sive annum Lathuri 11.

* ad an. Lathuri 17.

Quantas ille res domi militiæque, terrâ marique, quantiâque felicitate gesserit. Sallustius Iugurthâ : *Paucorum arbitrio belli domique agitabatur.* Et ibidem : *Animus belli ingens, domi modicus.* Livius quoque in præfat. operis : *Quibus artibus domi militiæque, & partium, & ætatem imperium sit.* Sed omnia hæc ἐπιεικῆς dicuntur, plenèque extuleris, *domi belli que tempore* : item, *tempore belli militiæque.*

At illud, *domi est*, potiùs sic suppleas, *Est in domi loco.* Nam rogante aliquo, *ubi*, sive, *quo in loco* aliquis esset, respondebant simpliciter, *domi* ; ubi δὲ ἔστιν ἢ in loco intelligendum. Nimirum, ut dicitur, *Antiochiæ, & in oppido Antiochiæ*, ac quandoque, *in Antiochiâ oppido* : itidem dixere, *domi*, pro, *in domi loco*, vel *solo* ; proque eo, *in domo* : ut apud Ciceronem ad Att. lib. II, ep. VII : *In domo Cæsaris vnus vir fuerit.* Et Plinium in epistolis : *Ille in domo meâ sepe corruerat.* Locus est lib. VII, ep. XVII. Vel cum Scoppio dicamus, integrè esse *in ædibus domi.* Vt *domus* sit totum ; *ædes* dicantur singula conclavia : quomodo ea distinguere videtur Plautus. Vide quæ dicimus cap. LXVI. Imò in illo quoque antè memorato, *domi belli que*, si duriùs illud, per *domi tempore*, expleri videatur, pro *pacis tempore* : possis *domi belli que*, sic supplere, *in domi ædibus, inque militiæ tempore* : vel *in domi belli que loco.*

Sic quoque *terræ* posuere, pro *in solo*, vel etiam *in solum terræ.* Maro II Georg.

Altiùs ac penitùs terræ defigitur arbor.

Ovid. II Met. fab. II :

Maxima cum vellet terræ procumbere, quæta est.

Utrobique *terræ* regitur à nomine *solo* : quod quandoque exprimitur. Quomodo Lucretius in secundo ait :

Nam multis succensa locis ardens sola terræ. Et lib. V :

Ære solum terræ tractabant. Ac mox :

Et ferro cœpere solum profcindere terræ.

Atque hinc liquet, cum dicitur, *humis quid jacere, vel insistere, vel serpere* ; valere, *in solo humi.* Similiter Cicero lib. I Tuscul. Qu. Theodorici quidem nihil interest, *humine, an sublimè putrefeat.* Etiam signat motum ad locum. Vt illo Maronis I Æn.

*Nec priùs abstitit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi.*

Nisi cum Servio malis exponere, per *humum.* Ovidii quoque est V Met.

Sternit humi iuvenem.

Quod integrè sit, *in solum humi.* Pro quo ἀπὸ τοῦ, *in humum* dicitur. Curtius lib. III : *Plura in humum innoxia cadebant.* Ac similiter Tacitus lib. XII Annal. *Projectus in humum.*

Et

Et quid, si tertium addamus? Id erit *foci*, pro, *in foci loco*. Terentius Eun.* *Domus, focique*. Sed hoc ridiculè in persona parafiti. Serium magis est, *viciniæ*, pro, *in viciniæ loco*; vel quandoque, *in locum*, aut *solum viciniæ*. Priori modo capio illud Plauti Bacchid. act. II, sc. II:

Vt istuc est lepidum, proximæ viciniæ Habitar.

Scio, esse, qui dandi casum putet: verum causam hujuscemodi structuræ non video. Ait, geminum esse illi Terentiano in Andria act. I, sc. I: — *Commigravit huic viciniæ*. Ut est in plerisque MSSis; & legere Charifius, Nonius, Priscianus. Sed in aliis est, *huc viciniæ*: nec aliter legit Donatus: similiterque in Phormione † dictum, *Hic viciniæ*.

† ad. I. sc. 2.

C A P V T XXVI.

Non quibusvis, sed certis Verbis, accusandi, absolvendi, damnandi, genitivos addi: eos autem genitivos non à Verbo regi, sed ablativo substracto: puta crimine, actione, pœnâ, & his similibus. At ablativos hocce regi à præpositione intellectâ. Nec propterea ubique posse addi præpositionem: imò nec ablativum perpetuò locum habere; sed veterum consuetudinem attendi oportere. Damnare voti, & voto. Interrogari, urgeri, purgari, criminis, vel facti. Liberari sceleris. Notari impolitix. Furti, vel mendacii prehendi. Manifestus, vel compertus mendacii. Periclitari capite.

Tertia classis est verborum accusandi, absolvendi, & damnandi. Hæc præter accusativum personæ regere ajunt genitivum, qui crimen significet. Sed in canone eo variè peccatur. Primum, utcunque genitivus ille à verbo regeretur, non tamen ἀπαλῶς dictum oportuit, verba accusandi, ac similia, regere genitivum; sed certa quædam verba ejus significationis. Nam, quamvis dicamus, *furti*, aut *sceleris* *te accuso*, *arcesso*, *arguo*, *alligo*, *adstringo*, *desero*, *incuso*, *condemno*, *convincio*: non tamen facile reperias apud veteres, *taxare aliquem luxurix*, *sugillare ambitionis*, *traducere furti*, quibus passim utuntur juniores: sed potiùs, *ambitionem alicujus sugillare*, atque ita in aliis. Ac minùs etiam probare possum, *ago te injuriarum*; pro quo longè malim, *ago tecum injuriarum*; quomodo Cicero dixit pro Cluentio: *Deinde aliquando cum servo Habiti furti egit*. Et Cornificius, vel quisquis ille magister Herennianus, lib. I: *Cum eo Actius egit injuriarum*.

Præterea nec verum est, accusativum semper esse personæ, genitivum criminis. Nam non tantum dicimus, *accusare adolescentes inertix*: sed etiam *accusare inertiam adolescentium*. Utroque enim modo Tullius, & alii, loquuntur.

† Cic. ad Qu. Fr.

Sed istis non insistam. Potiùs asseram, numquam accusandi, absolvendi,

g g g

vendi,

vedi, damnandi verba, regere genitivum, sed tantum accusativum. Genitivus verò is dependet ab ablativo subintellecto. Vt cum dico, *argui pigritiæ, notari avaritiæ*, genitivus regitur à crimine; quod hinc inteligitur, à Martiale autem exprimitur. Nam lib. II, epigr. LVI, ait:

— *Vxor tua, Galle, notatur*

Immodicæ fædo crimine avaritiæ.

Et lib. XI, epigr. LXXX:

Arguitur lentæ crimine pigritiæ.

Simile igitur sit, *accusò*, vel *absòlvo adulterii*, aut *parricidii*; puta *crimine*. Nec propterea necesse est, semper supplere unâ *crimini* voce: sed possis etiam hoc pacto; *damnari*, vel *absòlvi parricidii scelere*, *inertie peccato*. Quos etiam ablativos jungi videas absolvendi verbis. Cicero pro Mil. *Hunc ille vir summus, scelere solutum, periculo liberavit*. Livius lib. I: *Ego me, etsi peccato solvo, supplicio non libero*. Imò aliter etiam expleas. Vt, *Accusò*, vel *damno te furti*; nempe *causâ*. *Postulare aliquem repetundarum*; videlicet, *actione*. *Condemno te quadrupli*, vel *capitis*; nempe *pœnâ*.

Necdum tamen sic quoque integer omnino erit sermo: quia ablativus ille, quem vidimus, regitur à præpositione intellectâ. Vt enim ἐπιεικῶς dicuntur ista Martialis, *Argui crimine pigritiæ; notari crimine avaritiæ*: sic citra ἐπιεικῶν efferuntur, *Argui de crimine pigritiæ; notari de crimine avaritiæ*. Pro quibus concisius dici solet, *Argui de pigritiâ; notari de avaritiâ*. Cicero quoque aliquoties, *postulare de repetundis*: pro quo, *postulare repetundis*, ait Suetonius in Othone, cap. II: uti & Tacitus lib. III Annal. si vulgata lectio recta est. Idem Cicero pro Roscio Amerino: *De veneficiis accusabantur*. Et lib. I ad Art. ep. v: *Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis*. Item Verr. II: *Quod in Marco Attilio, qui de maiestatis damnatus est &c.* Et Philipp. II: *De vi condemnatus sum*. Ad Q. Fratrem lib. II, epist. xv: *Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione à Tribuni avaritii absolvendus*.

Nec, quia naturalis ille sermo sit, eo existimandum, sic semper loqui licere. Vbi enim à nativâ locutione consuetudo resiliit: non primo sermoni insistendum, sed recepto. Sanè quod dicebamus, de ablativo cum præpositione; id locum non habet, cum est generale criminis nomen; ut, *scelus, maleficium, peccatum &c.* Neque enim dicitur, *postulare*, aut *accusare de crimine*, aut *de scelere*: sed *crimine*, aut *scelere*; vel *crimine*, & *scelere* sine præpositione. Priorem loquendi modum confirmat, quod Cicero ait ad Terentiam lib. XIV, epist. XIV: *Sceleris condemnatus generum sum*. Posteriorem comprobat hoc Ciceronis ad

Curio-

Curionem lib. II, ep. I : *Si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.*

Similiter nec dicimus, *damnare de voto* : sed *damnare voti*, aut *voto*. Prius est apud Livium lib. VII ab v. c. quomodo idem lib. XXXVII ait : *Damnarenturque ipsi votorum*. Vbi sic supplendum existimo, *votorum obligatione*, vel *persolutione*, aut simili voce. At Virgilio est Ecl. v :

— *Damnabis tu quoque votis.*

Quomodo Seneca epist. xc ait : *Omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt*. Et alibi *, *Damnari morbis virilibus*. Ac Tacitus de mor. * ep. 95. Germ. *Damnare tributis*.

Itidem quia semper videndum, quid usus postulet; etsi integrum sit, *damnari de furto*, propiusque ad illud accedat, *damnari furto*, quam *furti* : non tamen dicere a usim, *damnare furto* ; quomodo Grammatici nonnulli loqui docent. Neque facile dixerim, *arguere mendacio*; quamquam præeunte fortasse Solino : ut apud quem cap. LVI †, legatur : *Quod si etiam ipse peccato aliquo argutus sit* ; pro, *peccati*. Quippe istoc incertum. In libris enim emendationibus, vel in peccato *argutus*, editum est : vel, in peccato *arguitur* : quorum posterius MSSis magis consentit.

Quæcunque verò diximus de genitivo recto ab ablativo ; ablativo item recto à præpositione ; ea locum etiam habent in verbis eandem vim habentibus, quam verba accusandi, absolvendi, condemnandi. Nempe ut *accusos*; sic se habent, *interrogo, urgeo, increpo*. Tacitus lib. XII II Annal. *Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in posterum interrogaretur*. Idem lib. v : *Quia male administratae provinciae, aliorumque criminum, urgebatur*. Suetonius in Calig. *Modò avaritiæ singulos increpans, quod non puderet eos, locupletiores esse, quam se*. Appulejus in Apologia : *Ipsè levitatis, & inconstantiæ increpitus*. Item *purgo*, quod contrarium accusationi. Livius lib. XXXVII : *Quibus purgantibus civitatem omnis facti ductique hostilis adversus Romanos, & juvisse eos comitatu classem hostium arguit, &c.* Appulejus in Apologia : *Nec satis mihi duco, si me omnium quæ insimulastis purgavi*. Pro quo Cicero, & Plautus, *de aliquo se purgare*. Qui sermo omnino proprius. Ut *condemno*, ita se habet *noto*. Gellius lib. IV, cap. XII : *Siquis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum, visus erat, impolitie notabatur*. Vbi *impolitie* regitur à crimine, ut Martialem videntur antea dicere, *notari crimine avaritiæ*. Item *plecto*. Appulejus in Apologia : *Ut obtentu ejus ætacula, ipse insimulationis falsæ non plecteretur*. Simileque verbum *prehendo*. Plautus Bacchidibus. act. IV, sc. IV :

— *Quem mendacis prehendit manifesto modo.*

Cui geminum illud Agellii lib. XI, cap. XVIIII : *Servos item furti manifesti prehenso, verberibus affici, & è saxo præcipitari*. Est & Appuleji lib. IX

Met. *Coram noxa deprehensus*. Parque ratio in *teneo*. Vt in illo Caji lib. XLVII Pandectarum, *Si pignore creditor utatur, furti teneatur*. Et hoc Pomponii ibidem: *Debitors teneatur furti*. Itidem *depositi*, & *commodati tenevi*, inibi legimus. Quæ & ipsa κατ' ἐπιειψιν dicuntur, quia *actionis*, aut *judicii* nomen intelligitur. Papinianus ibidem: *Ob pecuniam circumlati subtrastam, actione furti, non crimine peculatus, teneatur*. Paullus: *Furti actione tenebitur*. Et Ulpianus: *Dicendum est, eum teneri furti iudicio*. Ple-rique huc etiam referunt illud Plauti Truculento*: *Manifestam mendacii, mala, te teneo*. Sed *mendacii* cum *manifestam* conjungitur, quomodo apud Sallustium in Iugurthâ est: *Ingruiba manifestus tanti sceleris*. Et apud Tacitum XIV Annal. *Ambitionis manifestus*. Et lib. XV: *Magne cogitationis manifestus erat*. Eodémque modo *comperitus* genitivo junxere Livius, & Tacitus. Illius est lib. XXI: *Duc Vestales eo anno suipri comperite*. Hujus est lib. I Annal. *Nullius tamen flagitii comperitur*. Et lib. IV: *Nullius ante flagitii comperitur*.

* Sc. Ad
focis auscul-
tate.

Video, ad priorum exemplum, dicere nonnullos, *capitis periclitari*. Sed Martialis aliter lib. VI, epigr. XXVI:

Periclitatur capite Sorades noster.

Vbi *capite* regitur à præpositione *de* intellectu. Et satis etiam pervulgatum hodie, *de capite periclitari*. Quod etsi plenum, & nativum; tamen cum Martiale potius loquar, dum alterius auctor idoneus non occurrit. At cum significat *experiri*, accusativum regere, satis est apertum. Cic. pro Quinctio: *Omnia circumspexit Quinctius, omnia periclitatus est*.

C A P V T XXVII.

Verba πρὸς ἑαυτὸν, tam personalia, quàm impersonalia, non regere genitivum, sed casum hunc dependere aliunde. Indolescere, vereri, fastidire alicujus. Pendere animi, & animis, usu differre. Falli animi, vel sermonis. Desipere mentis. *Accusandi casus additus verbis πρὸς ἑαυτὸν*.

Quartâ falsi regiminis classis est de verbis affectionem animi significantibus: sive ea personalia sint; ut *miseror*, *erubesco*, *fastidio*, *vereor*, & similia: sive impersonalia; ut, *pudet*, *piger*, *pœnitet*, *taedet*, *miseret*, & *miserescit*. Nam & illa, & hæc, genitivum regere; communis est opinio. Personalium cum genitivo prius exempla adducam. Plautus Capt. act. III, sc. V:

Neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem.

Vbi & impersonale. Maro VIII Æn.

— *Arcadis, quæso, miserescite regis.*

Ovid. Met. II:

— Sic-

— *Succefforumque Minervæ*

Indoluit.

Ad doloris quoque affectum pertinent, *angi, & disfruciari animi*. Atque ut dolor, ita & metus est in affectibus. Eoque dici videas, *Vereri alicujus, pro ab aliquo*. Sanè Appuleji est lib. I I Met. *Quis etiam ipse parentem tuam accedis, & salutis? Vereor ignota mihi femine*. Ac Valens Acidalius ait, itidem se invenisse in veteri codice Plauti Mil. act. v, sc. vi: *Vi mei veretur!* Terentii quoque illud simile est Phorm. *

* act. 5, sc. 8.

Neque hujus sis veritus femine primariæ.

Aliquam multa id genus loca collegit Nonius Marcellus †: quæ inter unus hic de voce *vereor*, è Varronis Sardis Venalibus:

† cap de numeru, & scrib.

*Non te tui saltem pudet, si nil mei
Reverecatur?*

Locum verò Pacuvii ex Hermonia ita corrige:

— *Fieri consumeliam*

Tyndareo, cujus te veretur maxime.

Duo verba, quæ proximè sequuntur, nempe *actâ gratulatione*, & corrupta sunt, & planè ad hunc locum non pertinent; ut alibi ostendimus.

Etiam hujus loci sunt, *fastidio, & erubescō*: quia, quem piget, fastidit; quem pudet, erubescit. Prius cum gignendi casu Lucilius usurpat:

Tristes, difficles sumus, fastidimus bonorum.

Ac, ne de veritate ejusce lectionis dubitemus, dixit Plautus Aulul. act. II, sc. II:

Abii, neque me certiore fecit, fastidit mei.

Locutus etiam eopse modo Titinius apud Nonium in *Psaltria*.

Altero usus Curtius lib. v: *Dignum esse omni malo, qui erubesceret fortunæ.*

De impersonalibus etiam videamus. Terentius Heaut. act. I I, sc. III: *Cujus nunc pudet me, & miseret, qui harum mores cantabat mihi*. Cicero in Cat. *Nam igitur, si centesimum vixisset annum, senectutis eum suæ pœniteret?* Ovid. I I Met.

— *Pigetque*

Actorum sine fine mihi, sine honore laborum.

Quo ex loco Ambrosius Calepinus colligebat, *piget* etiam regere dativum. Verùm, *mihi*, non à *piget* dependet; sed ab *actorum*.

Idem fit in præteritis eorum passivis; *miseritum est, puditum est, peræsum est*. Terent. Heautont. †

† act. 3, sc. I.

Sic me Di amabunt, ut me tuarum miseritum sit,

Menedeme, fortunarum.

Plautus Bacch. *

* act. 3, sc. I.

Neque mei, neque tui, intus puditum est factis, quæ facis.

Livius III ab Vrbe: *Nec nominis homines tum peræsum esse.*

g g g 3

Atque

Atque hæc abunde docent, qualis fuerit Romana loquendi consuetudo. Causa verò ejus sermonis non est, quòd affectuum verba regant genitivum: sed quia, cùm compendio, & elegantiz, studerent Romani; nomen omitterent substantivum, unde genitivus regeretur. Nam, *misereri, indolescere, fastidire, vereri alicujus*, dixere, pro, *alicujus causâ*. Ac similiter, *misereri, miseret, pudet, piget fratris*; pro, *fratris ergo, sive fratris nomine, vel gratiâ*. Possis etiam supplere hoc modo: *misereri misericordiâ alicujus: indolescere dolore cujusquam: fastidire ullius fastidio: vereri verecundiâ alterius: pudet pudore alicujus: tædet tædio alicujus*, atque ita in aliis.

Eadem est ellipsis in aliis quibusdam, quæ ut affectum non signent, ab natura tamen eorum non longè recedunt. Quale est, *pendere animi*: quomodo loquimur, si de uno sit sermo: uti *pendere animus*, dicimus, si de pluribus. Cicero Tusc. Quæst. lib. I: *Quòd si expectando, & desiderando, pendemus animis, cruciamur, angimur*. Quo ipso ex loco clarè videmus, non ineptè, quod *animi pendere* dicimur, referri ad structuram de animi affectu; quando in eo dolorem, & anxietatem, inesse hic dicitur. Idem Tullius lib. I de legib. *Ego animi pendere soleo, cum semel quid orsus traducor aliò*. Cælius ad Cic. lib. VIII, epist. V: *Quòd tu curâ sis, quod ad pacem provincie tue, finitimarumque regionum, atque, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo*. Nimirum, *pendere animi*, pro, *pendere animi causâ*: hoc est, *quod ad animum*. Nisi malis sic supplere, *pendere animi cogitatione, consilio, voluntate*; vel simili modo. Similis ellipsis, *falli animi*. Vilitatius quidem est, *animi falli*: ut Plinius, *falli memoriâ*. Statius visu *falli*, ait. At Lucretii est lib. V:

Nec me animi fallit —.

Etiam *falli sermonis* dixit Plautus Epid. act. II, sc. II:

Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen,

Quæ loquerentur.

Itidem, *desipere animo*, usitatum: sed *desipere mentis*, dixit Plaut. Epid. I, II: *Desipiebam mentis, cum illas scriptas mittebam tibi*.

Schoppius lib. III Suspect. Lect. epist. IX, ostendit, eople modo locutum Symmachum*. Verba Symmachi ad Patrem sunt: *Nam vobis videor multæ luxuriæ ebrius mentis insipere, atque adeo in Poetas nomen dedisse?*

* epistolâ primum à Schoppio in lucem editâ lib. I Versif. mit. cap. II.

† apud Nonium cap. de contrariis generibus verborum.

Ex his cognoscere fuit causam, ob quam verbis affectuum, & similibus, genitivum addiderint. Naturâ verò suâ accusativum regunt: quem addi sæpe videas, etiam cum adjungitur genitivus. Ut in Plautino illo antè adducto, *Mei miseret neminem*. Ac similiter Turpilius Epiclero †:

Quam

Quam matris, nunc patris me miseretur magis.

Quadrigarius in annali undevigesimo * : *C. Mari, equando te nostrum, & Resp. miserabitur?* * apud Gellium lib. 20. cap. 6.

Par etiam ratio in *vereor*. Nam accusativum cum genitivo videmus in illo Pacuvii, apud Nonium † :

Nilne te populi veretur, qui vociferare in via?

Et hoc Attii ‡ :

Si tui te veretur, qui vociferare in via?

Citra genitivum usurpat Cicero in *II de Finib.* *Quos non est veritum in ea voluptate, quae maximam dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere, contemneres istam vacuitatem doloris* Similiter in *peræsus*. Suetonius in *Cæsare cap. VII* : *Et quasi peræsus ignaviam suam, quod nihil dicit à se memorabile autem esset.* Et in *Augusto* : *Cum hac devotium fecit, peræsus morum perversitatem ejus.* Et in *Tiberio* : *Semet ipse peræsus.* Imò cadet ipsum accusativo, ut ajunt, junxit Seneca lib. *I de ira, cap. ult.* *Ira ea cadet, quae invasit.* Vbi cadet sumi iis videtur, pro *odii* : ut *peræsus* penè idem, ac *exosus*. Sed in optimis quibusque libris, pro *cadet*, constanter invenio, *tenet*. *Miseret* etiam gemino jungitur accusativo, uni personæ, alteri rei. Terentius Heaut. act. *IV, sc. V* :

Ita me Di amabunt, ut nunc Menedemi vicem

Miseret me.

Sed accusativum personæ, exigit naturam suam : alter regitur à præpositione intellecta. Nam integre sit, *ob vicem Menedemi*. Vt cunque autem *miseret* habeat genitivum : *miseror* tamen accusativum tantummodo adsciscit. Cæsar in primo de bello Gallico : *Commune periculum miserari*. Ac Maro in *VI* :

Phæbe, graves Troja semper miserate labores.

Et in *XII*, *sortem miserari*. *Erubescere* quoque, pro *pudere*, genitivo quidem jungitur à Curtio, ut antè vidimus : cum accusativo tamen usitatius est. Cicero in *Vatin.* *Affines te erubescunt.* Et primo de *Nat. Deor.* *Epicurus voluptates non erubescens, persequitur omnes nominatim.* Ac par ratio in *fastidio*. Cætera de affectuum verbis inferiùs * dicemus, * cap. 30. cum Græcorum, Romanorumque in his morem comparabimus.

C A P V T X X V I I I.

Memini, recorder, reminiscor, illius, illud, & de illo. Oblitus nominis, & nomen. *An memini ariet accusativum persone.* Memini de re, dici, sive notet in animo habere, sive mentionem facere. *Cum verbis memorie, & oblivionis, additur genitivus, casum enim regi à nomine memo-*

memoria, vel recordatio, vel res, aut alio. Simili ellipsi dicit, Venit in mentem alicujus rei. Pro quo &, Venit in mentem de hac re. Verba momentis non quibusvis jungi accusativis. Genitivos iis adductos dependere ab intellectu ablativo.

Quinctus falsi regiminis canon est de verbis memoriæ & oblivionis. Quæ ipsa nunc genitivum ajunt regere, nunc accusativum: priora quoque ablativum cum præpositione. Ut, *memini multorum, memini multa, & memini de multis. Recordor, vel reminiscor, talium, talia, vel de talibus. Obliviscor actorum, vel acta.* Genitivus est in istis.

* aB.4. sc. 5. Terentius Eunuchus * :

Faciam, ut hujus loci, dieique, meique, semper memineris.

† aB.3. sc. 3. Idem Hecyr. † *Ejus reminiscor.* Virgil. III Æn.

Obliviscor sui est Ithacus. —

Accusativum usurpat Maro IX ecl.

— *Numeros memini, si verba tenerem.*

Ovid. Ponticorum lib. I, el. VIIII :

Nam modo vos animo, dulces, reminiscor, amici.

Maro II Æn.

— *Hinc jam obliviscere Grajos.*

Vt non audiendus sit Caper libro de Orthographiâ, cum ait: *Obliviscor sis nostri, non nos.* Quippe ut ipse subjungit: *Veteres & hoc modo dixerunt.*

Ablativo cum præpositione usus Cicero pro L. Flacco: *De vi, de manu, de armis, de copiis memineritis.* Idem pro Plancio: *Quoniam istis vestris lachrymis de illis recordor.*

Sed in hisce discrimen aliquod observatur. Nam *recordor* promiscue cuivis casui sociatur. At *memini* accusativum rei adsciscit, vix personæ. Quomodo dixeris, *memini Ciceronis*, non *Ciceronem*. Est tamen Ciceronis ipsius Philipp. V: *Cinnam memini, vidi Syllam, modo Casarem.* Sed videtur hic intelligi, *videre*: ut integrè sit, *Memini me Cinnam videre*: quia sequitur, *vidi Cinnam, modo Casarem.*

Memini verò non solum ablativum cum præpositione adsciscit, quando significat *in memoria habere*: sed etiam cum notat *facere mentionem*. Prioris exemplum antè vidimus. Estque ejusdem Ciceronis lib. XV, epist. XXVI: *De Plancio memini.* Et ibidem: *De Herode, & de Metio meminero, & de omnibus, quæ te velle suspicor.* Metellus similiter ad Ciceronem lib. V, epist. IIII: *De illo ne meminisse quidem volo.* At pro mentionem facio, similiter Fabius lib. XI, cap. II: *De quibus multi meminerunt.*

Ex his videre est veterem loquendi morem. Sed nihil hæc eos juvant,

vant, qui genitivum regi putant à verbis memoriæ, aut oblivionis. Regitur enim ille à substantivo intellecto. Vt, *Memini beneficii*; valet *memoriam*, vel *de memoria beneficii*. Sic *reminiscor*, vel *recordor pueritiæ*, valet, *pueritiæ memoriam*, vel, *de memoria pueritiæ recordari*. Priori modo supplet ipse Cicero pro Archia: *Pueritiæ*, inquit, *memoriam recordari ultimam*.

Eadem est ellipsis, cùm dicitur; *Venit mihi in mentem ejus rei*, vel, *de hac re*. Cicero pro Quinctio: *Non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quàm aequitatis tuæ*. Nam & hic subtrahitur *memoria*, vel *recordatio*: quomodo & supplet Despauterius, ac Linacer in sexto. Alii enallagen statuunt. Nam, inquirunt, *ejus rei dicitur*, pro *ea res*. Sed non sic aperiunt causam figurati sermonis: quæ non aliunde intelligitur, quàm ex ellipsi.

Dicitur verò non solum, *venit in mentem hujus rei*; sed etiam, *hæc res*, & *de hac re*. Cicero in Verr. *Venit tibi in mentem nunquam populi Romæ dignitas*. Plautus Mostell.

Vi lepidè, atque astutè, in mentem venit de speculo.

Sunt viri maximi nominis, qui, ut legimus, *Venit in mentem ejus rei*, sic dicant, *Succurrit illius rei*. Sed non occurrit mihi nunc veterum aliquis, qui sic loquatur. Sin ita dixere, etiam hic *memoria* intelligitur.

Verbis memoriæ, & oblivionis, affinis admodum est natura verborum *moneo, admonco, commonefacio*. Nam itidem dicimus, *Monco te hujus rei, hanc rem*, vel *de hac re*. Livius lib. XLV: *Qui admonerent fœderis cum Romani*. Cicero lib. II de Nat. Deor. *Multa præterea ostentis, multa in extis admonemur*. Idem pro lege Maniliâ: *De quo vis paullo antè invidius admonui*. Et lib. II de Divin. *A quâ, præterquam de sue plenâ, quid moniti sumus?* Non tamen quibusvis junguntur accusativis; sed pronominis demonstrativi, ut *hoc, illud, istud, id*: adhæc *quod*, vel *quid*, cum composito *aliquid*: præterea quæ ad numerum pertinent, ut, *unum, duo, tria*, & ita porro: item *multa, pauca, nihil, nomihil*. Quare etsi Cicero lib. IX, epist. dicat, *Illud me præclare admones*: non tamen dixero, *Errorum me præclare mones*; sed *erroris*, vel *de errore*. Imo cùm dicimus, *illud admones*, non videtur sermo integer, sed figuratus. Nimirum intelligitur hoc pronomen à præpositione intellectâ, quæ Græco $\epsilon\tau$ respondeat. Quomodo *illud monco* simile fuerit, ac *illud dubito*: de quo dicam cap. XLIII.

In genitivis verò, non, ut in memoriæ vel oblivionis verbis, accusativus *memoriam*, vel *recognitionem* intelligitur; sed ablativus *causâ*. Nam *monere aliquem erroris*, valet, *erroris causâ*. Nisi malis sic supplete, *de re*, vel *negotio erroris*.

Genitivus non regi à verbis æstimandi, sed ab accusativis, vel ablativis pretii, per ellipsin omissis. Rectène dicatur, parvi curo, aut majoris ætimo. Tantidem facit. *Edersas suppleta in, Æqui bonique facio: & Boni confulo. Item in, Magno, aut nihilo æstimare. Nec interest, aut refert, genitivum regere, vel ablativum pronomina: sed & ista dici in æstimatis. Cujus, vel cuius interest. Interest, & refert, quid proprie signent. Mea, tua, & similia, duobus, quæ dixi, verbis juncta auferendi esse casus, ostenditur contra Donatum, & Iulium Scaligerum.*

Sextus falsi regiminis canon est de verbis æstimandi: quæ regere sajunt genitivum pretii, nunc substantivum, nunc adjectivum. Substantivum quidem, ut illo Catulli epigr. v: *Omnes unius æstimemus affis.* Et epigr. x: *Prætor nec faceret pili cohortem.* Item, *floci facio, nauti non facio, nihili pendo.*

Adjectivum autem illo Ciceronis iv Acad. *Quæst, Quanti libertas ista æstimanda est?* Et i Acad. *Qu. Ex iis alia pleris esse æstimanda, alia minoris.* Ac similiter cum genitivis, *tanti, magni, maximi, parvi, minimi, nihili: quemadmodum mox planius erit.*

Sed reguntur universi hi genitivi aut ab accusativo rem, vel pretium: aut ab ablativo re, vel precio. Nam illud, *magni æstimo*, integrè est, *rem magni pretii æstimo*: sive, *pro magni æris pretio æstimo*: vel hoc pacto, *pro magni pretii re æstimo*. Itidem, *parvi duco*, sic suppleas, *rem parvi pretii duco*: vel, *pro re parvi pretii duco*. Ut usitatè dicitur, *pro nihilo ducere*. Adjectiva in talibus cum æris, vel pretii, convenire, cognoscimus ex eo, quòd similiter dicitur: *Codex accepti, & expensæ, puta æris. De meo, puta ære.* Imò Terentius substantivum expressit*. *Videtur, inquit, esse quantum pretii.* Vbi nihil, nisi substantivum res, desideratur. Donatus etiam in *Adelphos* †, *Quanti est*, exponit, *Quanto pretio valet.* Quare *Edersas* est in illo Ciceronis ii de Fin. *Magni æstimabat pecuniam*: supplendumque hoc pacto: *Rem magni pretii æstimabat pecuniam.* Item Verr. vi: *Quanti is à civibus suis fieret, quanti auctoritas ejus haberetur, ignorabat?* Quod integrè sit, *Quanti vir pretii.* Et pro Plancio: *Magni putare honores*: expleas hoc pacto: *Magni pretii rem putare honores.* Item in *facio*: ut cum Plautus ait: *Neque jam teruncii faciunt.* Quod sic expleas: *Non faciunt, sive, æstimant pro pretio teruncii.* Similiter in *sum*: ut Plauti *Truculentus* ‡: *Pluris est oculus testis unus, quam auris decem.* Hoc est, *est res pleris pretii.* Item in *valeo*. Ut cum in *Digestis* legimus: *Tanti valet res, quanti vendi potest.* Item, *Pluris hereditas valeret.* Nam citra *Edersas* erit,

* Andr.
alb. 5. sc. 2.

† alb. 5.
sc. 9.

‡ alb. 2.
sc. 6.

erit, *Tanti aris pretium valet res, pro quanti aris pretio vendi potest. Hereditas valeret rem pluris aris; vel, pluris pretii.* Naturâ enim suâ *Valeo* accusativum requirit. Ut apud Varronem lib. IV de L. L. *Denarii, quod denos aris valebant; quinarii, quod quinos.* Quod de *valeo* cum genitivo diximus, idem locum habet, quando *sum* additum habet genitivum pretii. Ut apud Cic. lib. III de Off. *An emam denario, quod sit mille denarium?* Citra ellipsin fuerit, *res mille denarium.*

Ex iis, quæ de ratione supplendæ ellipsios in verbis æstimandi diximus; iudicium quoque facimus de mercandi verbis, cum genitivis junguntur, *tanti, quanti, pluris, minoris*, cum compositis. Ut illud Petronii: *Tanti non emo, Lai, pœnitere*: integrè est, *Pro tanti aris pretio.* Et ita in aliis.

Quæritur, rectène dicatur, *Parvi curio*: ut, *parvi æstimo.* Non arbitrator. Scio, obduci illud Terentii Heautont. act. IV, sc. III:

Tu forasse, quid me fiat, parvi curas, dum illi consulas.

Sed invalido nituntur tibicine, cum in melioribus libris sit *parvipendas.*

Etiam in controversia est, utrùm dicatur, *majoris æstimo.* Comprobari inde videtur, quia *magni æstimare* legimus apud Ciceronem lib. I de Fin. &, ut dixi, pro Plancio habemus; *Magni putare homines*: ac Terentii quoque est Andr. *

Merito se semper maximi feci, Chreme.

Imò & apud Plinium lib. xxxv, cap. x, de Pamphilo dicitur: *Docuit neminem minoris talento annis decem.* Verùm, utcumque hæc non multum abeant, nondum tamen audimus, *majoris æstimo*: Credo, quia pro *majoris* potius *pluris* dixisse videntur. Nam Ciceronis pro Sextio est: *Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis?* Et Philipp. VI: *Habetur hic pluris, quam alibi.* Rectè tamen, ut *quanti*, sic *quantivis*, sociaveris. Nempe ut Terentius ait, *Videtur esse quantivis pretii*: sic dixeris, *quantivis pretii æstimes.* Similiter *tantidem* jungas. Cicero pro Sexto Roscio: *Is voluntatem municipum tantidem, quanti fidem suam fecit.* Paullus I. C. *Nec enim tantidem Romæ, ac in Hispali oleum æstimabitur.*

Ad verba æstimandi, ob structuræ similitudinem, referre etiam solent, *Æqui bonique facio*: ubi gemina est ellipsis; una substantivi ejus, quod regit; altera illius, quod regitur. Nam, *Consulo æqui, & boni*, valet *statuo*, vel *conséo esse æqui*, vel *boni animi*, aut *hominis*. Vbi substantivum rectum videmus. Regens suppleas, si dicas, *Æqui & boni*, seu *animi*, seu *hominis officium*, aut *factum*. Itidem, *Consulo boni*, valet, *interpretor esse boni animi*, vel *viri munus*, aut *factum*.

h h h 2

Ex

* añ. 3.
sc. 3.

Ex iis, quæ hætenus adduximus, videre fuit, ut genitivus verbi æstimandi adjunctus regatur ab nomine accusandi, vel ablativi casus. Nam *æstimo magni*, sic supplevimus, *æstimo rem magni pretii*: vel, *æstimo pro re magni pretii*. Vnde facile est supplere alteram ellipsin, cum verba æstimandi junguntur ablativis, *magno, permagno, parvo, nihilo*. Ut Verrinà VI: *Ta ista permagno æstimas*. Et IV de Fin. *Quia sit nonnihil æstimandum*: Item substantivis ejusdem casus. Ut lib. III in Verrem: *Tribus denariis æstimavit*. Et Quintil. lib. XI, cap. I: Sic (Socrates) egit, ut qui penam suam summis honoribus esset æstimaturus. Quorum ellipsin sic suppleas: *Æstimas pro permagno, pro nonnihil, pro tribus denariis, pro summis honoribus*. Quomodo dicitur, *pro nihilo partire, vel habere*.

Magna vero est affinitas verborum æstimandi cum impersonalibus, ut vocant, *interest, & refert*. Nam ut verbis æstimandi additur in genitivo casu nunc substantivum, nunc adjectivum: ita & verbis *interest, & refert*. Substantivi exemplum habes illo Ciceronis pro Domo: *Resp. semper interesse putavi*. Et hoc Verr. V: *Neque illud unquam a animis interfuit*. Item Quintiliani lib. IX, cap. IV: *Plurimum refert compositionis, que quibus anteponas*. Adjectivo, ut cum genitivis pretii, *magni, permagni, parvi, tanti, quanti, pluris*. Cic. in Bruto: *Magni interest, quos quisque a diis quotidiè*. In Partit. *Quod enim permagni interest, sepe pro necessitate habetur*. Idem ad Quintum Fratrem lib. I, ep. I: *Sed tamen parvo refert abs te ipso jus dici equaliter, & diligenter, nisi nem ab us fiet, quibus tu ejus numerus aliquam partem conceperis*.

Falli tamen cenleo, qui dicunt, *plurimi interest*; aut, *minimi refert*: ubi quantum recordor, veteres semper, *plurimum interest*; &, *minimè refert*.

Quod etiam nonnulli arbitrantur, Latine dici, *interest mea esse saltem intelligenti oris*; *refert tua esse paulo liberioris*: metuo ne veterum autoritate nequeat comprobari. Quare, usque dum hoc dicendi genus stabiliant idoneo auctore, dixerò, *interest mea, ut sim saltem intelligenti oris*: *refert tua, ut paulo sis liberior*. Vel si infinitivum retinere visum, esse intelligentiorem, esse liberiozem.

In eo etiam conveniunt *interest, & refert*, cum verbis æstimandi, quòd ut hæc junguntur ablativis, *magno, permagno, parvo, nihilo*: sic *interest, & refert*, jungantur ablativis, *mea, tua, sua, nostra, vestra, cuius*. Cic. ad Tit. lib. XVI, ep. VI: *Et tua, & mea, maximè interest te valere*. Cicero pro L. Varenò*: *Ea cædes crimini potissimùm datur ei, cuius interfuit; non ei, cuius nihil interfuit*. Idem pro Muræna: *Detur ei cui interfuit: non ei, cuius nihil interest*. Sic citat Priscianus lib. XII. Terent. Eun. act. II, sc. III:

— *Mæa nil refert, dum potiar modò.*

Idem

* apud Priscianum lib. 12.

Idem Phorm. act. IV, sc. v :

— *Quid tua, malum, id refert ?*

Quæritur, an quod ajunt, provocabula memorata semper ablativo, numquam genitivo efferri : id de *cujus* quoque verum sit. Obstare videtur Ciceronis illud Philipp. I : *Quis enim est hodie, cuius interest, istam legem movere ?* Verùm non difficulter occurritur ; quia *cuius* ablativus est à recto *cujus*, sive feminino, *cuius* : at genitivus *cujus* est à recto *quis*.

Quærat aliquis, an non interdum utraque jungatur structura, illa genitivi, & hæc ablativi. De genitivis adjectivis minimè ambigo : quomodo dicimus, *Magni interest mea : Minima vestra refert*. Plautus :

Nihilò parvis tua hoc, quam quanti illud refert mea.

Sed non, ut Cicero ait, *Tuum hominis simplicis peccatus* : ita facile dixero, *Tua hominis simplicis interest*. Nec ut apud Plinium est, *Post tuum hominis eruditissimi judicium* : ita ausim dicere, *Tua crudelissimi hominis refert*. Sic nec, *refert mea natu maximus* ; sed, ut apud Terentium est in Adelphi. * * ad. 5.
sc. 4.

Id mea minime refert, qui sum natu maximus.

Nec, *vestra patrum interest* ; verùm, ut est apud Plinium in epistolis : *Veheementer interest vestra, qui patres estis.*

Sed ista fortasse apertiora. Operosior disquisitio, rectène in istis, *interest*, vel *refert*, *mea*, *tua*, *sua*, & similibus, provocabulum ablativi casus statuamus. Donatus enim accusativum facit. Nam in illud Terent. Phorm. † † ad. 4.
sc. 5.

— *Quid tua, malum, id refert ?*

Et quære, inquit, quomodo dicatur : Quid mea, quid tua ? an deest ad ? ut sit ad mea, aut ad tua. Quod si placet, integrè sit, *interest*, vel *refert ad mea*, aut *tua negotia*. Nec dicere possumus, non loqui sic Latinos. Nam Plauti est Persa act. IV, sc. III :

Quid id ad me, aut ad meam rem refert, Persæ quid verum gerant ?
Et eadem comœdiâ † † ad. 4.
sc. 4.

— *Præus percontari volo, Quæ ad rem referunt.*

Cicero quoque lib. II Acad. Quæst. ait : *Hæc refelli possunt ; sed ad id, quod agitur, nihil interest.* Idem quoque lib. V, epist. XII, ad famil. *Equidem ad nostram laudem non multum video interesse : sed ad proparationem meam quiddam interest, non te exspectare.* Et sanè dicitur quoque, *cui refert*. At quid hoc aliud, quàm *ad quem refert ?* Plautus Truculento * : * ad. 2.
sc. 4.

Sed quid istuc ? cui rei id te assimilare rettulit ?

Hæc evincere videntur, *interest*, vel *refert mea*, integrè esse, *interest*, vel *refert ad mea negotia*. De casu accusativo etiam Donato adfuerit Iulius Scaliger de caussis L. L. cap. CXXV : ubi, *tua nihil refert*, sic resolvit, *tuas res non representat*. Nempe vult, *refert dici*, ut *adfert* : eoque *refert*

tua, valere, *adsert* sive *representat tua*. Quomodo ne ellipsis quidem erit; sed locutio propria. Illud etiam *interest mea* sic interpretantur praeque: *Est inter mea*. Sed neutrum placet. *Refert* quidem si foret à præpositione loquelari *re*, primam corripere: quæ semper longa. Diximus de isto lib. I I de Arte.

Priscianus verò lib. XVII I, & eo, quem de Comicis dimensionibus accuratè scripsit, vult *mea, tua*, & similia, esse ablativos; atque addit, subaudiri *in re*: nam *interest*, vel *refert meâ*, valere *interest*, vel *refert in re meâ*, hoc est, utilitate *meâ*. Quomodo legimus, *in re mea est*, pro *refert* vel *interest mea*. Plautus:

Virumne veniat, nec ne, nihil in re est mea.

Terentius Andr. *

Si in re † est utrique, ut fiant, accessi iube.

Eundem casum esse censet, cum Laurentius Vallensis, tum Augustinus Saturnius †. Ego de casu planè horum sententiæ subscribo: atque, ut alia omittam, vel Iambicus ille Terentii*, jam ab aliis adductus, nodum mihi solvere videtur:

--- *Vos me indotatis modo*

Patrocinari fortasse arbitramini:

Etiam dotatis soleo. C. quid id nostra? P. nihil.

Vbi metrum claudicabit, nisi *nostra* fuerit ablativus. Aliter etiam hoc evincitur. Nam Plautus *mea* supplet, addito substantivo *gratiâ*. Sic enim ait Persâ:

Meâ istuc nihil refert, tuâ refert gratiâ.

Ergo, *mea refert*, vel *interest*, valeat, *refert*, vel *interest meâ gratiâ*, sive additâ præpositione, quæ desideratur, *meâ de gratiâ*: hoc est, *meâ de causâ*.

Ex his quoque non obscurum erit, quomodo supplenda sit ellipsis, cum in genitivo dicitur, *interest*, vel, *refert natura, hominum, Ciceronis, civium, Reip. magni, parvi, pluris*, & similia. Nam si *gratiâ*, vel *causâ*, aut simile, intelligitur in ablativo *meâ, tuâ*: quid impedit similiter hic genitivos regi à *causâ*, vel *gratiâ*? Ita *interest Ciceronis*, valeat, *Ciceronis gratiâ*. *Refert civium*, fuerit, *civium causâ*. Nempe, ut Græci solent intelligere $\chi\alpha\pi\iota\nu$ †, vel $\epsilon\upsilon\epsilon\chi\alpha$ †. Quamquam possis & cum Prisciano supplere, *in re*. Ita *interest*, vel *refert Ciceronis*, valebit, *interest*, vel *refert in re Ciceronis*. Genitivus igitur regetur ab ablativo *re*. Quod si Verrium Flaccum audimus, *refert Ciceronis*, valet, *rei Ciceronis fert*, hoc est, *adsert utilitatem rei*, vel *eam fert rebus Ciceronis*. Festum audiamus: *Refert cum discimus, errare nos ait Verrius. Esse enim verbum, rei fert; dicitur scilicet, non ablativo casu: sed esse jam usu possessum*. Sanè credo Verrius, *refert*

* aët. 3.

sc. 3.

† Alii rem.

Sed MSS:

nostrî, &

quibus usus

Rivinus, in

re. Et ita

Linacæ.

‡ lib. 3.

Merc. Maj.

c. 17.

* Pharm.

aët. 5. sc. 8.

† gratiâ.

‡ causâ.

refert prius fuisse *rei fert*. Nullus tamen in eo error, quod *refert* dicimus. Nam sic locuti ante Verrium scriptores omnes. Et profectò, si extra compositionem veteres agebant, *dse*, pro *diei*; *sidge*, pro *fidei*; *facie*, pro *faciei*; ut suo loco * ostendimus: quanto minus vitiosum, si in compositione vocalis posterior nominis *rei* exteratur? Quid enim usitatius, quam ut in compositione litera, maximèque postrema partis prioris, deperdatur? Dixeris, si *refert* propriè est *rei fert*, commodè quidem illud, *refert Ciceronis*, exponi, *fert rei Ciceronis*: at *refert mea* explicari non posse, *fert rei mea*, quia *mea* fuerit dicendum. Rectè quidem, si *refert* primævam indolem retinuisset. Nunc paullum ab ea abiit; ut valeat idem ac simplex *fert*, vel compositum *adfert*. Atque idem in *interest* factum. Nam conflatum ab *inter*, & *est*: eoque *interest Ciceronis*, valet, *est inter res Ciceronis*. Et tamen *interest mea*, non possis supplere, *est inter mea*; nisi casum simul mutes, qui in priori, ut vidimus, non est accusativus pluralis, sed ablativus singularis. Ut igitur ubique par ratio sit ellipsis, *interest*, vel *refert Ciceronis*, item *interest*, vel *refert mea*, potiùs supplemus hoc modo, *interest*, vel *refert Ciceronis gratiã*, vel *meã gratiã*, pro *mei gratiã*. Item *interest*, vel *refert in re Ciceronis*, *in re meã*.

* lib. 2 de Analog. cap. 19.

Porro tum genitivis, tum ablativis, crebrò additur nominativus *nihil*: ut, *nihil interest mea*, *nihil refert Ciceronis*. Item provocabula, *id*, *hoc*, *illud*, *quiddam*, & similia; ut, *illud interest Ciceronis*, *hoc refert mea*. Præterea, *tantum*, *quantum*, *multum*, *infinitum*; adverbialiaque *parum*, *maximè*, & alia hujus generis. Ut, *Multum interest Ciceronis*, *parum refert mea*. Quorum exempla tria habuimus in Terentii, ac Ciceronis locis antea adductis.

C A P V T X X X.

Genitivo juncta verba copix: ut, implere denariorum, abundare rerum, obsaturari alicujus, ferarum scaterere, inficere fontis. *Item verba inopix*: ut, consilii egere, carere alicujus, esurire & sitire beatitudinis. *Genitivum in his regi ab ablativo subintellecto*; *illam*, à prepositione, que quandoque additur, quandoque preteritur. Egere aliquam rem.

SEX classibus, de quibus vidimus, septima accedit, quæ est verborum copix, & inopix. Nam similiter hæc genitivum regere dicuntur. Seorsim prius de copix, mox de inopix verbis agemus. Copix verba sunt, quæ plenitudinem signant. Plautus Amph. act. 1, sc. 11:

Erroris ambo ego illos, & dementiæ

Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.

Et eadem comœdiã:

Quem

Quem propter corpus suum stupri compleverit.

* ad. 5. sc.
Edepol ne
hic dies.

Idem Menæchmis * :

*Que me clam ratus sum facere, ea omnia feci palam
Parasitus, qui me complevit flagitiis & formidinis.*

† ad. 3.
sc. 6.
‡ ad. 2.
§. 3.

Item Aul. † *implere furum* : in Mercat. ‡ *implere elogiorum*. Lucret.
lib. v : *Hoc facile expletur laicum frugumque cupido.*

Et eodem : — *Ararum compleverit urbes.*

* Ad fam.
lib. 9. ep.
18.

Imò Tullius similiter Verrinà vii : *Complectus jam mercatorum carcer
est. Nam participiorum verborumque similis est structura. Eiusdem
est hoc ad Papirium Pætum * : Sed quando, ut video, estimationes tuas
vendere non potes; neque ollam denariorum implere : Romam tibi remigran-
dum est. Livius itidem lib. i ab Vrbe C. Adolescentem sua temeritate
implet. Idem lib. v : Multitudinem quoque, que semper ferè regenti est simi-
lis, religionis justæ implevit. Et alibi apud eundem non rarò. Virgilius
Æn. ii :*

— *Utricis flammæ.*

† ad. 4.
sc. 8.

Atque ut *compleo, impleo, expleo*; de quibus vidimus : similiter, *abundo,
saturo, scateo*. Lucilius : *Quarum abundamus rerum*. Terentius Heaut. †

— *Næ tu propediem*

Vi istam rem video, istius obstruere.

Lucretius lib. v :

— *Ita ad satietatem terra ferarum*

Nunc etiam scæcet, & trepido terrore repleta est.

Gellius lib. i, cap. xvii : *Xanippe irarum, & molestiarum, scæbat.*
Ita enim rectè editio Ascensiana, & aliæ † : ubi perperam in Step-
hanicâ *satagebat*.

‡ etiam
Lugdunensis
Vincentii
an. 1571.

Quandoque & in verbo *insufficiendi* inest significatio *imbuendi, imple-
ndique* : ut nihil mirandum sit, si, ut dicatur *implere aque*, ita *insufficere aque*
legatur. Appulejus prope extremo libro quinto, in Psyche sermone
de amasio suo Cupidine : *Tunc injuriæ meæ litatum crediderim, cum ejus
comas, quas istis manibus subind: aureo nitore perstrinxerim, deorsum : pinnas,
quas meo gremio nectarei fontis inseci, prætonderim.*

* ad. 2. sc.
Edepol te,
mea Ami-
pbo.

Venio ad inopiæ verba : ut sunt *egeo, indigeo, careo*. Sallustius : *Majo-
res nostri neque consilii, neque audaciæ, unquam eguere*. Terent. Heautont. *

— *Dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leves,*

Præterquam tui carendum quod erat. —

Esurio quoque, & *sitio*, pro *careo* sumuntur, similiterque additum ha-
bent genitivum. Appulejus de Deo Socratis : *Deprehensas villas emul-
las urbinens conditas, domus vice templorum exornatas, familias numerosissimas,
& calamistratas, opiparam suppellectilem, omni affluentia, omnia opulenta, omnia*

ornata,

ornata, præter ipsum dominum, qui solus; Tamali vice, in suis divitiis inops, egens, pauper, non quidem sumentium illum fugivum capiat, & fallacis undæ sitim: sed veræ beatitudinis, id est, secundæ viæ & prudentiæ fortunatissimæ esurit, & sitit. Quem locum fufius adscripsi, ut ex oppositione stulti divitis, & hominis philosophi, appareat, esurire, & sitire, non hîc esse desiderii verba, sed inopiæ, & egeftatis: de quibus nunc agimus.

Ex hisce verò tot, & tam luculentis veterum scriptorum locis, nihil aliud exprimas, quàm veteres ejusmodi verba junxisse genitivo: minimè verò hinc consequitur, genitivum regi à verbo. Omnino enim is regitur à nomine ablativi casus. Qui in verbis inopiæ erit *res, præsentia*, vel simile. Ut *careo tui*, nempe *præsentia*. *Esurio pecuniæ*, puta *re*. At in copiæ verbis intelligitur *copia*, vel simile. Ergo, *implere fontis*, puta *liquore*. Item, *implere vini*, valet, *implere vini liquore*: vel *vini re*, hoc est, *vino*. Itaque crebrò cum ablativo reperias. Ut apud Maronem * : * 1 *En.*

Implereque mero pateram.

Similéque, *Abundare divitiis*. Imò quædam non temere aliter invenias. Ut de copiâ, *affluo, circumfluo*; de inopiâ, *dejicior, destituor, & vaco*, pro *careo*. Quomodo dicimur, *affluere divitiis spe destitui, vacare culpâ*. Abundo non invenitur cum genitivo: sed solum abundans: quod participium est in nomen degenerans.

Nec tamen hic plenus, ac nativus est sermo: sed tum demum, cùm additur præpositio. Ut apud Ciceronem lib. IV *Academ. Quæst. Res jam universas profundam: de quibus volumina impleta sunt, non a nostris solam, sed etiam à Chrysippo*. Martialis lib. XIV, epigr. XII:

Hos nisi de stuvâ loculos implere monet à

Non daret: argentum vilia ligna ferant.

Quare *implere vini*, aut *vino*, integrè sit, *implere de vini liquore*: aut *implere de vino*. *Careo*, aut *vacare culpâ*, pro à *culpâ*. Et ita in aliis.

Interdum verò & *egeo* accusativo junctum invenitur. Plautus *Mænæchmis act. I, sc. II*: — *Nec quicquam eges*. Scio, Douzam F. legere *quicquam*: sed meritò improbat id Acidalius, cùm Sallustius in *Iugurth*. dicat, *Pauca munimento egebat*: & apud Gellium similiter legamus lib. XIIII, cap. XXI: *Siquid est, quod utar, utor: si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque frui licet. Vvivo vertunt, quia multa egeo: at ego illis, quia nequeunt egere*. Videtur autem & in hujusmodi intelligi præpositio. Quomodo *egeo nummos* valeat, quod ad *nummos*. Sed *egeo nummis*, *egeo à nummis*.

CAPUT XXXI.

De verbis consequendi, & frustrandi. Potiri alicujus. Hostium potiri, passivè. Potivit servitutis. Frustrari captionis. Eludere pugnae. Decipi laboris.

Octava classis esto verborum consequendi; quale est *potiri*: & contrarii; cujusmodi est *frustror*. Quæ genitivo juncta inveniuntur, tum apud eos, qui profla, tum qui vincitâ oratione scripserunt. Cicero ad Lentulum lib. I, epist. VII: *Nos quidem hoc sentimus, si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse cunctandum: sin dubium, non esse conandum.* Addunt hoc è lib. I de Fin. *Nullas enim consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati, multos labores, magnisque susceperant.* Sed *quarum potiendi* dixit, ut Terentius Heaut. prologo:

*Facite æqui sitis; date crescens copiam,
Novarum qui spectandi faciunt copiam
Sine vitii.*

Accommodatius istud Cæsaris lib. I de bello Gallico: *Totius Gallia se potiri posse sperant.* Similiter Cornelius Nepos in Cimone: *Classis hostium potitus.* In Dione: *Totius ejus partis Siciliae potitus est.* Et in Agellao: *Imperii potitus est.* Sallustius in Jugurth. *Romanis signorum & armorum potiti sunt.* In Catil. *Cui facum jurat urbis potiri.* Cornificius lib. IV Rhet. ad Herenn. *Atheniensium potiti sunt Spartanae.* Item Gellius lib. VI, cap. XVII: *Sed omnino illam postea librorum copiam Xerxes, Athenarum potitus, a portavit in Persas.* Et lib. IX, cap. III: *Cujus virtute industriaque Macedones locupletissimo imperio ausi, gentium navonumque multarum potiri coeperunt.* Plautus verò etiam passivè construit. Vt Capt. act. I, sc. I:

Nam postquam meus rex est potitus hostium.

Et Epid. act. IV, sc. I:

— Eductam (filiam) perdidit.

Hostium est potita.

Ac Lucretius quoque lib. IV:

Nec dissentit eum leti mortisque potitum.

Imò & activum sic usurpat Plautus Amphitr. act. I, sc. I:

*Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater
Servitutis.*

Contrarium esse dicebamus *frustror*: quo ita usus Gellius lib. V, cap. X: *Suo sibi argumento confusus est, & captionis versute excogitata frustratus est.* Eandemque vim habet *eludo*: ut apud Tacitum in IV Annal.

Eludentes

Eludentes optatæ toties pugnae : hoc est , pugnâ toties optatâ frustrantes. Item, *fallis, & decipi*. Vt, *fallis sermonis*, quod valet, non *facis assequi sermonem* : ut potius hujus loci videatur , quàm verborum *παρηλακῶν* , cui subjecerunt. Plautum verò sic loqui , superius * vidimus. Altero sic * cap. 27. usus Horatius lib. II, od. XIII :

Dulci laborum decipiunt sono.

Vt est in plurimis MSSis. Quomodo sententia erit, dulci sono carminum Alcæi levatur laborum sensu. Sed in aliis libris est *laborem* : nec mihi minùs placet, uti nec Lambino.

C A P V T X X X I I.

In allatis octo verborum classibus collatio instituitur inter sermonem Græcum, & Romanum : in primo ordine utramque gentem conspirare : in altero aliquantum discrepare : in cæteris Latinos omnino sequi Græcorum exemplum : nec Græcis tamen genitivum verbo additum ab eo regi, sed a voce per ellipsin intellectâ.

Sunt extra ordinem classium istarum , de quibus dictum nobis , alia quoque , quæ similiter casui jungantur patrio. Sed sunt ista , vel apud Poëtas, vel eos, qui Poëtas in prosa sequi ament. Quamobrem, antequam ad ea accedam, operæ videtur, si in octo illis classibus Græca conferam cum Romanis , ut clarè eluceat , ne apud Græcos quidem genitivum regi à verbo ; sed vel à nomine, vel adverbio, vel præpositione intellectâ.

Primus ordo erat verborum *sum, & fio*, sive proprietatem, vel officium signent ; sive adjunctum laudis, aut vituperationis. Vtroque enim conveniunt Romani cum Græcis. Prioris apud Græcos generis est Demosthenis hoc : *Ουτε σοφρόνων, ἔτε γυναικῶν, ἐστὶν ἀνδρώπων* neque prudentium , neque ingeniorum hominum est. Puta, officium, munus, vel simile. Alterius generis est hoc Sophoclis : *Εὐ φρεῶν ἐτύχων αὐτῶν μη κακῶν* si hæc non male foret mentis. Vbi genitivus dependet à *γυναῖξ* † mulier. quod intelligitur. Nec propterea Hellenismum statuam , cum Latini sic loquuntur. Vt cùm Plautus † Captivis ait : † act. 3. sc. 4.

Est miserorum, ut malevolentes sine, atque invident bonis.

Et similibus. Propriè enim est Hellenismus , ubi à communi Romanorum sermone ad Græcorum consuetudinem receditur. At hic æquè Romani, ac Græci, *ἰδεοπικῶς* potius, quàm integrè, loqui solent : ut licet sermo non sit planè natus , proximè tamen ab eo absit ; eoque non Græcanicus, sed quasi natus, meritò censetur.

Altera classis erat de verbis genitivo junctis , quod usps significetur,

in quâ quid est, aut fit. Vbi dicebamus præpositionem intelligi cum ablativo. Abeunt in eo Romani à Græcis, qui integrè loqui solent. Nec enim, ut Horatius ait lib. 11, ep. 11;

Romæ mitti tibi contigit, atque doceri:

* in Roma
urbe.

ita Græcè dixeris, Ρώμης, pro ἐν ῥώμης πόλει*: verum semper ἐν ῥώμης: ut Herodianus lib. 11: Διέθρεψεν ὀλίγον χρόνον ἐν τῇ ῥώμῃ: *educavit paucillo tempore in Roma*: quomodo & interdum loquuntur Romani; ut ostendam, cum ad ablativum erit deventum.

Tertiam ad classẽm retulimus verba accusandi, absolvendi, dampnandi. Quæ & ipsa apud Græcos amant genitivum. Demosth. in Midiam: *Ἐπιλοισάμενός με φόνος· σὺν τῷ ἐμοὶ ἐπίσταντος ἀκούσῃς*. Idem: Ἀφίημι σε τῶν ἐγκλημάτων· *absolve te criminum*. Idem: Ἀπάλων κατὰ γενεάν, *vel κατὰ φύσιν*· *dampnare universos*. Polybius quoque lib. 111: *ἀπολύσει τῆς ἐπιανεχθείσης ἀποβολῆς*· *absolve te impietatis criminis*. Nec Græcis tamen genitivus ille regitur à verbo: sed ab accusativo δικῶν, aut χαφῶν, vel præpositione περὶ. E. G. Ἐπειπικόν ἐστίν, *Διώκω σε κλοπῆς, accuso te furti*. Pro, *διώκω σε κλοπῆς δικῶν, ἢ χαφῶν*. Qui accusativus exprimitur illo Demosthenis: *Κησιφῶντα χαφῶν ἱερῶν χαρμμάτων ἰδιωκῆς*· *Ctesiphontem sacrarium tabularum tenent archæas*. Xenophontis quoque est *VI Ἐλλω. Διώκω σε περὶ θανάτου*. q. d. *Accuso te de captivitate*: pro *captivitate*.

Quemadmodum autem Latini, pro genitivo *criminis*, etiam ablativum ponunt cum præpositione; ut qui non solum dicant, *accusare repetundarum*, sed etiam *de repetundis*: ita Græci quoque non modo ajunt, *αἰτιάσθαι κακῶν*; sed quoque *αἰτιάσθαι ὑπὲρ κακῶν*. Demosthenes: *Καὶ περὶ ἐδ' ὁ Φίλιππος· ἔδεν αἰτιάσθαι ὑπὲρ τῶν πολέμων κακῶν*. *Ac nec Philippus de belli malis accusatur*. Est & Herodoti: *Ἀλόντα θῆτι τάσσει, ἢ ποιοῖς ἀμαρτήμασι*: quod ulstadius, *τάσσειν, & πολλῶν ἀμαρτημάτων συνίστανται*· *de seditionibus, ac multis criminibus*.

† *de vobis*,
pedis, sive
pedem.

Quartus nobis ordo erat de affectuum verbis: quæ & ipsa à Græcis sociantur genitivo. Vt illo Euripidis: *Ἀλλ' ὦ παῖδος †· δάλο fili*: pro quo Latini dicerent, *fili vicem*, hoc est, *ob filii vicem*. Græcorum tamen more Ovidius, ut superius vidimus, *successorum imoluit*. Vbi Latinis potius ablativus: ut idem Nafō *VI I Met.*

— *Doluit successu læta virago.*

Dolendi etiam verbum est *ένω, gemo*: quod patrio casui jungit Euripides Aulide:

Ἐπ' αἰδ' ὅ· μάλλισ' ἔγωγε τ' παλαιωτέρω ένω.

Græciæ maxime equidem calamitosæ gemo, ac ploro.

Apud eundem Phœnissis chorus ait:

θεῦ,

Φεῦ, Φεῦ, κακῶν σῶν Οιδίπυ, σὸς ἄν, σίτω.

Hen, hen, malorum tuorum, Oedipe, tuus ego, gemo & ploro.

Libenter enim plorandi voce interpretor, quando hoc verbi similiter Horatius genitivo jungit Epod. xvii :

Plorem artis in te nullum habentis exitum.

Græci ἔνεκα intelligunt. Sic iidem μεγαίρειν, & φθονεῖν, jungunt causi gignendi. Homerus Iliad. N :

Κυανοχαῖτα Ποσειδάων βιότοιο μεγῆρας.

Ceruleam habens casariem Neptunus cum ejus vita invidisset.

Plutarchus in Cæsare : Ω Κάτων, φθονῶ σοι ἢ θανάτῳ ἢ ἢ ἰμοί σου ἢ αὐτῆς σωτηρίας ἐφθόνους. O Cato, invideo tibi mortis : nam & mihi salutis tue invidisti. Pro quo Latinorum sermo natus, invideo mortem, invidisti salutem. Quomodo Cicero Tufcul. III : *Optimam naturam invidere.* Maro IV Æn.

Africanone pater Romanas invidet arces ?

Horatius lib. I, sat. vi :

— *Vt forsitan honorem*

Inre mihi invidet quisvis.

Et tamen idem Horatius lib. II, sat. vi :

— *Neque illi*

Sepositi cicoris, neque longa invidit avenæ.

Itidem in irascendi verbis. *Ἐ μάλιστα ἢ ὀργῆς : furit ira : quomodo Seneca in Thebaide * :*

— *Regni Laius rapti furis.*

Χαίρειν quoque, & συγχαίρειν, quorum illud gaudere, hoc una gaudere, vel gratulari significat, similiter usurparunt. Sic enim Demosthenes : Συγχαίρω σοι τέτῳ. *Gaudeo de eo tecum : sive, gratulor tibi de eo.* Atque ita Virgilius XI Æn.

— *Nec veterum memini, letorve malorum.*

Item Appulejus I Met. *Sed quid istud ? voti gaudeo.* Et VII Met. *Sed quod solum poteram, tacitus licet, seræ vindictæ gratulabar.*

Etiam μετμελείν, quod est pœnitere, hanc amat structuram. Isocrates in Trapeziticâ : Σάλυρω ἀπάντων μετμελέει τῶν πεπταγμένων. *Pœnitet Salutum omnium, quæ egit.*

Μετνοῶ tamen accusativo gaudet : similiterque ἀιχύνομαι, ἐπιθελάω, δυσωπῆμαι, quæ Latino pudet respondent. Ac par ratio in καλοκνέω, cui itidem respondet verbum piger. Adhæc in ἐλέω, & οἰκτείρω, quæ misereri significant.

Porro ut Latini in genitivis, quando affectuum verbis adduntur, intelligunt *caussa*, vel *gratia* : ita Græci, ut dixi, χαίρειν, vel ἔνεκα.

Quinctam classẽ constituebant verba memoriæ, & oblivionis. Quæ Græci similiter copulant genitivo. De priori genere indicat Homerus II. 0 :

Μνήσῃ πατρός σείο θεοῖς Ἰππείκελ' Ἀχιλλεύῃ·

Memento patris tui, diis similis Achilles.

Item Isocrates ad Demonicum : Τῶν δούλων φίλων μέμνησο· *memento amicorum absentium.* De altero docet hoc ejusdem Poëtæ Odyss. A :

--- ἔποτε λήσμαι αὐτῶν.

— *νηπιματ εσνιτὸν οβλίνισα.*

Quomodo & Theognis loquitur initio poematis.

Intelligi autem *ᾠε* : quod addunt Thucydides, Plato, etiam Isocrates; cujus est, ἐμνήθη *ᾠε* ποιάνης γυναικός· *memento ejus mulieris.* Ut Cicero de lege Agraria : *De corpis meminertis.* Vel intellige *μνήμην*, ut Latini *memoriam*, vel *λογισμὸν*, *coꝛꝛationem.* Nam & Græcis verba hæc accusativum amant. Ut cùm Apollonius sic Argonautica orditur :

Ἀρχόμεθ' * σείο, Φοῖβε, παλαιθμένῃ κλέα φίλῶν

Μνήσμεθα.

Hoc est, eis ἡ μνήμην ἄξω τὰ ἐνδοξα τῶν Ἀργοναυτῶν ἔργα : ut scholiastes vetus exponit.

Quemadmodum item Latini dicunt, *venis mihi in mentem hujus rei* : ita Attici quoque, εἰσέρχεῃ μοι τῆς ἡ πείσμαθ'. Atque ut genitivus rei Latinis regitur à nominativo *coꝛꝛatio* : ita Græcis genitivus ἡ πείσμαθ' à nominativo *λογισμὸς* : qui sæpius exprimitur. Sic enim Plutarchus : ὁ λογισμὸς αὐτὸν εἰσήει τῆς δουλείας· *Venis ei in animum coꝛꝛatio paupertatis.* Ac apponitur is quoque nominativus, cùm genitivo additur præpositio. Isocrates *ᾠε* εἰρήνης : Πελῆ ἡς μηθείς πώποτε λογισμὸς αὐτοῖς εἰσήλθεν· *De qua nulla nēquam coꝛꝛatio eis in animum venit.*

Sextus ordo fuit de æstimandi verbis : quibus Græci etiam apponunt genitivum. Xenophon : Μείζονθ' δῶεθ' αὐτὰ πμῶνθ' οἱ λαμβάνοντες· *Majoris dona ipsa æstimant, qui accipiunt.* Lyfias : Οὐ σὺ ἐλάττωσ τῶν ἡδονῶν ἐπίησας· *Quem tu minoris fecisti, quam voluisti.* Demosthenes contra Androtionem : Ἐστὶ πίνυν ὑμῶν σκεπτόν, εἰ ποῦτον πμῶθε τῶν πολλείων· *Vobis iugum considerandum est ; utrum tanti faciatis Remp.* Ac similiter genitivos addunt, πόσων, πλείων, ὀλίγων, & alios ejus notæ. Nec tamen hi à verbis pretii reguntur, sed à præpositione *ᾠε*, vel *ᾠεθ*, quarum hæc interdum prior crebrò additur. Lyfias : *ᾠε* ἔδεός ἡγῆλο· *pro nihilo putabant.* Demosthenes : Καὶ τὸν νόμον *ᾠε* λωίων, ὃν σὺ *ᾠε* ἐλάττωσ τῶν ἡδονῶν ἐπίησας· *Legemque transgressus, quam minoris fecisti, quam voluisti.* Idem : Θνητὸν σῶμα *ᾠε* πλείωνθ' ἡ δόξα ἀθάνατον· *Mortale corpus pluris facere, quam gloriam immortalẽ.* Plato :

09

* A te ordiens Phæbe, prisco tium laudet vitiorum Memorabo. † memoria prædam illustra Argonautarum athena.

Ον ή γείτο με πλείους ποιείδω τών εν Σικελία. *Quem prius me plurimum facere oportuit in Sicilia.* Isocrates : Πρὸ πολλῶ ποιησάμενος αὐ σοι κεχαλασμένως εἶπεν. *Magni illud fecero, ut tibi grata sint, quæ dicam.* Galenus : Περὶ παντός ἐν ἐπισησίμῳ ἢ πλεονεξία καὶ ἡμῶς ἰατρῶ λαβεῖν τὴν χρυσίδα. *Maximi itaque feci, nostri etiam temporis medici descriptionem sumere.*

Nec verba solum æstimandi, sed etiam vendendi, & emendi, genitivo sociantur. Nam ut Latini dicunt, *Dona multo pluris emitis* : ita Isocrates, Δωρεὰς πολλὰ πλείονα ἀγοράζει. Imò Demosthenis quoque est, χρημάτων ὠνεΐδω *. Pertinet huc etiam illud Homericum Iliad. ζ :

Ὅς πρὸς Τυδείδῳ Διομήδεα τεύχε' ἔμειβε

Χρῦσα χαλκείων·

Qui cum Tydide Diomede arma permittavit

Antea æreis.

* *recumbens emere.*

Septimo loco egimus de verbis copię & inopię : quibus itidem apud Græcos genitivus subjungitur : idque , ut arbitror , per ellipsin præpositionis ἐκ. Prius plenitudinis & copię verba apponam. Aristophanes Pluto : Αἱ ἢ λήκυθοι μύρα γέμυσι. *Lecythi abundantius ingenti.* Aristoteles lib. vi Polit. φαίνει ἢ ἢ γάλακτι πλείονα τροφή μάλιστα οἰκεία πῖς σώμασιν εἶναι. *Videtur cibus, qui plurimum abundat lactis, maxime esse corporibus accommodatus.* Herodianus : Τελήρεις ὁπλιῶν παρῳσες· εἰς τρεῖς implevisset ἄρμασιν ἰσχυρῶς. *Matth. XXI I : Ἐπλήθη ὁ γάμου ἀνακειμένων· impletae sunt nuptie recumbentium.* Inopię verborum par ratio. Homerus Odyi. γ :

--- πάντες ἢ θεῶν χατέουσ' ἀνθρώποι.

Omnes homines indigent deorum.

Xenophon Κύρις παιδ. lib. v : Καὶ ἀνδρὸς δ' ἔφη τῇ θυγατρὶ μὴ φοβῆσθαι ὡς δωρημασίαις ἀξίαις πούλης· neque metuas, ne desitumais vino filiã tuã digno. Demosthenes : Ὁ παρῶν καιρὸς πολλῆς φρονίδος, & βουλῆς δεύτω· præsens tempus multæ sollicitudinis ac consilii eget.

Octava classis erat verborum consequendi , & frustrandi : quæ & ipsa apud Græcos genitivo junguntur. Herodotus : Ὡς ἐπεκρότησαν τῶν πολλῶν· ut rotis sunt iunctum. Plato : Τῶ σκοπῶ τεύξομεθα· scopiam affectum. Polyb. Τετευχότες ἀολῆς· nacti otium. Vbi χῆμα, vel simile, intelligendum. Demosthenes : Ἀποτυχεῖν τῆς ἐλπίδος· spe frustrari. pro, ἄπο τῆς ἐλπίδος. Sic Isocrates : Τῆς ἐλπίδος πολλοὶ ἐψεύθησαν· Multi spe sua falsi sunt. Atque idem : Πλείων τ' ἐλπίδος· spe excidens.

CAPUT XXXIII.

De verbis aliis, quæ & ipsa per Hellenismum jungantur genitivo. Vt sumi verba abstinendi, admirandi, arcendi, curandi, negligendi, delinendi, dominandi, ignoscendi, liberandi, participandi.

NEc Hellenismus ille solùm locum habet in octo classibus memoratis : sed aliis etiam, quas literarum serie subjecimus.

Abstinendi verba agmen ducunt. Horat. lib. III, od. XXVII :

Mox, ubi lusit fasis, abstineo,

Dixit, irarum, calidæque vixæ.

Ac similiter, puto, Appulejus in Apologiâ : *Et abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat.* Græci eodem modo loquuntur : ut in Pythagoræ symbolo : *Κυάμων ἀπέχεσθ, abstinerē sabbatum.* Aristophanes, *ὄνυ ἀπέχειν, vini abstinerē.*

Admirandi verba similiter construuntur. Virgil. xi Æn.

Iustitiæne prius mirer, bellivæ laborum?

Vbi intellige, *causâ*, vel *graciâ*. Græcè expresseris hoc pacto, *θαυμάζην τὸ δικαιοσύνης, & τῶν ἑ πόλεμῶν ἔργων.* Vbi intelligitur *χάρις*, vel *ἔνεκα*. Ita ἑλληνικῶς Demosthenes pro Corona : *Τίς γὰρ ἂν ἀν ἀγαθῶ τοῦ ἀνδρῶν ἀρετῆς ; quis enim non miratur virtutis virtutis ?* PRO, ἔνεκα τὸ δρεῖψῆς· *virtutis ergo.* Item Xenophon : *Τμῶν θαυμάζω, εἰ μὴ βουθήσετε ὑμῖν αὐτοῖς. Μισοὶ vestri, si non vobis ipsis oriculeturini.* PRO, ὑμῖν ἔνεκα. Naturâ enim θαυμάζω accusativum exposcit. Quomodo Plutarchus : *Καὶ τὸ κατὰ τὸ ἐθῆμασε, ἢ πλὴν πάλμῳ ἡ γὰρ ὀθῆ· Et formatus puerus est, & fiduciam stupet.*

Arcendi & prohibendi verborum par ratio. Silius lib. vi :

— *Caris prohibere nequirit*

Cum Penos aquila.

Sic Plutarchus : *Εἴργειν τὸ θαλάσσης· arcere, sive prohibere mari.* PRO, *δοτὸ τὸ θαλάσσης.* Chrysostomus : *φόβος κωλύει πονηρευμάτων· metu prohibet maleficio : pro, ὁδο πονηρευμάτων.* Vt Xenophon lib. III Cyropæd. *Ἀπὸ τῶν αἰσχυρῶν κωλύσασθ· à turpibus prohibere.*

Curandi, & negligendi verba eundem casum adsciscunt. Appulejus lib. v Met. *Curare corporis.* Item, *Νουσιὰν πικρὰν ἰατρῆς ἐκτε virginιάτις κυρῆς.* Quomodo apud Xenophontem legas : *Τῶν συμμάτων ἑπιμύλον· κυρῆς corporis.* Idem, *Ἀμελεῖς τῶν φίλων· non curas amicos : vel, si Græcisses, non curas amicorum.* Regitur autem genitivus ab accusativo *φρονίδια*. Vt cum dico, *non curas amicorum*, integrè sit, *Non curas amicorum curam.* Sanè verba ejusmodi regunt naturâ suâ accusativum.

Vnde

Vnde idem Xenophon : Τὰς Φρονιζόντας τὸ πιαῦτα σὲν • *curantes talia.*
 Item, Τὰ πιαῦτα ἤπιμελεῖτο • *Talia negligebat.* Vtrobique, more Græ-
 co, *talium* dixeris. Vel potius dependet genitivus à præpositione *ἐπι*,
 vel *ὑπὲρ* intellectâ : quarum & hæc, & illa, quandoque exprimitur.
 Isocrates : Περὶ τῶν αἰνῶν μέλι • *De istis magis ius curæ fuit.* Item,
 Μελεῖν ὑπὲρ τῶν κοινῶν, ἢ ἐχὶ ὑπὲρ τῶν ἰδίων • *Curam gerere de publicis, &*
non de privatis.

Definendi verba genitivo jungit Maro Æn. x :

— *Tempus desistere pugnæ.*

Horatius lib. II, od. IX: — *Desine mollium*

Tandem querelarum. —

Silius lib. x: — *Consul non desinit iræ.*

Imò & Quadrigarius apud Gellium * : *Mans significare cepit, ut* * lib. 9,
quiescerent pugnae. Facta pausa est. Vbi Ascensiana, Lugdunensis †, alia-
 que nonnullæ editt. *quiescerent pugnae. Pugna facta pausa est.* Sed ita, ^{c. 13.}
^{† Vincentii}
 an. 1571.

ut priùs adduxi, vet. membranæ, editioque Stephanica, ac Tornæ-
 fiana. Est verò & is Græcismus. Xenophon : Ἐληξαν τῆς θύρας • *desi-*
tere venationis. Herodianus : Τῆς ὀργῆς ἐκώσῳλο • *desit iræ.* Latinorum
 nativa consuetudo ablativum exigit cum præpositione : sed præposi-
 tio *κατ' ἔλεψαν* negligi solet. Vt, *re aliquâ desinere*, apud Cic. lib. IV
 Acad. Quæst. Etiam accusativum habet, cum ponitur pro *relinquere*.
 Quomodo *desinere artem* ait Cicero ad Marium lib. VII, ep. I, Sue-
 tonius in Tiber. cap. XXXVI, & Gellius lib. XV, cap. XVI : *desinere bel-*
lum, Silius lib. XII.

Dominandi etiam verba genitivo sociantur, more Græcorum. Ita
 eruditissimus Melchior Goldastus, notis ad Dositheum, locutum pu-
 tat Alcimum Avitum lib. I de Origine Mundi : ubi sic Adamum
 Deus adfatur :

*Hæc quæ mundani curam pulcherrima cultus
 Incrementa vides, ornatum extensa per orbem,
 Solus habe, solisque prior dominare fruendo.
 Tu mihi, cuncta tibi famulentur.*

Et ita quidem in cunctis codicibus invenio, etiam postremâ : quæ ad
 MSi codicis fidem recensita prodiit in Germania ante annos paucos.
 Sed dandi, non gignendi hic casum video. Præterea planè puto legi
 debere : *Solus habe, solisque prior dominare fruendo.*

Accommodatius verò exemplum est illud Iuvenci lib. IV Histor.
 Euangel.

— *Dominantur eorum,*
Exercensque truncem subiectis viribus iram.

kkk

Lo-

* Gen. 3. 16.
 & 4. 7.
 item 15. 6,
 & Iud. 9.
 22. 23. &
 1 Par. 29.
 12. Psal. 10.
 5. & c.

Locutus similiter vetus Scripturæ interpres * : item Augustinus de civit. Dei lib. XIX, cap. XV : *Hoc naturalis ordo præscribit, ita Deus hominem condidit. Nam dominetur, inquit, piscium maris, & volatilium celi, & omnium repenium, quæ repunt supra terram. Quod: si quis istorum refugiat autoritatem, at sciat loqui eos Græcorum exemplo, qui dominandi verba jungunt genitivo. Neque eos hic imitari dubitavit Horatius lib. III, od. xxx :*

*Et qua pauper aquæ Daunus agrestium
 Regnavit populorum.*

Scio, in aliquibus libris esse, *regnator* : sed alterum est in melioribus, & ita jam olim Porphyrio legit : atque etiam Servius in Maronem, gemino loco. Est verò hic quoque Hellenismus. Nam Græci genitivo jungunt, ἀρχεῖν, βασιλεύειν, δεσποεῖν, διακασθεῖν, κυριεύειν, παραρτῖν Herodorus : Αἱ συμφορὰς τῶν ἀνθρώπων ἀρχοῦσι, ἔσχατ' αἱ ἀνθρώπων τῶν συμφορῶν. *Calamitates imperant hominibus, & non homines calamitatibus.* Iſocrates ad Demonicum : Αἰσχρὸν τῶν μὲν οἰκείων ἀρχεῖν, τοῖς ἡθροῦς θευλεύειν. *Turpe est famulus imperare, voluptatibus vero servire.* Vidimus, ut Latini loquantur more Græcorum. More autem Romano, ut Diomedes ait in primo, *dominor* jungitur ablativis, diciturque eo casu, *Græcis dominor, & dominatus sum.* Alii verò dativum exigere ajunt, quia apud Ciceronem est pro Rabirio Postumo : *Dominatus est Alexandriae.* Sed dicere possis, *Alexandriae* esse genitivum. Neque validius probant illo Maronis in III Æneid.

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur Argis.

Quippe eodem modo dicatur, *Mortuus est Argis.* Vbi absque dubio est ablativus. Nam citra ellipsin dicatur, *Mortuus est in Argis.* Quare Diomedis potius assentio. Sanè Græci quoque præpositionem quandoque addunt. Ita Xenophontis est, βασιλεύειν ἐν Πέρσῃσι, *regnare in Persis.* Ac eandem Cicero expressit lib. I Tuscul. *Vetat enim dominans ille in nobis Deus injussu hinc nos suo demigrare.* Et pro Aulo Cæcina : *Denique nimia ista, quæ dominatur in civitate potentia.* Pro quo & accusativo cum præpositione utimur. Vt apud Tullium dialogo de Senectute : *Ita enim senectus honesta est, — si usque ad extremum spiritum dominatur in suos.*

Ignoscendi : ut, *ignoscere delicti, vel veniam dare versuum.* Appul. in Apolog. *Da igitur Platonis veniam versuum ejus de amore.* Vt apud Philostratum, Συγνώμη σου οὐκ ἀπέτης : q. d. *veniam de erroris, pro erroris.* Vt Græcè ἀπέτης pro ἀπέτη : nam utroque modo loquuntur.

Liberandi, ac aliquo levandi verba. Vlpianus Leg. 50. Dig. de Leg. III : *Puro, & de eo sensum casu, quo curæ & tutela liberentur.* Horat. lib. II, fat.

fat. III: *Et morbi minor te purgatione illius.* hoc est, eo morbo liberatum levatumque. Plautus Rud. act. I, sc. IV: *Vi me omnium jam laborum levas.* Livius, juxta optimos codd. extremo lib. XXI: *Levatum animam religionis.* Ἐλευθέρωσιν intelligitur *onere, molestiâ*, vel simile: indeque is casus regitur, non à verbo. Latinae enim consuetudinis est jungere casui auferendi. Vt apud Maronem in Eclogis:

— *Ego hoc te fasce levabo.*

Simul est Hellenismus. Ita Euripides: Ἐλευθέρωσέ με τῆδε πόνοι. *Liberò hoc te labore.* Et Philo: Δεσποίνης χαλεπῆς ἔλευθέρωθεῖς. *Gravi dominâ liberatus.* In qualibus est ellipsis præpositionis. Vt, λύω * σε τῆ δεσποίνων, ponitur, pro, ὑπὸ τῆ δεσποίνων. Et, Κεφίζω † σε ἔχρευσ. pro, ὑπὸ ἔχρευσ. Quomodo legere est Matth. VI, ῥύσθη ἡμᾶς ὑπὸ τῆ πονηρίας. *libera nos à malo.*

Participandi verba genitivo jungi, ostendit hoc Plauti Cistellariâ act. I, sc. III:

Paterfamilias servorum sui participat consilii.

Ἐλευθέρωσιν, pro de re consilii.

Cæterum is quoque Hellenismus. Nam Græci eodem modo genitivo jungunt μέλειχεν, μέτεσι, μετέλαμβάνω, μετέδωμι, κρινωνῶν: similiaque, quæ participem esse, facere, vel fieri, significant. Xenophon Κύρη παυδ. β: Τοῖσ' τοῖς ἄλλοις, ἐν μὲν τῇ πατρίδι ἔμελειχίε τῆ ἴσων ἡμῶν. *Cum tales essetis, æqualium nobis in patria non fuissetis participes.* Theognis in Gnomis †:

Οὐπὶ γὰρ ἀν' ἀρεσκαιμῶν, ἀλλὰ καμάτῳ μετέδοις.

Neque enim, cum prior laboraveris, alium tui laboris facias participem.

Isocrates ad Demonicum: Κακίων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεσι, πόλεις ἢ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μετέλαβεῖν. *Ac mali etiam homines sunt illorum participes: ac, ut horum participem improbis, fieri non potest.* Herodianus: Εὐωῆς κρινωνῶν, λέγει esse consortem.

Quandocumque autem participandi verbis genitivus additur, dependet is à nomine, vel præpositione intellectâ. Vt in illo, κινδύνων μετέχεν, *periculorum participare*, κινδύνων regitur à μέρῳ, παρ. Quomodo Isocrates ait, Τῶν κινδύνων πλείων μέρῳ μετέχουσιν. *periculorum maximam partem participabunt.* Item in hoc, διαίκειν θανάτου, *accusare capitis*, genitivus regitur à πάλῳ: quâ ratione Xenophon ait, διαίκειν πάλῳ θανάτου. *accusare de crimine capitis, sive de capite.*

C A P V T X X X I V.

Dativum proprie non regi à verbo. Expressi eo finem οὐ. In verbis commo-
kkk 2 *dandi,*

dandi, consulendi, auxiliandi, mandandi, nunciandi, ignoscendi, dationem inesse; ut jure dativum adfiscant. Præstolor unde: quod & præstolo $\epsilon\pi\chi\alpha\iota\kappa\acute{o}\varsigma$. Præstolor, invideo, præsto, cur casum adfiscant dandi, & accusandi: uti & moderor, deficio, occumbo, curo; idque eadem significatione. Diversâ autem, tempero, & studeo. Studeo cum gignendi casu $\epsilon\pi\delta\epsilon\iota\kappa\tau\iota\kappa\acute{o}\varsigma$.

A Genitivo ad dativum transeo: de cujus rectione quid censeam, **A** ex iis iudicium fieri potest, quæ de regimine ejus casus in Nomine dicebamus. Par enim utrobique ratio est. Nempe nullum nomen, verbum, aut participium, propriè regit dativum: jungitur tamen casus ille, ut nomini, sic verbo, & participio, quod significetur acquisitio, sive, ut loquuntur in scholis, *finis cui*. Aristoteli * enim, ejusque interpretibus, Aphrodiseo, Eustathio, aliis, duplex est finis, $\tau\acute{o}$, sive *cujus*, & $\tau\acute{o}$, sive *cui*. Itæ in moribus beatitudo est finis, *cujus* gratia omnia fiunt: homo autem est, *cui* beatitudo acquiritur. Item in ædificatione *finis cuius*, est domus: *finis cui*, est ille, qui inhabitabit. Hujusmodi acquisitio, sive finis cui, exprimitur dativo. Ut huc pertineant, quibus significatur aliquid dari, vel adimi; item prodesse, vel obesse. Nam qui profunt, dant commodum: qui obstant, incommodum. Sic veteres loquuntur. Horat. lib. II Serm. sat. VIII:

— Tibi Di, quæcumque preceris, *Commoda dent.*

Cicero lib. V de Fin. *Ipsa scientiâ, etiamsi incommoda datura sit, gaudeant.* Similiâque, dare beneficium, damnum, aut dolorem. Itidem, *consulere alteri*, dicimus, quia, qui consulit, consilium dat. *Auxiliari alicui*, ut *dare auxilia* Livius ait lib. VIII belli Maced. Etiam sub verbis dandi continentur verba mandandi, sive imperandi. Nam id qui facit, dat negotium, & mandata. Priori modo loquuntur Terentius prolog. Andr. & Cic. Verr. VI: posteriori modo idem ad Att. lib. VII, & Maro VI Æn. Hinc & $\epsilon\pi\mu\epsilon\lambda\epsilon\tau\epsilon\sigma\iota\sigma\iota\kappa\acute{o}\varsigma$ dicimus, *mandare memorie*; cui contrarium, *dare oblivioni*. Nam *mandare oblivioni* pervulgatum quidem, sed non puto id apud probatos scriptores legi. Quique mandanti obtemperat, operam ei dat amicam; adversam, qui adversatur. Ut causa sit manifesta, ei & hæc dativo jungantur. Sub verbis adversandi continentur verba irascendi, & minandi; ut par horum ratio sit. Datio quoque est in verbis nunciandi, & credendi. Nam illis alteri confertur notitia rei nunciatæ: his tribuitur alii fides. Item in verbis eventus, quia boni malive aliquid cupiam dicitur contingere. Datio etiam significatur verbis ignoscendi. Itaque *alicui ignoscere* dicitur, ut *dare veniam alicui*. Iungit ea Plautus Epidico †:

* lib. de anima cap. 4. sect. 35.

† act. 5. c. 2.

— Oro te, Epidice,

Mihi ut ignoscas, siquid imprudens culpâ peccavi meâ.

At ob eam rem liber esto. E. Inventus de hac veniam tibi.

Studere dativo, quia notat studium dare: quomodo Columella lib. 1, ait, Studium agricolationi dare. Et Cicero de Claris Orat. Invis civiles studio multum opera dabam. Atque ex his iudicium de similibus fiat.

Quædam etiam geminum adfiscunt dativum: personæ unum, alterum rei. Vt, *duco mihi laudi, verro tibi vitio, relinquit illis pignori.* Simile etiam hoc 1 Æn.

— Cui nunc cognomen Iulo.

Plerique dici ajunt, *Est mihi cognomen Iulius, Iulii, Iulio, Iulianum.* Atque inde colligunt, rectè etiam dici, *Est mihi nomen Petrus, Petri, Petro, Petrum.* De recto satis apertum. Nam ut, *hic dicitur Petrus: sic, hinc nomen est Petrus.* Ac Ciceronis est pro Cæcina: *Clodius, cui nomen Phormio.* De patrio casu indicat hoc Plauti Amphitr. Prologo:

— Nomen Marcaris est mihi.

Vbi genitivus non à verbo regitur, sed à voce nomen. Dativus interrim longè usitator; de quo Maronis jam locum vidimus. De accusativo βαρβαρισμός*, qui dicunt: *Est ei nomen Petrus.* Obiectant dici, *Est mihi nomen Iulianum.* Arqui hoc planè dissimile, quia Iulianum est adjectivum, & recti casus. Quemadmodum & *Ascanium*, in hoc Livii lib. 1: *Cui Ascanium parentes dixerunt nomen.* Simileque hoc Lucii Pisonis in secundo Annalium: *L. Tarquinium collegam suum, quia Tarquinium nomen esset.* De quo Gellius lib. xv, cap. xxxi.

* barbari loquuntur.

Duplicia etiam inveniuntur, quæ nunc dativum, nunc accusativum adfiscant. Eorum alia utrumque casum admittunt consuetudine Romanâ; aliâ verò casuum unam more Romano, alterum Græco. Causa verò, cur verbum idem, vel aliud ejusdem significationis, nunc dandi, nunc accusandi casui jungatur, ab eo capite ac fonte arcessenda, quòd natura verborum ejusmodi sit, ut datio quidem, & acquisitio omnis, significetur dativo: omnis autem actio in alium transiens, (quo in genere est actio accusantis alium) accusandi casu explicetur. Prius hoc in distinctis vocibus considerabimus. Qui verberat, agit in alium. Dixero igitur, *verberare aliquem, non alicui.* Agit quoque in alium, qui verbis suis quempiam in fraudem inducit. Dicam ergo, *fallere alium, non alicui.* Et tamen utrobique etiam datio est, sive acquisitio; unde dicimus, *dare verba, & dare verbera:* quæ datio dativo indicatur: ut in Andria †,

Cui verba dare difficile est. —

† act. 1.
sc. 3.

Et apud Nasonem epist. xvi 1:

Aprior illa quidem placido dare verbera ponto.

kkk 3

Quod

* a. 5.
s. 5.

Quod in diversis vidimus verbis, idem locum habet in eodem verbo aliter atque aliter considerato. Ut in *praestolor*; quod nunc dativum, nunc accusativum admittere, auctor est Priscianus lib. VIII, & XVIII. Ut causa melius diluceat, proprietas, & origo vocis adferenda. A *praesto* fuit *praestus*, & diminutive *praestulus*, sive, ut antiqui scripsere, *praestulus*; unde *praestolari*: quod Donatus in Eun. * exponit *praesto esse*, & *apparere*. Vbi *apparere* non significat *comparere*, sed *adesse ministerii causa*; à qua significatione viatores, & similes magistratuum ministri, *apparitores* vocantur. Nonius *praestolari* etiam exponit *expectari*, vel *manere*: glossæ item veteres interpretantur *adspicere*. Vnde colligitur; in *praestolando* duo considerari, commorationem in loco, ac personam, quam animo commorantes spectant; unde & *expectare* dicuntur: nempe quasi *exterius spectare*, non semper oculis, attamen animo semper. Si prius horum, commorationem nimirum, attendamus, non tam actio est, quam quies in loco: eoque sufficit dativus, qui omnibus jungi verbis potest acquisitive considerato. Ut ergo dicimus, *praesto est mihi*, vel *adest mihi*, vel *commoratur mihi*: sic *praestolatur mihi*, hoc est, *meo commodo*, vel *mei causa*. Atque observat Donatus, ita Ciceronem dicere Catil. I: *Qui tibi ad forum Atracium praestolantur*. Nonius item, ut doceat, veteres *praestolat* dixisse, pro *praestolatur*; citat illud Turpili Pedio:

Ego praestolabo illi, eo citante Opicium.

Verùm dicebamus, in *praestolando*, praetenquam quod commoremur alicubi, illud etiam attendi, quod aliquem spectemus, & observemus: ubi cura est erga alium. Ut igitur *spectare*, *curare aliquem*, dicimus; sic etiam *aliquem praestolari*. Terentius Eunucho †:

† a. 3.
s. 5.

Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?

Vbi Donatus, *Novè, non, cui praestolare; sed, quem, dicere.*

Geminus huic est *invidere*. Nam pro diversa consideratione, verbi, dicimus, *invidere alicui*, & *aliquem*. *Invidere aliquem* tale videtur, ac *videre aliquem*. Cicero lib. III Tuscul. Quæst. *Invidiæ verbum ductum est à nimis intuendo fortunam alterius: ut est in Menalippo.*

Florem quisquam liberam invidet meum?

Malè Latine videtur. Sed præclare Attius. Vt enim videre, sic invidere florem, rectius, quam flori, dicitur. Nos consuetudine prohibemur: poeta suum tenuit, & dixit audacius. Vbi aliquanto mihi obscurius videtur, quod Cicero ait, audacius dicere Attium, invidere florem: seque, quo minus sic loqui ausit, impediri consuetudine; quæ requirat, flori invidere? Quid enim? an non Fabius lib. IX, cap. III, inter ea, quæ malè irreperierint, reponit, huic rei invidere: pro quo, ut continuè addit,

omac

omnes veteres, & Cicero precipue, hanc rem? Nonne item Cicero ipse Tusc. quæst. lib. III ait: *Vt nobis optimam naturam invidisse videantur, qui nihil melius populari gloria iudicantur.* Quomodo & Maro Ecl. VII: *Liber pampineas invidit collibus uvas.*

Et I Georg. *Iampridem nobis caeli te regia, Caesar, Invidet.*

An igitur hoc velle Tullium dicemus, *invideo* quidem accusativo jungi, si addit datus: sin casus sit unicus; eum, ex consuetudine Romanâ, semper esse dativum: eoque, licet dicatur, *quis mihi florem invidit*; si tamen *mihi* non addatur, dicendum esse, *quis flori invidit*? Aliiter etiam occurrit. Nam quid impedit, quominus in illo, *quis florem invidit*, intelligatur *mihi*: eo autem non exprimitur, quia ex pronomine *MEVM*, quod sequitur, satis intelligitur. Sed si hoc, siue alterum magis placet, extra controversiam est, veteres utrunque dixisse, *invidit flori liberum*, & *florem liberum*. Sed prius ponitur acquisitivè, ut sententia sit, malè aliquem voluisse liberis, eoque incommodum, vel damnum dedisse. Alterum sumitur transitivè, quia notatur, ab invidente damnum in liberos redundasse. Quomodo acceptum etiam jungitur accusativo personæ. Vt illo Ovidii epistolâ Laodamiæ:

Troadas invidio, quæ sic lachrymosa suorum

Funera conspiciens, nec procat hostis eris.

Rationem jam vidimus è Tullio: ut qui dicat, *invidie verbum dicitur esse à nimis invidendo fortunam alterius*: atque addat, hanc etiâ causam esse, cur accusativo jungat Attius. Nimirum hoc vult, ut dicitur, *videre aliquem*; sic dici, *invidere aliquem*: indeque hoc verbi esse, quia invidi alienam felicitatem multum, cumque dolore videant: quod ferre oculis faciunt retortis; unde & *strabones fieri dicuntur*.

Simile his est *præsto*: ubi itidem duo attendimus, propriam significationem, & translatam. Propriè valet *ante*: nempe à *præ*, quod propriè est loci: ut cum dicimus, *i præ*, vel *præi*. Vt *præstare* sit priori loco stare; quemadmodum *præire*; priori loco ire. Sed prior stare solet, qui dignitate potior est: unde *præ* quoque dignitatis est, ac *præstare* significat *vincere, superare*.

A propria significatione est, quod *præsto*, communi structurâ verborum, quæ acquirere vel adimere significant, jungitur dativo. Ab impropria est, quod, ut alia superandi verba, accusativum regit. Priori modo ait Terentius Eun. † *Homo homini quid præstati?* Cic. lib. I de Orat. *Multum ceteris hominibus omnium gentium præstuerunt.* Sallust. initio Catil. *Præstare ceteris animantibus.* At quarto casu usurpat Livius lib. V ab V. C. *Vt nuntiare domum possint, quantum Gallis virtute ceteros*

† ad. 2.
sc. 2.

mot-

mortales præstarent. Fabius lib. I, cap. I : *Præstat tamen ingenio alius alium.* Par ratio in *antesto* : uti & *anteco*, *antecedo*, & *anteverto* : quæ utrique casui jungi, notius est, quàm ut exemplis sit opus. Nempe ob causam, quam in *præsto* vidimus.

Etiam *indulgeo* ratione propriæ significationis olim accusativum rexit : postea, ubi eam exiit, dativum amavit. Propriam significationem cognoscere est ex simplici *vergeo*. Conflatum enim est ex hoc verbo, & præpositione *in suplex*, inserto D, & R, ut sæpe aliàs, in E mutato. Ergo ut, *vergere aliquem*, sic, *indulgere aliquem*, dixere. Terent. Eunuch. act. II, sc. I : *Nimis me indulgeo.* Vbi tamen Palatini MSSi, *mi*. Sed Donatus M.E. legit : atque addit : *Sic veteres, quod nos M.H.I. dicimus.* Subjicit deinde similem locum ex Heaut. act. V, sc. II : *Tè indulgebant.*

Moderor quoque hujus est generis. Dicimus enim *moderari affectus*, ut *modum imponere*. Horat. lib. I, ep. II :

— *Qui non moderabitur ira.*

Et Cicero ad Quintum Fr. *Animo & orationi moderari, cum sis iratus, non mediocris ingenii est.* *Moderari affectum*, ut *regere*, vel *gubernare*. Cicero Tusc. V : *Cantus, numerosque arbitria multitudinis moderari.* Et Verr. V : *Res rusticas venis, & tempestates moderantur.*

Sic, *medicor morbo*, & *avarbum* : *palpor aliqui*, & *aliquem* : *obrectare laudis*, & *laudem*.

Par ratio in *deficio*. Nam dicitur, *deficit mihi*, acquisitivè, ut *desit mihi*. Et, transitivorum more, *deficit me*, ut *desistit*, vel *deserit me*. Priori modo ait Virgil. I Georg.

— *Quin etiam glandes, atque arbusta, sacra.*

Deficerent sylve.

Propertius F, I :

Es mihi jam totos furor hic non deficit annos.

Atque id usitatus Cæsari, Columellæ, aliis. Altero modo Cicero IV in Verrem : *Iam me dies, lacera, & uox, deficient.*

Sic occumbere morti, & mortem. Virgil. II Æn.

— *Sen certe occumbere morti.*

Similèque, *nec occumbere*, apud Ovidium XV Met. At Suetonium Aug. *Voluntariam occubuisse mortem.* Atque ita quoque Livius lib. I belli Maced.

Curare itidem pro *ἰσχυρίζω*, sive *operam dare*, & dativum, & accusativum adsciscit. Ac de accusativo satis notum : nec aliter unquam Tublius, Virgilius, Horatius, Livius, & similes. At Attius Antigonâ :

— *Iam jam neque*

Di regunt, neque profecto Deum summus rex omnibus curat. —

Ac sæpe ita Plautus : ut Rudente act. I, sc. II :

*Si tu de illarum conatusus vesperi es,
Illis curandum cenfeo, Scoparnio :
Si apud me esernus es, mihi dari operam volo.*

Idem Truculento act. I, sc. II :

A S. *Nimis otiosum arbitror hominem esse te.* D I. *Quidnam arbitrare ?*

A S. *Quia tuo vestimento, & cibo, alienis rebus curas.*

Etiam Trinummo ait, *Qui rebus curam publicis.* Et Sticho : *Meis curavi amicis.* Ac similiter Appulejus Apologiã : *Disceat Aemilianus, quoniam usque adeo rebus meis curat.* Macrobius lib. v, cap. xvii : *Sed nec servos Latini, & maxime stabulo regio curantes, bellum generi Deum oportebat inferre.*

Pleraque item verba, quæ dativum adsciscunt, pro dativo etiam habent accusativum cum præpositione. Ita dicimus, *Adscribi senatoribus : &, in numerum senatorum.* Horat. lib. III, od. III :

— *Adscribi quietis*

Ordinibus patriæ Deorum.

Cicero Philipp. I : *Tu verò adscribe me talem in numerum.* Sic, *Conducit huic rei, &, ad hanc rem.* Etiam *illudo, insulto, incesso, alicui, aliquem, & in aliquem ;* de quo inferiùs dicitur.

Atque hæc eadem significatione, pro vario considerandi modo, variant structuram. At alia sunt, quæ pro significatione diversã, nunc dativo, nunc accusativo, sociantur. Quale est *tempero.* Nam dativum exigit, cum idem est ac *modum impono.* Sic Plautus Rudente : *Lingue temperare.* Livius lib. v, *Temperare lætitiæ :* & lib. xlii, *Manibus temperare.* Plinius lib. xviii, cap. vi : *Nequeo mihi temperare, quo minus unum exemplum antiquitatis adferam.* Similiter, cum sumitur pro *abstinere.* Vt Cic. Verr. III : *Te putet quisquam, cum ab Italiã freto disjunctus esses, sociis temperasse, qui eadem Castoris restem furtorum tuorum esse volueris ?* Accusativum autem regit, cum significat, *cobibere intra ordinem, modum, ac mensuram suam.* Quomodo dicimus, *temperare mundum, summas, rates, vires, vestigalia, merum, iras, lachrymas, & similia.*

Studeo quoque dandi casum poscit, cum notat *favere.* Vt pro Cælio : *Studeat Cæsiliæ.* Et ix Met.

Cui studeat, Deus omnis habet.

Item cum significat *operam dare.* Vt i Verr. *Studere optimis disciplinis, & artibus.* Et libro de claris orat. *Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur.* Quã significatione etiam Fabius lib. x, cap. ix ait : *In id so-*

lum student. Et Gellius lib. XI, cap. II : *In eâ re studebas.* Accusativum autem regit, cum fumitur pro *volo, cupio.* Ita Plautus Mil. Glor. *

* Gen. ult.

Magis metuant, minus has res studeant. —

† aB. I. sc. I.

Terent. Andr. †

Horum ille nihil egregie præter cætera

† aB. 2. sc. I.

Studebat.

Idem Hecyrâ † :

Ut omnes mulieres eadem æque studeant, nolintque omnia.

Cicero Phil. v : *Vnum sentitis, unum omnes studetis.* Nisi malis, his locis esse ellipsin infinitivi *facere* : atque inde regi accusativum. Quod si placet, nihil opus erit *studendi* verbo tribuere novam *volendi* significationem. Aliqui etiam, cum ponitur pro *operam dare*, regere ajunt accusativum. Atque id probant illo Ciceronis orat. post reditum in Senatu : *Cum verò literas studere incipit, & bello immani cum Græculis philosophari.* Sed princeps editio, & meliores codd. Palatini, Grutero teste, habent *liseris.* Nonnulli tradunt, etiam regere accusativum *se* : quod adstruere conantur illo Sallustii, initio Catilinariz : *Quis sese student præstare cæteris animantibus.* At quid apertius, quam *se* convenire non cum *student*, sed cum *præstare* ? Alii contendunt, etiam genitivum regere : quia vetus Poëta dicat apud Tullium lib. III de Nat. Deor.

Parencem habere avarum, illepidum, in liberos

Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui.

Vbi *tui* poni ajunt pro *tibi* : quia *studere*, pro *favere*, exigit dativum. Sed nulla hic antiptosis, verum ellipsis : quia, *studeat tui*, ponitur pro, *studeat studio tui*, vel *causâ tui* : quomodo Plautus ait, *fastidit mei*, pro *fastidit fastidio mei*, vel *mei gratiâ* : Varro item *reveretur mei*, pro *reveretur reverentiâ mei*, vel *mei ergo*. Qua de re diximus cap. xxvii. Cum igitur Poëta ait, *studeo tui*, genitivus non à verbo regitur, ut putarunt ; sed à nomine substantivo.

C A P V T XXXV.

De iis, quæ nunc dandi, nunc accusandi casum habent ; sed nomen Latinorum more, alterum Græcorum. Ut benedicere Deo, vel Deum. Latet mihi, vel me. Sequi, & comitari ; item precor, & oro ; etiam decet, & indecet, cum dativo. Incidere portis.

Multa etiam esse dicebamus, quæ nunc dativum habeant, nunc accusativum casum ; sed unum more Romano, alterum more Græco. Ac in quibusdam videas dativum juxta Romanam consuetudinem, accusativum juxta Græcam : in aliis verò dativum moris Græci,

ci, accusativum Latini. Prioris generis est *suadeo*. Nam Romano more dicitur *suadere alicui* : Græco autem apud Tertullianum, & alios, maximè que Ecclesiasticos, reperias, *suadere alicui*. De quo dictum cap. XXI. Vti & de *maledico*, quod Petronius junxit accusativo : nempe ut in illo Solonis : *Μὴ λέγε κακῶς τὸν πενήτην* : *ne maledic mortuum*. Sic *benedico*. Appulejus Afclepio : *Restat, ut benedicentes Deum, ad curam corporis redeamus*. Mirum verò plurimis videbitur, si dixerò, *lateo* quoque Romano more adfiscere dativum; Græco autem, accusativum. Hinc sanè est, quòd dativum præfert Cicero i Catil. *Nihil agis, nihil adsequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat*. Et post reditum in Senatu : *Ubi nobis hæc autoritas tamdiu tanta lateat*. Eodémque modo locutus Varro lib. VIII de L. L. *Que & oculis, & auribus, latere solent*. Atque aliqui ita etiam capiunt hoc Lucretii lib. III * :

* vers. 280.

*Sic tibi nominis hæc expers vis sancta minutis
Corporibus lateat.*

Sed omnino hic est auferendi casus. Accommodatius hoc Plauti Trinummio act. IV, sc. II :

— *Quid ergo ille ignavissimus
Mibi lateabat ?*

Porrò horum exemplo Tertullianus adversus Hermogenem ait : *Prophetis enim, & Apostolis, usque adhuc lateat ; puto & Christo*. Et lib. I adversus Marcionem : *Regulam adversarii prius prætexam, ne cui lateat, in qua principalis questio dimicatura est*. At *lateat me* non magis est ex nativæ Romanæ linguæ, quàm si diceretur, est *occultum me* ; vel contrarium, *patet me*. Nec obstat, quod dicatur, *fugit me* : quia sic loquimur & *μεταφερόμεν*. Nam proprium est, *fugit hostes*. Quod verò *lateat me* dicimus, id factum Græcorum exemplo, qui dicunt, *λαθύνει με*. Nec propterea rectè reprehenditur eminentissimus seculi nostri vir, quòd sic loquatur. Nam Hellenismum hunc non refugit Maro i *Æn*.

Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ.

Poëtam illum dicas ; hinc autem de prorsã sermonem esse. At Varronis quoque est lib. VII de L. L. *Vnum genus feminis, quod lateat sensum nostrum : alterum, quod aperitum*. Eum nunc antiquarium dices ; nunc novatorem. Verùm Hellenismum hunc nec illi refugerunt, qui postea secuti, nec inter antiquarios, vel novatores, reponuntur. Plinii enim est lib. II, cap. XX : *Lateat plerosque, magnâ cœli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris*. Iustinus quoque lib. XXXI ait : *Sed res Annibalem non diu lateat*. In quæstione est, utrùm Cicero quoque sic loquatur. Ita creditur vulgò, propter illud pro Sylla : *Lex dies fuit proposita paucos ; ferri cœpta nunquam ; posita † est in Senatu, populum Romanum lateat*.

† al. deposita.

imit. Sed huic satis acutè jam ab aliis occursum, veteres verba ista *populum Romanum*, non solere integrè scribere, sed duntaxat P. R. quod non minùs *populo Romano*, quàm *populum Romanum*, esse potuit.

Multò autem plura se offerunt, ubi dativus contrà sit consuetudinis Græcæ, accusativus Romanæ. Suntque ea duplicia. Quædam dativum habent pro accusativo sine præpositione: quædam verò pro accusativo cum præpositione.

Prioris generis sunt verba sequendi, & comitandi. Plautus *Amphitr.* act. II, sc. II:

Ita dis est placitum, voluptati ut mæror comes sequatur.

Sic edit. vet. ut Græci, ἐπεδξ τῆ ἡδονῆ. Quomodo Xenophon illustri γνώμη: Επεδξ τῆ ἀχαερία ἢ ἀνααιγυνῆω q. d. *Ingrato animo sequitur impudentia.* Et in alterâ Diodorus Siculus: Ταῖς ἐντυχίαις ἀκαλυθεῖ ἢ ῥαθυμία. *Res prosperas sequitur animi remissio.* Similiter quoque Dositheus lib. III, qui continet Adriani sententias, & epistolas: Εξ ἄν μείζων ἐυχρησία ἀκαλυθεῖ ἀνθρώποις. *Quod transtulit ipse, Ex quibus major utilitas sequitur hominibus.* Maluissimè ego, *comitatur hominibus.* *Comitor* enim dativum adiciscit apud Ciceronem lib. V *Tuscul. Ceteraque, quæ comitantur huic vitæ.* Ac possis sic capere Claudiani illud in Rufinum:

Et luxus populator opum, cui semper inbærens

Infelix humili gressu comitatur egestas.

Sic Oppianus lib. I *Κυνηγετ.*

— Πόνω δ' ἄμα τέρψις ὀπηθεῖ.

Labori simul voluptas comitatur.

Vbi fermo Latinorum nativus exigeret, *Laborem comitatur.*

Precandi quoque verbis similiter additur dativus. Plautus *Afinaria* act. II, sc. IV:

Pergin precari pessimo?

Terent. *Phorm.* act. I, sc. II:

— *Precatorem adeam, credo, qui mihi*

Sic oret. —

•Virgil. VIII *Æn.*

— *Cui me fortuna precari,*

Et vitâ comtos voluit prætere ramos.

Pro quibus Latina consuetudo potiùs, *precari pessimum*, *orare me*, *quem precari.* Sed Græcos imitati Poëtæ. Demosthenes: Θεοῖς ἐυχόμεαι πάνσι, ἔ πάσαισι. *Omnes diis, ἔ deabus, precamur.* Polybius: Ἐπιήρησ πάντες ἐυχόμεθα τοῖς θεοῖς τυχεῖν. *Omnes diis precamur, ut consequamur pacem.* Paulus I *Corint.* cap. XIV: Προσκυνήσθε τῷ θεῷ. Vbi Latini potiùs, *Deum adorabit.*

Hujus

Hujus generis quoque est *deceat*. Nam Latinâ consuetudine accusativum exigit. Vt Ovidio, primo de Arte :

Forma viros neglecta deceat. —

Et I Met. fab. XII I :

— *Ista decent humeros gestamina nostros.*

Pro quo Græci, *πέπρω ἀνδραγαθία, ἔωμοις*. Sic Latini, *Quæ decent liberum* : Græci, A *πέπρω ἐλευθέρω*. Lucianus : *ἤμισα πέπρω πολιῶ πώγωνι καὶ βαβῆι*. Quod Latino more dicas, *Minimè deceat canam banc & densam barbam*. Græcâ tamen consuetudine dixeris, *Non deceat libero* : vel, *canæ & densæ barbæ*. Ita Plaut. Amphitr. act. II, sc. II :

Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non deceat.

Tu si me impudicitia captas, non potes capere.

Et act. III, sc. ultimâ :

Ibo intro, ornatum capiam, qui potis deceat.

Ita rectè legit Muretus lib. X Var. Lect. cap. XIII. Terentius Adelph. act. III, sc. IV :

Hæc præmium ut fiant, Deos quaeso, ut vobis deceat.

Vbi sic Donatus : *Græcè dicitur, ὑμῶν πέπρω*.

Idem ad illud Adelph. act. V, sc. VIII :

M. *Haut aliter censeo. Æ. imò hercle ita nobis deceat.*

Antiqui, inquit, si addebant statim verbum Facere, Nos deceat facere, dicebant : si non addebant, Nobis deceat, dicebant. Sed si hoc est, quod ait hoc loco Donatus, nativus erit sermo, *Nobis deceat, ut convenit nobis* : at, *Decet nos*, erit ἐπιπρω, quia *facere* intelligitur. Et mihi quidem attendenti propriam significationem tam Latini *deceat*, quàm Græci *πέπρω*, omnino videtur, non tam Hellenismus, quàm convenientia utriusque sermonis, cujus causa non tam ab arbitrio hominis, quàm rerum naturâ, debeat arcessi. Sanè in aliis quoque linguis, ubi casuum discrimen apertum est, dandi casum hîc videas sociari. Sed Latinis insistamus. Locutus eoque modo Sallustius : *Locum eduiorem, quam victoribus decebat*. Item Livius lib. XXXIV : *Honestâ, aut solâ, aut primâ certè pensari, deceat principi orbis terrarum populo, & tanto regi*. Et in libris Iuris * legitur : *Decet enim tantæ majestatis eas servare leges, quibus ipse solutus videtur*. Appul. de Mundo : *Sed conducere, ac decere tam bonas res, & ejusmodi opera, ingenuitati suæ professionis credidit*. Hæc veterum est codd. scriptura, cui immeritò alteram prætulit Colvius. Nam magis hæc convenit cum Græcis, quæ ex Aristotele Appulejus expressit. Quamquam nec sic examplissimè recta est scriptura : *scribendumque, conducere ac decere artes, & ejusmodi operam, ingenuitati*. Quod in quibusdam est MSSis. Castissimi quoque scriptoris Agellii est lib. IX, cap. XV : *Adolescens præfatur*

* Paulus l. 23. D. de leg. & fidei commissi.

elatus, quàm erari ejus decebat. Ac similiter ab eodem usurpatur indecet, quod est valde decet. Nam lib. VII, cap. XII ait: Feminis solis vestem longe lateque diffusam indecere existimaverunt, ad nunas cruraque adversus oculos protegenda. Vbi veteres quidam libri indecorem: sed alterum est in melioribus: atque ita jam olim ab Ascensio editum. Quidam verò, eosque inter Linacer lib. IV, & Rob. Stephanus in Thesauro suo, citant è Cicer. de Orat. Quandoque id deceat prudentiæ tuæ. Sed metuo, ne eos memoria fefellerit. Nam apud Ciceronem in tertio de Orat. legas: Scire, quid quandoque deceat, prudentiæ. Vbi prudentiæ regitur non à decet, sed à nomine, quia integrè sit, Est proprium prudentiæ munus.

* *inciderunt domui illi.*

Sunt alia, quæ more quidem Græco habent dativum; Latino autem accusativum, sed rectum à præpositione. Quale est *incido*. Nam ut Matthæi cap. VII: Προσέπεσον * τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ: sic Livius lib. III: *Agrestisque parvuli incidentes portis.* Et lib. V: *Cum fugâ trepidam, plenum vulnerrum, ac pavore incidentem portis exercitum viderim.* Pro, *incidentem in portas.* Ut Cæsar lib. I de bello Gallico: *In ipsam Cæsarem, hostium equitum persequentem, incidit.* Occurrunt alia non pauca cum IN composita, naturæque suæ accusativum exigentia cum præpositione, more autem Græco cum dativo constructa. Sed de iis commodior erit agendi locus in iis accusativis, qui reguntur à præpositione in cum verbo compositâ, animo autem extra compositionem repetendâ.

CAPUT XXXVI.

Oportet tibi. Iubeo tibi, non aliter, quàm Hellenismo excusari. At, jubeo te, ut eas, barbarè dici. Optimos lingue Latine scriptores jubeo non usurpare, nisi infinitivo sequente, vel intellecto.

NEC solum per Hellenismum dativus ponitur, ubi Latini amant accusativum sine præpositione, vel cum eâ: sed etiam, ubi verbum absolutè sine alterutro casu poni solet. Ut in verbo *Oportet*. Nam cum ei additur accusativus, convenit is cum infinitivo. Ut in Eclogis:

— *Pastorem, Tyre, pingues*

Pascere oportet oves.

Quare *oportet te*, Latinum non est. Ut tamen Græci *πρέπειν*, sic Latini *oportere* quandoque jungunt dativo. Plautus Milite act. II, sc. ult.

— *Homini servo suos*

Domitos habere oportet oculos, & manus,

Orationemque. —

Iubeo quoque huc pertinet, cum dativo jungitur. Sic Bembus lib. VI, epistola

epistolâ ad Georgium Lozanum : *ut tibi aliquid jubebam*. Ac volunt aliqui sic Livium dicere lib. xxii : *Gracchus jussit Cumanis, omnia ex agris in urbem convehere*. Sed in optimis codd. est, *jussis* : ac dependet sermo à sequentibus, *Ipse, pridie quam statutum sacrificium Campanis esset, Cumas movet castra*. Nec fanè vel Livius, vel illius seculi quisquam, sic loquitur. Sed non refugit Macrobius lib. i Saturn. cap. xii : *Sacrorum custodibus jussit (Hercules) ne mulierem interesse permitterent*. Binis quoque minimum locis ita usum hoc verbo obliervo Claudianum. Ejus est lib. ii in Rufinum * :

* vers. 155.

Hispania, Gallisque jubet.

Et lib. iiii de laudibus Stiliconis † :

† vers. 85.

Ipsa jubet signis, bellaturoque togatus

Impetator.

Prudentius quoque in Romano similiter :

Desiste iudex seculi tantum nefas

Varis jubere fortibusque & liberis.

Loquiturque eodem modo in Apotheosi : item Iuvenus lib. iiii, & Arator lib. i. Planè verò est Heilenismus. Ita Homerus Il. B :

Αυτὰρ ὁ κηρυκῶσι λιγυφθόγοισι κέλευε.

Sed is præconibus vocalibus jussit.

Ifocrates in Paragr. *τοσῶτον ὑμῖν ἐδουκελεύομαι μνημονεύειν ὅταν φέρητε τὴ ψῆφον*. *Tantum vobis jubeo meminisse, cum feretis sententiam*. At *jubeo te, ut hoc facias*, quod multi inculcant (etiam Valla lib. v, cap. lxxviii,) Latinum non est. Crebrò quidem cum accusativo personæ jungitur : sed is convenit cum infinitivo, non cum *jubeo* : ut cum dico, *Jussit te ire, scribere, loqui, &c.* Sæpe autem verbum infinitivum κατ' ἰδιότητα intelligitur. Plautus Aulul. Sc. Exi inquam :

— *Si hercle tu ex isto loco*

Digitum transversum, aut unguem latum excefferis,

Aut si respexis, donicum ego te jussero.

Nam subauditur *respicere*. Terentius Heaut. act. iv, sc. v :

CH. *Quin egomet jam ad eam deseram*. SY. *immò filium*

Iube potius. supple *deserre*. Cicero ad Att. vi, epist. ultimâ :

Quare de hoc satis. Spero enim, quæ tua prudentia & temperantia est, & hercule, ut me jubet Acastus, confido te jam, ut volumus, valere. Nam subintelligitur *facere*. Idem verbum ἐπι κεινῷ repetendum in hoc ad Sulpicium lib. xiii, epist. xxvi : *Quod quo minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido consule, non quæ te aliquid juberent, (nequus enim id tunc dignitatis esse arbitrabamur) sed quodam modo quasi commendaticias sumissimus.*

Dixeris, Livium jungere accusativo personæ; ut qui lib. iiii dicat : *Id modò exceperere patres; ne postea eosdem tribunos juberent*. Sed dependet

accu-

accusativus ab infinitivo *esse*, qui intelligitur. Nisi malis, *jubeo* hic pro *statuo* accipi: ut cùm Cicero ait pro Cornelio Balbo: *Populus Romanus legem jussit de civitate tribuendâ*. Quamquam & hic *legem* dependere videatur ab infinitivo *esse*, qui exprimitur in isto Plautino *:

* prolog.
Amphitr.

Sirempse legem jussit esse Iupiter.

Et si autem *jubeo* non regat accusativum personæ; regit tamen certos accusativos rei: quales, *quid, hoc, id, illud, aliquid, nihil, multa, pauca, unum, duo, quantum, tantum*, & similes. Ut si dicas, *rem hanc jussi*: quomodo Prudentium antea vidimus dicere: *tantum nefas jubere*. Sic Terentius Eun. act. IV, sc. VI:

Qui scis, an quæ jubeam, sine vi faciat?

Cicero lib. I de Legg. *Lex jubet ea, quæ faciendâ sunt*. Horatius lib. II, epist. II:

Quid dem, quid non dem, renuis tu, quod jubet alter.

Nisi his etiam locis accusativus dependeat ab infinitivo *facere* suppresso.

C A P V T X X X V I I .

Certandi verba per Hellenismum dativo sociata. Item verba distandi, differendi, & dissentiendi. Adhæc verba coeundi, & miscendi: uti & propulsandi, ac arcendi.

PRæterea non pauca, Græcorum more, dativum adsciscunt, ubi Latini uti solent ablativo cum præpositione. Hujusmodi sunt verba certandi, & contendendi. Ita Plinius lib. VIII, ep. ad Romanum: *Rigor aquæ certaverit nivibus, nec color cedit*. Sed Poëtis id multò usitatus. Lucretius lib. III:

Cygnis? —

— Quid enim contendat hirundo

Catullus carm. nuptiali:

— Noli pugnare duobus.

Propertius lib. I, el. VII:

Aique ita sum felix, primo contendis Homero.

Idem lib. II, el. III:

Et Maotica nix minio si certet Ibero.

Starius VIII Thebaidos:

— Et magno bellare parenti.

Mitto Virgilium, & Horatium, quibus nihil frequentius. Latinus sermo exigeret, *contendere, certare, pugnare, bellare cum aliquo*. Nunc pro eo est dativus, more Græco. Sic enim Callimachus:

Ὁς μάχεσσι μακάρεσσιν, ἐμῷ βασιλεῖ μάχοισι.

Dis pugnans, nostro regi pugnaverit idem.

Laër-

Laërtius in Pittaco : Μη ἐρίζε γονεῦσι, καὶν δίκαια λέγῃς . *Ne contende parentibus, etiam si vera dicas.* Atque ita passim.

Distandi quoque, differendi, & dissentiendi verba similiter construuntur. Horatius lib. iv, od. ix :

Parvillum sepulcræ distas inertiae

Celata virtus.

Possit tamen hoc in loco videri casus patrius, quia Græci verba distandi, & discrepandi, sæpius jungunt genitivo. Xenophon : Διεῖχε ταύτης σταδίοις δέκα . *distabat ab hac stadia decem.* Similiter in veteri dicto : Η ἀκαίρη ἔνωια ἔδεν ἔχθρας ἀσφέρει . *intempestiva benevolentia nihil differt ab inimicitia.* Item hoc Luciani : Πάμπλου ἔ μὴ βέλεο αἰ π, πὸ μὴ δύνασθαι ἀσφέρει . *Inire nolle, & non posse, multum interest.* Cicero ad Att. lib. v, ep. xix : *Quoniam νεμεσᾶν interest ἔ φθνεῖν.* Vbi interest valet differt. Nempe κατ' ἐδειψαν præpositionis ἕπὸ : quæ additur à Thucydide : Διεῖχον, inquit, πολὺ αἰπ' ἀλλήλων . *multum a se invicem distabant.* Malim tamen in Horatiano illo esse dandi casum, quando idem lib. iix, od. v :

Hoc caverat mens provida Reguli

Dissentientis conditionibus

Fœdis. —

Et lib. i, sat. vi :

— Longè mea discrepet istis

Et vox, & ratio.

Epistola ad Pisones :

Sortilegis non discrepuit sententia Delphis.

Dixeris fortasse, ablativum hic esse, qui regatur à præpositione AB intellectu. Parémque rationem videri in Appuleji illo lib. vii : *Ipse etiam hilarior pro virili parte, ne præsentis negotio, ut alienus, discreparem.* Verùm quid dicemus de illo ejusdem Venusini vatis lib. iv, od. ix :

Diffidens plebi numero beatorum

Eximit virtus.

Item sat. iv, lib. i :

— Et tamen idem

Scire volam, quantum simplex, hilarisque, nepoti

Discrepet.

Item epist. ad Pisones :

Nec sic emittar tragico differre colori.

Et eadem :

— Nisi quod pede certo

Differt sermoni sermo merus.

Græci similiter. Ita Antipho de testibus, secum dissidentibus, ut loquitur Horatius : Τῶν ἀσφερομένων σφισιν αὐλοῖς. Plato lib. i de Rep.

Ἔσω . ἴνα σοὶ μὴ ἀσφέρωμαι . *Esto sanè ; ne à te discrepem.* Aristoteles

m m m

lib.

lib. I Eth. Nicom. τῷ ψέδι παχὺ ἀξφωνεῖ τ' ἀληθές. *A falso verum statim differt.*

His adde coëundi ac miscendi verba. Virgil. VII Æn.

Mista Deo mulier. —

Pro, cum Deo. Horat. epist. ad Pis.

Sed non ut placidis coëam immittia.

Propertius lib. II, el. XV :

Dicitur & nuda concubuisse Deæ.

Sic Hesiodus in Theogonia :

Μιχθεῖσ' ἐν φιλότιμῳ θεῶ, βασιλῆι καὶ ἀνδρῶν.

Mista in amore Deo, genus & mortale regenti.

Plato, μητρί μιγνυδῶς. *matri misceri.* Pro quo Cicero, *Cum matre corpus commiscere.* Est & Isocratis : *Συζίνεδῶς ταῖς αἰδῶς γυναιξί.* *Commiscere alius mulieribus.*

Itidem verba propulsandi, & arcendi. Virgil. ecl. VII :

Solstitium pecori defendite. —

III Georg.

Arcebis gravido pecori. —

Horat. lib. I, od. XVII :

— *Et igneam*

Defendit æstatem capellis.

Persius sat. I :

Nilne pudet capiti non posse pericula caro

Pellere ?

Pro, a capite caro : uti priora, Latinâ consue-

tudine, sint, *defendit*, vel *arceat* a capellis, vel *pecore.* Quomodo Cicero lib. III Off. *Qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis, cum potest, injuste facit.* Sed sine præpositione Græci quoque. Euripides :

— Παιδί τ' ἰ δυνάμεθα

Θάνατον ἀρῆξαι.

— *Non puero possemus*

Mortem defendere, live arcere, vel propulsare. Græcos etiam imitatur, more suo, Appulejus extremo libro VII Met. *Cum propugnare pedibus, & arcere moribus, misello puero potueris.* Similèque videtur illud IX Met. *Lapidem crebris jaculis propugnare fratri, atque abigere canes, adrediuntur.*

C A P V T X X X V I I I.

De dativis per Hellenismum additis verbo passivo pro ablativo, vel etiam accusativo cum præpositione.

Quæcunque hætenus adduximus, vel activæ sunt significationis, vel saltem formæ sunt activæ. Præter ea autem etiam passiva accensentur illis, quæ Hellenismo dativum adfiscunt pro ablativo cum præ-

præpositione. Vt I Æn. — *neque cernitur ulli*. Vbi sic Servius, *Id est, neque ab ullo cernitur*. Græca figura, ut alibi: *Scriberis Vario: id est, scribet se Varius*. Idem similiter hunc locum interpretatur in illud III Georg.

Cui non diæsus Hylas puer?

Vbi *cui*, exponit, à quo: & in verbis, quæ ex Horatio attulimus, *Vario* explicat a *Vario*. Sed aliquid in his discriminis cernere est. Nam Verbo rariùs additur dativus. Vt priori Maronis loco: & atque illo Ovidii lib. V Tristium eleg. XI:

Barbarus his ego sum, quia non intelligor ulli.

Pro, ab ullo. Horat. lib. I, od. VI:

*Scriberis Vario fortis, & hostium
Victor.*

Et in Ibin:

Filius & Cereris frustra tibi semper ametur.

At post Participia passiva dativus ablativo usitator est. Vt in illo ex Bucolicis allato: item hoc ex iisdem:

*Præterea duo nec tantâ mihi valle reperti
Capreoli.*

Et I Æn.

Nulla suarum audita mihi, neque visa sororum.

Ovid. in Ibin:

*Et prius hanc animam, nimium tibi sæpe petitam,
Ausferet illa dies, quæ mihi sera venit.*

Nec solum apud poetas, sed ipsum Tullium. Vt ad Att. lib. XI I, ep. XXIV: *Ego audita tibi putabam*. Et de claris oratoribus: *Auditus est nobis Læliæ, Cæji filix, sæpe sermo*. Ac similiter Seneca: *Æquo animo audienda sunt imperitorum convivia, & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemtus*. Pro, à vadente. Gellius lib. IV, cap. V: *Versus hic cantatus esse pueris urbe totâ fertur*.

Interdum tamen & Verba sic ab oratoribus usurpantur. Ita Ciceronis est in tertio de Officiis: *Honestæ bonis viris, non occulta quaeruntur*. Vulgo simile esse dicitur illud Ciceronis: *Omnibus videbatur probari oratio mea*. Sed secus est. Nam planè nativus hic sermo: quia similiter dixeris in activo: *Omnibus probo orationem meam*. Quomodo Cicero non semel: *Probare causam suam alteri*. Simile, *Seneca non probat dictionem suam Fabio*: vel, *Senecæ dictio non probatur Fabio*. Non igitur dativus hic est ex propria passivi naturâ: sed communi indole verborum, quæ acquisitivè posita dativum exigunt. At magis ex natura passivi est: *Hæc res est illi audita*: quia activâ formâ diceretur, *Ille hanc rem audit*. Verùm, iniquas, *audiri illi*, æquè dicitur, ac *auditum illi*. Sanè utrumque dicitur: sed significatione diversâ. Nam si quis secretum, quod intellexit, velit uni amico patefacere, dicat, *Audiri mi amico*,

non tibi : hoc est, homo amici, non tuo ; sive, in amici, non tuum commodum. At cum Græcismus est, *auditum illi, valet, ab illo auditum.* Sic natus fermo est, si dicas de Trajano, *Est Senatus laudatus :* quia itidem in activo dicas, *Senatus laudare.* At non æquè natus, *Est Plinio laudatus ;* pro, à Plinio : quia in activo eà significatione non dicam, *Plinio laudavi :* sed, *Plinius laudavit.* Quare planè distinguendum, inter dativos passivos appositos : quia tum demum structura est Græcanica, cum in activo pro dativo est nominativus. Esse autem Græcismum, indicat hoc Demosthenis : *Τῶν ἐμοὶ παρεργμένων ἢ μέρην*) non meminisse factorum mihi. hoc est, à me. Item illud Luciani Prometheo, sive Caucalo : *Ρήτωρ ἐστὶ, ἔτι τοῦ ποιᾶν (ἢ ἀπαρέργως μεμελέτη) αὐτῶ.* Rhetor est, nec talia perfunctorie ei meditata. pro, ab eo. Ac passim similia se offerunt. Hoc solum discriminis est, quòd Romani pro dativo uti soleant, nunc ablativo cum præpositione à, vel ab ; nunc accusativo cum præpositione per. Ut, *factum est mihi, à me, vel per me.* Ad honores evectus est militibus, à militibus, & per milites. At Græci utuntur genitivo cum præpositione ἐπὶ, vel πρὸς. Itaque dicunt, *πέπεσαν*) ὑφ' ἡμῶν, vel *πέπεσαν*) ἡμῶν. Item, *πρὸς σφελωσίων τήμην*) , vel *σφελωσίων τήμην*) .

CAPVT XXXIX

Loca veterum, ubi misereor dativo jungitur, esse suspecta. Illachrymare alicui. Misereor malis. *Corrupta loca, ubi facio pro proficio, ubi item audio dativum amat.* Allatro accusativum exigere. Incumbere, pro operam dare, accusativum appetere rectum à præpositione. Verbis multis dativum addi, accusativo per ellipsin suppresso.

ABunde actum nobis de illis, quæ, Græcorum more, dativum adsciscunt. Nunc videndum de iis, quæ vel falsò tradidere jungi dativo : vel ubi saktem dativus sit suspectus. Hujusmodi sunt verba quædam adfectuum. Ut *misereri, & miserescere.* Quæ dativo sociari, probant illo Senecæ patris lib. I, Contr. II : *Fortuna hoc me cogit pati, misereri debent omnes mei. Et ego misereor tibi puella : sed non facimus miserandis sacerdotes.* Verùm optimæ editiones habent, *misereor tui.* Est & alter locus, sed Senecæ Philosophi, lib. de vitâ beatâ cap. xxiv : *Hunc promereor, illi reddo : huic succorro, huic misereor.* Verùm Pincianus in citationibus suis autor est, in veteribus codicibus haberi, *hujus misereor.* Quod & Lipsius secutus. Linacer ait, apud Ciceronem ipsum legi Tuscul. II, *miserere patris pestibus.* Sed, apud Ciceronem, verus hic sic concipiuntur, ex Sophoclis Trachiniis expressi :

Perge, aude nate, illachryma patris pestibus :

Miserere, gentes nostras flebunt miseras.

Sanè *illachrymo* similiter dativo jungit Cicero lib. III de Nat. Deorum : *Quid dicam de Socrate? cuius morti illachrymari soleo, Platonem legens.* Livius lib. x belli Maced. *Meo infelici errori mihi illacrymasti.* Suetonius in Vespas. cap. xv : *Iustus supplicius illacrymavit etiam, & in genuit.* At *miserereor*, vel *miserescio*, non puto apud antiquos dativum admittere. Posterioris tamen ævi scriptores sic loqui, negare non possum. Nam video, Boëthium lib. IV de Consolatione Philosophiæ Carm. IV dicere :

Dilige jure bonos, & miserescere malis.

Facio, pro *proficio*, dativo jungi, collegere ex istoc Plinii lib. XXIIV, cap. I : *Multum capitis doloribus facit.* Quod & consuetudini eorum, qui Latine locuti, adversatur, & præceptis etiam medicis contrarium est. Vera autem lectio est : *Capitis dolores facit.* Nec aliter vel bonæ notæ MSSi, vel vetus editio Parmensis *.

* an. 1476.

Neque melius, *audio* dativo jungi, isthoc Plauti è Captivis † probant : *Dicto haut audiebat.* Nam in melioribus libris est :

† sc. Iam ego revertar intro.

Memini, cum dicto haut audebat, facto nunc ledat licet.

Allatro etiam adsciscere ajunt dativum. Et videtur sic uti Sextus Aurelius Victor de viris illustribus : *In Capitolium intempesta nocte eunti nunquam canes allatraverunt.* Quæ verba, ut Plinii, adduci solent ; cum libellus ille sit Aurelii Victoris, qui duobus minimùm seculis Plinio fuit junior ; ut ostendimus lib. II de Historicis Latinis cap. VIIII. Ac fortasse nec Victor *eunti* scripsit ; sed *eunte*, casu auferendi. Utcunque est, optimi ævi scriptores potiùs sociant ei accusativum. Livius lib. VIIII belli Macedonici : *Qui, vivo quoque eo, allatrare ejus magnitudinem solitus erat.* Columella in præfat. lib. I : *Sed ne caninam quidem, (sicut duxere veteres) studium præstantius, locupletissimum quemque allatrands.* Similiterque locuti Silius lib. VIIII, Plinius lib. IV, cap. V, & alii. Senecæ quoque est libro de vita beata : *Siquis ex his, qui philosophiam contrariant, dixerit.*

Fortasse etiam, etsi apud præstantissimos veterum legas, *incumbere baculo, lecto, aratro* : non similiter dixerint, *incumbere philosophiæ*, vel *juris studio*. Sanè eâ in significatione potiùs accusativum usurpant cum præpositione *in*, vel *ad*. Cicero lib. I de orat. *In id studium, in quo estis, incumbite.* Et xv ad Att. ep. XXIV : *Incumbe in hanc curam : magna res est.* Lib. x ad Plancum, ep. x : *Mi Plance, incumbite toto pectore ad laudem.* Catil. IV : *Quare, Patres conscripti, incumbite ad salutem Reipublicæ.*

Multa item dativum regere existimantur, quæ regant accusativum : sed dativus, quem adsciscunt, exprimitur ; accusativus, quem regunt, supprimitur per ellipsin. Ut *nubere, & imponere alicui* : de quibus diximus

cap. XXIII. Item *detrabere alicui* : ubi intelligitur *laudem*. Similèque, *prælucere alicui* ; puta *facem*, vel *cerasum*. *Ignoscere alteri* ; nempe *culpam*, *delictum*, *peccatum*. *Consulere*, vel *prospicere sibi* ; puta *bonam*, vel *utile quid*. *Cavere sibi*, vel *alii*, *ab aliquo* ; puta *malum*. *Cedere alicui*, videlicet *locum* : ut *decedere alicui*, puta *de loco* : quomodo Plautus Trinummo : *Decedam ego illi de via* : &c. *succedere alicui*, pro, *in locum succedere*. ΕΠΕΛΕΓΕΙΣ Cicero in Pisonem. Intègrè idem lib. III Off. Item ad Brutum : *Sororis meæ liberos obliviscaris esse Lepidi filios, meque his in patris locum successisse, exsimes*.

CAPUT XL.

Ad falsum accusativi regimen acceditur. Ratio tollendæ ambiguitatis oritur ex eo, quòd verbum addatur duobus accusativis. Verba docendi, monendi, rogandi, celandi, non regere geminum accusativum : sed alterum eorum regi à præpositione intellectâ : ac parem esse rationem apud Græcos.

HAbemus de dativo, ac verbis, ut Græci vocant, ἀποπροσληγῆς, quibus bonum, vel malum aliquod acquiri dicitur. Nunc in præcepta de falso accusativi regimine considerationem intendamus.

Sunt hæc verba sextuplicia : de quibus ordine videbimus.

Ac primùm se offerunt activa, quæ geminum regere dicuntur accusativum. Quod bifariam fieri putatur. Interdum enim unum à fronte regi, alterum à tergo : interdum utrunque regi à tergo. Prioris generis exemplum sit, *Audio Pamphilum amare Glycerium*. Sed accusativus prior non regitur, verum convenit cum verbo. Nam ut verbum finitum convenit cum nominativo, ita infinitum cum accusativo : ut dictum cap. xx. Porro ex hujusmodi structura subinde oritur ἀμφιβολία : ut fere satius sit accusativum à fronte resolvi in ablativum cum præverbio. Ut si pro priori illo dicas, *Audio à Pamphilo amari Glycerium*. Sic in illo Plauti Aulul. *

* Sc. Hoc est servi famulum frugi.

*Si herum videt superare amorem, hoc servi esse officium reor
Retinere ad salutem.*

Vbi major obscuritas ex nativo ordine mutato. Sententia fiat apertior, sic resolvendo : *Si herum videt superari ab amore.*

Sed accusativorum ejusmodi alterum ad Convenientiam, non ad Regimen, pertinere ; plerique nobis non inviti concedunt. Qui tamen contendunt, verba multa geminum regere accusativum, unum personæ, alterum rei. Hujusmodi statuunt esse verba docendi. Ac pro iis facere videtur illud Sallustii, vel alterius, in Ciceronem : *Quem Minerva omnes artes edocuit*. Imò erudio quoque sic poetæ usurpant :

pant : ubi oratores pro accusativo rei malunt ablativum. Ovid. VI II Met. *Hortaturque sequi, damnoſaſque erudit artes.*

Staius x Thebaid.

*Es quæ te leges, præceptaque fortia belli
Erudit generitrix, nimium didiciſſe queretur.*

Item hujus ordinis eſſe volunt verba monendi, & hortandi; quæ tamen non quibuſvis rei accusativis junguntur, ſed certis: ut, *hoc, illud, multa, duo*, & ſimilibus. Cicero in Catil. *Sed eos hoc moneo, deſinere furere.* Et in eundem: *Sin exieris, quod te jamdiu horror.* Salluſt. in Jugurt. *Eam rem locus nos admonuit.*

Præterea verba rogandi. Plaut. Curcul. act. v, ſc. II: *Quam tu virginem me repoſcis?* Idem Menæchmis: *Ibo, & conſulam hanc rem amicos.* Cicero lib. VI ad Att. *Nec te id conſulo.* Et i Tuſcul. *Puſionem interrogat Socrates quadam Geometrica.* Idem Verr. III: *Parentes precium pro ſepultura liberum poſceret.* Cæſar lib. I belli Gall. *Cæſar quotidie æduos frumentum ſtaurare.* Horat. lib. II, od. XVI:

Otiſſum æduos rogat in patenti *Prenſus Agæo.*

Celfus l. XXXII. ff. De reb. cred. ſi certum petetur: *Si & me, & Titium, mutuam pecuniam rogaveris.*

Inſuper huc referunt *celandi* verbum. Terent. Adelph. act. I, ſc. I:

Ea ne me celet adſueſeci filiſſimo.

Cicero Cælio lib. II, epiſt. XV: *Non enim te celavi ſermonem.*

Hac de re ita cenſeo, in nullo iſtorum accusativum rei à verbo regi: ſed tum demum verbum duos regere accusativos, quando uterque accusativus eſt ejuſdem rei. Ut illo Terentii*: *Facio te Deum apud illum.* Et hoc ejuſdem, *Dare filiam uxorem.* Et iſto Plauti Trinummo: *Eſt ager ſub urbe hic nobis: eum dabo dotem ſorori.* Cumque Livius lib. III ait: *Singula in dies talem a veſtigal dedit.* Ac ſimiliter Maro in Ecl.

Addit ſe ſociam.

Cicero lib. IX ad Att. *Adjungere ſe comitem fugæ.* Item ſimilia, *Præſtare ſe virum: aliquem capere arbitrium: me petierunt advocatum: fruges appellamus Cerecem*: alique omnia, ubi accusativi ſunt unius rei; eoque alter alteri per regulam convenientiæ conjungitur.

At longè aliter comparatum arbitror, quando accusativi ſunt rei diverſæ: ut in iis exemplis, quæ priùs adducebamus. Siquidem naturæ quidem convenit, ut una actio ſit, quando utrumque, quod accusativo efferretur, una eſt res. Sed repugnat naturæ, ut una ſit actio, quando accusativi ſunt rei diverſæ. Exempli gratià, dicere poſſum, *ego ſum arbiter, vel advocatus. Filia hujus eſt illius uxor. Ager eſt dos filię.* Ergo unà actione complector, *Me dedere arbitrum vel advocatum. Filiam petiit*

* Adelph.
act. 4. ſc. 1.

uxorem. Agrum dedit dotem. Vbi unus accusativus cum verbo convenit à fronte, alter à tergo. At non sunt una res, homo & ejus vel scientia, vel monitum, vel postulatum. Eoque nec potest una actio transire in hominem, & ejus scientiam, monitum, aut postulatum. Atque hæc etiam lucem capiunt ex veterum consuetudine : qui, si in personam agatur, eam accusativo exprimebant, rem casu alio : si in personam agatur, eam accusativo propriè, sed aliter renunciabant. Quomodo si accusativo dicerent, *dono te*, subdebant ablativum *libro* : si in mallem, *dono librum*, dicebant in dativo, *tibi* ; non gemino accusativo, *dono te librum*. Similia, *adpersit tibi labem*, &, *adpersit te labe* : *instravit equum penulam*, & *instravit equo penulam* : *interdixit Romanos omni Gallia*, &, *interdixit omnem Galliam Romanis* : *impertiam te fortunis meis*, &, *impertiam tibi fortunas meas*.

Sic igitur concludimus, in istis, *docco te literas* ; *pacem te posco* : & similibus ; sermonem esse figuratum, & accusativum rei non à verbo regi expresso, sed præpositione suppressâ : ut intelligatur, *ad*, *secundam*, aliavæ præpositio, quæ Græco π respondeat. Omnino enim hæc Græcorum more dicuntur : qui eadem ellipsi geminum accusativum sociant iisdem verbis docendi, monendi, rogandi, celandi. Demosthenes : *Εγω εδέσπει ηήσάμην χαλεπὸν, διδάξαι τὴ βέλτερά ημάς* . *Ego penitiam difficile putavi, docere vos optima.* Idem : *Ταῦτ' ἐπέμνησα ὑμῖν ημάς* . *Hæc vos nunc commonefeci.* Æschines contra Ctesiph. *Χρηθίλειν τὸς θεὸς ἀγαθὰ* . *Deos oportet rogare optima.* Lyfias contra Diogit. *Ὁ Διογίτων πλὴ θυγατέρα ἐκρούπτε ἢ θινάλον ἢ ἀνδρὸς* . *Diogiton filiam celavit mortem mariti.* Atque hæc de verbis activis, quæ falso creduntur duos regere accusativos personæ, & rei.

CAPUT XLI.

Passiva convenire quidem cum suo supposito ; sed nullum regere casum. Accusativos, quibus junguntur doceor, moneor, rogor, poscor, exigor, eorum item participia, dependere à præpositione intellectâ : ac similiter fieri apud Græcos. Parem quoque rationem esse in accusativis partis, vel adjuncti : quam Synecdochen vocant. Nec propriam hanc esse passivorum structuram, sed cum neutris sive absolutis communem. In quo à Græcis hic differant Latini. Refellitur canon de passivis accusativum regentibus cum præpositione per, vel ablativum cum præpositione à, vel ab. Neque hanc constructionem passivorum propriam esse.

A Ccedo ad alteram falsi regiminis classem. Ea est passivorum, quæ eundem, ac activa, regere accusativum existimantur. Ac præcipue

puè hoc censent locum habere in passivis activorum, de quibus proxime dictum nobis : puta in *doceor, moneor, rogor, poscor*, cum compositis, & similem vim habentibus. Nec negare possumus, sæpe his verbis jungi accusativum rei. Ita enim Horatius lib. III, od. VI :

Moxus doceri gaudet Ionicos

Matura virgo.

Et Cicero lib. II de Nat. Deor. *Multa præterea ostentis, multa existis admonemur.* Fabius lib. VI, cap. III : *Post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur, cuius hereditas est.* Ovidius I Metamorph.

— *Alimenta que debita dives*

Poscebatur humus.

Cui geminum illud Cæcili Hypobolimæo :

Ego illud minus nihilo exigor portorium.

Ac similiter in participiis. Cicero ad Att. *Rogatus sententiam.* Horatius in Arte : *Doctus uer melius.* Q. Metellus Numidicus libro accusationum in Valerium Messallam tertio : *Cum se sciret in tantum crimen venisse, atque socios ad senatum questum venisse, sese pecunias maximas exactos.* Quod Gellius * poni ait, pro eo quod est, *pecunias à se maxi- * lib. 15. mas exactas.* Quemadmodum & locum Cæcili interpretatur, *Nihilominus exigitur de me portorium.* cap. 14.

Sed passiva suo sunt supposito contenta, nec ullum regunt casum : in iis verd omnibus, quæ hætenus adduximus, accusativus regitur à præpositione, aut verbo infinito. Nam *doceri uer*, valet *ad uer* : vel aliâ supple præpositione, quæ Græco τῷ respondeat. *Admonemur multa*, pro, *quod ad multa* ; vel, *facere multa.* *Rogatur sententiam*, pro, *quod ad sententiam* ; vel *dicere sententiam.* Monet Gellius, hæc Græcâ dici figurâ. Nam, ut Metellus ait, *pecuniam exigor*, ita Græcos dicere, εἰσπράξιαιό με ἀγγέλον. Sanè sic S. Basilius : *Ἀναγκαῖον ὄφλημα, τὴν εἰς θεόν ἀγάπην ἀπαιτέμεθα.* *Necessarium debitum, amorem erga Deum, poscimus*, vel, *exigimus.* Similiter Pausanias : *Διδάσκον τὴν ἀλωσιν τῆ Σπάρτης.* *edocentur expugnationem Sparte.* Plutarchus in Solone : *Γηροῖσιν ποτὶα διδάσκοντο.* *senescio ita, ut multa edocear.*

Docent etiam verba passiva regere accusativum, qui significet partem. Ac *συνεκδοχῶ* vocant, q. d. comprehensionem, quia, ut in Nominum structura dicebamus †, toti tribuitur, quod est partis. I Æn. † cap. 13.

Expleri mentem nequit, ardescitque videndo.

Vbi Didoni tribuitur, quod ei ratione mentis solum convenit. Similèque, *Consternor mentem.* Sic in membris corporis ; sive universè, ut apud Silium lib. XII :

— *Truncauit membra bipenni :*

n n n

Sive

Sive ratione partis certæ, ut Lucano lib. IX :

Pluribus ille notis variatam pingitur alvum.

Statio IX Theb.

Figitur ora Lamus.

Appulejo quoque lib. II Flor. *Cum sermonem nostrum cogitur annulari ferreâ clavâ caput tunditur, imperium magistri ut persenscat.* Dicuntur autem hæc more Græco. Quomodo Sophocles Antigonâ : *Τα εὐσεβίῃ φρένας·* *Conturbor animum.* Lucianus de Prometheo : *ὅφ' αἰετὶ ἐκείρτο τὸ ἦπαρ·* *ab aquila tondebatur hepax.* Heliod. Æth. I : *Δαφνὴ τῶν κεφαλῶν ἔσπετο·* *Daphne caput coronabatur.* Est verò hæc figura imprimis usitata in participiis. Virg. I Georg.

— *Tortâ redimitus tempora quercu.*

I Æn.

Tristior, & lacrymis oculos suffusa nitemes.

Lucanus lib. IX :

— *Solutas*

In vultus effusa comas, Cornelia puppe

Egrediens.

Ac similiter quandoque in prosa invenias : præsertim apud historicos. Pomponius Mela lib. II, cap. I : *Sarmatæ cocum braccati corpus, & nisi quâ vident, etiam ora vestiti.* Plinius lib. VII, cap. XXVIII : *Marius Capitolinus P. Servilium, magistrum equitum, servaverat, ipse unbratus humerum, ac femur.* Tacitus lib. II Annal. *oblitum faciem cruce suo, ne nosceretur.* Suetonius Augusto * : *Dextrum genu lapide ictus, & utrumque brachium ruinâ pontis consauciatum.* Gellius lib. XI, cap. IX : *Demosthenem lanâ multâ collum, cervicisque, circumvolutum, ad populum prodisse.*

* cap. 20.

Nec in partibus modò hæc structura locum habet : sed etiam ad-junctis, sive iis, quæ insunt, vel adsunt. Catullus ad Varrum :

Nimirum idem omnes fallimur. —

Maro in Bucol.

Dic, quibus in terris inscripes nomina regum

Nascantur flores.

VII Æn.

— *Et picti scuta Labici.*

Horat. lib. I, sat. VI :

Lævo suspensi oculos tabulamque lacerto.

Silius lib. X :

Quem postquam adspexit geminatus gaudia victor.

Maximèque hoc videre est in verbis *induendi*, & *exuendi*; vel idem significantibus. Virgil. II Æn.

Androgei galeam, clypeique insigne decorum

Induitur.

Curt. lib. X : *Induitur vestem.* Et eorum participiis. Plautus Mæ-næchmis act. III, sc. II :

Tien' me induitum fuisse pallam prædicat?

Seneca

Seneca in Hercule Oetæo :

Nondum teneras vestire genas.

Sic, *Εκκεντις tunicam*. Similiter Græci. Plutarchus : *Ενδεδυμένοι χιλιονίσκος· induiti tunicas*. Marci cap. XVI : *Και εἶδον νεανίσκον εὐεβλημένον πολλῶν λευκῆν· Et vidit tum juvenem amictum stolâ candidâ.*

Porro in omnibus iis, quæ hæctenus adduximus, perperam putarunt, accusativum regi à verbo, cum regatur à præpositione, tam apud Græcos, qui εἰς intelligunt, vel ἐν, quàm Latinos, quibus intelligitur præpositio eandem vim habens. Ut, *expleri mentem*, pro, *quod ad mentem*. *Redimitis tempora*, pro, *quod ad tempora*. *Inscripti nomina*, pro, *quod ad nomina*. Atque ita in cæteris. In eo etiam aberrant, quod σπεκδοχῶ hanc ad passivorum structuram retulere, cum iis sit communis cum neutris sive absolutis. Virgil. III Georg.

— *Micas auribus, & tremis artus.*

Idem II Æn.

— *Et cærule colla timentem.*

Horat. lib. II, sat. VII :

— *Tremis ossa pavore.*

Propertius lib. II, el. XXXIV :

Sed non ante gratis taurus succumbit aratro,
Cornua quam validis hæserit in laqueis.

Silius lib. II :

— *Nam cætera non laet hostis.*

Pro, *quod ad cætera*, sive, *in cæteris*.

Stattius IV Theb.

— *Sævoque genas fulgebitis astro.*

Ac similiter apud Græcos. Anacreon de sene choreis vacante :

Τείχας γέρον μὲν ἐστὶ, ταῖς δὲ φρένας νεάζει· Est quidem senex capillos, sive capillis, Sed mentem juvenescit, sive, mente est juvenis. Aristophanes, *Αλγῆ τὸς γνάθους· doleo maxillas : sive, dolent mihi maxilla.*

Est tamen, ubi differant Græci à Latinis. Græci enim accusativum jungunt tum personæ, tum rei ; ubi Latini personam expriment dativo, præterquam in verbis docendi, monendi, celandi, rogandi, de quibus antè vidimus. Homerus Odyss. A :

Τέκνον ἰμὸν, πτόϊόν σε ἔγω· Φύγεν ἔργον ὀδύλων ;

Mea gnata, quale verbis effugis tibi septem denarium ?

In verbis verò *induendi*, & *excedendi*, nihil utilitatis. Ut II. B :

Εἰ μὴ ἔγω σε λαβὼν ἄπο μὲν φίλα ἔμαλ' ἴδωσα·

Si non, te apprehendens, caras tibi vestes exuero.

Odyss. B :

Ἐκ μὲν με χλαῖνάν τε χιλιῶνά τε εἶματ' ἴδυσαν·

Exceperunt mihi lenam tunicamque velaminam.

Matth. XXVII : Εξέδουσαν αὐτὸν τὴν χλαμύδα , καὶ ἐπέδουσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. *Exuerunt ei chlamydem, & induerunt ei vestimenta ipsius.*

Ajunt præterea, passiva etiam regere, vel accusativum cum præpositione PER, vel ablativum cum præpositione A, vel AB. Prioris ius exemplum sit, hoc Ciceronis ad Lentulum *: *Res agitur per eosdem creditores.* Et lib. IX ad Att. epist. IX : *Id assequitur, si per prætores consules creantur.* Alterius exemplum fuerit illud Ovidii lib. I Trist. el. VI :

Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo.

Utriusque istud ex Cicerone pro Domo sua : *Qui meminisset, cum bene de Rep. meritum, nisi & ab improbis expulsus esset, & per bonos restitutum?* Atqui passivum his locis nec accusativum, nec ablativum regit: sed regitur uterque casus à præpositione expressa. De accusativo etiam alter est error, quia neque hæc propria est passivorum structura, sed omnium verborum communis. Nam activa etiam formâ hæc locum habent. In allatis exemplis consistamus : quæ erant, *Per prætores creantur consules : res agitur per creditores : per bonos restituitur.* Similiter dixeris, *Per prætores creantur consules : per creditores agit : per bonos restituit.* Cicero ad Att. lib. IV, ep. XV : *Mihi, me hercle, nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, utrum per procuratores ageres, an per te ipsum.* Cæsar lib. III belli civilis : *Pompejus frumentum omne per equites composuerat.*

C A P V T X L I I.

Verba significantia motum ad locum non regere accusativum, qui sit proprium oppidi nomen; sed regi cum à præpositione intellectâ. Ciceronis ad Atticum locus illustratur; ipseque multimodis defenditur ab inscitâ, cuius in huiusmodi verborum structura arguitur. Paull. Manucius resellit. Donati error. Preverbum ad oppidorum nominibus additum, quod sæpius supprimitur. Ad subinde, nec semper tamen, locum potius propinquum, quam ingressum in eum, significare. Non semper in regionum & provinciarum nominibus accusativo addi præpositionem. Delus & insula; & urbis, nomen. In pro ad, & ad pro in, apud vergentis Latinitatis scriptores. In domum intrare, pro domum intrare. Abire in rura : sed abire domos. De aliis appellaturus. In Aitii loco conjectura. Excedere patriam. Exire limen.

Tertia de falso accusativi regimine classis est verborum significantium motum ad locum. Hæc dicuntur regere accusativum, qui sit nomen urbis proprium, aut provinciæ five regionis; sed cum aliquo discrimine: quia, ut ex Rhemnia Palæmone est apud Charisium lib. II : *Nomina civitatum sine præpositione sunt cum verbis enendi.* Et mox idem Charisius : *Generaliter & canonicè, ut (C. Julius) Romanus, disertissimus*

maus artis scriptor refert, præpositiones gentibus seu nationibus adduntur; civitatibus adimuntur, & derivantur. Servius quoque in illud 1 Æn. Italianam fato profugus, Laviniaque venit Litora: scribit in hunc modum: *Arx hoc exigit, ut nominibus provinciarum præpositionem addamus, civitatum nunquam.* Imò Fabius lib. 1, cap. v, geminum putat solœcisimam, *Veni de Susis in Alexandriam*: pro; *Veni Susis Alexandriam*. Magis quoque urgebo. Cùm Cicero ad Atticum scribens, hoc pacto inchoasset epistolam: *In Piræea cùm exissem prid. Idus Octobris*: accusavit Atticus Ciceronem solœcisimam ob additam præpositionem. Neque Cicero se aliter excusare videtur, quàm quòd *Piræea* locum, non oppidum, esse putàrit: tum quòd secutus sit auctoritatem Terentii; cujus illud in Eunuchò act. III, sc. IV:

Heri aliquot adolescentulis coimus in Piræcum.

Verùm præstat adscribere integrum Ciceronis locum; qui est epist. III, lib. VII ad Att. *Venio, inquit, ad Piræea: in quo magis reprehendendus sum, quòd homo Romanus Piræea scripserim, non Piræcum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quòd IN addiderim. Non enim hoc ut oppido præpositus, sed ut loco. Et tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Comus, non rebatur oppidum esse Piræea. Sed de re video. Nostrium quidem si est peccatum, in eo est, quòd non, ut de oppido, locutus sum, sed ut de loco. Secutusque sum, non dico Cæcilium, Manè ut ex portu in Piræcum, (malus enim autor Latinitatis est) sed Terentium, cujus fabellæ, propter elegantiam sermonis, putabatur à Cajo Lælio scribi, Heri* aliquot adolescentulis coimus in Piræcum †. Et idem †: Mercator hoc addebat, captam* e Sumio. Quod si dixeris † oppida volumus esse, tam est oppidum Sumium, quàm Piræcum. Sed quoniam Grammaticus es, si hoc mihi, ἤτιμα persôteris, magnâ me molestiâ liberâris. Hæc Tullius. Cujus verba, ob summam viri auctoritatem, accuratius expendemus. Ac primùm illud, quòd dicit, se putasse, *Piræea* locum esse, non oppidum. Quem propterea valde culpât doctissimus Pascasius Grossippus, sive Gaspar Scioppius, suâ ad Hieronymum Bossium epistolâ. Vbi de eloquentiæ Romanæ parente sic scribere non veretur: *Flagitiosè oppidum à loco distinguit, perinde ac si quis se non de homine, sed de animalis, locutum defenderet. Addit deinde: Si querenti, Quo vadis? respondeatur, Romam, aut Ithacam: similiter, Vbi est? Romæ, aut Ithacæ: quis usque eo hebes est, ut de loco queri ac responderi non intelligat? Quo enim est prisca accusatoris, pro Qua, vel Quæ: qui in Quocirca permansit: & subauditur præpositio Ad, vel In: ut Quo sit ad quæ loca: & Vbi non est aliud, quàm, In quo loco? cui respondeatur, In loco Romæ, aut Ithacæ. Quomodo apud Virgilium † legimus: Is locus urbis erit. Et apud Horatium*: Non est aptus equis Ithacæ locus. Hactenus Scoppius, ut doceat,**

nnn 3

Cice-

* Eunuch. act. 3, sc. 4.
 † In Terentio est Piræeo.
 ‡ Eunuch. act. 1, sc. 2.
 * Apud Terentium est abreptam. Nomen Ciceronis, cum è duobus hominibus versum constare vellet, pro abreptam coactus scribere raptam, vel captam.
 † vicor.

‡ 3 Æn. lib. 1, ep. 7.

Ciceronem (quemadmodum alibi loquitur) *ridiculè putasse, oppida non esse loca*. Atqui non ridiculè, aut flagitiosè, sed verissimè Tullius, oppida non esse loca, quia loci vox non generatim hîc sumitur, ut oppida comprehendit; sed speciatim, ut oppida excludit, quia ponitur pro loco ejusmodi, qui non sit oppidum. Nec enim insolens est ipsis philosophis, ut idem sit generis, & speciei nomen. Quomodo Aristoteles in primo Rhetoricorum dividit *σημεία* * in *περιμέτρα*, sive signa necessaria, & *σημεία*, sive signa pressè dicta, quæ signa sunt non necessaria. Idem quinto Naturalis auditionis motum distribuit in mutationem, quæ in instanti fit, ut eo nomine generatio, & corruptio, contineantur; & motum proprie dictum, qui in tempore fit, ac successivè, ut hac voce comprehendantur, in quantitate quidem accretio & imminutio; in qualitate autem *ἡ ἀλλοίωσις* sive alteratio: inque Vbi, *ἡ Φορὰ*, sive motus localis. In Politicis idem lib. III, cap. VII, *πολιτείαν* partitur in *μοναρχίαν*, si unus regnet; *ἀριστοκρασίαν*, si optimates imperent, & *πολιτείαν*, si potestas sit non penes reges, aut senatum, sed populum, hoc est tribus. Tertia hæc, inquit, *καλεῖται κοινὸν ἔθνος πᾶσῶν τῶν πολιτείων, πολιτεία*. *κοινοῦ ὀνόματι πολιτείας ὀνόματι* vocatur *πολιτεία*. Et profectò, quæ disciplina est, ubi non similiter vox eadem nunc universè, nunc oppositè sumatur? Quare Tullius reprehendi non debet: quippe qui hoc tantùm voluerit, Piræeum non oppidum esse, sed locum alium, qui communi etiam sermone pressè, & oppositè *locus* vocatur. Fere uti Belgæ quoque aream, quæ extra domum est, *πλάτς*, hoc est, *locum* appellant: non quasi in loco non sint, quæ inlunt ipsis ædibus: sed quia cum propriis ea locorum nominibus distinguerentur, communis loci appellatio, strictiori significatione accepta, areæ relinqueretur. Ac de isto fati, vel plusquam fati.

Accedit deinde Scoppius ad alteram Ciceronis culpam. *Adhuc inquit, nonnullius ἀπειθεύσις † vituperationem suscipit cum ipse, cum adscriptores ejus Nicias Grammaticus, & Ciceronem rhetoricorum magister Dionysius, cum Piræeum urbem, aut oppidum non esse putant. Quid enim? non illi Atticam Póissam legerant, ab eoque Festus testatur, Athenas Quadrurbem dicentem invenerant? Nimirum viro eruditissimo imposuit Festi auctoritas; qui dicat, Athenas compositas è Braurone, Eleusine, Piræeo, & Sunio: ac iccirco *quadrurbem* ab Attio vocari. Sed falebatur Festus: nec satis illud attendit, *quadrurbem* dicere, quod Græci vocant *τετράπλις*: eoque nomine non Athenas signari, sed quatuor Atticæ civitates. Quæ de re ita Strabo lib. VIII: *Ἐστὶ δὲ τῶν Ἐρεχθίδεω θυγατρὸς γάμος, ὅπως τῶν Τετράπλιν τῆς Ἀτικῆς Οἰνῶν, Μαραθῶνα, Προβάλιον, ἀ Τελερῶν. Χαθῆς, cum uxorem duxisset filiam Erechthei, condidit Terrapoli, sive**

Qua-

Quadrivertem Atticæ, Oenoiën, Probalinivertem, Tricorythivertem, & Marathivertem. Quod ipsum etiam Stephanus tradit: Τετραπόλις τῆς Ἀττικῆς ἔχουσι δήμους ἑ πόλεις πεντάρας· Οινόω, Προβάλινθον, Τρικώρυθον, Μαραθῶνα. *Quadrivertis Atticæ, habens quatuor populos ac civitates, Oenoiën, Probalinivertem, Tricorythivertem, & Marathivertem.* Hæc satis docent, quod Græcis est τετραπόλις, id Attio ad verbum dici *Quadrivertem*; nec Athenas eo nomine intelligi: ut propter errorem Felti Cicero non debeat ἀπαυδευσίας * acculari. Pergit deinde Scoppius: *Quatuor igitur pars Pirææus* * insensia. *erat, ipso Asiu ad dignitatem & speciem nullo genere inferior.* Ac sententiam suam probat his verbis Cornelii Nepotis in Themistocle: *Cum Phalereo portu neque magno, neque bono, Athenienses uterentur, huius consilio triplex Pirææi portus constitutus est, isque mœnibus circumdatus, ut ipsam Urbem dignitate æquiperaret, utilitate superaret.* Verùm non video, quomodo hinc erroris convincere possit Tullium, dicentem, Pirææa locum fuisse in Athenarum urbe, non opidum. Nec enim ait Nepos, urbem Pirææi utiliore fuisse urbe Athenarum: sed solum ait, portum Pirææum utilitate superare ipsam Athenarum urbem. Nempe Pirææi portus prius extra urbem locus fuit, urbs non fuit: sed, additus urbi, locus in urbe fuit, ac cum Munychiâ, (ut ex secundo Thucydidæ constat) tertia pars Urbis veteris, quæ Ἄσυ dicebatur. Pergit inde Scoppius; atque ait, nullam fuisse rationem, cur Plautum missum faceret, cuius illud in Bacchid. act. II, sc. III:

Ibo in Pirææum. visam, ecquæ adveneris

In portum ex Epheso navis mercatoria.

Et in Mostell. act. I, sc. I:

Tace, atque rus abi: ego ire in Pirææum volo.

Atqui eò Terentium adduxit, vel quòd unus ea scribenti occurreret, vel quia sufficere auctoritatem unius arbitraretur. Sanè Terentius ut convenientior oratori ejus ætatis, ita Ciceroni familiarior. Et poterat de Plauto objici, eum more suo ἀρχαίῳ †: non æquè de Terentio; cuius dictionem cultiorem esse, proximèque ab ævo Ciceronis abesse, satis conveniebat inter omnes.

Ad extremum, inquit, nimis ἀναπολόγητος est, nec excusationem habet, quòd Grammaticorum auctoritate imponi sibi passus est, ut stolidæ eorum regulæ subscriberet. Atqui non eò regula Grammaticorum stolidæ est, quia perpetua non est: quod nec Grammatici censent. Nam Iulius Romanus, ante ex Charisio memoratus nobis, post canona superiorem addit, *Licet contra dixisse nonnullos veteres, reperiamus.* Et Servius post eandem regulam subjicit: *Sciendum enim usurpatum ab auctoribus, ut vel addant, vel detrahant præpositiones.*

Sequi-

Sequitur hinc apud Scoppium : *Cum ergo rescire Cicero non posset, quod ipsi Grammatici ultro consententur ; inertis eorum artis canones ab auctorum lingue Latine consuetudine dissidere : non debuit certe ipse sui accusatorem agere; nec in eo, quod præpositionem oppido addidisset, nullum suum peccatum agnoscere.* Atqui Tullius non agnoscit peccatum : solum ait, nostrum quidem *S I est peccatum.* Et quomodo peccatum agnoscat, qui se Terentium dicat hac in re secutum? Præterea jubet, ut Atticus, tamquam Grammaticus, hoc ζήτημα * solvat : quasi dicat, se quidem non morari hæc in parte Grammaticos ; at non videre, quid Grammatici ad Terentianum isthoc sint responsuri. Nam quod doctissimus Paullus Manutius per hoc ζήτημα intelligit id, quod proximè sequitur de Cæsare, id nullus mihi persuadet. Neque enim id Grammatici ζήτημα est, sed quod antecessit de Piræeo.

* *quæsitum.*

Nugatur quoque Doratus, qui ne solœcismum confiteatur, ridiculè *corvismus* interpretatur *consensimus*, aut *pepigimus*. Cogitare debuerat, *Piræea* esse non oppidi, sed loci nomen; ut bene ait Tullius. Cogitandum quoque fuit, etsi nomen oppidi foret, non tamen solœcismum fore : quia Plauti est *Bacchidibus act. II, sc. I :*

Herilis patria, salve : quam ego hiermis,

Postquam hinc in Ephesum abis, conspicio lubens.

Et alibi idem : *Quando iterus est hinc in Seleuciam.* Et, *Is ex Anactario hinc commigravit in Calydonem.*

Suntque apud eum alia id genus plura. Sed ea dices archaïsimo excusari. At Sallustii quoque est : *Ad Cirrham oppidum iter constituit.* *Causlabis*, quod sic loquatur, quia apponatur nomen generale *urbis*, vel *oppidum*. Quemadmodum & præpositio apponitur, si addatur adjectivum. Ut illo Propertii lib. III, el. XX :

Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.

Vbi tamen Poëtæ præpositionem interdum omittunt. Ut Ovid. II epist.

Atque aliquis doctas jam nunc eat, inquit, Athenas.

Sed quid dicent de eo, quod Livius quoque lib. V ab Vrbe, addit præpositione ait : *Inde ad Vejos exercitus ductus.* Item : *Cum exercitus nec opinatio ad Vejos accessere.* At sine eâ ibidem ait : *Voluntarius ductus exercitus Vejos.* Ibidem : *Sen Vejos, sen quò aliò duci velint.* An fortasse respondeant, primo *Vejos* dici de civibus, qui postea *Veientes* : sed usu factum, ut ipsa civitas *Veji* diceretur : ac ab eadem causa esse, quod *Gabii, Lorici*, & similia, in plurativo urbem unicam signent, cum primò homines ipsi sic fuerint vocati? An potius dicent, promiscuè addi vel omitti præpositionem, cum quis non ingressum in Urbem sibi proponit, sed locum Vrbi propinquum? Itaque *Dyrrachium duci profectum*, qui ingredi velit :

velit : *ad Dyrrachium proficisci*, qui ante, vel juxta urbem hærere cogitet : ut in castris, vel villâ, vel alio loco propinquo. Sanè vir doctissimus, Leonardus Malaspina, emendationibus in librum v Cicer. ad Att. ait ad Grammaticum *ἔντυμα* *, quod Tullius ab Attico solvi petit, commodè responderi, quoties præpositio à Cicerone, vel aliis ejus ætatis, additur oppidorum nominibus, non ingressum ; sed accessum duntaxat, notari. Vt illo Cæsaris † : *Præius Cassius ad Messinam navibus advolavit, quàm Pomponius de ejus adventu cognosceret.* Et hoc Tullii libro de Senectute : *Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.* Verr. I : *Cum ego ad Heracliam noctu accederem.* Philipp. II : *Cum inde Romam proficiscens ad Aquinum accederet.* Philipp. XII : *Profectus ad Mutinam est.* Ac similem esse rationem aliis quoque locis putat. Vt cum idem Cicero ait : *Is ad Messinam venturus dicebatur. Tertio die abs te ad Ariciam accesseramus. Ipse uer ad Mutinam dirigerem. Ne citius ad Brundisium, quàm opus sit, accesserit. Ab Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopen, que in Ponto est, navigaverunt. A Pyraeo ad Zostera vento molesto venimus.* Sed ut plerisque horum non negâro locum propinquum notari : ita hoc universè verum esse, non ausim dicere. Sanè hoc refellit vel locus ille ex parte antea adductus è Lælio Ciceronis : *Miles profectus sum ad Capuam, quintoque anno post ad Tarentum questor.* Nam in urbe sine dubio domicilium habuit. Verisimilius, semper locum vicinum signari, si ea præpositio addatur oppido, non ut motus ad locum, sed aliquid esse, aut fieri in eo, significetur. Vt cum ait Cicero pro Cælio : *Habes hortos ad Tyberim.* De Oratore lib. I : *Conchas & umbilicos ad Cajetam, & ad Lucrinum legere.* Cæsar lib. I belli civ. *Dum hæc ad Ilerdam geruntur. Hoc est, ante, vel circa Ilerdam.* Livius : *Cum in hoc statu ad Capuam res essent. Maro I Æn.*

Prima quod ad Trojam pro caris gesserat Argis.

Vbi sic Servius : *APVD semper in loco significat : AD & in loco, & ad locum.* Verba quoque sunt Prisciani lib. XIV : *AD tam in compositione, quàm in appositione, plerumque proximitatem significat : ut adeo adcurro, advenio, assideo : ad Trojam †, pro juxta Trojam : ad urbem *, pro juxta urbem : ad † balneas Palatinas, pro juxta balneas.* Sed dispar ratio, ubi motus ad locum significatur. Et, credo, propterea Cicero pro Cn. Plancio : *Brundisium veni, vel potius ad mœnia accessi.* Nam si ad vicinitatem semper significaret, dixisset, puto : *Ad Brundisium veni.* Quare dicere malim, Tullii ætate, ab iis, qui elegantia studebant, ferè omitti solere præpositionem : eoque Grammaticos hoc loquendi genus præcepisse : Oratores tamen, ac historicos, eâ in parte haut semper obsecutos Grammaticis.

* *quæstum.*

† *lib. 3 de bello civili.*

† I Æn.
* 2. & 4
Verr. & ad
App. lib. 3
ep. 10.
† pro S. Rocio Ameri-
no.

Vt cunque est, extra controversiam ponendum, etiam cum præpositio omittitur, accusativum nihilominus regi non à verbo, sed à præpositione intellectà. Vt cum dico, *Roman eo*; *Roman* regi à præpositione, quia integrè sit, *eo ad Romanam*. Quod verò præpositio solet præteriri, id, uti dixi, compendii, & elegantiae causà factum fuit.

Altera est controversia, an in regionum quoque, & insularum nominibus, rectè præpositio omittatur. Planè cenfeo, quandoque præteriri. Nec tamen fatis mihi firmum videtur, quod summæ eruditionis viri illud eunt probatum isto Ciceronis lib. v ad Att. epist. xii: *Sexto die Delum venimus*. Nam Delus non insulæ solùm nomen, sed urbis etiam in insula nomen fuit. Quippe Cicero Verrina iiii Delum vocat oppidum. Et Maro iiii Æn. ubi refert, ut Æneas in Delon insulam venerit, mox subjungit:

— *Egressi veneramus Apollinis urbem.*

Vbi Servius sic: *Ejusdem nominis, & urbs, & insula, Delos dicitur*. Apollodorus quoque libro primo bibliothecæ suæ, cum narrasset, ut Asteria, Cœi filia, Iovis fugiens complexum, in coturnicem mutata, sese in mare præcipitem dederit, continuò subjungit, *Και πόλις αὐτῆς κλεινὴς Ἀστέρια πρῶτον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος*. *& urbs, ab ea prius vocata: a est Asteria, cui postea nomen Delus*. Afferam igitur validiora: quale illud Plauti Curculione*:

* alt. 2, sc.
Date viam
mibi.

*Aggredior hominem, saluto adveniens: salve, inquit, mihi,
Prehendit dextram, sed scit, rogat, quid veniam Carium?
Dico, me illo advenisse animi causâ.*

† alt. 2, sc.
Iovi opulento
inclyto.

Et Persa †:

Hærus meus me Eretriam misit, domitos boves uti mercarer.

‡ antiquo
loquente
morc.
* alt. 2,
sc 2,
† ibid.

Quod imitatus Appulejus lib. i Met. *Macedoniam profectus*. Verùm hos aliquis respuat, ut *ἄρχαίου ἄρχου* †. At Terentius quoque Adelphis* ait, *Proficisci Cyprum*. Et †, *Porto Cyprum*. Cic. pro Domo suâ: *Cyprum relegari*. Livius lib. XLV, semel iterumque; *Cyprum navigare*. Ac, ne uni Cypro insistam, Cicero pro lege Maniliâ ait: *Inde Sardiniam venit*. Livius lib. XLVII: *Intressi rursus iter per Cbesonensem Hellespontum pervenimus*. Eiusdem est: *Egyptum induxit exercitum*. Tacitus lib. II Annal. *Germanicus Egyptum proficiscitur*. Cujus exemplo & Sulpitius Severus lib, i: *Mox annonæ inopia Egyptum concessit*. Posteaque: *Cujus numerus ex quinque & septuaginta Hebræis, qui primum Egyptum descendiant*. Imprimis verò sic poetæ loquuntur. Catullus de nuptiis Pelei & Thetidos:

— *Quam talia Cretam*

Funera Cecropiæ nec funera portarentur.

Virgil. ecl. 1 :

*At nos hinc alii sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam, & rapidam Cretæ veniemus Oaxem.*

Idem 1 Æn. *Æliam venit, loca sæta furentibus Austris.*

Item 111 Æn. *Vnde iter Italianam.*

Qui prosâ scribunt, fere his locis addunt præpositionem IN : præsertim illi melioris ævi. Nam sequioris ævi scriptores pro *in* solent adijcere *ad*. Capitolinus in Pio : *Profectus est ad Campaniam*. Neque id in propriis solum faciunt, sed etiam communibus. Spartianus in Hadriano : *Ad patriam rediit*. Et quid mirum ? quando posteriori ævo & *ad* pro *in*, & *in* pro *ad* usurpabant sæpe : ut etiam Calaubono * *Ad Histor. Aug.* observatum. Ita dixit Marcellus Empiricus : *Medicamentum hoc refertur in Musam Antonium*.

De propriis tum oppidorum, tum regionum vidimus. nunc dicendum de locorum nominibus : uti sunt *villa*, *ager*, *mons*, & similia : in cujusmodi præpositio interdum omittitur. Ita Fannius apud Sospitrum : *Villam venit* ; pro, *ad villam*. Sed imprimis à poetis præteritur.

Vt Æn. 1 : — *Lavinâque venit*

Litora. Æn. 111 :

Tollite me Tencri, quasunque abducite terras. Æn. 1V :

Speluncam Dido, dux & Trojanis, eandem *Deveniunt.*

Æn. VI : — *Tua me genitor, tua tristis imago*

Sæpius occurrens hæc lamina tendere adegit.

Æn. VII : — *Consilio hanc, animisque volentibus, urbem*

Adferimus. Æn. IX :

Dardanumque ducem Laurentia vexerit arva.

Et fortasse eclog. VI :

Tum canis errantem Permessi ad flumina Gallum

Aonios montes ut duxerit una sororum :

prout in antiquo codice reperit Pierius. Verùm hîc, ut ingenuè idem agnoscit, rectiùs vulgati habent, *Aonias in montes.*

Domus contrâ in lingulari sæpe admittit præpositionem. Ita Cicero Verr. 111 : *Omnes ad eam domum, in qua iste diversabatur, profecti sunt*. Verr. VI : *Et mecum ad Prætoris domum ferri*. Item Seneca lib. 11 Controvers. *Ego in domum vestram intrabo*. Videtur autem & *domi* interdum poni pro *domum*. Ita Plautum Trinummio locutum putat Donatum, cùm ait :

Pol quamquam domi cupio, opperior hic, quam gerat rem.

Vbi *domi* est in vulgatis. Sed & Aululariâ act. 11, sc. 1V, dixit idem :

Nempe huic dimidium ducis, dimidium domi ?

* *Divina-
tionum in
Aulul.
cap. 2.*

Non tamen dissimulandum, in antiquis codicibus non *ducis* legi, sed *dicis*. Mirificè autem hoc se in loco torquet Valens Acidalius *. Sed sententia *dicis* requirit : & versus id proximus comprobat.

Rus in singulari sine præpositione ponitur, in plurali non item. Iulianus lib. xxxi : *Appropinquante vespere equum conscendit, & rus urbanum contendit.* Livius lib. xxxix : *Iam ubi vos dilapsi domos, & in rura vestra eritis.* At *domus* etiam in plurali sine præpositione ponitur ; ut vel ex Livii proximè adducto loco cernere est. Ac similiter idem Livius lib. II ab Urb. C. *Tacitus terror Tarquinium, & Hetruscos incessit, ut ambo exercitus suas abirent domos.*

Gymnasium quoque, & *balnea*, omisâ præpositione dixisse videtur Varro : *Olea dominum, & balneas, & gymnasium, sequitur.* Pro, *ad balneas, & gymnasium.*

At vix in eo ausim assentire Prisciano, quòd, uti dicimus, *ire rus, reverti domum* ; ita ait dici, *comportare humum, ire militiam* : quæ vellem idoneo fulsisset auctore. Nec tamen penitus rejicere ausim. Nam, ex fide librorum nonnullorum, adduci è Plauto video, *Malam crucem ibo potius.* Et, *Vtinam hinc abierit malam crucem.* Idem quoque Afri. act. I, sc. III : *Tam æstus te portum refert.* Et apud Attium Phœnissis :

Iussit proficisci exulium quovis gentium.

Ita utrumque locum etiam Palmerius legebat. Sed ut, quod sentio, dicam, apud Plautum quidem in Camerarii codd. erat, *Te in portum refert.* Attii verò locus (quando sexcenties ordo verborum in fragmentis veterum poetarum turbatus est) sic fortasse restitui debet :

Iussit proficisci quovis gentium exulem.

Obsignabit hoc caput minuta monitiuncula. Monet Pierius i Æneid. in antiquissimis aliquot exemplaribus legi :

Tum celerare fugam, patriamque excedere suadet.

Quod barbarum non est ; cùm, Lucanus similiter dicat lib. I :

— *Patrios excedere muros.*

Etiam apud Terentium est †, *Cum limen exirem.* Pro quo Lucanus, *limine exire †.* Maro quoque in v Æn. ait :

Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus, exit.

Vbi Servius : *Exit, vitat, declinat.*

† *Hec. act.
3. sc. 3.
† lib. 1.*

CAPUT XLIII.

Ἐπιεικῶς dici, Id prodeco : maria juro : hæc dubito. *Vnde de similibus iudicium esto. De verbis cum præpositione compositis, quæ accusativum regant vi præpositionis extra compositionem repetendæ. Invado, incesso, infilio,*

filio, *vel* insulto, aliquem, in aliquem, & alicui. Instare currum, & currui. Illudere captum, in captum, & capto. Inhiare hæreditatem, & hæreditati. Impendet me. *Geminus Festi Pompej error.* Attendere aliquem, & aliquid; *item*, ad aliquid, & alicui. Adversari regem, adversus regem, & regi. Succedere murum, & muro: *item*, succedere sub acumen. Subit me, *vel* mihi: *item*, subit in cælum.

Sunt alia etiam accusativo juncta, qui regatur à præpositione intellecta. Terent. Eun. act. v, sc. vii:

— *Nunc id prodeò, ut conveniam Parmenonem.*

Vbi Donatus id exponit, propter id. Vti & Andr. act. i, sc. i: *Magis id adeò mihi ut incommodet.*

Per intelligitur vi Æn. — *Maria aspera juro.*

Integrè eodem libro: — *Per sidera juro.*

Dubito hoc, pro circa hoc, vel ad hoc, id est, quod ad hoc, sive quod ad hoc attinet. Terentius Adelph. act. iv, sc. v:

— *Hæc dum dubitas, menses abierunt decem.*

Cic. III Off. *Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent?* Idem epist. xv, lib. i ad fam. *Illud non dubito.* Virgil. ix Æn. — *Percipe porro*

Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.

Plin. lib. i, epist. xviii: *Titius illud cautissimi cujusque præceptum, Quod dubitas, ne feceris.*

Simile, assentior istud, pro, quod ad istud. Cicero lib. i de Orat. *Tum Scævola comiter, ut solebat, cætera, inquit, assentior Crasso.*

Fortasse huc etiam rectè referantur composita cum præpositione IN, significante motum ad locum. Dubium enim, num regatur accusativus à verbo vi præpositionis compositæ, an à præpositione per ellipsin præteritâ, & animo extra compositionem repetendâ. Nempe hic fit, ut in ablativis additis verbo composito cum præpositione motum à loco significanti: cujusmodi sunt, *abesse urbe*, & *exire ore*: ubi non dubium, quin præpositio causa sit, cur addatur ablativus, sive eam spectes, ut inest verbo, sive potius ut animo repetenda: quia integrè fit, *abesse ab urbe*: ut Cicero loquitur lib. vi, epist. ad Torquatum: *item exire ex ore*: quomodo idem de claris oratoribus ait, *Nihil non consideratum exibat ex ore.* Similiter igitur pleraque cum IN composita accusativum adiciunt, vi præpositionis: quæ nihilominus acquisitivè sumta dativo junguntur. Hoc exemplis planius fiet. Vti in *invado*. Quod accusativo *οὐδὲν* * jungit Cicero lib. iii Off. *Negat-que, ullam pestem majorem, vitam hominum invasisse, quam eorum opinio-^{* simpliciter.}*

qui ista distraxerim. Et III Verr. *Iste quod argenti placuit, irvasit.* Sallustius Iugurt. *Milites Iugurthini, signo dato, castra hostium irvadunt.* Virgil. II Æn.

Irvadunt urbem somno, vinoque, sepultam.

Atque hæc ἐπιεικῆς. Intègrè autem Cicero Philipp. II : *In multas pecunias alienissimorum hominum irvasit.* Pro Cæcina : *Vi in Cæcinam advenientem cum ferro irvaderet.* Sallust. Iugurth. *Tanta vis avaritiæ animos eorum, veluti tabes, irvaserat.* Ac similiter antiquiores. Ut Artius Athamante :

Vi profugiens hostem inimici irvadam in manus.

Lucilius lib. xxx :

Vi semel in cæli pugnas te irvadere vidi.

* In Invasido.

Quæ duo & Nonius * adduxit. Quandoque autem huic verbo & dativus additur personæ, & accusativus cum præpositione IN. Ut, apud eundem Nonium, Cæcilius Syracusis :

Tantane huic irvasit in corda indoluitas ?

Nisi malis, Nonium scripsisse :

--- *Tanta huic irvasit corda indoluitas ?*

At nihil obducere possis Plautino huic Epid. act. v, sc. II :

Lassitudine irvaserunt huic in genua flemina.

Interdum etiam sociatur soli dativo. Lucretius lib. VI :

Vsq̄ adeo mortis metus his irvaserat acer.

Ut quidem Giffanius putat legi debere. In optimis membranis nostris est *incuserat*. Atque ita non pauci aliorum etiam MSSi, & editio Florentina, quam Petrus Candidus recensuit. Vnde Lambinus conjectabat legendum, *incefferat*. Vt cunque hoc, Varronis † est de vita populi Rom. lib. IV : *Tanta porro irvasit cupiditas honorum plerisque, ut vel cælium ruere, dummodo magistratum adipiscantur, exoptent.* Ut mirum sit, doctissimum virum, Petrum Victorium, haut ausum esse sequi hanc structuram apud Tullium ; quam tamen in vet. lib. invenerat. Locus est epist. ad Tironem ‡ : *Sed metus irvaserat furor, non solum improbis, sed etiam his, qui boni habentur, ut pugnare cuperent ; me clamante, nihil esse belli civili miserius.* Quam lectionem etiam Obertus Giffanius probat Indice Lucretiano *. Est verò Græcismus. Sic Plutarchus : Πομπηίου ἡ ἀνὴρ μέγας πρὸς ἐφόρησεν. *Pompejo autem vir magnus pedes irvasit.* Quod aliter dicitur, *Pompejum*, sive *in Pompejum irvasit*, sive *irruit*.

† Apud Non. et in de Numeris et Casibus.

‡ lib. 16, ep. 12.

* In Invasidere.

Incesso quoque, quod ab *incedo* derivatum, ut invadendi propriè significationem habet, ita similiter construitur. Accusativo jungit Livius lib. I ab V. C. *Timor deinde patres incessit.* Et lib. II : *Magnas plebem metus incessit.* Et lib. XXIV : *Ipsum ingens cupido incefferat Tarcius possidendi.*

iusendi. Curtius lib. III : *Non mediocris omnium animos formido incesseerat.*

At cum præpositione Terentius Andr. act. IV, sc. I :

Nova nunc religio in te est. ec incesseerat, cedo.

Et Livii est lib. XXIX : *Incesseerat morbus in castra.* Quæ magis ex nativo Romanorum sermone. More autem Græco etiam acquisitivè usurpantur. Nam, ut Plato ait : Εισέχρησεν * αὐτῷ δέσποτα : sic Sallustius Catil. *Mulieres, quibus pro Reip. magnitudine belli timor insolentius incesseerat.* Livius lib. IV ab V. C. *Gravior cura paribus incesseerat.* Valerius Max. operis proœmio : *Nec mihi curata compescendi cupido incesseerat.* Curtius lib. IV : *Ingens animis militum desperatio incesseerat.*

* incesseerat cum meum.

Insultare, & insultare aliquem, similiter dicitur, pro *in aliquem*. Nam ut Suetonius in Claudio : *Insultare defessos* : ita Plautus Rudente, --- *Insultare in scapham* : Livius lib. VI, & VIII, *Insultare in equum*. Et ut Terentius Eunuchus † : *Insultare calcibus fores* : item Sallustius † : *Multos ab adultæcentia bonos insultaverat* : ita Cicero II de Nat. Deor. *Insultare in omnes* : & pro Milone : *Clodius, qui tot annos in hanc Remp. insultaverat.* Sed acquisitivè etiam sumi videas. Ut apud Maronem in VIII :

† act. 2. sc. 2. † apud Servium in I Æn.

Huic capiti insultans.

Et Suetonio in Cæsare : *Ex eo insultaturum omnium capitibus.*

Instare aliquem eodem modo videntur dixisse. Ut, *instat eum*, apud Plautum Pœn. act. IV, sc. Satis spectatum est. Et Maro in VIII :

Parte aliâ Marti, curramque, rotaeque volucres

Instabant.

Pro, *in curram, rotaeque.* Sed dativus & hîc

usitator. Idem I Æn.

--- *Instans operi, regni que futuris.*

Et in VII :

Heu, quante miseris cædes Laurentibus instans !

Ut rectè observet Priscianus in XVIII, quemadmodum Græci dicunt *ἰνσταίοντες ὑμῶν, ἔν ὑμῶν* : ita Latinos dicere, *instare illi, & illum.*

Illudere aliquem, dixit Terentius Andr. *

* act. 5. sc. 1.

Dum studeo obsequi tibi, penè illusi vitam filie.

Cicero lib. I de Orat. *Rhetorum præcepta solebat illudere Carneades.* Item Maro IX Æn.

--- *I, verbis virtutem illude superbis.*

Censco & hîc desiderari præpositionem I N : quam expressit Cicero lib. III de Orat. *Quæ, inquit, cum dixisset, in Alburnam illudens.* Hoc quoque acquisitivè sumitur : ut apud Tullium pro Sex. Roscio, *illudere dignitati.* Est & Maronis XI Æn.

--- *Certantque illudere capto.*

Nisi existimes, ut *aliquem illudere* dicimus, pro *in aliquem illudere* : ita rectum quoque esse, *aliquo illudere*, pro *in aliquo illudere* : quomodo Terentius ait Andriæ † :

† act. 4. sc. 4.

Adco-

Adeone videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis?

Sed, in aliquo illudere, dicitur: sine præpositione autem, non aliquo, verum alicui: idque Græco more, quomodo Isocrates in Parænetico: *Απὸ χυλῶν μὴ Πηγάλα*: quod Latine eodem casu reddas, *Misero & infelici ne illude.*

* añ. 4.
sc. 2.

Inhiare quoque his simile existimo. Plautus Stichus *:

Nam illic homo etiam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupus.

Integrè sit, *inhiare in hereditatem*. Sed dativus est ulitator. Cicero Catil. III: *Verbis, sicut se lupinis inhiantem.*

Impendè quoque accusativo junxerunt. Lucilius:

Nunc ad te redeo, ut quæ res me impendet, agatur.

Adducit Festus Pompejus, ut doceat, veteres *me*, pro *mibi*, dixisse: similèque esse ait illi Enniano lib. II:

Siquid me fuerit humanitus, ut teneatis.

Mibi neutrum placet: sed Lucilii illud *ἐπιπέπον* censeo, pro *in me impendet*: cujus generis multa adeò jam vidimus. Itidem Ennii illud *ἐπιπέπον* est pro, *Siquid de me fuerit*. De quo sermonis defectu agam, ubi deventum erit ad verba, quæ falsò creduntur regere ablativum.

Eadem ratio est in nonnullis cum AD compositis. Ut in *attendere*. Accusativo jungit Cicero nunc personæ, nunc rei. Personæ, ut pro Archia: *Quoniam me in hoc novo genere dicendi tam diligenter attenditis.* Pro, *ad me attenditis*. Rei, ut pro Quintio: *Quod abs te quæso, ut diligenter attendas.* Et pro Rabirio Postumo: *Ut cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet.* Pro, *ad quod attendas*: item, *ad primum versum attenderet*. Præpositionem Cicero exprimit oratione contra Rullum: *Sed attendite animos ad ea, quæ sequuntur.* At proximi sæculi scriptores præferunt dativum. Dativo personæ jungit Plinius in Panegyrico: *Iurat in legem, attendentibus Diis. Nam cui magis, quam Casari, attendam?* Dativo rei sociat idem in septimo epistolarum: *Ne sermonibus quidem malignis attendit.* Sic libri ejusdem epist. ult. *Drusus Nervæ privatus quoque attendebat his, quæ rectè in publico fierent.* Suetonius quoque in Galba dixit, *alicui attendere*, pro *operam dare*: *Inter liberales disciplinas, inquit, attendit & juri.*

Etiam in *adversus*, vel *adversum*, præpositio AD inest: cujus vi fortasse compositum hoc accusativum regit, ad instar illius, *adversus Indiam*: cujus sententia est, *ad Indiam versus*. Atque eà de re etiam diximus lib. IV de Analogia cap. XXI I. Quare nihil mirum, si in verbo quoque ab *adversus* derivato par ratio sit. Ita apud Tacitum legas lib. I Annal. *Sua facinora adversari Deos lamentabatur.* Goel. in Anale-

ntur

nummis, suos Ptolemæique *visus*, *ingruentia mala*, exponit. *Vulgus adversari* (h. e. *adverfabatur*) *regem*, *invidere Agypto*, *sibi metuere*, *templumque circumferere*. Ita Alciati, Lipsii, aliæque edunt. *Adversari aliquem*, pro *adversari adversus aliquem*. Sic enim Plautus Mercatore † :

† ad. 2. sc. 3.

— *Nolo tuam adversari adversus sententiam.*

Sed *dativus* & hic *usitator* est : ut, *adversari alicui*, vel *aliorum sententiæ*.

Videas idem locum habere in *compositis* cum *præpositione S V B*, *significatione eâ*, quâ *accusandi calum* exigit. Ab hac enim *caussa* est, quod *succedere*, pro *subire*, ac *penitus intrare* (quomodo *Servius* in *ecl. v* interpretatur) tum *dandi*, tum *accusandi casui* jungitur ; ut rectè dicamus, *succedere domui*, vel *domum*. Hac de re sic ibidem *Servius* : *Sanè Succedimus*, & *dativo*, & *accusativo casibus*, *secutus tam veterem*, quàm *nostram consuetudinem*, *suo more* jungit : *Sive umbras succedimus*, *sive antro*. *Cum alibi*, *secutus tantum antiquos*, *dativo tantum Succedere* junxerit. *Vt **, — *Ac nostris succede Penatibus, hospes*. Et †, *Successitque gemens stabulis*. *Sallustius tamen Succedere accusativo junxit* ; sed ubi *prope* significat : *Cum murum hostium successisset*, *pœnas dederat* : h. e. *cum prope murum accessisset*. Nempe, *succedere muros*, pro, *sub muros* : quomodo *Cicero* lib. 1 de *Orat*. *Subire*, & *succedere sub acumen styli*. Et *Cæsar* primo de *bell. Gall*. *Succedere sub primam aciem*. Quamquam & *ad*, vel *in*, possis intelligere. *Vt, ad montes*, & *muros succedere*, *Livius* † † *dixit* : *succedere in locum*, *Cicero sæpius*. Imò *quandocunque alicui* dicitur, *succedere alicui*, tacitè illud, *in locum*, debet suppleri, si volumus, integer ut sit *fermo*.

* 8 En.
† 7 En.

† lib. 1, c. 8.

Subeo ejusdem est notæ. Nam quid aliud, *subire amplexus*, quàm *ire sub amplexus* : ut *Ovidius* loquitur *epist. xvi*. Itaque dicitur, *subit me*, ob *præpositionem sub* : & *subit mihi*, *acquisitivè*. *Ovid. epist. Paridis* :

At mihi cunctarum suberant fastidia.

Idem *Fast. 11* :

Mens abit, & morior, quoties pugnantis imago

Me subit.

Ac similiter *Virgilius* in *ix*, — *muroque subibant* : in *viii* :

— *Hæc limina victor*

Alcides subit.

Possis his quoque locis in *accusativo* intelligere *præpositionem sub* : sed ea *reticere* solet in *universum*, nisi cum ponitur pro *ascendere* : ut *Plinio* *, *subire in summa maria* : & †, *subire in cælum* : vel *eundi* potius, quàm *intrandi* *significatione* : ut apud *Livium* ; *subire ad montes* †, *mœnia* *, *portas* †.

* lib. 9. c. 27.
† lib. 31. c. 3.
‡ lib. 1.
* lib. 26.
† lib. 34.

CAPVT XLIV.

De verbis significantibus spacium loci; item spacium, vel speciem temporis.
 Distare lex passus, esse ἐξείκητον, pro, ad sex passus: sex passibus
 item, pro, à sex passibus. Græcis similiter intelligi ἐπι, & ὄρι. Ἐπι, &
 ὄρι, addita loci spacium significantibus, d. versam vim habere. Ostenditur
 contra Nonium Marcellum, non aliquando, sed sæpe, ab optimis scriptoribus
 negligi discrimen inter hæc duo, factum multos annos, & multis annis.
 Per, vel intra, intellectum in accusativis spacium temporis indicantibus.
 Est annos decem, pro, Est factum ante annos decem. Natus annos
 decem, pro, ante decem. Vixit annis decem, pro, in annis decem.
 Abhinc decem annos periit: pro, abhinc ante decem annos. Abhinc
 decem annis periit, pro, in annis. Veteribus id scriptoribus aliquos com-
 probatur. Potare die, pro, de die. Venire mane, pro, in mane, cum
 mane, vel de mane. In quinquennio, in hoc ævo, similiaque. Græcis
 similiter ἐν nunc apponi, nunc omitti. Hoc noctis ambulans.

Miretur fortasse aliquis, quòd cum fusè adeò sim persecutus, quæ
 accusativum, vel regunt, vel regere existimantur: silentio ta-
 men præterierim præceptum de verbis regentibus accusativum, vel
 ablativum, quo significetur spacium loci, aut temporis. Sed non in-
 juria ejus considerationem in hunc locum rejeci. Nam cum ea, quæ
 de utriusque casus regimine tradiderunt, divelli commodè non pos-
 sent: existimavi, convenientissimum illis locum fore inter superiora
 de accusativo, & sequentia de ablativo: ut doctrina hæc & claudat
 ea, quæ de accusativi regimine tradiderunt, & incipiat, quæ de abla-
 tivi regimine præcipiunt.

Canon Grammaticus sic vulgo habet: Verba regere accusativum,
 vel ablativum, significantem spacium loci, aut temporis: item, si ab-
 hinc apponatur, etiam speciem temporis: sed, si ea particula absit,
 tantummodo ablativum. Vbi ordine considerabimus septem ista:
 primum, in spacio loci accusativum; proximè in eodem ablativum.
 Hinc in spacio temporis, accusandi; quarto loco, in eo auferendi ca-
 sum. Quinto, in specie temporis, abhinc addito, accusativum; tum
 in eo casum auferendi. Postremo, absente particula eà, ablativum
 solum. Inque singulis considerabimus tria, morem Romanum, con-
 suetudinem Græcam, & causam structuræ: quæ petetur ab ellipsi
 præpositionis tam apud Latinos, quàm Græcos.

Spatium loci sæpius ponitur in accusativo. Plautus Aulularia act.
 I, sc. I:

— *Si tu hercle ex isto loco*

Digitum transversum, aut unguem latum excesseris.

Cicero ad Att. lib. XVI, ep. VII : *Cum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter trecenta processissem, rejectus sum austro vehemēti ad eandem Leucopetram.* Cæsar lib. VI bell. Gall. *Hercyniæ sylvæ latitudo novem dierum iter expedito patet.* Virgil. in ecl.

*Dic, quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Tres pateat cæli spatium non amplius ulnas.*

Livius lib. XXX : *Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.* Ovid. Trist. lib. IV, el. IX :

*Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab urbe decem.*

Similiter Græci. Thucydides lib. II : *Ἀπέχθη ἡ Πλατεία τῶν Θεβῶν πένδεις ἑξομήκοντα.* *Abest Platea à Thebis stadia LXX.* Xenophon. lib. III Cyri pæd. *Ἀπέχον ὅσον ἑξοσάγγυλον.* *Abest quasi parasangam.* Diodorus Siculus lib. XIX : *Ἡμέρας ὁδὸν ἀπέχον ἀπὸ ἡλίων τὰ σελιόπεδα.* *Diei iter distabant à se castra.* Lucianus quoque : *Οὐδέποτε τὸ ἔτερον πόδα ἀπέπλῶν.* *Nunquam vel pedem digressus : quomodo Cicero in Academicis Quæst. A Chryssippo pedem nunquam.*

Quandoque autem pro accusativo est ablativus. Plancus Ciceroni : *Veni diuis bidni spatio abest ab eo.* Maro XI Æn.

— *Nec longis inter se passibus absint.*

Plin. lib. VII, cap. II : *Gens Menisminorum * appellata abest ab Oceano dierum viginti itinere.* Similiter Græci. Procopius de ædif. Justin. Πενταπόλις Τρέπολις ἡμερῶν δέχθη ὁδὸν εἴκοσιν ἐνζῶν ἀνδρῶν. *Homini expedito Pentapolis à Tripoli distat itinere viginti dierum.* Ac similiter dicitur, Ποικῶ τῶ μέτρῳ κοίλοπιν ἀφείναι. *Longo intervallo post se relinquere.*

* Ita & veteris editio Parmensis. Aliqui codd. Me-dimnorum.

Hæc usum veterum docent : nunc causam structuræ aperiamus. Ea non est, quam putarunt. Planè enim & accusativus, & ablativus, regitur à præpositione intellectuâ. Ac in accusativo quidem supplendum ad, per, aut circa. Vt, *Abest iter diei : pro ad iter, vel per, aut circa iter diei. Distat LXX passus : pro ad, vel per, aut circa LXX passus.* Græcè autem intelligitur ἔστι : quod quandoque exprimitur. Diodorus Siculus lib. XVII : *τῷ τεύχευ καθέλειεν ἐπὶ δέκα πένδεις.* Vbi ἐπὶ valet ad, ut decem stadiorum numerus exactè notetur. Existimet aliquis, intelligi etiam posse ἐπὶ, quia similiter addatur hæc præpositio in illo Polybii lib. III : *Ἀπέχθη ἔκατ' Ἡρακλείδης σήλας σῶμα ἑξοσὸς ὁ πῶς ἐπὶ ὀκταποσχιλίας πένδεις.* Sed ἐπὶ hic restringit significationem : quia valet circiter. Sententia enim est, *Locus is ab ostio ad Hercules columnas distat circiter octo millia stadiorum.* Vt idem fere valeat, ac ὡς

illo Xenophontis : Διείχε ταύτης τριάδης ὡς πεντεκάδεκα· *Distabat ab hac stadia fere quindécim.* Et ista de accusativo.

Ablativus autem regitur à præpositione à, vel ab. Velut si exercitus di. iare dixeris multis passibus, aut stadiis : pro ab multis. Itaque Græcè interdum additur præpositio ἀπὸ. Diodorus Sic. lib. XIX : Καί-σπραιοπέδευσαν ἀπὸ τριάδων τεῶν. q. d. *Ab tribus stadiis castra eis ab aliis sunt metari.*

Videamus nunc de casu, quo exprimitur duratio, sive spatium temporis : & quo respondetur, cùm interrogatio fit per *quamdiu*, vel *quamdiudum*. Et is casus nunc accusativus est, nunc ablativus : ut, *Vixit annos xxx*, vel *annis xxx*. Accusativo usus Cicero lib. VII ad Att. *Fuimus unâ fortasse duas horas.* Idem I Off. *Tē, annum jam audientem Cratippum.* Virgil. ecl. I :

*Hic tamen hanc * mecum poteris requiescere noctem.*

Ablativum usurpat Cicero III de Off. *Triginta annis vixit Panteius, postquam eos libros edidisset.* Seneca ep. XCIII : *Octoginta annis vixit, imò octoginta annis fuit.* Sueton. Calig. cap. LIX : *Vixit annis viginti octo, imperavit triennio.* In quibus & locus fuit accusativo. Non dehiere tamen, qui existimarent, tunc esse accusativo utendum, cùm quid continuum significatur : ablativo, cùm intervallis distinctum. Est hæc sententia Nonii Marcelli † ; qui sic scribit : *Quoties per accusativum casum ANNOS, vel DIES, loquimur, iuges annos, vel dies, significamus : quoties per dativum, per intervallum interjectis aliquibus annis, vel diebus. Itaque qui optantes, multis annis dicunt, multos annos melius dicerem.* Sententia est, rectiùs dici, *Opto, ut multos annos bene valeas*, quàm *multis annis* : quia optamus, ut bona valetudo fit continua, non morbis aliquoties interrupta. Atque hanc sententiam suam ut probet Nonius, varia adducit loca, cùm Turpilii, Plauti, Lucilii : tum Ciceronis, Sallustii, Maronis. Tandem tamen agnoscit, Varronem ablativo extulisse, cùm de continuis sermo esset : ut qui ἐξ ἐξαμνηστῶν dicat : *Cujus ubi annis multis masculini vestigium invenimus est.* Et sanè optimi quique scriptores negligunt hoc discrimen. Nam Cæsar, uti ait, *Continuato diem noctemque opere* : ita nec refugit, *Continuato & die, & nocte, vivere.* Item, *Hoc cùm esset modo pugnam continenter horis quinque.* Atque ut ait, *Paucos dies ibi morati* : ita inquit, *Biduo moratus.* Ac Sallustii similiter est, *Marius toto die intentus prælio Numidas habuerat.* Quid etiam apertius illo Plinii lib. XIV, cap. XXII : *Biduo, duabusque noctibus, perpotationem continuavit.* Et quî intervalli ratio haberi potest, cùm Cicero in III de Off. ait : *Triginta annis vixit.* Aut cùm Suetonius de Caligula dicit : *Vixit annis XXIX.*

* Ita, Pierio teste, optimi eodd. & jam olim sic legit Arausianus Messius Eusebianum bello.

† cap. de doctorum indagans.

Hæc satis declarant, quomodo loquantur veteres, cum exprimentum est spatium temporis. Nunc ostendendum, ut falsi sint de regimine accusativi, & ablativi. Nam accusativus is regitur non à verbo, sed à præpositione *per*, vel *intra*: quarum utraque interdum exprimitur. Cicero lib. VII, epist. V: *Sero resistimus ei, quem per annos decem alimus contra nos.* Pro quo usitatius diceretur, *annos decem alimus.* Cæsar lib. I de bello Gallico: *Intra annos quatuordecim sectum non subierunt.*

Est etiam cum *ad*, vel *in*, apponantur: sed propriam habeant vim, ut κατ' ἐπιφιν omitti minimè possint. Cicero in Catone: *Si ad centesimum annum vixisset.* Nam aliud est, *centesimum annum vixisset*: aliud, *ad centesimum.* Idem in Somnio Scipionis: *Qui ad multam noctem vigilasset.* Si ratione temporis futuri apud eundem ad Atticum lib. XV, ep. VI: *Quoniam præsidia sunt in tot annos provisâ.* Item Tulc. Quæst. lib. I: *Sapientem non deterret mors, quo minus in omne tempus Reip. suisque consulat.* Et hoc Terentii Eun. act. V, sc. VII:

Sed in diem istuc, Parmeno, est fortasse, quod militare.

Quomodo & Cicero Philipp. II dixit, *In diem vivere*, de eo, qui craftini curam habet nullam.

Hæc confundi minimè debent, cum iis exemplis, ubi præpositio sic apponitur accusativo, ut per ellipsin præteriri possit salvâ sententiâ. In quo Latini Græcos imitantur. Nam his quoque spatium temporis accusativo significatur, qui regatur à præpositione ἐπι, vel simili. Vt illo Demosthenis pro corona: *Καθ' ἑνὸς ἐν Μακεδονίᾳ τρεῖς ὅλης μῆνας.* *Sedebant in Macedonia tres totos menses.* Ac similiter Arrianus lib. VII: *Ἀλέξανδρος ἐβίω δύο ἔτριάντη, ἑβασάλευσε ἧ δώδεκα ἔτη, ἔοικε μῆνας.* *Alexander vixit annos duos, & triginta; regnavit annos duodecim, & octo menses.* Præpositionem addit Thucydides: *Ἐπὶ δύο ἡμέρας* per duos dies. Pausan. *Ἀνὰ πᾶσαν νύκτα* per totam noctem.

Quemadmodum autem dicitur, *vixit sex annos*: ita & reperias, est *sex annos.* Plautus prologo Aulul. — *Hanc domum*

Iam multos annos est cum possideo, & colo.

Scio, Bosium legere, *Iam multus annus est.* Sed invitis libris. Et rectè annotavit Guiljelmus, simile esse illud Pers. act. I, sc. III:

— *Hic leno nandum sex menses Megaribus*

Huc est cum commigravit. —

Vbi menses accusandi casu extulit. Alioqui debuerat dicere, *Nondum sunt sex menses.* Causa verò locutionis petenda ab ellipti præpositionis ante. Nam integrè est, *Nondum ante sex menses factum est, cum leno Megaribus huc commigravit.* Sic in priori loco supplendum: *Iam ante multos annos est, cum possideo, & colo, hanc domum.*

Vicinum est genus sermonis, *annos natus triginta*: ubi ante intelligi, monuit quoque Priscianus. Cicero in Catone de Mafanilla: *Nonaginta annos natus*. Quod Gaza similiter vertit, *Ἐπι ἑνενήκοντα γεγονώς*.

Venio ad ablativum, qui & ipse non à verbo regitur; sed à præpositione in. Vt, *Vixit annis viginti*, pro, in annis: *imperavit triennio*, pro, in triennio. Ac par ratio apud Græcos. Ioann. cap. 11: *Τεσσαρτάκοντα ἔξ ἔτεσιν ἠνδοδομήθῃ ὁ ναὸς ἔτετα* quadraginta sex annis laboratum est in huius templi structurâ. Herodianus lib. 1v: *Σεβήρη ἑβασίλευσεν οὐκ ἡνδοδεκά ἔτεσιν*. Severus imperavit annis octo ac decem. Vbi similiter est intelligendum. Nec refert, an exprimi soleat. Non semel enim monui, aliud esse, quod nativus spectat sermo; aliud, quod dicitur compendii, & elegantiae causâ.

Proximum est, ut videamus de specie temporis, ubi quaeritur, non πόσον χρόνον, *quandiu*; sed πότε ἔχρονον, *quando*. Hic Latini interdum utuntur accusativo, qui regatur à præpositione PER expressâ. Cicero de Claris Oratoribus: *Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se*. Pro, eo tempore. Virgil. 1 Æn.

At pius Aeneas per noctem plurima volvens. Pro, nocte.

Quod si adsit particula *abhinc*, nunc accusativo utuntur, nunc ablativo.

Accusativum usurpat Terentius Andr. act. 1, sc. 1:

Interea mulier quadam abhinc triennium

Ex Andro commisit huc viciniae.

Cic. 1v Verr. *Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus*. Et pro Corn. *Es enim si Cn. Pompejus abhinc annos quingentos fuisse*.

Sed hic quoque falluntur, cum putant, accusativum regi à verbo. Nam regitur à præpositione ante, quæ per ellipsin desideratur.

Quod si, eodem *abhinc* apposito, ablativus addatur; regitur is casus à præpositione in omisâ. Cicero pro Roscio Comcedo: *Roscio cum Flavio decidisse. quo tempore? abhinc annis quindecim*. Item 1v Verr. *Offendit eum mensam comitalem, comitiis abhinc xxx diebus habitis*. Plinius lib. 14, cap. 111: *Septimo hinc anno, in Narbonensis provincie Albâ Elviâ, inventa est vitis novo die deflorescens*. Gellius lib. 1, cap. x: *Tu sarmate abhinc multis annis jam desito uteris*. Atque hic præpositionem in desiderari, planius erit ex iis, ubi *abhinc* non apponitur.

Ea enim particula si absit, semper utimur ablativo. Cicero pro Plancio: *Ego mense Decembri mei consulatus id feci*. Idem: *Superioribus diebus veni in Cumanum*. Livius lib. 1: *Duodequadragesimo anno ferme, ex quo Tarquinius regnare cœperat, longè maximo honore Servius Tullius erat*. Tibullus lib. 11, el. 1:

Luce sacrâ requiescat humnus, requiescat arator.

Huc

Huc etiam refer, cùm intra certum spacium temporis aliquid factum, futurumve, significatur. Cic. ad Q. Fratrem lib. III, ep. VI : *Quatuor tragedias sexdecim diebus absolvisse cum scribas.* Ad Att. lib. IX, epist. XVII : *Quicquid est, biduo sciemus.* Pro Milone : *Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatruiduo periturum.* Eodémque modo accipiendum hoc Catulli Carm. XIII :

*Cœnabis bene, mi Fabulle, apud me
Paucis, si tibi Dî favent, diebus.*

Livius lib. III : *Pun. to temporis maximarum rerum momenta vertuntur.* Verùm his, & similibus locis, ablativus non à verbo regitur ; sed præpositione *in* : quæ sæpe etiam apponitur. Plautus Cap. act. I, sc. II :

— *Nam illum confido domum*

In his diebus me reconciliassere.

Idem Truculento act. II, sc. VIII :

*Ego faxo dicat, me in diebus pauculis
Crudum virum esse.*

Et Perf. act. I, sc. I :

Quos (nummos) tibi continuo reponam in hoc triduo.

Terentius Andr. act. I, sc. II :

*Fere in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur.*

Eun. act. III, sc. III :

Postremo & quâ in die parva periisset soror.

Heaut. act. V, sc. II :

— *Ut pater
Tam in brevi spatio omnem de me ejeceris animum patris ?*

Cicero ad Cassium lib. XV, ep. XVI : *Ego si semper haberem, cui darem, vel ternas in horâ darem.* Initio orat. pro Quintio : *Quæ res in civitate duæ plurimum possent, eæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore.* Verr. IV : *Non puto id ages, ut ista pecunia in quinquennio consumatur in stacuis.* Livius lib. IV ab V. C. *Aut in tempore pugnam inisse.* Plinius lib. II, cap. XXV : *In nostro verò ævo.* Et lib. IX, cap. LI : *Ceteræ femine in triduo excludunt, si mas attingit.* Ac aliquoties ita Gellius. Vti lib. VII, cap. V : item lib. IX, cap. IV, & XI. Sic quoque Appulejus Apolog. *Qui utinam illum non verè respondissent, primum ejus maritum in paucis mensibus moriturum.*

In nonnullis verò ablativis, suppletur defectus non solum præpositione *in*, sed etiam *cum*, vel *de* : quæ & ipsæ quandoque apponuntur. Terent. Adelph. act. V, sc. III :

Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte censeo.

Vbi Donatus ait, *de abundare.* Rectè, si usum communem attendas.

Sed

* redundat.
† deficit.

Sed si spectemus, quid nativus sermo requirat, non cum adest præpositio, ea *περονάζει**: sed, cum abest, *ἐδείκται*†. Sic, *de nocte vigilare*, apud Ciceronem pro Muræna, & ad Qu. Fr. lib. II, ep. XVI. Horat. lib. II, sat. VIII: *De medio posare die.*

Quare ex istiusmodi locis supplenda ellipsis, quoties præpositio deest. Atque hoc etiam locum habet in iis, quæ multis adverbis videntur, cum revera sint ablativi: ut, *Mâne venit*; pro, *de mâne*. Item, *venire luci*, *vesperi*, *tempori*; qui antiqui sunt ablativi, pro, *luce*, *vespere*, *tempore*: integrèque sit, *in luce*, vel *de luce*, aut *cum luce*: item in *vespere*, vel *de vespere*, vel *cum vespere*: item, *in tempore*.

Atque in his etiam conveniunt Latini cum Græcis; qui itidem *ἐν χρόνῳ* sæpe efferunt dativo, nunc omiſſâ, nunc expressâ præpositione. Prioris generis est hoc Thucydidæ: *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς συνέβη* *Eâdem die illis accidit*. Similiter Plato: *Χρόνῳ ἔπειτα πᾶσι μετέσται* *Non longo tempore tota concidit*. Dionysius Hal. *Χρόνῳ δ' ὕστερον ἀλίαντος* *post tempore*. Arrianus lib. VII: *Ἐτελεύτη τῇ τετάρτῃ ἔδεκάτῃ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, ἔπι Ἡγησίᾳ ἀρχοντὶ Ἀθηνῶν* *Vitam finiebat Olympiade cxxv, Hegesia Athenis prætoris*. Præpositio autem exprimitur à Demosthene: *Ἐν τρισὶν ἡμέραις, ἢ ποσάταις νυξί, ἀφ᾽ ἑξήκοντα ἔχιλια στάδια διελθεῖν* *In tribus diebus, ac totidem noctibus, ducenta ἔ mille stadia transire*. Æschines quoque, *Ἐπὶ τίνῃ ἀρχοντὶ, ἢ ποῖα μηνός, ἢ ἐν τίνι ἡμέρᾳ* *Quo prætoris, ἔ quo mense, ἔ in qua die*. Hesiodus verò etiam *Ἐπὶ νυκτὶ*, quod Xenophonti, *ἐν νυκτί*. Sed Græci talia etiam efferunt per genitivum, nunc omiſſâ, nunc additâ præpositione. Ita *κατ' ἔδειψεν* Alexis, *Περπατεῖν τῆς νυκτός* *ambulare noctu*. At integrè Xenophon, *Ἐκ νυκτός*. Et Plato, *Διὰ νυκτός, ἔ ἡμέρας* *noctu, ἔ interdum*. Item Lucianus, *Τεθᾶσιν ἔπι μίαις ἡμέραις* *Mortui sunt uno die*.

Interdum dubitari possit, sitne accusativus, an ablativus. Vt apud Plautum Amphitr. act. I, sc. I:

— *Qui hoc noctis solus ambulem.*

Et pauld̄ post:

*Hæc heri immodestia cœgit, me qui hoc
Noctis à portis ingratis exciavit.*

Et Curcul. act. I, sc. I:

*Quid sed hoc noctis dicam proficisci foras,
Cum istoc ornatu, cumque hac pompâ, Phædrone?*

Ablativus erit, si intelligitur *in*. Vt integrè sit, *in hoc noctis tempore*. Quomodo veteres sæpe loquuntur. Sed accusativus fuerit, si supprimitur præpositio *circa*. Vt simile sit, *Homo id ætatis*. Vbi clarè est accusativus.

C A P V T X L V.

De verbis adfciſcentibus ablativum, vel ſuæ originis, vel cognatæ ſignificationis. Non quæcunque ejus generis admittant caſum auferendi, etiam jungi accuſativo. Olère nardo, ſulfure; redolere thymo. Diomedis in hoc error.

Quæ proximè diximus, tam ad accuſativum pertinent, quàm ablativum. Nunc ad ea venio, quæ propriè ablativum ſpectant. Vbi principem merentur locum verba ablativis addita, vel ſuæ originis, vel cognatæ ſignificationis. Poteramus, ut in loci, ac temporis ſignificatione proximè fecimus, ita quoque in ejuſmodi verbis conjungere ſtructuram accuſativi, & ablativi: quia ut dicimus *vitam*, ita & *vivâ* vivere; ut *gaudere gaudium*, ſic & *gaudio*, & ita in aliis multis. Sed, ut divelleremus, fecit, quòd magnum in his eſt ſermonis diſcrimen. Nam loci, ac temporis accuſativi, & ablativi, eo conveniunt, quòd caſus uterque ſit improprius, nec à verbo, ſed à præpoſitione rectus. In caſibus verò, quæ ejuſdem, ac verbum, originis ſint, vel cognatam habeant ſignificationem, accuſativus verè regitur à verbo, ablativus à præpoſitione. Quandoquidem igitur de accuſativo antea vidimus: de ablativo nunc agamus.

Ejuſdem originis ablativum videre eſt in illo Ciceronis lib. III ad Qu. Fr. epiſt. III: *In quo, quoniam ipſi quoque fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus.* Nam iter eſt ab *itum*. Et maniſteſtius in illo Cœlii ad Ciceronem lib. VII, epiſt. VI: *Si Parthi vos nihil caſaciunt, nos hic frigore frigeſcimus.* Item apud Senecam ad Luciliùm *: *Bella res eſt, mori ſuâ* * epiſt. 69. *morte.* Quomodo & Græci loquuntur. Vt Epiphanius lib. I: *Καὶ τὴν μη* †. *Ac nequid dicat de Abeio: nec enim ſua iſte morte obiit.* *πὲς λέγεται πρὸς τὸ Ἀβείλ. ἔτι δὲ θανάτῳ ἰδίῳ τέθνηκεν.* Sed imprimis gaudet hoc loquendi genere Plautus. Ejus eſt Capt. act. II, ſc. I:

— Nunc obſecro te hoc unum,

Ne me ſecus honore honeſtes, quam cùm ſervibas mihi.

Et act. II, ſc. III:

— Pol iſtic haut me centeſimam

Partem laudat, quam ipſe meritus eſt, ut laudetur laudibus.

Quod imitatus Caro apud Charifiſium: *Laudant me maximis laudibus.* Plautus Curcul. act. IV, ſc. III:

Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundiâ:

Sed eaſpe illâ, quâ excidionem facere conſididi oppidis.

Nam eadem verborum eſt, & participiorum, conſtructio. Item Persâ act. IV, ſc. III:

Faciam, ut mei memineris, dum vitâ vivas.

Ita & Linacer legit, & in vet. codd. ac MSSis Camerarii, scriptum invenitur. Quantopere autem placuerit Plauto, jungere vocabula cognatæ significationis, vel argumento est, quòd tribus id continuis faciat verbis: primùm quidem usurpando cum accusativo; iterum nomen cum ablativo; denique verbum etiam cum eodem casu. Locus est Captivis act. II, sc. III:

*Me hic valere, & servitutem, servire huic homini optimo,
Qui me honore honestiorem semper fecit, & facit.*

PHI: *Istuc ne præcipias, facile memoriâ meministi tamen.*

* lib. 4
Susp. Lect.
epist. 7.

Gaspar quoque Schoppius*, uti & Ianus Gruterus, testantur manuscriptos Plauti codices habere Mil. Glor. act. II, sc. VI:

— *Neque herile negotium*

Plus curat, quàm si non servitute serviat.

Eodémque modo legi ajunt act. III, sc. I:

— *Itane tibi ego videor oppidò Acherumicus,*

Tam capularis, tamne tibi diu videor vitâ vivere?

Atque in his verbum habet additum suæ originis ablativum. Sæpe verò habet ablativum cognatæ significationis. Ut si pro, *olere odore sulphureo*, dicas, *olere sulphure*. Propertius lib. IV, el. VII:

Cur ventos non ipse rogas, ingræte, petisti?

Cur nardo flammæ non olere meæ?

Et Naso:

Perque locos sacros, & olemtia sulfure fertur.

† lib. I, cap.
de consensu
verborum
cum i adibus.

Nugatur Diomedes†, cum eo nomine damnat Nafonem. Nec diffidetur, Maronem dicere Georg. IV:

— *Redolentque thymo fragrantia mella.*

Sed ne Maro ejusdem sit culpæ reus, thymo ait cum *fragrantia*, non cum *redolent*, construi oportere. In quo æquè fallitur.

Interea minimè existimandum, quævis verba, quæ ablativum ejusdem originis adfiscunt, etiam admittere accusativum. Nam *vitâ vivere* dicimus: item *servire servitute*, vel *servitutem*: similiter *ire itinere*, vel *iter*: & ita in aliis multis: attamen non, sicut dicimus, *honore honestare*, *laudibus laudare*, *memoriâ meminisse*, *frigore frigescere*: ita etiam legere est, *honorem honestare*. *laudare laudes*, *memoriam meminisse*, *frigus frigescere*. Ac ratio quidem istius ita aperta est, ut meræ adscribere eam moræ videatur.

Sufficiunt ista ad cognoscendum, quomodo veteres loqui soleant. Porro nec ille sermo est natus; sed à brevitate, & elegantie studio profectus. Ita, *servituse muliebri servire*, dixeris, pro, *in servitute muliebri*. *Paupertinâ vitâ vivere*, pro, *in vitâ paupertinâ*. *Ire itinere*, pro, *in itinere*. *Fragrare thymo*, pro, *à thymo*, vel *ex thymo*. Atque ita in aliis, quæ plu-

pluribus firmarem , nisi ex iis satis parerent , quæ deinceps dicam de ablativis causæ, instrumenti, vel modi.

C A P V T X L V I.

De verbis, quibus ablativus additur significans aliquid esse, vel fieri in loco; eoque non a verbo rectus, sed à præpositione IN; quæ quandoque etiam exprimitur. *Ut*, Natus Sulmone, pro, in Sulmone. *Quomodo* & legitur, in Epheſo. *Cum dicimus*, Esse Carthagini, Sicyoni, Lacedæmoni, *perperam à Servio Stauri dativum*: eumque calum propriè in nominibus tertix declinationis locum habere. Perperam quoque ab aliis credi, *Antiprosin dativi pro ablativo: cum reverà hîc ablativus sit, sed, more antiquo, desinens in I; quo pacto dicitur*, Esse ruri; Acheronti. *Etiam cum verbo additur ablativus nominis appellativi, ac ejusdem significationis, præpositionem interdum omitti. Ut*, jacere campo, nasci regione sextâ, & similia. Vagari totâ Asiâ, vel urbe totâ. Terrâ, marique vexari. Humo, pro in humo. *Ut domi, pro in domi sive domûs loco, vel solo: sic domo continere se, pro in domo: quam præpositionem etiam veteres addunt scriptores. De verbis ablativum amantibus, qui motum à loco significet, nec tam à verbo regatur, quam præpositione à, vel ab; quæ ipsâ nec semper reticeatur. Roma venire, & à Roma venire, promiscue sumuntur, contra quam visum Malaspina. Præpositiones perspicuitatis gratiâ ab Augusto adjungi solere. Ægypto venio.*

Nunc accedamus ad alia, itidem pertinentia ad falsum regimen ablativi. Ac proximè quidem videbimus de propriis oppidorum, ac regionum nominibus, deque appellativis locum significantibus. Quæ doctrina est bipartita. Nam primò agendum de illis, quæ significant aliquid esse, aut fieri in loco. Deinde de istis, quibus indicatur motus de loco. De priori præcipiunt in hunc modum. Verba, quæ significant esse aut fieri *in loco*, regere ablativos nominum Urbis propriorum, si ea sint numeri pluralis, vel singularis quidem, verum tertix declinationis. *Ut, Ovidius natus Sulmone. Gellius suas noctes scripsit Athenis. Sed superius dicebamus, esse ellipsin præpositionis in: ut integrè sit, in Sulmone, in Athenis. Ac, ut sæpius ea præpositio, brevitate & elegantix causâ, præteritur: ita quandoque, juxta nativum sermonem, apponitur. Cæsar lib. II belli Civilis: Complures præterea (naves longas) in Hispali faciendas curavit. Ita enim complures MSSi. Ac similiter Val. Maximus lib. I, cap. VIII: Cæstanti (Simonidi) apud Scopam in Cranone, quod est in Sicilia oppidum, nuntiatum est, duos juvenes ad januam venisse.*

Nempe ut propemodum par hic ratio fit, ac in nominibus oppidorum, quæ primæ sunt, ac tertiæ declinationis : quæ sæpe cum in loco aliquid esse, aut fieri significatur, in ablativo ponuntur cum eadem præpositione. Plautus Bacch. act. II, sc. III :

Qui nunc in Epheso est Ephesius carissimus.

Epid. act. IV, sc. I :

P E. *Certe ea est, quam in Epidaurio pauperculam memini compirere.*

M V. *Planè hic ille est, qui mihi in Epidaurio primus pudicitiam pepulit.*

Cicero ad Att. lib. VIII, ep. III : *Navis in Cajeta est parata nobis, & Brundisii.* Iulius Qbssequens : *In Numantia res male gestæ.* Ac similia, *In Taurrominio*, pro, *Taurromini* : *in Tyro*, pro *Tyri* : hoc est, *in Taurromini*, vel *Tyri urbe*. Quæ eò lubentiùs adduxi, quia liqueat inde, quando dicimus, aliquid fieri *Sulmone*, vel *Athenis*, ablativum regi à præpositione suppressa : simul etiam, ut appareat, quid judicandum sit de illo, quòd Q. Terentius Scaurus hunc in modum libro ait de Orthographia : *Inscribunt quidam literis, Data è Gallia : item, Data in Roma. Vitiose. Nam sic dici oportet, in Gallia, & Romæ.*

Spissus verò est Servii error, qui putat, nomina urbium, quando interrogatio fit per *ubi*, si tertiæ sint declinationis, propriè poni in dativo. Vult enim Virgilium IV Æneid. metri necessitate dixisse :

— *Tyrià Carthagine qui nunc*

Exspètat :

Ac antiptosis esse in illo Ciceronis Philipp. II : *An tu Narbone in mensas hospitum cum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dmicaret? Nec ignoro, loca quædam Plauti adferri, ubi in dativo videatur usurpare : ut in prologo Catinæ :*

Ajo hoc fieri in Græciâ, & Carthagini.

Et Pseudolo act. IV, sc. II :

Nam necesse hodie Sicyoni me esse, aut cras mortem exsequi.

Ita herus meus est imperiosus.

Verùm non iccirco antiptosis est, cum fecus fit, quàm Servius putabat. Quippe terminatio E multò est usitatior ; aded ut, si statuenda sit antiptosis, ea potiùs habeat locum, cum nomen tertiæ in I, quàm cum in E, exit. Iccirco ablativum etiam prætulit Charisius cap. de Adverbio : *Cum tertii ordinis sunt, ablativo casu utimur : ut Carthagine, Sidone : quamquam recentiores, Carthagini & Sidoni sum, voluerunt. Etenim dicimus, Ruri sum.* Nempe inter istos recentiores etiam Servius est. Sed à Servio quoque dissentiant Diomedes lib. I, & Priscianus lib.

lib. xv, ubi omnia hujusmodi in ablativo ponenda docent. Et sanè tutius per E efferri, evincunt sexcenta Ciceronis, atque aliorum, loca. Cicero Philipp. II : *Si inierjici Casarem voluisse, crimen est, vide quasso, Antoni, quid tibi futurum sit, quem & Narbone hoc consilium cum C. Trebonio cepisse, notissimum est.* III de Nat. Deor. *Quos Homerus, qui recens ab illorum etate fuit, sepultos esse dicit Lacedæmone.* Et alibi semper. Scio, opponi aliquot loca : ut quod Saturnius * adfert è Cic. lib. xvi ad Att. epist. iv : *Sexium autem nunciavit cum unâ solum legione fuisse Carthagini.* Alia quoque ab aliis obduci non ignoro. Verum pro me est, quod ea aliter hodie legantur in castigatioribus codd. Fateor interim, si non Ciceronem, at alios tamen sic locutos videri, qui cum Cicerone vixerunt. Quippe Cornelius Nepos (quem malè Æmilius Probum credi, ostendi alibi †) in præfatione vitarum ait : *Nulla Lacedæmoni tam est nobilis vidua, quæ non ad scenam eat, mercede conducta.* Ad quem locum Lambinus scribit, *Lacedæmoni* poni adverbialiter ; quasi quicquam prohibeat esse nomen.

* lib. 2.
cap. 3.

† lib. 1 de
Hist. Lat.
cap. 14.

Nec tantum urbium loca, sed & alia quædam, similiter efferuntur. De *ruri* nemo ambigit. Locutus eo pacto Iustinus lib. I : *Igitur antelucano tempore, ruri iter ingressus, obvium habuit servum de ergastulo. Acheruntium quoque, ut ruri, veteres dixisse, cognoscimus ex illo Plauti Captivis sc. Injicite huic actutum :*

Facito ergo tu, ut Acheruntii clueas gloria.

Sed hîc fortasse *Acheruntii* exponi potest *Plutoni*, sive apud *Acheruntem*. At manifestior locus hic eadem Comœd. act. v, sc. iv :

*Vidi ego multa sæpe pæta, quæ Acheruntii fierent,
Cruciamenta.*

Quid si autem *Carthagini, ruri, Acheruntii*, & similia, non dativos dicamus, sed ablativos, antiquo more in I exeuntes ? Veteres enim multa per I terminabant, ubi posteriores E prætulerunt. Itaque & *vesperi* ad instar adverbii dicitur, quod ablativus est pro *vespere*. Nempe ut *luci* pro *luce*, apud Lucretium. Plurâque hujus generis adduximus lib. II de Analogia cap. XII. Et sanè ratio dicat, ut sint ablativi. Nam siquid in loco fieri dicatur, ablativus requiritur, qui à præpositione *in* regatur. Quare ut *vivit Roma*, valet, *In urbe Romæ* : ita *vivit Sulmone*, valet, *in Sulmone* : quod satis antea comprobatum. Ut causæ nihil sit, cur esse *Carthagini*, aliter suppleamus, quàm esse *in Carthagini*, sive *Carthagine*.

Porro præpositio non solum in iis præteritur, quæ diximus ; sed aliis quoque. Vt, *Hoc loco quæres ex me. Pro, in hoc loco.* Maro XII Æn.

Saxum antiquum ingens, campo quod forte jacebat

Limes agro positus.

Pro, *in campo.* Horat. lib. I, sat. IX :

Ibam fortè viâ sacrâ, sicut meus est mos.

Suetonius in Domitiano cap. I : *Natus est regione Urbis sextâ.*

Ac similiter supplendum sæpe I N, eâ significatione, quâ valet PER : idque tum in propriis, tum appellativis. Prioris generis est, *Totâ obambulabat Româ.* Quomodo Cicero Philipp. XI : *Et nunc tuâ Asiâ vagatur :* pro, *in Asia :* hoc est, *per Asiam.* Posterioris generis est hoc ejuldem pro Fontejo : *Hi contra vagantur læti, atque erecti, tuo foro.* Pro, *in foro,* hoc est, *per forum.* Et lib. II in Verrem : *Multa mihi à C. Verre infidæ terrâ marique factæ sunt.* Et ad Att. lib. V, ep. XIV : *Nunc ier conficiebamus æstuosa & pulverulentâ viâ.* Virgilius Æn. III :

*Tres adeo incertos cæcâ caligine Soles
Erramus pelago.*

Imò præpositio quandoque in iis etiam omittitur, quæ usitatus in genitivo ponuntur. Vt *humo*, & *domo*, pro *humis*, & *domis*. Columella lib. II, cap. X : *Nec densâ nascitur humo.* Vti cum adjectivo capite præcedenti : *Nam vel pinguisimâ, vel macerrimâ humo jaciatur, perit.* Pro, *in humo.* Cicero pro Domo sua : *Domo me contineo.* Maro III Georg.

*Hunc quoque ubi, aut morbo gravis, aut jam seignor ammis,
Deficit, abde domo.*

Pro, *in domo.* Quomodo Terentius ait Adelphis act. IV, sc. VII :
Meretrix, & mater familiâs unâ, in domo ?

Quintilianus lib. V, cap. X : *In domo furtum factum ab eo, qui domi fuit.* Imò Cicero similiter locutus ad Att. lib. II, ep. VII : & Plinius lib. VII, epist. XVI, quæ ad Fabatum. Verba eorum superius * adduximus.

* cap. 25.

Venio ad verba significantia motum à loco : atque hæc regere dicuntur ablativum, qui signet urbem, vel regionem : sed sine præpositione, si sit urbis nomen : cum eâ, si regionis sit vocabulum. Item sine præpositione, in *rus*, & *domus* : at cum eâ in cæteris appellativis. Vt, *Venit Româ, Carthagine, Athenis, rure, domo. Venit à Gallia, Cypro, curiâ, gymnasio, castris.* Sed in posterioribus, ubi præpositio additur, cura dubium ab eâ, non à verbo, regitur ablativus. Eoque in prioribus quoque, ubi præpositio, quæ abest, intelligitur ; non à verbo, sed à præpositione, casus is dependet. Intègrè enim sit, *Veni à Roma, à Carthagine, a vel de Cypro, à rure, à, vel ex domo,* & ita in aliis.

Quæstio est, an & exprimi possit præverbium à, vel ex, vel de. Quintilianus † videtur negare. Nam, ut superius quoque diximus, solocilium esse ait, *Veni de Susis in Alexandriam.* Atqui ab optimis illud scriptoribus quandoque exprimitur. Livius lib. I belli Punici : *Imerim*

† lib. I,
cap. 5.

ab Roma legatos venisse nunciatum est. Apud eundem quoque est : *Valerium à Vejis abducere exercitum jubet*. Item, *Abducere in seclâ re à Vejis exercitum noluerunt*. Et, *Qui à Vejis fugerant*. Idem quoque, *Cum exercitu novo ab Roma advenit*. *Placuit ab Ardea Camillum acciri*. *Æsculapium ab Epidaurio Romam arcessendam*. *Samnitibus ab Aquiloniâ clam egressis*. Ipsi quoque Ciceronis est lib. IX ad Att. epist. III : *A Brundisio nulla adhuc fama venerat*. Et Philipp. XII : *Denunciatum est, ne Brutum obsideret, à Mutina discederet : oppugnavit etiam vehementius*. Ejusdem quoque sunt : *Vt ab Alexandria discederet*. *Ab Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopen, quæ in Ponto est, navigaverunt*. *Fugisse à Mutina viderentur*. *De Pomptino scripsit*. *De Gyaro ad te dedi de Messala literas*. *De illius ab Alexandria discessu*. *Ab Epheso profectum*. *A Bibone discessimus*.

Censet Malaspina *, aliud esse *venire Româ*, aliud *a Roma* : omisso præverbio, signari locum interiorem : addito, notari exteriorem : ut à *Buthroto*, sit *a locis Buthroto vicinis*. Sed, ut aliquando id verum esse agnoscimus ; ita sæpe aliter esse, satis ostendunt loca veterum, quæ adduximus. Et ita Augustum loqui solere, verisimile est, non in ablativis solum, sed etiam accusativis. Nam perspicuitatis causâ eum præpositiones addere solere, auctor est Suetonius †.

Vti autem de urbium nominibus quæritur, an Latine satis præpositio iis addatur : ita quæstio est de propriis regionum nominibus, recte in his præpositio omittatur. Negat id Rhemnius Palæmon, apud Charisium. Et ne solos ita Grammaticos sensisse credamus, ecce Fabius ipse, magni profectò judicii vir, sed qui interdum tamen humanitus aliquid patitur, ait lib. I, cap. V, solœcismum detractioe iri commissum, quotiescunque insulæ, vel regionis nomini, non additur præpositio. Ac talis solœcismi exemplum adfert, *Ægypto venio*. Verum non ea mens æquali ejus Tacito ; qui secundo Annalium minime refugit : *Germanicus Ægypto remeans*. Dicas fortasse, Tacitum vixisse, vergente jam puritate sermonis Romani : nec Ciceronem, vel alium ejus ævi, sic temere fuisse locuturos. Sed scire aveo, cur absurdius sit, *Ægypto venio* ; quàm *Ægyptum eo* ? quomodo Cicero ait, *Sardiniam venire*, & *Cyprum relegari* : Livius, *Hellepontum pervenire* : ac similia, ut superius ‡ vidimus. Quare nec dubito, quin Tacitus Sallustium suum, vel alios secutus sit auctores.

* Cognitionibus in Cic. ad Att. epist.

† in Aug. ep. 86.

‡ cap. 48.

C A P V T X L V I I .

Ablativos causæ, instrumenti, vel modi, non à verbo regi ; sed præpositione omisâ, à, vel ab, de, è, vel ex, præ, aut cum. Ac præpositiones eas quan-

quandoque exprimi : nisi quod cum ablativis instrumenti non temere invenias. Ablativos quoque additos verbis copiae, vel inopiae, dependere à superposita praepositione à, vel de. At junctos verbis aestimandi, aut mercandi, regi vi praepositionis pro, quae intelligitur.

DEinceps agemus de verbis, quae regere dicuntur ablativum, significantem causam, instrumentum, aut modum. Sed in nullo non istorum concipienda praepositio, unde regitur ablativus. Quod exemplis planum fiet.

A vel AB intelligitur in hoc Maronis **II** Æn.

— *Dolis instructus, & arte Pelasgâ.*

Ac similiter, cum Fabius in prooemio lib. **I** ait : *Scientiâ studiosus instruat.* Integre enim sit, à *dolis*, *ab arte*, à *scientiâ*. Ita Cicero in Bruto : *Ut eo nihil ferme quisquam addere posset, nisi qui à philosophiâ, à jure civili, ab historia, fuisset instructor.* Itidem Ciceronis est **I** Catil. *Præsidus, custodis, vigiliisque, coloniam munire.* Pro, à *præsidis*; ut Tacitus in vita Agricolaë : *Cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret serenus ille vultus, à quo se contra ruborem muniebat.* Eadem praepositio intelligenda, cum dicitur, *pallet amore, horret frigore, & similibus.*

DE concipiendum, cum Cicero ad Cassium ait lib. **XII**, ep. **x** : *Lepidus, tuus affinis, meus familiaris, prid. Kal. Quintil. senentius omnibus hostis à Senatu judicatus est.* Et ad Q. Fratrem lib. **II**, ep. **viii** : *Omnibus senentius absolutus est.* Integre idem **III** Off. *Ut res nummaria de communi sententiâ constitueretur.* Et Livius lib. **II** ab Vrbe : *Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententiâ lecti, Attius Iulius, & Cn. Marius.* Sic, *Non meo consilio factum* : pro, *de meo* : ut Cicero ad Cassium lib. **XII**, ep. **III** : *De meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret.* Pro quo etiam dicitur, *Ex consilio facere* : ut ad Lentulum lib. **I**, ep. **vii** : *Non scripsi ex consilio tuo.* Item, *More hominum fecit*, pro, *de more* : ut **vii** Æn.

— *Solito matrum de more locuta est.*

Quod etiam, *ex more* : ut apud Sallustium Iugurt. *Neque id tempus, ex aliorum more, quieti, aut luxuriæ concedit.*

Vivere raptò, apud Ovid. **xi** Met. Et, *Vivitur exiguo melius*, Claudiano lib. **I** in Ruf. Pro, *de raptò, de exiguo* : ut Cicero, *de lucro vivere, ad Pætium lib. ix*, ep. **xvii**. *Meâ pecuniâ curabo*, pro *de meâ* : ut Terent. Adelph. * *Olet unguenta de meo. Quare fecisti?* pro, *quâ de re*; et, *quâ de causâ.*

Itidem **E**, vel **EX**, sæpe intelligitur. Ut, *Conflare re aliquâ amicitiam* : pro, *ex aliquâ* : ut Terentius Eun. act. **v**, sc. **II** :

— *Sæpe ex hujusmodi re quapiam,*

Et ex malo principio, magna familiaritas

Conflata est.

Plau-

* Æ. **I**,
sc. **2**.

Plautus Mil. *Laborat cerebro*. At Cicero Tusc. II, *Laborat ex renibus* : & ad Gall. lib. VII, *ex intestinis* : ad Pætum lib. IX, *ex pedibus*.

Vocare aliquem suo nomine : pro, *ex suo nomine* : ut Plautus Stich. act. I, sc. III :

Nunc Microtrogos nomine ex vero vocor.

Vino nimio vacillare : ubi Fabius lib. VIII, cap. III, *ex vino vacillantes*.

Fabrefactum ferro, vel argento : ubi Plautus Rudente act. V, sc. II :

Nam hoc quidem pot è rubigine, non è ferro, fabrefactum est.

Quinctilianus lib. II, cap. XVII : *Constat experimentis medicina*. Cic. pro

Roscio Comædo : *Ex fraude, fallacis, mendacis, constare totus videtur*.

Idem * : *Cum constemus ex animo, & corpore*. Sic, *Amore, odio, invidia factum*. *Morte alicujus dolere*. *Legere agere cum aliquo*. *Ordine collocare*. *Merruo pati*, pro *ex jure merito*. Ac similiter in aliis.

* initio lib.
3 Tusculan.
Quest.

IN quoque sæpe reticetur in ejusmodi structurâ. Vt in Eclogis :

— *Cantando rumpitur anguis.*

Pro, *in cantando*. Plauti est Captivus act. I, sc. II :

Nam istoc me assiduo victu delecto domi.

Et Cic. Verr. VI : *Pictorum artificio delectabant*. Ad Q. Fratr. lib. III,

ep. III : *Et ipse puer magis illo declamatorio genere delectare videtur*. At

idem lib. II de Legg. *In hoc admodum delector*. Et in I de Fin. *In hac*

esse rogatiunculâ delectatum. Sic, *ordine facere, pro, in ordine*.

PRÆ quoque supprimitur : ut, *Gaudio lachrymari* : *pudore aliquid agere*. Intègre Terentius act. I, sc. II :

Credo, ne sit, præ amore, misera hunc exclusit foras.

Heaut. act. II, sc. II :

Pro gaudio, ita me Di ament, ubi sim nescio.

Cicero pro Cn. Plancio : *Nec loqui præ mærore potuit*.

Crebro quoque *cum* subauditur. Vt, *Magnâ curâ legere* : ubi Plau-

tus Mil. & Peri. *Cum curâ legere*. *Bonâ fide persolvere* : ubi Suetonius

in Caligula cap. XVI : *Legata ex testamento Tiberii, cum fide, ac sine cal-*

lumnâ, repræsentata persolvit. *Bono ejus fiat, pro, cum bono*. Vt Terent.

Adelph. act. IV, sc. I :

Quod cum salute ejus fiat. —

Similiter Varro de R. R. lib. I, cap. XIII : *Ac cum Lucullis, & Metelli villis pessimo publico certant*. Maro III Æn.

— *Et magnis quantum clangoribus alas.*

— Item IX :

Tum demum præcepit saltu sese omnibus armis

In fluvium dedit.

Plinius de elaterio lib. XX, cap. I : *Nisi maturius incidatur, semen exiit,*

oculorum etiam periculo. Ac par ratio in aliis, ubi comitatus, non instrumentum, significatur.

Et tamen ablativus etiam instrumenti ab hac præpositione regitur. Ut cum dico, *gladio feriri, telo sanciri.* Hoc ita esse, inde liquet, quod omnes fere linguæ vulgares hanc præpositionem expriment. Ut mirum sit, apud Latinos ablativum instrumenti refugere præpositionem. Dicimus enim, *pugnare gladiis*, non *cum gladiis*. Obducunt hoc Plinii lib. IX, cap. XXVIII: *Cæteri cæri, cum quibus venantur.* Sic sanè & vetus Parmensis anni CIO CCCC LXXVI. Sed in aliis est, *cæri, quibus.* Adferunt item hoc Ovidii IV Fast.

Hæc modo verberat raro cum pectine terram.

Sed in melioribus libris est:

— *Stantem tibicine terram.*

Item objectant hoc I Metam.

— *Concussit terque quaterque*

Cæsariem, cum qua terram, mare, sidera movit.

Sed cum hic non instrumentum, verum comitans quid notat. Quasi dicat, *Movit cæsariem, & unâ terras.*

Neque, si aliter uspiam usurpetur, temere liceat imitari.

Idem iudicium esto de *verbis copiz, & inopiz.* Cujus ratio est, quod hic etiam causa, vel modus, significetur. In quibus *a, vel de* intelligitur. VI. I. Æn.

— *Vstrumque armato milite complet.*

Pro, *de armato milite.* Quomodo Tullium, & Martialem, loqui superius * vidimus. Sic in verbis auferendi. Ut sunt *privo, spolio, fando, orbo, viduo, emungo.* Terent. Phorm. act. IV, sc. IV:

— *Emunxi argento senes.*

Maro VIII Æn.

— *Viduasset civibus verbes.*

Ovid. XII Met.

— *Armis nudare jacentem.*

Pro, *ab argento, ab civibus, ab armis.* Est enim par ratio, ac in nominibus; ubi non raro additur præpositio; ut illo Ciceronis Verr. VI: *Nam ipsa sanè vacua atque nuda est.*

Venio ad verba *æstimandi, emendi, vendendi*: quæ & ipsa dicuntur regere ablativum significantem pretium: idque nominis tam adjectivi, quam substantivi. Prioris generis sint, *æstimare, redimere, stare, magno, permagno; parvo, minimo.* Cicero lib. III de Fin. *Ne ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non magno æstimandam putem.* III in Verr. *Tu ista permagno æstimas.* Seneca lib. I de Benef. *Nisi forte parvo te æstimas.* Terentius Eun. act. I, sc. I:

Quid

*Quid agas? nisi ut te redimas captum, quam queas,
Memento: si nequeas paululo, ac quanti queas.*

Maro x Æn.

— *Haut illi stabunt Æneia parvo*

Hospitia.

Etiam, *vili emta*, dixit Plautus Epidico, Sc. Heus adolescens. *Caro empta*, est apud Quinctilianum decl. IX: pro quo Varro, Cicero, & alii antiquiorum, *carè emta* maluerunt: & fortasse ita quoque apud Quinctilianum legi debet.

Nec minùs sæpe vel solum adsciscunt substantivum, vel unà cum suo adjectivo. Plautus Mil. act. II, sc. III:

— *Non ego nunc emam vitam tuam vitiosâ nuce.*

Terentius Andr. act. II, sc. VI:

Vix, inquit, drachmis est obsonatus decem.

Cicero Verr. v: *Doceas oportet, aliquo in loco Siciliae, Prætorè Verre, ternis denariis tritici modium fuisse.* Item: *Cum in Sicilia festerius binis tritici modius esset (ut illius epistola ad te missa declarat) summum festerius ternis.* Valerius Maximus lib. v, cap. IV: *Magno ubique pretio virtus æstimatur.* Martialis lib. VI, ep. LXVI:

Parvo cum pretio diu liceret.

Plin. lib. xxxv, cap. III: *Scrupula valebant festeriis vicenis.* Juvenal. sat. III: *Nec pueri credunt, nisi qui nondum ære lavantur.*

Suetonius in Cæsare: *Amplissima prædia numo addixit.* Vbi aliqui libri *minimo*: sed perperam.

Nihilo quoque æstimare dici, ostendit hic Ciceronis locus IV de Finib. *Quippe qui primum valerudinem bonam expetendam negem esse, eligendam dicant, non quia sit bonum valere, sed quia sit nonnihil æstimandum.*

Abunde hinc dilucet, quomodo veteres loquerentur. Sed causa ejus sermonis est, non quia verba mercandi suâ naturâ regant ablativum: verùm quòd præpositio intelligatur, unde ablativus regitur. Ea præpositio est PRO. Ut, *Magno æstimare, emere, vendere, valet, pro magno.* Sic illud Gellii lib. I, cap. XIX: *Libros tres reliquos mercator nihilò minore pretio, quàm quod erat petitum pro omnibus: valet, pro nihilo minore pretio.* Ut apud Ciceronem legimus Orat. pro domo: *Pro nihilo habere.* Et pro Cæcina: *Pro nihilo putare.* Et IV Verr. *Pro nihilo ducere.*

C A P V T XLVIII.

Non à verbo, sed præpositione intellectâ, regi ablativum additum verbis, vito, caveo, prohibeo, libero, nitor, glorior, facio, sum, & fio. Error Festi,

Lambini, Fruerii : atque alius ejusdem Lambini. Promiscue dici, tum per ellipsin, quid me fiet ; tum plene, quid de me fiet ; tum acquisitive, quid mihi fiet. Alia, ubi ablativus dependens ab intellectâ præpositione in, pro, de : maximeque id locum habere in compositis cum præpositione, quia præpositio, quæ præteritur, ex composito intelligitur.

Similiter suppletur defectus in verbis vitandi, ac cavendi. Ut Plauti Sillo in Truculento act. II, sc. II, *malo vitare* : pro, à malo vitare : quod &, *malum vitare*. Fortasse etiam Curcul. act. II, sc. III, *Vitem infortunio*. Vbi tamen & MSSi, & vetr. editt. (in his Veneta, quæ cum Sarraceni, ac Pyladæ notis prodiit :) item illa Camerarii, constanter habent *infortunia*. Sed non ineleganter tamen restituere, *infortuno* : prout etiam in codice suo, nunc nostro, Scaligerum video emendasse. Et similiter Petronius Arbiter in Satyrico : *Cum deinde vuln, atque ipsa trepidatione, mendacium prodidissim, ponere jussit arma, & malo cavere*. Pro, à malo. Quomodo Terent. Eunuchò, act. v, sc. II :

Tum pol tibi ab isto, hera, cavendum intelligo.

Cicero lib. v de Finibus : *Monuerunt, à veneno ut caveret.*

Item in verbis prohibendi. Terent. Phorm. act. II, sc. III :

Aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo.

Cicero Verr. v : *Cibo prohibere, & recto*. Columella lib. vi, cap. vii : *Potione prohibere per triduum*. At idem Cic. Verr. vi : *Ab insula prædones prohibere*. Cæsar lib. I belli Gallici : *Non facile ab oppidis vim hostium prohibere*. Sallust. Jugurth. *Ab injuriâ Maurum prohibet.*

Liberare curâ, infamiâ, invidiâ, custodiâ, ere alieno, timore, apud Ciceronem legas. At idem de Univerſitate : Deus motum cæli ab omni erratione liberavit. Et declamator sub nomine Ciceronis, orat. antequam iret in exilium : Arcem urbis ab incendio, ac flammâ, liberavi.

Nitor, & glorior, similiter se habent. Virgil. vi Æn.

Ille (vides) purâ juvenis qui nititur hastâ.

Cæsar lib. I de bello Gall. *Quod suâ victoriâ tam insolenter gloriarentur. Pro, in hastâ nititur : in victoriâ gloriarentur. Quomodo Cicero pro Milone : In hujus vitâ nititur salus civitatis. Et II de Nat. Deorum : Propter virtutem jure laudamur, & in virtute recte gloriamur. Item in Vatini. De suis divitiis intolerantissime gloriaris. Sic Xenophon lib. I Memorab.*

* *sumescere* ὀγκυῖσθαι * *nitri* γένει, ἐπιχειρεῖσθαι † *nitri* τολῆσαι, φουῖσθαι ‡ *nitri* δουρῆσαι.

ob genus.
† *effertur* propter opes.
‡ *inflari* ob potentiam.

Duzæ etiam, & Acidalii sententia est, ad instar illius, *donare domo, vel munere ; etiam dici, largiri munere, vel argento, vel bubus. Atque ita capi volunt illo Plauti Peria act. II, sc. III :*

Nunc amico homini bobus dormitis meâ ex crummenâ largior.

Quod

Quod si placet; sicut *dono bubus* integrè est, *dono cum bubus*; sic *largior bubus*, ponetur, pro *largior cum bubus*. Nempe uti dicunt Belgæ, *Nemand met offen of andere gaben begiften*.

Facio etiam, *sum*, & *fit*, regere dicuntur ablativum. Sæpèque hunc casum addi, verissimum est. Mirum verò, id non attendisse Festum Pompejum: qui ut veteres doceat *me*, pro *mi*, sive *mibi* dixisse, illud Ennii adducit ex Annalium secundo:

Siquid me fuerit humanitus, ut teneatis.

Nam planè *me* dicitur, pro, *de me*. Quomodo & Lucilius lib. xxviii Satyrarum*: *Quid me fiet? siquidem non vis te improbis committere*. Et xii: *Hunc siquid p. eris nobis me & fratre fuisset*. Apud Servium ex MS. Fuld. p. 46. Et Appulejus lib. ii Met. *Quid, inquam, me fiet, ubi iste jugulatus manè apparuerit?* Imprimis verò sic loqui gaudent Comici. Ità Plautus Aulul. sc. penult.

* apud Nonium in Committere.

E V. *Quid si fallis? Ly. Tum me faciat, quod vult Iupiter.*

Idem Pcen. act. v, sc. ii:

Quin mea quoque iste habebit, siquid me fuerit.

In vulgatis est, *de me fuerit*. Sed versus, qui Iambicus esse debet, exigit, ut præverbium tollatur; quemadmodum Duza Fil. observat, & Andreas Schottus Nodorum Cicer. lib. i, cap. ii. Idem Mostell. act. v, sc. ii:

Disputet istam veniam, quid me fiet nunc jam?

Terentius Andr. act. iii, sc. v: *Nec quid me nunc faciam scio*. Et act. iv, sc. ii: *Quid me fiet?* Idem Heaut. act. iii, sc. i:

Quid te futurum censes, quem assidue excedem?

Item act. iv, sc. ii:

Tu fortasse, quid me fiat, parvi pendis, dum illi consulas.

Et Adel. act. iv, sc. iv:

Discrucior animi. hocine de improviso malis mihi objici, tantum, ut neque quid me faciam, neque quid agam, certum fiet?

Lucas Fruterius lib. i Verisim. cap. xvi, Festum secutus, putabat, in his, & similibus locis, *me* pro *mi* scriptum esse antiquitus. Sed hanc ejus sententiam sequentia refellunt. Plautus Capt. act. v, sc. i:

Vos ite intro: interibi ego ex hac statua verberata volo erogitare, meo minore quid sit factum filio.

Idem Trinummo act. i, sc. ii:

Nunc si ille huc saluus revenit, reddam suum sibi:

Siquid eo fuerit, certo illius filie,

Quæ mihi mandata est, habeo dotem unde dem.

Frustra est Dionysius Lambinus, cum, voculâ inferrâ, legit, *Siquid eo fuerit factum*. Utroque etiam modo locuti. Etiam ablativus clarè elucet

ex illo Terentii Heaut. act. v, sc. iv : — *Nunc primum audio*,

Quid illo sit factum.

Cicero similiter lib. xiv ad Terent. ep. iv : *Quid Tulliolâ meâ fiet?* Quomodo etiam in illâ Iani Guiljelmii & Iani Gruteri, ex MSSorum fide est expressum. Idem III Verrinâ : *Quid hoc homine faciauis, aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal, reseruetis?* Regitur verò ablativus ille à præpositione, quæ his locis reticetur, sed aliàs non rarè exprimitur. Vt Heaut. act. iv, sc. iii : *Tu quid de me fias, parvi curas.* Et Adolph. act. v, sc. ix : *Sed de fratre quid fiet?* Cicero ad Att. lib. ii : *Quid de P. Clodio fiat, rescribe.* Idem in Manilianâ : *Qui cum ex vobis quaereret, si in uno Cn. Pompejo omnia poneretis, siquid de eo factum esset, in quo spem essetis habituri.* Cornelius Nepos in Themistocle : *Miserunt Delphos consultum, quid iam facerent de rebus suis.* Frustra hic etiam est Lambinus, cum utrobique de putat delendum, contra codicum fidem. Vtroque enim modo locuti veteres, nunc *id est*, sine præpositione : nunc propriè, cum ea. Estque & altera locutio propria, cum dativo. Plautus Bacch. sc. Ibo in Pyræum : *Quid mihi fiet postea?* Terentius Andr. act. i, sc. i :

— *Si illum objurges, vitæ qui auxilium tulit,*

Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?

Cicero ad Att. lib. vi, epist. ult. *Quæso, quid nobis futurum est?* Idem lib. xiv ad Terent. epist. i : *Quòd ad me, mea Terentia, scribis, te vicium vendituram : quid obsecro te, (me miserum) quid futurum est?* Et si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Sed ablativus utrobique videri possit. Non item loco istoc Philippicæ ii : *Vide quæso, Ammi, quid tibi futurum sit.* Idem pro Cæcinâ : *Quid tui huic homini facias?* Et lib. iv Acad. *Quid enim faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet. Lucet autem. Lucet igitur.* Tibullus lib. ii, el. vii :

Castra Macer sequitur, tenero quid fiet amori?

Ovid. lib. i de Arte :

Perfidus ille abiit, quid mihi fiet? ait.

Quid mihi fiet? ait.

Extra hæc quoque, quæ adduximus, multa se alia offerunt, ubi ablativus non à verbo regatur, sed præpositione omisâ.

Ita IN reticetur ad Att. lib. vi, epist. xii : *Nec nullâ, nec magnâ spe sumus.* Et ad Cornificium lib. xii, ep. xxvii : *Ego sum spe bonâ.* Intègrè idem ad Quintum fratrem de Pet. Conf. *In optima spe esse debis.* Et Livius lib. v belli Maced. *Primo in spe fuerant.*

IN quoque omittitur, cum stare pro herere, aut persistere, ablativum adsciscit. Vt, stare pacto, promissis, jurejurando &c. Cicero pro Flacco :

Re judicari stari ostendit placere. Pro Cluentio : *Et uterque censor censoris opinione standum non putavit.* Eodémque casu à Marone * dictum arbi- * *Æn. 2.*
tror : — *At tu dicitis Albane maneres.*

Pro, in dicitis : ut Cicero Verr. IV, & VII, *Manere in amicitia.*

A B desideratur in hoc III Georg.

— *Quà me quoque possim*

Tollere humo.

Et II Æn.

— *Atque imo Nereus ciet equora Ponto.*

Eandem præpositionem, vel I N, intelligere possis illo I Fast.

Iupiter arce sua totum ciem spectet in orbem.

P R O. supplendum illo Horatii lib. I, ep. I :

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Item cum dicimur, *pace bellum mutare* : vel, *par pari referre.*

De compositis verò cum præpositione, ubi eadem sit præpositio, vel eandem habens vim, res satis est aperta. Ut, *abire magistratum*, *ἀβιρην*, apud Livium lib. III : *abire incepto*, apud eundem. Intègre Cicero Orat. ad Brutum : *Ab hoc parumper abeamus.* *Abire è medio*, Terentius Phorm. †

Abstinerè se ostreis, & muranis, apud Cic. † *Abstinerè se à viris*, idem, vel potius declamator vetus in Sallust.

† *ab. 5. sc. 87*
‡ *ad Mar-
cium lib. 7,*
ep. 26.

Avellere templo Palladium, II Æn. Item Plin. lib. IX, cap. XXXV : *Couchis adherescunt, nec iis avelli queunt, nisi limâ.* At Terent. Eun. act. III, sc. III : *Sperat se à me avellere.* Et Cic. pro Domo sua : *Avulsus à suis.*

Avertere Italiâ regem Teucrorum, Virgil. I Æn. *Avertere à philosophia*, Sueton. in Neron.

Sed tanta est talium copia, ut si insistere iis velim, fastidium verear. Instar igitur tot aliorum esto verbum *decedo*. Quod jungi videas eadem verbo, nunc cum præpositione, nunc absque ea. Sic, *decedere provinciâ*, ait Cicero in Ligarianâ. *At decedere de provinciâ*, idem Verr. IV, & epistolâ ad Cælium. Itidem *decedere viâ*, Plautus Amphitr. Suetonius in Cæs. & Fabius l. b. IV. Sed, *decedere de viâ*, Plautus Trinummo, & Cic. pro Cluentio. *Sententiâ decedere*, Tacitus lib. XIV Annal. *De sententiâ decedere*, Cicero pro Cornelio Balbo. *Decedere officio*, Cicero in Verr. & Livius. *Decedere ab officio*, Livius lib. XXXVI. *Possessione decedere*, Plin. in epist. *De possessione decedere*, orat. II de leg. Agr. item L. Si finita, De damno infecto.

Ablativus etiam, qui absolute poni dicuntur, regi vi prepositionis intelligitur, quæ sit A, vel AB; quoties tempus consecutum significatur. Participia absolute posita, etiam sine nomine, vel pronomine. In Sedigiti jambis, de Comitarum discrimine, conjectura. Etiam ablativus usurpatos absolute, regi à prepositione IN, vel SVB.

IN iis ablativis, quos hæcenus excussimus, species est regiminis à verbo, vel aliunde, existimentur regi, sed absolute poni: ita ut sui quasi juris, nec cuiquam subjecti habeantur. Sed eos quoque dependere existimo à præpositione intellectâ. Ut cum Cicero lib. III de Leg. ait: *Nobilium vitâ, virtutisque mutato, mores mutari civitatis puto.* Vbi intelligitur à: nempe eâ significatione, quâ significat post: ut cum dicimus, à prandio, à coena. Ergo, *nobilium vitâ, virtutisque mutato*, integrè sit, à *nobilium vitâ, virtutisque mutato.* hoc est, *post mutatam vitam, virtutisque.* Ac par ratio in isto ejusdem Ciceronis: *Oppressâ libertate patriæ, nihil est, quod speremus amplius.* Pro, *ab oppressâ libertate.* Sic, *hoste superato, appressâ mensâ secundâ, & similibus*, ubi participio præteriti temporis subjicitur, quod postea consecutum. In cujusmodi interdum participium ponitur absque nomine, vel pronomine. Nec enim solum dicitur, *re compertâ*, vel *re auditâ*, aut, *eo comperto*, vel *eo audito*: sed simpliciter, *audito*, *comperto*. Livius lib. I belli Maced. *Inde ad Pluvium est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent.* Tacitus lib. II Annal. *Audito, castellum Luppiæ fluminis appositum obsideri, sex legiones eo ducit.* Idem lib. IV Annal. *Neque dum comperto, quos illa vis percussisset, latior ex incerto metus.* Aliquot quoque aliis locis eodem participio ita utitur idem Tacitus. In cujusmodi structurâ ablativus ille participii refert naturam verbî impersonalis.

At alia præpositio intelligenda, cum ablativus est participium præsentis temporis, vel nomen eandem vim habens. Q. Cicero ad Tur. lib. XVI, ep. XXVI: *Non potes effugere hujus culpæ poenam, te parato.* Horatius lib. I, od. IX:

*Neu sinas Medos equitare inultos,
Te duce, Cæsar.*

Seneca lib. III epistolarum: *Acerbum est vni, quanto acerbius si id, te faciente, patiaris?* Addunt hoc Vulcatii Sedigiti apud Gellium lib. XV, c. XXIV:

Multos incertos certare hanc rem videmus;

Palmam Poëtæ comico cui deferant:

Enim, me iudice, errorem dissolvam tibi.

Quomodo ab Ascensio editum, & à Vincentio in Lugdunensi. Sed sic syllaba ante tibi superfit. Stephanica, & Tornæfiana, habent :

Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi.

Sed vel *eum*, & *meo*, & σωίζησιν fiunt μονοσύλλαβα, more Comico : vel pes integer redundabit : eoque, ut fenarius sit, legendum fortasse, vocibus trajectis :

Iudicio meo eum errorem dissolvam tibi.

Porro in superioribus illis ablativus regitur à præpositione S V B intellectâ. Ut, rege *Alexandro*, vel regnante *Alexandro*, integrè sit, *sub rege*, vel, *sub regnante Alexandro*. Expressit præpositionem Quintilianus lib. v, cap. x ; ubi temporis generaliter accepti hæc ponit exempla : *Nunc, Olim, Sub Alexandro, Cum ad Ilium pugnatum est*. Etiam in Horatiano illo, *Te duce* ; & hoc ejusdem, *Tenore duce* ; sic supplendus defectus, *Sub te duce*. Nempe, ut optimi scriptores dicunt, *Esse sub imperio* : ita sub alicujus ductu, vel ducatu fieri aliquid, vel factum esse, dicitur. Eadèmq; præpositio animo concipienda in illo, *Sole ardenti proficisci*. Integrè Maro ecl. 11 :

Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Censeo etiam, similiter supplendum hoc Senecæ lib. de vita beata cap. xx : *Populo spectante fieri credam, quicquid, me conscio, faciam*. Ut citra ellipsin sit, *sub populo spectante*. hoc est, *sub oculis populi*. Quomodo Cæsar lib. 1 belli Civilis ait : *Neque verò id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimento, perterritum exercitum sustinere non posse*.

Atque inde statuendum quoque de illo Ciceronis lib. de claris Oratoribus : *Ego posthac causibus historiam, te audiente, attingam*. Pro, *sub audiente te*, q. d. *sub auribus tuis*. Quippe qui alteri aliquid dicit, quodammodo ejus iudicio subest : quia vel apertè, vel tacitè, omnes iudicium ferimus de iis, quæ dicuntur. Et par ratio in illis, *auctore Xenophonte, teste Tullio*. Nam qui sic loquitur, iudicium iis subijcit.

Sed non, ut, *duce te*, valet, *sub te duce* : sic, *comite te*, supplendum, *sub te comite*. Nam hic non subiectio ulla signatur, sed comitatus : eoque *cum* intelligi debet. Imò hoc quoque intelligitur, cum dicitur, *Deo iuvante* : ut Græcis, *Σὺν Θεῷ*. Nam etsi quicquid non mali facimus, id sub, & cum Deo facimus ; tamen cum *iuvante* dicimus, si propria verbi vis attendatur, magis comitatum, quàm ductum signamus.

Nec Græci solum præpositionem addunt ; sed læpius & Latini. Ita Ennius :

— *Eoque volentibus cum magnis Dis.*

Cato de R. R. cap. xiv : *Circummagi cum Dis volentibus*. Livius lib. 1 : *Agite cum Dis bene iuvantibus*. Pluraque id genus apud Franciscum

Sanctium est videre. Ut in re tam aperta non debuerit Emundus Richerius, Theologus, & Cardinalitii Collegii apud Parisienses moderator, Sanctium propterea culpae, & acerbius quidem. Sic enim scribit: *Multa insuper alia adducit Sanctius, quae probare non possum, quia est nimis ostentator, & propagator eclipses: nullum enim ferme est genus loquendi, in quo vocis alicujus defectum non comminiscatur.* Equidem non ubique Sanctio accessero, uti nec ejus fere vestigiis insistenti Grosippo: sed tamen nihil certius, quam esse prope innumera, ubi brevitate studio ellipsin amemus: atque ut interdum eos fugerit ratio, non ea ellipsis ostentatio dici iccirco mereatur. Sanè ne nunc quidem Minerva Sanctiana in manus meas pervenit: Grosippiana non nisi, dum hoc opere praelum fereret. Iucundissimum autem fuit, videre non pauca me cum iis communia habere, quae ante annos xxx publicè docuissim, partim etiam ante edita Grosippiana libris in aliis jam divulgassim. Sed ad institutum redeamus.

Est etiam, cum IN potius intelligitur. Ut illo I EN.

— *Et afflictis melius confidere rebus.*

Scio, Servium interpretari, de afflictis rebus. Sed alterum sententia exigit. Vel dativus erit acquisitivus. Sed prius malim. Simile hoc Ciceronis ad Att. lib. XII, ep. XXIV: *Quod me in forum vocas, in vocas, unde etiam, bonis meis rebus, fugiebam: Vbi de nullum habeat locum. Nec causa est, cur aliter capiamus, quam illo Martialis lib. XII, ep. VI:*

Temporibusque malis, ausus es esse bonus.

Nam quid aliud, rebus afflictis, quam temporibus malis, vel tempore rerum afflictarum: hoc est, in tempore: ut diximus, cum de ablativis ageremus, qui speciem temporis significant, sive quibus responderetur ad quaestionem quando.

C A P V T L

De infinitivo. *Verum de structura ejus ante ceteros modos agi debeat. Infinitivi variant tempus; non genus, quod semper neutrum censetur: uti neque mutant terminationem; sed nominis apertis similes sunt. Quomodo enim casus eodem vocis exitu referunt: quod exemplis comprobatur. Servius refellit, qui negabat, posse jungi duos infinitivos sine praepositione. Apud Graecos adjectiva, quae peritiam significant, nunc genitivo, nunc accusativo sociari, ac utrumque fieri, nunc addis praepositione, nunc omisâ. Infinitivus casum pro dativo. Ad sedare, pro ad sedandum. In infinitivo omni dispendium, non cum casu addito contemnat, non cum regat: & an casum regat ex*

propria infinitivi indole, an communi verborum natura: quandoquidem verbum infinitivum eundem casum amat, quem finitum.

Nunc videamus de structura Infinitivi: in quo recedimus ab ordine Prisciani. Nam is, Apollonium secutus, ab Infinitivo orditur verbum, eò quòd modus is generalis sit, aded ut pro alio quovis modo accipi possit. Nos eorum potiùs vestigiis insistimus, qui doctrinam Infinitivi in ultimum rejiciunt locum: idque ob imperfectionem ejus. Neque enim nomini junctum absolvere sententiam possit: unde & unò ex superioribus modis semper indiget.

Magnà ex parte infinitivi habent nominum naturam: quod cum participiis habent commune. Sed ab his in duobus differunt. Primum quia participia casibus variantur, & si illa in NS exceperis, etiam genere. Infinitivi autem variantur quidem tempore, cum aliud sit *spectare*, aliud *spectavisse*: sed non variant genus, cum tantum sint generis neutrius. Cicero ad Att. lib. XIII, ep. XXVIII: *Quam turpis est assentatio, cum vivere ipsam turpe sit nobis.* Valer. Max. lib. VI: *Velle ac posse in equo positum erat.* Perlius sat. V:

Velle suum cuique est, nec voco virtutis uno.

Imò etiam cum circumloquimur infinitivi futurum activum per participium futuri temporis, & infinitivum esse vel fuisse; veteres, eò quòd infinitivi esset circumlocutio, haut aliter ac in vero infinitivo, terminationem participii invariata servabant. Ut, *Credo illos dicturum esse*, pro *dicturos*. Quàm rem pluribus probatum ibamus lib. III de Analogia cap. XVI. De supinis mitto, quia hæc quidem invariata manent (uti & tempora infinitivi, quæ per ea circumloquimur) verum non participia sunt, ut ad adjectiva pertineant: sed verè sunt substantiva; uti ostensum ejusdem libri cap. XII: ac deinceps iterum de eo se offeret agendi locus.

Alterum infinitivorum discrimen à participiis est, quòd hæc casum variant; illa sint quasi nomina *à Nominativo*. Itaque invariata cujusvis casus vicem sustinent: idque tam in Conventientia, quàm in Regimine. Quòd enim ad convenientiam, infinitivus in ea nunc pro nominativo est, nunc pro accusativo: nec id duntaxat à fronte, sed etiam à tergo. Vtrimque pro nominativo est in illo Terentii Adelphis act. I, sc. II:

— *Nam ambos curare, propemodum*

Reposcere illum est, quem dedisti. —

Pro, *Curatio amborum propemodum est alterius repetitio.* Accusativus utrimque erit hoc pacto: *Censeo, curare ambos propemodum esse reposcere*

fff 2.

al-

alterum. Nec vitiosum credas, propterea quòd Servius putet, malè duos conjungi infinitivos. Nam eum refellit hoc Lucretii lib. 1:

— *Videndum est,*

Ne contra hæc per se cogant nos esse fieri.

Et aliquot versibus pòst:

Esi difficile esse videtur credere, quicquam

In rebus solido reperiri corpore posse.

Terentii est Andriæ act. III, sc. II:

Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi,

Date: mox ego huc revertar.

Cæsar lib. 1 de bello Gallico: *Siquid ille à se velit, illum ad se venire oportere*. Et sexcenta sunt apud Ciceronem, Livium, alios; ubi duo jungantur infinitivi, nunc convenientiæ, nunc regiminis structurâ.

Sed redeo ad id, quod dixeram, infinitivos omnium casuum vicem supplere. De nominativo, (uti & de accusativo Convenientiæ) dictum satis.

Genitivi loco ponitur illo Maronis in Eclogis:

— *Solis cantare periti*

Arcades.

Pro cantandi, vel cantus.

Perfius sat. 11:

— *Vtentes oculos inhibere perita.*

Pro inhibendi, vel inhibitionis. Sic *peritus belligerare, vel militare*: quod Ciceroni orat. pro Fontejo: *Peritissimus homo belligerandi*. Item in Pisonianâ: *Rei militaris peritus*. Apud Tacitum quoque est in vita Agricolæ: *Peritus obsequi, eruditusque milia honestis miscere*. Pro, *peritus obsequendi, vel, obsequii*. Sed posterior infinitivus potius est pro accusativo: *eruditus miscere, pro ad miscere*, de quo dictum cap. xli. Imò etiam, quod minus videatur, priorem infinitivum per accusativum possis exponere: q. d. *periti quod ad obsequi, sive obsequium*: similiterque in aliis, *periti ad cantare, vel inhibere*, hoc est, *cantum, vel inhibitionem*. Sane Græci verba facultatem significantia, nunc genitivo, nunc accusativo jungunt. Genitivus est illo Nazianzeni: *Σοφοὶ ἔ παραπύση*. *Periti malefaciendi*. Vbi præpositionem addit Plato. Cujus est: *Περὶ τῶν ποικίλων σοφῶς*. *Talium rerum, sive in talibus, callidus*. Accusativum usurpat Xenophon. Vt, *Ἀγαθοὶ τῶν πολεμικῶν*. q. d. *boni, vel idonei bellica, pro ad bellica*. Quomodo Græcis *ἄ,* vel *προς*, desideratur. Quorum posterius suppletur illo Plutarchi: *Ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον*. *boni, sive apti ad bellum*. Ac similiter Herodianus: *Σοφῶς πρὸς ἀπικυλίαν*. *callidus ad insidias struendas*.

Etiam infinitivus pro dativo sæpius est Græcis. Vt senario istoc:

Φιλῶν ἀκαίρως Ἴσων ἐστὶ τῶ μισθῶν.

Pro,

Pro, τῷ μίῳ. Quasi diceret ad verbum, metróque servato :

Amare non in tempore est odisse par.

Pro, *par*, vel *æquale odio*. Diodorus lib. iv, ubi agit de Theseo & Ariadne, ait parentem Thesei, Ægeum, mœrore, ac ἔχουσίῳ τῷ ζῆν, dedisse se de tecto præcipitem : ubi τῷ ζῆν ἔχουσίῳ, valet, *offensus ipsi vivere*, pro *vixæ*. Nec fortasse Latini hunc nesciunt sermonem. Nam non pauca eorum, quæ per accusativum exponimus, etiam dativo licet interpretari : ut mox liquebit.

Pro accusativo est in illo Ovidii lib. i de Arte :

Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.

Pro, *ad regi*, hoc est, ut regatur. Sed possis & dativo interpretari ; quomodo dicimus, *apta studius*, &, *ad studia*. Similiter igitur, *apta regi*, sit, *apta ad regi*, seu *apta ad regimen* : vel etiam, *apta regimini*, sive *rektioni*. Sed nomen non caret ambiguitate, quæ abest ab infinitivo. Nam aliud, *apta regere* ; aliud, *apta regi*. Quod si pro altero horum verbale, seu hoc, seu illo casu, reposueris : incertum est, utrùm parum idoneus aliquis dicatur, ut regat, an ut regatur. Vtroque etiam casu possis exponere illud Statii Papinii lib. ii Sylv.

— *Optimus idem*

Condere divitias, opibusque immiscere lucem.

Nam possis interpretari, *optimus ad condere*, vel *condendas divitias* : atque item, *condendo divitias*, dandi casu : q. d. *conditioni*, vel *conditus divitias*, sive *divitiarum*. Sed in his quidem eo casu quisque accipiat infinitivum, quo volet. At absque dubio pro accusativo est in illis, *Iti videre*; &, *Pudet dixisse*; pro, *ad*, vel *ob videre*; &, *ob dixisse*. Nec ignotum antiquis, jungere præpositionem infinitivo, si Lucretius sic locutus lib. v :

*Ad * sedare sitim fluvii fontesque vocabant.*

* Vbi *vulgo*, etiam in *optimi membranis nostris*. At *sedare*.

Quomodo apud Macrobius is locus legitur lib. vi Saturn. cap. i.

Vocativi vicem supplet infinitivus in isto : *O vivere nostrum, ut non sentientibus effinis !* Pro, *ô vita nostra*.

Denique ablativi vim habet in illo : *Dignus amari, vel puniri* : pro, *dignus amore*, vel *pœnâ*, vel *punitione*. De quo itidem paullo post plenius.

Atque ista ostendunt, quantum recedant infinitivi à participiis : item ut infinitivi quemvis nominis casum referant, sed eâdem terminatione. Qui hoc non attendunt, quia infinitivus, quod ad exitum similiter se habet, confundere solent ejus convenientiam, & regimen; nec vel in hoc, vel in illo satis vident, pro quo casu infinitivus ponatur : nec distinguunt casum, quæm habet ex propria naturâ infinitivi, quemque possidet ex communi verborum natura. Quæ plurimum differre, exemplo planius faciam.

* In orat.
Eulhemio,
sive Eulhy-
monii Cymai.

Curtii est libro v * : *Quid mirum est, fortunatos semper parem querere?* Pronunciatum igitur est tale : *Fortunatos semper querere parem, non est mirum.* Hic *querere*, vel potius tota oratio, *fortunatos querere parem*, ponitur loco nominativi, ac convenit cum verbo substantivo, & nominativo *mirum*, quem verbum habet à tergo. Hæc structura pertinet ad illum canona : Infinitivus, vel tota etiam oratio, loco nominativi posita, convenit cum verbo. De quo dictum cap. xviii. Præterea *querere* convenit cum accusativo *fortunatos*, quem habet à fronte. Et refertur ad canona istum : Infinitivus ante se habet nominativum, qui resolvitur per *quod*, vel *ut*. De quo dictum cap. xx. Vtraque hæc consideratio ad convenientiam pertinet : tertia non item, quatenus *querere* convenit cum *parem*. Illa enim structura subjicitur canoni isti : Omne verbum activæ significationis, seu finitum illud sit, seu infinitum, regit accusativum, notantem quid agens efficiat, vel circa quid actio versetur. Deque eo actum nobis cap. xxi. Ergo infinitivus *querere* habet accusativum *fortunatos*, ex natura sua : hoc est quatenus est infinitivus. Nam si ex infinitivo feceris verbum finitum, pro accusativo ponetur nominativus, hoc pacto : *Non mirum est, quod fortunati semper querant parem.* At alterum accusativum, *parem*, quem à tergo obtinet, regit non particulatim, ex infinitivi natura : sed universè ex natura verbi : quia etiam finitum verbum hunc exigit casum, cum dicitur, *Fortunatis querunt parem.*

Nimirum, quæcunque fusè aded profecuti sumus de verâ falsaque rectione casus à verbo : ea non solum habent locum in verbo finito, sed etiam infinito. Nam ut dicimus, *calu patrio, pecus est Melibæi; magni estimo; accuso furti; misereor tui; nutritur Romæ; recordor patriæ; ego auxilii* : ita eodem casu dicitur, *pecus esse Melibæi; magni estimare; accusare furti; & ita porro. Ut in dandi casu, dono alteri; narrat furdo; est mihi curæ* : sic quoque, *donare alteri; narrare alteri; esse mihi curæ.* Ut in accusativo, *amas literas; vivo vitam; eo Romam; egredior urbem; obliviscitur nomen; vixit triennium; patet tres ulnas* : sic *amare literas; vivere vitam; similiterque in cæteris. Ut denique in casu auferendi, rediit Romam; præstat humanitate; vendidit asse; fungor officio; nocte vigilat; abest mille passibus* : sic *redire Romam; præstare humanitate; & pariter in aliis. Quare non est expectandum, ut hoc loco expendamus, quos casus regat verbum infinitum. Hoc enim sit actum agere, quæ a pertinet ad communem Verborum structuram, de qua copiosè egimus. Sed videndum est potius, unde regatur verbum infinitum.*

CAPVT LI.

Infinitivus pro genitivo positus, ac rectus à nomine. Est videre, & similia, dicitur à τῆς ἰδέειν nominis facultas. Quibus modis cognoscatur, num infinitivus, accusativi vicem supplens, verè à verbo regatur, casum istiusmodi exigente; an potius à præpositione suppressâ. Habeo dicere, & similia, etiam efferi per gerundium in dum: & iam infinitivum, quam gerundium, esse pro accusativo recto à verbo habeo. Verbo finito sæpe additur infinitivus rectus à præpositione ob, vel propter. Ac similem ellipsin habere locum, cum post nomen adjectivum, quod voluntatem, aut facultatem noceat, ponitur infinitivus: qui interdum etiam est formæ passivæ. Nec solum in infinitivorum hac structura omitti præpositionem, quæ accusativum adiscat; sed etiam quæ exigat ablativum. Etiam ipsum infinitivum τῆς ἰδέειν suppressi: ac interdum quidem brevitatis gratiâ, quia facile sit eum τὸν ἰδέειν supplere; interdum verò propter honestatem.

Regitur infinitivus vel à nomine, vel à verbo, vel à præpositione. A nomine si dependeat, vicem obtinet genitivi. Estque is casus nunc nominis substantivi, nunc adjectivi.

Sed rariùs adjectivi. Tale est, *Cupidus scire, pro sciendi.* Atque ita Staius quoque III Thebaidos:

— *Avidi promittere bellum.*

Pro, *promittendi, vel, promissionis.* Sic, *Memor venire, pro veniendi.* Cui simile hoc ejusdem poetæ II Sylv. in Plittacum Melioris:

Auditaque memor penitus demittere voces.

Pro, *demittendi.* Et III Thebaidos:

— *Imperique haus flectere molem*

Nescius. Pro, *Haut nescius flectendi molem.* Maronis quoque, & Persii locum similem adduximus cap. superiori.

Ex substantivis vix aliud frequentiùs occurrit in hac structura, quàm *tempus.* Ita Cicero in Topicis: *Sed jam tempus est ad id, quod institutumus, accedere. Tempus accedere, pro, accedendi, sive accessus.* Et lib. II de Oratore: *Tempus esset jam de ordine argumentorum aliquid dicere.* Livius lib. I: *Tempus est majora conari.* Et lib. XXIII: *Tempus esse, aut pacem componi, aut bellum noviter geri.* Parque ratio in aliquot aliis substantivis. Plautus Capt. act. II, sc. III:

— *Nunc adest occasio*

Benefacta cumulare. —

Pro, *cumulandi, vel cumulationis.* Cæsar lib. VII de bello Gallico: *Consilium cepit, omnem ab se equitatum noctu demittere. Consilium demittere, pro demis-*

dimittendi, vel dimissionis. Sallustius in Jugurth. Nisi forte, quem perniciosam libido tenet potentiae paucorum decus atque libertatem gratificari suam.

Interdum nomen substantivum intelligitur. Ut cum est exponi solet licet. Sic Virgilium, & Livium, loqui, vidimus cap. XIX. Ac similiter Horat. lib. I, sat. II :

*Alicui nil obstae Cois tibi : penè videre est,
Ut nudam.*

Pro, potestas est videndi, sive visus. Ibidem :

*Desine matronas scitariæ, unde laboris
Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere fructus.*

Ovid. III Met.

— *Liceat, quod tangere non est,*

Adspicere.

Et sæpe alibi, maximè poetas. Quos imitari gaudet Gellius. Ejus jam locum unum superius * attulimus. Similiter autem lib. III, cap. I : *Multos videre est pecunie cupidus.* Et lib. VII, cap. III : *Praeterea animadvertere est in tota ista Catonis oratione.* Item lib. XIII, cap. XI : *Vina quoque dulciora est invenire in Comædiis antiquioribus hoc nomine appellata, diætaque esse ea Liberi bellaria.*

Hæc de infinitivis à nomine rectis, ac positis loco gerundii in di, vel nominis substantivi in casu genitivo.

Nunc aperiã, unde cognosci possit, num infinitivus regatur à verbo, an à præpositione. Primùm ita statuimus, dependère à verbo, quoties oratio resolvenda est per quod, non illud causale, sed alterum, narrationi simpliciter inserviens. Exempli gratiã : *Scriptis se cupere hanc rem.* Hoc per nominativum, & particulam quod, sic resolvas : *Scriptis, quod cuperet hanc rem.* Quomodo loquitur Tullius ad Att. lib. X, ep. IV : *Cum scripisset, quod cuperet me ad urbem venire.* Cum igitur dicatur, *Scriptis se cupere : cupere* regitur à verbo *scripsit*, & pro accusativo censetur : quasi dixisset, *Perscripsit hanc cupidinem* sive *cupiditatem*, aut potius *voluntatem suam*. Sic in illo Terentii Heaut. act. III, sc. I :

Id ut maturent facere.

Et apud Plancum ad Cic. lib. X, epist. XXI : *Ut maturent venire.* Item hoc Sallustii : *Antonius Catilinam cum exercitum persequi matura.* Quibus locis, *facere id*, valet, *opus id : venire idem*, ac *adventum : persequi idem*, ac *persecutionem*. Ut satis liqueat, infinitivos vicem obtinere accusativorum. Imprimis autem infinitivum amamus, si accusativus non sit in usu. Ut in exemplo allato, *Maturent facere*. Nam factum, etsi origine respondeat, consuetudine tamen aliud notat. Sin accusativus eadem significatione obtineat, nunc hic, nunc infinitivus, promiscuè usurpatur. Ut, *Maturent fugere : & Maturent fugam* : quod apud Ma-

Ma-

Maronem et Æn. *Fugere* igitur hic pro accusativo est, nec minus à verbo regitur, quàm verus accusativus. Similia sunt, *Disce filere*; &, *Disce silentium*: *Cupio ludere*, & *Cupio lusum*. Vti & aliàs, si eadem sit significatio: ut, *Da bibere*, &, *Da potum*.

Ad hujusmodi structuram etiam refer, quando *habeo* sumi putatur pro *possim*, vel *scio*: ut Græcis ἔχω, pro δύναμαι, præsertim post infinitivos λέγειν, vel εἶπεν. Sanè Cicero similiter pro Roscio Amerino, pro Cornelio Balbo, in Academ. quæst. & alibi, *Habeo dicere*. Vt ad Att. lib. xv: *De Rep. nihil habui ad te scribere*. Et lib. i ad Lent. ep. i: *De causa regia tantum habeo polliceri*. De Nat. Deor. *Hæc fere objicere habui*. Livius lib. xlii: *Illud infirmare pro certo habeo, audeoque*. Sed qui structuram hanc sciunt, fere tamen causam locutionis ignorant. Eam igitur adferamus. *Habeo* in hujusmodi locis non valet *possim*; sed propriam *habendi* vim retinet: & si vocem aliam pro *est* reponere voles; interdum *debeo* magis conveniat, quàm *possim*. Vt apud Ciceronem in Oratore: *Audire habeo, quid hic sentiat*. Et Messallæ, sive Augusti illo apud Suetonium*: *Quid habeo aliud Deos immortales precari, quàm ut hunc consensum vestrum ad ultimum vite finem mihi perferre liceat?* Hic contendimus infinitivum poni pro gerundio in D V M; quod est accusativi casus. *Habeo audire*, vel *precari*, pro *habeo audiendum*, vel *precandum*: id est, *quod audiam*, *quod precer*: ubi clarè accusativus relucet. Quid multis opus? cùm videamus, veteres quandoque hinc pro infinitivo uti gerundio. Ita enim castissimæ Latinitatis scriptor Columella lib. v, cap. v: *Eatenus habemus præcipiendum, ut intelligant agricolæ*. Ac similiter loquitur lib. i i, cap. ix. Quod usitatius, *Habeo præcipere*. At sanè non hoc vult, *Possim præcipere*: sed potiùs sententia est, *Præcipiendum mihi illud*, vel, *Convenit me hoc præcipere*. Similis ratio in hoc Plinii lib. κ, cap. lv: *Iulia Augusta, primâ suâ juveniâ Tiberio Casare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usâ est puellari augurio: ovum in sinu fovendo, atque, cum deponendum haberet, nutrice per sinum tradendo*. Vbi, *deponendum haberet*, idem ac, *deponere haberet*, sive, *cum necesse haberet deponere*: non autem, *cum posset deponere*. Etiam Tacito similiter, *tolerandum habeo*, idem ac *tolerare habeo*. Sic enim ille lib. iv Annal. *Posse Livium statuere, nubendum post Drusum, an in penatibus usdem tolerandum haberet*. Interpretantur hoc, *tolerare posset*. Sed malim, *tolerare deberet*, vel *tolerare convenientius putaret*. Idem, vel alius potiùs, in elegantissimo dialogo de causis corruptæ eloquentiæ: *Cum in aliquam irvidiam, aut crimen, vocati suâ voce respondendum haberent*. Quod aliter dixeris, *Cum vocati respondere haberent*; vel, *cum respondendum vocatis esset*. Vbi officii itidem, non facultatis, significatio. Paulò post quoque pro

* in Aug.
cap. 58.

illo, quod Cicero toties, *habeo dicere, ille, dicendum habeo. Nam, inquit, multum interest, utrum de furto, aut formulâ, & interdicto, dicendum habeat. Quid apertius inde, quàm dicere, & dicendum, pro eodem sumi? eoque dicere, valere, quod dicas; h. e. quod dicere debeas, vel cupias.*

A præpositione contrâ regitur infinitivus, cùm resolvitur oratio per quod causale, sive, *quia, vel quoniam.* Ut illo Ciceronis ad Att. lib. IX, ep. VI: *Probari, quæ fecerimus, valde gaudeo, si est nunc ullus gaudendi locus.* Vbi probari gaudeo, valet, *gaudeo, quod probentur*: hoc est, *quia probentur.* Ut hic sit ellipsis præpositionis *ob*, vel *propter.* Suppleas igitur hoc modo: *Gaudeo ob probari*: hoc est, *propter probationem.* Sic, *gaudeo venisse*, valet, *gaudeo quod sive quia veneris.* Ut integrè sit, *gaudeo ob venisse, sive ἀρχαίως, ob venium.* Quomodo Plautus, sed sine præpositione, Cistellariâ act. I, sc. I:

*Quod ille duxit, qui secundo vento vectus est,
Tranquillo mari, Venium gaudeo castor ad te:
Ita hodie hic acceptæ sumus suaribus modis.*

Pro, *ob venium, sive, ob venisse.* Similiter illo Maronis Ecl. III:

— *Nam me discedere flevit.*

Vbi sententia est, quod, vel *quia discederem.* Citra ellipsin igitur erit, *ob discedere*; quod idem ac, *propter discessum.* Item illo Nasonis lib. I Trist. el. VIII:

— *Totâ tibi mense, mitique,
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.*

Gratulor non latuisse, hanc vim habet: *gratulor, quia non latuerit.* Non *latuisse* igitur ponitur loco accusativi recti ab *ob* sive *propter*: ut plene sit, *Gratulor ob non latuisse.*

Quod si infinitivus per *ut* resolvatur; nunc regitur à verbo, nunc à præpositione. A verbo, ut, *jussit venire*, quod resolvitur, *ut venirem*: non quod *venirem.* Ac, *venire*, vicem implet accusativi à verbo recti; quia, *jussit venire*, dicitur, ut, *jussit hanc rem.*

A præpositione autem regitur infinitivus, cùm jungitur verbis motum ad locum significantibus. Cujus rei exempla sunt aliquot apud veterem Scripturæ interpretem. In iis hoc*: *Non veni solvere legem, sed adimplere*: Pro, *ad solvere*, h. e. *ad solutionem*: *ad adimplere, sive adimplerionem.* Scio, nonnullos, more suo, propterea fugillare interpretem. Verùm cogitare debuerant, crebrò sic loqui optimos scriptores. Plautus Curcul. †

* Matt. 6. 5. v. 17.

† Act. I. sc. Placide egredere.

‡ Act. 2. sc. Mirum est me.

— *Parasitum mihi nudiusquartus Carianum*

Petere argentum, is hodie hic aderit.

Et Bacch. †

Senex in Ephesum hinc ibit aurum arcessere.

Hic nostra agetur etas in malacium modum.

Item

Item act. IV, sc. III : — *Militis*
Parasitus modo venerat aurum petere.
 Terentius Hec. act. I, sc. II : — *Nostra illico*
It visere ad eam. — Lucretius lib. IV :
Hunc igitur contra militam contendere causam.

Virgil. I Æn.
Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad litora vertere prædas.

Horat. lib. I, od. XXIII :
Atqui non ego te, tigris ut aspera,
Getulusve leo, frangere persequar.

Stattius IV Sylv. ad Marcellum :
Forssitan Ausonias ibis frenare cohortes,
Aut Rhemi populos.

Hicce omnibus locis infinitivus verbo additus, quod motum ad locum significet, non à verbo regitur, sed à præpositione omiffa. Ut integre sit, *Misi ad petere argentum* : hoc est, *ad petitionem argentum*. Nam verbalia olim verbi sui casum regebant, ut alibi * ostensum. Nunc genitivus est usitator. Similiter illud, *Persequar frangere te*, ponitur pro, *ad frangere te* : id est, *ad fractionem te*, hoc est, *tui*. * cap. 9.

Eadem est ellipsis, cum infinitivus subjicitur adjectivis, quæ voluntatem, aut facultatem significant. Ita Virgilium, atque Ovidium, loquentes audiimus †, cum de falso adjectivorum regimine ageremus. † cap. 12. Estque mos loquendi transmarinus. Nam, ut Maro ait ‡, *bonus calamos* ‡ Ecl. 5.
inflare, & bonus dicere versus : sic Eupolis Comicus :

Δαλεῖν ἀεισος, ἀδυνατώταλ ὅ λέγειν. Quasi dicas :

Loqui optimus, sed dicere idem pessimus.

Ac Epicharmus quoque similiter :
 Οὐ λέγειν θεῖος, ἀλλὰ σίγα ἢ ἀδυνατώ.

Prout legitur apud Gellium *, metro planè claudicante. Nempe, * lib. I, cap. 15.
 particulâ negante in primum locum restitutâ, legi debet, *θεῖος λέγειν*
 ἕκ. Latine utcunque sic expresseris :

Haut dicere aptus, ac tacere non potis. Vel, tacere est impotens.

Nulli verò Latinorum, quantum recolere memoriâ possum, familiarior is sermo, quàm Horatio : maximèque in Odis, ubi mirè gaudet Ελληνίζεν †. Sic lib. I, od. I :

Indocilis pauperiem pati.

Od. III : *Audax omnia perpeti.*

Od. X : *Callidum quicquid placuit jocosò*

Condere furto.

† Graciffare.

Od. XII: *Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.*

Ibid. — *Puerosque Ledæ,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem.*

Od. XV: — *Et celerem sequi, Ajacem.*

Ibid. *Præsens vel imo tollere de gradu Mortale corpus.*

Od. XXIV: *Non lenis precibus facta recludere.*

Od. XXIX: *Doctus sagittas condere Sericas.*

Od. XXXV: — *Amici Ferre jugum paxier dolosi.*

Od. XXXVII: — *Quodlibet impotens Sperare.*

Similia multa in cæteris odarum libris. Idemque lib. I, epist. XV:

— *Opprobria fingere scævus. Et ep. XX:*

Iraſci celerem, tamen ut placabilis essem.

Et epistolâ ad Pifones:

— *Amata relinquere pernix.*

Lib. I, sat. IV: — *Durus componere versus.*

Et, — *Scribendi ferre laborem.*

Et sat. IX: *Præsertim cantum dignos assumere. —*

Et X; — *Doctus cantare Casullum.*

Vbique his locis est accusativus à præpositione rectus. *Nobilis superare*, pro, *ad superare*, hoc est, *ad superandam*. *Celer irasci*, pro, *ad irasci*, sive *irascentium*. *Durus componere*, pro, *ad componere*, sive *ad componendum*. Similiter Propertius lib. II, el. X:

Si nos nunc inopes laudis conscendere culmen,

Pauperibus sacris vilis thura damus.

Perſius prologo: — *Ingenique largitor*

Venter, negatas artifex sequi voces.

Et sat. I: — *Nec ponere lucrum*

Artifices, nec rus sacrum laudare.

Atque alia alibi. Neque adjectivis solum additur infinitivus activus; sed etiam passivus. Ut apud Horatium in Arte:

Cerens in vitium flecti. — Et lib. I, od. XIX:

Et vultus nimium lubricus adſpici.

Seneca Herc. Fur.

Et saxa fluctu volvit Acheron irvius

Renavigari.

Ac Poëtis quidem frequens est ea ellipsis præpositionis in quibusvis adjectivis, quæ peritiam, curam, vel simile significant: in proſa verò imprimis obtinet, quando infinitivus jungitur cum adjectivo,

partim.

paratus. Cicero pro P. Quinctio : *Id quod parati sunt facere*. Idem Cato-
ni lib. xv, epist. iv : *Mitto, quod invidiam, quod pericula, quod omnes meas*
tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissi-
mus fueris. Quibus locis, *paratus facere*, valet *paratus ad facere* : *paratissi-*
mus subire, integrè fit, *paratissimus ad subire*. Hoc est, *ad faciendum, ad*
subeundum. Quomodo Cicero in Lælio ait, *Ad mentieundum paratus*.
Et lib. v ad Att. *Paratissimus ad hæc propulsandum*. Vbi potuerat Tul-
lius dicere, *Paratus mentiri* : *paratissimus hæc propulsare*.

Nec solum regitur infinitivus à præpositione, quæ accusativum
exigat, sed etiam, quæ ablativum. Ut in Eclogis :

Et cantare pares, & respondere parati.

Vbi quidem, *parati respondere*, integrè fuerit, *ad respondere*, hoc est,
ad respondendum, vel *ad responsionem* : sed *pares cantare*, citra ellipsin fit,
à cantare, hoc est, *à cantu*. Vel intellige *in* ; ut fit, *in cantare*, hoc est,
in cantando, sive *cantu* : quomodo Cicero in Lælio, *pares in amore* : &
pro Fontejo, *par in belligerando*. Quod si cum ajo, *dignus amare*, abla-
tivy regitur à præpositione intellectà, ut superius * diximus : *par* * cap. 14.
ratio erit, cum dicitur, *dignus amari* †. Quomodo & oratores loquan- † Virg. Eccl. 9.
tur. Ut auctor Invektivæ in Sallustium, Tullio tributæ : *Mihi putasti*
parare invidiam ex mea re familiari ; quæ multò mihi minor est, quam habere
dignus sim.

Quemadmodum autem reticeri solet præpositio, unde regitur infi-
nitivus : ita sæpe etiam infinitivus ipse desideratur. Quod bifariam fit.
Est enim cum antecessit, atque inde *verbo* repeti debet : est item
cum penitus præteritur, idque honestatis causâ. Prioris generis est,
Vi voles, age. Quod suppleas hoc pacto : *Age, ut voles agere*. Maxime au-
tem hoc fit post verbum *videtur*. Cicero lib. xii, epist. xxvii ad Att.
Velim aliquando, cum erit inusum commodum, Lentulum puerum visas : eique
de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Intelligitur, *attribuenda esse*.
Cæsar lib. iv de bello Gallico : *Ad hæc, quæ visum est, Cæsar respondit*.
Fufius eâ de re Budæus in Commentariis linguæ Græcæ.

Alterius generis est, cum infinitivus desideratur post *solere*. Quod
verbum de mœchis, vel scortis, dicitur absolutè, intellecto eo, quod
mœchi solent, aut mulieres cum alienis viris. Plautus Cistell. act. i, sc. i :

Quæ cum suis viris prædicant nos solere.

Putat, *consuescere*. Sic Pseud. act. iiii, sc. i :

Neque ego illud possim, quod possunt, qui solent.

Catullus carm. cxiv :

Consule Pompejo, primum duo, Cinna, solebant
Mæchi.

Putat *mœcharis*. In Aldinâ, & vulgatis, *sedebant* est, pro, *solebant*. Sed *solebant* est in veteri editione, quæ Regii Lepidi prodiit. Atque idem in membranâ, quibus usus, reperit Ios. Scaliger. *Confuescendi* verbum, vel aliquod inhonestius, reticebant honestatis causâ. Imò & in *confuescendi* verbo similiter est comparatum. Cicero: *Mulieres, quibuscum isse consuuerat*. Scilicet, *rem habere*. Quod etiam fecere post verbum *posse*. Vt in illo Horatii Epod. od, XII :

Inachiam ter nocte potes. —

Vbi, quid intelligitur, nihil attinet dicere.

Sæpe imprimis intelligitur *esse*, vel *feri*. Terentius: *Ne dicas tibi non prædictum*. Sc. *esse*. Ac possit sic interpretari hoc Maronis, *Promisi ultorem*. Supple me fore: Etiam hoc, *Bene, vel male mihi vult*. Puta *esse*, aut *feri*, vel etiam *factum*. Secundum illud Plauti Truculento: *Cui ego melius dictum, aut factum velim*.

Est etiam cum intelligitur dici. Vt, *Male audit*, puta, *sibi dici*. Nam *male* non cum *audit*, sed *dici* cohæret, contra quam fit, cum *furdastri* dicuntur *malè*, vel *parum* audire. Sic *Audit bonus*, vel *malus*, integre fuerit, *Audit se dici bonus*, vel *malus*: ut sit ἀγαθὸς μὲν.

C A P V T L I I.

De infinitivo præterito perfecto. Agræcius refellitur. Suetonii vetus lectio defensa. Memini à Tullio ipso jungi præterito perfecto. Nebrissensis error.

Nunc quia, quæ generatim de infinitivis dicenda erant, excusimus; speciatim agamus de præterito perfecto, & futuro.

Observant Grammatici, *Memini* etiam adsciscere infinitivum præteriti temporis. Qua de re ita Agræcius libro de Orthographia, & proprietate, ac differentiis sermonis: *Memini me facere, dicere debemus, non, Memini me fecisse. Nam, Memini, sermo est totus præteritis temporis, qui antea etiam rem in præsens revocat: Et, si dixeris, Memini me fecisse, duo præterita simul jungis. Cicero*: Memini Pamphilum Lilybætanum mihi narrare solitum †. Idem infra: Respondi Metello, ut debui: etiam illud memini me dicere. Terentius ‡:*

Ego illam vidi. Virginem formâ bonâ

Memini videre. Virgilius:*

Cantando puerum memini me condere soles.

Idem †: Memini — Auruncos ita ferre senes. Et multis præterea locis. Neque invenitur, ubi ab aliis magnis auctoribus Memini poscitur fit, ut non addant aut ESS E, aut aliquis talis sermo, qui præsens tempus restituat: nisi uno loco, Et quasi hoc mirabile:

* Lib. 4 in Verrem.

† Solitum deest in codd. Cicero: Et magis Agræcio aduersatur: equo tollendum.

‡ And. all.

2. sc. 5.

* Ecl. 9.

† En. 7.

Namque

Namque sub Oebalia memini me turribus alciis
Corycium vidisse senem.*

* 4 Georg.

Quod Poëtae pro necessitate metri licuit usurpare. Haecenus Agrocæcius : qui lusorius potius , quàm decretorius , pugnare mihi armis videtur. Quale enim hoc , quod duo negat præterita conjungi ? quasi non dicatur ; *credidi fecisse, venisse scripsit, intellexi obiisse.* Imò Suetonii quoque est in Augusto cap. 100: *Nec defuit vir prætorius, qui se effugiem cremati euntem in calum vidisse jurasset.* Pro , *juraret.* Quod & Cataubonus malit hoc loco ; magis tamen *jurasset.* Sed locus non eget medicinâ. Et *jurasset* non tam Suetonio conveniret , quàm Ennio , vel Plauto : ut liquet ex iis , quæ dicebamus lib. 111 de Analogia cap. xv. Atque hoc primum Agrocæcii erratum. Accedit , quòd nec *memini* penitus præteritum est : quia etsi sit ab antiquo præsentis *meno*, unde & *meniscor*, ac compositum *reminiscor* : tamen naturam induit præsentis , quia significat, *in memoria habeo* : eaque ratio est , cur *meno*, & *meniscor*, obsoleverint : ut quibus carere possent , quia *memini* eandem , ab illa , vim haberet. Præterea nec illud attendit, quòd utcunque dicas, *memini videre* ; sic quoque præteritum adsciscet ; sed imperfectum : cujus vox Latinis, & Græcis, extra indicativum eadem est, ac præsentis. Sanè , *memini me videre*, non resolves, *memini, quòd video* : sed, *memini, quòd videbam.* Denique nec Agrocæcius meminerat , locutum ita , non Virgillum solum , sed etiam Marcum Ciceronem. Ut pro Roscio Amerino : *Meministi, me ita distribuisse initio causam.* Ad Att. lib. 1, ep. vi : *Tibi me permisisse memini.* Pro Cornelio Balbo : *Quòd quidem nuper in columnâ æneâ meminimus post Rostra incisum, & perscriptum fuisse.*

Nec *memini* solum , sed alia etiam verba , adsciscunt præteritum perfectum pro præsentis. Virgil. vi Æn.

— *Magnum si pectore posses*

Excussisse Deum.

Vbi ita Servius : *Excussisse, pro excutere ; tempus pro tempore. Est autem Attica figura, quâ nos uti non convenit, ut αὐτὸς ἐπιπύσσεται ponatur ἀντὶ ἐνέσσειται : ut ἡεῖψαι. pro ἡεῖφεν.* Hac licentiâ utuntur Poëtae. Sic quoque Horat. lib. 1, od. 1 :

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum

Collegisse iuvas. Et lib. 111, od. 1v :

Fratresque tendentes opacum

Pelson imposuisse Olympo.

Eodemque modo loquitur idem lib. 1, sat. x : Ovid. 1 de Ponto, el. viii : Perf. sat. 1 †, & 1v † : Statius 1 Theb. * Sed quod solos sic Poëtas loqui credit Servius , id non omnino verum est. Nam

M. Se-

† vers. 105,
& 246.
‡ vers. 348.
* vers. 171.

M. Seneca, philosophi pater, præfat. Controversi. ait: *Intra coloniam meam me continui: alioquin potuissem eum audisse in illo atriolo, in quo duos grandes prætexitatos ait secum declamare solios.* Et Gellius lib. III, cap. III: *Vel unus, hercle, hic versus, Plauti esse hanc fabulam, satis potest fides fecisse.* Et lib. X, cap. III: *Caleni, ubi id audiverunt, edixerunt, nequis in balneo lavisse vellet, cum Magistratus Rom. ibi esset.*

Præterita vocis passivæ sæpe ponuntur sine verbo substantivo. Terentius Heautont. act. I, sc. II:

— *Veni erat, mansum tamen oportuit.*

Vbi ajunt, *mansum* poni pro *manere*. Sed fumitur pro *mansum esse*. Nempe à *manetur*; unde *mansum est*, &, *mansum esse*.

Futura infinitivi passivi habere post se ablativum cum præpositione, vel illud Ciceronis lib. XV ad Att. fidem facere possit: *Britum, ut scribis, visum iri à me puto.* Quare valde fallitur Nebrissenis, cum, in commentariis suis, dici posse negat, *Spero me amatum iri à Deo*: quia, ut inquit, *amatum iri* sit impersonale, & actionem notet: quod mirum excidisse viro tam erudito.

C A P V T L I I I .

Gerunda *rectius*, vel gerundiva, dici, quàm gerundia. Infinitivum pro gerundio, non item gerundium poni pro infinitivo. Per ellipsin veterum desiderari nomen substantivum, unde regitur gerundium in di. Gerundia omnem habere casum, præter vocativum. Gerundia in di cum genitivo plurali. An gerundia passivè accepta passivorum more admittant ablativum cum præpositione à, vel ab. Saturnius notatus. Gerundia in dum cum accusativo patiente, præcipuè cum adest præpositio. Gerundia in do cum verbo manu. Valle lapsus. In omnibus gerundiis, cum natura à suâ sint adjectiva, necessario intelligi aliquod substantivum, vel quod vicem obeat substantivo: id vero esse verbum infinitum: Ac casum gerundiis additum, sive is genitivus sit, sive accusativus, non à gerundio regi, sed à suppresso infinitivo.

AB infinitivo venio ad gerundia, ut ea contra ἀναλογία vulgò appellantur. Libro tertio de Analog. cap. IX dicebamus, rectius vocari gerunda. Nimirum quia illis significatur aliquid gerundium, hoc est, agendum, faciendumve. Quomodo Cicero in I de Off. ait: *Ad rem autem gerendam qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quàm res illa honesta sit; sed etiam, an habeat efficiendi facultatem.* Possimus &, cum veterum aliquibus, gerundiva nuncupare. Nam à gerundo formare licet gerundium; ut à verbo infinito dicimus, infinitivum. Similéque à demonstrans, demonstrativus, apud Ciceronem primo de Inventione. Item ab *horrans*, hor-

rans,

raivus, apud Fabium. Vt frustra sit Perionius *, cùm adjectiva, in *ivus* * in I Erb. *Nicom.* cap. 2.
 exeuntia, habet pro minùs Latinis. Nos tamen, ne videamur in lente,
 quod dicitur, unguentum quærere, veterem gerundii appellationem
 nunc quoque retinebimus.

Etiam libro III ostendebamus, gerundia non esse verba; sed partici-
 picipia, vel potiùs nomina: unde aliquis existimet, de iis, antequam
 ad Verborum structuram accederem, agi debuisse. Sed enim quis
 ignorat, vulgò, idque etiam veterum exemplo, subjici Verbo? Qua-
 re nec hac parte ab ordine recedam vulgario: idque eo minùs, quia
 negare non possumus, magnam esse convenientiam verbi infiniti, &
 gerundii: usque adeò ut pro gerundio etiam infinitivo utamur. Ita
 enim MARO III Georg.

Et jam tempus equum fumantia solvere colla.

Vbi *solvere*, pro *solvendi*, vel *solutionis*, dixit. Ac similiter Ciceronem,
 Cæsarem, Sallustium, Livium, locutos, superiùs † vidimus. Falli ta- † cap. 49.
 men censeo, cùm ajunt, similiter gerundium poni pro infinitivo. Ad-
 ducunt è Cicerone ad Terentiam: *Cum haberem in animo navigandi.*
 Sed Linacro ‡ malim adferri, qui integrè ait esse, *voluntatem* vel *pro-* ‡ lib. 6.
positum navigandi. Ac similis ellipsis est in illo Taciti in xv Annal. *Vo-*
logesi vetus, & *penitus infixum erat*, *arma Romana vitandi.* Nec insolens
 est, ut in gerundii ejusmodi structura omittatur nomen substantivum.
 Quippe Terentii est Adelph. act. II, sc. IV:

Ah, vereor coram in os te laudare amplius,

Ne id assentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere existimes.

Vt enim Græcis sæpe *χαρίτιν*, vel *ἔνεκα*: ita hic *caussa* intelligitur:
 quod & monitum Donato.

Illud etiam inter infinitivum, & gerundium, discriminis est, quòd
 infinitivi non variantur, sed sunt quali nomina ἀπλόα: nec temere ali-
 ter reperiuntur, quàm loco recti, vel accusativi: ut, *Scire tuum nihil est,*
 & *Tuum scire esse nihil.* Gerundia autem variantur quovis casu, nisi
 quòd vocativo carent. Vt, *Dicendum est*, *dicendi causa*, *dicendo apta*,
ad dicendum, & *dicendo consequi.* In recto ait Horatius *, *Nunc est bibendum.* * lib. I.
 Quod simile est, ac si dicas, *neesse* vel *conveniens nunc est bibere.* od. 37.
 Nam si gerundia in *dum*, necessitatem, ut Grammatici ajunt, significant: quid
 impedit, quo minùs ea per hoc nomen *neesse*, aut simile, resolvamus?
 Nec de obliquo est obscurius. Nam, ut dicitur, *cupidus rediurus*; sic
 Terentius †, *Cupidus redeundi.* Et, ut, *habile confusionsi*; sic Plinius ‡, † Hec. aff.
Rubens (ferrum) *non est habile tundendo.* Similiaque; *aprus ad studia*, ‡ lib. 1.
 & *aprus ad studendum*; *in judicio*, & *in judicando.* Quæ pluribus fir- ‡ lib. 34.
 mavimus lib. III de Analogia, cap. IX, & X. Atque ex his liquet,
 u u u ge-

gerundia habere ante se nomina, verba, & præpositiones, more aliorum nominum; eoque paucis illa potuisse Grammaticos complecti, unde quatuor, pluriumve canonum, struem confecerunt.

Gerundium in DI, loco casus, quem verbum regit, interdum adsciscit genitivum. Plautus Captivis act. IV, sc. I:

Nominandi tibi istorum magis erit, quam edendi copia.

Terent. prologo Heaut.

— *Dare crescendi copiam,*

Novarum qui spectandi faciunt copiam.

Cicero de Univerf. *Reliquorum sidærum quæ causis collocandi fuerit.* Idem Philipp. *Agitur, utrum M. Antonio facultas detur agrorum suis latronibus condonandi.* Varro lib. II de R. R. cap. I: *Aliquid fuit principium generandi animalium.* Gellius lib. V, cap. X: *Enatibus adolescens dives, eloquentie, causarumque orandi cupiens fuit.* Ac imprimis id in pronominiibus contingit. Cic. II de Divinat. *Doleo tantam Stoicos nostros Epicureis rividendi sui facultatem dedisse.* Cæsar III de bello Gall. *Neque sui colligendi hostibus facultatem relinquunt.* Quomodo idem & alibi sæpius loquitur. Livius lib. XXI: *Non vereor, nequis me hoc vestri adhortandi causa, magnifice loqui existimet.* Video esse, quibus placeat, quia gerundia sint numeri singuli, eò intelligi infinitivum *ἰσθδωαμῦν* & nomini substantivo. Itaque, secundum eos, *copia nominandi istorum*, integrè fit, nominandi nominare, h. e. nomina, istorum. *Copia spectandi novarum*, fuerit integrè *spectandi spectare*, sive *spectationem novarum*. Mihi magis placet, quia gerundia sunt utriusque numeri, & ut dicimus *copia istorum*, & *copia nominandi*: ita & junctim dici *copia nominandi istorum*, pro *copia istorum nominandorum*. Sic *copia spectandi novarum*, valet *comediarum novarum spectandum*.

Censet Saturnius, gerundia in DVM, cum passivè capiuntur, passivorum more, admittere ablativum cum præpositione. Ut si dicas, *inter docendum à præceptore*. Atque hoc loquendi genus unico defendit Agellii loco, ac cui vix similem reperiri putet in lingua Latinâ. Is est lib. I, cap. XII: *Amata inter capiendum à pontifice max. appellatur.* Nam præpositionem cum gerundio, non cum verbo, conjungi, eo probat; quòd ibidem legere sit, *Ita te, Amata, capio*. Sed profectò, quàm invalidum hoc sit argumentum, vident omnes.

Gerundium in dum negant accusativum patientem recipere, præterquam apud solos poëtas, imprimis Lucretium. At locutus hoc pacto Varro, cum alibi, tum lib. VI de L. L. *Subulo dicitur, quòd in dicunt tibicines Tusci.* Quocirca radices ejus in Etruria, non Latio, querendum est. Est & Tertulliani lib. de pallio cap. III: *Multi dicendum*

fuit:

fuit : πολλα εἰρηλέον. Et cap. IV : *Physconem, & Sardanapalium, tacendum est.* In ejusmodi locis gerundium naturam habet participii in casu recto. Neque ignorat hoc loquendi genus Tullius. Vt in Catone Maggiore : *Tanquam longam aliquam viam confeceris, quam nobis quoque ingrediendum sit.* Et eodem in libro malit è veteri codice Obertus Giffanius *, *Optandum putavi libidinem.* Vbi gerundium vim haberet accusativi. Citant & similes locos è Ciceronis lib. XIV ad Att. & III Tusc. Livii lib. VII belli Maced. Macrobbii lib. III Sat. cap. VII. Sed ii omnes depravatè citantur : cujusmodi locis paginas implere animus non est.

* indicio Lucretiano in gerundio.

Imprimis autem gerundium in *dum* accusativum hujusmodi habet, cum adest præpositio. Plinius lib. VII, cap. XL : *Vana mortalitas, & ad circumscribendum se ipsam ingeniosa.*

Idem dictum velim de gerundiis in *do*. Varro de re R. lib. III, cap. IX : *In supponendo ova observant, ut sint imparia.* Cic. III Tusc. *Quod verbum* (invidia) *dictum est ab niviis insuendo fortunam alterius.* Gell. lib. XVIII, cap. XV : *Æque magnam vim haberent in efficiendo versum.* Adferunt & alia loca plurimi : sed quæ ferè omnia aliter legantur in optimæ notæ codicibus.

Gerundia hæc in *do*, si Vallam audimus, conjungi nequeunt verbis motus : eoque nec dicendum, *Revertor ab arando, sed ab aratione* ; nec, *Redeo à spectando, sed, à spectaculis.* Verùm Vallæ adversatur illud Tullii lib. de Claris Oratoribus : *Tum Brutus, Quam hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Græcis, ut omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo sint, & id arte faciant, simque architecti penè verborum : iidem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiantur.*

Atque hæc dicta sunt de consuetudine Romanâ gerundiis utendi. Nunc, ut in aliis fecimus, ita hîc quoque penetremus in causam ejusmodi structuræ. Ea, sive convenientiam, sive regimen, spectemus, non vulgo solùm Grammaticorum penitè ignoratur ; sed iis etiam, qui principem in arte hac locum tuentur. Primùm illud in disquisitionem venit, cum gerundia sint adjectiva, nulla autem adjectiva per se in oratione subsistant : cum quo substantivo illa conveniant. Vt cum dico, *Pugnandi causa, ad pugnandum, pugnando vicis.* De hoc ita statuimus, ut verba multa accusativum regunt suæ originis, vel cognatæ significationis, etsi non exprimat : ita gerundia respicere, & quodammodo includere, infinitivum suæ originis, vel cognatæ significationis. B. G. illud, *Pugno acriter*, integrè sit, *Pugno pugnam acriter.* Quod si *pugnatus pugnam*, sanè *pugna acriter pugnatur.* Ergo cum dico, *pugnandum est acriter*, aliquod est suppositum idem significans, quod *pugna.* Nam *pugna*

non potest esse suppositum, quia non convenit genere cum *pugnandum*. Sed est illud infinitivus *pugnare*. Infinitivi enim pro nomine substantivo positi, sunt generis neutrius: ut, *Scire tuum*. Ergo integrè erit, *Pugnare est pugnandum*. Vbi infinitivus *pugnare* ponitur pro nomine substantivo *pugna*. Ac proinde, *Pugnare est pugnandum*, valet, *Pugna est pugnanda*. Hinc causam videmus, cur non dicatur, *Est pugnandum*. Nempe quia suppositum est infinitivus, qui censetur generis neutrius. Et hic quidem gerundium erat casus recti. Accusativus verò erit, *Ad pugnandum*. Vbi hoc adjectivum itidem pro substantivo habet infinitivum *pugnare*. Vt citra ellipsin sit, *Ad pugnare pugnandum*. Dixeris, si rectum est, *Pugno pugnam*, rectum quoque erit, *Ad pugnandum pugnam*. At si *pugnare* pro substantivo est, integrè sit, *Ad pugnare pugnandum pugnam*. Quod ridiculum est. De hoc ita mihi videtur; quia dicitur, *Pugno pugnam*, dici & *Pugna pugnatur*. Sed non *pugna pugnatur pugnam*: quandoquidem jam accusativus est in nominativum versus, ut retineri accusandi casus non possit. Similiter igitur, ut *pugno pugnam*; sic etiam dicitur, *Pugnare pugnandum*: ubi, *pugnare* se habet, ut in priori exemplo *pugna*; *pugnandum* verò, ut *pugnatur*. Proinde, etsi dicatur, *pugnare pugnam*; non tamen dicendum, *pugnandum pugnam*: quia illud *pugnare* jam quasi est conversum in rectum; ut quem infinitivus *pugnare*, qui in *pugnandum* intelligitur, repræsentet. Atque ut rectè diceretur, *Est pugnandum pugnam*; *pugnam* tamen non regetur à *pugnandum*; sed à *pugnare*: ut *pugnare pugnam* sit subjectum; *pugnandum* sit attributum. Objicias illud Maronis XI Æn.

— *Pacem Trojano à rege petendum.*

Si enim subjectum est, *petere*; integrè sit, *Petere pacem est petendum*. Non diffiteor: quia, *petere pacem*, idem est ac *petitio pacis*. Vt sententia sit, *petitio pacis est petenda*. Cur enim absurdus, *petitio est petenda*, quam *petere petitionem*: aut *bonas precari preces*: quod in sacrâ commotione ad Ianum legas apud M. Catonem*.

* cap. 134.

De gerundiis in DVM vidimus. Vnde facile erit statuere de ceteris. Vt in illo, *In iudicando criminosa est celeritas*: intelligitur substantivum *iudicare*: quasi dicas, *in iudicare*, vel, *in iudicio iudicanda*. Sic in illo Ovidii III de Ponto el. VII:

*Curando quedam fieri majora videmus
Vulnera.*

Curando, pro *curare curando*. Nam, ut dicitur, *curio curam*, & *cura curatur*: sic, *curare curandum*; quod idem ac, *cura curanda*. *Curando* autem videtur regere *vulnera*; quia *Sonò 1615*. repetendum. Nam integrè est, *Videmus, quedam vulnera fieri majora, in curando illa vulnera*. Vbi

qui-

vulnera non regitur à *curando*, sed ab infinitivo *curare*. Vt integrè sit, in *curare vulnera curando*, hoc est, in *curâ vulnerum curandâ*. Præpositiōnem IN addo, ut plenus sit sermo. Nam gerundia in DO semper reguntur à præpositiōne, quæ ablativum exigit. Vt cùm dico, *apparando diem consumere*, præpositiō desideratur, quàm Terentius expressit in *Adelphis* * :

* act. 5.

sc. 7.

— In apparando consumunt diem.

Sic, *cantandq rumpitur*, pro, in *cantando* : *bibendo periit*, pro in *bibendo*, quasi dicas, in *potu*. Quam rem abunde comprobavi, cum de ablativis causæ instrumenti, vel modi, ageremus.

De gerundiis in DI postremò videamus. Vt de illo, *Tempus est pugnandi*. Quod integrè est, *Tempus est pugnare pugnandi*. Vbi adjectivum *pugnandi* convenit cum infinitivo *pugnare*, qui supplet vicem substantivi. Vt *pugnare* sit & neutri generis, & casus genitivi : eoque cum illo *pugnandi* conveniat in genere, numero, & casu ; ut adjectiva cum substantivis solent. Sententia autem est, *Tempus est pugnare pugnande*. Sed hic controversia incidit iis de locis, ubi gerundiis jungitur genitivus. Vt, *Tempus est videndi novæ comædiæ*, vel *novarum comædiarum*. *Dederunt occasionem deridendi sui*. Vbi *sui* est pluralivus ; *deridendi* est singularis. Sed integrè sit, *occasionem deridendi deridere sui* : hoc est, *derisionem sui*. Vt *ridere risum* dicitur, sic concipiamus, *deridere derisum*, vel *derisionem*. Et, ut *risus alicujus*, sic dicitur *derisio alicujus*. Ergo *sui* regitur non à gerundio *deridendi* ; sed ab infinitivo intellecto, *deridere*. Quod manifestius erit, si pro genitivo *sui*, qui tam singularis est, quàm pluralis, ponamus *civium*. Quasi sit, *Occasio deridendi civium*. Quod citra ellipsin fuerit, *Occasio deridendi deridere*, sive *derisionem civium*. Vbi *derisionem deridere* capiendum ; non ut *deridere aliquem*, sed ut *ridere risum*. At non ita loquimur. Quid tum ? Non de sermonis consuetudine agimus ; sed de causa sermonis. Quam non abs re erit, si paulo apertius exponamus.

Sunt enim viri eruditi qui contendant, gerundia in DI esse utriusque numeri : haut aliter, ac pronomina *sui, nostri, vestri*. Eoque cùm dicitur, *caussa collocandi siderum*, tantundem esse volunt, ac si per participium sic efferas, *caussa collocandorum siderum*. Item, *principium generandi animalium*, per participium dici posse ajunt, *principium generandorum animalium*. Vt nempe non in priori regimen, in posteriori convenientia sit ; sed utrumque ad convenientiam pertineat. Atque hoc ajunt perpetuum esse cum pronominibus *sui, nostri, vestri*. Neque enim dici, *Fecere hoc vestri adhortandorum causâ* : vel, *sui tuendorum gratiâ* : sed, *vestri adhortandi* ; item, *sui tuendi*. Atque ideo hanc structuram prætulisse

* lib. 1
Eleg. cap.
27.

existimant, quia ut numero, sic terminatione etiam convenirent. Mihi, uti & Vallæ*, videtur, in hujusmodi structura, non esse numeri convenientiam; sed gerundia in *di* tantum esse singularia; *sui, nostri, vestri*, si verbum plurale addatur, ipsa etiam esse pluralia. Causa autem locutionis eadem est, ac illa quam de gerundiis in *do*, & *dum*, asseribamus. Nempe ut genitivus gerundio additus non à gerundio regatur, sed ab infinitivo intellecto, vicemque implente nominis verbalis in *io* vel similis, Itaque, *Causa collocandi siderum*, integrè sit, *Causa collocandi collocare siderum*: hoc est, *collocationem siderum*. Item, *Principium generandi animalium*, sic fuerit supplendum, *Principium generandi generare animalium*, hoc est, *generandi generationem animalium*. *Causa adhortandi vestri*, plene erit, *Causa adhortandi adhortationem*, vel, *cum adhortatione vestri*. Estque hæc sententia etiam doctissimi Grosippi epistola ad Hieronymum Bossium. Et quibus hæc sententia displicet, velim cogitent secum, quod substantivum ipsi intelligant in gerundiis. Nec enim adjectivum consistit sine substantivo expresso, vel intellecto. Velim item respondeant, ecquid magis rationi consentaneum possint adferre, cur dicatur, non solum, *copia spectandi comædiarum*, sed etiam patrio casu, *comædiarum*.

CAPUT LIV.

De SUPINIS. In um excrementa, quia substantiva sint, non variare genus: ac propterea Βαββαριζεν, qui dicunt, Ire oppressam Remp. vel Ire sublata latrocinia. Regere casum sui verbi: regi verò non à verbo, nisi creditum, sed à præpositione accusativum amantæ. Contumelia factum itur. Præda itur prædatum. Reus itur damnatum. Ac vetus in istis lectio defensa apud Catonem, Plautum, & Quintilianum. Supina in V non regi ab adjectivo, quod præcedit: sed ab ommissa præpositione, quæ ablativum exigit. Pro supino hoc etiam substitui infinitivum, vel gerundium in dum cum præpositione. An æquè datur casus sint, ac ablativi.

A Gerundiis venio ad supina: in quorum structura tria spectantur. Primum, an pro diverso genere nominis appositi, ipsa etiam genus mutant, ac terminationem. Deinde quem casum regant. Postmodò utrùm regantur à verbo significante motum ad locum.

De primo ita statuendum, supina esse nomina substantiva quartæ declinationis: eoque non variare genus; ne priora quidem; live antecedit præsens activum; ut, *It vitam perdidimus*; non *perdidam*: sive præsens passivum; ut, *Latrocinia tri sublata*, non *sublata*. Prioris exemplum est isthoc Livii lib. xxxix: *Vitamque tuam perdidimus ire hoc*
pacto

pactō properat. Vti & hoc Terentii Eun. * *Nutricem arcessitum iit.* Similique, *Do nuptum filiam.* Nam *nuptam* aliud signaret. Alterius exemplum est illud prologo Hec.

— *Cum interea rumor venit,*

Datum iri gladiatores.

Itidem Cicero lib. I de Divinat. *Vaticinatus est, malefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine.* Et Hirtius de bello Alexandrino: *Repentinè latrocinia sublata iri videbatur.* Hinc facillè videmus, jure reprehendi Paullum Iovium, & Henricum Stephanum, quòd dicant, illos *occisos iri*: pro, *occisum iri*: item alium, summum virum, cujus nomini parcemus, cum scribit hoc pacto: *Virtutem oppressam atque eversum iri.* Pro, *oppressum atque eversum.* Nempe non attendunt, *oppressum, eversum, occisum,* & similia, quando *ire*, vel *iri*, antecedit, esse non adjectiva, sed substantiva: ut satis liquet ex iis, quæ diximus lib. III de Analogia, cap. XI.

Nunc de regimine supinorum videamus. Vbi duo consideranda, quid regant, & unde regantur. Supina priora regunt casum verbi sui. Plautus Aulul. act. II, sc. II:

Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam.

Terentius Andr. act. I, sc. I:

— *Cur te is perditum?*

Et Phormione act. II, sc. III:

— *Etiam me ultro accusatum advenit.*

Cæsar lib. I belli Gall. *Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.*

Virgil. Æn. II:

— *Scitatum oracula Phœbi*

Mittimus.

Etiam dativum instar verbi sui adsciscunt. Vt ibidem:

— *Aut Gravis servitum manibus ibo.*

Parque ratio in structurâ ἐπιεικῆ. Vt, *Venrat me postulatam repetuadatum.* *Accesserat potatum totam noctem, vel, totà nocte.* *Missus erat solutum te periculo.* *Ire se defensum celo.* Quomodo autem hæc ἐπιεικῆς sit supplenda; satis liquet ex iis, quæ diximus de falso regimine, sive figuratâ verborum structurâ.

Supereff quæstio, unde regantur: in quo à præstantissimis etiam Grammaticis est aberratum. Communis enim opinio est, regi à verbo, quod apertè, vel occultè significet motum ad aliquid. At longè verius est, quod superiùs cap. VI II dictum, regi ea à præpositione per ellipsin omittâ. Nempe, ut *eo Romam* dicitur, pro, *eo ad Romam*: sic, *eo perditum*, pro, *eo ad perditum*; quod idem ac, *eo ad perdere*, sive, *ad perditionem.* Itidem, *Ire factum contumeliam*, dicitur pro, *ad factum contumeliam.* Sanè

Gel-

* lib. 10.
cap. 14.
† lib. 1 de
Arte.
* epist. ad
Pisones.

Gellius * significare ait, *ire ad contumeliam faciendam, id est, operam dare, quò fiat.* Etiam Ovidii † illud, *Spectatum veniunt*; & Horatii † hoc, *Spectatum admissi*; sic suppleveris, *Veniunt ad spectatum*; &c., *Admissi ad spectatum*; hoc est, *ad spectare, sive, ad spectationem.* Pro quo usitatius est, *ad spectandum.* Similiter si dixerò: *It immolatum taurum*: sententia est, *ad immolatum, sive, ad immolationem*: quomodo apud Iulium Obsequentem * est: *Taurus cum ad immolationem duceretur.* Ac par ratio in ceteris id genus. Semper enim animo AD concipiendum, si volumus, integra sit locutio. Imò quod ajunt vulgò, supina ante se habere verbum significans motum ad locum; id verum non erit, nisi simul præpositionem cum verbo attendas. Nam *eo*, vel *venio*, in se considerata, simpliciter motum significant: quia, ut dicitur, *eo*, aut *venio Romam*, sic & *Româ*. Sed generalis illa significatio motûs restringitur à præpositione intellectâ ad accessum. Quod etiam fit, cum *ab eo* præcedit. Ut apud Terentium Heaut. † *Abi deambulatum*. Nam integrè est, *Abi ad deambulatum*, id est, *ad deambulationem.*

* cap. 13.
sive in edi-
tione, quam
Lycosthenes
ex I. LIVIO, &
alii, supplè-
vnt. cap. 75.

† art. 3,
sc. 3.

Sed fortasse nemo admodum repugnabit de iis, ubi præit verbum *eo*, vel aliud formæ activæ. Non æquè autem apertum in verbo *itur*. Ut cum dicitur, *contumelia illi, vel injuria factum itur.* *Que verborum figura non est in medio loquendi usu*: sed *passillo remotior*: ut Gellius ait lib. x, cap. xiv. Interea rectè sic dici, probat verbis his Catonis pro se contra C. Cassium: *Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, que mihi per hujusce perulantiæ factum itur, rei quoque publicæ mediis fidius miseræ, Quirites.* Grosippus, hoc est, Gaspar Scioppius, arbitratur, locum Catonis esse corruptum; legendumque esse, *contumeliam, quam mihi factum itur.* Sed repugnant doctissimo viro hæc Gelli verba, quæ ibidem legas: *Sicut, CONTUMELIAM factum iri, significat, in ad contumeliam faciendam, id est, operam dari, quò fiat*: ita *CONTUMELIA mihi factum itur, CASV tantum IMMVTATO idem dicit.* Quid inde apertius, quàm accusativum mutari in nominativum: & ita jam Gellii ætate habuisse codices Catonis: & Gellio nullam fuisse mendæ suspicionem? Hoc argumentum tanti puto, ut, si ulu veniat, multò cum Catone, quàm aliter, loqui malim. Sed rationem obtendit vir ille eruditus: ut, juxta quem, *itur factum*, integrè sit, *itur*, vel, *via itur ad factum contumeliam, sive, ad faciendam contumeliam.* Nempe non satis distinguit inter nativum sermonem, & consuetudinem, quæ sæpe à nativo recedit. Primò, *ire factum*, notabat *ire iter*, seu, *viam ad factum*, sive, *ut quid fiat.* Sed quia, quando *itur*, ut quid fiat, illud ob quod *itur*, effeci postea solet: ed *ἔμετιλιν*, *ire factum*, cœpit sumi pro *facere*: &c., *iri factum*, pro *fieri*. Itaque, *ire factum contumeliam*, notat, *facere*

facere contumeliam : ire factum injuriam, signat, *facere injuriam*. At, *contumelia itur factum*, idem est, ac *contumelia fit* : injuria itur factum, valet, fit injuria. Quod non satis attendit Ascensius, cum hac de re ita scribit * :

Malum dicere, dicendi figuram, propter viri auctoritatem potius, quam ratione certa, defendi : cum non omnium, quæ permittuntur, certa sit ratio, & viri summi subinde in minimis dormientes. Scilicet dormitavit Cato, cum ita scriberet : nec dormitavit bonus, non dico Homerus, sed Ascensius, cum Catonem culparet. Nec tanti sunt, ut expendi mereantur, quæ de Maserii sententiâ subjungit. Nimirum videor mihi videre duos Andabatas pugnantes. Saltem attendissent, ubi quis aliquid facit, ibi quid ab aliquo fieri; cum agere, & pati, sint ἐν τῶν αὐτοῦ π τ. Si ergo quis facit contumeliam, sanè fit contumelia : & si quis it factum contumeliam, contumelia est, quod factum itur, sive ob quod factum itur : hoc est, propter quod opera infumitur. Fufius huic exemplo institimus, quia inde de cæteris etiam liquebit. Vt de illo Plauti in Rudente, act. IV, sc. VII :

Mihi istæc videtur præda prædatum irer.

Nam hunc etiam locum Grosippus, quia sibi adversari videt, corruptum arbitratur : legendumque censet auferendi casu :

Mihi istæc videtur prædâ prædatum irer.

Sed enim omnibus codicibus, & MSSis, & prælo editis, invitis. Nec caussa est, cur à recepta lectione abeamus. Nam si aliquis it prædam prædatum, hoc est, ad prædam prædatum, sive si aliquis prædam prædatur : præda omnino id erit, quod quis it prædatum; eoque rectè dicitur, *præda itur prædatum* : hoc est, præda est, ob quod itur ad prædatum : seu, quod prædatur, hac voce acceptâ passivè, ut olim depontentia capi solent.

Denique & Quintilianus hoc simile est lib. IX, cap. XI : *Reus parricidii, quod fratrem ꝑ occidisset, damnatum iri videbatur*. Sed hîc idem ille doctissimus vir, quem, ubi dissentio, toties nominare nihil attinet, legere jubet, *Reum damnatum iri videbatur*. Consului editiones Aldi, Ascensii, Vascosani, Stephani, Gryphii, alias : uti & optimas membranas nostras, quæ olim Ioachimi Camerarii fuerunt. Sed enim constanter ubique *reus* invenio. Nec, cur mutem, causam video. Nam si in accusativo dicimus, *Titius it damnatum reum* : mutato casu, dicendum, *reus est, qui itur damnatum*. Vt sententia sit, *qui damnatur, vel damnabitur* : sive, *cujus in damnatu nunc opera infumitur*. Quod obtenditur, non *reum iri*, sed *viam iri*, ei jam ante occurrimus, inter nativum sermonem, & figuratum, distinguendo.

Dices, ut proba sint, *contumelia itur factum; præda itur prædatum; reus*

X X X

ut.

* notu in Gellium, ad-ditu sua editioni, qua anno prodit 1532.

† ex relati, sive in, qua ad aliquid dicuntur.

‡ al. patrem.

itur damnatum : non propterea rectè per infinitivum dici, *contumelia iri factum* ; *præda iri prædatum* ; *reus iri damnatum*. Quis negat, si nullum apponatur verbum finitum ; quicum nominativus conveniat ? Sed in Catone est, *Contumelia factum itur*, non *iri*. In Plauto, & Fabio, est *iri* : sed præit verbum *videtur* : quicum conveniunt nomina *præda*, & *reus*. Nempe, ut dicitur, *Pamphilus se perditum* : & , *Pamphilus videtur se ire perditum* : sic, *Pamphilus videtur a se ire perditum*. Hoc est, *a se perditus*. Nam, *iri perditum*, valet, *iri ad perditum*, sive, *ad perditionem*. Sic, *Iste iri reum damnatum* ; & , *reus itur ab isto damnatum* ; & , *reus videtur ab isto iri damnatum* : hoc est, *reus videtur ab isto esse damnandus*. *Titius iri prædatum prædam* ; *præda itur à Titio prædatum* ; *præda videtur à Titio iri prædatum* : hoc est, *à Titio prædanda*, vel *prædæ ducenda*. Quod si nec sic fati liquet alicui : fatius ei saltem erit abstinere utrâque structurâ, quàm illam usurpare, quæ veteribus libris omnibus repugnat.

De supinis prioribus fati. Supinâ posteriora nihil aliud sunt, quàm nomina substantiva ablativi casus : ut abunde ostensum nobis in tertio de Analogia. Hæc arbitrantur regi à nomine adjectivo, quod antecedit. Ut senario illo ex Sophoclis Trachiniis Latinè reddito apud

lib. 2. Tusc. Quæst. Ciceronem * :

O multa dictu gravia, perpassu aspera !

Apud Virgil. III Æn.

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Sallustius in Catil. *Optimum factu rarus, fortunam bello temere. Idem Aedes faciles defensu*. Livius, *Annis difficilis transitu*. Plinius, *Acipenser rarus inventu* : & , *acre gustu, durum tactu* ; aliâque id genus. Sed quod iccirco existimant, supinâ regi à nomine adjectivo, id secus est. Nam si supinâ in V sint nomina ablativi casus : non aliunde regentur, quàm à præpositione intellectâ. Ut, *Audiu jucunda*, pro, *in auditu*, hoc est, *in audiendo*. *Aspera perpassu*, pro, *in perpassu*, sive, *in perperando*. Et ita in aliis. Nec semper junguntur adjectivis. Sanè Prudentius non refugit in Apotheosi :

— *Velut ipsa Dei pars,*

Quod dictu scelus est, tetras trahat oblita culpas.

Vbi substantivum præit, sed vim habens adjectivi. *Scelus dictu, pro, scelestum in dictu* : hoc est, tale, ut nec sine scelere dicatur. Etiam antecedit verbum. Ut apud Porcium Catonem de R. R. cap. v : *Primus cubium surgat, primus cubitum eat*. Quod integrè sit, *Primus à cubium surgat* : hoc est, *à cubatione* : *primus ad cubitum*, sive *cubationem eat*.

Interdum autem loco supinorum in V ponitur vel infinitivus, vel gerundium cum præpositione *ad*. Infinitivus, ut apud Horat. lib. II, od. IV :

od. IV :

— *Fessis leviora tolli**Pergama Grajus.*

hoc est, *leviora sublati*. Pomponius Mela : *Adspici, cognoscique dignissimum.* hoc est, adspectu, cognituque. Et apud Plinium, *Carm. n dignum ubique legi*, hoc est, lectu dignum. Gerundium autem in illo Ciceronis, *Cibus facillimus ad concoquendum*, hoc est, *concoctu*.

Fortasse, quæ *supina posteriora* vocant, non semper sunt ablativi; sed quandoque etiam dativi casus. Nam dativi quartæ non in VI solum, sed etiam in V exibant : cujus rei multa adduximus exempla lib. I I de Analogia, cap. XVI I I. Quid si igitur in istis, *tactu durum, malum, acerbum*, dativum potius statuamus? Sic quidem idem Scoppius accipit in hoc I I I Georg.

*Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit.*

Mala tactu, inquit, pro, *mala tactui*. Ac similiter, *bonum sensu*, ponit, pro, *bonum sensui*. Vnde & *bonum sensibus*, sine dubio dandi casu, pro eo dixerit Cn. Marius *, vir eruditus, in Mimiambis suis :

*Quapropter edulcare convenit vitam,
Curasque acerbis sensibus gubernare.*

* apud Gell.
lib. 15, cap.
25.

Imò Lucretii quoque est lib. I I :

*Omnia postremo bona sensibus, & mala tactu
Dissimili inter se pugnant perfecta figurâ.*

Quasi dicas, depugnant inter se, quæ sensui sunt bona ac jucunda, quæque tactui sunt mala injucundaque. Sed enim utcunque rectè dandi casu dicatur, *bonum, malumve sensui*, aut *sensibus* : non tamen video, cur eo minùs ablativus sit, cum dicitur, *tactu malum*. Nam valet, *tactione malum*. Eòque, si in Maroniano illo, *Mala tactu vipera*, placeat pronomen *ipse* addere casui, de quo controversia est; non dixerò, *ipse tactu mala* : sed *ipso tactu*, vel *tactione ipsâ*. Sententia enim est, homini contactu suo noxiam esse. Sic malim, *auditu ipso aspera*, quàm *auditu ipsi* : *insuaves ipso profatu*, quàm *ipsi profatu*, vel *profatu*. Præit nobis Quincilianus lib. VIII, cap. III : *Rebus atrocibus verba etiam ipso audiu aspera convenient*. Item Gellius lib. XVI, cap. XI : *Voces mihi visæ neque tactu profatuque ipso terræ, aut insuaves esse*. Et causa est, quia in his præpositio IN concipitur mente.

C A P V T L V.

Ad PRONOMEN accedunt. Absente nobis, præsentè legatis, similiaque. Interrogatio, responsioque, sæpe etiam conveniunt, ubi discordare

XXX 2

115

is videntur, qui non attendunt, quid animo debeat suppleri. Repeti quandoque antecedens; atque id fieri posse ob simplicitatem, quæ venustatem adfert: fieri autem debere, si alioquin ambigua sit oratio. Non tam pleonasmus status debuisse, quando antecedens subditur relativo; quam ellipsin, si iam summo precedat. Eoque geminam esse ellipsin, ubi nec præit, nec sequitur antecedens. At antecedentis solius esse ellipsin, non, ut ajunt, antiprosin, si antecedens, & relativum, casu conveniant. Figuratum etiam, ac Græcicam esse locutionem, cum qui convenit generi non substantivum antecedentis, sed consequentis. Qualis similiter constructus. Verus, sed supervacuum est canon ille, quo relativum dicitur in genere neutro convenire cum infinitivo precedente. Namque vocum convenientius esse iccirco quod; quam propterea quod. Adverbium pro relativo pronomine. Hic geminatum, ubi alter utro loco ille poni solet. Hic interdum ad remotius; ille ad propius refertur.

EXegimus operis hujus de Consecutione partem priorem ac nobiliorem, quæ de Nomine fuit, ac Verbo. Hanc merito excipit altera de sex reliquis vocum classibus: quarum primas duas, Pronomen, & Participium, etiam sub Nomine, paulò laxiùs eâ voce acceptâ, liceat complecti. Nam & Pronomina nominum locum implent, & Participia, excepto quòd tempus adsignificant, se habent, ut alia nomina verbalia. Itaque in his duabus classibus non insistemus communi structuræ Nominum, Pronominum, & Participiorum: sed solum persequemur, quæ harum classium sunt propria.

In Pronomine priùs Convenientiam spectabimus: hinc Regimen.

Convenientia vel est omnium Pronominum, vel certorum. Prior est eadem ac in Nomine. Ut in illo Horatii lib. I, epist. XVIII:

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Vbi similis structura est in *tua res, & paries proximus*. Ab hac tamen consecutione abiere antiqui, cum NOBIS, OMNIBVS, simile pronomen, jungerent nomini singularis numeri. Ac de NOBIS quidem probat Nonius auctoritate Pomponii, Attii, Fenestellæ, Novii, Plauti, & Afranii. Vide & Donatum ad illud Terentii Eun. act. IV, sc. III: *Absente nobis*. Vbi & Varronem monet dixisse, *Præseme legatis omnibus*. Sic Catullus Carm. CVIII: *Insperavi mihi*. Ac Scaligero observatum, Tibullum similiter, *Nobis merenti, dicere* lib. III, el. ult.

Consecutio particularis consideratur, partim in interrogativo, & redditivo; partim in relativo, & antecedente.

Interrogativum, & redditivum, quovis casu consentiunt. Sic tamen, ut quando possessio significatur, pro genitivo, qui & possessivus vocatur,

tur, rectè ponatur pronomen possessivum in nominativo, & accusativo : & contrà pro hujusmodi pronomine locum etiam habeat genitivus. Vt, *Cujus pecus est, vel cujus pecus ajebat? Regis. Cujus pecus est? Regium est. Meum est.* Terentius Andr. act. IV, sc. IV :

D. Cedo, *cujum puerum hic apposuisti? dic mihi.*

M. Tu nescis? D. mitte id, quod scio; dic, quod rogo.

M. Vestri. D. *cujus nostris? M. Pamphili. D. hem, quid? Pamphili?*

Maro Eclog. III :

M. Dic mihi, *Damocra, cujus pecus? an Melibœi?*

D. Non, veriam *Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.*

Interdum autem verè conveniunt interrogatio, & responsio, ubi dicuntur dissentire. Vt illo Plauti Epid. act. I, sc. I :

EP. *Quid istam quam emit, quanti emit? TH. vili.*

Ac Horatius similiter lib. II, sat. III :

Quanti emat? parvo. quanti ergo? octussibus. eben.

Vbi casu convenitur; si suppleatur, quod deest per ellipsin. Nam integrè est, *Quanti aris precio emit? Vili, vel parvo aris precio emit.* At, inquirunt, quærenti, *cujus interest, vel, an fratris interest,* respondeas, non *mei, aut tui; sed mea, vel tua.* Quomodo dixit Cicero epist. XVIIII, lib. XIV ad Att. *Magni interest Ciceronis, vel mea potius, vel mehercule utriusque, me intervenire discenti.* Sed non vident, hic etiam casus convenire, si expleatur defectus. Nam citra ellipsin erit, *Interest Ciceronis gratiâ, h. e. de gratia live causa Ciceronis: quomodo dicimus, quâ de causâ.* Item, *interest meâ, valet, mea de gratia interest.* Quare, *Cujus interest, & Mea interest,* conveniunt in eo, quod & in illo *cujus, & in hoc mea,* dependeant ab ablativo *gratiâ.* Quam rem fusiùs adstruximus cap. XXIX. Ac aliàs etiam sæpe hunc ablativum reticeri, ostensum nobis cap. VII, X, & alibi.

Sequitur convenientia relativi, & antecedentis: quæ doctrina est bipartita. Primùm agendum de iis, quæ generatim *relativa* dicuntur. Deinde de relativorum illis, quæ speciatim *reciproca* vocantur.

In prioribus præcipuè considerationem merentur, *quis, vel, qui: hic, & ille.*

Relativum *quis* ponitur inter duos casus unius nominis, sive expressos, sive suppressos: cumque priori casu convenit in genere, & numero: cum posteriori, etiam in casu.

Porrò vel uterque casus exprimitur, vel solùm prior, vel solùm posterior, vel etiam neuter. In primo modo oratio est integra. Tribus posterioribus est elliptica. Plenè ait Cicero lib. III ad Att. epist. III: *Erat hic dies VII Id. quo die suscipabamur, aut pridie, Brundisium*

venisse Cæsarem. Crebrò admodum ita loquitur Cæsar. Vt lib. I de belli. Gall. *Diem instare, quo die frumentum militibus meis oporteret.* Idem: *In castris Helveticorum tabulae repertæ sunt, quibus in tabulis numerus continebatur.* Item: *Vura eum locum, quo in loco Germani confederati.* At sæpe aliàs. Atque in his repetitur antecedens ob sermonis *διφθέρα**: quam Cæsar maxime sectatur. Nec refugit sequens seculum. Suetonius in Julio cap. II: *Defecit apud Nicomedem, non sine timore prostratæ pudicitie, quem timorem auxit.* Plinius lib. V Hist. cap. X: *Iuxta Mareotum lacum, qui lacus antea Arapotes nominabatur.* Vbi tamen aliqui libri *locus*, sed perperam. Sextus Aurelius, sive quisquis scriptor libri de viris illustribus: *Morbo solutus (Nurma) in Ianiculo sepultus est: ubi, post multos annos, arcula cum libris à Terentio quodam exarata: qui libri, quia leves quasdam sacrorum causas continebant, ex auctoritate patrum cremati sunt.*

Tum autem imprimis satius est repetere antecedens, quando duo nomina diversæ personæ, aut rei, antecedunt. Cujus causa est, quia alioqui ambiguitas oriretur. Vt illo Appuleji: *Leodamamem, Cleophilis discipulum, qui Cleophilus.* Incertum foret, utrùm Leodamas, an Cleophilus, intelligatur, nisi antecedens repeteretur.

Est contra, cum solum videmus relativum; antecedens verò nec præcedit, nec subsequitur. Vt illo, *Quas ad me dedisti, placuerunt.* Nam bis supplenda vox *litterarum.* Sed est hic sermo rarus, nisi cum ponitur post verbum substantivum. Vt apud Horat. od. I, lib. I: *Est qui nec spernit. Sunt quos juvat collegisse.* Plenè erit, *Homo est, qui homo. Homines sunt, quos homines.* Alibi t idem,

† sit. I. lib. 2.

Sunt quibus in Satyra videar nimis acer. —

Pro, Sunt homines, quibus hominibus. Ita & Gellius lib. XII, cap. XIV: *Atque erat, qui diceret, legisse se.* Et ibidem: *Fuit etiam, qui diceret, homo in literis atque libris assiduus.* Appulejus lib. VIII Met. *Erant, qui sudes præacutas tollerent.*

Plurimum verò tantum alter casus nominis desideratur; præsertim casus consequentis. Vt, *Litteræ, quas ad me dedisti, placuerunt.* Integre sit, *Litteræ eæ, quas literas.* At casus antecedens deest, cum dicitur: *Quas ad me dedisti literas, placuerunt:* vel hoc pacto, *Litteras quas ad me dedisti.* Priori modo, tum in prosa utimur, tum in versu. Terentii Andr. act. I, sc. I:

„ Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.

Integre sit, *Hæ nuptiæ non sunt veræ, quas sive quales tamen esse has credis.* Ovidius:

— Cecidere, manu quas legeras herbas.

Fabius:

Fabius : *Vereor ne, quos porrexerim cibos, venena fiant.* Solinus cap. xxx: *In quorum papillis lapis invenitur (hyxeniium dicunt) prædictum illâ potestate, ut cuius hominis fuerit lingue (scilicet) propositus, prædicat futura.*

Altera locutio est magis Poëtica : sed quâ nec abstineant Comici ; quorum dictio proximè ad prosam accedit. Terentius Hecyrâ act. I, sc. II :

Nocte illâ primâ virginem non attigit.

Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.

Ajunt esse enallagen casus, pro nocte consecutâ. Sed est ellipsis nominis antecedentis : integrèque fuerit : *Eâ nocte, quæ nox est consecuta.* Similiter Eun. act. IV, sc. III :

— *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit !*

Vbi jam olim se torfere Grammatici. Nam si verus interpres : *Aut ἀντιπλοῦς est; ut, Urbem quam statuo vestra est : aut QVE M. cum interrogatione pronunciandum ; ut sit QVALEM.* Alius verò interpres (nam non solius Donati, sed partim alterius sunt commentarii illi, qui uni Donato tribuuntur) scribit hunc in modum : *Quidam volunt QVE M distinguere, quasi dicat QVALEM : sed nesciunt hac figurâ multum veteres usus esse. Eunuchum enim ad DEDISTI verbum retulit. Nunc ergo addit propter aliud ἀξίωμα, assumendum extrinsecus, IS EVNV-CHVS. Nam quoties uno nomine, aut pro nomine diversa declinationis enunciationes comprehenduntur, necesse est, quod alteri accommodatum fuerit, ab altero discrepare.* Triplex igitur de Terentii loco sententia est. Vna, ut sit antiptosis, sive enallage casus : *Eunuchum, pro Eunuchus.* Altera, ut sic distinguamus : *Eunuchum quem dedisti nobis ? quas turbas dedit !* Tertia, ut sit ellipsis, integrèque sit, *Is eunuchus, quem eunuchum dedisti nobis.* Et tertia sententia, prioribus rejectis, à posteriori interprete (quem potius, quam priorem, Donatum puto) rectè comprobatur. Placet autem, quod prior interpres monet, simile esse hoc Maronis I Æn.

Vultis & his mecum pariter considerare regnis ?

Urbem quam statuo vestra est.

Quamquam in libris nonnullis, ut in Pseudocicerone suo monet H. Stephanus *, nota interrogandi ponatur post statuo, hoc pacto : * pag. 271.

Urbem quam statuo ? vestra est.

Vt *ὁὐδὲ* repetatur verbum *vultis* : quasi dicat, *Vultis urbem, quam statuo ? vestra est.* Sed non dubium est, quin, uti prius posuimus, scripserit Maro. Integrè sic expresseris : *Ea urbs, quam urbem statuo, est vestra.* Ajunt, Plautum in huiusmodi structurâ loco casus antecedentis exprimere relativum *is*. Sic enim dixisse Amphitryone act. IV, sc. I :

Naucratem quem convenire volui, is in navis non erat.

Sanè

Sanè potuit sic Plautus scripsisse, nisi metrum obstaret. Nunc versus claudicabit, qui est trochaicus tetrameter catalecticus. Quare id delendum.

Vulgò in his omnibus statuitur Antiptosis, vel Enallage casuum. Nam, inquit, dicendum erat, non, *Quas literas*; sed, *literas quas*: nec, *Quem Naucratem*; sed, *Naucrates, quem*. Atqui nulla omnino hic antiptosis, vel enallage. Nam ut antecedens, ac relativum, casu discordant, quoties à diverso dependent verbo: ita, si conveniant eidem verbo, casu similiter conveniunt. Nulla ergo hic alia figura præter ellipsin.

Eademque figura est, quando antecedens alio est numero supplendum, ut cum relativo conveniat. Terentius Eun. act. I, sc. II:

— *Eunuchum porrò dixisti, velle te,*

Quia sola nuncietur his regine. —

Scio esse, qui, in his, intelligant *delicias*. Sed cur aliud intelligamus, quam *eunuchis*, nihil est causæ. Circa enim ellipsin erit: *Velle is eunuchum, quibus eunuchis*. Ac monet ibi Donatus, simile esse hoc ejusdem Comici prologo Eunuchi:

*Si quisquam est, qui studere se studeat bonis,
Quam plurimis, & minime multos ledere;
In his Poëta hic nomen proficitur suum.*

Sine ellipsi erit: *Si quisquam est homo, in his hominibus nomen suum proficitur Poëta*. Cicero quoque similiter pro Milone: *Si tempus est ullum hominis necandi, quæ multa sunt*. Supplendum enim tempora. Salustii itidem est in Catil. *Servilia repudiabat, cujus initio ad eam magnæ copiæ concurrerant*. Et si hic peculiaris etiam ratio sit structuræ ejusmodi; ut cap. v diximus.

At non planè simile illud Maronis in Eclogis:

*Quis tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
Viminibus, mollique paras detexere junco.*

Nam hic, *quorum*, refert antecedens, quod animo supplendum. Plenus enim sermo fuerit: *Aliquid eorum, quorum indiget usus*. Sive, appositio etiam substantivo, *aliquid eorum negotiarum*, hoc est, *eorum rerum*.

Interdum ipsum relativum, si semel fuerit expressum, postea reticetur, & ita reticetur, ut supplendum sit casu diverso. Ut illo Sallustii in Jugurth. * *Dum equites præliantur, Bocchus eorum pedibus, quos filium eum adduxerat, neque in priore pugna adfuerant, postremam Romanarum aciem invadunt*. Pro, *neque in priore qui pugna adfuerant*. Etenim, is ejusmodi est Cæsari, Hirtioque, frequens.

Relativum *qui, quæ, quod*, quando inter duo ponitur nomina, quæ diversorum sunt generum, cum antecedente convenit consecutione Romanâ;

* cap. 501,
est distincti.
Gruter.

manâ ; cùm conſequentē verò, Græcanicâ. Vt apud Ciceronem lib. XIII, epist. I ad Famil. *Scribas ad tuos, posse tuâ voluntate decretum illud Areopagitarum, quem Ἐπομημαλισμὸν illi vocant, tolli. Pro, quod vocant.* Idem Somnio Scip. *Homini bus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera, & stellas, vocatis.* Pro, *Quos sidera vocatis.* Idem pro Sextio : *Tunc consilia conjuncta, quas urbes dicimus.* Catil. II : *Gladiatores, quam sibi ille maximam manum, & certissimam fore, putavit, potestate in vestra continebuntur.* Gell. lib. V, cap. XVIII : *Id eorum est, qui diarium scribunt, quam ἰθημερίδα vocant.*

Idem fit, cùm alterum illorum est nomen proprium, sive hoc præcedat, sive conſequetur. Præcedit proprium Philipp. I : *Cum autem me ex Sicilia ad Lencopetram, quod est promontorium agri Rhegyni, venti detulissent.* Sequitur autem, Verr. VII : *Carcer ille, qui est à crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latoniæ vocantur, in istius imperio domicilium Romanorum fuit.* Verùm hæc quidem sponte aliqui largiuntur nobis. Nam, inquirunt, quando inter duo communia ponitur relativum, cum utrolibet posse convenire : cùm autem alterutrum proprium est, semper sequi illud proprii naturam. Voluit hoc Servius quoque super versu illo, *Est in secessu &c.* ubi hunc in modum scribit : *Quoties præmittimus nomen cujuslibet generis, & interpositio pronomine sequitur nomen alterius generis ; medium illud pronomen proprii nominis genus sequitur. Vt Sallust. in Catilin. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Ecce, inquit, proprio junxit, non appellativo.* Verùm valde fallitur Servius, cùm optimi quoque scriptores aliter loquantur. Cicero lib. I de Nat. Deorum : *Propius a terra Iovis stella fertur, quæ Phaëton dicitur.* Livius lib. VI belli Macedonici : *Herculi sacrificium fecit in loco, quem Pyram, quod ibi mortale corpus ejus Dei sit crematum, appellant.* Cæsar lib. I belli Gallici : *Nacti portum, qui appellatur Nymphæum.* Hirtius de bello Hisp. *Grumus excellens natura, qui appellatur Castra Postumiana.* Curtius lib. III : *Darius ad eum locum, quem Amanicas pylas vocant, pervenit.* Plinius lib. XVIII : *Sidere illo, quod Cariculum appellamus.* Sueton. in August. *Locus, quem Syracusas vocabat.* Cornelius Nepos in Paufaniâ : *Genus hominum, quod Helotæ vocatur.*

Relativi hujus naturam apud Horatium imitatur quoque relativum qualitatis. Sic enim ille lib. Epod. od. VIII :

Sed incitat me pectus, & mammae putres,

Equina quales ubera.

Pro, *qualia sunt ubera equina.* Est verò & is Græcismus, ut rectè interpretibus observatum. Nec dubium, quin idem similiter ausus fuisset usurpare relativum quantitatis. Vt si dixisset, *Mamma, quantæ ubera equina.*

Sed redeo ad relativum *quis*. Hoc monent in neutro poni, quoties refert verbum infinitum, sive relatio fiat ad solum infinitivum, sive ad totam orationem, cujus princeps pars est infinitivus. Vt illo Terentii Heautont. act. II, sc. III:

In tempore ad eam veni: quod verum omnium est.

Primum.

* Eun. act.
3. sc. 3.

Integrè est, *Quod venire ad eam in tempore*. Sic illo ejusdem*:

— *Qui habet salem,*

Quod in te est. —

Plenè dixeris, *Quod habere salem*. Vt causa non sit, cur propter unum alterumve MSSum, ubi *Qui* legitur, abeamus à MSSis aliis, qui tanto consensu habent *Quod*.

Sed verus quidem canon iste; attamen supervacuus. Nihil enim peculiare habet hîc relativum; quia non potest non in neutro genere poni, cum verba infinita sint generis neutrius; ut rectè ipsi tradunt in Generum doctrina.

† Andr.
act. 3. sc. 5.

Terentii † illud, *Scelus qui, pro sceleris qui, σύνθεσις*, sive σύνθεσις est: de qua dictum abunde cap. VI. At ἐπειπὶον est: *Lugdunum, que*: pro, *verbs Lugdunum, que*. Sive *Lugdunum, que verbs*. Similis ellipsis in hoc Strabonis lib. VI: Εξῆς δ' ἐστὶ Μετῶπωνιον, εἰς τὸ Ἰόνιον ἔστιν Ἡρακλείας εἰς τὰς οὐκ ἐπὶ τῶν ἐκατῶν. Pro, εἰς δ. Latine sit: *Exinde est Metapontum, ad quam à navali Heraclea sunt stadia centum & novaginta*. Propriè esset, *Metapontum, ad quod*. Sed *Metapontum, ad quam*, puta *verbum*.

Ἐπειπὶον etiam videtur hoc Plauti Aulul. act. IV, sc. I:

— *Ego te, Enclio,*

De aliâ re rescivisse census, quod ad me attinet.

Scio, vulgo post *census*, poni *τελείαν σύνθεσιν*: ut sequentia cum proximo versu cohæreant. Verùm nihil impedit in *quod* intelligere *negotium*: quomodo idem Plautus Epid. act. I, sc. II:

— *Argenti dare quinquaginta minas,*

Quod dantistæ detur.

Nam integrè sit, *quod negotium*, hoc est, *quæ res*. Similéque hoc ejusdem: *Potius quam istam a me operam imperes, quod postulas*. Item: *Amatium dat tibi, satis quod ægrè sit*.

Ac simili ellipsi etiam I D ponitur post masculinum, aut femininum. Terentius Adelph. act. V, sc. III:

Principio, si id te mordet, summus filii

quem faciunt. —

Vbi dicendum videretur, *Si is te mordet*, puta *summus, quem summus filii faciunt*. Sed *id* non convenit cum *summus*, verùm cum *negotium*. Vt in-

integrè sit, *Id negotium sumptus, quem sumptum filii faciunt. Id negotium sumptus, valet ea res sumptus, hoc est, is sumptus: cuius generis plura adduximus superius. Similiter Varro lib. I de R. R. cap. XXXI: Vicia dicta à vinciendo, quod item capreolos habet ut vitis, quibuscum sursum vorsum scripit ad scapum lupini, aliumve, quem, ut hæreat, id solet vincire. Vbi id ponitur, et si scapus antecesserit. Sic lib. II de R. R. cap. II: Deterrere ab saliendo fiscellus è junco, aliave quâ re, quod alligant ad naturam. Vbi videtur fuisse dicendum quam rem. Sed quod convenit hic quoque cum generali voce negotium, quatenus idem valet ac res. Quasi dixisset, id negotium, vel, quod apertius, eam rem. Prout expressit ipse Varro in III de R. R. cap. XVI: Μελιτήνας ita facere oportet: quos alii μελιοσοροφεία appellant: eandem rem quidam mellaria. puta, appellant. Eandem rem dixit, pro, eos μελιτήνας, vel, ea μελιοσοροφεία. Imò Plautus non dubitat, nunc negotium, nunc res, addere. Vt in illo: Quid negotii est, quamobrem mihi succenscas?*

Ad ἐπεψιν quoque refero, quando relativum convenit, non cum antecedentis genere, sed synonymæ vocis, quæ animo concipitur. Cicero ad Att. lib. X, ep. IV: *Multas à re accepi epistolas eodem die, omnes diligenter scriptas. Eam verò, quæ voluminis instar erat, sæpe legendam. Eam dixit, quia in animo erat epistolam. Varro lib. I de re rusticâ cap. XII, ubi de villa ædificanda ait: Sin cogare secundum flumen ædificare, curandam, ne adversum eum ponas. Vbi eum convenit, non cum flumen (nam id esset dicendum) sed cum fluvium: quasi dixisset, ne adversum eum fluvium ponas. Lucretius etiam in IV ait:*

Primum animalia sunt jam partim tantula, eorum

Tertia pars nullâ ut possit ratione videri,

Harum intestinum quodvis quale esse putandum est.

Cum præcessisset animalia, subjicit, *harum*, quia in animo erat *animantium*: quod quandoque femininum, quia respicitur ad *bestiarum*. Atque hæc ita esse, exinde colligimus, quòd synonymum, quicum convenit, interdum exprimitur. Catullus de nuptiis Thetidis & Pelei:

Illâ tempestate, ferox quo tempore Theſeus.

Sallustius initio Iugurthinæ: *Si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena petunt. Vbi poterat dixisse, quantâ petunt aliena.*

Quandoque etiam relativum convenit cum antecedente, quod implicitè antecessit, & explicite repetitur. Cæsar lib. I de bello Civili: *Interim Cæsari nunciatur, Sulmonenses, quod oppidum à Cornificio VII milium intervallo abest, cupere ea facere, quæ vellet. Sulmonenses implicitè idem est ac, cives, vel incolæ oppidi Sulmonis. Cui propriè subjiciatur, quod oppidum: at post Sulmonenses, non nisi ἔσθ' σύνθεσις, & ratione σιωπῶνυμίας,*

quatenus *Sulmonenses*, si resolvas, continet in se, *oppidum Sulmonis*: ut vidimus.

Mirum autem, Latinos dicere, *Propter-ea quòd*. Quomodo Cicero lib. v, epist. xviix: *Propterea quòd nullam rem gravius jamdiu tuli*. Nam quòd naturà est pronomen relativum: eòque in nativo sermone convenire debuit cum *ea*. Vel si *ea* retinendum, non *propter-ea*, sed *propter id*, dici oportebat: sive, ut integer sit sermo, *Propter id negotium, quòd*. Magis origo vocis attenditur in *iccirco quòd*. Nam *iccirco* factum ex *id*, & *circa*: ut, integrè sit, *circa id negotium, quòd*. Id in *propterea* non factum. Vti neque in illo Terentii Andr. act. ii, sc. v:

— *Id propterea nunc hunc venientem sequor.*

Sanè vel *id*, vel idem pronomen, in *propterea* *αλεονόχῃ*. Sed posterius malim. Nempè ut *id*, *propterea* dicatur, sicut *propterea quòd*.

Interdum relativum vicem implet adverbium locale. Terentius Eun. act. ii, sc. iii:

Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.

Pro, in qua. Idem ad Att. lib. iii, ep. iii: *Primum illum diem vidimus, cum tibi gratias agam, quòd me vivere coëgisti*. Pro, quo die. Terent. Eun. act. i, sc. ii: *È predonibus, unde emerat*. Pro, à quibus. Et similia passim. De relativo *quis* fatis diximus.

* lib. de ratione discernenda Lingua Græcæ p. 99.

Proximum est, ut videamus de relativis *hic*, & *ille*. De quibus ita plurimi, & in his Antonius Schorus*, tradiderunt: apud Græcos quidem plerumque *ὁ μὲν* remotiori, *ὁ δὲ* viciniori respondere: at apud Latinos semper *hic* referri ad sententiam priorem; *ille*, ad posteriorem. Sed est, cum *hic* geminatur, eòque nunc remotius respicit, nunc quòd proximè consequitur. Maro Ecl. iv:

*Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Non Linus; huic mater quamvis, atque huic pater adsit,
Orpheus Calliopeia, Lino formosus Apollo.*

Est item, cum *ille* respicit propius; *hic*, remotius. Ovidius lib. i Trist. el. ii:

*Quocunque aspicio, nihil est, nisi portus, & æther;
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.*

Imò quandoque negligunt & oratores ipsi, atque historici. Cicero pro Roscio Comcedo: *Quid est, quòd negligenter scribamus adversaria? quid est, quòd diligenter consiciamus tabulas? quà de causà? Quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æternæ: hæc dolentur statim, illæ feruntur sancto: hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur: hæc sunt dejecta, illæ in ordinem confectæ*. Livius lib. xxx: *Melior certiorque est tua pax, quam sperata victoria: hæc in tuâ, illa in Deorum*

manu

manu est. Similem quoque Columellæ, ac Plinii locum, adfert Saturnius lib. v, cap. ix. Idem inibi ostendit, quoties antecedens unicum est, promiscuè nunc *hic*, nunc *ille*, usurpari; eamque rem cum Terentii autoritate firmat, tum hoc Pliniano lib. ii, epist. xiiii: *Is erit Vocomus. hunc ego arctè dilexi, ille meus in urbe, ille in scessu consubernalis: cum hoc seria, cum hoc jocos miscui.*

De discrimine, quod situs, sive structuræ ratione Cornelius Fronto statuit inter *hic*, *iste*, *ille*, & *is*, dictum nobis lib. iv de Analogia cap. ii.

Relativa etiam pronomina sunt, *qualis*, *quantus*, *quot*: *salis*, *tantis*, *tot*. Sed sæpe vel antecedens, vel redditivum, desideratur. Redditivum, ut i Æn.

— *Qui tanti talem genuere parentes?*

Integrè sit, *tanti*, *quanta tu Dido: talem item, qualem te conspiciamus?* At redditivum deest in hoc Horatii Epod. od. v:

Nardo perunctum, quale non perfectius

Mæe laborarunt manus.

Pro, *salis nardo, quale.* Idem i Serm.

Occurrunt anime, quales neque candidiores

Terra tulit.

Pro, *tales, quales terra non tulit candidiores.*

Virgil. ii Æn.

Millia quot magnis nunquam venerè Mycenis.

Pro, *tot millia, quot.* Quid mirum, si non semper exprimatur utrumque? quando, ut Priscianus ait in xvii, *relativis positis, quæ secundam cognitionem significant, etiam antecedentia, vel redditiva, intelliguntur, licet non sint dicta.*

De synthesi distributorum, & partitorum (quæ etfi vulgo nominibus accenseantur, veriùs tamen pronomina sunt) diximus cap. iiii.

C A P V T L V I.

De reciproci canones tres. Reciproci loco aliud relativum: & reciproco pro relativo alio.

VEnio nunc ad reciproca; quæ Græcis ἰσοπαρεῖν, id est, *supassa*, ut Priscianus * vertit. Eiusmodi sunt, *sui*, & *suus*. De quibus, qui aliquanto accuratius egerunt, multos canones & exceptiones adducunt. Videamus, an rem brevius, apertiusque, possimus comprehendere.

Si reflectimus ad casum, qui verbum antecedit; vel etiam, si oratio in eiusmodi structuram possit resolvi; reciproco utimur, ad vitandam ambiguitatem: sin nullum est ab ambiguitate periculum, quandoque alio etiam utimur relativo.

His verbis tria sumus complexi. Primum est, reciproci usum esse, quoties reditur ad præcedentem casum; hoc est, cum quem verbum habet à fronte, sive is nominativus erit, sive accusativus.

Alterum est, etiam reciprocum usurpari, etsi redeatur ad casum sequentem, sive à tergo rectum; modò structura hujusmodi sit, ut in priorem possit converti.

Tertium est; si ob neglectum reciproci nulla oriatur ambiguitas; posse aliquando reciproci loco aliud relativum poni.

Exemplis hæc fient planiora.

Primum erat, reciproci usum esse, cum reflectimus ad casum, qui est à fronte verbi. Vt illo Ciceronis: *Cererem antiquissimam à C. Verre ex suis templis esse sublatam*. Vbi reciprocum habet locum, quia redimus ad *Cererem*, qui casus verbum esse præcedit. Perque nominativum, & particulam, sic resolvas: *Quod Ceres antiquissima à C. Verre sublata sit ex templis suis*. At non similiter dicam: *C. Verres sustulit Cererem antiquissimam e templis suis*. Quippe ita *C. Verres* erit casus verbi à fronte: eoque *C. Verris* templa intelligi possint. Ac proinde, ne in persona hic erretur, satius sit dicere, *e templis ejus*. Vel si nulla hic ambiguitas videatur, quia satis pateat, nulla *Verrem* templa habuisse; pro exemplo illud fuerit: *Verres expulit Seiam ex villa sua*. Vbi *Verris* potius villa intelligitur. Sin de villa *Sejæ* sermo est, satius sit *ejus* dicere. Similiter in illo ejusdem Ciceronis lib. III de Off. *Tum Pythius piscatores ad se vocavit, & ab his petivit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur*. Verbum *petivit* ante se habet nominativum *Pythius*: cujus horti cum intelligantur, *suos* dicendum. Quod si Cicero dixisset, *Piscatores erant à Pythio rogati: piscatores erunt casus à fronte*: eoque, cum rogati sunt piscatores, ut ante *Pythii* hortos piscarentur; sic potius Cicero dixisset: *ut ante ejus hortos piscarentur*.

Alterum erat, etiam reciprocum usurpari, etsi non redeatur ad casum Verbi à fronte positum; modò, servatà sententiã, structura verborum in priorem formam possit cominutari. Vt illo Maronis in *Eclogis*: --- *Trahit sua quemque voluptas*.

Integrè erit, *Voluptas sua trahit hominem quemque*. Hic non reditur ad casum à fronte, sed continuò reciprocum ei casui subjicitur. In causa est, quia tantundem structura valet, ac ista: *Homo quisque trahitur à voluptate sua*. Vbi manifestè reditur ad casum, qui verbum antecedit. Et sententia est eadem; quia, si homo trahitur à voluptate suã; sua sanè voluptas trahit hominem.

Sic in illo Martialis lib. v, ep. x:

Et sua riserunt secula Mæonidæm.

Cujus structuram sic, salvâ sententiâ, convertas in priorem formam : *Et Mæonides est risus a seculis suis*. Vbi perperam dixeris, à seculis illius : ac proinde nec in altero, quod parem vim habet, *ipsius* habeat locum. Quemadmodum etiam secundum priorem formam dicitur : *Dissolutus negligit, quid de se a quoque dicatur* : ita Cicero *, posteriori structurâ : * *lib. I off. Negligere, quid de se quisque sentiat, est dissoluti*.

Tertium erat, quandoque relativum aliud pro reciproco usurpari : ut si nulla inde oriatur ambiguitas. Tale est, cum utimur præpositione *inter*, post gignendi, dandi, & auferendi casum. Ibi enim nunc reciproco utimur, nunc pronomine *ipse*, vel interdum etiam *iste*. Ut apud Ciceronem ad Att. lib. II, epist. VII : *Vna spes est salutis, istorum inter istos dissensio*. Sic in MSSis, & editis, constanter legas. Vicitatus fuerit, *inter se*, vel etiam *ipsos*. Ut in Bruto : *Nec mihi cæterorum judicio videtur solum, sed etiam inter ipsos consensus*. Quomodo & Fabius loquitur lib. VIII, cap. VI, & lib. X, cap. II.

Sed non hîc sistendum. Nam etiam dixeris : *Cepi columbam in nido suo, &c, in nido ejus*. Prius rectum est, quia oratio tantundem valet, ac illa : *Capta à me columba in nido suo*. Vbi perspicue reditur ad casum, qui verbum præcedat. Ac par ratio in accusativo, *Refert columbam à se captam esse in nido suo*. At *ejus* utrobique etiam habeat locum, quia non est periculum ab ambiguitate. Sic, *Supplicium sumsit de famoso fure cum sociis suis*; vel, *sociis ejus*. At si copula addatur, dispar sit ratio. Nec enim dixeris, *Supplicium sumsit de fure, & sociis suis*; sed *ejus*.

Vt magis liqueat, quàm latè pateat hæc structura, eundem nobis per omne genus scriptores. Ac primò afferemus, ubi pro reciproco utantur alio relativo. Deinde ubi pro relativo sumatur reciprocum.

Prioris generis est illud Ciceronis Philipp. II : *Ommes boni, quantum in ipsis fuit, Cæsarem occiderunt*. Poterat Cicero SE dixisse. Idem I Offic. *Si non poterit causas defenditare, illa præstare debet, quæ erunt in ipsis potestate*. *Ipsius*, hoc est, *sua*. Idem III de Off. *Perfuga Fabricio pollicitus est, si præmium ei proposuisset, se Pyrrhum veneno necaturum*. *Ei* dixit, pro *sibi*. Auctor declamationis in Sallustium : *Sallustius timens, ne facinora ejus clandestina clara nobis essent, confessus est vobis adulterium*. Curtius lib. IX : *Abisari Alexander nunciare jussit, si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum esse venturum*. Varietatis ergò prius SE, mox IPSVM ait. Plinius lib. XXXV : *Qui scium, demonstrare nolunt, tanquam ipsis periturum sit, quod aliis tradiderint*. Quintilianus III declam. *Neque ignoravit, quæ manerent eum pericula*. *Eum* pro *se*. Et decl. I : *Quapropter non petii, ut illum miserum putetis, nisi & innocens fuerit*. Pro *se*.

Atque his locis, *is*, vel *ipse*, vel *ille*, accipitur pro *sui*, vel *suis*.

Sibi

Sibi itidem , & *suis* , pro *ei* , & *ejus* , compluribus locis usurpat vulgatus Novi fœderis interpres. Nempe more seculi. Sic Ælius Spartianus in Pescennio Nigro cap. iv ait : *Niger Pescennius eidem , & Claudius Albinus succederent. Eidem pro sibi.* Loca adducere superfedeo , quia res nota omnibus : & , ut id non esset , pluscula congestit Laurentius Valla in notis ad Evangelistæ Iohannis cap. xv. Nec in hoc interprete duntaxat , sed in aliis quoque scriptoribus , illud loquendi genus damnat idem libello , quem conscripsit de reciprocis. Vallam hæc in re secutus Hermolaus Barbarus : qui , ad Plinii lib. vi , cap. xxvi , malè locutum putat Sidonium , cùm de Petro , magistro scriuæ epistoliarum , hunc in modum Carmine tertio scribit :

At mihi Petrus erit Mæcenas temporis huius.

Nam famæ pelagus sidere curro suo.

Quomodo & idem *sui* pro *se* dixit carm. v :

— *Sed non se poena moratur*

Sanguinis effusi.

Sed nec Sedulius dubitavit dicere lib. iiii : *Redde mihi , vel redde sibi.* Verùm quia , qui Vallæ adstipulantur , non minori jure sedulam magis classicorum imitationem requirerent in Sedulio ; quàm barbarè locutum Sidonium putavit nomine , non re Barbarus Hermolaus : aliis fanè , ac magis probatorum autorum testimoniis , opus erit ; si volumus , ut liqueat *sui* , & *suis* , interdum relativa esse , at non reciproca. Tale est hoc Plauti Milite Glor. act. ii , sc. *Ni hercle :*

Siquidem centies hîc visa sit , tamen inficias eat.

Os habet , linguam , perfidiam , maliciam , atque audaciam ,

Confidentiam , confirmitatem , fraudulentiam ,

Qui arguet se , eum contra vincat iurejurando suo.

Cicero Philipp. ii : *Non enim à te emis ; sed prius , quàm tu suum sibi venderes , ipse possedit.* Lucanus lib. v :

— *Quæ nox sibi proxima venit*

Insomnis.

Quibus in locis manifestè *sui* ponitur pro *illius* : quod Græcorum more fieri , docet Budæus in commentariis linguæ Græcæ * . Ipsum ad , fusè differentem aduersus Laurentium.

Idem autem de *suis* dicere licet. Cicero iv Philipp. *Quod autem erat præsidium salutis libertatisque vestræ , si C. Cæsaris , fortissimorumque sui patris militum ; exercitus non fuisset ?* Idem pro P. Sestio : *Quisquis erat , qui aliquam partem sceleris Claudiani attigisset , quocumque venerat , quod iudicium sibi unque erat , damnabatur.* Pro , quocumque ei iudicium erat. Et pro lege Maniliâ : *Ex eodem Ponto illa Medea profugisse dicitur : quam pre-*

* pag. 29.
edit. Rob.
Steph.

predicare in fuga fratris sui membra in eis locis, quæ se parens prosequeretur, dissipavisse. Se, pro eam. Plinius lib. XIV, cap. XI: Græcenus arbitrabatur, non naturam ejus repugnare Italix, sed culturam: ob id fertilitatem suam absenti, nisi præpinguis solis ubertas lascescentem sustineat. Porcius Latro in Catilinam: M. Cæoni, aut Scipioni, coætanco suo, de legibus dicendum erat. Item, Nam si odio venas Catilinam arxisse demonstravimus, si rationes vitæ suæ in exercitatione teterrimarum libidinum collocatas: quid erit, iudices, quod dubitetis de liberandâ patriâ?

C A P V T L V I I.

Ostenditur, non esse perpetuum canonem illum, quo dicunt vulgò, hæc quinque possessiva, meus, tuus, suus, noster, vester, capi passivè: activè autem sumi quinque istos genitivos primitivorum, mei, tui, sui, nostri, & vestri. Genitivos ipsius, unius, duorum, paucorum, plurium; item participiorum; non regi à pronomine possessivo, uti creditum; sed convenire cum pronomine intellecto. Palmerii opinio rejecta. Vallæ error de genitivo omnium. Pronomina partitiva, & numeralia, non regere genitivum, sed casum hunc regi à nomine, quod desideratur. Nostrum, & vestrum, sæpius partitivè sumi: atamen etiam usurpari, ubi partitio locum non habet. Nostri, & vestri, esse patrium casum pluralem, contra quam visum Sulpicio Apollinari.

ISta sunt, quæ in Provocabuli convenientiâ considerationem præcipuè mereantur. Consequi videtur, ut ad Regimen sermonem convertam. Ordiam à genitivo, ac primùm expendam, quando locum habeat in primitivis: hinc, quando in possessivis: postremò, quando in partitivis, & distributivis.

In primitivis tria similiter spectabimus: ut pronomen unum regat alterum in genitivo: ut item pronomen eo casu nomen regat: denique ut pronomen à nomine casu eodem regatur. Primi generis exemplum esto: *Quid mei, tam amici hominis, potuit tibi displicere!* Vbi utrumque, & *quid*, quod regit, & *mei*, quod regitur, est substantivum. De *mei*, satis convenit. Ut quod liqueat esse non à *meus*, sed ab *ego*. Vnde pro eo dicere possis, *Quid in me tantopere potuit displicere?* *Quid* etiam substantivum esse, inde colligitur, quòd dicatur: *Quid mei, & non, quod mei: sed quod meum, puta negotium.*

Secundi generis, ubi pronomen substantivum regat nominis substantivi genitivum, exemplum sit, *Quid monstri alis?* vel, *Aliquid monstri alunt.* Ac simile dicunt, *Hoc literularum.* Sed *Hoc* est adjectivum: ac genitivus regitur à substantivo *negotium*; quod intelligitur, ut fieri solet in adjectivis, quæ substantivè accipi dicuntur. *Negotium, vel res literarum,*

rum, idem ac *literæ*; ut *res voluptatum* Plauto idem, ac *voluptates*: quemadmodum non semel diximus.

Tertium genus fuit, ubi pronomen in genitivo regitur à nomine. Sed hoc non in quibusvis nominibus locum habet. Sanè possessio si significetur, sic loqui non licet. Nec enim, uti dixeris, *uxor Tui*, aut, *ager Mævi*: sic quoque, *uxor mei*, vel, *ager tui*: verùm, *uxor mea*, *ager tuus*. Itidem, non ut, *mos est patris*; ita, *mos est mei*; verùm, *meus*. Dispar ratio in verbalibus, atque iis, quæ animi affectum, quæque facultatem, aut partem alicujus, vel simile quid, notant. Vt, *amor, odium, desiderium, fastidium mei*: *imago, defensor, estimator, miratrix tui*: *expectatio, vindicta, cura, ratio sui*: *absentia, finis, memoria, magnitudo nostri*: *pars, copia, utilitas, causa vestri*. Exemplis veterum, quia passim suppetunt, superledeo.

Monent hoc loco Grammatici, *amor sui*, *odium tui*, *desiderium nostri*, *negligentia vestri*, activè sumi: passivè autem, *amor tuus*, *odium tuum*, *desiderium nostrum*, *negligentia vestra*, atque ita in aliis. Verùm classici scriptores non raro hoc discrimen negligunt. Ita, ut autor est Cicero in Tuscul. *invidia tum activè, tum passivè*, usurpatur: unde idem in Catil. semel iterùmque dixit, *invidia mea*, de eà, quæ mihi invidetur.

* ad. 5. sc.
ut.

Simile illud Terentii in Phorm. *

Nam neque negligentia tuâ, neque odio id fecit tuo.
Vbi *negligentia tua* est, quæ tu negligeris: & *odium tuum*, quo te alius prosequitur. Idem Terentius Eunucho ait act. II, sc. III:

— *In eâ re militatem ego faciam ut cognoscas meam.*

hoc est, quæ ex me percipitur.

† ad. 3. sc.
2, al. 3.

Et Heautont. † — *Lachrymis opplet os totum sibi,*

‡ bb. 16. ep.
3.

Vt facile scires desiderio id fieri tuo. Pro tui. Geminum verò Ciceronis illud ad Tironem ‡: *Utilitatibus tuis possim carere: te valere tuâ causâ primum volo, tum meâ, mi Tiro.* Contrà, *invidia alicujus*, dixit Cicero, pro iis, quæ alicui tenduntur. Ita enim inquit pro M. Coelio: *Quod in alicujus agræstis periculo non prætermitteret, id homo crudus in infidus doctissimi hominis dissimulandum putaret?* Suntque hujus generis plura.

* Satyr. 4.

Contrà pro *causâ mei*, aut *sui* (illo Papinianus, hoc utitur Vlpianus) usitatius in ablativo dicitur *meâ*, aut *suâ*. Horatius lib. I Serm. *

— *Causâque meâ permissa rogatus*

Fecit. —

Eodémque modo dixit Cicero lib. xv ad Cassium: *Abeffe te, meâ causâ molestè fero; tuâ, gaudeo.* Et lib. viii ad Att. epist. I: *Si me vellet suâ, aut Reip. causâ, Lucetiam venire, statim esse venturam.*

De

De pronomibus primitivis, quia, quod satis est, dixi, deinceps de possessivis agemus. Hæc regere dicuntur genitivos nominum, aut participiorum, aut etiam pronominum, quæ & ipsa possessionem signent.

Nominis genitivus est in hoc Ciceronis lib. xv, epist. ad Marcel- lum : *Molestè fero, me Consulem, tuum studium adolescentis perspexisse: te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse.* Item pro Sextio : *Quem non tam admittor, quod meam legem contemnat. hominis inimici.* Et Verr. v : *Ne tua quidem recentia proximi Prætoris vestigia persequi poterat.* Item Phi- lipp. ii : *Tuum hominis simplicis pectus videmus.* Addunt è III de orat. *Voluntati vestre omnium parvi.* Sed in optimis quibusque editionibus *vestrum omnium.* Atque ita quoque id refertur à Linacro lib. iiii cap. de Pronominum structura. Sed ita nihil is locus fecerit ad præsens institutum. Accommodatius illud pro Murena : *Ex tuo ipsius animo conjecturam feceris.* Similiter Cato ad Cicer. lib. xv : *Libenter facio, ut tuam virtutem, domi cogati, armati foris, pari industriâ administrare gaudeam.* Virgil. in Ciri :

Perque tuum memoris haustum mihi pectus alumne.

Plinius lib. ix ad Maximilianum : *Incipio gloriam petere, post iudicium tuum, viri eruditissimi, gravissimi, ac super ista verissimi.* Idem in Panegyri. *In sua cuiusque laude præstantior.*

Quod si quis post istos, etiam Comicos, & Poëtarum alios, expo- scit; locutus sic Plautus Menæchmis * :

Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis.

Tuum Apollinis, inquit, pro, *tui, qui es Apollo.* Falluntur, qui putant, *Apollinis* esse antiquum nominativum. Similiterque Aufonius † : prout † epist. 5. in veteri membranâ reperit Ios. Scaliger :

Scillito decies si cor purgeris aceto,

Anticipesque tuum † Samii Lucumonis acumon.

Casaubonus quoque suspicatur, Persium scripsisse sat. v :

Artificisque tuo ducit sub pollice vultum.

Quamquam nec artificem damnet; quia artificem vultum dixisse possit pro summâ arte ac curâ elaborato : quomodo Macrobius lib. iii Saturn. cap. xiiii ait; *artifex nodus.* At malè quidam, cum Pal- merio, referunt huc illud Ennii in Hecuba * :

Miserere mei annis, dato ferrum, qui me animâ privem.

Nam, *mei annis,* quidem est, *mei, quæ annus sum.* Sed *mei* isthoc est à pri- mo genitio; non autem à possessivo *meus.* De nominum genitivo satis.

Participii genitivus vix alibi, quàm apud Poëtas, obtinet. Horat. lib. i, sat. iv :

* *Al. 5. Sc.*
V. atq. meo
est.

† *Vulgo*
Anticyram-
que bibas :
etiam in Ve-
netâ an.
1494.

* *Apud*
Non. in Mi-
serere.

— *Cum mea nemo*

Scripta legat vulgo recitare timentis. —

Ovidius lib. I Amor. el. VIII :

— *Saepe rogabis,*

Vt mea defunctae leuier ossa cubent.

Idem epistolâ Oenones :

Es flecti, & nostros vidisti flectis ocellos.

In prosâ hîc præferretur relativum. Diceretur enim, *mea, qui tunc meo; mea, quae sum defuncta; nostros, qui flectimus, vel meos, qui flecto.* Imò Poëtae ipsi quandoque sic loqui malunt. Vt idem Ovidius lib. III de Ponto el. IV :

Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum.

Non, *mea summoti.* Sic Cic. lib. XIV ad Terentiam : *Sed omnia sunt meâ culpâ commissa, qui ab iis me amari putabam, qui inuidebam.* Vbi Poëta potuisset dicere, *Meâ culpâ putantis.*

Pronominis denique genitivus est hoc Ciceronis pro Murzæna : *Ex tuo ipsius animo conjecturam ceperis.* Similiter Bithynicus Ciceroni epist. lib. VI : *Itaque contentus ero nostrâ ipsorum amicitia.*

Par ratio genitivorum, *unius, solius, duorum, paucorum, cuiusque* : qui vulgò nominum creduntur, cum re verâ sint pronominum, ut alibi laetis dictum. Singulorum exemplum ordine apponam. Cicero in Pison. *Sine ullâ dubitatione juravi Remp. atque hanc urbem, meâ unius operâ esse salvam.* Idem pro Marcello : *Solius enim meum peccatum corrigi non potest.* Livius lib. VIII : *Noster duorum evenit asteridat, utra gens bello sit melior.* Ac similiter *trium*, pluriumve, dicere poterat. Brutus ad

* epist. 7 ad
Brutum.

Cicer. * *Qui vestris paucorum respondeat laudibus.* Cic. lib. V de Fin. *Sua cuiusque animantis natura est.* Addit Valla genitivum, *Omnium* : quem adstruere nititur illo Ciceronis lib. III de Orat. *Volemati vestre omnium parus.* Sed in omnibus codd. est, *vestrum omnium* : quod & sententia requirit.

Planè autem ratio fugit Grammaticos, cum ex hisce collegerunt, pronomem possessivum regere genitivos nominum, pronominum, & participiorum. In errorem eos hunc impulit, quòd non attendere ad ellipsin pronominis primitivi. Absque eo esset, faciliè, puto, animadvertissent, genitivos illos non regi à pronomine possessivo, quod rationi adversatur : sed à substantivo illo, cui additur pronomem possessivum. Exempli gratiâ, illud, *Judicium tuum viri eruditissimi* : integrè sit, *Tuum, tui eruditissimi viri, judicium.* Vbi quid apertius, quàm tres istos genitivos regi à nomine substantivo *judicium.* Tui vero brevitas causâ omittitur, quia ex *tuum* satis intelligitur. Par ratio in isto :

isto : *Meum unius peccatum* : pro, *meum mei unius peccatum*. Nihil certius, quàm, *mei unius*, dependere à *peccatum*, non à *meum* : quod cum adjectivum sit, vim regendi habet nullam. Sola enim substantiva, si verbalia exceperis, regunt genitivum. Itidem istud, *Vestris paucorum laudibus*, plene sit, *vestris vestri paucorum laudibus*. *Mea timemur scripta*, sic suppletur, *Mea mei timemur scripta*. Vtrobique genitivos regi à substantivo, satis est evidens. Hanc ellipsin Græcicam optimè etiam perspexit Iosephus Scaliger cum de Aufonii verbis antea adductis sic scribit lib. 11, Aufon. Lect. cap. 11 : *Notandum genus loquendi, Tuum acumen Sainii Lucimmonis. Nam & ita à multis veteribus usurpatum memini : ut à Ierisconsulto : Cum mens mea fuerit facientis testamentum. Et à Thucydide, aliisque veteribus Atticis. Ita enim loquuntur : ut, ημεῖς ἐξ ὑβόμῃ ἢ τῷ βουλευσίῳ, & similia. Hoc igitur modo hîc dictum, Tuum acumen Lucimmonis. Intelligendum enim τὸ οὐ genitivus secundæ personæ. Si enim expressum esset, ignoratione huius locutionis locus corruptus non fuisset ; ut in Plauto * recte expressum est :*

*Duorum labori ego hominum parissim lubens,
Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.*

Tanquam si diceret, nostro labori mei, & tui. Quid quod eodem modo dicitur noster utriusque labor ? Hactenus Scaliger.

Restant pronomina tum partitiva ; ut sunt, quæ dialectici vocant signa universalialia, & particularia : tum numeralia, sive quæ numerum, vel ordinem significant. Partitiva enim pronomibus accenseri, satis dictum nobis lib. 1 de Analogia cap. 11, & lib. 1v, cap. 11. Deque numeralibus idem monitum lib. 1v, cap. x. Vtraque ajunt regere genitivum pluralem. Quo sequentia referunt exempla. Terent. Andr. act. 1v, sc. 1v :

Quid turbe est apud forum ? quot illic hominum litigant ?

Maro 1 Æn.

Tenctorumque alios. —

Idem ibidem :

Nulla tuarum audita mihi, neque visa sororum.

Plinius lib. 11 Hist. Nat. *Cæteris quippe animantium sola victus cura est.* Et eodem libro : *Reliquis talium, ab initio ad finem, septenarius sunt numeri.* Sed quam in Nominibus partitivè acceptis ellipsin statuebamus : eandem in hisce pronomibus agnoscimus. Nempe hîc quoque genitivus pluralis regitur ab ablativo numero : atque ablativus ille à præpositione E X. Nam *quot hominum*, integrè est, *quot ex numero hominum*. *Alii Tenctorum*, valet, *ex numero Tenctorum*. *Nulla sororum*, plene fuerit, *ex numero sororum*. Atque ita in cæteris.

Sed unum huic sententiæ objici posse video, genitivos plurales additos

* Pseudob.
act. 1, sc. 1.

ditos distributivis *omnis*, & *cunctus*, non posse exponi per præpositionem *ex*. Ut hoc Livii lib. II belli Macedonici: *Macedonum fere omnibus, ut manerent persuasit*. Crebrò ita locutus Plinius, ut lib. III, cap. I: *Bætica cunctas provinciarum diviti cultum præcedit*. Et lib. XI, cap. XXXVII: *Renes habent omnia quadrupedum, quæ animal generant*. Et eodem cap. *Piscium omnibus serrati dentes, præter scorum*.

Verùm, quibus inde scrupulus oboritur, non cogitant, *omnes Macedonum, valere, ex numero Macedonum singulis, vel nemo non*. Sic, *cunctæ provinciarum*; idem est, ac *iniquæque*, vel *nulla non è provinciarum numeri*. Quâ mente nihil impedit, quo minùs sic ellipsin suppleamus, *omnes ex Macedonum numero: cunctæ ex numero provinciarum*: non quasi ex toto aliquid decerpatur, reliquo relicto; ut fit, si dicatur, *aliqui Macedonum, nonnullæ provinciarum*: sed quia animum per partes singulas circumferamus, usque dum partes expleant totum.

Docent viri quidam eruditione præstabiles, partitivis, & partitive positis, ut sunt etiam nominum comparativi, & superlativi, item numeralia, addi genitivos *nostrum*, ac *vestrum*: at alia exigere genitivos, *nostri*, ac *vestri*. Neque id temere ab iis adferi videtur. Nam dixit Cicero contra Rullum: *Tunc contra hanc Romam, communitatem patriam omnium nostrum, illa altera Roma quaeretur*. Et II in Rullum: *Omnibus vobis, aut majori vestrum parti*. Idem Catil. IV: *Video, Patres Conscripti, in me omnium vestrum ora atque oculos coniectos esse*. Et ad Q. Fratrem lib. II, ep. IV: *Domus utriusque nostrum ædificatur egregie*. Eodemque modo Livius lib. I: *Imperium summum Romæ habebis, qui vestrum primus, ô juvenes, osculum matris intulit*. Curtius lib. VII: *Nolo singulas vestrum exciicare*.

Verùm hæc quidem testimonia evincunt, *nostrum*, & *vestrum*, rectè partitivis, ac similibus addi: at discrimen id, quod inter genitivos eos ponunt, non validè satis probant. Nam & apud Ciceronem ipsum loca sunt, quibus *nostrum*, & *vestrum*, aliis quibusvis addat nominibus. Ut Philipp. IV: *Frequentia vestrum incredubilis, concioque Quirites tanta, quantum meminisse non video &c.* Pro Plancio: *Quare noli me ad contentionem vestrum revocare*. Ibidem: *Possimus eripere contentionem vestrum*. Eodemque modo scripsit Sallustius in Catilina: *Sæpe majores vestrum miseris plebis Romanæ*. Quo tamen in loco jam Apollinaris, & Gellii* ævo, à librariis, pro, *vestrum*, reponebatur, *vestri*.

* Gell. lib. 20. cap. 6.

† ibid. apud Gell.
‡ ibid.

Non desunt, qui contendunt, obsoletum esse loquendi genus, quod, *nostrum*, & *vestrum*, usurpantur, ubi partitio non habet locum. Quibus sanè adstipularemur, si nemo ita locutus esset præter Gracchum †, cujus est, *misereri vestrum*: aut Quadrigarium ‡, cujus hæc apud

apud Gellium verba : *Cai Mari, ecquando te nostrum, & Reip. miserebitur?* Nunc verò, cur iis adfensum non accommodemus, ex tam multis de Tulliano penu, nemini obfcurum esse potest.

Interim falsus quoque Apollinaris *, qui, illis adductus locis, *miserebitur nostrum*, non *nostris*, dicendum putavit. Nam hæc in re adverfantur ei autores plurimi : in his Afranius in Togatâ :

Nescio qui nostri miseritus tandem Deus.

Præterea genitivos *nostris*, & *vestri*, usurpant quoque Sylla secundo rerum gestarum, Terentius Phormione, & Laberius in Necyomantiâ : quorum verba suggeret Gellius †. Imò ipsius Ciceronis est *iv* † *ibid.* Catilin. *Habebis ducem memorem vestri, oblitum sui.*

C A P V T L V I I I.

Idem cum illo, non *videri Latinum*. *Vt pro eo dixerint antiqui.* Idem *tertio, alius sexto casus junctum*. *Ellipsis pronominis me, te, se.*

A Genitivo tranfeo ad dativum. Quem nullum quidem pronomen, imò nec vox alijs classis, regit : attamen, Græcanico more, *idem* casum hunc adfciscit. Romanâ enim consuetudine dicitur *idem qui* ; *idem ac* ; vel, *idem atque* ; vel, *idem &*. Crebrò tamen nunc legere est, *idem cum illo* : quomodo sæpius loquitur maximus Erasmus, nec propterea tantillo minor. Vt Annot. ad cap. *viii* Matth. *eandem*, ait, *esse contrarietatem cum eo, de quo meminit Lucas*. Et aliquanto post : *Gerasam quidam existimabant eandem esse cum Gadara*. Quin is sermo erudito hoc sæculo aded obtinuit, ut potius quærendum videatur, qui aliter loquantur, quàm qui loquantur hoc pacto. Vnum Iosephum Scaligerum adducam, qui Castigationibus in Sphæram Manilii † ait : *Minor urfa eadem est cum Cynosura*. At antiqui dixissent, *eadem quæ Cynosura*. Cicero lib. *ii* Off. *Peripatetici quondam idem erant, qui Academici*. Idem in Oratore : *Sic igitur hoc cognitum, in solutis etiam verbis inesse numeros ; eodemque esse oratorios, qui sunt Poëtici*. Sic lib. *i* ad Att. ep. *xiv* : *Apud bonos idem sumus, quos reliquisti*. Ac Plautus similiter Stichos sc. *ii* :

Idem animus est in paupertate, qui olim in divitiis fuit.

Vel dicendum *idem &*. Cic. lib. *ii* de Nat. Deorum : *Dianam, & Lucinam, eandem esse putant*. Pro domo : *Vt eadem sit utilitas uniuscujusque, & uniusvrosorum*. Ovidius quoque *vi* Fast.

Vesta eadem est, & terra : subest vigil ignis utrique.

Poëtice verò, ac Græcorum more, dicitur, *idem illi* : ut apud Lucretium lib. *iii* :

*Adde Heliconiadem comites : quorum unus Homerus
Sceptra potius, eadem alijs sopioni quiere 'st.*

Hora-

Horatius epist. ad Pisones :

Invenium qui servat, idem facit occidenti.

Hoc est, τρωϊὸν ἐνεῖνα. Vide Victorium lib. x Var. Lect. cap. xxi.

Vt vero *Idem* dativum, ita contrarium ejus *alius* (quod & ipsum pronomen esse, diximus) ablativum admittit. Sallustius: *Aliud bello mallet.* Horatius * :

* lib. 2 epistolatum.

— *Ne quis se præter Apellem*

Pingeret, aut aliis Lysippo duceret æra

Fortis Alexandri vulxum simulancia.

† lib. I epist. ad Quintilianum.

Idem alibi †: *Neve putes alium sapientie bonoque beatum.*

Et Cornelius Severus in Ætna :

Materiamve aliam credis furere igne favillam.

Ita in veteribus est codd. ut etiam observatum Scaligero. Phædrus lib. III: *Alius Sejano.* Quin Ianus quoque Guiljelmus legendum putat in prologo Plautinæ Pleudoli :

Qui querit alia his, malum videtur querere.

Accusandi, vel auferendi casum, nullum pronomen, uti nec nomen, regit. Sæpe autem uterque casus pronominis, aliunde rectus, non compareret ob ellipsin: præsertim accusativi ME, TE, SE. Ita ME intelligitur apud Plautum Afm. act. III, sc. I :

Vbi piem Pietatem, si isto more moratam tibi

Postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis ?

Pro, *postulem*, hoc est, æquum censeam, *me placere*. Primæ autem personæ accusativum intelligi, cognoscitur ex eo, quod verbum primæ personæ, nempe *postulem*, præcedat. Ac similiter, si præeat verbum secundæ personæ, intelligitur pronomen secundæ personæ. Vt si dicas, *Postules placere*, pro, *Postules te placere*. Terent. Eun. act. II, sc. III :

Quandoquidem illorum neque te quisquam movit, neque scit, qui sit.

Præterea forma, & ætas, ipsa 'st, facile ut pro eunucho probes.

Pro, *te probes*.

Par ratio in tertiâ : ut, *Postulet placere*, pro, *Postulet se placere*. Ita Plautus Afm. act. II, sc. III :

— ME. *Demianetum volebam.*

LI. *Si sis domi, dicam tibi.* ME. *quid? ejus artienfis?*

LI. *Nihilo magis intus est.* ME. *ubi est?* LI. *ad consorem me dixit.*

Pro, *se ire dixit.* Idem Captivis act. II, sc. III :

Hic autem te ait mutere hinc velle ad patrem;

Mentem ut illic redimat filium; mutatio

Inter me, atque illum, ut nostris fiat filius.

Pro,

Pro, ait *se mittere*. Similéque hoc Curtii lib. VII: *Oclingera talenta conficitur daturum Alexander*. Pro, *se daturum*. Alterum quoque Curtii, & unum item Ciceronis locum, adfert Budæus in Commentariis Ling. Gr. verùm ii aliter hodie in castigatioribus leguntur codicibus. Sed rectum puto, quod apud Sallustium in Jugurthâ quidam antiqui codd. Rivio teste, habent: *Interim Hiempsal reperitur, occultans turgio mulieris ancille, quo initio pavidus, & ignarus loci, profugerat*. Et apud Maronem II Æn.

Accingunt omnes operi.

Ac ibidem:

Et laeri adglomerant nostro.

In optimo quoque illo Romano codice Pierius reperit II Georg.

— *Neque in vacuum poterunt extendere rami.*

Pro quo in aliis,

— *Poterunt se extendere rami.*

Multa hujus generis attulimus libro tertio de Analogia cap. tertio.

C A P V T L I X.

Quantus, qualis, quot, si geminentur, generalitatem significant. Pleonasmus pronominis, ubi vel vox eadem repetitur: ut, mihi implevit mihi: vidit se vovere se: vel jungitur alia ejusdem significationis; ut, illam eam, ambo duo, omnes universi, totus universus, totus perpetuus. *A Linacro recedunt*. Id propterea, pro, propter id. Ille *πλεονάζων*, præcipuè post velut, aut sic. Ipse egomet. Alter, alius, quis, vel quifquam, vel semper, vel sæpius redundant, post, nullus, nemo, nihil. Non esse figuratum sermonem; sed nativum; quibus locis statui solet pleonasmus daturorum, mihi, tibi, sibi; vel accusativorum, me, te, se.

Multa hæcenus de ellipsi diximus, quæ pertineant, tum ad Convenientiam Pronominis figuratam, tum ad figuratum Regimen ejusdem. Sed tam in convenientia, quàm regimine, quandoque etiam provocabulum redundat. Quandoque item redundare vulgò existimatur, cùm potiùs ellipsis sit futura, si deesset. Quare de vero falsoque pronominis pleonasmò, quædam subjiciemus.

Vnum est pleonasmì genus, cùm vel idem pronomen geminatur, vel duo ejusdem significationis junguntur.

Nec tamen pleonasmus putandus, quotiescunque repetitur vox eadem. Ut in *quantusquantus*. Quomodo Terent. Adelph. act. III, sc. III:

Tu, quantusquantus, nihil nisi sapientia es.

Similiâque, *qualisqualis, quisquis, quotquot*. Quæ ob geminationem, ut Priscianus ait in XVII, *generalem habent pronunciationem, colligemem uni-*

versalitatem numerorum. Vnde idem valent, ac si pro altero poneretur *cunque*: ut *qualiscunque, quocunque, & ita* in aliis.

At verè redundat illo Plauti Aulul. act. III, sc. VI:

— *Qui mihi omnes angulos*

Furum implevisti in adibus misero mihi.

Atque ut hic *mihi*, ita se geminatur illo Catulli, epigr. xxxvii:

Et hæc pessima se puella vidit

Ioco se lepido vovere Divis.

Vbi Aldina, & eà antiquior Regiensis, *Jocosè lepide.* Vnde alii, *jocose & lepide.* Atqui poëta SE duplicavit divisim, ut junctim fit in *sefe.* Vbi tamen nihil redundat, quando observatur, quod ex Julio Cæsare Servius annotavit, SE simplex usurpari, cum quid in alium dicitur factum: SE SE autem, cum in se ipsum. Et talis quidem est pleonasmus, ubi pronomem idem voce repetitur.

At ejusdem significationis pronomem redundat in hoc Plauti Mæch. act. IV, sc. III:

*Imò edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,
Mihi eam redde.*

Vbi *illam* *παλαιά*, vel *eam.* Similiter Amph. act. III, sc. III:

Iam hi ambo, & servus, & hera, frustra sunt duo.

Nam *ambo*, & *duo*, quorum alterum *παλαιά* *, pronomina esse, dixi & antea. Apud eundem Trinummus act. IV, sc. III:

— *Nam id genus hominum omnibus*

Univerfis est adversum.

Quomodo & Appulejus lib. VII Met. *Talibus dictis universi omnes adfensere.* Hæc quoque esse pronomina, ostendimus alibi. Pronomina *totus*, & *universus*, eadem jungit comœdià act. I, sc. II:

Gregem universam voluit totum aversere.

Ac similiter Mostell. act. I, sc. II:

— *Non video mihi*

Sarcire posse ædis meas, quin totæ

Perpetuæ riant.

Vbi *perpetuæ* non aliud, quàm *totæ.*

Sed etiam citra hujusmodi repetitionem sæpius redundat pronomem. Hoc fieri censet Linacer apud Æmilium Probum, vel potius Cornelium Nepotem. Ut qui dicat, *Chabrias Atheniensis hic quoque summis habitus est ducibus.* Item: *Timotheus, Cimonis filius, Athenensis, hic à patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus.* De quibus ita Linacer: *Illæ paullo duriora, meo iudicio; maxime quod in principio orationis sunt posita.* Nempe non attendit vir eruditus, ante *Hic* *πάλιν* *συνάλω* † poni oportere: esseque priora inscriptionem live lemma capit

† *πανόλιον* .
sive distinctionem pers-
fecta senten-
tia indicem.

pitis univērsi. Rectiūs igitur dixeris, initio apponi in illo Plauti Pœnulo act. v, sc. 11 :

Pater tuus, is erat frater patruelis meus.

Vbi *ἑποσιγμή* * post *tuis* ponenda : quasi dicat : *pater tuus, is, in-* ^{* subdistin-}
quam, quem dixi. Eoque nec hic omnino *πλεονάζει* †. Vti nec isto Sal- ^{ctio.}
lustii in Catilinæ *Sed urbana plebs, ea verò præceps erat multis de causis.* † ^{supreffi.}
Nam verba hæc, *ea verò*, uti venustatem adferunt orationi, ita quoque *ἑμφοσιν* habent. Imò non parum hæc particula inserta ad perspicui-
tatem facit, quoties nominativus longiùs antecessit. Ita Cicero ad
Att. lib. VII, ep. xv : *Postumus autem, de quo nominatim Senatus decrevit,*
ut statim in Siciliam iret, Fufianoque succederet, is negat se iterum sine Caione.
Quomodo legit quoque Linacer lib. v. Abest tamen *is* ab editioni-
bus Lambini, Boli, Junii, Guilielmi, ac Gruteri.

Etiam ille salvâ tollas sententiâ ab illo Maronis in 11 Georg.

*Quid majora sequar ? salices, humilesque geniste,
Aut ille pecori fraudem, aut pastoribus umbram
Sufficiunt.*

Fit idem sæpius post particulam similitudinis *velut*, aut *sic*. Vt apud
Maronem XI Æn. ubi agit de Arunte, post Camillam interemtam se
conjiciente in fugam, more lupi, postquam pastorem, & juvencum,
interemit. Locum integrum apponam :

*Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuò in montes sese arvens abdidit altos,
Occiso pastore, lupus, magnæque juvenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subjecit pavitantem utero, silvâsq; petivit :
Hanc secus ex oculis se turbidus abstulit Aruns,
Contentusque fugâ mediis se immiscuit armis.*

Planèque eodem modo usurpat Staius lib. 111 Thebaidos :

— *Ac velut ille
Fluctibus Ionis Calabræ decus arbiter alno,
Nec rudis undarum portus : sed linquere amicos
Purior Olenii frustra gradus impulit astri.*

Claudianus quoque de bello Getico :

— *Sic ille relinquens
Jejunos antro casulos immanius exit
Hibernâ sub nocte leo. —*

Plurâque id genus observat Guilielmus Canterus lib. 111 Var.
Lect. cap. xxvi †.

*Ipse etiam (quod Apollonius Ἠπιγυμνητὸν, Priscianus * appositivum* ^{† edit. po-}
^{strema. Nam}
^{in prima, si-}
^{ve Basilea-}
^{si, frustra}
^{querat.}
^{* lib. 17.}

appellat) redundat post *egomet*, cum *egomet* valeat *ego ipse*. Sed additur *ipse* ad ἑμφασιν majorem. Ita, *nosmet ipsos*, est apud Terentium Phorm. act. 1, sc. 14. Ac Tullius similiter lib. 1 de Off. *Nisi nosmet ipsos amabimus valde*. Laurentius tamen Ramirez de Prado *ille* in talibus locis valere articulum *δ*. Vide eum in Pentecontarcho cap. 30.

Etiā, *alter*, *alius*, *aliquis*, *quisquam* (quæ pronomina esse, suo loco offendimus) redundant post *nemo*, *nullus*, *nihil*. Vt illo Plauti Cistellariâ act. 14, sc. 1 :

— *Scelestiorem in terra nullam esse alteram.*

Et Mercatore act. 1, sc. 1 :

Mulier, quâ mulier alia nulla est priorior.

Origo hujus locutionis ex eo est, quod naturâ suâ aliud est *nullus*, aliud *nullus alter*, vel *nullus alius*. Nam, *Nullus*, excludit omnes : ut si dicam, *Nullus stante* : sed, *Nullus alius*, eximit unum : eoque *alius* intelligitur, si dixeris, *Nullus stante, hic stabat*. Nempe haut aliter, ac Plinii illo lib. 1, epist. xxiii : *Hunc, omnibus sedentibus, stare* : pro, *omnibus aliis*. Cum igitur viderent veteres, interdum post *nullus* sententiam *alius* exigere, cœperunt vulgò etiam *alius* addere, ubi sententia id minimè requireret : nempe solum ob ornatum, vel emphasin majorem : ut in locis memoratis. Similiter Mercat. act. 14, sc. 14 :

Nam mihi nihil reliqui quicquam aliud jam esse intelligo.

Et sæpius alibi. Sed & *unus aliquis, quisquam unus, nemo unus, sæpius* apud Ciceronem, Cæsarem, Livium, reperias. Etiam *omne quicquid*, apud Valerium Max. Itidem cum dico, *nemo quisquam*, posterius redundat ; ut Priscianus ait in xviii. Ita Terentii est Hec. act. 1, sc. 1 :

Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit.

Et And. act. 1, sc. 1 :

— *Compericham nihil ad Pamphilum*

Quidquam attingere.

Gellius lib. 1x, cap. x : *Tot puris honestisque verbis venerandam illud concubii pudici secretum neminem quemquam alium dixisse*. Et lib. xiii, cap. xiii : *Si duo hæc verba dissident, neque ullâ re aliâ dissident*. Similiter post *Quis* redundat *alter*, aut *quisquam*. Vt Amph. act. 1, sc. 1 :

Qui me alter est audacior homo ? —

Et act. 14, sc. 111 :

Qui me Thebis alter vivit miserior ? —

Et Aulul. act. v, sc. 1 :

Qui me Athenis nunc magis quisquam est homo, cui Diis sim propius ?

Vulgò etiam dativos, *mibi, tibi, sibi*, dicunt ὡς εὐρέως εἶν. Vt illo Plauti Mil. act. 1, sc. 1 :

Nam

Nam ego hanc machetam mihi consolari volo.

Sed de hoc paullo aliter censeo. Nempè mihi valet meo commado. Omne enim nomen, ac verbum, dativum admittit. Vt non minùs Latinum sit, *michi consolari*, quàm *me consolari*: *michi amare*, quàm *me amare*: *michi ferre*, quàm *me ferre*: atque ita in aliis. Sic Terent. Phorm. act. v, sc. ix:

Quis mihi, ubi ad uxores ventum est, tunc sumus senes.

Vbi sic Donatus: *Eleganter insertum M I H I. Vt in Heautont.* *

* act. 2.
sc. 1.

--- *Is mihi, ubi adhibuit paullo, sua quæ narrat facinora!*

Aequi neutro loco penitus redundat dativus. Nam *narrat mihi*, etiam qui absente me narrat, quatenus inde voluptatem capio, quodd ejusmodi effutiat. Et Naufistrata jure queritur, sibi viros fieri senes, quia ex eo ipsa damnum ac dolorem capiebat. At dicat aliquis, saltem penitus superesse in isto Catulli in Iuvent.

Mallet divitias mihi dedisses

Isti, cui neque serous est, neque arca.

Vbi *michi* ait, licet sequatur *isti*. Sed poetæ mens manifestior erit, si pro *dare divitias isti*, dicas, *donare divitiis istum*: ubi si *michi* addas, nihil liquet redundare. Vt nempè sit, *Mallet donasses mihi istum divitiis*. Vt *michi* valeat, *bono meo*, sive, *in mea spem gratie*. Par ratio, cum ait Lucretius lib. v:

Ergo terra tibi limatur, & aucta recrefcis.

Maro Ecl. viii:

Tu mihi, seu magni superas jam saxa Tivari,

Sive oram Illyrici legis equoris, en erit unquam &c.

Idem v Æn.

--- *Vbi nunc nobis Deus ille magister,*

Nequicquam memoratus Eryx?

Propertius lib. x, el. x:

Sentiet illa tuas post mihi vincta manus.

Nec respuunt hunc usum Oratores. Cicero ad Att. lib. i, epist. xi: *Hic tibi rostra Cato advolat. Cælius ad Cic. epist. ii: Hic tibi strepitus, fremitus, clamor tonitruum, & rudenum sibilus.* Nec diffiteor, in talibus plurimum omitti dativum. Sed hoc non impedit, quo minùs citra ullam figuram possit apponi; sive ad ornatum; sive etiam quia ἔμφασιν habeat.

Ajunt & sæpius ante infinitivum ἀρεονάζειν accusativos *me*, *te*, *se*. Vt illo Plauti Afin. act. i, se. 1:

Aique ego me id facere studeo, volo amari à meis.

Sed est & hic sermo nativus. Nam ut verbum finitum naturâ ante se habet nominativum: ita infinitivum exigit accusativum. Quod igitur verbo finito diceretur, *Equidem studeo, ut ego faciam*: id dixeris per

infinitivum, *Studeo me facere* : & κατ' ἐπιφάνειαν, *Studeo facere*. Plurimæque id genus exemplis adduximus cap. xx.

CAPUT LX.

DE PARTICIPIO. Dicitur, creditus, & similia, inordinatum genere respondere, non nominativo à fronte, sed à tergo. Participium pro infinitivo. Aniptosis, vel ellipsis. Est loquens, pro loquitur. Participio additus nominativus pro vocativo. Item pro accusativo : nisi hic ellipsis potius statuenda. Exosus quando accusativum, quando item dativum requirit. Desperato, comperto, absolute, absque pronomine eo.

Decursis Pronominis spatium ad Participia pervenimus. Sed pauca hic sunt, quæ non ex superioribus intelligantur. Nec propterea committam, quin qualiacunque illa hic perstringam. Ac primum de Convenientia, inde agam de Rectione.

Convenientia se habet, ut in nomine substantivo, & adjectivo. Itaque & participia *dictus, creditus*, similiaque, utilitius conveniunt cum nominativo, vel accusativo à fronte.

Interdum tamen ei respondent, qui est à tergo : hoc est non subiecto, sed illi, quod de alio prædicatur. Cic. II de Divinat. *O delirantium incredibilem ! non enim omnis error stultitia dicenda est.* Terent. Phorm. act. I, sc. II :

— *Nunquam æque, inquit, ac modo,
Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & grave.*

Livius lib. I ab V. C. *Gems universa Veneti appellati.* Et lib. IX belli Punici : *Ludi suere Megalesia appellata.*

Excipe, si prius substantivum fuerit proprium hominis. Cujus, ut dignioris, semper habenda est ratio. Nec enim dixeris : *Bonifus Imperator, cum vitam laqueo finisset, amphora pendens dicta est* : sed *dictus*. Nec ausim dicere : *Pamphila nostra litauer virginis chori appellatum*, sed *appellata fuit*.

Participium passivum verbi, quod nuncupandi habeat significationem, etiam in vocativo usurpatum, recipit nominativum. Plinius de Cicerone * : *Salve primus orationum parens patrie appellate, primus in toga triumphum, lingueque lauream, merite.*

* lib. 7.
cap. 30.

Etiamsi illud apponi meretur, participia quandoque pro infinitivo poni ? Ut apud Livium lib. II : *Recipit ex templo animum pedestris acies, postquam juvenutis proceres, æquato genere pugnae, secum pariteris periculi sustinentes vadit.* Pro, *sustinere.* Et lib. X : *Cum adversantes pacis arguerentur.* Hoc est, *adversari.*

Magis operæ sit, monere de aniptosis, ut vocant. Nam quod dicebamus

bamus cap. xx, accusativum, quicum verbum convenit à tergo, interdum mutari in nominativum : hoc in aliis etiam adjectivis, atamen in participiis maxime, invenitur. Ac Maronis, & Horatii locum unum alterum ibidem attuli. Similitérque idem lib. **111**, od. **14** :

Injecta monstris terra dolet suis.

Pro, *se injectam*. Causa mihi locutionis hæc videtur, quòd determinativum prædicati fiat determinativum subjecti, eòque non alio casu, quàm subjectum, id autem est nominativus, debeat efferri. Subjectum enim est *terra*; prædicatum *dolet*. Prædicato addebatur hæc causa dolendi, quòd esset monstris suis injecta. Sed si doluit, *se injectam monstris*; sanè injecta jam erat monstris, cum doleret. Sententia igitur est, *Terra monstris suis injecta dolet se injectam monstris*. Sed si ista ita sunt; magis fuerit ellipsis accusativi, quàm antiptosis nominativi. Possis & aliter ellipsin statuere : nempe ut ante nominativum intelligatur *dum est*, vel *quia sit*, aut simile. Ut sic expleatur, *Terra dolet, quia injecta sit monstris suis*. Videor mihi satis apertam seu antiptosios, seu ellipsios causam attulisse. Par ratio illius Plautini *Asin. act. 111*, sc. **111** :

*Argenti viginti minæ, me modo ad mortem appulerunt,
Quas hodie adolescens diabolus ipsi daturus dixit.*

Prout in vett. codd. legi, Lipsio, Gruteroque, est observatum. Intègrè erit, *Adolescens daturus viginti minas dixit se daturum minas eas*. Vel sic, *Adolescens dixit, quòd sit daturus minas xx*. Vnde & facile statuere de illo Propertii lib. **11**, el. **14** :

Visura & quamvis nunquam speraret Ulysses.

Quod antiptosis erit, si dicas, *visura* poni pro, *se esse visuram*. Ellipsis autem, si sic resolvas, *Quamvis nunquam speraret, quòd esset visura*. Græcismum esse, superius * diximus. Sic Lucianus : Οὐκ οἶδα ἐγὼ γε κατὰ τὸ καὶ δὲ ἰδὼν ἰδῶν ἠ. d. *Non memini ego pulchriorem videns puellam*. Pro, ἰδέειν με ἰδῶν ἠ. d. *videre me*, ut sit antiptosis : vel, ut sit ellipsis, ὄν τὸ ἰδῶν ἠ. d. *quod eram videns*. Quomodo Aristoteles in *Metaphysicis* ait, nihil differre, ἀνθρώπος ὑγιάνων ἐστὶ, *homo est valens*, & ἀνθρώπος ὑγιάνων ἠ. d. *homo valet*. Imò & Cicero similiter de *Oratore* : *Est ut scis, quasi in extremâ paginâ Phœdri, his ipsis verbis loquens Socrates*. De *Convenientia* satis.

Regimen se habet, ut in verbo ; sive spectes, quo verè regunt verba ; sive quo regere traduntur.

Veri regiminis exemplum est hoc Iuvenalis † :

Pecora nostra curas non admittentia curas.

Admittens curas, ut admitto *curas*. Atque hoc etiam locum habet in passivæ formæ participiis, *exosus*, & *perosus*, modò activè sumantur. Ut v. *Æn.*

† *sat. 7.*

Iupiter omnipotens, si non exosus ad unum

Trojanos.

Sic, *perosa segnitium*, apud Columellam lib. ix, cap. v. Nempe, ut dicimus, *odisse aliquem*. Imò etfi dicamus, *tedet vita*: tamen dicimus, *percaesus vitam*. Ut apud Suetonium*: *Ignavian suam percaesus*.

* In Julio
cap. 7.

Monent Grammatici, participia in NS, venientia ab activis accusativum regentibus, pro accusativo recipere genitivum, quando in nomina degenerant. Quid mirum? quando tum naturam accipiunt substantivorum. Nam, *amans patriæ*, valet, *amator patriæ*: *observans tui*, idem ac, *observator tui*: *sociens virtutis*, tantum ac, *socior virtutis*.

Idem locum habet in quibuldã præteriti temporis. Ut apud Salustium in Catil. *Alieni appetens, profusus sui*. Pro, *profusus ac decolor sui*.

Atque hic verum est regimen. Videamus de falso. Genitivus est in istis, *Parvi ducens*, quod valet, *pro parvus æris pretio ducens*. *Condemnans furti*, pro, *de crimine furti*. *Miserescens regis*, pro, *de causa regis*. *Recordans pueritiæ*, pro, *memoriam pueritiæ*: & ita in aliis.

Dativus est, *nubens patriæ*, *resistens hosti*, *invidens alteri*, *irascens vel iratus uxori*. *Exosus* quoque hunc casum adiciit, cùm passivè exponitur. Ut apud Gellium lib. ix, cap. xviii: *Non omnimodus* (sive omnimodo, ut Ianus Guilielmus legit, pro quo *omnes modo* est in vect. lib.) *diis exosus esse*. Putat Linacer, etiam activè dativo jungi: idque propter illud in Augusti epist. ad Tiberium †: *Deos obsecro, ut te nobis conservent, ut valere nunc, & semper patiantur, si non populo Romano peris sint*. Sed in melioribus libris, uti editione Rob. Stephani, & aliis, *populum Romanum* reperio. Errorem inde arbitror promanasse, quia veteres P. R. vel *pop. Rom.* scriberent: unde imperiti quidam librarii fecerint accusativum.

† apud Sueton.

Est ubi ambigas, si nẽ dativus, an genitivus. Ut illo Taciti lib. i Annal. *Multitudo lascivie sueta*. Dativum malim, ut simile sit ac, *lascivie sueco*. Genitivus tamen possit esse, ut *sueta* sit nomen; morquè Græco patrium casum recipiat. Sic enim Sophocles Electrà, *ἡδὴ τῶν* ‡.

‡ assuetæ laborum.

Accusativus aliunde rectus est in hisce, *iens Romanus*, pro, *ad Romanam totam noctem potans*, pro, *per totam noctem*: *doctus iter*, pro, *ad iter*: *rogatus sententiam*, pro, *ad sententiam dicendam*: *jurans Deos*, pro, *per Deos*: & sic in cæteris.

Ablativus aliunde rectus est in istis: *Veniens Romã*, plene est, *ab Roma*. *Potans totã nocte*, est, *in tota nocte*. *Vendens auro*, est, *pro auro*. *Constans animo, & corpore*, pro, *ex animo, & corpore*. *Cogitans animo*, pro, *cum animo*. *Defensus legibus*, pro, *ab legibus*. *Letitiã exultans*, pro, *pro letitia*: & similiter in aliis.

De participiis, in ablativo absolute positis, dictum cap. XLIX. Vbi ostendebamus, Livium, ac Tacitum etiam, participio sic uti absque nomine, vel pronomine. Atque ita quoque Curtius: *Desperato, regionem posse reineri*. Et Iustinus lib. XXVIIII: *Cognito, quod sibi insidiae pararentur*. Idem: *Quaesito, an incolumis effugisses*.

Etiam more nominum adjectivorum, de quibus diximus cap. L, crebro junguntur infinitivo activo, vel passivo. Activo, ut illo Lucretii lib. II: — *ictus contemnere sueta*.

Passivo, ut hoc Livii lib. I: *Videntes, vinci à Romano milite adfueti, fusi fugatique sunt*. Utrobique infinitivus ponitur pro dativo. Nam, *sueta contemnere*, idem valet ac *contemni*; & *adfueti vinci*, tantundem fere, ac *adfueti fugae, & occidioni suorum*.

Atque hic participio additur infinitivus pro dativo, quem casum non regi, sed adfici, sæpius diximus.

At participium verè regit accusativum: cujus vicem tenet infinitivus passivus in illo Senecæ Hercul. Fur. *Pollus metuens*: hoc est, *pollutionem*. Item apud Papinium lib. V Sylv. epith. *Stellæ*:

Illæ referunt vultu non aspèrnata rogari.

Pro, *aspèrnata rogationem, ac preces*.

Atque ut hic infinitivus exponitur per participium: ita & participium interpretatur per infinitivum, nunc activum, nunc passivum. Ut cum post nomen *opus* participium ponitur in casu auferendi. Ita Sallustianum illud, *Opus consulo*: exponitur, *opus consuli*. Similiter Terentius Hec. act. III, sc. IV: *In arcem transcurso opus est*. Hoc est, *transcurrere*, ut Donatus explicat, vel potius, *transcurrere*.

C A P V T L X I.

De ADVERBIO agi ceptum. Iungitur etiam pronomini. Enallage partis, quæ adverbium vicem implet nominis; ut, *cras*, pro *crastino*: vel nomen est pro adverbio; ut *turbidum*, pro *turbidè*: *multum*, & *multa gemens*: *sera*, pro *serò*: *crastinus*, pro *cras*. Negativa duplex utrimque agit, an neget. *Ennii* vetus lectio vindicata. Magis major, dulcior, beatior. Malo potius. *Sylvius* refellitur. Quàm, pro magis quàm, vel, potius quàm: ac similiter loqui *Græcos*. Quos comparationis gradus tam, & quàm, admittant.

SUPERFUNT classes orationis indeclinabiles, quas *Particularum* vocant. Vbi primùm se Adverbium offert. In hujus etiam constructione multa sunt mutila, multa falsa, multa suspecta. Quod ut liqueat, priùs de Convenientiâ, inde de Regimine dicemus. Convenientiam

b b b

primùm

primùm spectabimus generatim, hinc speciatim. Pars generalis tractat de convenientia adverbii cum pluribus classibus : uti specialis de ea, quæ est cum certa classe.

Generalis est quadripartita. Prima pars est de quovis adverbio. Altera de negativo, quatenus variis classibus sociatur. Tertia de comparativo, quod itidem variis classibus additur. Quarta de particulis *tam*, & *quam*, similiter affectis.

In prima parte considerandum, ut adverbia jungantur nomini, pronomini, verbo, participio, & particulæ. Nomini autem tum adjectivo, tum substantivo. Adjectivo; ut apud Cic. * *Gnaviter impudenter esse oportet, qui semel verecundiæ fines transilierit.* Substantivo; ut, *Semper lenitas*, nisi placet esse ὑφ' ἐν, ut, *semper virgo αἰετιπυθὲν* &c. Dispar ratio in illo, *Mulier admodum anus.* Item, Terentii illo †, *Ne parum leno sis.* Quamquam in his substantivum adjectivè sumi videtur: *anus*, pro vetula ac sene: *leno*, pro mores habente lenonios. Pronomini jungitur, cum dico, *plane suus, omnino meus.* Vbi *suus*, & *meus*, idem valent ac *liber.* Vt illo Persii sat. v:

Vindictâ postquam meus à prætoribus recessi.

Hujus etiam loci sunt, *prope omnes, vix quisquam, ter deni.* Nam distributiva, partitiva, ac numeralia; pronomina sunt: ut sæpius dictum. Verbo additur; ut illo Plauti: *Bonus quod bene fit, hauri perit.* Participio pariter ac verbo in hoc †: *Male parva male delabuntur.* Adverbio, ut hoc Ciceronis *: *Tu verò enim nec nimis valde unquam, nec nimis sepe laudaveris.* Sic Augusti istoc apud Tranquillum †: *Σπεῦδε βραδείως: Festina lente.*

Atque observandum hîc, ut adverbium pro nomine, vel nomen pro adverbio, ponatur. *Ἀντιπερὶαιον*, vel enallagen partis vocant. Prioris generis illud Persii † volunt esse:

— *Iam clarum mane fenestras*

Intras.

Sed malim cum Servio * statuere, *mane* esse nomen, eò quod apud Plautum *Amphitry.* † legamus: — *Vsq̄e à mane ad vesp̄erum.*

At controversiâ caret illud ejusdem Persii †:

Iam cras hesternum consumsimus, ecce aliud cras.

Longè verò plurima exempla, ubi adverbium pro nomine, aut nomine ponatur, congestit Linacer lib. II. Nec minùs nomen pro adverbio accipi solet. Non tamen enallage hæc in quibusvis nominibus invenitur; sed adjectivorum propria est. Ac locum habet tum in numero singulo, tum in plurali. Singulo, ut apud Plautum *Mil. act.* III, sc. II: *Magnum clamat.* Item Maronem in VII, *Torvumque repenti*

* lib. 5. ep. 12.

† *Phorm.* act. 3, sc. 1.

‡ *Pœta veteris apud Cic. Philipp.* 2.

* *insti. lib. 3 de Legg.* † in *Aug.* cap. 25.

‡ sat. 3.

* in *Dona-* sum.

† act. 1. sc. 1. ‡ sat. 5.

repenè *Clamati*. Apud Horatium, *Turbidum* * *lætatur*, *perfidum* † *ridens*, * *lib. 2. od.*
reſonarem † *triste*, & *acutum*. Etiam in proſa : ut Gellii lib. v, cap. ix : † *lib. 3. od.*
Repenè in eum, qui id ſaceret, ſeſe videre, quid ſaceret, magnum inſclamavit. † *lib. 3. od.*
 Tacitus lib. iv *Annal. Enimvero Tiberius torvus, aut falſum venidens vul-* 27.
tu. Et *Annal. vi* : *Nunciavere accole*, *Euphratem, nullà imbrium vi, ſpon-* 8.
te, & immenſum, aſtollit. Similiter locutus Martianus Capella, & Appu-
 lejus non uno loco. In plurali verò dixit Maro, *Mulſa gemens*, &c, *Cre-*
bra ferit, &c, *Transverſa fremunt*. Item iſtud Georg. iv :

— *Nec ſera comantem*

Narciſſum.

Hoc eſt, *ſerò florentem*. Nam poſtremus, puta demum circa Septem-
 brem, floret narciſſus ; cujus rei Theophratum habemus auctorem
 lib. vi *Hiſtor. Plant. cap. vi*.

Nec abludit hoc Cæcinæ ad Cic. lib. vi, epiſt. vii ad Fam. *Cum*
ignoverit omnibus, qui multa Deos venerati ſunt, contra ejus ſalutem. Aut Ta-
 citi hoc lib. iii *Annal. Reo patronos petenti, iſſque diverſa excuſantibus*.

Atque hæc quidem in neutro genere. In feminino autem dixit
 Maro iv *Æn.*

Tu ſecreta pyram tectò interiore ſub auras
Erige.

Item in maſculino Horat. lib. iii, od. vi :

— *Quod adeſt, memento*

Componere æquus.

Et Stat. iii *Theb.*

Signa ſeras, læuſque tones.

Huc quoque pertinet, *Nullus dixeris*, pro, *non dixeris*. Ter. *Eun.*
 act. i, ſc. ii.

Sed imprimis ea conſuetudo obtinet in illis, quæ tempus ſignifi-
 cant : ut, *Matutinus, veſperinus, nocturnus, ſerus*, & ſimilibus. Virg. i
 Georg. *Ante tibi Eoæ Atlantides abſcondantur.*

Nam *Eoæ*, hoc eſt, *matutina*, valet, *mane*. Horat. i epiſt. ad Num.

Navis mane forum, & veſperinus pete tectum.

Quamquam his in locis non tam adjectivum pro adverbio, quam
 pro ſubſtantivo ponitur ablativi caſus. Nam *mane*, eſſe ablativum,
 diximus antea. Et par ratio in *veſperi, noctu, ſero*, & ſimilibus. Magis
 appoſitum videtur exemplum, *Craſtinus ades*, pro, *cras adſis*.

Alter canon generalis eſt de adverbio negativo ; quod prope om-
 nium claſſium negantibus vocibus ſociatur. Nomini, ut, *non ignavus*.
 Pronomini, ut, *non nullus*. Verbo, ut, *non ignoro*. Participio, ut, *non*
ignorans. Adverbio, ut, *non uſquam*. Præpoſitioni, ut, *non ſine Theſeo*.
 Conjunctioni, ut, *neque non*.

In his, & similibus, quæstio oritur, utrum geminata negatio affirmandi vim habeat, an contrariam. Prius placet Donato in hoc Terentii Andr. *

* act. 1. sc. 2.

— *Neque tu haut dicas, tibi non prædictum, cave.*

Et veteri Iuvenalis scholiastæ in hoc sat. VI : *Nil non permittit : & istud fat. XIV : Neque enim omnia sustinet unquam.*

Interdum tamen duæ negationes pro una ponuntur : quod factum ab Ennio in Erechtheo :

Lapideo sunt corde multi, quos non miseret neminis.

Citat Festus in *Nemini*. Scio, virum eruditissimum, pro, *quos non, malle, quorum*; item, *neminem, pro, neminis*. Sed est utrumque hoc contra librorum omnium fidem. Præterea explicat Festus, quos vocant homines *lapideo corde*. Ait verò, hos esse, quos neminis miseretur. Denique penè ovum ovo similius non est, quam Enniano huic illud Plautinum Mil. act. v, sc. 1 :

Intra, te non nociturum esse homini hac de re nemini.

Vt enim Ennius, *non misereri neminis* : ita Plautus, *non nocere nemini*, dixit. Ac alibi similiter loquitur hic Comicus. Vt Bacchid. act. IV, sc. 11 :

Nihil ego tibi consilii hodie quicquam dabo :

Neque ego haut committam, ne, si quid peccatum sit,

Fecisse dicas de meâ sententiâ.

Epid. act. IV, sc. 1 :

Neque ea nunc ubi sit nescio. —

Et ibid. act. v, sc. 1 :

— *Neque ille haut objiciet mihi,*

Pedibus se provocatum. —

Terentius Eun. act. v, sc. VIII :

Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo Nemo est.

Ovid. lib. I de Ponto, el. 1 :

Mors faciet certe, ne sum, cum veneris, exul.

Ne non peccârim, mors quoque non faciet.

Tibullus lib. IV, el. VII :

Ne legat id nemo, quam meus, amè velim.

Propertius lib. II, eleg. XX :

Nam, si Pegasæo veleris in aëra dorso ;

Nec, tibi si Perses moverit ala pedes ;

Vel se si scæta moveant talaribus aëra ;

Nil tibi Mercurii proderit alsa via.

Non, vel nec nil proderit, inquit, pro, non tantopere proderit.

Ejusdem

Ejusdem Propertii est lib. II, el. XIX :

Absenti nemo non nocuisse velit.

Imò & Terentii illud in prologo Andriæ similiter capit Ios. Scaliger * :

Faciamt ne intelligendo ut nihil intelligant.

Sed imprimis duæ negativæ affirmare solent, cum nec ponitur pro disjunctivo vel. Ut illo Maronis Eclog. IV :

*Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus.*

Tertius canon generalis est de adverbii comparativis *magis*, & *potius* : quatenus junguntur aliarum classium comparativis : expressè quidem in nomine, & participio : implicitè autem in verbo. Prioris exemplum est in hoc Plauti prologo Menæchm.

Nam nisi qui argentum dederit, nugæ egerit.

Qui dederit, magis majores nugæ egerit.

Et Menæch. act. V, sc. VI :

— *Nam magis multò*

Patior facilius verba. —

Pluriæque id genus adduxi cap. XVI. Quorum imitatione Iulianus Pomerius, vel, ut alii volunt, Celanensis ille, Augustini adversarius, ait libro de Virginibus instituendis : *Seculi virgines, quæ se nuptiis præparant, & indulgentiam Apostoli magis, quam consilium, sequi malunt.* Ac par ratio, si dicas, *magis amantior, vel expectatior.* Nam participia etiam comparari, ostendimus libro IV de Analogia cap. XV.

Alterius generis est, cum *potius* post *malò* subjicitur : cui verbo includitur comparativi significatio, quia ex *magis*, & *velo*, componitur. Ita dixit Plautus Stichò, sc. Qui manet :

Si manere hinc sese malim potius, quam aliò ire, non faciam.

Terentii Adelph. act. II, sc. II :

SY. *Nunquam rem facies : abi, nescis inescare homines, Sannio.*

SA. *Credo istuc melius esse : verum ego nunquam adeo astutus fui, quin, quicquid possem, mallet auferre potius in præsentia.*

M. Antonius epist. ad Ciceronem lib. XIII ad Att. *Tamen arbitror, malle te quietam senectutem, & honorificam potius agere, quam sollicitam.* Et Cicero ipse in Ligarianà : *An ille, si potuisset illinc ullo modo evadere, Vica potius, quam Romæ ; cum P. Astio, quam cum concordissimis fratribus ; cum alienis esse, quam cum suis, maluisset ?* Putat quidem Franciscus Sylvius, hoc loco *potius* tollendum esse : sed egregiè frustratur. Sanè & alibi ita locutus Cicero : ut Divinat. in Verrem : *Tamen eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quam abs te defensos esse, malunt ?* Ad quem

bbb 3

locum

* Castig. in Propert. L. 40 el. 4.

locum monet Hottomannus, insolentem esse, & notandam locutionem, quam Ulpianus quoque usurpavit. Adde & hoc Catonis ad Cic. epist. v, libri xv Tullianarum: *Et ideo casum potius, quam te, laudari malui.* Vide & quæ de hoc loquendi genere annotavit doctissimus præceptor meus, Franciscus Nansius, notis in Nonni cap. iv*.

* vers. 259.

Quemadmodum autem *potius* in his redundat: ita est etiam, cum desit. Nempe cum *quam* ponitur, pro *magis quam*, vel, *potius quam*. Plautus Rudente act. iv, sc. iv:

Eo tacent, quia tacita bona est mulier semper, quam loquens.

Menæchmis act. v, sc. i:

Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.

Terent. Prol. Eun.

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis,

Quam plurimis.

hoc est, potius bonis, quam vulgo: ut rectè interpretati Æmilius Ferretus, & Antonius Muretus. Livius quoque, Curtiusque, sic locuti, ac Tacitus passim. Cujus duo tantum loca ponam è multis. Ejus est de Iudæis lib. v Histor. *Corpora condere, quam cremare, è more Ægyptio.* Et lib. de moribus Germanorum: *Cedere loco, dummodo versus vestes, consilii, quam formidinis, arbitrantur.* Similiter Valer. Flaccus lib. vii Argon.

— *Occumbere tandem*

*Possimus, idque sedet, quam non quæcumque subire
Regis jussa tui.*

Item Appulejus in Apolog. *Suscipere officii gratiâ, quam lucri causâ, docebo.* Nec refugiunt scriptores Ecclesiastici. Nam non semel ita loquitur Tertullianus. Imò Arnobium quoque lib. ii ita locutum, autumat Godscalcus Stewechius in notis ad eum scriptorem. Legit enim: *An sunt aliqui vobis in cognitione, quam in usum, aliquando? Vlrupant & Iurisperiti. Vti L. i. Cod. ubi causæ fiscales: Nec bonâ à fisco peti posse, quam de crimine constituerit.* Vbi Accursius, hoc est, *amquam.* Paullus lib. ii D. soluto matrimonio: *Si pecunia ad patrem pervenit, quam filia accepit, actio de dote, utriusque tollitur.* Pandolphus Pratejus explicat in Lexico suo: *Ante ad patrem pervenit, quam &c.* Marcianus l. i. D. de mortis causa donat. *Mortis causa donatio est, cum quis habere se velit, quam eum, cui donat, magisque enim, cui donat, quam heredem suum.* Vbi ex Homero ibidem allegat Marcianus hunc versum Odyss. P:

Λυπὸν ἔχοντά σε βάλωμι ἐπικυρέμεν, ἢ τινα τῶνδε.

Te ipsam habere (hæc) volo, quam aliquem horum.

Estque geminum hoc Homericum II. A:

Βέλωμι ἐγὼ λαὸν σὸν ἐμμελῶσι, ἢ ἄπολλέωδ.

Volo ego populum saluum esse, quam perire.

Item senario istoc :

Θέλω τύχης σωλαγμὸν, ἢ Φρενῶν πίθον.

Volo fortunæ bonorum guttam, quam dolium sapientiæ.

Locutus & eopse modo B. Euangelista Matthæus cap. xviii * , * *vers. 8.*
& B. Lucas cap. xv † . Et aliis jamdudum observatum, sæpe eodem † *vers. 7.*
modo apud Hebræos intelligi γην, *josber †* : ut psal. cxviii * , *vers. 8.*
& 9. Vide & Ant. Auguttinum lib. iv Epist. quæst. xxiii. Item † *magi.*
Briffonium in Form. Colvium in Appul. Apol. & alios : imprimis * *al. 117.*
Andream Schottum Observationum humanarum lib. v, cap. xxxiv.

Quarto loco videndum de *tam*, & *quam*. Nec enim convenit, quos comparationis gradus in nomine, participio, & adverbio, adsciscant.

Laurentius Valla *quam*, pro *quantum*, vel positivo, vel superlativo, jungi ait. Ac positivo quidem, ut in illo Ciceronis ad Trebatium † : † *lib. 7. epist. 15.*
Quam sine morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest. Superlativo autem, cum verbo *possum* : ut apud Sallustium : *De conjuratione Catilinæ, quam verissimè potero paucis absolvam.* At bis errat Valla. Nam *quam* non raro jungitur comparativo. Cicero lib. ii de Offic. *Quam in paucis spes, quam in paucioribus sit facultas.* Valerius Maximus lib. iv, cap. vii : *Posterior ætas in excolendo jure amicitia, quam libentius, tam etiam religiosius erit operata.*

Deinde & superlativo absque verbo *possum* jungitur, si antecedit particula *tam*, vel *ita*. Terentius Heaut. act. v, sc. ii :

— *Nam quam adolescens maximè spe situs erit,*

Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.

Cato de R. R. cap. lxxv : *Quam acerbissimè oleâ oleum facies, tam oleum optimum erit.* Et cap. clvi : *Quam plurimam brassicam ededit, tam citissimè sanus fiet.* Idem : *Quam citissimè conficies, tam maximè expediet.* Cicero ad Lentulum : *Gaudeo enim te fidem cognoscere hominum non ita magnâ mercede, quam ego maximo dolore cognovam.* Varro lib. ii de R. R. *Quam paucissimos relinques, tam optimi in alendo sunt, propter copiam lactis.* Sallustius in Jugurth. *Quam quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est.*

Atque ex his liquet, ut *quam*, ita *tam* quoque, jungi superlativo. Interdum verò *tam*, etiam non sequente *quam*, superlativum adsciscit. Quomodo dixit Cicero Philipp. xii : *Nondum erat vestris, tam gravissimis, tamque multis judiciis, ignominisque, concisus.* Idem ii de Fin. *Deinde dolorem tam maximum.* Et in Lucullo : *Quo etiam magis vituperanda est rei tam maximè necessariae.* Appulejus in Apolog. *Tam similem suspitionem? tam aptam conjecturam? tam proximum argumentum?* Itidem, *tamque infimi*, dixisse, suspicitur Gaspar Schoppius lib. iix

Sufp.

Susp. Lect. epist. xx. Sed & similem observavi locum apud Terentianum Maurum : *Exitus nam nostra lingua non habet tam plurimos.*

CAPVT LXII.

Centena millia intelligitur, cum legimus, decies, vicies, sexagies festerium. Ne post adverbium prohibendi negare, contra Servium docetur. Quod etiam locum habet post verba opimandi, cupiendi, sciendi, facendi, narrandi, quaeque similem habent significationem. Ut, ubi vulgo per postquam exprimitur, indicativum adsciscit. Non prohibentis respicit imperativum. Particulae interrogandi sicut infiniti interdum indicandi modum admittunt. Scilicet, videlicet, edepol, certè, cum infinitivo. Ut cum eodem, more Graeco. Aliquando, & olim, juncta temporis praesenti. Dudum cum compositis, item jampridem, & nuper, quando praeterito, quando item praesenti sociantur.

V Idimus de generali convenientiae doctrinam, qua adverbium conjungitur cum variarum vocum classibus. Sequitur convenientia specialis : quae est tripartita. Primum enim videndum de conjunctione Adverbii cum nomine : deinde cum verbo : denique cum adverbio, sive cum se ipso.

In structura cum nomine considerationem praecipue meretur ellipsis ; ut cum ajo, *Optimè omnium vixit*, genitivus regitur à nomine *numerus*. Nam integrè sit, *Optimè ex numero omnium*. Ut par hic ratio sit ac in nominibus superlativis : de quo capite **XVII** dicebamus. Etiam per ellipsin crebrò admodum, *centena millia*, intelliguntur in numerandi adverbiiis, *decies, vicies, quadragies, centies, ducenties, millies*, atque aliis. Livius lib. **XXXVIII** : *Scipionem liberum rationis concepsisse indignantem, quid cum bis millies in aeternum intulisset, quadragies ratio abs se posceretur. Bis millies, pro, bis millies centena millia festerium. Quadragies ratio posceretur : pro, ratio quadragies centenorum millium*. Philipp. **II** : *Syngrapha festerium centies facta. Integrè sit, facta syngrapha festeriorum centies centenorum millium*. Obijcet aliquis hoc Velleji lib. **II** de C. Curione tribuno : *Id gratias, an accepto centies HS fecerit, in medio relinquemus*. Nam si intelligitur, *centenis millibus* ; dicendum fuerit, *acceptis*. Sed, *accepto*, respicit, *pretio* : ut integrè sit, *accepto HS centies centenorum millium pretio*. Vel hujusmodi ellipsis est, vel fuerit syllepsis numeri, quod non arbitror. Interdum autem integer est sermo. Quod Cicero ostendit act. **IV** in Verrem. Et Capitolini est in Verq : *Omne autem convivium aestimatum dicitur sexagies centenis millibus HS*. Haec de junctura cum nomine sive expresso, sive intellecto.

In

Nec *en*, vel *ecce*, vel nominativum, vel alium regunt; sed casus additus dependet à voce intellectâ. Nam, *En dextra fideſque*, valet, *En, eſt dextra fideſque*. *En turba*, valet, *En adeſt turba*. *En aras integre fuerit*, *En, video aras*. Sic, *En hominem*, pro *video*, vel *vides hominem*.

In conjunctione cum verbo confideramus tria. Primum, quæ particulæ convenient verbis prohibendi; item opinionem, vel desiderium significantibus. Hinc quos modos adverbia ament. Postea, quæ tempora.

Negant, *ne* locum habere poſt verba prohibendi, niſi cum quid affirmatur. Certè Servius interpretans illud Maronis & Georg.

— *Neque illum*

Flava Ceres alto nequicquam ſpectat Olympo :
negat apud Terent. legi poſſe;

— *Cave, ne te tristem eſſe ſentias* :

quia ita prolatum contrarium ſignificetur, cum utrumque *cave*, & *ne*, ſit negandi. Atqui aliud eum docere potuit vel illud Ciceronis I de Divinat. *Cum M. Crasſus exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno adventas vendens, Cauneas, clamitabat. Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Crasſum, cavere ne iret : non fuiſſe periturum, ſi omni paruiſſet*. Sic Horatius epiſt. lib. I, epiſt. XIII :

Vade, vale, cave ne titubes, mandataque frangas.

Suſpectus multis eſt uſus particulæ *Quod*, cum pro *ὅτι* ponitur, & jungitur verbis ſignificantibus opinionem, desiderium, aut ſcientiam. Atqui ſic loquuntur Plautus, Cicero, Seneca, & Plinius : ut oſtenſum cap. XX. Ac apud alios ſimilia invenias. Ita auctor declamationis in Salluſtium Ciceroni adſcriptæ : *Credo, quod non omnes tui ſimiles incolentes in hac urbe vixiſſent*. Ita &, *fateri quod*, dixit Horatius lib. II, epiſt. II :

— *Quod quanto plura paraſti,*

Tanto plura cupis, nullum facerier audes?

Martialis lib. XI, ep. LXV :

Hoc ſcio, quod ſcribit nulla puella tibi.

Sed & crebrò jungitur verbis narrandi; ut *dico, refero*, &c. Vlpianus : *Sufficit mulieri nocum facere, quod ſit prægnans. Mariti eſt jam, aut mittere cuſtodes, aut eidem renunciare, quod non ſit ex eo prægnans*. Paullò poſt : *Illud notandum eſt, quod denunciatio a marito non incipit, ſed à muliere*. Item : *Que cauſa ſi fuerit acta apud iudicem, & pronunciaverit, quod apud eum prægnans fuerit*. Claudianus lib. III de raptu Proſerpinae :

Nec credit, quod bruma roſas innoxia ſeruet.

Pluræque de hac, & aliis ejuſce particulæ ſignificationibus, ſuggeret Henricus Stephanus lib. de ſuſpectâ Latinitate capit. IX text. parte ſecondâ.

Nunc de modis verborum dicamus.

Vt, pro *postquam*, ajunt poscere indicativum. Catullus ep. LI :

Hesternò, Escimè, diè otiosi

Adultèria lussimus in meis tabellis,

Vt convenerat esse delicatos.

Sed, si nativæ particulæ ejus vis attendatur, ut quoque hîc similitudinem notat : integrèque est, *Vt delicatos esse convenerat*, sic quoque multum lussimus. Similiter hoc Ciceronis ad Att. lib. XII, ep. XVIII : *Philippus, ut heri me salutavit, statim Romano profectus est.* Et Ovidii illo v Trist. el. XI :

Vt sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister.

Pro, *Vt salutavit, sic profectus.* *Vt sumus in Ponto, sic Ister constitit.*

Imò observatum jam aliis, quandoque *sic*, vel *ita*, exprimi. Lucret. lib. III :

Tu quidem, ut es leto sopitus, sic eris ævi

Quod superest, cunctis privatus doloribus ægris.

Livius lib. XXI : *Saguntini, ut à præliis quietem haberent, nec lassent, nec lassiti per aliquot dies, ita non nocte, non diè, unquam cessaverant ab opere.* Cujus loci mentem non cepere, qui *lassiti* putant poni, pro, *sunt*

* punctum. *lassiti*; ac post *dies*, ponunt *πλείων σὺν μάλιστ'* *.

Non prohibentis futurum indicativi amat, imperativum respuit. Latinum enim, *Non occidas.* Barbarum, *Non occide.* Sed *Ne*, eadem significatione imperativum amat, vel subjunctivum. *Vt, Ne occide*, vel, *Ne occidas.* *Vt* apud Ter. And. *Ne nega.* Eun. *Ne metuas.*

Volunt particulas interrogandi, si interrogativè fumantur, indicativo jungi; si indefinitè, subjunctivo. Itaque dici, *Vbi degit? Dic, ubi degit. Quo it? scio, quò eat. Unde venit? nescio, unde veniat. Cur negas? Vides, cur neges.* Verùm hoc perpetuum non est. Nam interdum quoque indefinitivè posita indicativo jungunt duo præstantissimi linguæ Latinæ autores, Plautus, & Cicero. Plauti est Bacch. act. I, sc. I :

Scio, quid ago. P. & pol ego scio, quid metuo.

Idem Aululariâ † :

— *Verba ne facias, soror.*

Scio, quid dictura es, hanc esse pauperem. hæc pauper placet.

Et eadem Aululariâ † :

Neu persensiscat, aurum ubi est absconditum.

Item sc. sequenti :

Nimis hercle iratus abeo, si quid agam, scio.

Et rursum act. III * :

— *Præterea tibicinam,*

Quæ mihi interbibere sola, si vino scater,

Comestibenssem fonssem Pirenem potest.

† alt. 2, sc.
Velim te ar-
bitrari.
‡ alt. 1, sc.
Eti inquam.

* sc. Ni-
mium li-
benter ed.

Nihil enim attinet, aut cum Lambino legere *scatari*, ab antiquo *scato*, pro *scareo*; aut cum Turnebo *scarii*, quod simile sit illi Horatiano * archaismo : *Edit cicentis allium nocentius.* pro, *edat.* * *Epod. od. 3.*

Sic Rudenté act. IV, sc. III :

— *Vide, num quispiam consequitur prope nos.*

Et ibid. act. IV, sc. VI : — *Eloquere, ut hæc res obrigit de filia.*

Et Mil. act. I, sc. I : — *Scio jam, quid vis dicere.*

Ciceronis verò est lib. IX ad Att. epist. XII : *Quæso scribas, quid nobis faciendum, aut non faciendum putas.* Et lib. X, ep. X : *Vides, quam turpe est.* Et lib. XIII, epist. CXVIII : *Vides, propinquitas quid habet.* Et lib. XIV, epist. XIII : *Quid nobis faciendum est, ignoro.* Quibus in Ciceronis locis veteres libros consentire, scribit Leonardus Malaspina †; nequis eam lectionem sollicitare occipiat ex more vulgari; quo, quicquid insolens, immutant, non impudentiâ minore, quam imprudentiâ. Adde quòd alii quoque scriptores ita loquuntur. Terentius Phorm. act. II, sc. III :

*Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Negligitur ipsa. Avaritia vide quid facit.*

Lucanus lib. I : — *Quis justus induit arma,
Scire nefas.* — *Et alia apud alios.*

Quin jubentis, vel hortantis, gaudet indicativo, vel imperativo; non subjunctivo. Ut, *Quin veni, vel, quin venis.* Non, *quin venias.* Ter. Andr. act. II, sc. VI : *Quin dic, quid est?* Cicero in Somnio Scipionis : *Quin huc ad vos venire propero?* Pro Rabirio perduellionis reo : *Quin comineis vocem indicem stultitiæ vestræ?* Vbi *quin* valet *qui ne*; unde conflatum. Itaque, *quin accipis?* valet, *qui ne*; hoc est, *quomodo non accipis?* Pro quo & dicitur; *Quin accipe.* Sed, pro imò, addi etiam videas subjunctivo. Plautus Epid. act. III, sc. IV :

— *Hic non est locus.*

Quin tu alium queras, cui cæmones facias.

Dum *quæro* & post imperativos : ut, *quædum, adesdam, didum, iteradum.* Addunt, idem habere locum in *sis* : ut, *age sis, dic sis.* Sed *sis* est rogantis : ac valet *si vis*, ut *sulcis, si vultis* : eoque non magis redundat, quam si dicam, *age quæso, dic quæso.*

Vtinam, &, *si*, optantis, amant optativum, sive subjunctivum; non indicativum. Dicimus enim, *Vtinam verum sit*, vel, *utinam verum esset* : non, *utinam verum est*, vel *erat*, vel alio ejus modi tempore. Sic, *ô si verum sit*, vel *esset* : non erat.

Antequam, multi tantum subjunctivo jungi crediderunt; ideòque apud Maronem † legunt : † *4 En.*

*Sed mihi vel tellus optem prius ima deliscat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad Umbras,
Pallentes Umbras Erebi, noctemque profundam;
Ante pudor quam te violam, aut tua iura resolvam.*

Verùm aliter antiqui codd. MSSi, aliter quoque Charisius; qui hic *viola* legit, & *resolvo*; eoque ipso, *anequam* indicativo quoque jungi, comprobatur.

Scilicet, & videlicet, quia valent scire licet, videre licet, vel scias licet, videas licet; eo, ut Turnebo *, & Scoppio †, observatum, interdum infinitivum adsciscunt: nempe vi verbi *scio*, vel *video*. Plautus Stichus act. IV, sc. I: *Videlicet illum fuisse parvum senem.*

* lib. 15
Advers.
cap. 1.
† lib. 1 Veri-
simil. cap.
16.

Quasi dicat, videre licet illum fuisse parvum. Idem paulo post:

Videlicet fuisse illum nequam adolescentem. —

Terent. Heaut. act. II, sc. III;

— *Scilicet* *Facturum esse me. —*

Ibid. act. v, sc. I:

Continuò inieçisse verba sibi Dromonem scilicet.

Lucret. lib. I:

Esse videlicet in terris primordia rerum.

Et lib. II:

Scilicet esse globosa, tamen cum squalida consistens.

Sed videas, idem fieri in *edepol*, & *certè*: ubi causa ex vocis origine nequit adferri. Plautus *Asina*. act. III, sc. II:

Edepol senem Demanetium lepidum fuisse nobis.

Petronius: *Et ne poetas quidem ad testimonium citem, certè neque Platonem, neque Demosthenem, ad hoc genus exercitationis accessisse.* Vbi primus Turnebus ‡, rescripsit, *accessisse vid. o*: idque, quia in Memmii codice reperisset, *accessisse & ideo*. Sed aliter MSSi alii, & editt. vet. in his Parisina Reginaldi Carderii *; quam omnium principem censeo. Fortasse itidem infinitivo junxit Titinius Veliternà: sanè si sequimur emendationem Palmerii. Vide eum in Spicilegio sect. II †.

‡ Advers.
lib. 19.
cap. 6.
* an. 1520.

† In Gruter.
face Crit.
Tom. 5. pag.
646, &
647.

Quemadmodum apud Græcos *ὄν* infinitivum exigit: ita *Vi* quoque interdum infinitivum apud Latinos adsciscit pro subjunctivo. Horatius lib. I, od. XI: — *Neu Babylonios Tenaris numeras, ut melius quicquid eris, pati.* *ὄν* *Φέπειν*, ut melius *patiaris*, quicquid eris. Hæc interpretatio placet, præ illà Mureti, quàm apud Lambinum videre potes. Porro Scipio Gentilis lib. I Παρέργ. cap. VI, similem observavit locum Vlpiani in lege LXI ad leg. Falcidiam: *In lege Falcidia hoc esse servandum Iulianus a. t: ut, si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, siquidem focii sine, in eâ re dividit inter eos debere obligationem. Vi dividit debere obligationem, hoc est, ut dividit debeat obligationem.*

Hæc

Hæc de Modis, quos amat Adverbium : jam de temporibus dicam.

Aliquando, & olim, etiam junguntur præsentî. Agræcius : *Olim, & quondam, & aliquando*, tria tempora tenent ; præteriti, præsentis & futuri. *Affatim* inveniuntur exempla. Præsentis demus, quod difficile videtur. *Virgilius* *Æn. v* :

*Est procul in pelago saxum, spiritantia contra
Litora, quod tremidis submersum tunditur olim
Fluctibus.* Idem *Æn. II* :

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Cicero : *Expergiscimini aliquando, & capeßite Remp.* De quondam falsus videtur Agræcius, cum pertineat ad *victis*. Sed est Maronis *III Georg.* *Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.*

Vbi vel redundat, vel tempus notat incertum.

Dudum, jamdudum, jamdiu, jampridem, uti præterito junguntur, si actio cessarit : ita, si actio etiamnum duret, præsens amant. *Cicero* ad Att. lib. *IV*, ep. *v* : *Dudum circumrodo, quod devorandum est.* *Terentius Eun. act. IV*; sc. *VII* :

Jamdudum animus est in patinis. —

Cicero Verr. v : *Jamdiu flagitat.* Pro quo vulgò dicerent minùs Latine, *jamdudum est, quòd hoc flagitat.* *Virgil. Ecl. II* :

Jampridem à me illos abducere Thestylis orat.

Etiam in *nuper* idem locum habere, multorum est opinio, propter illud *Terentii Heaut.* quod apud *Cic.* quoque legas *II de Fin.*

Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est.

Sed aliqui *nupera* malunt. Alii *nuper-notisia* scribunt, ut sit $\upsilon\phi'$ $\epsilon\upsilon$, sicut in *semper-deus*. Qua de re in Institutionibus quoque Oratoriis diximus *, ubi de Synthesi agimus.

* lib. 5. cap.
4. sect. 6.

Iam etiam præteritum adsciscit, sequente præverbio à, vel ab. *Cic.* pro Balbo : *Iam à principio Romani nominis.* Idem lib. *II*, epist. *XVI* ad fam. *Iam ab illo tempore, cum in Cumanum mihi obviam venisti.*

C A P V T L X I I I.

Per pleonasmum, olim quondam, properè ociùs, repentè subitò, postè deinde, deinde deinceps, tandem denique, en ecce, certè hercle, nequicquam frustra, aliæque id genus. Per ellipsin, non modò, pro, non modò non ; simul, pro, simulac. Per anastrophe, quàm potiùs, pro potiùs-quàm : quàm priùs, pro, priùs-quàm.

EX speciali convenientià superest illa, quæ est Adverbii cum Adverbio. Est ea vel propria, vel figurata. Propria, ut illo *Cæsaris*

ris : *Fere libenter homines id, quod volunt, credunt.* Sed hæc per se manifesta est. Figurata est triplex, quia Adverbium vel redundat, vel deficit, vel trajicitur.

Redundat, cum duo conjunguntur Adverbia ejusdem significationis. Imprimis hoc fieri solet in Adverbiis temporis, & ordinis; nisi posteriora hæc ad Conjunctiones malis referre; de quo non disputabo hoc loco. Rem ipsam videamus. *Nunc jam, & jam nunc*, passim occurrunt. Similique, *tunc jam*, apud Appulejum lib. IV. *Olim quondam*, dixit Terentius Eun. act. II, sc. II :

Olim istis fuit generi quondam quæstus apud seclum prius.

Sic *propere ocuis, & repente subito* dixit Plautus. Ut Cistell. act. III, sc. I :

Dic me orare, ut aliquis intus prodeat propere ocuis.

Et Mil. act. II, sc. II :

Nescio, ita abripuit repente sese subito. —

Item, *primum à principio*. Prologo Menæch.

Salutem primum jam à principio propitiam

Mibi, atque vobis, spectatores nuncio.

Sic, *post hinc, post deinde, tum deinde, deinde postea, deinde deinceps, demceps inde*. Maro VIII Æn.

Post hinc ad naues graditur, sociosque revisit.

Terentius And. act. III, sc. II :

Nunc primum fac istæc ut lavet : post deinde

Quod jussi ei dare bibere, & quantum imperavi, Date.

Quomodo & Gellius loquitur lib. VII, cap. III : lib. XI, cap. VII : & lib. XII, cap. V. Idem Gellius lib. VII, cap. III : *Tum deinde, ne disparilitas collationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis defensas.* Vlpianus l. item apud Labeonem. §. siquis servo. ff. de injuriis : *Siquis servo verberato injuriarum egerit ; deinde postea damni injuriæ agat : Labeo scribit, eandem rem non esse.* Livius lib. II : *Funera deinde duo deinceps collegit, stratisque ducit.* Idem lib. V : *Sed, antecedente famâ, nunciisque Clujinorum, demceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit.* Nec dissimile est, *tandem denique.* Appulejus lib. II Met. *Et tandem denique devorato pudore ad Milonem ajo.* Etiam Maro dixit in Ciri : *Olim se meminisse diu. —* Idem in demonstrativis locum habet : nisi hæc potius interjectioni accensentur. Appulejus lib. I : *En ecce, presamur veniam, siquid exotici ac forensis sermonis rudis locutor offudero.* Sic lib. X : *En ecce, prolatam coram exhibeo ; videat & suam sigillum recognoscat.*

Interdum etiam *συνωπλιος* pleonasmus locum habet in aliis adverbii. Plautus Menæch. act. II, sc. II :

Nam

Nam tu quidem hercle certò non sanus satis.

Terentius Phorm. act. I, sc. III :

Nam tua quidem hercle certò visa hæc expetenda optand. que est.

Et Andr. act. III, sc. II :

Certè hercle nunc hic se ipse fallit, haec ego. —

Cicero lib. III, epist. II ad Fam. *A te magnopere pro nostrâ summâ conjunctione, inâque singulari humanitate, etiam atque etiam peto, quæsoque.* Dicit, *magnopere etiam & etiam*, ut Græci μέγα σφόδρα. Appulejus VIII Met. *Sed nequicquam frustra timorem illum satis inanem perfuncti longè peiores inhaesimus laqueos.* Et Apolog. I : *Satis, ut puto, criminum crimen, quod illi quasi ut capitale intenderunt, resutatum est.* Etiam hujus loci est, quando *nimum* jungitur adverbio cum *per* composito : ut apud Ter. And. act. II, sc. VI :

Tu quoque perparcè nimum. —

Et cum *ne* jungitur voci post *utrum*. Ut Eun. act. IV, sc. IV : *Virum taceamne, an prædicem ?* Nisi malis, τῆ τμήσιν poni, pro *utrumne*.

Post adverbia qualitatis, aut intendendi, sæpe πλεονάζει particula *Quam*. Plaut. Amph. act. I, sc. III :

— *Ex amore quam sevens est !*

Gellius lib. IX, cap. IX : *Quod Græcum quidem mirè quam suave est.* Et lib. XVI, cap. VII : *Laberius in Mimis, quos scriptitavit, oppido quam verba finxit prælicenter !* Appul. lib. I Met. *Me satis quam humane tractare adorta.* Et Apolog. II : *Oppido quam mihi laborandum est.*

A pleonasmò venio ad ellipsin. Ut cùm, *Non modò*, ponitur pro, *non modò non*. Cic. Catil. I : *Nunquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem, nisi nefarium, concupisti.* Et Catilin. II : *Vt jam ista, non modò homines, sed ne pecudes quidem, mihi passiva esse videantur.* In Ligarianâ quoque codices quidam habent : *Domo est egressus, non modò ad bellum (ubi alii, non modò nullum ad bellum) sed ne ad minimam quidem suspicionem belli.* Similéque istud Varronis Tanaquile, apud Nonium in *Rum. nave* : *Non modò absens quicquam de te sequens cogitabit ; sed etiam ruminabitur humanitatem.* In vulgatis est, *cogitavit ; sed cogitabit* rectè emendat Stewechius ad quartum Arnobii. Similia loca congestit Muretus lib. X Var. Lect. cap. VII. Item Aufonius Popma antiquæ locutionis lib. II, cap. XI. Ut priorem his Linacrum taceam in VI. Est verò hic mos loquendi à Græcis ; quibus εἴ τι ὄν, μὴ ὄν, εἴ τι ὄπως, interdum significat *non solum*, interdum *non solum non* ; quemadmodum ostendit Budæus in commentariis linguæ Græcæ. Etiam Brodæus Miscell. lib. VIII, cap. XIV, *non possim contentus*, poni à Tibullo ait, pro, *non possim non contentus*. Locus poëtæ est lib. I, el. I :

Iam

Iam modo non possem contentus vivere parvo.

* an. 1481. Quomodo est in Aldinâ, & aliâ hac antiquiore, quæ Regii Lepidi* prodiit. Sed Ios. Scaliger in Excerptis suis reperit, *Quippe ego iam possum* : quod magis probo.

Simul à πάλῳς, pro, simul ac, vel, simul atque. Catull. de nuptiis Peleci, & Thet.

*Quæ simul optata finio tempore lucas
advenere.* Maro Ecl. IV :

At simul heroum laudes, & fortia facta,

Iam legere, & quæ sit, poteris cognoscere virtus.

Crebrum est Horatio. Ac loquitur eopse modo Tullius. Vt lib. II Acad. quæst. *Itaque, simul expectecti sumus, visa illa contemnimus.* Et alibi.

Sæpe etiam desideratur *post*, antè quam electivam, numerali præeunte. Columella lib. VIII, cap. VIII : *Quinto die, quam sustuleris, condire oportebit.* Livius lib. I belli Maced. *Alterâ die, quam a Brundisio solvit.* Pro, *postquam.*

Atque ista satis ostendunt, ut pleonasmò, vel ellipsi adverbii, figuretur oratio. Superest videamus de traiectione ejusdem : quàm *ἀνεπιφλώ* vocant. Vt cùm, *Quam potius*, dicitur pro, *potius quam.* Vti apud C. Titium, Lucilianæ ætatis virum, oratione quâ legem Fanniam suavit : *Eam in consilium ibi hæc oratio : Quid mihi negotii est, cum ipsis negociis ; quam potius ponamus multum mistum vino Græco ?* Citat Macrobius t lib. II Saturnalium cap. XII, juxta editionem eam, quam auctiorem ac meliorem habemus beneficio virtute doctrinâque præstantissimi lo. Iacii Pontani. Similis est locus in Copâ incerti scriptoris † :

Quid juvat æstivo desessum pulvere abesse,

Quam potius bibulo decubuisse storo ?

Sic, quàm prius, pro, priusquam. Vt apud Propertium lib. II, el. XVIII :

Illum sepe suis decedens fovit in ulnis,

Quam prius abjunctos sedula lavit equos.

Nempe, ut Scaliger in Copam monet, Atticorum exemplo, qui similiter dicunt, ἢ πρῶτον, pro πρῶτον. Aristophanes :

ἢ πρῶτον γὰρ ἢ μὴ πρῶτον ὑμῶν ἐγγυται ;

Plautum similiter Trinummò * locutum, idem suspicatur. Nam legendum putat :

— *Lacrimas hæc mihi, cum video,
Elicient : quia ego ad hoc genus hominum detrahi, quam prius
Me ad plures penetravi.*

pro quo in vulgatis, *quoniam prius* ; quod tolerabile fatetur, non tamen sic ut verum puret. Et Scaligero adfentirem, nisi aliter esset in MSSis omnibus, & vett. edit.

† Juxta Stephanicam edic. lib. 3, cap. 16.

‡ in poemata Virgilio adnecâ solitâ.

* 48. 2, §. 2.

C A P V T L X I V.

Adverbia non gignendi, non dandi, non alium quemquam casum regere. Largiter auri. Vbiq̄ue itineris. Vsp̄iam rerum. Vndiq̄ue laterum. Vbiq̄ue litorum. Longè parentum. Intus ædium. Incoram fui. Seorfum sapientiæ, vel sapientiâ. Simul fratre, ac filio.

A Convenientia venio ad Regimen, quod in Adverbiis statui solet. Quæ doctrina est quintuplex, pro quinque casibus, quos regere Adverbium tradunt.

Ordior à nominativo. *Quem en, & ecce*, regere dicuntur: nec solum tamen, sed subinde & accusativum. Verum adverbia nullum casum regunt. Cùmque *en, & ecce*, nominativum additum habent, is casus convenit cum verbo, quod intelligitur: puta *est, venit*, vel simili. Vt illo Ciceronis pro Dejotaro: *En crimen, en causâ, cur regem fugitivus, dominum servus, accuset.* Intègrè fuerit, *En est hic crimen, en est causâ.* Item isto lib. iv in Verrem: *Ecce autem nova turba, atque rixa.* Puta, *adest.* *En Priamus.* Supple *adest.* Sed si accusativus addatur, intelligitur *video*, vel *vides*, similève. Vt isto Plauti, vel alius*, Amphitryone act. iv, sc. iv:

En teitum, en regulas, en obductas fores, en ludificatum herum.

Puta, *cernis.*

Virgil. Ecl. v:

— *En quatuor aras.*

Supple, *video*, vel *videtis.*

Genitivum longè plurima regere dicuntur. Ac primùm adverbia copiar, & inopiar. Vt apud Sallustium, est sententia Valerii Probi, Gellique †: *Satis loquentiæ, sapientiæ parum.* Livius lib. x ab V. C. *Habetis assatim lignorum.* Et lib. xxxii: *Agri assatim materiæ præbent.* Par ratio in *largiter.* Plautus Rudente act. iv, sc. iv:

Credo edepol ego illic inesse auri, & argenti, largiter.

Et ibidem act. v, sc. ii:

— *Largiter mercedis indipiscar.*

Appul. Apol. i: *Mihi pro accusatioms longitudine largiter aquæ superest.*

Nec propterea existimandum, adverbia copiar, & inopiar, naturâ suâ regere eum casum. Nam genitivus regitur à nomine intellecto: quod est *res*. Vt, *largiter inest argenti.* hoc est, *de re argenti.* Sic, *sapientiæ parum*, pro, *de re sapientiæ.* Quamquam *parum* naturâ est adjectivum. Nam factum ex πᾶρον, eliso v: ut ab eodem est *paulum*, p̄ in L abeunte. *Parum* igitur, & *paulum*, notant breve, vel *parvum*; ac intelligitur *negotium*.

* Nam ea. item procedens, ac sequens scena. multi in libris non inveniantur: nec satis videtur Plautina. est sint scriptorū admodum antiqui.
† lib. 10. cap. 15.

Par ratio in illo Maronis VI I ÆN. — *Terrorum*, & *frandis abunde est*. Vbi & dicere possis, *abunde* esse naturâ nomen: dixitque *abundis*, & *abunde*; ut, *necessis*, & *neceſſe*; *fortassis*, & *fortasse*. Imò ſimiliter etiam naturâ ſuâ nomina videntur *magis*, & *mage*; *fatis*, & *ſate*, unde *ſat* per apocopen factum. Quid igitur mirum, genitivum habere additum, ſi naturâ ſint adjectiva, ac *res*, vel *negotium*, intelligatur? Nempe dicitur, *abunde*, vel *magis*, vel *fatis frandis*; pro *abunde*, vel *fatis*, vel *magis negotium frandis*. Nec obſtat, quòd *magis*, & *fatis*, ſint tetminationes mæſculinorum, & femininorum. Nam, ſi iſtoc durius, poſſis in iſtis intelligere *res*. Et quædam tamen in *is* olim fuere etiam neutrius: ut *poſui*, pro *poſe*; de quo alibi dictum.

De *nimum*, *quantum*, *aliquantum*, *multum*, *nimum*, & ſimilibus, res longè apertior. Nam omnia hæc nomina ſunt adjectiva in quibus itidem intelligitur *negotium*: unde *is* genitivus regitur.

Exiſtimant viri eruditi, caſum patrium interdum hic mutari in accuſativum, vel dativum. Vt in illo Terentii Eun. act. I, ſc. II:

— *Forſitan hic mihi partem habeat fidem.*

* etiam
MSSu no-
ſtri. & edit.
Tarvifina
anni 1477.

Vbi tamen in melioribus libris * eſt, *parvam*. Cicero lib. XII ad Att. *ſi ſatis conſilium quadam in re haberem*. Appul. VII: *Ac ne quidem partem affatim habemus*. Sed in his, & ſimilibus, adverbium abique caſu ponitur: accuſativus verò, aut dativus, regitur à verbo.

Præterea genitivum regere ajunt adverbia loci, & temporis. Vt, *interea loci, tunc temporis*. Sed, *inter-ea loci*, integrè eſt, *inter ea loci illius negotia*. *Tunc temporis*, valet, *tunc in temporis re*. Eſtque pleonafmus, quia *tunc* ſufficeret. Vel dic *tunc* accipi pro, *eo*, vel *illo in ſpacio*. Ac quia & loci eſt ſpatium, *eo* addi temporis. Terentius Andr. act. I, ſc. I:

Ex Andro commigravit huc viciniæ.

Vbi *huc*, valet *hoc*, ut in *adhuc*, quod ſine dubio idem ac, *ad hoc*: quod integrè ſit, *ad hoc tempus*. *Huc viciniæ*, pro, *ad hoc viciniæ locum, appropinquas* †. nam priſci *hoc locum*, æquè ac, *hæc loca*, dixerunt. Par ratio in illo, *Huc dementiæ pervenit*: pro, *ad hoc negotium dementiæ*. At, *eo dementiæ progreſſus*: valet, *ea dementiæ*; quod κατ' ἐξελίχις ponitur, pro, *ad ea*, puta *negotia*. Niſi malis *eo* eſſe auferendi caſum: ut ſignet, *in eo*. Nam, ut in præpoſitione dicitur, *in* etiam cùm motum ad rem indicat ab antiquis sæpe ablativo jungebatur. Sic, *quoad ejus poſſis*: pro, *que ad*, vel, *quod ad*: hoc eſt, *ad quod*, ſive, in quantum poſſis. *Quod ejus*, ut, *quod literarum*. Idem judicium de, *quovis genitium*. Nam vel valet, *in loco genitium, quo vis*, hoc eſt, *quocumque velis*: vel, *quo, notis, que*: ut plenè ſit, *ad que genitium loca velis*. Sed oggeras, in his caſum poſſe conſtitui. At non poſſe in aliis multis: quæ tamen non minus genitivum jungan-

† antiqui.

jungantur. Vt, *longè, nusquam, ubi, ubique, & similibus*. De his dixero, figuratè jungi genitivo, idque per synthefin, quia in adverbii significatio inest nominis cum præpofitione. Vt illo Ciceronis lib. xii ad Famil. ep. xxii: *Noftri τυεχλόνος longè gentium abfunt*. Vbi *longè* valet, *longo fpatio*, quod integrè fit, *ab longo fpatio*. Dicitur igitur, *longè gentium*, ut, *ab longo gentium fpatio*, vel, *longo loco à gentium loco*. Vt Appulejus v Met. *Longè parentum exultantes*. Pro, *longè a parentum loco*. Nec *gentium* omnino *ωλεονάζει*: quia fignificat, non *ædibus folùm, vel vicinià, aut urbe etiam*; fed totis gentibus diftare. Similiter dixere, *Vnde gentium*: quafi effer, *de quo loco gentium*. Item, *nusquam gentium*, quafi, *nullo è loco gentium*. Et apud Appulejum, *ubi gentium, alibi gentium*. Quod & adverbium *minime* imitatur. Nam dicimus, *minime gentium*. Sic, *ubi terrarum*, valet, *quo in loco*, non hujus modò terræ, fed, *omnium terrarum*. Idem judicium de iftis, *ubique locorum, ubique terrarum*: & apud Appulejum i Met. *ubique itineris*, quafi dicas, non parte aliquà *itineris*, fed *quovis ejus loco*. Itidem Apol. *ubique litorum*, q. d. non hoc loco *litorum* modò, fed *quocunque*. Ejufdem eft viii Met. *undique laterum*. Pro, *ex quovis ædium loco*, vel, *quavis parte*. Et eodem: *Intus ædium, audio ruditu meo, prædam abfconditam rati*. *Intus*, pro, *interiori parte*. Item ix Met. *Inbebat incoram fui plagas irrogari*. *Incoram fui*, tantundem eft, ac *in præfentia fui*. Sic x Met. *Juniorem filium incoram fui funerari videbat*. Hæc fatis oftendunt, unde effer existimemus, quod loci, & temporis adverbia genitivo jungantur.

Idem Appulejus adverbia feparandi genitivo fociat. Vt de Deo Socratis: *At non apud Homerum, ut in quadam ingenti fpeculâ, clarius cernis hæc duo diftributa, feorfus divinationis, feorfus fapientiæ officia? Seorfus divinationis, valet, verfus alium locum ac effer divinationis*. Sed Lucretius in tertio junxit ablativo:

Scilicet avolfis radicibus ut nequit ullam

Defpicere ipfe oculus rem feorfum corpore toto.

Et ibidem:

At neque feorfum oculi, neque nares, nec manus ipfa

Effè poteft animâ.

Nempe hic intelligitur præpofitio: *feorfum corpore, feorfum animâ*, pro, *feorfum à corpore, feorfum ab anima*.

Præterea ajunt, adverbia fuperlativi gradus regere genitivum. Vt, *Optime omnium vixit*. Sed integrè effer, *Hic homo ex hominum omnium numero vixit optime*. Quare ut cum dico, *optimus omnium*; fic etiam in, *optime omnium*, genitivus regitur ab ablativo *numero*, uti ille ab *ex*.

Adhæc genitivum regere dicunt *ergo*, cum fumitur pro *χαίρειν*, hoc effer, *gratiâ, five caufâ*. Vt apud Cic. de opt. gen. Orat. *Enum donari*

* ad Att.
lib. 3.
† 6 En.

virtutis ergo benevolentiaque. Similèque apud eundem *, *Legis ergo*: apud Maronem †: — *Illius ergo Venimus*. — Sed *ergo* est ablativus sive dativus ab ἐργον: ut *virtutis*, vel *legis*, vel *illius ergo*; valeat, opere istorum. Nempe qui in causa est, ut veniam, is facit, ut veniam, eoque causatum, sive factum vel effectum ejus est, ut veniam: ac proinde rectè dicor illius ἐργον sive opere venire.

Etiam *pridie*, & *postridie*, tradunt regere eum casum. Vt, *Pridie Kalendarum*, *postridie Iduum*, vel *Nonarum*. Sed genitivi reguntur à voce die, quæ inest in *pridie*, & *postridie*. Nam *pridie*, quasi *priori die*; *postridie*, quasi *postero die*. Itaque & apud Catonem †, Ciceronem *, *Celarem* †, legas, *pridie*, & *postridie ejus diei*. Quasi dicas, in die ejus diei præcessore, vel successore.

‡ de R. R.
cap. 2.
* lib. I. ep. 4.
† lib. I de bello Gall. & I de bello civili.

Insuper *partim* regere dicitur genitivum. Sed *partim* dixere, ut, *restim*, *puppim*, *sementim*: ut sit accusativus antiquus, in quo intelligitur, *ad*, sive *quod ad*; ut apud Græcos *κατά*. Vel sanè intelligamus *in*: quomodo Plautus *Afinariâ act. III, sc. III*: *Agefis, tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc*. Vtrumcunque placuerit, ut *pars eorum*, sic dicitur *partim eorum*. Cicero lib. II de Orat. *Sed eorum partim in pompa, partim in acie, illustres esse voluerunt*. Idem lib. II Off. *Eorum autem ipsorum partim ejusmodi sunt, ut ad universos crues pertineant; partim ut singulos attingant*. Parque ratio in hoc Terentii prologo Hec.

Partim sum earum exactus, partim vix steti.

Nam hoc vult, in partem, vel quod ad partem earum fabularum, sui exactus: quod item ad partem, vix stare fabula nostra potuit. Vide omnino, quæ de hac particula refert Atticarum Noctium scriptor lib. X, cap. XIII.

Etiam hoc loco referunt Grammatici, *instar* regere genitivum. Sed hoc nomen est. Maro VI Æn. — *Quantum instar in ipsâ*. Livius lib. XXVIII: *Parvum instar*. Vide, quæ diximus lib. I de Analogia, cap. XLVI.

Præterea tradunt, adverbia derivata regere dativum, si nomina, unde veniunt, hunc casum regant. Ita, quia dicimus, *conveniens*, & *congruens naturæ*: dici etiam à Tullio lib. III de Finibus: *Congruenter naturæ, convenienterque vivere*. Item, ut dicitur, *similis huic*, vel *his*: sic dicere Plinium lib. XI, cap. XXV: *Similiter his & scorpiones terrestres, vermiculos ovorum specie pacimus*. Atque itidem, ut Cicero pro Quinctio ait; *Tibi propior me nemo est*: & idem ad Att. lib. I, ep. XIV; *Amore tibi proximus*: sic eundem dicere in primo de Nat. Deor. *Deo propius accedere debet humana virtus, quam figura*. Et ad Brutum lib. XI, ep. XXI: *Me huic meæ virtuti proxime accedere*.

Sed

Sed si adverbia in hac structura imitantur nomina; hic etiam locum habet, quod de structura nominis dixi cap. XI I: uti & quæ de dativis verbo additis afferebam cap. XXXIV. Nempe & nomina, & verba, & participia, & adverbia, in eo conveniunt, quòd dativum adficiant, qui significet acquisitionem, sive, ut loquuntur, *finem cui*. Quem usum dativi si quis attenderit, facile videat, hoc *regimen* dici non posse. Nec tamen tanti id videtur, ut de eo contentionis funem cum aliquo duxerim.

Accusativum regere ajunt, partim *en*, & *ecce*; partim *propius*, & *proxime*; partim *versus*, vel *versum*. Sed de *en*, & *ecce*, paulò antè vidimus. De *propius* verò, & *proxime*, simile iudicium ferri debet, ac de *propior*, & *proximus*: quibus accusativus quidem jungitur, sed aliunde rectus. Quemadmodum enim dicitur, *propior*, & *proximus urbem*, vel, *castra*, κατ' ἐπιειψιν præpositionis A D; ut monitum cap. XVI, & XVII: ita & *propius* & *proxime urbem*, vel *castra*, per eandem dicimus ellipsin.

Ab eadem præpositione regitur accusativus, qui ab *usque*, aut *versus*, vel *versum*, regi existimatur. Ut, *Italiam usque*, pro, *Ad Italiam usque*. *Italiam versus*, pro, *Ad Italiam versus*. *Romam versum*, pro, *Ad Romam versum*. Quamquam pro *ad* etiam in possis reponere. Vide, quæ diximus lib. IV de Analogiâ cap. XXI I.

Nec *pridie*, & *postridie*, regunt accusativum. Dicitur quidem, *pridie Nonas*, vel *Comptualia*: sed intelligitur hic *ante*. Dicitur quoque, *postridie Kalendas*, vel *ludos*. Sed intelligitur *post*. Qua de re pluribus cap. LXVI. Vel dicendum regi genitivum à nomine dies; quod inest voci *pridie*, & *postridie*. Ita *pridie* vel *postridie ludorum*, valeat *priori*, vel *posteriori ludorum die*.

Nec aliter se res habet in ablativis, quos à comparativis regi tradiderunt. Ut enim, *ocior Euro*, κατ' ἐπιειψιν dicitur, quod integrè sit, *præ Euro*: sic, *ocius dicto*, valet, *præ dicto*. Vbi & ablativus, geminatâ sic ellipsi, præteritur, cum Maro ait ÆN. VIII:

Ocius incubuere omnes. —

Itidem Ciceronis illo pro Domo suâ: *Emis domum prope dimidio carius, quam ille aestimabat*. *Dimidio carius emis*, plenè erit, *Præ dimidio*: ut, *Dimidio carior*, integrè est, *Præ dimidio carior*. Vide sis, quæ in Nominine dicta cap. XVI.

Adverbia etiam congregandi regere ajunt ablativum. Sed vel more id fit Græcorum, qui dicunt, ἄμα, vel, ὁμῶς τοῖς ἄλλοις: una, vel, simul aliis: vel ἐπιειψις est præpositionis *cum*. Ita Horatius lib. I, sat. X;

— Te dicere possem

Pollia, te Messalla tuo cum fratre, simulque

ddd d 3

Vos

Vos Biblii, & Servi, simul his te cand. de Furni.

Simul his, pro, *simul cum his*. Livius lib. XLV: *Puello amictu, simul filo, Perseus inreptus est castra*. Prout reliquit Lipsius lib. v epist. quart. XIII: ubi & Taciti familia duo loca adducit, & hunc Nemeianum in Cynegetico:

*Hos igitur genetrice simul, jam vere sereno,
Molli pace sero.*

Hoc est, *cauclos simul cum genetrice*.

Nec *procul* regit ablativum. Nam, *procul mari*, est *ἐκείνην* pro, *procul a mari*. De quo dictum satis lib. IV de Analogia cap. XXII.

CAPUT LXV.

DE PRÆPOSITIONE. Triplicem ab ea casum regi. Falli Linacrum, & alios, qui arbitrantur, tenus regere accusativum. Servum enim. Tenus vel ablativum singularem requirit, vel genitivum, aut ablativum pluralem. Super, more Græco, cum genitivo, apud Paulum I. C. Imo in, & ex, simulter, apud Virroviu. In, contra Grammaticorum præceptum, cum accusativo in significatione quietis: cum ablativo, in significatione motus. Inque priori etiam ab H. Stephano recessum. Præpositio infinitivum habens pro casu suo. Ab, & abs, quibus consonis præponantur. A, vel ab, cum ablativo, loco genitivi: item loco nominis gentilis, possessivi, aut similia. Ennius apud Ciceronem emendatus. *Cauculo lux.*

AB Adverbio transeo ad Præpositionem: ubi prius agemus de structura propria, deinde de figurata.

In propria imprimis videndum, quos casus præpositio requirat. Tres autem casus sunt, qui ab ea regantur: accusativus, ablativus, & genitivus. Ac quædam accusativum solum admittunt; ut, *ad, apud, ponè, secus*, & aliæ pueris etiam notæ. Quædam solum ablativum; ut, *a, ex, palam*, atque aliæ. Quædam utrumque hunc casum; ut, *in, sub, super, subter, & clam*. Plautus crebro nunc ablativo jungit: ut, *clam herero, clam uxore*: nunc accusativo, ut *clam patrem, matrem, senem, uxorem*. Quomodo incertus, sub Ciceronis nomine, in Sallustium: *Timeo, ne facinora ejus clam vos essent*. Sed usitatus ablativo jungitur. Plautus etiam abverbialiter usus cum dativo Milite Glorioso: *Meretricem moneri, quam magni referat, mihi clam est*. Pro, *occultum mihi*. Quædam ablativum, & pluralem genitivum; ut, *tenus*. Quod si Linacrum, adhuc Rob. Stephanum, & alios Lexicographos, audimus; etiam accusativum amat: quod adstruere conantur illo Valerii Flacci in primo Argonauticò:

Et Tanaim tenus immenso descendit ab exo.

Sed

Sed *Tanai* rescribendum : atque ita edidit Carrio. Imò , juxta Ser-
vium , solum regit ablativum , at si genitivo addatur , adverbium est.
Sed planè Grammaticus is fallitur. Aliquanto illi melius , qui tradunt ,
cùm singulari jungitur , gaudere ablativo : ut *II ÆN.*

— *Lateri capulo tenuis abdedit ensem.*

At cùm plurali fociatur , admittere genitivum : quomodo Lucretius
lib. IV, *labrorum tenuis* : Catullus Carm. LXV, *nurricium tenuis* : Maro *III*
Georg. *crurum tenuis*, & *X ÆN.* *laterum tenuis* : Plinius lib. XXXIV, cap.
VIII, *corporum tenuis* : Quintilianus lib. XII, *aurium tenuis*. Sed exa-
mussim optimè , qui ajunt , præpositionem hanc exigere vel ablativum
singularem ; vel genitivum , aut ablativum pluralem. De ablativo plu-
rali arguit hoc Nafonis v Met.

Pectoribusque tenuis molles erectus in auras.

Et eodem :

Pectoribusque tenuis mediâ sublimis in aede.

Celsus lib. I, cap. III : *Dimutare se inguinibus tenuis in aquam calidam.*

Sola verò est *tenuis*, quæ, Romano more, genitivum admittunt. Nam
super quidem genitivo juncta invenitur : sed more Græcorum. Ut
apud Paullum L. sæpe ita. *LI II. D.* de verborum significationibus :
Super pecuniæ, tutelæve suæ. Imò Vitruvius quoque sic Græcissime amat,
ut *in*, & *ex*, genitivo jungat : quemadmodum & Grosippo , sive Ga-
spari Scoppio * observatum. Ita in antiquis codd. est lib. I, cap. II :
Quantitas est modulorum ex ipsius operis sumtio. Vbi Philander edidit,
sumtione : imò & Florentina Iuntæ anni *CIO IO XXII.* At in eadem
Florentinâ rectè est lib. eodem cap. IV : *Piscium naturæ plurimum ex*
aëris, & terreni, sunt compositæ. Vbi Philander, *ex aëre, & terreno.* At
non Florentina solum, sed & Philandri quoque editio lib. eodem
cap. V habet : *Cum ergo iis rationibus erit salubritas in mœnium collocando-*
rum explicatio. Pro, *in mœnibus collocandis.* Idem lib. III, cap. II : *Si*
ex imbrium aquæ vis occupaverit. Ita & Florentina : ubi Philander, &
imbrium. Sed, *ex imbrium*, pro, *ex imbris*, dixit Vitruvius. Idem lib.
VIII, cap. ult. *Descriptio ex duodecim cælestium signorum sic figurata.* Ita
utraque, quam dixi, editio : pro, *ex duodecim cælestibus signis.* Nisi istæc
omnia dicti putes per ellipsin , quæ hoc pacto debeat suppleri : *Modu-*
lario ex operis ; puta, *modulo.* *Composita ex aëris, & terreni* ; puta, *naturâ.*
In mœnium collocandorum ; nempe, *ratione.* *Vis aquæ ex imbrium* ; supple,
casu, vel simile. *Figurata ex cælestium signorum* ; videlicet, *figuris.* Quæ
licet non damnem ; tamen , quia Græcos sequi amat Vitruvius, verisi-
milis puto, ea integrè quidem, sed per Hellenismum dicta esse. In qui-
bus non imitabimur hominem mechanicum, Romanæque puritatis mi-
nùs curiosum. Ad ea, quæ Romanæ sunt consuetudinis, redeamus.

* annotat. in
Syn. p. 127.
& 128.

I N

IN ajunt accusativo semper jungi, quoties significat motum ad locum : at, cum quietem notat, exigere ablativum. Verum video, antiquos indifferenter junxisse accusativo, & ablativo. Nam dixit Cato de R. R. cap. LII : *In arborem relinquo*. Ibid. cap. LXXXVIII : *In patinis in sole ponito*. Et cap. CLVI : *In aquam macerare oportet*. Frequenter & hoc loquendi genus Plautus, ut Aulularia * :

* Sc. Picos dicitur, qui aureos.

Multoque prius me collocavi in arborem.

Idem Amphitr. act. I, sc. I :

— *Numerò mihi in mentem fuit.*

Et Bacchid. act. I, sc. II :

Occisus hic homo est. ecquid in mentem est tibi, Patrem tibi esse ?

Mostell. act. I, sc. II :

Argumentaque in pectus multa insitui.

Casin. act. II, sc. III :

— *Vbi in sinistra jaciisti ?*

Epid. act. II, sc. II :

Nam ego illum audivi in amorem herere apud nescio quam fiduciam.

Poen. act. v, sc. IV :

Pavise, facito, in memoriam habeas, tuam majorem filiam Mihi te respondisse.

Ita est in vet. codd. Idem Rudente act. v, sc. I :

Nunc alteram illam, que mea est, visam tunc in Venus sanum.

Ter. Eunuch. act. II, sc. II :

Ille ubi miser, famelicus, videt me esse in tantum honorem.

Vbi tamen, ut à Faerno observatum est, libri multi, ac plerique etiam Donati commentarii, habent, *esse in tanto honore*. Ac Henricus Stephanus † negat, *tantum honorem* scriptum fuisse à Terentio; nisi & idem fortè pro ESSE etiam ISSE dixerit. Sed non possum ei hac in re assentiri. Est enim Ciceronis quoque in Manilianà : *Cum vestros potius, quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonem fuisse potestatem scitavi*. Idem pro Quintio : *In judicium haberet*. Et eadem orat. *Res cepit esse in vadimonium*. Cæsar lib. I de bello Civili : *Quo facilius omne Adriaticum mare extremis Italiae partibus, regionibusque Græciæ, in potestatem haberet*. Et si sic Cicero ac Cæsar, cur non similiter Sallustius in fine historiæ de bello Jugurthino : *Cum talem virum in potestatem habuisset*. Vt causa hæc sit nulla, cur eam veterum librorum scripturam Henricus Stephanus † habeat suspectam. Petronius quoque Arbitr ait : *Neque enim res, que videretur in controversam esse; sed longe aliud queri*. Quod & observatum Turnebo lib. XIX Adverf. cap. VII.

† Palearia de Latinitate Lipsii.

‡ de Lat. Lips. p. 446.

Ac

Ac similiter Curtius lib. III : *Darium quinto die in Ciliciam fore nunciabatur*. Sed quid his infisto ? de quibus abunde ex veteribus , Gellius lib. I , cap. VII , & lib. XVII , cap. II , item Priscianus lib. XVII . Ex junioribus autem , Camerarius in Tuscul. Cicer. Obertus Giffianus indice Lucretiano voce IN , Iuretus notis in Senecæ lib. III de benef. cap. XXXVII , Passeratius in Propertii lib. III , el. IX , Andreas Schottus lib. I Nodorum Ciceronis , cap. VI , Raderus in Curtii lib. III , cap. X , & alii , quos prætereo.

Ac plerisque horum etiam observatum , ut IN , ubi quietem notat , pro ablativo habeat accusativum. Cic. *Veni in Senatu*. Cui Scaliger observat simile esse hoc Manilii lib. V : *Cum venit in regione*. Apud Plautum quoque libri aliquot vet. Amphit. act. IV , sc. III :

Seu patrem, sive avum videbo, inrorumpam in aedibus.

Vbi codices alii, *obiruncabo*. Idem Aulul. act. III , sc. VI :

Qui mihi intromisisti in aedibus quingentos coquos.

Sic MSSi , & vet. editt. ubi Duza , *Qui mihi immisisti in aedes*. Varro lib. IV de L. L. *Qua in Coelio monte itur*. Vide , si tanti , Aufon. Popmam de antiqua locutione lib. II , cap. VI : item Notis ad Catonem de R. R.

Valla lib. III , cap. XVIII , *In marmore* , inquit , *incise sunt literæ , non in marmor. E diverso , in æs , non in ære*. Sed utrumque rectè dicitur. Cic. Att. VI , in Verrem : *Id non modo tunc scripserunt , sed incisum in ære reliquerunt*. Plinius Histor. Nat. lib. XXXIV , cap. IX : *Ufus æris ad perpetuitatem monumentorum jampridem translatus est tabulis æreis , in quibus publicæ constitutiones inciduntur*. Plin. alter , panegy. ad Trajanum : *Quæ vos , P. C. nequa interciperet oblivio , & in publica acta mittenda , & incidenda in ære consuevit*.

Ajunt & præter , utrumque casum adsciscere. Priscianus lib. XVIIII : *Apud nos Præter accusativo conjungitur : & ablativo tum , cum pro Sine accipitur. Ut Sallustius in Catilin. Præter rerum capitalium condemnatis. Pro , sine condemnatis. Quod & postea repetit. Idemque apud Cledonium legas. Verùm non videtur hic Præter esse præpositio , sed adverbium , pro Præterquam.*

De præpositionibus aliis , quando accusativum , quando item ablativum regant , quia alibi dictum , & res est pervulgata , nihil ea attinet hoc loco reponere. Ac ne illud quidem , ut arbitror , repetere opus , quod dictum cap. L , præpositionem etiam pro casu alterutro habere infinitivum : quomodo Lucretius , *Ad sedire sitim* : pro , *ad secundam sitim*. Græcis , ac Hebræis , nihil hoc sermonis genere ulitatus.

Quod A volunt semper præponi consonantibus , AB , & ABS

eee

voca-

vocalibus : (quod etiam apud Charisium legitur) id perpetuum non est. Nam AB quoque præponitur plerisque omnibus consonantibus ; C , ut, *ab classe, ab Carthagine* : D , ut, *ab Delio, ab Dictatore* : G , ut, *ab Gallis* : I , ut, *ab Iove* : L , ut, *ab Legatis* : N , ut, *ab nullo, ab Nioma* : R , ut, *ab Rege, ab Romanis* : S , ut, *ab Samnitibus, ab Servio* : T , ut, *ab Terquino, ab tergo*. Abs verò ponitur ante T ; ut Terentii Andriæ * :

* act. 1,
sc. 5.

Te obtestor, ne abs te hanc segrege, neu deseras.

† act. 3,

Idem eadem † : *O Dave, ut an' contemnor abs te ? —*

sc. 2.

Et interdum ante Q : ut Adelph. †

† act. 2,

Abs quivis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas.

sc. 3.

Particula *a*, vel *ab*, cum casu suo, interdum ponitur loco casus partii. Ita Plautus dixit Mil. Glor. act. II, sc. II :

— *Nunc adeò edico omnibus,*

*Quemquam à milite hoc videritis hominem in nostris regulis,
Extra unum Palastrionem, hunc deturbate in viam.*

Pro, *quemquam hominem militis*. Sic alibi : *Foris concepuit à sene, h. e. senis*. Suntque similia apud Lucretium, *fulgor ab astro, pro, anti fulgor*; & *Ceres ab Iaccho, pro, Iacchi Ceres*. Vide indicem Lucretianum Giffanii.

Præterea est, cum præpositio ista cum casu suo sumitur loco nominis gentilis. Maro III Georg.

— *Et te memorande canemus*

Pastor ab Amphrysò.

Hoc est, *Amphrysie*. Et Carrio lib. I Emend. cap. VI, similiter interpretatur illud Nasonis lib. II Am. el. VI :

Psitacus Eois imitatrix ales ab Indis.

Hoc est, *Indica*. Nec soli poëtæ sic loquuntur. Nam Livii est lib. I : *Turnus Herdonius ab Aricia fortiter in absentem Tarquinium erat introitus*. Et lib. II : *Obsides dant trecentos, principum à Cora atque Pomertia liberos*. Item Gellius lib. VII, cap. XVI : *Parus e Samo, Phrygia atagena, græves Melicæ, hædus ex Ambracia, pelamis Chalcedonia* &c. Et lib. XIII, cap. V : *Is erat à Lesbò Theophrastus*. hoc est, *Lesbium*. Etiam in aliis hoc dicendi genus invenitur. Ennius apud Cicer. lib. I de Div.

Non vicinos aruspices, non de circo astrologos.

Quem locum sic restituimus : *Non astrologos de circo, non vicinos aruspices*. Nam est ex carmine trochaico quadrato catalectico. Carullus epigr. xxv :

Cum de viâ mulier aves ostendit oscitantis.

Mulier de viâ, quævis faga, η τυχῆσιν. In vulgatis, cum de viâ introissent, inde fecere, *deiva*, sive, *diva*. At longius etiam abeunt, qui mox legunt, *Mater alites ostendit occinemes* : uti & in Duziaca est. Sanè vetus edi-

edi-

editio, quæ Regii Lepidi prodiit anno cō cccc lxxxī, disertim habet, *Mulier aves ostendit oscitantes*: quod etiam Scaliger retinuit. Sed, ut ad illud, *de via*, revertamur: simile est Ciceronis pro Archia, *poëta de populo*, pro, *popularis*. Et Tibulli lib. 1, el. 111:

Resulit è trivivis omnia certa puer.

Hoc est, *trivialis*. Item Appuleji lib. 1 Met. *Alium de foro*. hoc est, *forensē*. Et Macrobii lib. 1 Saturn. *Erant isti philosophi, Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus*. Hoc est, *Carneades Academicus*.

C A P V T L X V I.

Pleonasmum præpositionis sæpius statui, ubi nihil redundet. Præpositione eadem in compositione, & extra eam, concurrente, utro illa loco superflua sit. Re abundans. Præscire antè. Simul concurrere. Tecum oro, pro, te oro. Principium, pro, ad principium: aliæque, ubi ad deficiat. Ellipsis præpositionum ante, post, circa, per, à, ab, de, ex, cum, præ, sub. Ellipsis casus à præpositione recti; atque adeo etiam præpositionis cum suo casu. Domus, & ædes, ut proprie differre videantur. Αναστροφή. Tenus medio loco inter substantivum, & adjectivum. Ηαξένος δυνωλίσμῳ καὶ τμήσιν.

Quemadmodum verò de Adverbiis diximus: ita etiam in Præpositione nunc pleonasmus, nunc ellipsis, nunc anastrophe occurrit.

Pleonasmum statuunt multi, ubi, si præpositionem tollas, fuerit ellipsis. Ut in illo Adelphis act. 1, sc. 1:

In eo me oblecto: solum id est carum mihi.

Vbi Donatus, *novè*, inquit, *pro, eo me oblecto*. Vnde colligunt, præpositionem redundare. Rectè, si consuetudinem spectemus: non item, si nativam structuram. Hæc enim præpositionem requirit: sed consuetudo, brevitatis studio, prætulit ellipsin. Nihilò magis pleonasmus est in istis: *Magno cum labore ab Dyrrachio profectus. In eo tempore venit. De nocte surgit. Per dies sex ægrotavit*. Sed, sublata præpositione, ellipsis est, eaque magis obtinuit.

At verè est pleonasmus in multis, cum præpositio repetitur, quicum componitur verbum. Ut in Andr. act. 11, sc. 1:

Quid tibi videtur? adeo ad eum? —

Vbi Donatus: *Consuetudine magis, quam ratione, dicitur: unum enim AD redundat*. Sed quæritur, utrum horum AD redundet; illudne, quòd inest composito, an quòd vocem simplicem constituit. Hoc, an illud, statuas, non multum refert. Verius tamen, in composito superesse.

esse. Nam accusativus additus non regitur à verbo, cum non homo eatur, sed via: eoque integrè sit, *adeone viam*, vel, *iter ad eum*: Similiter, cum Cicero ait in Bruto: *Nihil non consideratum exhibet ex ore*: plene sit, *exibat iter*, sive *itionem ex ore*. Nam *exire* accusativo jungi, indicio est, quòd rectum sit, *exire patriam*. Quare, cum dico, *exire patriam*: ablativus non regitur à præpositione, quæ inest verbo; sed quæ intelligitur.

Etiam loquularis præpositio, *re*, interdum superest in composito. Terent. Andr. act. III, sc. II: *Renuncio heræ futurum*. Vbi sic Donatus: *RE syllaba apud veteres interdum redundat: ut Renuncia, pro Nuncio*. Similèque videtur hoc I Æn.

— *Et retro sublapsa referri.*

Adhæc, quando *ante* additur compositis cum *præ*; aut *simul* apponitur compositis cum *con*, sive *cum*: vel adverbium, vel præpositio redundat. Terent. Andr. act. I, sc. v:

— *Nonne oportuis,*

Præcisse me ante? —

Et act. III, sc. II:

— *Multa concurrunt simul,*

Qui conjecturam hanc nunc facio. —

Etiam Plautus, & Terentius, per pleonasmum præpositionis, *tecum oro*, pro, *te oro*, dicunt: ut observat Arufianus Mestus in exemplis Elocutionum. Rudente act. III, sc. IV:

— *Scin quid? tecum oro senex,*

Vt illas serves, vim defendas, datus ego herum adduco meum.

Idem Curcul. act. III:

Tecum oro, & queso, qui has tabellas adferet

Tibi, ut ei decur, quam istic emi virginem.

Similiter Bacchidibus loquitur. Et Terentius Hec. act. IV, sc. IV. Ac, Festo teste, in primo Annalium Ennii est:

— *Face verò*

Quod tecum precibus patris orat.

Ac hujusmodi est pleonasmus. Videamus nunc de ellipsi: & primum de earum præpositionum defectu, quæ accusativum regunt.

A D, vel I N, intelligitur, cum motus ad locum, vel in locum significatur. Vt, *ire vias, domum, Romam, Hierosolymam*. Quomodo & Hebræi loquuntur. Vt I Reg. cap. III, ver. v, ad verbum Hebræa sonant, *Et venit Ierusalem*. Nempe desideratur. Sed Latinis tam usitata est hæc ellipsis in exemplis allatis, ut vulgo naturalis sermo existimetur. Dispar ratio in nominibus regionum, & aliis locorum nominibus. I Æn.

Italiam fero profugus, Lavinaque venit

Litora. — Ovid. III Met.

Verba refers anres non perveniunt nostras.

Plauti quoque sunt, *venire Cariam*, item *Acheruntem*. Appulejus mirè hoc loquendi genus amat. Vt Met. I : *Macedoniam profectus*. II Met. *Vi vix improvidæ noctis caligine liberati hospitium fessi rediremus*. VI Met. *Nec cunctata diutius pergit quandam turrim præcaltam*. Et alibi apud eundem, *Castra remeare, revenire civitatem, conendere monumentum mariti, ripam maris proximare*.

Etiam hujus loci est, *ire exequias*. Terent. Phorm. act. v, sc. ult.

Exequias Chremeti, quibus commodum ire, jam tempus est.

Ac similiter, *exequias venire*, legas apud Appulejum lib. IV Met.

Item intelligitur AD, cùm mensura, vel distantia indicatur. Plin. lib. VI, cap. XXXIV : *Umbram reddit quatuor pedes longam*. Cic. pro Cæcina : *Quot millia fundus suus abesset ab Urbe*.

Similiter cùm finis, sive propositum notatur. Vt : *Quid opus est verbis? Quid incassum laboras? Et potum pastas age, Tityre*.

Præterea quando significatur pars, vel proprietas, & universè, quando sententia est, *quod attinet ad illud*. Vt apud Plautum Epid. act. IV, sc. I :

--- Ille eam rem adeò sobriè, & frugaliter

Accuravit, ut alias res est impensè improbus.

Vbi Lambinus rescribit, *ad alias* : sed invitis MSSis, & adverfantibus editionibus, quæ præcessere. *Ad* interea animo hic concipiendum. Nam, *alias res improbus*, integrè est, *ad alias res improbus*. Simile I Æn. *Nuda genu*. Et ibidem :

Expleri mentem nequit. ---

Et IV Æn.

Omnia Mercurio similis, vocemque, coloremque.

Horat. lib. I, epist. X :

Excepto quòd non simul esses, cætera lætus.

In cujusmodi supplemus defectum per *quod ad*. Similiter in prosa. Tullius in Oratore : *Magnam enim partem ex jambis nostra constat oratio*. Pro, *ad magnam partem*. Sic, *Nisium*, vel *aliquid immutavit*, aut *auxit*. Pro, *ad nisium* : &, *ad aliquid*. Vt Vlpianus loquitur L. I. §. VII. D. *Nequid in flumine : Si ea res cursum fluminis ad aliquid immutavit*. Ad partis etiam significationem refer *nihil* : quod significat, *nec bilum*, id est, nec minimà ex parte. Vt illo Plauti Rudente, act. III, sc. VI : *Nihil salutem moror*.

Etiam hæc præpositio deest in multis, quæ vulgò adverbia ordinis censentur. Vt, *Primum*, vel, *extremum te oro* : *Tertium*, vel, *septimum consul*. Sic autem supple, *ad primum*, *secundum*, *extremum locum*, vel, *nummerum* : ut planius fiet ex iis, quæ dicam de ellipsi præpositionis IN.

Estque simile hoc Afranii apud Sospitrum :

*Principium hoc oro, in animo ut sic staeuas tuo,
Officium cogi, ut abs te seorsum sentiam.*

Nam *principium*, pro, *ad principium* : ut, τὴν ἀρχὴν, pro, καὶ τὴν ἀρχὴν. Ioan. cap. viii, 25 : Τὴν ἀρχὴν, ὅτι καὶ λαλοῦ ὑμῖν. Vulgatus interpres vertit, *Principium quia* & loquor vobis. Vbi *principium* esse casum accusandi, liquet : ponique pro *ad principium*, atque idem notare, quod à principio, sive ab initio.

ANTE intelligitur, cum tempus significatur. Vt, *Triginta annis natus. Multos abhinc menses. Tres dies est, cum venit. Septimo Kalendas, quarto Nonas, tertio Idus.* Quà de re ita Priscianus in xviii : Ἄττις δεικνύει, τρεῖς ἡμέρας, & πρὶ τῶν ἡμερῶν τὸ δεῖ ἐπὶ αὐτῶν. pro, *nudiustertius.* Hunc Romanus, *Tertium* & tertio *Kalendas, vel Nonas, vel Idus, vel Calendarum, Nonarum, Iduum.* pro, in tertio ante *Kalendas, vel Nonas, vel Idus.* Cicero *Inuenturum* i : *Meministine, me in ante diem xii Calendarum Novembrium dicere in senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset in ante diem sextum Calendarum Novembrium? Pro, in diem sextum Calendarum Novembrium.* ANTE frequentius tamen accusativo adiungitur, & per ellipsin præpositionis.

POST similiter deficit, cum *postridie* jungitur accusativo. Vt ad Att. lib. xvi, ep. iii : *Postridie ludos Apollinares.* Sic illo pro Roscio Comœdo : *Repromittis tu abhinc triennium Roscio.* Pro, *post triennium.*

OB, vel PROPTER, desideratur, cum causa finalis, vel impulsiva, indicatur. Ita deesse ait Donatus illo Terentii And. act. i, sc. i : --- *Magis id adeo, mihi ut incommodet.*

Livius : *Sollicitis vicem Imperatoris militibus.* Curtius lib. vii : *Mixtus non suam vicem.*

Et Eun. act. v, sc. vi :

--- *Nunc id prodeco, ut conveniam Parmenonem.*

Heaut. act. v, sc. iii :

--- *Id quod est consimilis moribus,*

Convinces facile ex te natum. ---

Hec. act. iii, sc. iii :

--- *Illico omnes simul*

Lætæ exclamant, Venit. id quod me repente adspexerant.

Ad quem locum Donatus : *Deest Propter, ut sit, Propter id, ac per hoc Ideo.*

* Ita vet. eodd.
† Et sic item. Alii id omittunt.

Cicero lib. iii ad Qu. Fr. ep. ii : *Ab accusando (me) tenco, vel id* quod nolo cum Pompejo pugnare, vel id † quod iudices nullos habemus.* Pro, *ab id quod.* Livius lib. xli : *Id quod erat vetusta conjunctio cum Macedonibus.* Sic, *Gaudeo quod veneris.* Pro, ob quod (puta nomen, vel negationem) *veneris.* Belgæ interdum præpositionem addunt, dicunt enim, *Ick ben blyde / dat ghy gekomen bent : Et, om dat ghy bent geko-*

gekomen. Par ratio in infinitivis, ac supinis. Vt, *Eo visere, vel, visum. Gaudere fecisse.* Item in istis, *luget fratrem, manet te: & fortasse in hoc, olet unguenta.* Nec enim minus id verisimile, quàm quod cap. **xxii** dicebamus.

CIRCA intelligitur in temporis significatione. Vt, *Homo id etatis.* Et, *Id noctis ambulat solus. Nil d non dubito.*

PER intelligitur, cum tempus notatur. Vt, *Vixit annos xxx.* Cic. de Divinat. *Totas noctes somniamus.*

Vel partem certo modo affectam. Vt, *Hirsutus brachia.*

Aut locum. Vt, *Mare navigavit.* Propertius lib. **ii**, el. **xxviii**:

Ino etiam primâ terras ætate vaga est.

Aut objectum. Vt, *jurare Deos.*

IN quoque hujus loci est, quando intelligitur in accusativis tempus significantibus. Vt, *Annum conduxi, pro, in annum.* Sic, *Sis multos annos superstes.*

Item cum notatur motus in locum: ut, *Cyprum relegari: Hellespontum pervenire:* similiâque adducta cap. **xlii**. Eodemque modo Papinianus D. De condit. & demonstrat. *Cum Asiam venisset.*

Præterea cum pars rei notatur, sive cum oratio exponitur per hæc verba, *quod ad illud attinet.* Vt, *Multum præstat.* Pro, *in multum.* Hoc est, *quod ad multa, præstat.* Par ratio, cum *aliquantum*, vel *paullum*, adverbialiter capiuntur.

Venio ad præpositiones, quæ ablativum regunt.

Vt **A**, vel **AB**: quæ intelligitur sæpe, cum distantia significatur. Vt, *Distat foro, urbe, Ægypto. Stulto intelligens quid interest!*

Item cum signatur causa, instrumentum, aut modus: ut, *Pallet amore, gladio percussit, joco dicere, prosequi amore.*

Vel cum notatur pars certa, quam exponere possimus, *quod ad hanc partem, sive, quod ad illud attinet.* Vt, *Corpore validus, sed animo infirmus. Pectore nudus. Arte insignis. Numero militum impar. Natione Thessalus. Egere nummis. Privari potestate.*

Vel cum indicatur tempus consecutum. Vt, *Rege occiso. Sole exorto.*

Item in verbis abstinendi, aut liberandi. Vt, *Abstinere irâ. Liberare errore.*

Etiam cum notatur, unde quid venerit. Vt **i** Æn.

--- *Stridens Aquilone procella*

Velum adversa ferit. Et lib. **ii**:

--- *Atque imo Nereus ciet aquora Ponto.* Sic, *Româ venire.*

Item illo Plauti Afin. act. **ii**, sc. **iv**: *Periphanes Rhodo mercator.* hoc est, à Rhodo. Mercat. act. **v**, sc. **ii**: *Video ibi hospitem Zacyntho. Bacch.*

Bacch. act. II, sc. II: *Hospes Epheso*. Terent. Heaut. act. IV, sc. I: --- *Sed erat hic annus Corincho hanc imperia*. --- Similiter Cato de R. R. *Soleas Syracusis*. Lucilius, *Mensam Libano*. Varro, *Centros Bubyriæ*. Propertius lib. IV, eleg. VI:

Tibia Mygdonius libet eburna Cadis.

Hoc est, tibia Mygdonia, sive Phrygia. Nam Cadi urbs Mygdoniæ, quæ Phrygiæ regio est. Gellius lib. III, cap. XV: *Mulierem Naxo insulâ*. Aufonius epist. V: *Paganum Medulis* * jubeo salvere Theonem. hoc est, Medulanum.

* Veneta anni 1494 habet, c. Medulis. Sed in MS. veteri præpositio abest, teste Vineto.

Sed possis in hujusmodi etiam DE intelligere. Quomodo Cicero ait, se de *Pomptino* scribere. Imò Ovidius de *Ponto*, si vera est hæc Ponticorum inscriptio, valet, libri Ovidiani de *Ponto* missi. At quod similiter putarunt dici, *Ovidium de Tristibus*, id secus est, cum hic nulla sit loci ratio, eoque libri illi *Tristium* sint vocandi.

DE etiam intelligitur in ablativis copiarum: ut, *Plenus vino*, vel *numis*. Item temporis. Vt, *Nocte surgere*.

Vel causarum, aut modi. Vt, *Gloriatur opibus*. *Mors gentis fecit*. *Sua emit pecuniâ*.

Præterea in forensibus. Vt, *Accuso te eo*, pro, *de eo*. *Condemno hoc crimine*.

EX deficit sæpe, cum materia notatur. Lucilius: *Pascuolus alimâ*. Sallust. *Tæda pice*, & *sulfure*. Maro, *Ære clypeus*.

Item, cum causa efficiens signatur. Vt, *Amore factum*. *Dolorem capere morte alterius*.

Vel modus. Vt, *Nomine suo vocare*. *Lege agere*. *Ordine dicere*. Vbi Cicero VI Verr. *Dicere sententiam ex ordine*. Vti II de Legg. *Recitare ex ordine*. Ac similiter locuti Livius lib. IV, & Suetonius in Augusto cap. xxxv.

Etiam EX, vel A, intelligitur, cum origo ac natales signantur. II Æn. --- *Quo sanguine cretus*. Æn. VI: --- *Sate sanguine Drom*. Liv. lib. I: *Iove nate Hercules salve*.

Alterutrum etiam concipiendum in hoc VI Æn.

Proice tela manu, sanguis meus. ---

CVM intelligitur in ablativis modi, aut comitatus. Cic. pro Flacco: *Pacem maritimam summâ virtute, atque incredibili celeritate, conficit*. Et Philipp. ult. *His viginti cohortibus nullo equitatu conflixit*. Varro Sesiqualysse: *Navibus duodecim domo profectum*. Livius lib. I: *Egressus omnibus copiis*. Virgil. III Æn.

--- *Et magnis quatunt clangoribus alas*.

Tam demum præcepit saltu sese omnibus armis

Et IX:

In fluvium dedit.
Catul-

Catullus :

Conscriptum lachrymis mittis epistolium.

Sic, *Nulla egi negotio. Deo volente. Publico bono. Magno civium periculo.*

Item in quibusdam ablativis temporis. Vt, *Primâ luce adero.*

PRÆ intelligendum in comparatione. Vt, *Cresô ditior.* Sic, *Ocibus dicto*, pro, *præ dicto*. Item, cum causa indicatur. Ter. Adeq. act. IV, sc. III : — *Dolore ac miseriâ Tabescit.* — Plin. lib. x, cap. LXXIII : *In Africa major pars ferarum æstate non bibunt inopiâ imbrium.*

PRO intelligitur in ablativis pretii. Vt, *Magno, aut vili emis. Pari pari recedit.*

SVB intelligendum in ablativis absolutè positis, cum imperium, aut ductus, significatur. Vt, *Rege Alexandro. Teucro duce.*

IN quoque sæpe in ablativis desideratur. Vti cum locum notant. Cicero pro domo sua : *Domo me contineo.* Sic, *Natus Salmone. Vrvo ruri, vel rure.* Sic, *tenebris* pro in loco tenebricoso. Tibullus lib. el.

En ego cum tenebris totâ vagor anxius urbe.

Vbi *in* intelligi ostendit, quod continuè subdit :

Securum in tenebris me facit esse Venus.

Adhæc, cum tempus indicatur. Vt, *Eo die solvimus. Venit horâ tertiâ. Ades tempori.* Pro, *in suo tempore. Discessit mane, sero. Quinto idus, vel calendis* : pro, *in quinto die ante Calendas.* Ac fortasse simile, *Fecit hæc filio, vel, famulo superstite.* hoc est, in tempore, quo filius, aut famulus, superstes erat. Horat.

*Sperat adversis, metuit secundis,
Alteram sortem bene præparatum
Pectus.*

Pro, *in secundis, vel adversis.* Cic. *Nec id victoris vitio, quo nihil moderatius : sed ipsius victoriæ, quæ civilibus bellis semper est insolens.*

Item cum significatur causa propter quam. Vt, *felix liberis tantæ virtutis.* Vel instrumentum. Vt pro Muræna : *Vulgus imperitorum ludis magnopere delectatur.* Pro in *ludis* : ut idem Tullius I I de Legg. *In hoc admodum delectatur.* Vel modus. Vt, *ordine dicere,* apud Terent. Phorm. * * aB. 4. f. 1.

Quod Maroni Ecl. VII, *in ordine referre.* Sed hic etiam EX posse intelligi, superius ostendimus. Vel cum sententia est, quod ad hanc partem, vel affectionem, tunc circumstantiam, attinet. Vt, *togâ bonus, bello melior.* Pro, *in toga,* sive in rebus civilibus. Et similiter in altero illo, *bello melior.* Sic, *similis unâ re,* pro, *in una re,* hoc est, quod ad unam illam rem.

Præterea IN deest in iis, quæ adverbia ordinis censentur, cum re-

f f f f

vera

vera sint ablativi. Vt, *primo me orabas*. Quod integrè est, *in primo loca*. Sic, *secundo*, vel, *tertio consil*: pro, *in secundo*, vel, *tertio loco*: vel, si malis, *tempore*, aut *numero*: aut simile aliquid supplendum.

Hactenus de præpositionis ellipsi. Est verò, cum non præpositio, sed ejus casus deficit. Vt, cum AD jungitur genitivo, intellecto accusativo *ædem*. Terent. Adolph. act. IV, sc. IV:

Vbi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram.

Horat. lib. I, sat. IX:

Ventum erat ad Vestæ.

Fufius de hac ellipsi, & aliis id genus, diximus cap. VII.

Etiam, præter quod, interdum ponitur pro, præter illud, quod. Cicero lib. V ad Att. ep. III: *Ad quas literas tibi rescribi velis, nescio. Nullas enim adhuc acceperam, præter que mihi binæ semel in Trebulano reddite sunt.* Hoc est, *præterquam que*, sive, *præter eas, que*. Cæsar lib. I de bell. Gall. *Frumentum omne præter quod secum portaturi erant, comburunt.* Hoc est, *præter illud, quod*, sive, *præterquam quod*.

Est insuper, cum non sola desideratur præpositio; sed etiam casus ejus, vel participium aliquod. Vt, *Primus*, vel, *nemo Romanorum*; pro, *ex numero Romanorum*. *Vir summo genere*; pro, *vir natus à*, vel, *de*, vel, *ex summo genere*. *Ducere uxorem*, pro, *ducere ad*, vel, *in domum*. *Vocare*, pro, *ad conviviunt vocare*. Vt apud Plautum Stichus act. II, sc. I:

Nulli negare soleo, siquis me vocat.

Terentii quoque est Eun. act. V, sc. IV:

Que cum amatores vocant, liquorrunt.

Etiam similiter Cicero lib. IX, epist. ad Pætum. Item *decedere*, pro, *decedere de vita*. Cicero ad Att. lib. I, ep. IV: *Pater nobis decessit ad VIII Cal. Decemb.* At integrè idem, *de vita decedere*, ait pro Rabirio perduellionis reo. *Natus Romæ*, pro, *in Urbe Romæ*. *Est domi*, pro, *in loco*, vel, *locis domi*: sive, ut Gaspar Scoppius supplet, *in ædibus domi*. Vt *domus* sit totum ædificium: *ædes* dicantur partes, ac conclavia singula: nempe ab *adeundo*, juxta Varronem: quia loca sint distincta, quò acceditur. Sanè hinc causam videre sit, primùm quidem, cur *domus* in singulo dicatur numero: *ædes* autem in plurativo. Adhæc, cur templum singulo potiùs numero dicatur, *hæc ædis*, quàm plurativo *hæc ædes*. Nempe, quia in templo non eadem est, conclavium, aliorumque locorum distinctio. Præterea, cur dicatur, *Est domi*: non item, *Est ædium*: Firmat quoque hanc sententiam illud Plauti Catinæ act. III, sc. V:

CUR enim (gladium) habet? P. A. Inse. Tatæ omnes domi per ædes, nec quemquam

Prope ad se finit adire.

Vti & hoc Aulul. act. III, sc. II :

— *angulos omnis*

Mearum ædium, & conciauium, mihi perviam facitis.

Restat, ut de Anastrophe dicamus : quæ præpositio postponitur casui. Fit hoc, vel in compositione : ut, *mecum, nobiscum, quicum* : vel extra eam, ut III Georg. *Te sine nil altium mens inchoat.* — Tacitus eâ gaudet. Vt, *Danubium ultra. Rhenum juxta. Urbem extra. Præturam intra. Ripam ad Euphratis. Amnes inter. Quos super. Senatui coram.* Aliâque id genus. Interdum verò etiam inter casum, & præpositionem, aliud interferitur. Vt apud eundem Tacitum : *Litora Calabriae contra situs.* Imprimis verò apud Poëtas. Vt I Æn. *His accensa super.* —

Itidem in medio collocatur præpositio, tum in compositione, tum extra eam. In compositione, ut, *quemadmodum, quamobrem.* Extra eam, ut I Ecl. *Fronde super viridi.* Et apud Ciceronem, *Cæteris in rebus, nullo cum hoisue* : & sexcenta ejusmodi. Imò *tenuis* etiam inter substantivum, & adjectivum, collocatur. Vt I Æn.

Primæque libato summo tenuis attingit ore.

Aliàs semper postponitur, tum extra compositionem, ut, *Pube tenuis* * : tum in eâ, ut, *Hactenus.* Quod & ἕ τμησιν invenitur. Maro v * 6 Æn.

Æn. *Hac celebrata tenuis sancto certamina patri.*

Et VI Æn.

Hac Trojana tenuis fuerit fortuna secuta.

Nec hanc ἀνασποφῶ dixero, quia non receditur à natura vocis *tenuis*, quæ hujusmodi est, ut postponatur. Potiùs ἀνασποφῆ fuerit, si fortè alicubi præponatur.

C A P V T L X V I I.

DE CONIUNCTIONE. Ostenditur, quàm ea sint invalida, unde probare conantur, conjunctionem diversos casus connectere. At validè probatur, conjunctionem diversos gradus, diversaque tempora, ac modos copulare. Nec gemino fungens munere : eâque occasione in Maronis loco vetus lectio contra Auratum, & Canterum, defenditur. Aut, sequente vel. Contra Grammaticos ostensum, quamquam, etli, tametsi, subjunctivo jungi ; quamvis, licet, etiamli, indicativo. Nisi diversus etiam res sociare. Ne, pro, ut ne, dici per ellipsin. An discrimen sit perpetuum, quod Grammatici statuum inter vereor ut, & , vereor ne.

Sequitur, ut videamus de Coniunctione ; in qua regimen nullum, sed sola convenientia attenditur. Ea autem vel propria est, vel

ffff 2

figurata.

figurata. Propriæ consideratio est bipartita. Primum enim agendum de eâ, quæ generatim sive universè conjunctionem respicit. Deinde speciatim videndum de illâ, quæ propria est conjunctionum hujus vel illius classis: hoc est, vel copulativæ, vel adverbativæ, vel ratiocinativæ, vel alterius potestatis sive significationis.

Generale præceptum est hujuscemodi: Conjunctiones in classibus iis, quæ casu, vel gradu variantur, eosdem casus, ac gradus, jungere: in verbis autem lociare eosdem modos, ac tempora.

Sed de casibus non usquequaque convenit: quia multorum opinio est, diversos esse casus posse, si substantivo uni addatur alterum substantivum rei diversæ, quod aliquid significet inesse, vel adesse. Vt, *Va magni ingenis, summæque industriâ*. Atque id ajunt locum habere, sive exprimitur conjunctio; ut illo Boëthii lib. I de Consol. Philos. *Mulier reverendi admodum vultus, oculis ardentibus, colore vivido, acque inexhausti vigoris*: sive etiam conjunctio intelligatur; ut hoc Plinii lib. VII, cap. II: *Choromandarum gentem vocat Tauron sylvestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, demibus caninis*. Sed hic ablativus non regitur inde, unde genitivus. Nam plene sit, *gentem stridoris horrendi, & cum oculis glaucis*. Vti in priori exemplo, *Mulier reverendi admodum vultus, & cum oculis ardentibus*.

Ajunt etiam casus dissentire, si alterum sit possessivum. Vt, *Est domus fratris, ac mea*. Sed integrè sit, *Est domus fratris, ac domus mea*. Vbi eundem videmus casum: nempe nominativum. Horat. epist. ad Pisones:

— *In Meti descendat judicis aures,*

Et patris, & nostras. —

Plene esset, *Meti aures, & patris aures, & aures nostras*. Vbi eundem similiter accusativum videmus.

Negant etiam convenire ista, *Malo Romæ esse, quam Athenis*.

* *Invenal.*
sato 7.

*Balnea * sexcentis, & pluris porticus emta. Interest Ciceronis, & mea*. Sed idem casus fuerit, si citra ellipsin hæc sic efferantur: *Malo in Romæ Urbe esse, quam in Athenis. Emta pro nummis sexcentis, & pro pleris aris precio. Interest de mea gratia, & de Ciceronis gratia*. Quibus, quia superius enucleatè satis expõsita sunt nobis; nunc neutiquam insulam.

Quod negant diversos gradus conjungi, planè falluntur. Est enim Ciceronis in Lælio: *Sed hi nec comparentur Catoni, maximo, & spectato viro*. In quibusdam tamen legi fateor, *perfecto, & spectato viro*. Sed meliores aliter. Ac ejusdem Ciceronis est lib. I, ep. II ad Qu. Fr. *Homo & mei observantissimus, & sui juris dignitatisque retinens*.

Nec minus decepti, quando tradunt, nonnisi similes modos, ac tempora, jungi in verbis. Negligitur enim hoc in particula *quam*. Vt, *Vit-*

nam

nam cautior sis, quam fueris. Item in futuris diverforum modorum. Vt, *Interim & pacem conveniam, & literas scripsero.* Quomodo Terentius dixit Hec. act. IV, sc. II :

Et me hac suspitione exsolvam, & illis morem gesserō.

Et aliàs sæpe. Vt Terentius And. act. IV, sc. I :

Nisi me lactasses amantem, & falsâ spe produceres.

Cicero ad Att. lib. I : *Confidebam, ac mihi persuaseram, fore, ut omnia placarentur inter vos.* Virgilius II Æn.

*Quamquam animus meminisse horret, lætæque refugit,
Incipiam.*

Obertus Giffanius * suspicatur, esse versum μέγιστον, hoc est, qui extremâ sede pro spondeo habeat jambum : uti videre est iis in versibus, quos ex Livii Andronici Ione adducunt Terentianus Maurus, & Marius Victorinus :

*Et jam purpureo feras include cothurno ;
Balthens & revocet volucres in pectore sinus :
Pressâque jam gravidâ crepitent tibi terga pharetrâ.
Dirige odoriferas ad cæca cubilia canes.*

Verùm aliter statuendum de versu Maronis : quemadmodum & Servii iudicium est. Nec Persius huiusmodi nexum averſatus. Vt cuius sit fat. IV :

Tecum habita, & nôris, quam sit tibi curta supellex.

Similiter Quintilianus lib. X, cap. I : *Ac historia non cesserit Græcis : nec opponere Thucydidi Sallustium vereor.*

Nec aliter capio illud Iuvenalis fat. VI :

Quis nescit, aut quis non vidit vulnera pati ?

Quamquam Erythræus in Indice scripserit, *nescit*, poni, pro, *nescivit*. Cumque ordinis particulæ quoque sint conjunctiones : fortasse pertinet huc etiam illud Sallustii in Iugurthâ : *Fautores legatorum, præterea magna pars gratiâ depravata; Athervalis dicta contemnere : Iugurthæ virtutem laudibus extollere : gratiâ, voce, denique omnibus modis, pro alieno scelere & flagitio, suâ quasi pro gloriâ, niebantur.* Sed dicere possis, cum imperfecto *niebantur* convenire imperfectum *aggrediebantur*, vel *incipiebant*, vel simile, quod intelligitur in infinitivis *contemnere, & extollere.* Vide, quæ de eo dicebamus cap. XIX.

Et hæc de convenientia conjunctionum universè consideratâ. Ad specialem venio : quæ singulas potestatis sive significationis classes respicit. Hic primum videamus de copulativis, & disjunctivis ; tum concessivis ; hinc de conditionalibus ; denique de iis, quæ vel impulsivam, vel finalem designant.

Copulativas, & disjunctivas, quosvis modos conjungere, satis est apertum. Quare frustra iis immorer. Illud potius operæ est monere, copulativam *Nec* interdum poni pro *&* *non*: ac tum ratione copulæ ad aliud referri, quàm ratione negationis. Ovidius in tertio de Arte:

Ora nec immundâ tota perunge manu.

Pro, *Et non perunges os manu immundâ*. Vbi copula integram hanc sententiam superioribus adnectit: sed negatio prohibet, ne manu immundâ os inungamus. Similiter Virgil. sub initium III Georg.

*Hunc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam sequor annus
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.*

Torquet se hoc in loco Guiljelmus Canterus lib. VI Novar. Lect. cap. VIII: *Quomodo*, inquit, *quis equum senem domi possit abscondere, & simul ejus senectuti non ignoscere?* Itaque jubet, pro *nec* scribere *basu*: atque id se facere ait autore Iano Aurato, viro præstantissimo; ut nempe nulla sit elisio. Verùm Crotone fanior est is Maronis locus: ac sententia est, *Et ignosce senectæ non turpi*.

Putant quoque, si *vel* præcedat, eandem disjunctivam sequi: *sin* aut antecedar, *aut* quoque subjici debere, non *vel*. At Martialis est lib. III, ep. III:

*Ipsam crede Deam verbis tibi dicere nostris,
Aut aperi faciem, vel tunicata lava.*

Ex concessivis, *quamquam*, *etsi*, & *tametsi*, indicativum ajunt exposcere. Et multò quidem frequentius sic *quamquam* invenias: nec semper tamen. Est enim Ciceronis ad Lentulum lib. I, ep. II: *Quamquam aperte Vulcatio assensiventer*. Et ad Att. lib. I, ep. XIV: *Quamquam à me ipso divellerentur*. Quintilianus lib. I, cap. IV: *Cædi vero discipulis, quamquam illud receptum sit, & Chrysippus non improbet*. Tryphoninus L. penult. D. De vi, & de vi armata: *Quamquam ego moram fecero, quo minus interdicto te convenirem*. Ulpianus L. Non solum. II. D. De injuriis: *Quamquam adversus patronum liberti injuriarum actio non datur*.

Etsi quoque crebrius jungitur indicandi modo. Cicero tamen de Senectute: *Etsi planè illis orbatus essem, magnam tamen afferret mihi etas ipsa solacium*. Et lib. V, ep. VI ad Anton. *Etsi ejus in me officia omnes desiderent*. Ad Att. lib. VI, ep. V: *Etsi aliquantum via processero*. Et ep. VII: *Etsi Etesia valde restaverim*. Item lib. VII, ep. III: *Etsi cupidissime expressum, & experitum à me sit*. Cæsar lib. VI de bello Gallico: *Etsi pars aliqua circumventa ceciderit*. Ulpianus L. Non solum. LXVII. D. De ritu nupt. *Etsi optimo consilio usus sit auxilio prætorio jurisdictionis*. Idem L. Servi. D. de furtis: *Sed etsi non possit, at: amen ratio haberi debet ejus, quod fecit*. Paullus L. VI. D. De S. C. Syllano: *Etsi percussor certus sit, tamen habenda quæstio est*. Tryphoninus L. cum in fundo.

fundo. LXXVII. D. De jure dot. *Esse non sit fundi domina, nihilominus competat dotis actio.*

Tametsi quoque, si orationem non inchoet, subjunctivo gaudet. Cicero Verr. v : *Non me hercule, quæ loquor, crederem, Indices, tametsi vulgò audirem.*

Quamvis exigere volunt subjunctivum. Et sic passim reperias constructum. Interim Horatii quoque est lib. I, ep. XIV :

Me quamvis Lamie pietas, & cura moratur.

Et ejusdem lib. ep. XVII :

Quamvis, Scæva, satis per te tibi consulis, & scis.

Item Ovidii est lib. III Fast.

*Mœnia conduntur, quæ quamvis parva fuerunt,
Non tamen expedit transiluisse Remo.*

Ejusdem quoque est lib. I de Ponto el. VII :

*Quamvis est igitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.*

Columella quoque lib. II, cap. IX ait : *Quamvis de mensura auctori- bus minus convenit : hanc tamen esse commodissimam, magister usus docuit.*

Licet cum indicativo nondum, quod meminerit, legisse se ait Alvarus. Verùm indicativo jungi video à Jurisconsultis. Ulpianus L. cum hi. VIII. §. ult. D. De transact. *Fructus habitationis præstatur, licet ruina, vel incendio, subiecta transactio est.* Modest. L. XX. D. De accusat. *Licet non fuit condemnatio secuta.* Iulianus L. Si ei. II. §. II. D. De jur. codicill. *Et ideo licet directæ libertates deficiunt, attamen ad fidei commissarias eundem est.*

Idem Alvarus ait, non occurrere, ubi etiam si legerit cum indicativo. At sæpe sic loquitur Cicero. Ut de optimo genere Oratorum : *Etiamsi est in fenore tolerabili, certè non est in optimo.* Et lib. I de Orat. *Quibus etiamsi ingenium, ut in putas, non maxime defuit.* Ad Att. lib. III, epist. XXIV : *Nam ista veritas, etiamsi jucunda non est, mihi tamen grata est.* Quintilianus quoque lib. XI, cap. III : *Etiamsi non utriusque vocis sunt vitia.* Ulpianus L. Bonorum. XLIX. D. De verb. signif. *Æquè bonis annumerabuntur, etiamsi quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus.*

Sed, ut, pro, *quamvis*, tantùm subjunctivo jungi, arbitror. Nec enim indicativus locum videtur habiturus in illo Ciceronis lib. III in Verrem : *Ut ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo.* Aut in hoc Cæsaris lib. III de bell. Gall. *Ut omnia contra opinionem acciderent, tamen se plurimum navibus posse.* Ac par ratio in Ovidii istoc lib. III de Pont. el. IV : *Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas.*

Et hæc de concessivis.

Con-

Conditionales, ut sunt, *si, sin, siquidem, ni, nisi*, nunc indicativo junguntur, nunc subjunctivo. Veterum exemplis superfedeo, quia de eo satis convenit. Si tamen Diomedem audimus, non promiscue utrique modo **SI** jungitur: sed indicativum adfiscit, liquid jam factum sit, ita ut certa sit actio: ut, *Si fecisti, ne nega*. Subjunctivo autem, si incerta sit actio, & ab conditione suspecta: ut, *Si valentem curaris, facile convalesces*. Sed discrimen id non observatur: ut Linacer ostendit in v.

Mirum autem, conditionale *nisi* interdum conjungere res diversas: ut sunt *liberi, & divitiæ*. Ita Plautus Menæchmorum prologo:

Es liberorum, nisi divitiæ, nihil eras.

Superfunt causales. Ex quibus illæ subjunctivo adherent, quæ significant causam efficientem, sive impulsivam. Ut, *quia, quippe, quoniam, quod*. *Cum* tamen pro *quia*, vel *quandoquidem*, semper subjunctivum petit, si Linacrum audimus in v. Sed fallitur. Nam, ut ait Donatus, *cum* pro *quia* ponitur illo Terentii Phorm. act. v, sc. vii:

Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,

Cum è medio excessit, unde hæc suscepta est tibi.

Ac similiter Andr. act. iii, sc. ii:

— *Quandoquidem est ingenio bono,*

Cumque huic veritus est optimæ adolescenti facere injuriam.

Vbi idem Donatus: *Quando, & Cum, interdum sunt conjunctiones causales.*

Nec aliter capio in hoc Plauti Rudente act. xv, sc. iv:

Ecce Gripi scelera! cum istæc res male evenit, tibi,

Gripe, gratulor. —

Etiam Cicero similiter ad Servium lib. xiii, ep. xxiv: *Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, ut his lectis, &c.*

Vt, cum significat causam finalem, requirit subjunctivum. Cicero ad Lent. *Non illi quidem, ut mihi stomachum facerem*. Ac par ratio in *Qui*, cum pro *ut* sumitur. Ter. Prol. Andr.

Nam in prologis scribendis operam abutitur,

Non qui argumentum narret, sed qui malevoli

Veteris Poëtæ maledictis respondeat.

Vbi hoc pacto Donatus: *QVI, pro VT: ergo non est modò pronomen.*

Eundem modum requirit **VT**, quando **NE** sequitur. Terentius Andr. act. i, sc. i:

— *Nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,*

Principio ut ne ducas.

Vbi, *ne*, valet, *non*. Nam sententia est, *ut non ducas*. Nec subjunctivum

exigitur vi particulæ *ne*, sed *ut*. Quippe similiter dicas, *obsecro ut dicas*: &c, *obsecro, ut ne dicas*. Græci similiter dicunt *ἵνα μή*.

Par ratio, cùm *ut* reticetur per ellipsin. Cic. lib. IV Acad. Quæst. Vide, *ne illarum quoque rerum pulcherrimarum à te ipso minuanur auctoritas*. Pro, *vide ut ne*, hoc est, *ut non imminuanur*. Eoque hîc quoque subjunctivus sit ob naturam particulæ *V T* intellectæ; non propter adverbium *NE* pro *NON*.

Post timendi verba passim invenias, *ne, ut, ne non*: sed significatione valde diversâ. Nam, ex veterum mente, *vereor ne fiat*, siquid fieri nolum: *vereor ut fiat*, siquid fieri velim. Quod velle multis ostendere exemplis, non alius sit, quàm qui otio suo abuti velit. Sed quæritur, an hoc discrimen non interdum etiam negligatur ab antiquis. Putant id homines non ineruditi, & inter eos Linacer in sexto de structurâ. Vbi docet, *metuo ne* quandoque inveniri pro *metuo ne non*. Eâ nempe ratione, quâ etiam *non modo*, pro, *non modo non*, apud optimos quosque legas auctores. Quod inter alios observatum Mureto Variarum lect. lib. X, cap. VII. Sed de metuendi verbis non idem omnibus viderur. Quippe loca ea, quibus alii se tuentur, librariorum & sciorum culpa esse corrupta arbitrantur. Vt apud Ciceronem pro Plancio, ubi legi solet: *Sed quam tempestatem nos vobiscum non tulissemus*, *metuit ut eam ipse non posset opibus suis sustinere*. Hic Lambinus legit, *Metuit, ne eam ipse sustinere non posset*. Sed longiùs abit à libris, si ex ingenio hoc haulit. Malim cum Stewechio legere, *ne eam ipse*. Nam proclivis hic error, quo pro *ut* succedit *ne*. Etiam ex Tullio objectant: *Vereor, ne satis diligenter in senatu actum sit de literis meis*. Vbi idem Stewechius pro *ne* respondere jubet *ut*. Et magis mihi ejus opinio probatur.

C A P V T L X V I I I.

De pleonasmò conjunctionis. Quoque etiam. Tametsi tamen. Etsi quamvis. Quamquam etsi. Quamvis licet. Ergo igitur. Itaque ergo. *Ne, & neque, si adduntur negativæ particulæ, vel voci inde compositæ, sepe negant; vel redundant. An &c, ac, atque, supersint, cùm ab sis incipit oratio. Mos in talibus Hebræorum, atque Arabum. De ellipsi conjunctionis, ac primum copulativæ: ubi disquisitum, quando copula in numeralibus exprimi, quando supprimi debet. Ellipsis disjunctivæ, adversativæ, concessivæ, aliarumque conjunctionum.*

NVnc de figuratâ etiam structurâ videamus. Pleonasmus in variis conjunctionum classibus locum habet.

In copulativâ: ut, *quoque etiam*. Terentius Hec. act. V, sc. I:

g g g g

--- Ego

— Ego quoque etiam credidi.

Ibidem : --- Ego pol quoque etiam timida sum. --- Ac similiter Plautus Epid. act. iv, sc. ii, & prologo Pœnuli, item Lucretius libro v*.
* vers. 714. Sic etiam G. Macrobius lib. i Saturn. cap. ii : *Existimo nonnihil ad consuetudinem veterum etiam G prætoris verba conferre.*

† lib. ii.
cap. 17.
‡ lib. i.
cap. 14.
* in Cas.
cap. 3.

In concessivâ : ut cùm *tameſi*, & *etiſi*, conjunguntur : utcunque *tameſi* conflatum ſit ex *tamenetiſi* : quo uſi Ennius Annal. iii, Plautus Milite, Terentius Andr. etiam Cicero, Cæſar, Lucanus : quâ de re Muretum vide in Variis †, Ianum Guiljelmium in Veriſimilibus ‡, & Plautinis *, ut alios mittam. Nihilominus Tullius, *tameſi*, poſt *tamen*, poſuit lib. iv, ep. xv : *Sed tameſi antea ſcripſi, quæ exiſtimavi ſcribi oportere : tamen hoc tempore breviter commondenandum putavi.* Locutus ſimiliter Vlpianus locis compluribus. Rævardum vide lib. v Variarum, cap. ix. Similiter junguntur, *etiſi*, & *quamvis*. Cicero ad Att. lib. xvi, ep. vii : *Eſi quamvis non fueris ſuaſor G impuſor profectionis mee, approbam certè fuiſti.* Item, *quamquam*, & *etiſi*. Ita Appulejus Apologiæ parte, quæ vulgo ſecunda dicitur : *Quamquam eſi diſtictius magum me duxiſſet, poſſet videri, excuſabunda ſe ſilio, vim meam, quam voluntatem, cauſam maluiſſe.* Similiter Vlpianus L. i. §. ult. D. ut legato nom. cave : *Quamquam eſi ſine hac adjectione caveretur, verumtamen exceptione partem, vel dominum, ſubmoveremus.*

Quamvis licet. Lucretius lib. vi :

*Proinde licet quamvis calum terramque reantur
Interrupta fore.*

Cicero in Lælio : *Quamvis licet excelleas.*

In ratiocinativâ claſſe ſociantur ergo *igitur*. Plaut. Trin. act. iii, ſc. iii :

ME. *Quo pacto ergo igitur ?* CAL. *Clam dos depromi poſeſ.*

Appulejus i Met. *Ergo igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodium veſperâ oriente ad balneas proceſſeram.* Et lib. ii : *Ergo igitur ſenex ille, veritatis arbitrium in divinam providentiam reponamus.* Quem locum malè mutat Colvius. Et lib. iii : *Ergo igitur jam G ipſe poſſum mihi primam iſtam virtutis adorem numerare.* Et lib. iv : *Ergo igitur cum in iſto cogitationis ſalo fluctuarem.* Similiterque locutus libro vii, & ix. Geminum eſt, *Itaque ergo.* Terentius Eun. act. ii, ſc. iii :

Itaque ergo amantur. —

Livius lib. xxviii : *Itaque ergo prima Romanis inſita provinciarum, poſtrema omnium noſtrâ demum ætate ductu auſpicioque Auguſti Cæſaris perdomita eſt.*

Ad pleonaſmum etiam referre poſſis, cùm *ne*, & *neque*, particulæ alicui negativæ junguntur, aut voci inde compoſitæ : ut ſunt, *nemo*, *nullus*,

nullus, nego, nescio, nequeo, nusquam : quomodo sæpe non affirmant , sed negant : ita ut alterutra negatio redundet. Sic Plautus dicit, *neque nescio, pro, & nescio* : Terentius, *nec nemo, pro, & nemo*. Verba eorum adduximus cap. LXI : ubi expendebamus, utrùm duæ negativæ ajant, an negent. Ac similiter idem Heaut. act. I, sc. I :

— *Agrium in his regionibus*

Meliorem, neque pretii majoris, nemo habet.

Vbi sententia eadem erit, si vel pro, *nemo*, ponas, *quisquam* ; vel pro, *neque, dicas, vel*. Cicero lib. I Acad. Quæst. *Nullam denique esse artem, nec dicendi, nec differendi putant.* Tantundem erit, si pro eo reponas, *vel dicendi, vel differendi*. Item si dicas, *Denique esse artem nec dicendi, nec differendi, nullam putant.* Ac par ratio in illo Maronis Ecl. v :

— *Nulla neque artem*

Libavit quadrupes, nec graminis attingit herbas.

Livius quoque lib. xxxiii ait : *Ludicrum deinde ita peractum est, ut nullius nec animi, nec oculi, spectaculo intenti essent.* Pro, vel animi, vel oculi. * cap. 19. ex distinst. Gruter. Pluræque de hujusmodi particularum usu Linacer in VI, cap. de pleonasmis.

Sunt qui ad pleonasmum etiam referant, cum *&*, *ac*, vel *atque*, inchoant orationem. Mihi non videntur penitus redundare : quia tum quoque, obscurius licet, dicenda dictis nectunt ; vel affectui inserviunt. Ut apud Terentium Phorm. act. I, sc. III :

Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum senties.

Vbi Donatus : *ET modò non connexiva, sed inceptiva conjunctio est.* Sallustii deinde similem locum apponit. Sed hodie in Terentii codd. pro ET legitur QVOD. At locos minimè controversos suggeret Valla lib. II, cap. LVIII. Verùm ne istis quidem locis otiosa mihi copula videtur. Apud Hebræos dispar ratio est : ubi ipsi etiam libri à incipiunt : ut Exodi, Levitici, Iosuzæ, Iudicum, Ruth, prior, posteriorque Samuelis ac Regum, posterior Chronicorum, item liber Esræ, Esther, & Ezechielis. Nempe id ex consuetudine linguæ fit : ut R. David Kimchi notavit ad initium libri Iosuzæ. Atque idem monet, ² raphatum apud Arabas eundem incipiendi usum obtinere.

Nam etiam redundat in *nummam* : nempe ut *dum* in *ehodum, adedum, manedum* : teste Donato in Ter. Hec. act. v, sc. IV.

Venio ad ellipsin conjunctionum. Ordior ab ea, quæ est copulativarum. Ut apud Ciceronem, *Terrâ mari*. Item, *Dictis factis*. Livio, *Equis viris*. Iurisconsultis, *Emmum venditum*. Similiæque, *equi boni : utro citro : hac illac*. Item illo Virgilii disticho in vitâ ejus recensitâ à Servio :

Monte sub hoc lapidum regitur Balista sepulchus.

No. te die tutum carpe viator iter.

Pro quo è MSo Petri Danielis editio Parisiensis, *Nocte dieque tu-
tium*: eaque ex lectione factum in vulgatis, *No. te dieque tutum*. Nihil
verò utilitatis eà, quæ in numeris fit. Ut, *vigesimus octavus: centesimus
quintus*. Nec tamen ubique ea locum habet. Vbi quia peccatur à
non paucis, paulò rem pluribus exponam.

In numero cardinali usque ad *x*, voce utimur unà ac simplici. Ut,
tria, quinque, novem, decem. Post *decem* usque ad *xvi*, utimur voce com-
posità, in qua minor numerus præcedat. Dicimus enim, *undecim, duo-
decim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sexdecim*. Post hunc numerum
usque ad *xx* jubet Priscianus * numerum majorem præmittere, eique
copulam cum minori numero subjicere, hoc pacto: *decem & septem,
decem & octo, decem & novem*. Sed aut codices sunt corrupti, aut, quod
reticet Priscianus, etiam dicere liceat, *septendecim, octodecim, novende-
cim*. Nam in Verrinis Ciceronis, & Suetonii Nerone, *septendecim* le-
gas: uti *octodecim, & novendecim*, in Eutropii breviario. Itaque Lina-
cer existimat, utroque modo dici. Sed Elias Vinetus censet, quia de
eò taceat Priscianus, veteres non ita locutos, ac Ciceronem, Sueto-
nium, Eutropium, usos his notis *xvii, xix, xix*; quæ librarii voci-
bus integris, sed minùs Latinis, expresserint. Vt cunque est, tutius se-
quimur Priscianum: præsertim cum in antiquis codd. sic longè fre-
quentius legatur.

* lib. de nu-
meris, num-
mis, & pon-
deribus.

In ordinalibus post duodecimum copula omittitur, si minor nume-
rus præcedat. Ut, *tertiusdecimus, quatuordecimus, quintusdecimus, sextus-
decimus, septimusdecimus, octavusdecimus*, qui & *duodevigesimus, novende-
cimus*, qui & *undevigesimus*. Plinius lib. x, cap. *lviii*: *Namque octa-
vodecimo die excludunt, statimque concipiunt*. Et si in his fere numerus per
notas numerales exprimi potius soleat, quàm literis univèrsis. Sed si
major numerus præeat, copulam addere jubet Priscianus. Ut, *decimus
& septimus; decimus & octavus*. In vulgaribus tamen codd. legas, *de-
cimus tertius, decimus quartus*, & ita deinceps sine copula. Sed hic quo-
que Vineti judicium est, tutius nos Priscianum sequi, cujus temporibus
integriores erant codd. quàm nostris.

A *viginti* usque ad *centum*, si prior sit numerus major, copula omitti-
tur. Ut, *viginti octo, non, viginti & octo: trigessimus octavus, non, triges-
simus & octavus*. Plinius lib. *vii*, cap. *xlvi*: *Ex foemina Livina Rustica
nonaginta septem annos excessit*. Sic idem alibi, *quinquagesimoquarto, sexa-
gesimo quinto*, & similia. At, si minor præcedat, conjunctione utimur.
Itaque dicimus, *primus & vicesimus*, vel etiam, *unus & vicesimus: secun-*
dus

duo & quinquagesimus, vel quoque, *duo & quinquagesimus*. Cicero de Senect. *Plato uno & octogesimo anno scribens est mortuus*. Gellius lib. v, cap. iv: *Duo & vigesimo anno postquam Galli Romam ceperunt*. Similiter in distributivis sine copulâ dicemus, *viceni singuli, triceni bini, sexageni quaterni*. Sed cum copulâ, *singuli & viceni, bini & triceni, quaterni & sexageni*.

Post *centum* major numerus præcedit, sequitur minor, nunc cum copulâ, nunc ablique eâ. Plinius lib. vii, cap. xlix: *Epigenes centum duos annos impleri negavit posse: Berofus centum septendecim*. Idem inibi: *Faventia una mulier centum viginti quinque: Parmæ duo centum triginta*. Quinctilianus lib. iii, cap. i, de Gorgia: *Centum & novem vixit annos*. Similiter in ordinalibus. Cicero pro Milone: *Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii, & opinor, altera*. Ad Att. lib. vi, ep. i: *Post Leutricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto*. Interdum tamen & hic minor numerus præit, sequitur copula cum majore. Plinius lib. vii, cap. lxi, de Epimenide: *Vi tamen in septimum & quinquagesimum atque centesimum duraret annum*. Vide fufius de his Linacrum in tertio, & Georgium Heneschium lib. de numerandi ratione*.

* Excusio
Augusta
Vindelico-
rum an.
1605.

In copulativis quoque sunt, *quoque, & etiam*. Quæ interdum intelliguntur post *Sed*. Cicero ad Lentulum: *Omnibus negotiis non interfuit solum, sed præfuit*. Vlpianus D. De Senatoribus: *Liberos Senatorum accipere debemus non tantum senatorum filios, verum omnes, qui geniti ex ipsis*. Idem post *non solum*. Cicero lib. xiii, epist. xiv ad Famil. *Non solum, quia me libenter audire arbitrabatur; sed quia libentius ipse loquebatur, omnia mihi tua & dicta, & facta, laudabat*. Idem lib. iii Tusc. Quæst. *Quæ (dies) ita mitigat, ut usdem malis manentibus, non modo leniatur agritudo, sed in plerisque collatur*.

Disjunctivæ conjunctionis defectus est, *Velis nolis*. Pro, *velis, vel nolis*. Aut, *seu velis, seu nolis*. Sic, *Sex septem mensibus: pro, sex aut septem mensibus*. Catullus ep. iv:

— *Læva, sive dextera*

Vocaret antra. Pro, sive læva.

Horat. lib. i, od. iii:

— *Tollere, seu ponere vult freta.*

Vbi plura interpretes.

Ellipsis concessivæ conjunctionis est illo Ciceronis pro Milone: *Qui nondum liberâ civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est*. Pro, *Qui quamvis nondum*. Idem pro Archia: *Qui sedulitatem mali poetæ dixit aliquo tamen præmio dignam*. Pro, *etsi mali poetæ*.

Ellipsis adversativæ est in hoc Vlpiani L. xxiii. D. de ædil. edict.

Et si venditio remansisset, nihil hæc res emtori proderat. Pro, nihil tamen. Horat. lib. I, od. XXIV :

Multis ille quidem flebilis occidit.

Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.

Pro, sed nulli.

Defectus causalis conjunctionis est Ecl. I :

— *Nimum ne crede dolori ;*

Alba ligustra cadum, vaccinia nigra leguntur.

Vbi, nam, enim, quia, vel similis intelligitur particula. Sic eadem ecloga :

Nec sum adeo infirmis. nuper me in litore vidi.

Pro, nuper enim, vel, siquidem nuper.

Ratiocinativæ conjunctionis est ellipsis, cum Terentius ait Andr. act. IV, sc. I :

Hac non successit, aliã ag grediamur viã.

Pro, ergo aliã ; vel, aliã igitur.

Conditionalis conjunctionis ellipsis est Phorm. act. II, sc. I :

Vnum cognoris, omnes nobis. —

Catull. epigr. X :

Vitor tam bene, quam mihi parãssẽm.

Pro, quam si parãssẽm. Terent. Hec. act. IV, sc. II :

Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque unã hac fore!

Eandem emendat Priscianus in XVIIII his probat exemplis. Iuvenalis in primo :

Graculus esuriens, in caelum jufferis, ibit.

Statius in II Theb.

— *Mutatoque velint transsumere cultus,*

Et Pallas doceat pharetras, & Delia cristas.

Pro, si velint. Virgil. in VI :

— *Tu quoque magnam*

Partem opere in tanto, sineret dolor, Icare haberes.

Deest enim, Si. Horatius in primo Carminum od. XI :

Sapias, vina liques.

Pro, si sapias : ut quidem Priscianus exponit. Sed nihil impedit, quo minus simpliciter sic exponatur :

Hoc agamus, verè sapiamus, nec seriis vacemus, sed vino, & epulis, juxta insanam Epicureorum sapientiam.

Electivæ conjunctionis ellipsis est in hoc Plauti * :

Non edepol pisces expeso, quam tui sermonis sum expetens.

Vti istoc ejusdem † :

— *Confit eudò,*

Quam si tu objicias formicis papaverem.

* Rudente
act. 4. sc. 3.

† Trinummus
act. 2. sc. 4.

Item hoc Livii lib. v belli Maced. *Homo non, quàm isti sunt, gloriosus.*
 Vbi tam intelligitur. Vide multa hujuscemodi Ciceronis, Livii, Columellæ, Terentii, ac omnium penè Jurisconsultorum loca, apud Godsc. Stewechium libro de particulis. At quàm supplendum læpe post plus: ut illo Terentii Eun. act. I, sc. II:

— *Iam calesces plus satis.*

Et ibidem act. III, sc. I: *Plus millies audiui.* —

Idem Adelph. act. II, sc. I:

Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.

Idem fit post amplius. Catullus ep. c:

— *Namque amplius horam*

Suffixum in summâ me memini esse cruce.

Cælius ad Cic. ep. XIII: *Amplius quadraginta diebus mansit.* Plinius lib. v, cap. XXVIII: *Torrentes verò amplius centum.*

Idem post minus. Varro de R. R. lib. I: *Neque enim si minus CCXX jugera oliveti colas.* Hoc ipsum post alios comparativos fit. Ut, *Ditior,* vel, *doctior opinione vulgi:* pro, *quàm est in vulgi opinione.* *Tristior visus:* puta, *quàm solet.* *Facere aliquem certioretm:* nempe, *quàm prius erat.*

C A P V T L X I X.

AB INTERIECTIONE nullum casum regi: sed casum additum regi à voce, quæ ob animi motum omittitur. De more sophistis acclamandi φεύ, εἰ, σφῶς, euge, pulcrè, similiæque. Epilogus de instituto in hoc opere.

SVpereff Interjectio, quæ cum ad affectum animi exprimendum interferatur orationi: non reliquæ orationi cohæret, sed per se confideratur. Ut apud Plautum Aulul. act. IV, sc. VI:

Euge, euge, Di me salvum, & servatum volunt.

Vel, si id adverbium malis, saltem hoc Terentii Andr. act. I, sc. V:

Ab, tantamne rem tam negligenter agere?

Et Virg. Ecl. I:

Spem gregis, ab, silice in nudâ connixa reliquit.

Item II Æn.

Hæu, nihil invitis fas quemquam credere divis.

Tibullus lib. II, el. III:

Ferreus est, hæu, quisquis in urbe manet.

Quare nec concordia, nec regimen, in ea spectatur. Vulgò tamen existimant, ab ea omnes casus regi, præter ablativum. In errorem eos induxit, quòd crebrò ei casus aliquis addatur. Verùm non is dependet

det ab interjectione ; sed à voce aliquâ, quæ, ut plenus sit sermo, animo concipitur ; ob affectum verò reticetur : vel istiusmodi sit, ut casus etiam sine interjectione eâ consistat. Exemplis hæc fient planiora.

O, quando particula est exclamandi, regere dicitur nominandi, accusandi, & vocandi casum. Nominandi, ut Phorm. act. II, sc. II :

O vir fortis, atque amicus !

Accusandi, ut I Georg.

O fortunatos nimium, sua si bona norint !

Vocandi, ut Andr. act. III, sc. II :

O Dave. itane contemnor abs te ?

Sed in primo sic sententia suppletur : *O, quàm es vir fortis, atque amicus !* In secundo, hoc pacto : *O quàm dicamus, vel, credamus fortunatos !* Sic illud Philipp. III : *O præclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum !* Intègrè erit : *O, quàm habemus præclarum custodem !* Item, *O me miserum !* plenè est, *quàm me sentio miserum !* In tertio vocativus Dave non regitur ab interjectione : sed per se sufficit. Quod idem dictum velim de vocativis post *heus*, & *obe*, positis. Ut apud Terent. *Heus Sjr.* Apud Martial. *

* lib. 4,
ep. 46.

Obe jam satis est, obe libelle.

Vel post *au*, Ut illo Terentii :

Au, mi homo, sanusne es ?

Item cum is casus sequitur, post *pro*, sive *proh*, *ah*, & *vah*. Ut Philipp. II : *Pro sancte Iupiter !* Sic, *Ah amice. Vah impire.* Sed si accusativus sequatur, ellipsis fuerit. Ut Andr. act. I, sc. v : *Pro Deum atque hominum fidem !* Quod suppleas, addendo *imploro*, vel *obtestor*. Gemina verò ellipsis, una nempe verbi, altera accusativi, est in illo Terentii And. *Pro Deum atque hominum !* puta, *fidem imploro*. Sic Phorm. *Pro Deum immortalium !* Locus est act. II, sc. III. Ad quem Donatus adducit hoc è Ciceronis Oeconomico : *Quid igitur, pro Deum immortalium, primum eam docebas, quæso ?* Etiam nominativum censet Linacer Eun. act. III, sc. v :

— *Pro Iupiter !*

Nunc est profecto interficere cum perperis me possim.

At mirum, non vidisse, *Iupiter* esse vocativum, cum alibi dicat Terentius, *Pro sancte Iupiter !* Vbi *sanctus* dicere non ausif. At in illo, *Pro dolor !* nominativus est : integrèque erit, *pro quantum hic est dolor !* Maronis illud in VII : *Heu stirpem invisam !* citra ellipsin sic essetas : *Heu quàm invisam stirpem video !* Verba enim sunt Iunonis, cum videret classem Trojanam in Italiam tendere. Vnde liquet de illo Cicero- nis, oratione antequam iret in exilium, *Eheu, conditionem hujus temporis :*

poris. Itémque hoc Terentii Phorm. *Eheu, me miserum*. Quæ ipsa verba usurpat Sallustius oratione Atherbalis ad Senatum. At Plauti illud Mil. *Hæu mihi*: vel Maronis II Æn. *Hæi mihi*: vel proverbiale hoc, *Væ victis*; aut Martialis istud lib. V, ep. xxxiv, *Væ tibi caussidice*: καὶ αἰνῆ μερῶν, sive ἐναγγελῶ partis, dicuntur. Interjectio enim ponitur loco nominis, eum signantis affectum, cujus interjectio significationem habet. E. G. *væ* est interjectio comminantis triste aliquid, sæpe etiam funestum. Ergo *væ* ponetur pro *magno malo*. Proinde, *væ tibi caussidice*, significat, *magnum malum sit tibi, caussidice*. *Væ victis*, notat, *funesta omnia Gallis à Romano milite victis obtingant*.

Flavius Caper, libro de Orthographia, dici ait, *væ populo*, & *populum*. Alii arbitrantur, nunquam ita veteres locutos: sed Caprum eo falsum esse, quod legerat, *væ me*: nec attenderet, *me*, hæc poni pro *mibi*, Festo teste, qui interdum id fieri probat, uno Ennii, alteroque Lucilii loco. Sed utrobique decipi Festum, ostendimus cap. XLVII.

Nec propterea ausim dicere, *væ populum*, quando nec Græci *væ* aliter, quam dativo, jungunt. Ita Apostolus I Cor. IX. 16: Οὐαὶ δὲ μοι ἐστίν, εἰ μὴ εὐαγγελίσω· *væ mihi est, nisi evangelizavero*. Et in Apocalypsi IX. 12: Η οὐαὶ ἡ μίαι ἀπῆλθεν· ἰδὲ ἔρχοντ' ἐπ' δύο οὐαὶ μὲ ταύτῃ· *Væ unquam abiit*: & ecce veniunt duo *væ* post hæc. Et XI, 14: Η οὐαὶ ἡ δευτέρῃ ἀπῆλθεν· ἰδὲ ἡ οὐαὶ ἡ τρίτῃ ἔρχετ' παχύ· *Væ secundam abiit*, & ecce *væ tertium veniet citò*.

Quæ loca eo lubentius adduxi, quia iis *væ* non solum jungitur cum dativo: sed etiam additum habet nomen adjectivum, atque adeo verbum. Hoc imperitior aliquis valde illi dixerit adversari, quod

in primo de Analogia * dicebamus, interjectione compleri sententiam citra opem verbi. Atqui istic loquimur de interjectione naturam suam retinente: locis verò adductis, & quandocunque dativum additum habet, naturam ea accipit nominis, ut diximus. At si naturam non exuat, quomodo verbi opem requirat, cum in se nominis & verbi latentem habeat significationem? Quomodo *væ* absolute tantundem fere est, ac, *Malum instat*, vel *imminet*. Similiter φεῦ, quod nunc

χέλιασθὸν † est, nunc θουμασθὸν ‡; ut monet Aristophanis scholiastes *. Cum priori modo sumitur, tantundem signat, ac, *miserè hoc factum*. Cum posteriori, valet *preclare actum*. Vel, si sophistis acclamaretur, *egregie dixisti*. Vt Carthaginensi Rhetori factum refert Ter-

tullianus adversus Valentinianum cap. VIIII. Verba apponam: *Rhetor Latmus, Phosphorus nomine, cum virum fortem peroraret: Venio, inquit, ad vos, optimi cives, de prælio cum victoriâ meâ, cum felicitate vestra, ampliatu,*

gloriosus, fortunatus, maximus, triumphalis: & scholastici statim familie Phosphori φεῦ acclamant. Vbi familiam Phosphori appellat homines à

Rhetore

h h h h

† de miseria
alicujus con-
suerenti.
‡ admiran-
ti.
* in Avert.

Rhetore corrogatos, sæpe etiam emtos, ut dicenti applauderent. Χόρον οἰκῶν similiter appellat Lucianus ἡλόρ. Ἰδαου. Eadem penè vis est particulæ *pape*. Ita in Eunuchō *, cūm Chærea formam virginis describeret, mox Parmeno ait, *pape*: quasi dicat, *mira naras*. Nam, ut Donatus ibidem inquit, *pape interjectio est mira subito accipiemis*. Οὐά tantundem valet. Atque hoc ipsum quoque Rhetoribus iccirco acclamabatur, oratione habitā. Quod valebat, *admirabiliter dixisti*. Unde cum *θαυμασῶς* † jungit Arrianus Dissertationum Epicteti lib. III, cap. XXIII: *Ἐπαινέσόν με. τί λέγεις τὰ ἐπαινέλον; εἶπέ μοι, εἶα ἔ θαυμασῶς*: *Laudato me. Quomodo vis laudem? Dic mihi pape, ἔ admirabiliter*. Vbi videmus, οὐά, ἔ θαυμασῶς, vim habere admirantis & approbantis. Ac similiter alibi usurpat: uti & Dio in Nerone. At *θαυμασῶς* † est ἰδιαιτικόν, quia intelligitur *εἰρηκας* *. Ut eadem vis sit in interjectione οὐά, & *θαυμασῶς*: sed illo quasi per se; hoc magis, si cum verbo intellecto consideretur. Et quid aliud *enax* apud Plautum? quamquam Varro in VI de L. L. dicat, verbum id nihil significare, esseque naturaliter effutitum. Censeam ego potiùs esse ab ἰνάν, quod exultantes Baccho acclamabant. *Enge* itidem Rhetoribus, ac Poëtis, acclamari solet: ut ex Persio, & Martiale, constat. Quid mirum, cum εὐ, & *ἔσπευ*, sic usurpet Plato: *enge* verò nihil aliud sit, quàm εὐ γη? Promiscuè nimirum ad affectum exprimendum, nunc interjectionibus usi; ut *φῆ*, *εἶα*, *enge*, ac similibus: nunc adverbii, ut *θαυμασῶς*, & apud Theophrastum †, *ὀρθῶς* †: apud Arrianum, *ἔσπευ* *; *σφῶς* †, apud varios: apud Ciceronem †, *præclare, belle, festivè*: apud Horat. *pulchrè, bene, rectè*: aliâque apud alios. In cujusmodi lætis acclamatiunculis desino: sed magis boni ominis causâ, quàm quia vana illa confectet, eorum instar, qui Plinii * ætate nunc *σφῶς* dicti, quia ambitiosè ad dicendum accederent, ut illud *σφῶς* audirent: nunc *Laodiceni*, voce ambigua; quia antea sic dicti *Laodicenses*, ut *Laomedon*, qui aliter *Laomedon*; posteaque novè id nomen ambitiosulis illis inditum à *laude dicenda*; quæ res gloriæ animalculis unicus erat animæ pastus. Utinam verò in tam exiguo eorum numero, qui aliqua cum cura, literarum, vel eloquentiæ studia, tractant, non multos aded hic morbus, pestilentis instar sideris, afflasset. Quod non aliunde esse arbitror, quàm quia literis non conjungunt, ut oportuit, solidæ sapientiæ doctrinam. Aliter enim si esset, num videri, quàm esse sapientes mallent? Quanto meliùs is, quem antea dixi, Arrianus, vel potiùs, cujus dissertationes refert, sapientissimus Epictetus; qui operam semper in dicendo scribendoque dare jubet, non ut laudemur, sed ut profimus. Equidem sic prope ab adolescentia animatus fui; nunquam tamen

* *ad. 2. sc. 3.*† *admirabiliter.*† *mirandum in modum.*
* *dixisti.*† *de chara-cteribus.*† *reliè.** *supra modum.*† *sapienter.*† *lib. 3. dissertat. Epict.*

cap. 23.

* *lib. 2. epist. ad Maximum.*† *ad Maximum.*

tamen fateor, quantum oportebat. Sed quo ætas accrescit magis, ed impensius allaboro, ut inania famæ contemnam, veraque confectæ bona. In qua cogitatione sæpius defixus, facilius ab animo meo potui impetrare, ut, quamvis scirem sordescere magis & magis studia literarum; maximèque ea, quæ propriè artem Grammaticen spectant: nihilominus ætate hac aggravescente, paullisper, non quidem seponerem, sed remissius tamen tractarem, studia graviora, iterumque in manus sumerem veteres adolescentiæ labores; laborèque novo, sicubi impolitiores viderentur, polirem; & hactenus ineditos, inter tot curas, divulgarem. Nempe conscientiam bene merendi de scholis, ac Rep. literaria, contentus fui: beneque adhuc agi mecum puto, si pro laude inani, & quali quali nominis celebritate, unum hoc inter homines consequar, ut faveant boni; beneque illi apud Deum precentur, quos adjutum irè volui hisce commentationibus meis.

FINIS LIBRI SEPTIMI DE RE GRAMMATICÀ, QVI EST DE STRUCTVRA.



I N D E X

LIBRI SEPTIMI DE RE GRAMMATICA,

Q V I E S T

D E S T R U C T V R A.

Romanus numerus caput ; barbaricus paginam, designat.

A, vel **AB**, præpositio omiſſa intelligitur in ablativo, quo motus è loco ſignificatur, XLVI. 494. quæ ipſa non raro exprimitur, *ibid.* & 495. Eadem intellecta, XLVII. 496. & XLVII. 497, 498. & XLVIII. 500, 501, 502. item LXVI. 591. **A**, vel **AB**, cum ablativo, loco genitivi ; item loco nominis gentilis, poſſeſſivi, aut ſimilis, LXV. 285, 286. & LXVI. 291.

A Veſta, VII. 345.

Ab, & *Abſ*, quibus conſonis præponantur, LXV. 585, 586.

Abefſe urbe, & *abefſe ab urbe*, XLIII. 477.

Abhinc decem annos, pro *abhinc ante decem annos*, XLIV. 486. *Abhinc decem annis*, pro *in annis*, *ibid.*

Abire magiſtratu, pro *à magiſtratu*, XLVIII. 503.

Ablativus cauſæ, inſtrumenti & modi, propriè non regitur à nomine, ſed præpoſitione per ellipſin præteritâ, VIII. 347, 348. neque à verbo regitur, ſed præpoſitione omiſſâ **A**, vel **AB**, **DE**, **E**, vel **EX**, **PRÆ**, aut **CVM**, XLVII. 496, 497, &c. ac præpoſitiones eas quandoque exprimi, *ibid.* niſi quòd cum ablativis inſtrumenti non temere invenias, 498. Ablativos, qui abſolutè poni dicuntur, cum participio præteriti temporis ſubjicitur id, quod poſtea conſecutum, regi à præpoſitione **A**, vel **AB**, eâ ſignificatione, quâ

POST ſignificant, XLIX. 504. At cum Ablativus eſt participium, vel nomen præſentis temporis, regi à præpoſitione **IN**, vel **SVB**, 504, 505. Ablativi additi verbis copię, vel inopię, dependent à ſuppreſſa præpoſitione **A**, vel **DE**, XLVII. 498. At juncti verbis æſtimandi, aut mercandi, à præpoſitione **PRO**, *ibid.* & 499. Subditi verbis vitandi, cavendi, prohibendi, liberandi, à præpoſitione **A**, XLVIII. 500. nitendi, ab **IN**; gloriandi, ab **IN**, vel **DE**, 500, 501.

Absente nobis, *preſente legatis*, ſimiliâque, LV. 532.

Absinthites, vel *abrotomites vinum*, quomodo dicatur, 313.

Absolvendi verba non regunt genitivum : ſed genitivus iis additus regitur à nomine ſubſtantivo, quod intelligitur, XXVI. 418.

Abſtinere ſe, manum, vim, XXII. 409. *varum*, XXXIII. 440.

Abundans participium in nomen degenerans, XXX. 433.

Ac, & *æque*, num ſuperſint, cum ab iis incipit oratio : ac moſ in talibus Hebræorum, & Arabum, LXVIII. 603.

Accuſandi, abſolvendi, & damnandi verba etiam apud Græcos amant genitivum ; ſed itidem præpoſitione intellectâ, XXXII. 436. Accuſandi, abſolvendi, damnandi

nandi verbis genitivos additos regi non à verbo, sed ablativo intellecto; puta *crimine, actione, parâ,* & his similibus, **xxvi. 417, 418, &c.** At ablativos regi à præpositione intellectâ, *ibi. 1.*

Accusativus an per enallagen pro nominativo ponatur, ubi sic Grammaticis traditum. **396.**

Acheroni esse, XLVI. 493.

Acusa belli, inania fama, & similia, var. inveniendi dici, VII. 343, 344.

Ad intellectum, LI. 516. LXIV. 581.

Ad Apollinis, in Veneris, à Vestâ, ex Apollodori, & his affinia, VII. 344.

Ad subinde, nec semper tamen, locum potius propinquum, quàm ingressum in eum, significare, **XLII. 473.** *Ad*, pro *in*, **XLII. 475.** accusativis spatium temporis significantibus addita, *var. inveniendi* omitti non possunt, **XLIV. 485.** *Ad*, vel *in*, in communibus locorum nominibus interdum omittitur, **LXVI. 588, 589.**

Adhuc, pro *ad hoc*, **VI. 338. & LXIV. 578.**

Ad incisa, vel incisas, VI. 330.

Adjectiva substantivè, substantiva adjectivè usurpata, **II, 314.** Adjectiva plura interdum uni substantivo jungi, etsi aliter Servius putârit, **III. 315.** Adjectivum accommodat se substantivo, non contrâ, *ibi.* cum utro conveniat, si substantiva diversi generis per Appositionem sociantur, **IV. 322.** adjungitur substantivo genere diverso, idque trifariam, **v. 323, 324, &c.** Adjectiva verbalia sæpe etiam regunt casum verbi sui: sæpe illa in *bundus*, raro alia, **IX. 351, 352.** Adjectiva distingui oportet, quæ historici, aut poetæ, quæ item oratores genitivo adjungunt, **x. 355.** Adjectiva similitudinis an genitivo addita semper significant formam, aut dativo, mores, **xi. 357.** Adjectiva falsò credita regere genitivum, cum genitivus potius regatur ab substantivo intellecto, **x. 353.** ut in partitivo acceptis, *ibi.* comparativis, & superlativis, *ibi.* verbalibus, & adjectivis, **354, 355.** item adjectivis anicitæ, proprietatis, simi-

litudinis, æquahritatis, **xi. 356, 357.** mensuræ, copiæ, & inopiæ, **357, 358.** Adjectiva *consensus, dignus, alimus, & diversus*, genitivo junguntur *var. inveniendi* substantivi, **xi. 360, 361.** Adjectivis commodi, vel similis significationis, infinitivus additus vim habet nominis; & intelligitur præpositio *ad*, **xii. 365.** Adjectivo additus ablativus causæ, vel modi, non regitur ab adjectivo, sed à præpositione subintellectâ, **xiv. 368, 369.** Adjectiva nulla, uti neque verba, regere dativum; eum tamen casum illis convenire, **xii. 361, 362.** nec accusativus regitur ab adjectivo, sed à præpositione subintellectâ, **xiii. 366, 367.** idem de ablativi rectione statuendum, **xiv. 368, 369, &c.**

Admones me errorem, an rectè dicatur, **xxviii. 425.**

Adscribi Senatoribus, & in numerum Senatorum, xxxiv. 449.

Ad sedare, pro *ad sedandum*, **L. 509.**

Adverbium quibus vocibus jungatur, **LXI. 562.** Adverbium pro nomine, vel nomine pro adverbio, **LXI. 562, 563.** Adverbiorum pleonasmus, **LXIII. 574, 575.** Adverbia nullum casum regere, **LXIV. 577, 578, &c.** Adverbia *et ceteris* genitivo juncta, **LXIV. 578, 579, 580.** Adverbia derivata retinent casum suorum nominum, **LXIV. 580, 581.**

Adversari regem, adversus regem, & regi, XLIII. 480, 481.

Adulor cum accusativo personæ, **xxi. 404.**

Ædes, & domus, ut fortasse differant, **LXVI. 594.**

Æger corporis, x. 355.

Ægypti, pro *in Ægypto*, vel regione Ægypti, **xxv. 475.**

Ægypto venio, pro *ab Ægypto venio*, non esse solœcisnum, etsi id Quintilianus putârit, **xlvi. 495.**

Æqui bonique facio, inveniendi dici, xxix. 427.

Æstimandi verbis genitivum adjunctum
h h h h 3 regi

regi à nomine per ellipsin omisso, xxix. 426. Ablativum autem, à præpositione subintellectâ, 427. 428. Æstimandi verba Græcis quoque genitivo *ἐκαστου* junguntur, xxxii. 438.

Præcæctum verba Græcis etiam sociantur genitivo, xxxii. 436, 437.

Agroecius refellitur, li. 518, 519.

Alienus cum genitivo, more Græco, xi. 361. *Alienus*, & *alius*, cur ablativo jungantur, xiv. 370, 371.

Aliquantio, & *olim*, etiam sociantur præfenti, lxii. 573.

Alius ablativo junctum, xiv. 371. lviii. 552.

Allatro, optimi xvi scriptores cum accusativo potius usurpant, quam cum dativo, xxxix. 461.

Alter de femina, iv. 319.

Alter, *alius*, *aliquis*, *quisquam*, redundant post *nullus*, *nemo*, *nihil*, lix. 556, 557.

Altum, *cerulium*, *tranquillum*, *ἀπὸ τοῦ*, intellecto *mare*, vi. 330. 331.

Amabo, pro *amabo te*, xxiii. 411.

Ambo duo, per pleonasmum, iii. 316. item lix. 554.

Amstelodami celebri urbis, an *in celebri urbe*, aut *urbe celebri*, dicendum, xxv. 474.

Annua pendere, puta *era*, vel *stipendia*, vi. 336.

Ante intellectum, lxvi. 590. *Ante* deficit in his formulis, *tertio calendæ*, *nomas*, *idus*, &c. lxvi. *ibid.*

Antehac, pro *ante hæc*, vi. 338.

Antiochia, pro *in opido Antiochia*, xxv. 414.

Antiptosis nominativi, pro accusativo ante verbum infinitum, xx. 401.

Antiquum obrinare, puta *ingenium*, vi. 331.

Anxius potentia, x. 355.

Apparere, xxxiv. 446.

Apparitores, unde dicantur, xxxiv. 446.

Apollinaris refellitur, lvii. 551.

Apollonii Dyscoli laus, & qui eum sequantur, i. 310.

Appositionis nomen veteribus Grammaticis ignotum. ii. 312. An illa figuræ no-

men mereatur. 315. videri *ἐκαστου* genus, ii. 312. ea duplex, *ibid.* non semper alterum nomen proprium habet, ii. 314.

Apprime cum superlativo, xvii. 384.

Appulejus emendatus, xxxv. 453.

Appulsi, puta *navem*, xxiii. 411.

Arbor abietis, pro *abiete*, vii. 341.

Arceare pecori, xxxvii. 458.

Ardus montium, similiaque, vii. 344.

Argui pigritia, puta *crimine*, xxvi. 418.

Arrius Reate, xiv. 369.

Attendere aliquem, & *aliquid*: item *ad aliquid*, & *alicui*, xliii. 480.

Atticismus verbi accusativum regentis suæ originis, vel cognatæ significationis, xxii. 409.

Audio an dativo junctum reperitur, xxxix. 461.

Avellana, & *castanea*, puta *nux*, vi. 333.

Avelli aliquo, & *ab aliquo avelli*, xlviii. 503.

Aureus, pro *nummus aureus*. vi. 333.

Aur sequente *vel*, lxvii. 598. *Aur* intellectum, lxxviii. 650.

B.

B*elli militiæque*, pro *tempore belli militiæque*, xxv. 416.

Benedicere Deo, vel *Deum*, xxxv. 451.

Bidens cur femininum, vi. 334.

Bipennis naturâ adjectivum, etymon, vi. 336.

Boni consulo, dici *ἐκαστου*, & quomodo ellipsis ea supplenda, xxix. 427.

Bono alicujus, & cum *bono alicujus fieri*, xlvii. 497.

Burrichus, vi. 329.

Burra, puta *bucula*, vi. 328. *Burrus* nunc valet *rufus*, nunc *hispidus*, vi. 339.

C.

Ludovicus Camerarius Ioach. nepos, viii. 349.

Caper refellitur, xxviii. 424.

Cæret

- Carere rei*, xxx. 432.
Carò, vel *carè emta*, XLVII. 499.
Carthagini, *Sicyoni*, *Lacedæmoni esse quempiam*, cum dicimus, non dativos esse, quod Servius putabat; sed ablativos, more antiquo desinentes in -I, XLVI. 492, 493.
Catonis vetus lectio defensa, LIV. 528.
Catullus illustratus, LIX. 577. & LXV. 586, 587.
Cautionem cavere, XXII. 409.
Cavere malo, pro *à malo*, XLVIII. 500.
Celandi verba an geminum regant accusativum, XL. 463.
Celer irasci, pro *ad irasci*, sive *irascendum*, LI. 517.
Censefima, puta *usura*, VI. 340.
Certandi verba per Hellenismum dativo sociata, ubi Latini uti solent ablativo cum præpositione, XXXVII. 456.
Certe hercle, LXIII. 575.
Certus sententiæ, x. 356.
Cetera, & *pleraque* accusativi, cum ellipsi præpositionis, XIII. 367.
Chridora quid, VI. 338.
Chryssippi Stoici geminum opus esse ουκὶσως, sed *Dialecticum*, I. 310. [350.
Cibum, nominativus antiq. pro *cibus*, IX. Circa intellectum, LXVI. 591.
Ciceronis ad Atticum locus illustratur, ipsèque multimodis defenditur ab incitiis, cujus à Grosippo arguitur, XLII. 469, 470, &c.
Cannare olus, epulas, XXII. 410.
Coeundi, ac miscendi verba, per Hellenismum dativo sociata; pro quo Latini ablativus cum præpositione, XXXVII. 458.
Cognatæ significationis accusativus à verbo rectus, XXII. 409.
Collectiva, ac partitiva, singulo numero vim habent plurativi, III. 317.
Colobus quid, VI. 338.
Commodandi, consulendi, auxiliandi, mandandi, nunciandi, ignoscendi verbis dationem inesse, ut jure dativum adsciscant, XXXIV. 444. [452.
Comitor, cum dativo, more Græco, XXXV. Comparativorum, & superlativorum, eadem est ratio regiminis, quæ positivorum, xv. 372, 373. Comparativos etiam partitive acceptos, de pluribus, quàm duobus, usurpari, contra Vallam ostenditur, *ibid.* Comparativi mensuræ genitivum adsciscunt, non ut comparativi, sed ex communi natura adjectivi, xv. 373, 374. Comparativos vi suâ non regere dativum, accusativum, vel ablativum, XVI. 376, 377, &c. Comparativi cur aliquando minus significant positivo, XVI. 378. Comparatio an rectè fiat, si dicatur quis fortior, vel doctior omnibus, XVI. 377. Comparatio etiam instituitur voce homonymâ inter res diversas, *ibid.*
Compertus mandacii, XXVI. 420.
Comperto, audito, ablativi absolute positi, XLIX. 504, 561.
Complere stupri, xxx. 432.
Concumbere Dea, pro *cum Dea*, XXXVII. 458.
Condemno furii, dicitur *ἐπιδικάζω*, pro, *de furii crimine*, XXVI. 418.
Condono cum accusativo, deque ejus structura error Donati; item alter Iulij Scaligeri; ac Erasmus adversus eum defensus, XXI. 404, 405.
Conjunctio an aliquando connectat diversos casus, LXVII. 596, 597. eam diversos gradus, & in verbis diversos modos, ac tempora copulare, validè probatur, LXVII. 597, 598.
Consequendi, & frustrandi verba apud Græcos quoque adsciscunt genitivum per ellipsin nominis ἡσθησῶν, vel similis, XXXII. 439.
Constare aliquo, & ex aliquo, XLVII. 497.
Contentus cum genitivo, & unde is regatur, XI. 360. cur ablativo jungatur, XIV. 370. etiam absolute ponitur sine ablativo, aut infinitivo, *ibid.*
Continens, puta *terra*, VI. 338.
Consumelis factum iter; prada pradatum iter, & similia, per metalepsin sic dici; ac vetus in istis lectio defensa, apud Catonem,

nem, Plautum, & Quinctilianum, LIV. 528, 529.

Construere, pro, *construere rationes*; *decoquere*, pro *decoquere rem*, & similia, *xxxviii*. intelligenda, *xxiii*. 411.

Convenientia Nominativi cum verbo fit trifariam, *xviii*. 386. Verbum duobus appositum substantivis diversi numeri cum utro conveniat, *ibid.* & 387. Convenientia verbi substantivi, quando convenit nominativorum diversi numeri posteriori, non est sermo figuratus, quod Budzus putabat, *xviii*. 387. Convenientia verbi infinitivi cum accusativo, *xx*. 399. aliquando ea est nominativi pro accusativo post verbum infinitum, *ibid.* Convenientia casus, ubi non videtur esse, *lv*. 433.

Copiz, & inopiz adjectiva non regere aliquem casum, *xi*. 358. Copiz & inopiz verbis genitivus additus regitur ab ablativo subintellecto; ablativus, à præpositione, quæ quandoque additur, quandoque omittitur, *xxx*. 431, 432, 433. Græcis ea quoque genitivo junguntur, qui regatur à præpositione *en*, *xxxii*. 439.

Copula in numeralibus quando exprimi debeat, quando supprimi, *lxviii*. 603, 604.

Corcyra, urbs, & insula, *xxv*. 415.

Cras, pro *crastino*, *lxi*. 562, 563.

Crastinus, pro *cras*, *lxi*. 563. [414.]

Creta, pro *in Creta*, aut *in insula Creta*, *xxv*.

Cujus, vel *cujus interest*, *xxix*. 428, 429.

Cum intellectum, *xlx*. 505.

Cum intelligitur in ablativis modi, aut comitatus, *lxvi*. 592.

Cum pro *quia* indicativo junctum, contra Linacri sententiam, *lxvii*. 600.

Cupidus scire, pro *sciendi*, & similia, *li*. 511.

Curare, puta *rem*, *xxiii*. 411. *Curare corporis*, *xxxiii*. 440. *Curare rem aliquam*, & *alicui rei*, *xxiv*. 448.

Curiosus, & *incuriosus rei*, *x*. 356.

D.

D*Almasica*, tunicæ genus, *vi*. 338.

Dammare voti, & *voto*, *xxvi*. 419.

Dativus, pro accusativo, quando infinitivus esse ponitur post *licet*, *expedit*, *nocet* est, &c. *xx*. 401, 402.

David de-Willem, *vi*. 331.

De intellectum, *xlvii*. 496, 498. *lxvi*. 592.

De via mulier, quid significet, 586.

Decedere, pro *decedere de vita*, *lxvi*. 594.

Decedere provinciâ, & *de provincia*, *xlviii*. 503.

Docet, & *indocet*, cum dativo, *xxxv*. 453, 454.

Decies, *vicies*, *sexagesies festerium*. Ellipticæ locutiones, in quibus subaudi *centena millia*, *lxii*. 568.

Decipi laboris, *xxxi*. 435.

Decoquere, puta *rem*, *xxiii*. 411.

Defendere pecori, *xxxvii*. 458.

Deficit mihi, & *deficit me*, *xxxiv*. 448.

Deinde postea, & *deinceps inde*, per pleonasmum, *lxiii*. 574.

Deiphobe Glauci, pluriâque, ubi *filia*, vel *uxor*, vel *servus*, aut simile, intelligitur, *vii*. 344.

Delectari aliquo, & *in aliquo*, *xlvii*. 497.

Delos urbs, & insula ejusdem nominis, *xlvi*. 474.

Desipere mentis, *xxvii*. 422.

Desperato, *comperto*, *absoluto*, absque pronomine *eo*, *lx*. 504, 561.

Die potare, pro *de die*, *xliv*. 487, 488.

Dies sex spatii, pro *spatium sex dierum*, *vii*. 343.

Differendi, distandi, & dissentiendi verba dativo per Hellenismum sociata; pro quo Latini utuntur ablativo cum præpositione, *xxxvii*. 457, 458.

Dignus cum genitivo, & unde is regatur, *xi*. 360. *Dignus consilii*, & *salutis*. *ibid.* *Dignus odium*, pro *ad odium*, ubi in structure ratione etiam hæsit Donatus, *xiii*. 367.

Dignus cur ablativo jungatur, *xiv*. 370.

Dislo cum dativo, *xxxvii*. 457.

Diversus, cum genitivo, more Græco, *xi*. 361.

Docendi, *monendi*, *rogandi*, ac *celandi* verba

verba an regant geminum accusativum, XL. 462, 463.

Dominandi verba Græcis etiam genitivum adiciunt, qui à præpositione per ellipsin regatur, XXXIII. 441, 442.

Dominare, & *regnare alicuius*, *ibid.* *Dominor* utrum Latinis dativo, an ablativo, jungatur, XXXIII. 442.

Domi, pro *in domo*, vel *loco domi*, XXV. 415.

Domo, pro *in domo*: quam præpositionem veteres etiam addunt scriptores, XLVI. 494.

Domusio, vel *domum itio*, VIII. 345.

Domus in accusativo singulari sæpe admittit præpositionem; ut *in domum intrare*, pro *domum intrare*, XLII. 475. in plurali etiam sine præpositione ponitur, 476.

Domus, & *ades*, ut proprie differant, LXVI.

594.

Donati lapsus, XLII. 472.

Dono te libro, & *dono tibi librum*, cum similibus locutionibus, XL. 464.

Dosithei versio notata, XXI. 407.

Dotis logi, pro *dos logorum*, VII. 343.

Duce te, *comite te*, locutiones Ellipticæ; illic *sub*, hic *cum* supplendum, XLIX. 505.

Duodecim discere, puta *tabulas*, VI. 337.

Dudum cum compositis, item *jampridem*, & *nuper*, quando præterito, quando item præsentis sciuntur, LXII. 573.

E.

E, vel **EX** intellectum, XLVII. 477.

Edapoli, & *ceridè*, cum infinitivo, LXII.

572.

Egeo, *indigeo*, *careo*, cum genitivo, XXX.

432.

Egeo cum accusativo, XXX. 433.

Ellipsin videri, quoties duobus, vel pluribus singularibus, jungitur adjectivum, aut verbum plurale, III. 316. Ellipsis vocis alio genere, & numero repetendæ, v. 324. Ellipsis substantivi ostenditur in multis nominibus, quæ cum substantiva credantur, naturâ suâ sunt adjectiva, VI. 326, 327, 328, &c. Ellipsin esse substantivi, ubi

adjectivum genere neutro substantivè poni dicitur, exemplis illustribus comprobatur, *ibid.* & præcipuè, 331, 332, 333. Ellipsis quintuplex substantivi regentis genitivum, VII. 343, 344. Ellipsis verbi substantivi frequens, XIX. 391. alterius etiam verbi crebra in proverbiiis, 391. item iis, quæ honestè dici non possunt, 392. & verbi *cepis*, aut *similis*, ubi infinitivus vulgo dicitur poni pro imperfecto, *ibid.* Ellipsis partitivi *urvis*, x. 354. Ellipsis nominativi quot modis suppleatur, XIX. 389, 390. accusativi à verbo recti, XXIII. 411. nominis *urbs*, vel *opidum*, in nominibus propriis opidorum, quæ in genitivo verbis addita falsè creditum ab iis regi, XXV. 414, 415. item nominis *regio*, vel *insula*, in propriis regionum, & insularum, *ibid.* suppleta in *Æqui bonique facio*, & *Boni consulo*, XXIX. 427. Ellipsis præpositionum *ob*, vel *propter*, *per*, *circa*, vel *ad*, XLIII. 477. substantivi, unde regitur gerundium in *di*, LIII. 521, 522. pronominis *me*, *te*, *se*, LVIII. 552, 553. adverbii, LXIII. 575. præpositionum *ante*, *post*, *propter*, *per*, &c. LXVI. 590, 592, 593, &c. Ellipsis casus à præpositione recti, atque adeo etiam præpositionis cum suo casu, LXVI. 594. conjunctionum, LXVIII. 603, 604, 605.

Eludo te annulum, XXI. 405.

Eludere pugna, XXXI. 435.

Emendi, & *vendendi* verba, cum genitivo constructa apud Græcos, XXXII. 439.

En ecce, per pleonasmum, LXIII. 574.

Enallage accusativi, item vocativi pro nominativo, XIX. 396. Enallages accusativi pro nominativo exempla quædam excussa. *ibid.*

Ennii in *Erechtheo* vetus lectio vindicata, LXI. 464. idem apud *Ciceronem* emendatus, LXV. 286.

Eous, pro *mane*, LXI. 563.

Επισημοis. 312.

Ephesi, & *in Epheso*, XLVI. 492.

Eri, & *δρι*, addita loci spatium significantibus diversam vim habere, XLIV. 483.

Eques Parthorum, pro Parthicus eques, VII.

341.

Ergo ablativus, sive dativus, ab ἔργῳ, LXIV. 580.

Ergo i, itur, per pleonasmum, LXVIII. 602.

Ergo omisum per ellipsin, LXVIII. 606.

Erubescere fortune, XXVII. 421.

Erubescit genitivus jungitur à Curtio; sed cum accusativo usitatus est, XXVII. 423.

Erumperet se, vel stomachum, XXII. 409.

Essa, aut valere pluris, ἰδέειν ἑαυτῶν, pro rem pluris pretii, XXIX. 426.

Est annos decem, pro est factum ante annos decem, XLIV. 485, 486.

Est mihi nomen Petrus, Petri, Petro; & an rectè etiam Petrum hic dicatur, XXXIV. 445.

Est loquens, pro loquitur, LX. 559.

Est videre, & similia, dici non ἰδέειν nominis facultas, LI. 512.

Esurire beatitudinis, XXX. 433.

Es non semper est connexiva, sed & inceptiva. Imò Orientis populis etiam inchoat librum, LXVII. 603. omittitur interdum, ibid.

Etesia unde dicti, VI. 339.

Etiamsi cum indicativo, contrà quàm Alvaro visum, LXVII. 599.

Etsi quamvis, per pleonasmum, LXVIII. 602.

Euax unde, LXIX. 610.

Evocationem malè in figuris reponi, XIX. 396.

Ex intellectu, LXVI. 592.

Excedere patriam, XLII. 476.

Exequias ire, venire, pro ad exequias, LXVI. 589.

Exire limen, & limen exire, XLII. 476.

Exire ore, & exire ex ore, XLIII. 477.

Exoletus, unde, VI. 335.

Expers cum ablativo, XI. 359. Expers unguentis, de unguento, ibid.

Explere flamma, XXX. 432.

Exosus, quando accusativum, quando item dativum requirat, LX. 560.

Ex vicini, similiaque, VII. 345.

FAbius an rectè statuat solocum esse, *Agypto venio, XLVI. 495.*

Facio, pro proficio, an dativo jungatur, XXXIX. 461. Facio, scio, nescio, opto, memini, habent interdum ante se nominativum, ubi nominativus multò usitator est, 396, 397.

Factum is, & itur, quid significant, 528, 529.

Falli animi, vel sermonis, XXVII. 422. item XXXI. 435.

Familie ericienda, vel cisenda, quomodo dicatur, IV. 319.

Fas, & nefas, naturà suà videri adjectiva: & unde ea dicantur, VIII. 348.

Fastidire alicujus, pro alicuius causa, XXVII. 421.

Fera, puta bestie, VI. 328.

Ferina amulâs, pro carne ferina, VI. 328.

Ferox scelerum, X. 355.

Festi locus corrigitur, VI. 337. lapsus ejus, XLII. 471. ejusdem geminus error, XLIII. 480. XLVIII. 501, 502.

Fidèle, pro fidelis, mundinale, pro mundinalis, 326.

Finis duplex, ἄ, & ῥ, XXXIV. 444.

Fluvia, pro fluvius, VI. 327.

Fluvius naturà suà adjectivum, in quo intelligitur omnis, VI. 327.

Foci, & vicina, pro in foci, & vicinia loci, XXV. 417.

Franciscus Nansius, LXI. 566.

Frustrari captivum, XXXI. 434.

Fruterii error, XLVIII. 561.

Fungor cum accusativo, XXII. 408.

G.

Genitivus verbo substantivo additus non regitur à verbo, sed à nomine intellecto, XXIV. 412. Genitivus verbis additus, etiam apud Græcos, non regitur à verbo; sed vel à nomine, vel adverbio, vel præpositione intellectâ, XXXII. 435, 436.

436, 437, &c. Genitivo verba juncta per Hellenismum, xxxiii. 440, 441, &c.

Gerunda rectius, vel *gerundis*, dici, quàm *gerundis*, liii. 520. omnem ea habere casum, præter vocativum, liii. 521. gerundia in *di* cum genitivo plurali, *ibid.* In *dum* excentia passivè accepta, an passivum more admittant ablativum cum præpositione, liii. 522. an accusativum patientem recipiant, præcipuè cum adest præpositio, 522. Terminata in *do* accusativum adiscunt, maxime si adsit præpositio, liii. 523. cum verbis motus conjungi possunt, contra ac visum Valla. *ibid.* Gerundia omnia *κατ' ἐξελαν* verbum infinitivum includere, quod vicem obeat substantivi, liii. 524, 525. ac casum gerundiis additum non regi à gerundio, sed à suppresso infinitivo, *ibid.*

H.

Habeo *tolerandum*, *nubendum*, & similia, l. 513. *Habeo dicere*, pro *habeo dicendum*: hoc est, quod dicam, vel dicere *debeam*: & hic tam infinitivum, quàm gerundium, esse pro accusativo recto à verbo *habeo*, *ibid.*

Hactenus, & *quatenus*, pro *hæc*, & *qua sine tenus*, vi. 329. *Hactenus κατ' ἐξελαν* divisum invenitur, lxvi. 595.

Hellenismus dativi pro accusativo, post *licet*, *expedit*, *neesse est*, &c. xx. 401, 402.

Hic geminatum, ubi alterutro loco *ille* poni solet, lxv. 541. *Hic* interdum ad remotius, *ille* ad propius refertur, 540.

Hoc nactus ambulat, cum dicitur, dubium, utrum *hoc* sit accusativus, an ablativus, xliv. 488.

Honre honestare, xlv. 489.

Huc, pro *hoc*; *adhuc*, pro *ad hoc*, lxiv. 578.

Humi, pro *in humo*, vel *humi solo*, quod & *in humum*, xxv. 416.

Humo, & *domo*, pro *humi*, & *domi*, xlvi. 494.

Hypognosticon libri non sunt Augustini, xxi. 406.

I.

Ianuaris, Februarius, Martius, naturam suam adjectiva, in quibus intelligitur mensis, vi. 331.

Itcirco quod naturam vocum convenientius esse, quàm *propterea quod*, lv. 538.

Id statis, pro *ad* vel *circa id asatis tempus*, xliv. 488.

Id prodeco, pro *ob id*, xxi. 477.

Idem cum illo; recentioribus usitatum, pro quo antiqui dixerunt, *idem qui*, *idem ac*, *idem atque*, lviii. 551. *Idem illi*, Græcorum more dictum, *ibid.*

Ignoscere delecti, xxxiii. 442.

Illachrymare alicui, xxxix. 461.

Ille κατ' ἐξελαν. præcipuè post *velut*, ac *sic*, lxx. 555.

Illudere captum, in *captum*, *capto*, & *in capto*, xl. 479, 480.

Illum scio qualis sis, 396.

Immane quantum, *insanum quantum*, & similia, *κατ' ἐξελαν* videri dicta, xix. 390.

Impendet me, xl. 480.

Imperandi verbis Græci, & Latini, quandoque præpositionem addunt, xxxiii. 442.

Impersonalia ante se habent nominativum, sed rarius expressum, sæpius intellectum, xix. 389.

Impersonalibus *κατ' ἐξελαν* genitivus additus, regitur non à verbo, sed à nomine intellecto. xxvii. 422.

Impiger militis, x. 355.

Implere elociorum, xxx. 432. *Implere vini*, puta *liquore*, *ibid.* *Implere alicujus*, *aliquo*, & *de aliquo*, xxx. 432, 433.

Imponere alicui, cur pro *decipere* dicatur, xxxiii. 411.

IN intellectum, xlvi. 497. lxvi. 591. xlvi. 503. xl. 505. Item omissum ante regionem, locorumque nomina, lxvi. 588. *In* sæpe in ablativus desideratur, lxvi.

593. omiffum in ablativis quietem in loco significantibus, five ablativus ille fit proprium nomen opidi, five appellativum, XLVI. 491, 492, 493. *In*, & *ex*, cum genitivo apud Vitruvium, LXV. 583. *In*, pro *ad*, & *ad*, pro *in*, apud posterioris ævi fcriptores, XLII. 475. *In* contra Grammaticorum præceptum cum accusativo; in fignificatione quietis, cum ablativo in fignificatione motus, LXV. 584, 585.

Incarum fui & *ovifum* dictum, LXIV. 579.

In quatuordecim, puta *ordinibus*, VI. 334.

In quinque, *in hoc*, & *similiaque*, XLIV. 487.

In Veneris, VII. 344, 345.

Inani fama, VII. 343, 344.

Inceffo aliquem, in aliquem, & alicui, XLIII. 478, 479.

Inceffum, naturâ adjectivum, in quo intelligitur *fuprum*, vel *flagitium*, VI. 336.

Incidere portis, pro *incidere in portas*, XXXV. 454.

Incidere in as, & in ero, LXV. 585.

Increpare avaritia, XXVI. 419.

Incumbere, pro *operam dare*, accusativum appetere rectum à præpofitione, XXXIX. 461.

Indecet, XXXV. 454.

Indoluit hujus rei, XXVII. 421.

Infamis difciplina, X. 355.

Inficere aqua, puta *liquore*, XXX. 432.

Infinitivus convenit cum accusativo, XX. 398, 399. aliquando nominativus eft pro accusativo, *ibid.* Infinitivus num regatur à verbo, an potius à præpofitione intellectâ, quibus modis cognofci poffit, LI. 512. Infinitivus vel oratio pro accusativo, quem verbum regit, XXII. 411. pro nominativo, XVIII. 388. Infinitivi nominatim pofiti genere neutro, L. 507. quemvis cafum eodem vocis exitu referunt, ut nomina aptota, *ibid.* Infinitivos duos rectè conjungi poffe; contra quam Servio vifum, L. 508. Infinitivi verbi ftructura triplex, L. 510. Infinitivus pro nominativo, L. 507. pro genitivo, vel gerundio in

di, 508. pro dativo fæpius eft Græcis, 509. pro accusativo, & vocativo, *ibid.* pro ablativo, *ibid.* Infinitivus rectus à nomine cum adjectivo, tum fubftantivo, LI. 511, 512. fubftantivum interdum intelligitur; ut cum *eft* exponi folet *licet*, 512. Infinitivum verbo finito additum regi interdum à fuppreffa præpofitione *ob*, vel *propter*, LI. 516. idque etiam locum habere, cum poft nomen adjectivum, quod voluntatem, aut facultatem notat, ponitur infinitivus, qui interdum etiam eft formæ paffivæ, 515. item à præpofitione *ad*, cum jungitur verbis motum ad locum significantibus, 514, 515, 516. nonnunquam etiam à præpofitione ablativi cafus à, vel *in*, 515. Infinitivi Ellipfis, LI. 517. Infinitivi cum accusativo ftructio figurata duplex, Ellipfis & Antipofis, XX. 399. Infinitivi præteritum perfectum poft verbum *memini*, LI. 518, 519. Infinitivi paffivi futurum habere poft fe ablativum cum præpofitione, LII. 520. Infinitivum poni pro gerundio: non item gerundium poni pro infinitivo, LIII. 521.

Inhære hereditatem, & hereditati, XLIII. 480.

Infilio, vel *infulfo aliquem, in aliquem, & alicui*, XLIII. 479.

Inftare illi, & illum, *ibid.*

Inftar non adverbium effe, fed nomen, LXIV. 580.

Interest unde conflatum, & quid propriè fignet, XXIX. 430, 431. *Interest*, & *refert meæ*, quid fignent, & quomodo locutiones hæ fupplendæ, 429, 430, 431. *Interest*, & *refert*, non regere genitivum, aut ablativum pronominum, fed ifta *est* *interest* dici, *ibid.*, & 428.

Interjectio nullum cafum regit, LXIX. 608, 609.

Inter paucas, valet *pre multis*, XVII. 384.

Interrogari, urgari, purgari criminis, vel facti, XXVI. 419.

Intrudo aliquem, in aliquem, & alicui, XLIII. 478.

Invidius laboris, x. 355.

Invidere rei alicuius, xxxii. 437.

Invidere aliquem, & alicui, xxxiv. 447.

Invideo, & invidia, unde dicatur, xxxiv.

447. 523.

Ipse, pro reciproco *sua*, vel *suus*, lvi. 543.

Ipse ego me, lix. 556.

Ire factum, & i: i factum, quomodo resol-
vantur, 528, 529.

Iri visum à me, an rectè dicatur, lxi. 520.

Irrumpere sese, xxii. 409.

Is, & ille, pro reciproco *sui*, lvi. 443.

Io. Isacius Pontanus, lxxiii. 576.

Itaque ergo pro pleonasmum, lxxviii.

602.

Iubeo tibi non aliter, quàm Hellenismo,
excusari, xxxvi. 455. *Iubeo te, ut hos facias*,
barbarè dici, *ibid.* optimosque Latinæ lin-
guæ scriptores non addere accusativum
personæ verbo *iubeo*, nisi infinitivo sequen-
te, aut intellecto, *ibid.* & 456.

Iurare iusjurandum, xxii. 409.

Iuro Deos, pro per Deos, xliiii. 477.

L.

Laborare cerebro, & ex cerebro, xlvi. 497.
Lactantius adversus Vallam defen-
sus, xvi. 378.

Lasari malorum, & gaudere voti, xxxii.
437.

Latus umbra, vel frugum, x. 354.

Lambinus resellitur semel, iterumque,
xlvi. 501, 502.

Largior bubus, pro dono bubus, xlvi. 500,
501.

Largiter auri, lxiv. 577.

Lases mihi, vel me, xxxv. 451, 452.

Laudiceni qui, & unde dicti, lxix. 610.

Lesbes amnis, pro Lethæ amnis, 341.

Liber legum, h. e. ratione legum, x. 355.

Liber terrore, pro à terrore, xiv. 369.

*Liberari tutela, pro onere, vel molestia tute-
la liberari*, xxxiii. 442, 443. *Libero* ablati-
vum habet à præpositione intellectâ re-
ctum, xlvi. 500.

*Libertatis, pro libertatis causâ, & alia id
genus*, vii. 344.

Liburnica, puta navis, vi. 331.

Lices cum indicativo, lxvii. 599.

Limis, puta oculis, vi. 333.

*Linacri error, ex non adversâ distin-
ctione*, lix. 554.

Lito cum accusativo, xxii. 407.

Longè gentium, lxiv. 579.

Luco, pro in luce, vel de luce, aut cum luce,
xliv. 487, 488.

Lucere sitcem, vel cerqum, xxii. 410.

Laudare laudibus, xlv. 489.

M.

Macrobius adversus Vallam defen-
sus, xvii. 382.

Macus est adjectivum copiz, quod ety-
mon ostendit, xi. 358.

Magis, & potius, comparativis addita,
μαγιον, ut Græcis *μαγιον*, xvi. 379. lxi.
565.

*Magnâ, & bonâ spe esse, pro in magna &
bona spe esse*, xlvi. 502.

*Magno asimare, emere, vendere, valet pro
magno*, xlvi. 499.

Magnore etiam & etiam, lxiii. 575.

Mialis, puta porcus, vi. 335.

Majoris estimo, an rectè dicatur, xxix.
427.

Maledico, medicot, cum accusandi casu,
xxi. 405.

Malo potius, lxi. 565, 566.

Mane ablativus ab inusitato *manis*, in quo
intelligitur *tempore*, vi. 337.

*Mane venire, pro in mane, de mane, vel cum
mane*, xliv. 232, 488.

Manes, pro mani, id est *boni*, vi. 329.

*Manifestus delicti, x. 355. Manifestus, vel
compertus mendacii*, xxvi. 419.

Manni etymon, vi. 329.

Paullus Manutius resellitur, xlii. 472.

Maximè cum superlativo, xvii. 385.

Me, te, se, intellecta, lviii. 552. *Me,
te, se*, ubi redundare creduntur, quandoque

ad integritatem pertinent sermonis, LIX. 557.

Mea, tua, sua, & similia, verbis *refert*, & *interest*, juncta, ablativi esse casus ostenditur, contra Donatum, & Iulium Scaligerum, XXIX. 429, 430.

Mea, tua, sua, pro *mei, tui, sui*, LVII. 546.

Medentes, pro *medici*, IX. 352.

Medicari alicui, & *aliquem*, XXI. 405.

Medicina naturâ adjectivum, ubi quandoque subintelligitur *saberna*, quandoque *ars*, vel *scientia*, VI. 337.

Misageus Siora, XXXI. 437.

Memini, an accusativum personæ adfiscat, XXVIII. 424. *Memini*, *recordor*, *remisitor*, *illius*, *illud*, & *de illo*, *ibid.* *Memini de aliquo*, dici non solum cum significat, *in animo habere*, sed etiam cum notat *facere menti nem*, *ibid.* *Memini memoria*, XLV. 490. *Memini* etiam adfiscit infinitivum præteriti temporis, contra quam putavit Agricæus, LII. 518, 519. quod in aliis etiam verbis locum habet, *ibid.*

Memoriæ & *oblivionis* verbis genitivum additum regi à nomine, *memoria*, vel *recordatio*, vel *res*, aut alio, XXVIII. 425. *Memoriæ* & *oblivionis* verba etiam Græcis genitivo junguntur, intellecta præpositione *ἐπί*, XXXII. 438.

Meno, unde *memini*, & *memisor*, unde *remisor*, LI. 519.

Mensuræ nomen additum adjectivo in casu accusativo regitur, non ab adjectivo, sed à præpositione *ad* subintellecta, XI. 357. XIII. 367.

Mercandi verba genitivo junguntur per ellipsin, XXIX. 427.

Merito pui, pro *ex iure merito*, XLVII. 497.

Mēs̄malān, & similia, cum genit. XXXII. 437.

Mihi eleganter insertum, LIX. 557.

Mihi dat *isti* *divitias*, *ibid.*

Mirari iustitiam, XXXIII. 440.

Miscere Deo, XXXVII. 458.

Misereri alicujus, vel *miſereſcit alicujus*, pro *alicujus causâ*, est *ἐπιεικεια*, XXVII. 422,

Misereor, & *miſereſco*, an apud antiquos dativo juncta reperiantur, XXXIX. 460, 461.

Misereor, tantum cum accusativo, XXVII. 423.

Misi petere argentum, id est, *ad petere argentum*, hoc est, *ad petitionem argenti*, sive *argenti*, LI. 515.

Misto nas̄ idemſa positum, pro *misto nuncios*, XXXIII. 412.

Moloderos affectum, & *affectu*, XXXIV. 448.

Molochari aliquam, non æquè videtur probum, ac *adulterare aliquam*, XXI. 404.

Molossus, puta *canis*, VI. 328.

Monendi verba non quibusvis jungi accusativis, XXVIII. 425. Genitivos nis additos dependere ab intellectu ablativo, *ibid.* Monendi verba non quibusvis rei accusativis junguntur, XI. 463.

More hominum, pro, *de*, vel *ex more*, XLVII. 497.

N.

Nam, enim, quia, per ellipsin omiſſa, LXVIII. 606.

Nam redundans, LXVIII. 603.

Natus annos decem, vel *centum*, dici, pro, *ante annos*, XIII. 368. XLIV. 486. *Natus Salmone*, pro, *in Salmone*, XLVI. 491.

Ne, post adverbium prohibendi, negare, contra Servium docetur, LXII. 569, 570.

Ne, pro *ut ne*, *nas̄ idemſa* dicitur, LXVII. 601. *Ne*, & *neque*, si addantur negativæ particulæ, vel voci inde compositæ, sæpe negant; vel redundat, LXVIII. 602, 603.

Nebrisſensis error de futuro infinitivi passivi, LII. 520.

Nec interdum poni, pro, *et non*, eaque occasione in Maronis loco vetus lectio contra Auratum, & Canterum, defenditur, LXVII. 598, 599.

Necessè, & *opus*, distinguuntur, VIII. 352.

Negatio geminata utrum affirmandi, an negandi vim habeat, LXI. 564, 565.

Negotium intelligitur in adjectivis *ne-*
tis

tris substantivè positis : ac quandoque etiam exprimitur, VI. 331, 332, 333.

Nemo alius, vel *nemo quisquam*, LIX. 556.

Nequicquam frustra, per pleonasmum, LXIII. 575.

Neutrum pro masculino, juxta Nomen, 326.

Nihil quicquam per pleonasmum posterioris, LIX. 556.

Nihil nimis, hoc est, *pro nihilo astimare*, XLVII. 498, 499.

Nimium perire, LXIII. 575.

Nisi conjungit interdum res divisas, LXVII. 600.

Noceo cum accusativo, XXI. 406.

Nocere noxam, XXII. 410.

Nomen, pro *caussa*, VI. 333.

Nomen pro adverbio, LXI. 562.

Nominativus pro accusativo positus ante verbum infinitum, XX. 401.

Non prohibentis imperativum respuit, LXII. 570.

Non modo, pro, *non modo non*, LXIII. 575.

Nonius Marcellus refellitur, XLIV. 484.

Nostri, & *vestri*, esse genitivos plurales, contra quàm visum Sulpicio Apollinari, LVII. 551.

Nostrum, & *vestrum*, genitivos plurales, sæpius partitivis ac similibus addi; attamen etiam usurpari, ubi partitio locum non habet, LVII. 550, 551.

Notari impolitia, pro, *crimine impolitie notari*, XXVI. 419.

Novalia, puta *arva*, vel *rura*, vel *sola*: sed *novalis*, puta *re: re*, VI. 327, 328.

Nubere alicui, pro *nubere se alicui*, XXIII. 411, 461.

Nullus alter, vel *nullus alius*, ubi posterius redundat, LIX. 556. *Nullus dixeris*, pro *non dixeris*, enallage partis, LXI. 563.

Numeralia quando exigant conjunctionem copulativam, LXVIII. 604, 605.

Nummi præsidii, pro *præsidium nummorum*, VII. 343.

O.

Oquem casum regat, LXIX. 608.
Ob, vel *propter* intellectum, L. 188.
 LXVI. 590.

Obire, puta *mortem*, XXIII. 411.

Oblocutus alteri, 346.

Objacurari alicujus, XXX. 432.

Occumbere mori, & *mortem*, XXXIV. 448.

Ocius, sine ablativo, pro *dicto ocius*, XVI. 378.

Olere cum accusativo, XXII. 410.

Olet unguentis fortè *car' dædæ* dictum, LXVI. 591.

Olere nardo, pro *à*, vel *ex nardo*, XLV. 490.

Olim quondam, LXIII. 574.

Opidorum nominibus interdum etiam præpositio additur, XLII. 472, 473.

Oportet tibi, per Hellenismum dici, XXXVI. 454.

Oppetere, puta *mortem*, XXIII. 411.

Oppido quàm, LXIII. 575.

Orationis definitio vera ex Aristotele petenda, 1. 310. etymologia vera ejus vocis advertus Diomedem & Alcuinum adferretur, *ibid.* definitio Diomedis & Prisciani refellitur, *ibid.*

Ordines intelligi, cum dicitur, *in quatuordecim sedere*, vel, *à quatuordecim spectare*, VI.

334-

Ordine dicere, pro *ex*, vel *in ordine*, LXVI. 592, 593.

Opus, nec adjectivum est, nec *nece* notat, VIII. 348, 349, 351.

Opus, & *nece* ut differant, VIII. 350.

Ova Sophistis acclamatum à laudantibus, LXIX. 610.

P.

PAcuvius correctus, XXVII. 421.

Palmerii opinio rejecta, LVII. 547.

Palpo cum accusativo, XXI. 406.

Paratus facere, pro; *paratus ad facere*, sive *faciendum*, LI. 517.

Parco

Parco cum accusativo, XXI. 406.

Pares cantare, pro à *cantare*, hoc est, à *cantare*, vel *in cantare*, hoc est, *in cantando*, LI. 517.

Parietina, VI. 335.

Participare consilii ἰστέλλω, pro, *de re consilii*, XXXII. 443. Ac similiter Græci loquuntur, *ibid.*

Participia in NS, nomina sæpe fieri; semper autem, si genitivum regant, IX. 352. Participia absolute posita etiam sine nomine, vel pronomine, XLIX. 504. Participia *dictus*, *creditus*, similiaque, interdum genere respondent non nominativo antecedenti, sed consequenti, LX. 558. Participio additus nominativus pro vocativo, *ibid.* Participium pro Infinitivo, *ibid.* Antiptosis participii nominativi pro accusativo, vel Ellipsis accusativi, LX. 559.

Partim non esse adverbium, sed accusativum antiquum, in quo intelligitur *ad*, vel *in*, LXIV. 580.

Partitivorum, & partitivè positorum structura, LVII. 549, 550.

Parvi cura an rectè dicatur, XXIX. 427.

Passiva per Hellenismum dativum adfiscunt pro ablativo cum præpositione, XXXVIII. 459. quomodo dignosci possit, an datus ille passivis appositus sit ex propria passivi natura, an ex communi indolè verborum, quæ acquisitionis vi dativum exigunt, *ibid.* Passivis *doceor*, *moneor*, *rogor*, & similibus, accusativi additi, num regantur à verbis, an à præpositione intellectâ, XLI. 465. Passivis partem vel adjunctum significantibus accusativus additus regitur à præpositione subintellectâ, similiter ut apud Græcos, XLI. 465, 466. quæ structura passivis cum neutris sive absolutis est communis, 467. in quo à Græcis hic differant Latini, *ibid.* Passivorum accusativum regentium cum præpositione P E R, vel ablativum cum præpositione A, canon Grammaticus refellitur, XLI. 468. neque hanc constructionem passivorum propriam esse ostenditur, XLI. 468.

Προσῳγῆ: verba tam personalia, ut *misereor*, *erubesco*, & similia, quàm impersonalia, ut *pulet*, *piget*, *paenitet*, *miseret*, &c. non regere genitivum, sed hunc dependere aliunde, XXVII. 421, 422. naturâ verò suâ accusativum regere, 422, 423.

Patiens in mediam, & *paciens in media*, quomodo differant, IX. 352.

Pecco regit accusativum cognatæ significationis, XII. 410.

Pendere animi, & *animis*, quomodo differant, XXVII. 422.

Φθῆσις ἰστέλλω, XXXII. 437.

Per Varronis, VII. 345.

Per superlativo etiam præponi in compositione, contra quàm docuit Valla, XVII. 384. an augendi significatione comparativis rectè præponatur, XVI. 380. *Per* intellectum, LXVI. 591.

Pergere, puta *viam*, XXIII. 411.

Periclitari capite, pro *de capite periclitari*, XXVI. 420.

Peritionus refellitur, LIII. 521.

Peritionus significantia adjectiva apud Græcos nunc genitivo, nunc accusativo addita, idque cum, vel sine præpositione, L. 508.

Peroptimus, XVII. 384.

Perquam superlativo jungitur, XVII. 384.

Πῶ nunc de miseria concenteris, nunc laudantis est, & admirantis, LXIX. 609.

Piget dativum regere, perperam putavit Calepinus, XXVII. 421.

Piraens, an rectè dicatur Ciceroni locus in urbe Athenarum, non opidum, XLII. 471, 472.

Piscina naturâ adjectivum, & intelligitur *agua*, VI. 327.

Pistrinum, & *pistrina*, VI. 337.

Plaudo cum accus. XXII. 410.

Plauti locus expensus, VIII. 346. ejusdem vetus lectio defensa, LIV. 529.

Pleonasmus pronominis, LIX. 553, 554. non esse hunc in dativis illis, *mibi*, *tibi*, *sibi*, vel accusativis *me*, *te*, *se*, ubi vulgè statui solet, 556, 557. Pleonasmus adverbiorum,

rum, LXIII. 574, 575. Pleonasmum præpositionis sæpius statui, ubi nihil redundet, LXVI. 587.

Pleraque accusativus, cum ellipsi præpositionis, XIII. 367.

Plinii locus expensus, XVII. 383.

Ploro artis, XXXII. 437.

Plus, *minus*, *amplius*, si jungantur nominativo, convenientia est; sin obliquo, reſtio est, non à *plus*, *minus*, vel *amplius*, sed nomine substantivo, verbo, aut præpositione, xv. 374.

Pluvia, puta *aquas*, VI. 327.

Post deinde, κτ. πρὸς αὐτὸν, LXIII. 574.

Post deficit, cum *postridie* jungitur accusativo, LXVI. 590.

Posthac, VI. 338.

Postulare repetundarum dicitur intellecto ablativo hoc, *actione*, xxvi. 418.

Potior cum accusativo, xxii. 407, 408.

Potiri alicujus, xxxi. 434. *Potiri hostium* passivè, *ibid.* *potius servitutis*, 434.

Precandi verbis interdum additur dativus, more Græco, xxxv. 452.

Præ intellectum, XLVII. 497. & LXIV. 581. & LXVI. 593.

Præpositio eequâ mente dici possit regere dativum, 362. Interdum additur opidorum nominibus, XLII. 472, 473. Contrâ non semper regionum, provinciarum, & locorum nominibus, additur præpositio, 474. Præpositiones in nominibus propriis opidorum perspicuitatis gratiâ ab Augusto adungi solitæ, XLVI. 495. Præpositio omiſſa è verbo composito intelligenda, XLVIII. 503. Eadem infinitivum habens pro casu suo, LXV. 585. Præpositione eadem in compositione, & extra eam concurrente, utro illa loco superflua sit, LXVI. 587, 588. Ablativi recti à præpositione intellectâ, VIII. 347, 348. Præpositionum pleonasmus, *ibid.* trajeſtio, 595.

Præſcire antè, simul concipere, LXVI. 588.

Præſtolor unde, quod & *præſtolo* ἀρχαίνω, xxxiv. 446. *Præſtolari* aliquem, & *alicui*,

ibid. *Præſtolor*, *invidio*, *præſto*, aliâque, cur casum adſciſcant dandi, & accusandi, *ibid.* *Præſto* nunc dativum, nunc accusativum admittit, xxxiv. 447.

Prætexta, puta *toga*, VI. 338.

Primâ luce, & cum *primâ luce*, XLIV. 487.

Primus, vel *posteriores ferre*, vel *secundus deferre*, puta *partes*, VI. 335.

Primum jam à principio, LXIII. 574.

Primus, vel *nemo Romanorum*, pro *ex numero Romanorum*, LXVI. 594.

Principium, pro *ad principium*, aliâque, ubi ad deficiat, LXVI. 590.

Prior etiam de multis dici, contra Agrocicum ostenditur, xv. 372.

Priscianus, & alii, reſelluntur, qui *esse solvendo* sexto casu dici, arbitrantur, XII. 364. Idem *πρωτολογος* notatus, xxii. 407.

Pro intellectum, in ablativis præcii, XLVII. 498, 499. & LXVI. 593. *Pro*, sive *prob*, equem casum regat, LXIX. 608.

Procul mari, pro *à mari*, LXIV. 582.

Profluens cum dicitur, *aqua* intelligitur, VI. 327.

Prolepsis Grammatica quid, XIX. 394.

Pronomina possessiva *meus*, *tuus*, *suus*, &c. interdum activè; ac genitivos primitivorum, *mei*, *tui*, *sui*, *noſtri*, &c. quandoque passivè sumi, contra canonem Grammaticorum, LVII. 546. Pronominibus possessivis additos genitivos nominum, & participiorum, item *ipsius*, *utrius*, *duorum*, *paucorum*, *plurium*, non regi à possessivo, ut vulgè creditum; sed convenire cum pronomine intellecto, & regi à substantivo, cui possessivum additur, LVII. 547, 548. Pronomina partitiva, & numeralia, non regere genitivum; sed casum hunc regi à nomine quod desideratur, LVII. 549. Pronominis *me*, *te*, *se*, ellipsis, LVIII. 552. Pronominum pleonasmus, LIX. 553, 554. Pronomen, & Participium, sub Nomine, voce eâ laxiùs acceptâ, comprehendi possunt, LV. 532.

Propere cecidi, LXIII. 574.

Propior cum accusativo, XVI. 376.

k k k k

Pro-

- Propter intellectum*, LXVI. 590.
Propter ea quod, 538.
Propugnare alicui, XXXVII. 458.
 Propullandi & arcendi verba dativo per Hellenismum sociata, ubi Latina consuetudo ablativum postulat cum præpositione, XXXVII. 458.
Prosa, seu *prosa*, pro *reclia*: supple *oratio*, VI. 334.
 Proximus, V. propior.
Pudet, vel *miseret sui*, pro *sui causâ*, XXVII. 421.
Pugnare pralium, XX. 410.
Purgare se alicujus facti, vel *dicti*, vel *de aliquo*, XXVI. 419.

Q.

- Q** *Vadit* verba quæ Attio dicatur, XLII. 470, 471.
Qualis, quantum, quot; calis, tantus, tot, relativa, ubi sæpe antecedens, vel redditivum desideratur, LV. 541.
Quam redundans, LXII. 575.
Quam, pro *magis quam*, item pro *antequam*, LXI. 566, 567.
Quam, & *iam*, quibus comparationis gradibus convenient, LXI. 567.
Quam potius, pro *potius quam*, LXII. 576. *quam prius*, pro *prius quam*, ibid.
Quam, per ellipsin omissum, LXVIII. 607.
Quamplures, an dicatur, XVI. 381.
Quamquam etsi, per pleonasmum, LXVIII. 602.
Quamvis licet, per pleonasmum, LXVIII. 602.
Quamvis, licet, etsi, per ellipsin reticentur, LXVIII. 605.
Quamquam, etsi, tametsi, etiam subjunctivo jungi: *quamvis, licet, etiam*, indicativo, contra Grammaticos ostenditur, LXVII. 598, 599.
Quantus quantum, qualis, qualis, generalitatem significant, LIX. 553.
Quasi us, per pleonasmum, LXIII. 375.
Qui relativum *ὅστις* convenit generi, non substantivi antecedentis, sed consequentis, LV. 536, 537. Hic tamen recta syntaxis probatur, etiam cum nomen proprium sequitur, contra ac sentit Servius, *ibid.* *Qualis* similiter construui, 537. Relativi loco interdum adverbium poni, 538.
 Quinctiliani vetus lectio defenditur, LIV. 529.
Quid me fiet, & quid de me fiet, & quid mihi fiet, promiscuè dici, XLVIII. 501, 502.
Quod, etiam locum habet post verba opinandi, cupiendi, sciendi, fatendi, narrandi, quæque similem habent significationem, LXII. 569.
Quiescere somnum, XXII. 410: *Quiescere pugna*, XXXIII. 441.
Quin, jubentis, vel hortantis, gaudet indicativo, vel imperativo, LXII. 571.
Quis alter, vel quis alius, LIX. 556.
Quisque jungitur etiam comparativis, item positivis, contra Vallæ mentem, XVI. 378, 379.
Quoque etiam, per pleonasmum, LXVIII. 601, 602. *Quoque, & etiam*, post *sed*, per ellipsin reticentur, LXVIII. 605.

R.

- R** *E* in compositione abundans, LXVI. 588.
 Reciprocorum canones tres, LVI. 542, 543. Reciproci loco aliud relativum, & reciprocum pro relativo alio, LVI. 542, 543, 544.
Recreatus animi, X. 355.
 Rectio verborum suæ originis, XLV. 489, 490. item cognatæ significationis, 490.
Refert mea, dici per ellipsin, & quomodo ea supplenda, XXI. 429, 430. *Refert*, compositum ex *re*, sive *rei*, & *fert*, XXIX. 431.
Rege, vel *regnante Alexandro*, pro *sub rege*, vel *regnante Alexandro*, XLIX. 505.
 Regiminis veri in Verbis canon princeps, si non unicus, de activis regentibus accusativum, XXI. 403.

Regio-

Regionum & insularum nomina in genitivo posita, ubi usitatum est ablativus cum præpositione, xxv. 414. 415.

Relativi, & antecedentis convenientia: ubi antecedens quandoque repetitur, & quamobrem id fiat, lv. 533. Ellipsis antecedentis, eaque duplex, 534. Hanc esse etiam, ubi vulgo *ἀντιπαραβολῆς*, sive Enallage casus esse credatur, 535. Ellipsis Relativi casu diverso supplenda, 536, 537. Relativi canon ille, quo dicitur, in neutro genere convenire cum infinitivo præcedente, verus, sed supervacuus est, lv. 538.

Repenite subito, LXIII. 574.

Repetundarum postulari, puta pecuniarum,

vi. 335.

Res, unde veniat, VIII. 348. *Res*, & *negotium*, promiscuè sumuntur, vi. 332, 333.

Res voluptatum, aut *cibi*, pro *voluptatibus*, ac *cibo*, VII. 341.

Reus furti, x. 356.

Revereri alicuius, XXVII. 421.

Roma est, pro quo Græci *ὡς Πάριον ἀγορεύειν*, XXXIII. 436.

Româ venire, & *à Româ venire*, promiscuè sumi, contrâ quam visum Malaspinzæ, XLVI. 495.

Rudens, unde dicatur, vi. 329.

Rudis rerum, x. 356.

Ruri, ablativus antiquus, pro *rure*, XLVI. 493.

Rus, post verbum motus in singulari, sine præpositione ponitur; in plurali non item, XLII. 476.

S.

S Acres, pro *faci*, vi. 329.

Claud. Salmasius, IV. 319. & vi. 339.

Samus urbs, & insula, xxv. 415.

Satin salvè, vi. 335.

Satis superlativo junctum, xvii. 384.

Saturnius refellitur, qui genitivos ait comparativo addi per Hellenismum, xv. 373. idem notatus, LIII. 522.

Saucius animi, vel *fatigationis*, x. 355.

Iosf. Scaliger super eo defensus adversus Scoppium, quod dicat *laeset me*, XXXV. 451.

Scatere ferarum, xxx. 432.

Scilicet, & *videlicet*, cum infinitivo, LXII. 572.

Scriptoribus propositum esse debet, non tam ut laudentur, quàm ut profint, LXIX. 610, 611.

Se intellectum *ἐκλεπτικῶς*, LVIII. 552.

Idem redundans per pleonasmum, LIX. 554.

Senten:ia mea, *consilio meo*, pro *de*, vel *ex sententia*, & *consilio meo*, XLVII. 496.

Seorsum sapientie, vel *sapientia*, LXIV. 579.

Secui, cum dativo, Hellenismus, xxxv. 452.

Sera, pro *fero*, LXI. 563.

Serena celi, VII. 343. *Sereno*, puta *calo*, VI. 328.

Serpens adjectivum, in quo intelligitur *angus*, VI. 327.

Sertii etymon, VI. 333.

Serta, pro *corona sarta*, VI. 328.

Servare domi, puta *rem*, XXIII. 412.

Servius refellitur, x. 354. LII. 519. & LV. 537. Ejsdem & Galeorti Martii error, XXII. 407. Ejus lapsus de structura præpositionis *tenus*, LXV. 582. falsò putavit, malè duos jungi infinitivos, L. 508.

Servitium significatione est utriusque numeri, v. 324.

Servire servitute, pro *in servitute servire*, ut *vita vivere*, pro *in vita vivere*, &c. XLV. 490.

Servum miror ubi sit, 396.

Si promiscuè jungi indicativo & subjunctivo, contrâ ac visum Diomedii, LXVII. 600. *Si* omisum, LXVIII. 606.

Sibi, & *suis*, pro *ei*, & *ejus*, vel *illius*, LVI. 544.

Sibilus naturâ adjectivum, idem valet quod *sibilans*, VI. 336.

Similitudinem significantia adjectiva æquem casum regant, XI. 357.

Simul, pro *simul ac*, LXIII. 576. *Simul* fratre

kkkk 2

fratre ac filio, per Hellenismum, aut ellipticè dici, LXIV. 582.

Sistere, & esurire, pro cedere, cum genitivo, 432.

Solere, de mœchis, vel scortis dicitur absolute, LI. 517, 518.

Solœcismum esse, si quis dicat, Vivit Amstelodami, celebris emporii, proque eo, celebri emporio dicendum, XXV. 414.

Solvendo, in formula, qua dicitur quis solvendo esse, dativi esse casus, & κατ' ἰκλιση̄ intelligi adjectivum, XII. 364, 365, idemque valere, quod ad solvendum, ibid.

Sophistis ut acclamari adverbium vel interjectio admirantis solet, LXIX. 609, 610.

Σοφουλῆς qui dicitur, LXIX. 610.

Spatium loci sæpius ponitur in accusativo, qui regitur à præpositione intellectu àd, per, aut circa, XLIV. 482, 483. Quandoque autem pro accusativo est ablativus, qui regitur à præpositione A, vel Ab, 483, 484.

Spatium temporis continui etiam ablativo exprimitur; contra intervallis distincti, accusativo, etsi aliter visum Nonio, XLIV. 484. Spatium temporis, quod per quandoque significatur, nunc in accusativo, nunc ablativo ponitur, quorum ille regitur à præpositione per, vel intra, ac utraque interdum exprimitur; hic verò dependet ab intellectu præpositione in, XLIV. 484, 485.

Species temporis, quæ per quandoque significatur, interdum in accusativo ponitur, regiturque à præpositione per expressa. At sæpius ablativo, ubi per ellipsin desideratur præpositio in: quæ sæpe etiam apponitur; interdum & cum, vel de. Quod si adfit particula abhinc, nunc accusativo utuntur, nunc ablativo, XLIV. 486, 487, 488.

Stare pacto, promissis, iurejurando, pro in pacto, &c. XLVIII. 502, 503.

Stativa, puta castra, VI. 328.

Studentes, pro studiosi, IX. 352.

Studeo, pro saveo, & operam do, dativum :

pro volo, cupio, accusativum exigit, XXXIV. 449, 450. cum genitivo ellipticè construitur, ibid.

Στυν Επαδῶ, XXXII. 436.

Suadeo cum accusativo, apud Tertullianum, XXI. 406.

Sub intellectum, XLIX. 505.

Subit me, vel mihi, item cum præpositione in, & ad, XLIII. 481.

Substantivum, quod appositione explicatur, interdum mutatur in genitivum, II. 314. Substantivi genitivus ab alio substantivo rectus, quam variè sumatur, VII. 340, 341. activè, vel passivè, vel utroque modo acceptus, 343. Substantivum regens, & rectum, casus suos interdum commutare, VII. 343. Substantivi regentis genitivum Ellipsis quinduplex, ibid. Substantiva nullum alium casum regunt, quam genitivum, VIII. 347. Substantivis etiam ablativos addi, qui à præpositione intellectu regantur, XIV. 369.

Subtristem cur malimus tristorem, quam tristem, dicere, XVI. 378.

Succedere maritum, & matro, item cum præpositione sub, ad, vel in, XLIII. 481.

Succurrit illius rei, XXVIII. 425.

Suetonii vetes lecti defensa, LI. 519.

Summus imaginum, X. 355. Summus ἀπὸ τοῦ, pro amico summo, 329, 330.

Συγχωρεῖν, & χαίρειν τῷ, XXXII. 437.

Super, more Græco, cum genitivo apud Paulum I. C. LXV. 583.

Superlativi, & partitiva, num genus sequantur genitivi, quem superlativus, aut partitivum, regit, an nominis substantivi, de quo sermo est, IV. 322. Superlativus nullum naturâ suâ casum regit, XVII. 381. etiam conjungitur cum genitivo omnium, ibid. imò admittit quoque exclusivam hanc, inter cetera, vel ceterorum, uti & mirum, 382. Superlativus pro comparativo, XVII. 382. Superlativus partitionis ad speciem semper respondeat genitivo, XVII. ibid. Superlativus pro positivo, 384.

Supina non esse verba, sed nomina quar-

te declinat. eoque aliorum instar verba-
lium regere casum verbi sui, VIII. 345,
346. Supina in *um*, quia substantiva sint,
non variare genus, ac propterea *Βασβυαχ-
ζευ*, qui dicunt, *Ire oppressim Remp.* vel *ire
sublata atrocinia*, LIV. 526, 527. regere ca-
sum sui verbi, regi verò non à verbo, ut
vulgò creditum, sed à præpositione accu-
sativum casus, 526, 527. supina in *V* non re-
gi ab ablativo, qui præcedit, sed ab omi-
sa præpositione, LIV. 530. Pro supino hoc
etiam substitui infinitivum, vel gerun-
dium cum præpositione *ad*, *ibid.* & 531.
an æquè dativi casus sint, ac ablativi, *ibid.*

Syllepsis anomalia in convenientia ad-
jectivi cum pluribus substantivis genere
dissimilibus, IV. 318. ejusque varia exem-
pla, 319, 320, &c. Syllepsis ut à Zeugma-
te differat, XIX. 394.

Sylvius refellitur, LXI. 565.

Synecdoche Grammatica quid, XIII.
367.

Syntaxios divisio, I. 311.

Synthesis vox ignota olim Grammaticis,
quæ rectius *Synesis* diceretur, III. 318.
Synthesis in quibus maximè habeat lo-
cum, v. 324, 325. est ea, cum nomini sin-
gulari respondet verbum plurale, XIX.
395. Item est cum *synthesis* duplex con-
currit, una nominis, altera verbi, *ibid.*

T.

T Acitus defensio, XLVI. 496.

Tam cum superlativo, XVII. 384.

Tam per ellipsin omisium, LXVIII. 606.

Tamenetsi, LXVIII. 602. *Tamenetsi tamen*
per pleonasmum, *ibid.* [575.

Tandem denique per pleonasmum, LXIII.

Tectum, puta *culmen*, VI. 328.

Tecum oro, pro *te oro*, LXVI. 588.

Temporo pro diversâ significatione, nunc
dativum, nunc accusativum exigit, XXXIV.
449.

Tempori, antiquus ablativus, pro *in tem-
pore*, XLIV. 488.

Tempus est dicere, pro *dicendi*, LI. 511.

Tendere, puta *pelles*, XXIII. 411.

Tæveri furri, vel *commodati*, XXVI. 420.

Tenus vel ablativum singularem requi-
rit, vel genitivum, aut ablativum plura-
lem, LXV. 582. falli autem Linacrum, &
alios, qui arbitrantur, etiam regere accu-
sativum, *ibid.* *Tenus* medio loco inter sub-
stantivum, & adjectivum, LXVI. 595.

Terra, pro *in terra*, vel *solo terra*, & *in ter-
ram*, XXV. 416.

Terra Galia, Hispania, Arabia, an per Ap-
positionem dicantur, 313. *Terrâ marique*,
pro *in terra*, & *mari*, hoc est, *per ea*, XLVI.
494.

Tertulliani vetus scriptura vindicata,
XXI. 87.

Τετραπολις quæ, XLII. 471.

Thermæ cur Latini, ubi Græci *θερμαί*, 328.

Timidus lucis, x. 355.

Trepidus rerum suarum, x. 356.

Tribuum variæ appellationes, VI. 338.

Tiremis, puta *navis*, VI. 331.

Tristior, pro *tristior solito*, XVI. 378.

Triste lupus stabulis, VI. 325, 326.

Τετραπύλις, 339.

Tum deinde, pro pleonasmum, LXIII. 574.

Turbidum, pro *turbidè*, LXI. 563.

V.

V æ nullum casum regit, LXIX. 609.

Vagari totâ Asiâ, & *toto foro*, pro *in
Asiâ*, hoc est, *per Asiâ*; in *foro*, hoc est,
per forum, XLVI. 494.

Vales plurius, pro *pluris pretii rem*, XXIX.
426, 427.

Valla partim excusatus, partim culpa-
tus, XVI. 379. ejus error circa superlati-
vi constructionem, XVII. 382. refellitur
idem, LIII. 523. Eiusdem error de geni-
tivo *omnium*, LVII. 548.

Varronis de *enax* opinio rejecta, LXIX.
610.

Vbi, *quo*, *unde*, *cur*, similesque particule
interrogativæ, etiam indefinitè sumptæ,

k k k k 3 indi-

indicandi interdum modo junguntur, LXII.

570, 571.

Vbiq̄ue itineris & cōfessionis dictum, LXIV.

579.

Vel per ellipsin præteritum, LXVIII. 605.

Venit in mentem hujus rei, hæc res, & de hæc re, XXVIII. 425.

Verbalia interdum regunt casum verbi sui, VIII. 345.

Verbum regit geminum, sed ejusdem, non diversæ rei accusativum, XXI. 404.

Verba regentia accusativum suæ originis, vel cognatæ significationis, more Attico, XXI. 409, 410. Verbum substantivum non regit genitivum; sed is substantivo additus regitur à nomine intellecto, XXIV. 412.

Verbum consequendi, & frustrandi, genitivo juncta, XXXI. 434.

Verbi cum dativo constructio ad convenientiam, an ad rectionem, pertineat, XXXIV. 444.

Verbum idem, vel aliud ejusdem significationis, cur nunc dandi, nunc accusandi casui, jungatur, XXXIV. 451.

Verbis dativum addi, accusativo per Ellipsin suppresso, XXXIX. 461.

Verba motum ad locum significantia non regere accusativum, qui sit proprium opidi nomen: sed regi eum à præpositione intellectâ, XLII. 468, 469, 470, 471, 472, &c.

Verba cum præpositione composita accusativum, vel ablativum regentia, vi præpositionis extra compositionem repetendæ, XLIII. 477.

Verbis ablativus additus vel suæ originis, vel cognatæ significationis, non regitur à verbo, sed à præpositione intellectâ, XLV. 489.

Nec quæcunque ejus generis admittunt ablativum, etiam jungi accusativo, 490.

Vereor ut, & *vereor ne*, an semper differant, LXVII. 601.

Verrari alicujus, pro *ab aliquo*, vel *alicujus causâ*, XXVII. 421.

Verre videnti, VI. 334.

Vescor cum accusativo, XXII. 408.

Vespere, pro *in vespere*, vel *de vespere*, an cum *vespere*, XLIV. 488, 493.

Vetus carem: miorum, X. 355.

Vicem alicujus sollicitus, pro *ab vicem*, XIII. 368.

Vivere rapto, & *de rapto*, XLVII. 496.

Vo'ucriis cum dicitur substantivè, *vox* intelligitur, VI. 328.

Vnus intellectum, X. 354.

Vibium, & *regionum* nomina in genitivo posita non regi à verbo, sed à nomine *urbis*, vel *regio*, quod intelligitur, XXV. 414, 415, 472, 473.

Vigari malè administrata provinciæ, XXVI. 419.

Vsus vocem in formula ista, *Vsus est vitæ*, & *vi.ibus*, pro substantivo *usû* positum videri, VIII. 351.

Vt sumus, vel *ut fuimus*, pro *postquam*, I. 312.

Vt pati, pro *ut patiaris*, LXII. 572.

Vt, quod vulgò per *postquam* exponunt, indicativo jungitur, LXII. 570.

Vt finem, vel eventum significans, cum infinitivo, more Græco, § 12. *Vt* pro *quæcumque*, LXVII. 799.

Vior cum accusativo, XXII. 408.

Vulgarium Sedigiti senarius de Comico- rum discrimine ex conjectura correctus, XLIX. 504, 505.

Y.

Υ Περὶ Sophistis acclamatum, LXIX. 610.

Z.

Z Eugmatis triplex appellatio profita diverso adjectivi, IV. 318.

Zeugma interdum videri, quod non est, XIX. 393.

Zeugma quod, & quotuplex, *ibid.* Zeugma inversum, XIX. 394.

C O R R I G E N D A
L I B R O D E C O N S T R U C T I O N E

P Ag. 365, vers. 13, pro *ad*, scribe, *accusativum*, cum præpositione *ad*. Pag. 510, vers. 9, pro *nominativum*, qui *resolvitur per*, scribe, *accusativum*, qui *resolvitur in nominativum*, per &c. vers. 11, pro *convenit cum*, scribe, *regis*. Pag. 541, vers. 11, pro *redditivum*, scribe, *antecedens*. Pag. 544, vers. 11, pro *sui pro se*, scribe, *se pro eum*. Pag. 551, vers. 4, pro *adductus* scribe *adductis*.

F I N I S.

